Fundamenta medicinae theoretico-practica, secundum celeberrimi D.D. Stahlii potissimum, aliorumque ... placita conscripta, et propria experientia confirmata, in forma tabularum / [Georg Philipp Nenter].

Contributors

Nenter, Georg Philipp, -1721.
Stahlii, D. D.

Publication/Creation

Venetiis : S. Coletus, 1735.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/sfh9p9b3

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

A. XXXIII. n
h 8. n. 1.
P.C. 1010

WELLCOME
HIST. MED. MUSEUM

40 848

FUNDAMENTA MEDICINÆ THEORETICO-PRACTICA,

SECUNDUM CELEBERRIMI D. D. STAHLII

Potiſſimum, aliorumque Celebriorum Medicorum placita conſcripta & propria Experientia confirmata,

IN FORMA TABULARUM

Univerſam *Theoriam Medicam*, *Praxin Generalem* & *Specialem* omnium morborum internorum, cum *Signis*, *Differentiis*, *Prognoſi*, *Remediis*, *Polychreſtis*, *Selectis* & *Specificis*, *Methodo Medendi planiſſima*, *Formulis* neceſſariis & *Cautelis Practicis* continentium, exhibita

A

GEORGIO PHILIPPO NENTER,

MED. D. ET PRACT. ARGENT.



VENETIIS, MDCCXXXV.

APUD SEBASTIANUM COLETI.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

MEDICINÆ
FUNDAMENTA
THEORETICO-PRACTICA

PRÆFATIO.

DUm tuis, Lector Benevole, *qui priora ſincera excepiſti mente, oculis Medicum denuo ſubiicio ſcriptum, non dubito te & hoc eodem excepturum eſſe animo, certiſſime enim perſuaſus eſſe potes, me nullum alium ob finem Scripta edidiſſe & editurum eſſe, quam ut partim nævos, in Medicina moderna in magna copia adhuc occurrentes, fideliter demonſtrem, partim ut Tyronibus artis breviorem aperiam viam, quo eo facilius & felicius ad finem propoſitum pervenire & ſcopulos, in quos ego in ſtudiorum curſu incidi, evitare queant. Aſt quamvis de tuo candore nullum mihi ſit dubium, non deerunt tamen qui aliis plane ſcriptum hocce intuebuntur oculis, nam, uti noſti, Cenſorum & Criticorum, qui nil, niſi quod ipſi faciunt, rectum putant, modernis temporibus plena ſunt omnia: unde dum nova prodeunt ſcripta, cum inſigni fervore eadem perlegunt, non eum quidem in finem, ut, an aliquid, quod notatu dignum eſt, in illis occurrat, inquirant, ſed ut habeant, quod carpant: & etiamſi interdum nihil, quod jure carpere poſſint, inveniant, nihilominus tamen, ut genio ſuo indulgeant, verbis modo alienum ſenſum affingunt, modo in ſtylum inquirunt, eumque juxta omnes regulas examinant, & dum contra realia nihil habent, quod proferre poſſint, propter verba minus polita ipſa ſcripta alto ſpernunt ſupercilio: ſed cum reprehendere, quam imitari facilius ſit, facile etiam mecum talium ſpernes criticorum judicia, ac id ages, ut Medicina, modernis temporibus multis in locis humi jacens & quam maxime contempta, ſenſim ſenſimque corrigatur atque debito reſtituatur nitori: quod ſane, ſi Medici conjunctis viribus magnum hocce aggrederentur opus, facillime fieri poſſet, uti id cum* Baglivo *plures & nuper* D. Francois *Medicus Pariſienſis in edito Tractatu de* Reformatione Medicinæ, *egregie demonſtravere. Sed quam maxime dolendum eſt, quod ſalutaria talia ut plurimum ſpernantur conſilia, & quod multi Medicorum, quos tamen conſcientia ad amplificandam & reſtaurandam Medicinam compellere deberet, inprimis ſi ſufficientibus ſimul animi dotibus inſtructi ſunt, adeo ſocordes ſint, ut, quamvis miſerum Medicinæ ſtatum ſatis ſuperque agnoſcant, nihilominus tamen miſeræ arti Medicæ opem ferre recuſent. Et hinc etiam labor hicce inſignis & maximi eſt momenti, imo etiam hiſce temporibus maxime tædioſus ſi pauci ſolummodo eundem ſuſpiciunt: cum enim multi Medicorum, Medicinam jam in florentiſſimo eſſe ſtatu, eamque tantum incrementi ſumſiſſe credant, ut vix aliquid ſuperaddi queat, unicuique, quale præmium is, qui Medicinam ægritudinis accuſare conatur, reportaturus ſit, facile patebit: nam* Candide Lector, *conſideres quæſo quid hic agendum ſit? Omnes errores, qui ſenſim ſenſimque in Medicinam irrepſerunt, demonſtrandi ſunt: ſed cum nullus, etiamſi ſatis enormis, deprehendatur error, qui ſuos aut non habuerit, aut adhuc habeat Patronos, placidam etiam reprehenſionem graviter eundem defendentium bilem commoturam eſſe, levi comprehendes negotio: & hinc veritatis pediſſequa inſeparabilis erit odium, quod, quo magis & fortius reprehendetur error, eo gravius quoque reddetur; graviſſimum autem ſit, ſi plures ſimul monſtrantur, quot enim errorum Patroni, tot quoque inimici tum temporis erunt. Non autem errores tantum indicaſſe ſufficit, demonſtrationibus & rationibus inſuper ſufficientibus opus eſt: ſi mitiori quis incedit via & perſuaſionibus placidis ac ſubmiſſis errores demonſtrare conatur, aliis adulator audit, ab aliis vero timidatis arguitur: ſi fortioribus utitur argumentis, ac cum fervore probat ſuas hypotheſes, juxta quoſdam inſanit, aliis vero quadratus eſt ruſticus, inprimis ſi rem, uti eſt, eloquitur: ſi ſubtilia profert argumenta, ſophiſtam agit: ſi præconceptas opiniones in dubium vocat, ſcepticiſmi arguitur: ſi vanitates vanitatumque rationes irridet, ſcopticus eſt: ſi jam diu (licet erronee ſatis) recepta reiicit & alia (quamvis meliora) iiſdem ſupponere conatur, Novatoris titulum acquirit: ſi veterum veras & multiplici experientia confirmatas obſervationes quorundam ſpeculationibus præfert, & miſſis inanibus diſceptatiunculis Theoreticis Praxin potiſſimum urget, Theoriæ contemptor eſt: ſi opinioni ſuæ inſiſtit & rationibus ſatis firmis eam continuo defendit, contentioſus audit: ſi, contentionum pertæſus, ad talia qualia reſpondere recuſat, triumphus ante victoriam canitur: ſi forſan alia vice mitius ſuam explicat mentem & ſe rem hoc vel illo modo intellexiſſe contendit, probat & confirmat, publicæ revocationis arguitur. Majores vero adhuc difficultates occurrunt, ſi quis erroribus agnitis mederi cupit, mille enim hic controverſiæ & obiectiones occurrunt, alii propoſitam medelam prorſus reſpuunt, alii nævos Medicinæ agnoſcunt quidem, curam tamen impoſſibilem eſſe exiſtimant: ita e. g. cum Baglivii ſcripta, in quibus multa egregia, Medicinæ reformationem concernentia, continentur, prodirent, alii eum ideo, quod, miſſis omnibus ratiunculis Theoreticis, ea ſolum, quæ ad Praxin ſpectant, & quidem methodo aphoriſtica tradiderit, laudabant, ſimul tamen ipſis diſplicebat, quod motum meningum in Medicinam introducere conatus fuerit: reliqua quæ de Academiis aut ſocietatibus, Medicinæ promovendæ gratia erigendis, propoſuerat, admittebant quidem, ſed quoad executionem impoſſibilia judicabant. Idem fatum etiam elegantiſſimus* D. Francois *antea allegatus Tractatus experitur: plerique optime conſcriptum eſſe librum & vera continere admittunt, quoad executionem vero eum itidem impoſſibilia tradere credunt. Si quis E. hæc omnia probe perpendit, facile a propoſito, cum tot tantaque difficultates, non parum odii ac tædii procreantes occurrant, deterreri poteſt. Aſt ſi e contrario ipſam Medicinam corruptam & contemptam, & hinc reformationis & reſtaurationis maxime indigam, conſideramus, merito quæritur: an propter varias difficultates occurrentes aut odium metuendum Medicina corruptæ medela negligenda ſit? Si conſcientiam conſulo, hæc & ſana ratio eam minime intermittendam eſſe dictitant: cum enim Medicina certiſſime Dei donum & ideo miſeris hominibus conceſſa ſit, ut miſerrimum, morbis variis & morti obnoxium, corpus, quantum quidem poſſibile, in integritate conſervetur, per ſe patet talem artem nobiliſſimam, ſi propter hominum commenta & negligentiam corrupta eſt, omni ſtudio reſtituendam eſſe, ut Summi & Optimi Creatoris voluntati ſatisfiat. Si politicas pondero rationes, ſumme, imo quam maxime, neceſſaria eſt talis Medicina cura; intereſt enim Reipublicæ cuivis, ut cives & ſubditi officio ſuo fungi queant: uti enim in corpore humano pars parti inſervit, & una ægrotante reliquæ quoque patiuntur, ita quoque in corpore politico, ſi plura membra morbis laborant, aut plane tolluntur, neceſſaria illa partium conſpiratio labefactatur: imo quo plure*

ſunt ſubditorum, eo magis florens eſt ſtatus, ſi autem plures e medio tolluntur atque hoc ipſo numerus civium & ſubditorum imminuitur, Reſpublica maximum exinde capit damnum. Conſideremus ſaltem regiones peſte, aut aliis epidemicis morbis devaſtatas, quænam quæſo, ſublato etiam jam morbo, ibidem deprehenditur miſeria? Pauci enim illi, qui peſtis ferociam effugerunt, neque ad culturam terræ, neque ad onera neceſſaria ferenda ſufficiunt: quare etiam ipſi ſummi Magiſtratus, miſeria ſubditorum permoti, eos ab oneribus ordinariis, quantum quidem poſſibile, eximunt, aliiſque qui in demortuorum bona ſuccedere cupiunt, multas immunitates gratioſe largiuntur, ut hoc modo membra in ſtatu Politico deperdita reſtituantur, ac Reſpublica in ſua conſervetur integritate. Si jam Medicum indoctum ejuſque Medicinam corruptam conſideramus, & ſi ſimul perpendimus, quænam & quot damna talis homo inferat, facile unuſquiſque concedet, hujuſmodi hominem, ſub veri Medici larva incedentem, plures ſæpius jugulare ægrotos, quam morbos ipſos. Ponamus v. g. Dyſenteriam *epidemice graſſantem, hanc ſi perverſe tractat talis Medicus, ægrotos brevi tempore neci tradit, aut eoſdem gravioribus morbis conſequentibus exponit. Si* Febres *tractat* intermittentes, *eaſque nimis mature vel ſupprimit, vel inconvenienti medela protrahit, multis gravioribus morbis portam pandit. Si methodum in acutis medendi veram ignorat, plures jugulat, quam curat: ut alios morbos ſilentio præteream. Apud Veteres jam celebris erat Themiſon, qui forſan eadem corrupta inſtructus erat Medicina, unde querebatur.*

Quot Themiſon ægros autumno occiderit uno?

Sed credes forſan, Benevole Lector, *paucos tantum eſſe tales rudes Medicos, qui ægrotis damno potius quam ſolatio ſunt; crederem & ego hocce, niſi ſupra laudatus* D. Francois *paucos dari veros Medicos, peculiari capite demonſtraſſet: animus quoque eſſet ejuſdem argumenta hoc loco recenſere, præſertim cum in lingua vernacula, quam multi non intelligunt, ſcripſerit, aſt cum actum agere, ne forſan denuo plagiarii aut compilatoris titulum acquiram, nolim, tibi,* Lector candide, *eundem commendo librum, hic enim te facile convincet. Supponam E. cum ſupra allegato Authore, ſi te, Lector amice, conſentiente id fieri poteſt, paucos dari Medicos veros: ſi vero veri non ſunt, Medicinam profitentur corruptam, & hinc eorum Medicina & Medendi Methodus ſumma indiget correctione: quando autem non obſtantibus omnibus remonſtrationibus juxta corruptam ſuam Medicinam ægrotos in morbis tractant, facile patet, quænam damna exinde in Rempublicam redund nt. Quodſi tandem medice ipſam rem conſidero, ſumma ſane neceſſitas Medicina reſtaurationem & reformationem efflagitat, nam ſi omnes in univerſum Medicinæ partes contempler, multis, imo quam plurimis, tricis eas refertas eſſe deprehendo, quænam quæſo opinionum farrago, quot ridicula figmenta, quot inanes controverſiæ inveniuntur, in Phyſiologia? quot tricæ occurrunt in Pathologia? quot cauſæ morbificæ finguntur & proponuntur? & quænam opinionum ſaburra in reliquis eſt partibus? qui talia non agnoſcit, cæcus ſit oportet. Medicinæ E. quam maxime neceſſaria eſt Medicina, eaque a ſordibus liberanda, ut tandem aliquando, quid vera Medicina ſit, apparere queat. Si enim in tali ſtatu miſera relinquitur ars, non poſſunt non graviora ſequi mala. Multi præſtantes viri, inter quos præcipui fuerunt* Sydenham, *&* Baglivus *aliique (quibus merito etiam Celeberrimum D. D.* STAHLIUM, *quem Deus peculiaribus ad reformandam Medicinam inſtruxit donis, annumeramus, hic enim plus quam reliqui reformatores omnes præſtitit, quod egregia ejus ſcripta ſatis ſuperque teſtantur, quæ etiam contra omnem invidiam inconcuſſa manebunt,) id jam ſatis agnoverunt & publicis ſcriptis commonſtrarunt. Quamvis autem Celeberrimi hi viri tanta in Medicinæ reformatione præſtiterint, ut vix aliquid addi poſſit, licebit tamen & mihi quædam, Medicinæ reſtaurationem concernentia proponere. Prævideo quidem facile, me parum gratiæ ab hoc labore reportaturum eſſe, inprimis ab iis, qui Medicinam noſtris temporibus propter inventa Anatomica Botanica, aliaque maxime exultam eſſe & hinc reformatione minime egere, ſibi firmiter perſuadent, uti ſupra jam monui: ſed cum jam iniquos ferre ſermones & invidiam pati diu didicerim, parum invidorum curabo judicia; unicum enim viri cordati, eruditi & veritatem, quam & ego conſtanter ſequar, amantis æquum judicium, mihi potius erit, quam omnia reliqua. Quo vero in odioſa tali materia, eo melius procedam, Medicorum conſuetum ſequar ordinem ac 1) proponam ægrotæ Medicinæ Hiſtoriam. 2) Agam de ſignis ægræ Medicinæ; deinde 3) inquiram in cauſas, quæ Medicinæ ægritudinem produxerunt. 4) Tradam Effectus & Prognoſin. 5) Tandem finem imponet ægrotæ Medicinæ cura cum Cantelis Practicis. Faxit DEUS, ut omnia cedant feliciter.*

DE MEDICINA ÆGROTA.

Hiſtoria Morbi.

MEdicina poſt lapſum primorum parentum eum in finemhumano generi ſummus rerum Opifex largiebatur, ut ejus ope omnes morbi, quibus homines poſt lapſum ob peccatum commiſſum expoſiti erant, partim præcaverentur, partim curarentur, quo miſeri homines illibata ſanitate gaudentes, eo melius Creatorem in creaturis agnoſcere poſſent, adeoque a ſummo Parente proveniens ars non poterat non eſſe generi humano quam chariſſima & reſpectu primæ Originis, Subiecti & Finis nobiliſſima. Deus ipſe ſubminiſtrabat remedia variis generis, ut iiſdem uterentur morbis afflicti, unde ſenſim ſenſimque primæ Medicinæ jaciebantur fundamenta. Poſtea cum a multis primariæ dignitatis viris, Principibus & Sacerdotibus, Medicinam tanquam ſingulare Dei donum conſiderantibus, indefeſſo tractaretur ſtudio, majora ſemper capiebat incrementa. Ex horum numero apud Ethnicos, *Chiron, Achilles Rex, Æſculapius, Podalirius, Machaon, Nicomachus, Melampus, Menecrates Syracuſanus, Herophilus, Empedocles,* aliique maxime inclareſcebant. Poſt hoſce magis adhuc Medicina in Schola Hippocratica augebatur, dum Hippocrates Cous indefeſſo ſtudio Medicinam continuo tractans, iis, quas a Parentibus aliiſque priſcis Medicis hauſerat, quotidie plures addebat obſervationes. Tum temporis Medicina in florentiſſimo per plures annos erat ſtatu, quoniam Medici Naturam, quam veram morborum medicatricem eſſe credebant, unice ſequebantur & obſervationibus adeo incumbebant, ut etiam integros dies noctesque in

obſer-

obſervandis morborum phænomenis conſumerent. Poſtquam vero, mortuis veris Hippocratis aſſeclis, alii relicta methodo Hippocratica ſimplici multa aliena in Medicinam ingerere inciperent, Medicina ſenſim ægrotare incipiebat, quæ ægritudo poſtmodum, cum figmentum ſpirituum & facultatum in ſcholas a *Galeno* introduceretur, ac Philoſophia Ariſtotelica Medicinæ immiſceretur, magis augebatur. Maximum autem periculum, cum in Arabum perveniret manus, ipſi imminebat, hi enim, neglectis obſervationibus, per quas ea antea tanta ſumſerat incrementa, toti in eo erant, ut Medicinam variis & prolixis commentariis illuſtrarent, cum Philoſophia magis adhuc miſcerent ac variis compoſitionibus exornarent: unde pauper Medicina, dum Hiſtoria morborum, quæ hactenus ſuccum & ſanguinem ipſi largita erat, fere penitus peribat, tota macie conſumebatur. Succedente tempore Paracelſus aliique Chimici, miſeriam Medicinæ aliquo modo inſpicientes, medelam quidem quærebant & etiam multa detegebant, quibus Medicinæ ægrotanti ſuccurrere conabantur: ſed cum in tanto Medicorum numero Chimici eſſent pauciſſimi, quos reliqui Philoſophiæ Ariſtotelico-Scholaſticæ & Arabibus faventes maximis excipiebant convitiis, Medicina aliquo modo per remedia Chimica reſuſcitata, mox per negligentiam Medicorum Scholaſticorum, magis in altercando & abſurdis quiſquiliis, quam medendo & obſervando ſe exercentium, in priſtinum redibat ſtatum. Cum vero circa hoc tempus elegantiores renatæ eſſent literæ, multi Medicorum miſſis impuris Arabum lacunis, ex ipſis Græcis fontibus Medicinam hauriebant, unde etiam eo ipſo tempore multi Hippocratis ſcripta diligenter evolventes & egregia ex hiſce trahentes, Hippocratis aliorumque antiquorum obſervationes in lucem emittebant. Sed cum & horum exiguus, reſpectu reliquorum Arabicam barbariem & incomptam Scholaſticam Philoſophiam Medicinæ immixtam amantium, eſſet numerus, ſimplices hæ obſervationes, uti aliis apparebant, ſtatim ſpernebantur, adeo ut Medicina exinde non multum ſolatii perciperet. Spes quidem erat, cum Carteſius, rejectis Scholaſticorum tricis, novam introduceret Philoſophiam, fore, ut miſera Medicina aliquo modo reſtitueretur, ſed cum & hujus Sectæ aſſeclæ, relicta Naturæ via, hominem in machinam tranſmutarent, ac phænomenorum variorum explicationibus & ratiociniis Phyſicis magis, quam obſervationibus ſe manciparent, & Veteres Medicos, Hiſtoriam morborum tractantes, prorſus contemnerent, Medicina, ſi non miſerior reddebatur, miſera tamen manebat. Cum Anatomici vaſa lactea circulumque ſanguinis aliaque detegerent, ſpes porro aliqua affulgebat: ſed cum horum inventorum nulla prorſus ad Medicinam & potiſſimum ad Praxin fieret applicatio, & plerique ſolum inventis hiſce contenti eſſent, parum ſolatii exinde hauriebat ægra Medicina. Spes quoque erat ſuperioribus temporibus fore, ut, cum non pauci cordati viri miſeriam Medicinæ publice exponerent, ut Medicina emendaretur, ſed cum reliqui Medici talia propoſita vel irriderent, vel ex amore hypotheſium ſuarum ſalutaria illa conſilia amplecti nollent & ſolum curioſitatibus Botanicis, Anatomicis, Phyſicis &c. intenti eſſent, conſilia, licet optima, erant inutilia. Noſtris temporibus eadem adhuc luditur fabula, licet enim publicæ de Medicinæ corruptæ ſtatu proſtent querelæ & multi etiam ejuſdem miſerum agnoſcant ſtatum, nihilominus tamen quamplurimi Medicinam nunquam perfectiorem, quam hiſce temporibus, fuiſſe contendentes reperiuntur, qui ideo etiam Medicinæ medelam inutilem eſſe judicant. Cum vero miſera Medicina adhuc conqueratur. 1) Quod propter deformitatem ſuam & miſerum ſtatum contemnatur, una cum miniſtris fidelibus. 2) quod relicta Naturæ via alia plane ars in non paucis Scholis quam Medicina doceatur. 3) Quod a filiis artis, jucunda & curioſa magis quærentibus, plane fere deſeratur. 4) Quod a ſpuriis artis dilaceretur. 5) Quod ob negligentiam Medicorum multi adhuc morbi incurabiles reperiantur, quos tamen veri Naturæ filii antea curaverint. 6) Quod ob eandem negligentiam multorum morborum eſſentia adhuc incognita ſit, & hinc majora adhuc metuat mala, Medicorum verorum Naturæ Miniſtrorum implorat auxilium.

Reſolutio.

Præſens Hiſtoria exhibet in compendio Medicinam ægrotam ab Hippocratis jam tempore multa mala paſſam & Medicorum auxilium implorantem, cui honeſto petito ut ſatisfiat, omnino juſtum & æquum eſt, nam cum ex præſuppoſitis, Medicinam revera Dei donum & miſerorum ſolatium eſſe, conſtet, ipſa ſana ratio, ei quoque in miſero, de quo conqueritur, ſtatu ſuccurrendum eſſe, dictitat: quo autem id eo meliori ordine fiat, primo de ſignis ſtatum Medicinæ corruptum manifeſtantibus agemus.

Signa Diagnoſtica. Inter ſigna ſtatum Medicinæ ægrotum indicantia, *primarium* eſt, *ſummus Medicinæ contemptus* qui ſane tantus eſt, ut major eſſe nequeat, quod tamen minime fieri poſſet, ſi in eo ſtatu, in quo deberet, conſtituta eſſet. Olim enim Reges & Sacerdotes aliique primarii viri eam ſolum tanquam rem ſacram & charum Dei donum tractabant, reliqui vero ſubditi ab hiſce ſacris arcebantur, qui tamen in caſu neceſſitatis ad eos, qui Medicinam exercebant, tanquam ad Deos confugiebant, imo eos quoque poſt mortem in Deorum numerum referebant. Aſt noſtris temporibus quantus eſt Medicinæ & Medicorum contemptus! medentes, quos tamen Deus honorari juſſerat, adeo vili penduntur, ut Medicum eſſe fere dedecus ſit. Præter Medicos enim, qui tamen ſummo cum labore & multis ſumptibus Medicinam addiſcere coacti fuerunt, qui legitime promoti Doctores ſunt & omni opera miſeris ſolamen afferre conantur, multi imo innumeri alii ex infima quoque plebis fece, Medicinam hinc inde impune exercent. O magnum Medicinæ lapſum! O miſeram Medicinam, quæ ex Regum & juratorum Medicorum in agyrtarum & maximorum nebulonum tranſit manus!

Alterum ſignum Diagnoſticum eſt, quod quæ in non paucis Scholis docetur Medicina, utplurimum nullum habeat uſum in Praxi: confirmant hocce multi Practicorum, inprimis ii, qui vulgari antea imbuti erant Medicina, & teſtantur, ſe, cum ad Praxin acceſſerint, omnia ſua principia rejicere, & novum quaſi ſtudii genus incipere coactos fuiſſe, quod ſane clarum eſt indicium, Medicinam, uti a multis docetur, admodum eſſe ægrotam & ægris ſæpius teſte experientia funeſtam.

Tertium ſignum eſt, quod a filiis deſeratur: Medicina enim ideo hominibus a Deo concedebatur, ut

eam

eam ſumma colerent diligentia, donec tandem ad juſtam maturitatem perveniret; primi Medici, Naturam ſumma imitantes induſtria, hoc præſtabant, unde etiam tum temporis optima capiebat incrementa & in florenti admodum erat ſtatu: poſtquam vero ſequentes Medici, relicta Naturæ via, alia idola, ſpiritus, flammulas vitales &c. colerent, Medicina Naturæ ſuperſtructa ſenſim ſenſimque, deſtructo vero ejus fundamento, ruere incipiebat, & cum eadem adhuc ludatur fabula, ac Medici, ſpreta Natura, alia quærant fundamenta, Medicina non poteſt non ægrotare, quoniam ea, quæ falſo ſuperſtruuntur fundamento, Medicinam miſeram magis deſtruunt, quam reſtituunt.

Quartum ſignum eſt, quod ſpurii artis eam plane dilacerent: per ſpurios artis Medicæ non tantum agyrtas & circumforaneos Medicinam temerario auſu exercentes, ſed etiam omnes illos, qui neque veri Naturæ miniſtri ſunt, neque tales eſſe cupiunt, intelligo; qui Natura etiam reluctante juxta præconceptas ſolum opiniones curant, eamque cogere conantur: qui nulla denique ſolida Theoria inſtructi ægrotantium curationum ſuſcipiunt. Cum E. bonorum Medicorum atque verorum Naturæ miniſtrorum pauci ſint, e contra vero reliquorum qui tales eſſe nolunt, multi reperiantur, quomodo Medicina poterit ſana eſſe.

Quintum eſt, quod Medicina polychreſtis ac ſpecificis remediis deſtituatur: hac ſane in parte Medicina admodum manca eſt & ægra, in multis enim morbis chronicis, quia remedia polychreſta deficiunt, fruſtra laborant Medici, quod experientia ſatis ſuperque teſtatur.

Sextum eſt, quod morborum quorundam eſſentia adhuc incognita ſit. E. etiam Medicina hoc in caſu ægrotat.

Cauſæ. Si jam in cauſas ægritudinis Medicinæ inquirimus, multæ & variæ ſe nobis offerunt, quæ partim proximius, partim remotius ad producendam hancce ægritudinem concurrerunt & adhuc concurrunt, quas ordine jam recenſebimus.

Principalis cauſa eſt, quod Medici plerique Naturæ viam, cui veteres inſiſtebant, reliquerint & hoc ipſo Medicinam peſſundederint. Natura enim eſt, quæ corpus dirigit, quæ illud in ſanitate conſervat, & quæ ſæpius ſine aliis adminiculis morbos, etiam graviſſimos, ſola curat: hæc eſt illa Magiſtra cujus Miniſter eſt Medicus, quamque ubique, ſi veri Miniſtri titulo gaudere vult, ſequi debet.

(Sed dum de Natura hoc loco ſermo eſt, merito quæritur, quid veteres per eam intellexerint & quid adhuc per eam intelligendum ſit? Veterum plerique per Naturam nil niſi principium agens, corpus conſervans & operationes in eodem tam ſano, quam ægroto, inſtituens intelligebant: & cum admirandas ejuſdem actiones ubique in morbis & effectus, haſce conſequentes, obſervarent, eam ſummo ſtudio in omnibus & inprimis in acutis morbis ſequebantur. Hanc *Naturam morborum medicatricem* appellabant, uti apparet *ex Lib. VI. Epidem. Sect. V.* De hac pronuntiabant, *quod non edocta & nullo magiſtro uſa, ea, quibus opus eſt, faciat*: vid. l. c. & *Lib. de Alimentis* VIII. 8. ubi itidem legitur, quod *Natura omnium nullo doctore uſæ ſint*. Porro affirmabant: *Quod ſuis viribus uſa, quæ noxia ſunt, expellere noverit, quæ utilia, uſui ſervare: quod ſapientiſſima ſit, & omnia ſalutis hominum cauſa faciat: quod, malum ſentiens, geſtiat magnopere mederi: quod, eadem repugnante, nihil proficiat Medicina & quod ea deficiente nihil obtineat ars, ſed pereat æger*. Si jam inquirimus apud eoſdem Veteres, cuinam principio hæcce attributa adſcripſerint, ex *Hippocrate*, id immateriale ſeu incorporeum eſſe, apparet, ait enim *Lib. de Natura hominis* 93. *At vero incorporea in receſſibus Natura, omnifaria viſcerum genera fabricavit*. Interdum etiam, loco vocabuli Naturæ, *calidi nomine*, quod poſtea *innatum* vocabatur, utebantur veteres, cui tamen *immortalitatem & cognitionem* adſcribebant, quod confirmat *Hippocr. Lib. de Principiis & Carnibus*: *Et videtur ſane mihi id, quod calidum vocamus, immortale eſſe & cuncta intelligere, & videre, & audire, & ſcire omnia, tum præſentia, tum futura*. Quamvis autem hocce magis de calido univerſo, quod reliquis elementis vel immixtum, vel ſuperius eſſe credebant, intelligi poſſit, uti ex *Hippocratis loc. cit.* eluceſcit, nihilominus tam ipſe Hippocrates ſupponit *calidum* illud *innatum*, ſive ſpiritum hominis, a calido univerſali conſervari & reſtitui, id quod probari poteſt ex *Libr. de Morbo ſacro*. XVII. *Et propterea judico cerebrum vim plurimam in homine habere. Hoc enim eſt nobis eorum, quæ ab aere fiunt, interpres, ſi ſanum fuerit. Sapientiam autem ipſi exhibet aer. Oculi vero & aures & lingua & manus & pedes, qualia cerebrum ſtatuit atque cognoſcit, talia ſubminiſtrant. Sapientia enim toti corpori contingit, prout aere participarit. Ad intelligentiam vero internuncius eſt cerebrum. Quum enim homo ſpiritum in ſe ipſum attraxerit, primum quidem ad cerebrum pervenit, & ſic ad reliquum corpus aer diſpergitur, relinquens in cerebro ſuum ipſius vigorem, & quicquid prudens ac ſapientia præditum fuerit*. Tandem ipſi animæ, eadem fere attributa, quæ antea Naturæ conceſſerat, adſcribit *Libro de inſomniis* I. a §. 2. uſque ad 12. *Anima enim*, inquit, *vigilat, & cum quidem corpori inſervit, in multas partes diſtributa, non ſui juris eſt, ſed partem aliquam ſingulis corporis partibus, ſive ſenſibus diſtribuit, auditui, viſui, tactui, greſſui, actioni ac omni corporis facultati. Ipſa autem animi cogitatio ſui juris non eſt. Cum autem corpus quieſcit, anima in motu eſt, & corporis partes perreptans domum ſuam gubernat & omnes corporis actiones ipſa perficit. Nam corpus dormiens non ſentit, ipſa vero vigilans cognoſcit, ac viſibilia videt & audibilia audit, vadit, tangit, triſtatur, animadvertit. In ſumma, quæcunque corporis aut animæ munia, ea omnia anima ipſa in ſomno obit. Quicunque igitur hæc recte judicare novit, magnam ſapientiæ partem novit*. Ex hactenus E. dictis facile liquere poteſt veteres per *Naturam* principium *immortale, intelligens*, propter certos *fines* agens & corporis *conſervationi* ſtudens intellexiſſe, *Animamque, Naturam* & *Calidum* idem fuiſſe: ſi quis vero de ultimo hocce dubitat aſſerto, eum ſequens *Galeni* locus e *Libr. de Tremore, Palpit. & Convulſ.* apud *Lucanum* p. 713. occurrens, convincere poterit. *Verum enimvero calidum hocce innatum minime igni motu aut frictione arbitramur, ſed corpus ex omni parte conſpirabile fluxileque eſſe contendimus: calidum autem ipſum non adventitium, nec animalis generatione poſterius, ſed primarium, primordiale inſitumque putamus. Natura itaque Animaque nihil aliud quam calidum eſt*. Quamvis autem veteres per Naturam & calidum innatum nil niſi Animam immortalem intellexiſſe certiſſimum ſit, Galenus tamen ſine omni dubio primus fuit, qui ſpirituum idola & facultatum figmenta in Medicinam introduxit: quod ex ejus ſcriptis ſatis ſuperque apparet;

paret; dubius tamen ubique eſt, aut ſibi contradicit, modo enim dicit, ſpiritum animalem animæ propriam eſſe materiam, adeoque Naturam ſive animam corpoream concipit, ita ut hinc non immerito *Muſitani* reprehenſionem *Oper. Tom. I. Cap. de Dolore Capitis* incurrat: modo aſſerit ſpiritum animalem aut eſſe animæ ſubſtantiam, aut primum ipſius inſtrumentum, alibi vero eundem non eſſe animæ ſubſtantiam poſitive affirmat: verbo hic omnium illarum næniarum & nugarum, de triplici hominis anima, de ſpiritibus ab ea diſtinctis, de facultatibus aliiſque tricis, in Medicinam introductarum Author eſt, quibus tamen, ſi Hippocratem ſequi voluiſſet, facile ſuperſedere potuiſſet: hæ enim fabulæ anſam poſtmodum præbebant aliis, ut, relicta Natura, ſpiritibus omnia tribuerent, atque eandem ab omnibus actionibus, ſolis animalibus ipſi relictis excluderent.

Et hæc ſententia ad noſtra uſque propagata fuit tempora, ubi ſpirituum nomina adhuc adeo celebria ſunt, ut piaculum fere ſit, ſi quis de earum exiſtentia earumque attributis dubitare velit: hi juxta plurimorum ſententiam actionum vitalium & animalium ſunt authores & anima ſine illis in actionibus animalibus nihil perficere poteſt, hi ſentiunt, & movent, hi digerunt, ſecernunt, ſanguificant, morbos pellunt & omnia præſtant, adeoque modernis temporibus ſunt ipſa Natura: & quamvis etiam hiſce ipſis temporibus juxta alios mechaniſmus & circulus ſanguinis ſint Natura, ſpiritus tamen animales utramque fere in tali ſyſtemate abſolvunt paginam, ita ut pauper anima ubique ab actionibus excludatur, quas tamen nihilominus in vitis etiam Mechanicis & Spirituoſis continuo exercet & exercebit. Poſſem hoc loco, ſi crambe biſcocta nauſeam Lectori movere vellem, multa argumenta contra exiſtentiam fictorum ſpirituum proferre, ſed cum alii inprimis *D. Stahlius* & *D. Alberti* nuperrime in *Introductione in Univerſam Medicinam* id jam præſtiterint, & ego multa jam de hiſce in Theoria Hominis ſani protulerim, locum tantum Hippocraticum, e quo ſpirituum exiſtentiam probare conantur pauliſper examinabo. *Lib. VI. Epidem. Sect. VIII. text.* 25. occurrit diviſio partium Hippocratica: Græcus textus ita ſe habet: τὰ ἴχοντα, ἢ ὁρμῶντα, ἢ ἐνιχόμενα: & juxta traductionem Lindenii: *Continentia, aut Contenta, & intus permeantia corpora*, aut, uti alii volunt, Continentia, impetum facientia & contenta. Hic locus eorum, qui ſpiritus defendunt, eſt ultimum refugium, aut ſaltem vetuſtiſſimum monumentum, ex quo ſpirituum exiſtentiam probare contendunt. Sed quemlibet, ut probe ad Hippocratica attendat verba, & quid inde ſequatur, rogo. Hippocrates, uti ex ſuperioribus conſtat, & cum eodem alii priſci, ſummo ſtudio corpus & Naturam, ceu principium activum, a ſe invicem diſtinguere conati ſunt, ut & agenti, ſive cauſæ efficienti, & patienti, ſive inſtrumento, ſuum maneat jus. Supponamus itaque Hippocratem hoc loco exactam inter partes diviſionem tradere voluiſſe, nempe partes alias eſſe continentes, alias contentas, alias impetum facientes; ſed quis inde, cum ſpiritus, quales hodierno die adhuc ſecundum unius cujuſque lubitum finguntur, in ſcholas introducere voluiſſe, concludet? ego ſane, qui hoc in paſſu textum Hippocratis ejuſque optimum ſequor interpretem Lindenium, exinde nil aliud, quam quod Hippocrates, partes in continentes, contentas, & intus permeantes aut impetum facientes dividere voluerit, concludere poſſum: ſeu, ut loquar clarius, Hippocratem docuiſſe hoc loco partes alias eſſe continentes, nimirum cutim cum reliquis partibus ſolidis venis, arteriis &c. alias eſſe contentas, ſanguinem ſcil. cum reliquis humoribus: alias vero eſſe impetum facientes, ſive motum humorum promoventes, uti ſunt cor aliæque partes ad ſanguinis circulum aliquid contribuentes. Fateor equidem ſpiritus vocabulum frequentius apud Hippocratem reperiri; ſed monſtretur mihi, an præter aerem, flatus & reſpirationem aliud quid per ſpiritum intellexerit. Cum E. uti ex ſuperioribus apparet, juxta veteres, Calidum innatum, Anima & Natura unum idemque, ac verum motus in corpore principium ſint, horum quoque ſententiæ tantiſper ſubſcribam, donec alii me fortioribus, ac hactenus quidem factum fuit, demonſtrationibus, ſpiritus dari & principium in corpore revera activum eſſe, docebunt.

Si vero cuidam hæcce nondum ſufficiunt, is ſequentia ſaltem perlegat. Suppono cum omnibus Philoſophis ac Medicis, quod motu in corpore vigente, homo vivat, eo vero ceſſante pereat & exinde concludo, quod motus ſit cauſa vitæ. De hoc motu ſtatim quæritur, a quonam principio dependeat. Corporeum illud eſſe nequit, quoniam nullum corpus motum ex ſe & ſua natura procreat, ſed quando alia movet corpora, ab aliis jam motum fuit antea: verbo: omne corpus, teſtibus Philoſophis, paſſive ſe habet & motum ab alio ſemper expectat principio. Et quamvis etiam ſubtiliſſima ſupponamus corpora, ea quidem præ craſſioribus magis ad modum ſuſcipiendum ſunt apta, motum tamen ullum per ſe producere nequeunt. E. principium illud motum efficiens neceſſario immateriale aut ſpirituale eſſe debet: Spiritus enim eſt illa ſubſtantia incorporea, a qua corpus, quod a ſemetipſo moveri nequit, movetur. Cum vero ſpiritus ſit vel *infinitus*, qui eſt *Deus*, vel *finitus*, uti ſunt *Angeli*, & *Mens humana*, neceſſario vel ſpiritus *infinitus*, vel *finitus* regit corpus. Si Deus vel Angelus movet corpus, ſequitur, quod vel anima Deum & Angelum interdum ad hanc vel illam actionem peragendam cogat: vel ipſa invita ad certas actiones a ſpiritu vel infinito vel finito rapiatur, quod utrumque tamen eſt abſurdum. Porro ſi alius ſpiritus regeret corpus, anima ejuſa eſſet in corpore: cum vero nihil agere, aut movere, contra naturam ſpiritus ſit, anima neceſſario aliquid agere debet, quare vel per corpus vel in illud agit. Per corpus eam agere probat experientia, cernit enim, audit, percipit, cogitat, ratiocinatur &c. per corpus. In corpus eandem agere, varia docent animi pathemata, iram v. g. graviorem ſequitur effuſio bilis in inteſtina, Diarrhœa biliosa, Cholera, Febris biliosa &c. E. anima agit in hepar: in ira pulſus cordis augetur, vaſa intumeſcunt &c. E. anima agit in cor & alias partes: ob nauſeam graviorem excitatur vomitus, E. anima agit in Ventriculum: In triſtitia graviori continuante, & meditationibus turbatur digeſtio ciborum, promovetur vero animo a curis vacuo. E. anima concurrit ad chylificationem. Turbantur quoque in animi pathematibus ſanguificatio, ſecretiones & excretiones. E. anima quoque potentiam habet in illas: In gravidis ob ſolam fortiorem imaginationem aut terrorem in fœtu generantur nævi, E. anima ad productionem nævorum concurrit. Porro anima opus habet corpore. E. ejus conſervationi ſtudere debet. Conſervatur corpus vel per internam ſucci nutritii appoſitionem, vel per remotionem ejuſdem ab objectis, quæ ſtructuram corporis lædere ſolent. Succus nutritius præſup-

ponit

ponit alimenta præparata & appetitum ſive voluntatem edendi & bibendi. Appetitum ab anima provenire certiſſimum eſt, hæc enim cibos appetit gratos, eoſque interdum anxie quærit, ingratos vero reſpuit: præparat eoſdem in ore & promovet ad ventriculum, ut uberius digerantur, haſce autem actiones maſticationem & deglutitionem voluntarias eſſe, & animæ imperio ſubiacere, clariſſimum eſt. Cibos gratos facile digerit, ingratos vero difficulter admodum, E. concurrit ad ciborum præparationem in ore, ventriculo & inteſtinis. Animo a curis vacuo & hilari optime procedit nutritio, eodem vero ab actionibus vitalibus per curas graviores revocato, corpus ſenſim marceſcit. E. anima nutritionem peragit. Tandem præſente obiecto corporis ſtructuræ noxam minitante, corpori per fugam conſulitur: ad hanc motus voluntarius cum inſtrumentis neceſſariis requiruntur: anima conſcia ſe fugæ cauſam eſſe ſcit, E. anima cognita quoque habere debet inſtrumenta ſive organa ad motum neceſſaria. Appetit porro vel averſatur anima res ſenſu perceptas: ſenſus eſt in corpore toto, E. anima ſentit ubique interne & externe. Sentit autem externe per organa ſenſoria, teſte experientia. Sentit etiam interne, probantibus id doloribus, ſive ſenſu moleſto partium internarum. Senſus externi inſerviunt intellectui, E. nihil eſt in intellectu, quod non prius fuerit in ſenſu externo. Quæ vero interne ſentit obiecta, non cadunt in ſenſus externos & intellectum, E. de illis anima nullam reddere poteſt rationem. Excitatur interdum inexplicabilis triſtitia ob præſentem cauſam ternam deleteriam, qua remota animus ad ſe redit: cum vero triſtitia & gaudium ſint animi affectus, nec ullus affectus, niſi ſenſus præceſſerit, excitetur, anima neceſſario interne ſenſu affecta fuit, quam triſtitia excepit. Senſationem ordinarie voluntas, hanc vero motus interni pariter ac externi ſequuntur: per motum externum corpus admovetur rebus gratis, aut removetur a noxiis per motus animales, interne inſtituuntur motus vitales, ut res noxiæ & ſenſui interno vitali moleſtæ expellantur, quod curationes ſpontaneæ teſtantur. Ex quibus & aliis ad prolixitatem evitandam omiſſis, animam in & per corpus agere, adeoque veram Medicorum eſſe Naturam facile concludi poteſt. Plura qui de hocce Medicorum Natura legere cupit, evolvat ſuperius allegatæ *D. Alberti Introd. Cap. I. de Natura.*)

Sed redeamus in viam, unde digreſſi ſumus. Altera cauſa eſt, quod Medici relicta aphoriſtica ſcribendi Hippocratica brevitate, miſſoque obſervandi ſtudio, rationibus rerum inveſtigandis totos ſe dederint, omnia prolixo diſcurſu illuſtraverint ac Philoſophiam Ariſtotelicam Arti Medicæ ubique immiſcuerint, unde ab eo tempore obſervationibus Hippocraticis non ſolum parum vel nihil acceſſit, ſed etiam multa, quæ tamen Hippocrates aliique priſci ſummo annotaverant ſtudio Medici, oblivioni tradita fuerunt. Et cum per longum admodum tempus pauciſſimi Hippocratem ſecuti fuerint, Medicina etiam per plura ſtetit ſecula: quod certe aliter fieri non poterat, quoniam tum temporis in Scholis Medicis nil niſi contentiones, altercationes & vanæ nulliuſque pretii explicationes Authorum audiebantur, præſertim cum Medicina ab Arabibus & Medicis Ariſtotelica Philoſophia imbutis publice doceretur, qui miſſis obſervationibus, compoſitionibus remediorum tantum incumbentes, tantis tricis nugiſque Medicinam implebant, ut tum temporis Medicina fere nil niſi farrago rerum inutilium & commentum nugi vendulorum eſſet. Sufficiebat illo tempore allegaſſe Principem Averrhoen, Rhaſen alioſque & ſic omnia, licet experientiæ & obſervationibus contraria eſſent, ſalva erant. Adeoque rectiſſime Baglivus: *Memoria illius diei, quo primum Medicina & reliquæ bonæ artes ab acceptis Barbarorum cladibus inciderunt in Arabes, fieri vix poteſt, quin acrem animo dolorem mihi perpetuo eliciat.*

Tertia cauſa eſt, quod ſucceſſu temporis multa, nullum prorſus in Praxi uſum habentia, ad Medicinam tracta, & Theoriæ partim immixta, partim pro ea venditata fuerint: uti ſunt Philoſophia, Phyſica, Botanica curioſa, Matheſis &c. quæ juxta mores etiam modernos ample admodum tractantur, atque iiſdem tantum temporis conſumitur, ut ad veram Medicinam tractandam parum ejus remaneat. Abſit a me ut haſce ſcientias contemnam, ſua cuique potius ſit laus, veram Philoſophiam, quæ viam ad ſapientiam monſtrat & inculcat, ægrotamque hominis mentem, quantum quidem poſſibile eſt, reſtaurat, maxime veneror, eamque omnibus commendo, nam hæc eſt, quæ, ut ſit mens ſana in corpore ſano, efficit: Phyſicam tanquam ſcientiam jucundiſſimam & utiliſſimam, quæ Creatorem in creaturis nobis exhibet, laudo & amo: nec etiam reliquas, Botanicam, Chymiam, Anatomiam &c. contemno, (Botanica enim recreat animum eumque exhilarat, dum ſcil. varias plantas floreſque diverſorum colorum, ſemina, fructus &c. oculis ſubiicit, & cognitionem remediorum ſuppeditat: Chymia vero eſt clavis rerum, quæ varia ex tribus regni artificioſe præparata exhibet remedia, adeoque Pharmaciæ maxime inſervit: Anatomia autem ſtructuram corporis connexionemque partium docet,) illud ſaltem improbo, quod tales artes & ſcientiæ pro Theoria Medica habeantur, atque Tyronibus tanquam maxime neceſſariæ commendentur. Sed ſi Medicinæ ſubiectum eſſe hominem vivum conſideramus, omnia ad contemplationem & cognitionem hominis vivi non pertinentia a Theoria Medica excludi debere, facile apparere poteſt. Longe ſane alia res eſt Medicina vera, quæ ſane parum emolumenti e talibus rebus haurire poteſt: hæc enim requirit veram morborum Hiſtoriam ex obſervationibus natam, una cum omnibus cauſis veris, remediis fidis & cautelis, de quibus tamen in Medicorum Scholis ſæpius altum eſt ſilentium. Potius particulæ, fermentationes, ſalia alcalia, acida, & quæ ſunt alia, quæ in Praxi nihilum quidem valent, ibidem reſonant: unde etiam poſtmodum Praxis ſequatur ſatis inanis neceſſe eſt: cum enim Theoria hæcce imaginaria ſit ac ex falſis & præconceptis fluat opinionibus, quænam quæſo Praxis huic ſuperſtrui poterit? Interim tamen, quod maxime dolendum eſt, talibus rebus aurcum perditur tempus, ſumptus inutiliter impenduntur, ac capita Tyrorum fumo potius, quam vera implentur Medicina. Res ſane eſt conſcientiæ, adeo neligenter ea, quæ vitam atque ſalutem hominum concernunt, tradere. Querelæ hinc inde occurrunt, Theoriam (quæ ſcil. in variis logomachiis ſive variis diſceptationibus conſiſtit, circa novitates & curioſitates potiſſimum occupata eſt, regiamque & veram ad Praxin viam non monſtrat, aut alias inanibus ſuperſtructa eſt principiis) nullius eſſe pretii, nullamque in praxi habere utilitatem, prorſuſque reſpuendam eſſe; (& hinc etiam reſpectu vanæ talis Theoriæ natum eſt commune proverbium: *Optimos* ſcil. *Theoreticos peſſimos eſſe Practicos*: quod quidem hoc ſenſu certiſſimum, ſi vero etiam do

vera

vera & neceſſaria intelligitur Theoria, falſiſſimum eſt,) ſed quot ſunt, qui querelas tales attentione dignas judicant? leguntur quidem & hinc inde etiam allegantur, ſed a pauciſſimis attenduntur. Tali itaque pompoſa, ſed inani, Theoria inſtructus Tyro, ſe quidem doctum eſſe credit, ſed quadrat ſæpius in eum illud Veterum: *Fili, ab Academia venis, faſtum ſpiras, ex inani ſcrinio, ex inani pectore.* Experientia ipſa teſtatur de Praxi talium male informatorum, qui poſtmodum ſe oleum & operam in Academiis perdidiſſe experiuntur, ac rejectis omnibus, quæ antea ſummo fervore didicerant, Praxin in Praxi quærere & experimenta per mortes facere coguntur. Quis E. Medicinam aliam ſanam diceret, quæ falſæ ſuperſtruitur Theoriæ, & quæ a non paucis falſe docetur & ab aſſeclis poſtea juxta hauſta exercetur principia? Non loquor de viris cordatis, qui multos errores in Theoria & Praxi agnoſcentes, ſibi concreditos Auditores ſerio a rebus nullius momenti dehortantur, ac viam ad veram Praxin omni monſtrant diligentia: nec etiam horum cuidam inſultare cupio, cum enim res ſit notoria, & multi Medicorum hinc inde de hac re cum indignatione locuti fuerint & adhuc loquantur, mihi quoque talia proferre licitum erit.

Quarta cauſa eſt nimius ſtudiorum amor & perverſa librorum lectio, uti *Baglivus* id annotavit. Nolo, quæ laudatus vir prolixe tradidit, huc trahere, ſed breviter quid de hac re ſentiam, dicam. Dum autem hoc loco nimium ſtudiorum amorem tanquam cauſam Medicinæ ægrotæ accuſo, nemo, ac ſi indefeſſum ſtudium diſſuadere velim, ſibi perſuadeat, ſed potius urgeo & commendo illud: nam cum memoria uniuſcujuſque labilis ſit, frequenti repetitione aut relectione opus eſt, quo ſemel lecta eo magis memoriæ imprimantur atque notis jam alia apud Authores occurrentia adiiciantur. Id ſaltem volo, quod permulti librorum multorum lectioni totos ſe dent, & quidem nullum alium in finem, quam ut diverſarum Authorum hypotheſium notitiam ſibi comparent, ac apte de illis diſſerere queant: aſt hoc ipſo ad meditationem, in omni ſtudio, & inprimis in Medicina maxime neceſſariam, ſe ipſos ineptos reddunt: judicium enim in tali rerum confuſione maximopere turbatur: quo plus enim accedit memoriæ, eo plus judicio decedit: Et hinc etiam viri multæ lectionis, qui fere omnes Authorum devorarunt ſententias, ſæpius ſunt parvi judicii, & a vera eruditione adhuc longe diſtant, facileque ab aliis, qui paucos tantum, ſed optimos, cum judicio legerunt libros, quoad eruditionem ſuperantur. In librum Naturæ humanæ potius inquirere, ac conari deberent, ut Phyſici fiant: hic enim eſt ille, qui viam ad veram Medici eruditionem ſternit, cum e contra continua & confuſa multorum librorum lectio eandem præcludat: unde etiam non eſt mirandum, quod Medicina ab antiquorum tempore, quoniam Medici relicto Naturæ libro in multa & confuſa librorum lectione eruditionem quæſiverunt, tam pauca ſumſerit incrementa.

Quinta cauſa eſt peſſimus Hypotheſium Philoſophicarum ac Medicarum amor. Supra jam diximus, quod Philoſophia Ariſtotelico-Scholaſtica in Medicinam introducta eam admodum ægrotam reddiderit & incrementum Medicinæ maxime impediverit: idem quoque ſentiendum eſt de non paucis aliis principiis Medicinæ immixtis. Non loquar jam de antiquiorum hypotheſibus, ſed mentionem ſaltem recentiorum faciam. Cum doctrina de alcali & acido in Scholas introduceretur, quam plurimi de magno invento gloriabantur, hinc nil niſi acidum & alcali per totam Medicinam ſpargebatur, acidum tamen ſenſim ſenſimque præ alcali majores acquirebat Patronos, aut potius hoſtes, unde in quibuſvis morbis accuſabatur ac ejus antagoniſta alcali ubique ipſi opponebatur ut in vaginulis ſuis id occultaret & vim ejus infringeret. Quam quæſo operoſi quidam erant in demonſtrando acido? quænam virtutes ipſi adſcribebantur? in ſtatu ſano digerebat, in morboſo rodebat, vellicabat, pungebat, & lancinabat, hic coagulabat, illic ſpiritus figebat, ut alia ſilentio præteream. Cum porro ſuperioribus temporibus Plethora tanquam non ens e Medicina expelleretur: quænam quæſo turbæ oriebantur? quanto fervore, Venæſectionem, Plethoræ oppoſitam, lethiferam eſſe, defendebant? Quanta celeritate quæcunque Hæmorrhagiæ tanquam res ſummæ noxiæ ſupprimebantur per adſtringentia & opiata? Quid poſtmodum Mechanici, ut hominem in Machinam hydraulico-pnevmaticam converterent & animam ab omnibus actionibus vitalibus excluderent machinati fuerint & adhuc machinentur, in aprico eſt: nil enim, niſi quod mechaniſmum ſapit, admittitur, pori & particulæ earumque figuræ circulo & microſcopiis inveſtigantur, ſecretiones & excretiones a priori ad certum finem, a principio quodam vere activo & dirigente non inſtituuntur, ſed caſu contingunt, cordis pulſus in febribus non augetur propter materias expellendas, ſed cor & reliquæ partes ſolummodo ita ſtimulantur, ut neceſſario pulſus cordis major ſequi debeat, ut alia taceam. Quænam autem incrementa Medicina ſub hiſce contentionibus capere potuerit, unicuique facile liquere poterit. Et cum eadem adhuc rerum ſit facies, ac diſceptationes de principiis & particulis harumque diminutivis in hunc uſque diem durent, Medicinæ incrementum magis impeditur, quam promovetur. Imo tales contentiones occaſionem aliis, Medicinam magis contemnendi, præbent: quis enim ſine riſu aut indignatione eas, quæ hinc inde proferuntur hypotheſes & rationes legere aut audire poteſt? inprimis quando indignabundus quidam Gaſteranax, aut alius barbarus Rex, hoſtem, variis particulis, acutis, quadratis, oblongis, corpori interitum minitantem, ſatellitum, in cohortes diſtributorum, ope expellere nititur: quando materia illa, ex minutiſſimis globulis conſtans, ætherea, undiquaque in corpus penetrans, tot vortices & gyros in ſanguine, ac poſtea ad caput lata cogitationes in cerebro format, deinde vero per nervos ſub ſpirituum animalium, lucidorum, luminoſorum &c. forma lata, univerſæ machinæ vitam, qua tamen ipſa deſtituitur, largitur: aut quando ab hujus inæquali aut inordinato motu omnes fere morbi derivantur, Naturæ morborum medicatricis nomen ei imponitur ac cognitio etiam ſimul, ut propter certos fines agere queat, ipſi adſcribitur: quando, omnes actiones ex mechanica neceſſitate fluere, aſſeritur: quando diverſa, ex neſcio quibus principiis conſtantia, & quo in loco hærentia fermenta, tam in ſtatu ſano, quam morboſo, allegantur: quando acidum in tot diverſiſque morbis tanquam unica cauſa ſupponitur: quis inquam prudentiorum virorum tales & alias quam plures ineptias, quibus Medicina moderna maxime repleta eſt, ſine cachinno audire poteſt? Ecquis Medicinam, talia tradentem, veram & ſeriam eſſe artem crederet? Perpendite quæſo Medici talia eaque probe examinate, ſic enim artem

per puériles haſce fabulas magis dehoneſtari, quam promoveri, facili deprehendetis negotio. Apage E. haſce ineptias, quæ nil niſi difficiles ſunt nugæ.

Sexta cauſa eſt, quod Medici neglecta inquiſitione in remedia polychreſta & relicta earum compoſitione, Praxin ſolam & præſcriptionem formularum ſibi reſervaverint. Quis vero eſt Medicorum, qui neſciat, quam curta, quoad remedia polychreſta Medicinæ ſit ſupellex? Credant alii remedia uſualia & officinalia ad omnes generis morbos ſufficere, me tamen, tamdiu, quamdiu morbi non pauci, quos tamen curatos fuiſſe ab aliis conſtat, pro incurabilibus habentur, nunquam conſentientem habebunt. Nil dicam de aliis morbis, qui ſæpius, quando Medici fruſtra laborarunt ordinariis remediis, a mulierculis & agyrtis unico polychreſto remedio feliciter tolluntur. Minime autem contemno medicamenta officinalia, nec etiam per polychreſta magna illa arcana, de quibus Alchimiſtæ loquuntur, ſed ſpecifica tam ſimplicia, quam compoſita, eaque tam Galenica quam Chimica intelligo remedia. Non ſane primus ſum, qui hac de re loquitur, ſed querelæ ubique de remediorum vulgarium inſufficientia occurrunt, non quod nulla ipſis inſit vis, quis enim hocce aſſirmare auderet? ſed quod plurimorum veræ virtutes & vires ſpecificæ incognitæ ſint. Et quot ſunt Practicorum, qui in talia remedia inquirere cupiunt? Qui ſunt, etiamſi ipſis ſufficiens ſit otium, qui carbonibus manus commaculare audent? Plerique remediis notis, & a diverſis Authoribus commendatis contenti ſunt, ulterius autem ſapere recuſant. Maxime ſane hoc in caſu eſt Medicorum ſocordia, quamvis enim Praxis morborum Hiſtoriam monſtret, hæc tamen ſola non ſufficit, ſed remediis polychreſtis, ad ſuperandos morbos agnitos opus eſt. Minime E. reprehendendi & invidis aſpiciendi ſunt oculis, qui conſcientiæ & officio ſatisfacturi, non ſolum ipſi huic operi manus admovent, ſed & exteros conſulunt, eorumque laboribus utuntur.

Septima cauſa eſt neglectus Chirurgiæ. Certum quidem eſt, quod hæc ſola totum fere requirat hominem, aſt nihilominus Medicis minime condonandum eſt, quod antiquiſſimam & a priſcis exercitatam Medicinæ partem aliis, quibus tamen ſæpius in hac arte eſt curta ſupellex, exercendam reliquerint. Adeoque Medici neceſſitate coacti eo majorem operam Chirurgiæ impendere deberent, quo nobiliſſima hæc ars debito reſtituatur nitori: quod ſi autem hoc ipſum negligere continuabunt, non poterit non major ſequi Medicorum contemptus, præſertim ſi interdum Medicus minorem Chirurgiæ habeat cognitionem, quam ipſe Chirurgus, atque hinc cæcus cæcum ducat.

Octava cauſa eſt, quod propter multitudinem agyrtarum & Medicaſtrorum Medicis occaſio in Praxi Medica ſe exercendi, & ulteriores progreſſus faciendi, præſcindatur, & quod propter tales etiam reliqui, licet optimi Medici, maxime contemnantur. Datur autem inter agyrtas inſignis differentia, alii enim ſunt craſſiores, ſubtiliores alii, ac tandem ultimum occupant locum Medicaſtri varii. Sunt vero agyrtæ craſſiores, uti experientia docet, genus hominum mendaciſſimum, hinc inde per varias regiones oberrans, & Medicos omnes contemnens, quod in ignorantia craſſiſſima hærens & ſub ſpecie Medici publice apparens, remedia pauca, interdum quidem innoxia, ſæpius vero ſumme periculoſa, ſola lucri cupidine vendens, publico ad certum tempus imponit, poſtea vero, detecta fraude, evadit & excedit: uti ſunt Circulatores, ſive circumforanei, qui publice, funambulis, mimis, ſtultis, &c. ſtipati, Theatra conſcendunt. Præter hoſce dantur adhuc alii, qui interdum ſub eruditionis, interdum ſub pietatis, interdum vero ſub charitatis velo apparentes, modeſtiſſimis terminis pauca vel multa jactant arcana, quæ gratis pauperibus nullum alium ob finem, quam ut divitibus imponant, offerunt. Quod vero ſtricte ſic dictos concernit Medicaſtros aut Medicorum ſimios, horum ſane inter homines maximus eſt numerus, vix enim quis hominum deprehenditur, qui Medicum in certis occaſionibus non agat: quo ipſo tamen eos, qui in mitioribus caſibus, charitate ducti chriſtiana, proximo domeſtica ſuadent remedia, reprehendere nolo, id enim cuivis licitum eſſe, certiſſime perſuaſus ſum, v. g. ſi cuidam alvi obſtructione laboranti quis ſuadet uſum clyſteris & quæ ſunt alia. Illos ſolum hoc loco intelligo Medicaſtros, qui etſi aliquam, quoad quandam Medicinæ partem, cum vera tamen Praxi parum admodum connexionis habentem, cognitionem habeant, frivole in ipſam Praxin ſeſe ingerentes, de Medicorum curationibus judicium ferre, eoſque alto ſpernere ſupercilio conantur. A tali ſane agyrtarum & Medicaſtrorum genere contemptus Medicinæ & Medicorum maximam partem originem trahit, præſertim cum tales rationales contemnendo Medicos ubique fere per unam alteramque morbi curationem Patronos acquirant, quod maxime dolendum eſt.

Nonam jam ultimo ultimo loco, ſed omnium maxime ſonticam nomine cauſam, quam quidem conſulto omiſiſſem, niſi experientia communis & alii quoque Medici de hac locuti fuiſſent, invidiam intelligo, logomachias Medicorum & non paucorum ignorantiam. Quid invidia ad Medicorum & Medicinæ contemptum conferat, prolixa non indiget explicatione: Si enim doctus eſt, invidis cum intuentur oculis minus docti: ſi inſignem in Praxi acquiſivit experientiam, imperitorum invidia eum preſſo pede ſequitur: ſi amplam habet Praxin atque ſimul brevi tempore morbos feliciter tollit, reliqui invidi cum odio proſequuntur, ut alia ſilentio præteream, de quibus prolixe agit *Sempronius Gracchus in Herma Lib. II. Sect. II. de Invidia Medici*, ubi p. 183. & ſeq. ejus genealogiam, cauſas & effectus invenies. De Logomachiis & ignorantia Medicorum nil proferam, quia integer *D. Goris* Tractatus proſtat, ex quo ſatis apparere poteſt, quod allegatæ cauſæ Medicinam maxime contemptam reddiderint: quibus plura addere poſſem, aſt cum muſa mea non paucis adeo exoſa ſit, ut ne ea quidem, quæ apud alios longe prolixius & durius occurrunt, ferre queant, ſi ſcilicet in compendio traduntur, ideo cuivis ea apud proprios legere Authores licitum erit. Huc pertinet etiam ante allegati *Sempronii Gracchi Libr. I. Sect. II. Art. I.* de *Copia Medicorum*, quod ut cum attentione perlegatur ſuadeo, credo enim omnia ea a veritate parum abludere. Poſſem adhuc alias ægrotæ Medicinæ allegare cauſas, ſed quoniam eæ maxime ſunt odioſæ, ideo ſilentio eaſdem præterire malo: interim commendo lectionem Libri de Reformatione Medicinæ Domini Francois, ubi forſan una atque altera talium cauſarum occurreret. Pergo igitur potius ad

Effectus. Præſentibus & prægreſſis quoque tot gravibus cauſis, nullum eſt dubium quin peſſimi etiam ſecuti fuerint effectus. Cum enim 1) Talis per longinquum ſatis tempus docta fuerit in Scholis Medicorum

dicorum & adhuc a non paucis doceatur quæ in praxi parum vel nihil habet utilitatis. 2) Tyrones sæpius falsa imbuantur Theoria. 3) Ac Medici ipsi Praxin exercentes non raro insufficienti eruditione sint instructi, ut necessaria in morbis observare ac debitis remediis morbis obviam ire queant. 4) Et tandem Medici quoque ea, quæ ad Medicinam revera spectant, consulto, licet admoniti, negligant, quid mirum? Si Medici contemnuntur, si morborum essentiæ incognitæ manent, si propter defectum inquisitionis nulla remedia polychresta inveniuntur, si vulgus agyrtis, polychrestis remediis interdum morbos gravissimos curantibus, magis fidit, quam Medicis nominalibus & hinc propter multorum Medicorum ignorantiam ipsam quoque Medicinam receptam contemnit.

Prognosis. Si jam Medicinam nostram ægrotam considéramus, eam restitui posse vix aliqua affulget spes, cum enim ii, qui tamen ejus curam gerere deberent, ipsam derelinquant & non obstante summa Medicinæ ægritudine eam sanam imo sanissimam & perfectam esse exclament, non potest non virus in viscéribus latens ulterius serpere & Medicinam brevi interimere; quomodo enim malum non agnitum poterit curari? At quid sperandum est, si Medici cordati, miseræ Medicinæ opem ferre cupientes a reliquis Naturæ filiis degeneribus contemnuntur & remunerationis loco nil nisi odium & invidiam reportant. Non allegabo *Paracelsum*, *Helmontium* aliosque Medicinæ reformatores, sed verbum saltem dicam de Viro Celeberrimo D. D. STAHLIO, qui plus quam plures alii in Medicinæ reformatione præstitit, sed quænam scommata contra illum publice & clanculum, etiam a minorum gentium diis, effutita fuerint & adhuc effutiantur, notum est. Interim tamen ea, quæ Illustris Vir protulit, vera sunt & talia etiam non obstantibus mussitationibus manebunt. Si autem aliquid sperandum est, Medicina non nisi longo tempore & multo labore, quoniam morbus maxime inveteratus est, restitui poterit: id quod fiet 1) per *Apharesin*, sive remotionem partium inutilium, aut per Purgationem per epicrasin, ut sensim sensimque sordes evacuentur. 2) per *Prosthesin*, sive additionem partium utilium. 3) per *Analepsin*, sive conservationem virium veræ Medicinæ: hoc enim modo speranda est *Lysis* sive lenta morbi inveterati solutio.

Methodus Medendi. Cum ex causis supra allegatis, Medicinam perperam a multis doctam & exercitam fuisse, & exinde omnia provenisse mala satis superque appareat, eo respiciendum ante omnia est 1) ut Medicina legitimo modo doceatur, 2) discatur, & 3) exerceatur: hisce enim legitime institutis & peractis reliqua molesta symptomata facile cessabunt.

I. *Methodus docendi Medicinam cum Cautelis Practicis.*

Quicunque Medicinam docere cupit, is sequentibus instructus sit, necesse est. 1) Eruditionem veram possideat. 2) Fidelis sit, ac cupidus aliis veram eruditionem communicandi. 3) Modum alios facili methodo erudiendi calleat. 4) Liber sit ab omnibus præjudiciis sive præconceptis opinionibus.

Quod eruditionem Medici concernit, non immerito quæritur, quidnam præcise illa sit? Eruditio duplici modo sumitur, vel enim sub ea intelligitur habitus acquisitus, juxta quem Medicus eruditus aut vir summæ vocatur eruditionis: vel denotat actum eruditionis, sive informationis, quando alios erudit & novam quasi formam ipsis tanquam rudibus inducit. Est autem hæc Medici eruditio vel *vera*, vel *superficiaria* vel *falsa*. Vera est quæ hominis contemplationem, veram morborum cognitionem, respectu Historiæ Pathologicæ, Signorum, Subiectorum, Causarum, Prognoseos & legitimam eorum tractationem, respectu Methodi Medendi, unice pro scopo habet. *Superficiaria* est, quæ aliquali Medicinæ cognitione contenta, in profundiora artis penetrare recusat. *Falsa* tandem rerum, partim aliquo modo utilium, partim alienarum, ad Medicinam parum vel nihil prorsus conferentium, farrago est, quæ mentem in Medicina rudem non erudit, sed eum vel in ruditate sua relinquit, vel a vero scopo deducit. Talis superficiaria & falsa eruditio hodiernis temporibus fere ubique deprehenditur, & hinc etiam supra allegatus D. Francois, paucos admodum dari Medicos bonos, id est, vere eruditos, summa cum veritate asserit. Quivis E. cui docendi incumbit officium, probe inquirat, an vere sit eruditus & an eruditionem Medicam aliis communicare queat. Si se tali eruditione non instructum esse deprehendit, satius est a docendo abstinere, quam falsam aut superficiariam eruditionem propagando tempus inutiliter perdere ac publico imponere. Si quis autem ad solidam & veram pervenire cupit eruditionem in Medicina, is 1) gratiam & benedictionem Dei, Authoris Medicinæ, quærat: timor enim Domini, uti in aliis, ita & hic quoque est initium sapientiæ. 2) Seponat omnia præjudicia sive præconceptas opiniones, hæ enim mentem occæcant & in inquirenda veritate maxima præbent impedimenta. 3) Diligenter inquirat in morbos eorumque Historiam. 4) Probe observet in morbis cursum eorum & effectus remediorum exhibitorum: hæc enim consideratio & studium in libro Naturæ in acquirenda eruditione longe majoris est utilitatis, quam confusa librorum lectio. 5) Tandem multiplici experientia edoctus conclusiones certas eliciat, quibus tuto fidere liceat, easque Auditoribus suis proponat atque explicet.

Si hoc modo est eruditus, eruditioni in docendo jungat *fidelitatem* & paterno erga Auditores amore ductus, veram eruditionem illis communicare omni opera studeat. Ab initio autem nil nisi necessaria, ad scopum Medicinæ unice tendentia, tractet, iisque rudes Auditorum mentes imbuat, ac simul, an omnia probe comprehenderint, accurate inquirat: quem in finem frequentia instituat examina, per quæ non memoriæ tantum consulitur, sed etiam ingenium maxime acuitur. Hisce horis subsecivis utilia jungat, semper tamen, quamnam hæcce & ubi cum necessariis connexionem habeant exponat: hoc enim si negligitur, parum exinde hauriunt utilitatis Tyrones. Necessariis & utilibus tandem interponat jucunda, quorsum præcipue Botanica, Physica experimentalis &c. spectant, ut animus, a rebus seriis revocatus & per jucunda aliquo modo recreatus, ad seria denuo tractanda eo magis habilis reddatur. Si vero contrario modo procedens jucunda ac curiosa utilibus, hæc autem necessariis præmittit, a vero aberrat

ſcopo, multum temporis inutiliter perdit, ac eo ipſo Auditoribus, quibus ſæpius ob corruptam rationem curioſa & jucunda magis, quam ſeria placent, neceſſaria negligendi aut jucundis poſtponendi, occaſionem præbet.

Non autem *Eruditio* & *Fidelitas* ſufficiunt, ſed facilis quoque docendi methodus requiritur: quare docens 1) omnem prolixitatem ac omnia ad rem non pertinentia, ſummo cum ſtudio vitet. 2) Brevitati potius, ita tamen, ut ab Auditoribus intelligi queat, ſtudeat. 3) Neceſſaria clare & diſtincte proponat, ac argumentis confirmet. 4) Facilia difficilibus præmittat. 5) Connexionem rerum propoſitarum, & quomodo aliæ ex aliis fluant, ſemper monſtret. 6) Si quid exemplis demonſtrandum eſt, Practica potius, ſi id fieri poteſt, allegentur, quam alia: talis enim illuſtratio, quoniam Tyrones hoc modo ſenſim ſenſimque Praxi magis aſſueſcunt, ſemper maximæ eſt utilitatis.

In docendo quoque Doctor omnia ſeponat præjudicia & præconceptas opiniones, uti antea jam monitum fuit, nec iiſdem rudes Tyronum animos impleat. Si contraria recenſenda aut refutanda eſt ſententia, placide illud fiat, ac rationes ſufficientes contrarium demonſtrantes allegentur, hoc enim neglecto, Tyronum Magiſtrum ſequentium animi variis contentionibus imbuuntur, ita ut poſtmodum acerbius de aliis judicare & famam eorum lædere, ſenſim ſenſimque aſſueſcant. Auditores quoque ſuos, ut ſimpliciter omnia credant, non adſtringat, exinde enim naſcitur præjudicium Authoritatis, ſed potius eos ſufficientibus convincat rationibus, ut ipſi rem certam atque veram eſſe agnoſcere cogantur. Si res propoſitæ probabiliter ſaltem veræ videntur, rationes, probabilitatem demonſtrantes, ſimul alleget, ac Auditores, ut ipſi, ſi maturius iis aliquando eſt judicium, in talia magis inquirant, admoneat: non pauca enim ſæpius occurrunt, quæ probabiliter tantum vera videntur & nihilominus tamen elapſo aliquo tempore tanquam certa & vera demonſtrari poſſunt.

Porro etiam docens magnum illud præjudicium, ac ſi inter Theoriam & Praxin prorſus nulla detur connexio, Auditoribus ſuis eximere conetur, ne exinde Theoriæ oriatur contemptus, & Tyrones poſtea illotis manibus Praxin adoriantur. Theoria enim (ſed veram intelligo) adeo neceſſaria eſt in Praxi, ut nullus Medicus ea carere queat, niſi merum agere Empiricum velit, hæc enim ipſi monſtrat quomodo Natura & per quæ inſtrumenta corpus ſuum conſervare ſtudeat, hæc viam pandit ad ſtatum naturalem & præternaturalem: hæc explicat omnes actiones in utroque ſtatu occurrentes, earumque rationes reddit: verbo ex hac fluit vera hominis Hiſtoria Phyſiologica & Pathologica, qua ſi Medicus deſtituitur, cæcus eſt in Praxi. (*Comprehendes exinde B. L. quanta mihi fiat injuria, dum quidam clancularii aliis, me omnem Theoriam prorſus reſpuere & contemnere, perſuadere audent. Si ullus eſt, ego ſane is ſum, qui Theoriam, ſed veram, urget: ſi autem quiſquilias in ea occurrentes contemno, nec etiam quemvis diſcurſum pro vera agnoſco Theoria, non ſperno Theoriam.*) Quare illis monſtret, quomodo partes Medicinæ cohæreant, & quomodo Theoria Praxi, hæc vero illi inſerviat. Et ideo etiam Medicinam cum illis in integra ſua connexione a principio ad calcem uſque tractet: ſi enim modo Phyſiologica, modo Materiam Medicam, modo Praxin aliaque ipſis proponit, magna inde confuſio oritur, inprimis ſi Authores, qui in collegiis explicantur, diverſa, aut plane contraria habent principia.

Diſſuadeat etiam ſuis Auditoribus promiſcuam Authorum lectionem, quoniam maxime confundit Medicinæ Tyrones: cum enim veris atque certis nondum imbuti ſint principiis, ſelectum inter Authores inſtituere nequeunt. Pauci, ſed ſelecti, libri ipſis ſufficiunt, ad quorum continuam lectionem ſemper ſunt inſtigandi, ſatius enim eſt ex uno vel paucis libris fundamenta haurire, quam multorum lectione confundi.

Si E. Medicina inprimis Praxis legitimo modo doceri deberet, res, meo quidem judicio, facile fieri poſſet 1) Si nulli niſi iis, qui ſolidis principiis imbuti Praxin jam diu exercuerint, publice docendi facultas concederetur: cum enim omnis Medicina ad Praxin tendere debeat, nemo niſi in Praxi exercitatus eam cum fructu docere poterit. Quoniam vero ad docendum inſignis requiritur habilitas 2) optimum eſſet, ſi tales eligerentur, qui antea in docendo ſe exercuerunt & habitum acquiſiverunt, uti talis mos in Saxoniæ Univerſitatibus obſervatur, ubi plures Doctores, Adiuncti & Magiſtri legentes, e quorum numero poſtea Profeſſores eliguntur, reperiuntur: ſed cum hocce ubique propter defectum ſelectus fieri nequeat, aliis quoque, ſolida fundamenta & elegantem res neceſſarias proponendi methodum poſſidentibus, docendi munus concredi poſſet. 3) Publici Doctores, utpote quibus docendi munus conceſſum eſt, a Praxi, quantum quidem poſſibile eſt, abſtinere deberent, inprimis ſi jam antea inſignem habitum in Praxi acquiſiverunt, ut eo majori diligentia docendi munere fungi poſſent. 4) Quoniam vero Medicina abſque Praxi ne caſſa quidem nuce digna eſt, & inſuper indies plura obſerventur, quæ Medicinam & inprimis Praxin promovent, docentium conſcientiæ relinquendum eſſet, quantum temporis in Praxin impendi deberet. Quo autem Auditoribus in Praxi eo magis conſulere poſſent, 5) reliqui Medici, ut omnes obſervationes Doctoribus publicis communicarent, obſtricti eſſe deberent, quo Tyronum ſtudia hoc ipſo magis magiſque promoverentur. 6) Docentes, ſi conſuetudo loci id permittit, ſuis Auditoribus anſam ægrotos viſitandi, idque vel manuducentibus ipſis Doctoribus publicis vel aliis, quos Docentes aptos judicarent, præbere deberent. 7) Porro Tyrones, ad ea, quæ alias Doctoribus publicis reſervata ſunt, ad inſpectiones ſcil. cadaverum, viſitationes aliaque, quæ maximam partem in Academiis addiſci poſſunt, admitti deberent. 8) Studioſis tandem, ſi Doctoribus publicis Noſodochia viſitandi facultas conceſſa eſt, ea quæ ibidem occurrunt obſervandi libertas concedi poſſet. Ut alia taceamus, quæ in genere ad ſtudium Medicum promovendum concurrere poſſunt.

Quod autem in ſpecie docendi methodum concernit, optimum eſſet, ſi docentes, inprimis quibus publice docendi facultas conceſſa fuit, inter ſe convenirent, juxta certas regulas & certa principia, miſſis omnibus alienis, ad Praxin prorſus nihil vel parum admodum conferentibus, Medicinam tractandi. Quæ quidem res maxime eſt neceſſaria, ſi enim docentes reſpectu principiorum inter ſe differunt, non poteſt non magna exinde oriri confuſio. Ponamus e. g. in Facultate eſſe tres, quatuor, aut plures Profeſſores, quorum alius Helmontium, alius Sylvium, alius Carteſium, alius Mœbium aut Wedelium, alius

alius Sthalium, alius alios quoad principia ſequitur, dum vero unicuique certæ partes, huic ſcil. Inſtitutiones, illi Praxis & ſic porro dicatæ ſunt, & quivis juxta propria principia partes illas explicat, Tyrones Medicinæ nonnunquam quoad Phyſiologiam erunt Carteſiani, quoad Pathologiam Mœbiani, quoad Methodum Medendi Sylviani, quoad Praxin Helmontiani aut Stahliani, & ſic modo de ſpiritibus, modo de archeo, modo de æthere, modo de mechaniſmo, modo de Natura, modo de aliis loquentur. Quænam autem exinde farrago ſequatur, unuſquiſque facile comprehendet. Si jam ipſa incommoda, quæ exinde fluunt, conſideramus, per ſe patet 1) quod Tyronum ſtudia hoc ipſo quam maxime retardentur, & tanta, quoniam Tyrones optimum eligere nondum norunt, oriatur confuſio, ut ex tali labyrintho evadere vix liceat; propria convictus experientia loquor. Et quomodo quæſo Tyrones optimum eligere poſſunt, cum unuſquiſque Docentium propria, aut ea, quæ ſequitur, commendet principia, ac ea Tyronibus & quidem argumentis ſatis probabilibus continuo inculcet. 2) Quod, ſi poſtmodum ad Praxin accedendum eſt, juniores Medici, quid agere quidque omittere aut vitare debeant, neſciant. Ponamus exempli loco febrem continuam, hic ſtatim eſt quæſtio, quid primum ſit agendum? evolvit Medicus junior varia ſua manuſcripta aut libros varios a Præceptoribus commendatos, ut exinde initium curationis hauriat, ſed quanta quæſo confuſio hic oritur? hic enim venam primum ſecare jubet, ille diſſuadet, alius laudat vomitorium, alius purgans, alius hæc omnia commendat, alius vero eadem reiicit & eorum loco præparantia, clyſteres &c. ſuadet: hic in labyrintho hæret Medicus, dum rationes ſatis plauſibiles ponderat, & quod quivis Præceptorum ad propriam provocet experientiam: interim, ne exiſtimatio lædatur & Medicus ignorantiæ accuſetur, aliquid agendum eſt: trepida E. manu pennam arripit & præſcribit remedium vomitorium, tanquam remedium univerſale, cujus ope ſordes ventriculi removere cupit, altera die majorem inveniens Maſſæ ſanguineæ ebullitionem, Venæſectionem inſtitui curat: tertia die, quoniam æger conqueritur de nauſea, vomitorium repetit, quarta die ad dolorem capitis enormem imminuendum, venam in pede aperiri jubet; tandem progreditur ad ſpecifica ſic dicta, nempe ad evacuantia per ſudorem & credit ſe hoſtem ſuperaturum, ſed æger ſemper in pejus ruit, præſcribit E. cordialia calida, nullo tamen cum effectu, die quinto æger corripitur hæmorrhagia narium, Medicus junior lætatur, credens hanece eſſe criticam, ſed circa veſperam delitia accedunt, quæ ſequente die continuant uſque ad noctem, qua æger moritur. Credit itaque cauſam mali ſucceſſus eſſe, quod Venæſectionem reliquis non præmiſerit remediis, quare dum ad alium vocatur ægrotum, ſtatim ſanguinem mittere jubet ac ſequente die exhibet vomitorium, ſed quarto die delitia ſuperveniunt ac tandem æger die ſeptimo fatis cedit. Et ſic porro in aliis morbis. Non chimeræ ſunt, quæ hic profero, ſed res facti, experientia edoctus loquor, eodem modo in principio Praxeos meæ quoſdam ægrotos tractavi, & eadem ſe fata habuiſſe nonnulli Practicorum ingenue mihi faſſi ſunt.

Ad evitanda E. & præcavenda talia experimenta per mortes, Doctores publici conjunctis viribus integrum ſyſtema, totam Medicinam, tam Theoreticam, quam Practicam complectens, miſſis tamen omnibus ratiociniis minus neceſſariis, conſcribere poſſent. Hocce ſyſtema omnia ea, quæ a pleriſque Medicis & inprimis in Praxi maxime verſatis obſervata & uſu probata & quidem juxta eam ſeriem, quæ cum Praxi quam maxime quadraret, complecti deberet: hoc enim Medicinæ Tyronibus, eo facilius ad neceſſariarum rerum cognitionem perveniendi, anſam præberet, ac ipſis norma & baſis, ad quam omnia referre poſſent, eſſet. Sin vero tale ſyſtema, quod magis magiſque augeri poſſet, in nimiam excreſceret molem & in deſcribendo tædium pareret, inprimis deberet, ut hoc modo via ad integrum ſyſtema, ex meris obſervationibus conſtans, perficiendum, ſterneretur, cui rei obſervationes a Practicis communicatæ, uti ſuperius jam monui, maxime inſervire poſſent. Imo exteri quoque Medici, ut obſervationes ſuas communicarent, rogari deberent, quo talis Medicinæ maxime neceſſarius liber eo citius, ſi non ad perfectionem, quæ vix ſperanda eſt, perveniret, eo majora tamen incrementa caperet.

Jacto E. tali fundamento explicetur 1. *Phyſiologia* vera *Medica*, per quam autem non illam hominis contemplationem, quæ in vanis ac inanibus diſceptatiunculis, figmentis & ſpeculationibus conſiſtit, ſed revera naturam hominis, quatenus ſcil. ad Medicinam ſpectat & Medico Practico utilitatem præbet, tractantem, intelligo. In hac præcipue conſiderentur partes hominis eſſentiales, corpus ſcil. & principium vitale illud dirigens, gubernans, conſervans, quibus ſcil. inſtrumentis ad actiones vitales inſtituendas utatur, quinam effectus haſce actiones ſequantur, quo tempore contingant, & quid effectus illi una cum actionibus ad vitam & ſanitatem conferant. Breviſſime quoque tradantur materiæ de Senſibus, Generatione, Motu corporis locali &c. quarum uberior explicatio magis ad Phyſicam, quam ad Phyſiologiam Medicam pertinet. Dentur quoque Auditoribus variæ quæſtiones Problematicæ, Phyſiologiam complectentes, ut mature animi ſenſa concinno ordine in chartam coniicere diſcant. Inſtituantur quoque, ſi placet, exercitia diſputatoria, mihi tamen frequentia examina & repetitiones ſemper magis placuere & placent. Tandem quoque docens modo huic, modo illi injungat, ut materiam quandam præſentibus reliquis ex tempore explicet, ac hoc exercitium tamdiu, donec tota Phyſiologia firmiter Tyronum memoriæ infixa hæreat, continuetur: hoc enim modo via optime ſternitur ad Pathologiam, ita ut poſtmodum Tyrones omnia eo melius comprehendere queant.

2. Phyſiologiæ immediate Pathologia itidem vere Medica, hominis vivi ſtatum præternaturalem naturali oppoſitum tradens, ſubjungatur. Hic exacte conſiderandum eſt, quid præciſe ſit morbus & quomodo a cauſa morbifica & ſymptomatibus differat? an ſcil. ſit activum in ſtatu præternaturali, quod, variis cauſis extraordinariis removendis inſerviens, conſervari debeat, an vero illud ſit mere noxium & hinc omni diligentia removendum & ſupprimendum? Hæc ſane conſideratio inſignem habet uſum & viam ad felicem ſternit Praxin: monſtrat enim in pleriſque morbis occurrere activum quid, quod adeo eſt neceſſarium, ut ſine ejuſdem concurſu nullus morbus feliciter cedere poſſit: verbo exinde Autocratia & Synergia Naturæ, quam in Praxi ſumme neceſſariam habent Medici elucet, quare hæc doctrina Medicinæ Tyronibus probe explicetur & inculcetur. Poſtmodum demonſtretur, quænam veræ & ordinariæ morborum ſint cauſæ generales, quomodo generentur, aut unde originem trahant, quænam earum ſint qua-

litates, quomodo corpus afficiant & quibuſnam motibus extraordinariis anſam præbeant. Tertio Tyronibus explicetur, quibus modis activum illud cauſis morborum diverſis opponatur, & quænam accidentia tales motus, contra materiam præternaturalem ſuſceptos, ex neceſſitate conſequentiæ ſequantur. Si Patologia Generalis hoc loco legitime tractatur, Tyronibus tota Hiſtoria Pathologica perſpicue & naturali modo tradi poteſt. Imo exinde etiam fluit ipſa Medendi Methodus tam Generalis, quam Specialis. Poſſem hocce prolixe per plures morbos demonſtrare, ſed cum hocce in Pathologia jam præſtiterim, actum agere nolo. Poſtea tranſitus fiat ad Pathologiam ſpecialem, ubi ante omnia eo reſpiciendum eſt, ut morbi in certas claſſes ſecundum principaliores cauſas dividantur, hoc enim modo longe commodius doceri poteſt Pathologia & omnia etiam a Tyronibus felicius hauriuntur, quam ſi modo de inflammatione, modo de dolore, modo de Hæmorrhagia agitur. Unicuique autem Claſſi præmittatur Generalis diſcurſus v. g. de Hæmorrhagiis, Inflammationibus, Febribus &c. ſic enim reliqua in ſpecialibus occurrentia facillime comprehenduntur a Tyronibus.

3. Tandem quoque in compendio tractetur ſemiotica, aut ſi magis id placuerit, aliquanto prolixius: quamvis multa morbos ſpeciales concernentia in ſemiotica occurrant, quæ longe commodius, in Praxi ſpeciali tractari poſſunt: Omnia autem in Semiotica Generali occurrentia, ſi legitimo modo propoſita, ac fundamenta in Phyſiologia & Pathologia antea probe jacta fuerint, a Tyronibus facile intelligi poterunt: nihil enim hic, quod duas haſce partes non reſpiciat, occurrit, minime autem excludenda eſt experientia, quæ omnia e Theoria deſumpta magis confirmat.

4. Poſtmodum ad Medendi Methodum progreſſus fiat. Hæc autem, ſi legitimam bonamque quis expetit, cum Pathologia Generali exacte conſpirare, eamque ubique tanquam baſin præſupponere debet. Hic E. ſemper 1) ad cauſas generales, non fictitias aut ex falſa hypotheſi natas, ſed ad veras, ſana ratione & multiplici experientia confirmatas, reſpiciendum eſt. 2) Ad motus, quos Natura alias, uti in Pathologia id demonſtratum fuiſſe præſuppono, contra cauſas morbificas inſtituere ſolet, attendendum eſt: in hiſce duobus enim revera Praxis Generalis maximam partem conſiſtit, & hæcce etiam viam ſternunt ad reliqua: exinde enim 3) fluunt Indicationes, ſive regulæ & concluſiones, quæ, quid agendum ſit, quænam remedia cauſis morbificis ſint opponenda, ac quomodo Naturæ motus vel alterandi vel moderandi vel ſtimulandi ſint, monſtrat. Hiſce præmiſſis 4) progrediendum ad remedia ipſa, ac monſtrandum eſt, quomodo & quo ordine remedia, reſpectu ætatum, temperamentorum aliarumque circumſtantiarum, ſint exhibenda. 5) Ipſa autem remedia in certas claſſes, generalibus morborum cauſis reſpondentes, dividantur, &, ſi prolixius de iiſdem agere placet, in partes remediorum conſtituentes inquiratur, ac Tyronibus, quomodo reſpectu earum remedia operationem ſuam edant, monſtretur. 6) Nulli autem, niſi polychreſtis, ſelectis & uſu confirmatis remediis hic locus concedatur, nimia enim remediorum farrago ac effœtorum minuſque uſualium recenſio Tyrones confundit: ſi vero in Methodo Medendi prolixius hæcce tractandi animus eſt, eum ſolum in finem fiat, ut Auditores omnes cautelas, circa uſum talium remediorum obſervandas, addiſcant. 7) Commode etiam Methodo Medendi modus conſcribendi formulas ſubjungi poteſt: monſtrandum ſcil. quomodo ex remediis, in quavis claſſe traditis, concinnæ & ſelectæ formulæ præſcribi ac remedia aliis apte miſceri queant: in quibus quidem non ſemper ad gratiam, ſed magis ad neceſſarios effectus reſpiciendum eſt. Quod ſi vero talis formularum præſcriptio in hac parte negligatur, poſtmodum non levia impedimenta, faciliorem, progreſſum retardantia, in Praxi ſpeciali occurrunt.

5. Chirurgia quoque in compendio, finita Praxi Generali, Tyronibus tradatur, ut generalia ipſis innoteſcant: prolixior enim deductio & explicatio peculiaribus merito reſervatur Collegiis, ut paulo inferius explicabitur.

6. Tandem in Diæta, miſſis inanibus & prolixioribus deductionibus demonſtretur, quomodo ſex res non naturales ad ſanitatis conſervationem concurrant: quomodo Diæta differat reſpectu Ætatum, ſexus & Temperamentorum: cui jungatur Diæta ægrotantium generalis & ſpecialis, quamvis hæc ultima Praxi quoque ſpeciali reſervari poſſit. Hoc in caſu Liber de *Diæta D. Carls* loco fundamenti inſervire poſſet, qui ſane adeo eleganter conſcriptus eſt, ut ab omnibus legi, & in alias quoque linguas transferri mereatur.

7. Hiſce omnibus ad finem perductis, progreſſus fiat ad Praxin ſpecialem, quæ ſane, quoniam ad eam omnis Medicina dirigi debet, omni ſtudio tractetur, quo Tyronum animi certis atque firmis regulis imbuantur, ut eo melius poſtea ab Academiis reduces Praxin exercere queant. Aſt antequam ad ſpecialia progrediar, merito illam, neſcio an præconceptam opinionem, an dubitationem, an vero quæſtionem, *an* ſcilicet *Praxis in Academiis addiſci poſſit?* præmitto, quoniam non paucis Tyronum ſcrupulum movet. In anteceſſum dico maxime vanam & falſiſſimam eſſe hancce perſuaſionem, quod mox probabo. Præſuppono autem, ſi quidem licet, Medicinam eſſe aut certam, aut incertam & hinc exinde elici poſſe regulas vel certas vel incertas, ſive varia axiomata eorumque explicationes, quæ in Academiis a Docentibus proponuntur, ab Auditoribus vero diſcuntur. Si regulæ illæ ſunt certæ, uti certæ eſſe debent, utilitatem habebunt in Praxi, iiſque Tyrones fidere poterunt: ſin vero eſſent incertæ, cui bono proponerentur in Collegiis? Cui bono impenderentur ſumptus ſatis magni? Quem in finem tanto opus eſſet tempore? Imponerent hoc modo docentes Tyronibus, aut hi ſe ipſos fallerent: abſit hocce ab utriſque: ſane ſi hoc certum eſſet, Parentes majori jure filios ſuos Practicis informandos traderent, quam ut eoſdem fruſtra per longum tempus in Academiis alerent. Si vero Medicina & inprimis Praxis legitimo modo in collegiis tam publicis, quam privatis, traditur, utique Praxis in Academiis addiſci poteſt, ſi nimirum Auditores animum ſufficienter ad ea quæ ibidem proponuntur, advertunt. Ponamus exempli loco Febrem tertianam intermittentem: hanc Doctor explicaturus ſine dubio proponet Definitionem, ac poſtea quomodo partim ab aliis, partim reſpectu certorum individuorum differat, monſtrabit: allegabit etiam ſigna huic febri competentia: hiſce junget cauſas & Prognoſtica ac explicabit, quomodo primo in genere, ac deinde in ſpecie, certarum circumſtantiarum intuitu, legitimo modo

curari

curari debeat: allegabit etiam diverſa ægrorum, tali methodo curatorum, exempla ac neceſſarias cautelas Tyronibus imprimere conabitur, verbo omnia, quæ uſui eſſe poſſunt, allegabit. Tyro E. ſi hæcce omnia probe percepit ac memoriæ firmiter impreſſit, jam ſcit Praxin Febris tertianæ: & ſi tali modo in omnibus morbis procedit, in Academiis notitiam Praxeos omnium morborum acquirit atque Praxin addiſcit. Offeruntur quoque ipſi in Academiis verſanti interdum ægroti, quos juxta methodum a Doctore perceptam tractat atque curat, adeoque per talia exempla in methodo ſua confirmatur. Interim tamen & illud negari nequit, quod poſtmodum frequentior Praxis firmiorem reddat methodum, ita ut junior Practicus ſenſim ſenſimque majorem in medendo acquirat habitum, juxta commune proverbium, *fabricando fimus fabri*: nam multa in Praxi occurrunt, quæ ſpecialem merentur attentionem & etiam peculiare quid poſtulant quoad curationem: ita e. g. femina quædam corripiebatur febre tertiana, adhibebantur omnia uſualia remedia, ſed fruſtra, ac febris eodem tenore ſemper durans ultra duodecimum paroxyſmum ſe extendebat: inquirenti in cauſas hujus extenſionis, ægrota ſe Venæſectionem conſuetam neglexiſſe ajebat: ſecabatur E. illico vena & febris ſtatim, ſine ulteriori remediorum uſu, ceſſabat. Hæc itaque, & alia in morbis occurrentia, Medicum juniorem cautum reddunt, ita ut poſtmodum in ſpecialiſſimas etiam circumſtantias inquirat, & hoc ipſo poſtea ſemper firmior in Praxi reddatur.

Quod E. methodum docendi Praxin concernit ſpecialem, eam ſequenti modo adornari poſſe exiſtimo. 1) Præmittatur *Definitio* aut ſaltem Deſcriptio, in compendio morbum propoſitum generaliter ſiſtens. 2) Subiungatur *Differentia*, ut appareat, quomodo morbus, de quo agitur, ab aliis congeneribus diſtinguatur. 3) Sequantur *Signa* morbo propria, ut innoteſcat, morbum hunc & non alium eſſe; in Signorum autem recenſione is ſervetur ordo, ut primo loco in morbo occurrentia recenſeantur ac hiſce reliqua Signa eaſdem excipientia ſubiungantur. 4) Agatur de *Subiecto* tam *generali*, quinam ſcil. homines reſpectu ſexus, Temperamentorum, Ætatum, Vitæ generis &c. ad hunc vel illum morbum magis vel minus proni ſint: quam *ſpeciali*, nempe parte affecta, quæ vel nobilior vel ignobilior eſt, & hinc etiam majorem vel minorem requirit attentionem. 6) Explicetur quomodo motus hoſce ex neceſſitate conſequentiæ omnia antea allegata Signa & Symptomata ſequantur. 7) Ex antea dictis, reſpiciendo ſcil. ad cauſas, ſubiecta aliaſque circumſtantias, trahatur Prognoſis. 8) Explicetur, quomodo morbus ſecundum certas indicationes, ex ante allegatis fluentes, legitimo modo tractari debeat; allegerentur hunc in finem remedia polychreſta & ſelecta & monſtretur quænam ab initio, & quæ poſtea ac quo morbi vel diei tempore exhiberi debeant. 9) In calamum quoque dictitentur variæ formulæ ſelectæ, aut Tyronibus, ut ex tempore eaſdem componant, injungatur. 10) Tandem variæ cautelæ Practicæ, in medendi methodo obſervandæ finem imponant. 11) In tali explicatione obſervationes Practicæ tam propriæ, quam alienæ recenſeantur, hæc enim prolata maxime confirmant.

8. Quo autem docens, Auditores omnia accurate comprehendiſſe certus ſit, frequentia inſtituat examina, hæc enim & judicium acuunt & memoriæ ſuccurrunt, præſertim ſi ſimul a docente res neceſſariæ breviter denuo explicantur, aut nova jam dictis adduntur.

9. Si jam morbi quidam explicati fuerunt, initium reſolutionis caſuum fiat, & monſtretur, quomodo & quo ordine Hiſtoria morbi & Reſolutio ſit inſtituenda: quem in finem 1) ex Hiſtoria morbi cujuſdam generali & ſpeciali varii caſus, inter ſe reſpectu ætatum, Temperamentorum, ſexus, Gradus aliarumque circumſtantiarum differentes, formentur, & quo ordine omnia illa, quæ in tali caſu requiruntur, poni debeant explicetur. 2) Poſtmodum progreſſus fiat ad Reſolutionem & quis hic ſervandus ſit ordo exponatur: in Reſolutione autem caſuum, quantum quidem poſſibile eſt, prolixæ demonſtrationes & explicationes Phyſicæ vitentur, & potius ad rationes veram ſapientes Theoriam Medicam reſpiciatur. 3) Si jam aliquatenus in caſuum reſolutione ſunt verſati, ipſis diverſi caſus, ut eos ex tempore reſolvant, proponantur, atque hoc modo univerſa Praxis Specialis tractetur. Talis caſuum Reſolutio inſignem habet utilitatem & viam ad Praxin ſpecialiſſimam ſive individuorum ſternit, imo ut verius loquor, actu eam monſtrat.

10. Quo vero Tyrones in aliis quoque partim neceſſariis & utilibus, partim vero in jucundis ſe exerceant, earumque notitiam acquirant, tempore æſtivo Chimia, Materia Medica & Botanica, hyberno vero Anatomia & Chirurgia a Docentibus tractetur, ita quidem ut æſtivo & hyberno tempore ea, quo proponi debent, integre abſolvantur.

11. Talis curſus Theoreticus Practicus, ſi quotidie aliquot horæ impenderentur, duorum annorum ſpatio poſſet abſolvi, Theoria ſcilicet & reliquæ partes cum Praxi ſemel, Chimia vero, Materia Medica, Botanica, Anatomia & Chirurgia bis.

12 Hujuſmodi curſus, ſi v. g. quatuor Doctores inter ſe convenirent, ſingulis ſex menſibus incipi poſſet, ita ut ſi primus initium faceret tempore autumnali, alter tempore verno alium ordiretur & ſic porro: aut poſſet etiam ſingulis annis incipi talis novus curſus. Ex tali tractatione inſignes fluerent fructus & quidem. 1) Quod hoc modo Tyrones cito ad Theoriæ & Praxeos cognitionem pervenirent. 2) Quod jam audita, novo curſu incepto, continuo repetere poſſent. 3) Quod ii, quibus curta eſt ſupellex, ſine magnis ſumptibus Medicinam addiſcere poſſent. Ut alia ſilentio præteream. Sed ſi hoc modo tota Medicina tractanda eſt, non ſolum a Docentibus, ſed etiam a Tyronibus indefeſſa requiritur diligentia.

II. *Methodus diſcendi Medicinam cum Cautelis.*

Quod jam methodum diſcendi Medicinam in genere & in ſpecie concernit.

1. Medicinæ Tyro ſit pius atque Deum ſupplex oret, ut ſufficientes animi & corporis vires largiatur ad ea addiſcenda, quæ neceſſaria ſunt: quare morem multorum ſtudioſorum, vitam aſoticam ſub libertatis larva ducentium, minime ſequatur: Deus enim Author eſt Medicinæ, is ille ipſe eſt, qui Medicum ſe hinc inde in S. S. vocat, & qui benedictionem largitur ad omnia, & hinc etiam ſana vult ratio, ut illa, quam ex ſola miſericordia generi humano conceſſit, ars, ſubmiſſa ac devota mente tractetur & addiſcatur: orandum hic eſt & laborandum, ſecus qui procedunt, benedictione divina ſe indignos reddunt, ac nil niſi malum, tam quoad conſcientiam, quam quoad eruditionem, ab Academiis reportant theſaurum. Procul E. hinc profani! 2. Probe ad omnia ea, quæ a docente proponuntur, attendat: nam mens alienis rebus intenta nunquam bene percipit: & hinc etiam in Collegiis fabulationes aliaque docentem turbantia (quorſum inutiles ſpectant quæſtiones & oppoſitiones) vitet. Sedulum potius atque attentum agat auditorem, nam cum in Collegiis res non ludicræ, ſed magni momenti, & ſalutem hominum concernentes proponantur, aut ſaltem proponi debeant, ipſa ſana ratio attentionem ſuadet. 3. Porro etiam fiducia erga Præceptorem opus eſt: Docens enim eſt perſona, quæ, vere in Medicina erudita, ſecundum conſcientiam omnia ea, quæ ad promovenda ſtudia inſerviunt, fideliter explicat, aut ſaltem explicare præſupponitur: Quare Tyro Præceptori fidat, & propoſita, ceu vera & certa accipiat: quamprimum enim de Docentis prolatis, aut de ejus fidelitate dubitat, curſus ſtudiorum maxime retardatur. Quo ipſo tamen eam nam improbo dubitationem, ſi forſan aliquo orto ſcrupulo, Auditor hæſitat, an Docens omnia probe perpenderit, aut annon ex aliquali præcipitantia, aut aliis negotiis impeditus quædam propoſuerit, quæ rem non, uti decet, exhauſerint: nam tali in caſu licitum eſt Tyroni dubitationes ſuas cum modeſtia explicare, aut alios etiam conſulere cordatos viros: nunquam tamen, niſi manifeſta edoctus experientia, fidelitatem Præceptoris in dubium vocet, quam ſi propria ratione, experientia, aliorumque demonſtratione, deprehenderit, fiducia compenſet. 4. Amore quoque docentes proſequatur: amorem talem & quidem infucatum ſana poſtulat ratio: cum enim docens ſingulari præditus ſit eruditione, quam omni diligentia & fidelitate eum in finem auditoribus communicare ſtudet, ut e ruditatis ſtatu tracti ſolida imbuantur ſcientia, nihil magis ſanæ congruum eſt rationi, quam ut diſcipulus, e Præceptoris ore ſolida hauriens principia, eum, cui, quicquid ſcit, unice debet, amore proſequitur ſincero & reverenter eum habeat. 5. Diligens ſit & continuo ſtudiis ſuis inprimis tempore matutino, (*Aurora* enim *Muſis amica*) miſſis omnibus aliis, interdum quidem neceſſariis viſis (quæ tamen utplurimum aliis commodius peragi queunt horis) negotiis, incumbat: quo plus enim temporis ſtudiis impenditur, eo plus quoque aliis rebus, ſæpius ſatis inutilibus, decedit. Quare etiam conſortium eorum, qui chartas luſorias magis, quam Medicorum libros manibus terunt & loco Auditoriorum Cauponas frequentant, atque hoc ipſo tempus & ſumptus, quos ſtudiis impendere debebant, inutiliter perdunt, magna vitet diligentia, eoſque tanquam Univerſitatum carcinomata fugiat. Eorum vero potius, quos bonis præditos moribus continuo ſtudiis incumbere deprehendit, conſortio utatur, ac de rebus neceſſariis ad Medicinam pertinentibus familiares miſceat ſermones, quo hoc ipſo in Medica ſe continuo exerceat arte. 6. Si quædam in Collegiis occurrunt, quæ non bene percipit Tyro, inquirat vel ſtatim, quomodo talia ſint intelligenda, quod tamen, ne alii turbentur, cum modeſtia fiat, vel potius privatim finita lectione, hac tamen obſervata cautela, ut id paucis fiat, ne docenti multum temporis, ad alia neceſſarii, præripiatur: hoc ipſo docentem maxime inſtigabit, quoniam diligentia & ſciendi cupido veri ad promovenda Auditorum ſtudia ſunt ſtimuli. Quis enim docentium non ſummo afficeretur gaudio, ſi induſtrios nactus eſt auditores, qui ſciendi deſiderio flagrant? quis Doctorum honeſto huic deſiderio ſatisfacere recuſaret? 7. Studiis ſuis, inprimis ſi diverſæ in Collegiis explicantur partes, certas deſtinet horas, ut eo majori diligentia quaſcunque materias perlegere, ac ad ea, quæ in lectionibus a Doctore proponi debent, eo melius ſe præparare queat. 8. Lecta & relecta propoſita materia, meditetur ſepoſito libro, an omnia probe comprehenderit: hæc ſane meditatio magnam ubique in ſtudiis habet utilitatem & judicium maxime acuit, imo, hoc ipſo Tyrones magis magiſque perfecti reddunturt, ut etiam poſtea in profundiores materias inquirere queant. 9. Quæ in lectionibus tam publicis, quam privatis audivit, probe annotet, quoniam memoria eſt labilis. 10. A promiſcua librorum lectione abſtineat: exinde enim non ſolum hebes redditur ingenium, ſed maxima quoque oritur confuſio: paucos potius libros & optimos continuo legat: ſi vero modo hunc, modo alium de diverſis Medicinæ partibus agentem legit librum, Medicinam magis pererrat, quam eandem abſolvit. 11. Partibus Medicinæ principalioribus præmittat ea, quæ viam ſternunt ad altiora, Theoriam ſcil. veram, eamque memoriæ probe imprimat. 12. A neceſſariis ſemper faciat initium, aliena vero ad ſcopum Medicinæ verum non tendentia, quantum quidem poſſibile eſt, fugiat. 13. In credendo nunquam nimis præceps ſit, ſed omnia probe examinet, an cum ſana ratione conveniant. 14. Virorum Doctorum & in Praxi exercitatorum conſortium ſemper quærat, ut hoc modo ſemper majores in ſtudiis profectus facere queat. 15. Nullam materiam neceſſariam facile prætereat, ſed eam tamdiu repetat, donec fundamentum ejus animo probe perceperit. 16. Hiſtoriam morborum præ cæteris tanta, quanta poteſt, diligentia tractet, eamque ſibi quam maxime familiarem reddat. 17. Remedia polychreſta, pariter ac Regulas Practicas, quantum quidem poſſibile eſt, memoriæ mandet, quoniam perpetuum in Praxi habent uſum. 18. Jactis probe fundamentis, libros optimos Practicos & Obſervationum ſcriptores continuo legat, ut eo firmior in omnibus & inprimis in Praxi fiat. 19. Antequam Praxin ipſam

aggre-

aggrediatur, ſub ductu viri in Praxi exercitati in medendo aliquandiu ſe exerceat. Ut alia ſilentio prætereamus, quæ fidelis Præceptor publice & privatim Auditoribus ſuis commendare ſolet. 20. Tandem, finitis ſtudiis Academicis, verba ſequentia Sempronii Gracchi ſemper curæ cordique habeat: *Tu, lectiſſime Tyro, hoc age, ut nullos ambias honores, niſi ſpartam Te ornare poſſe certo ſcias; ſi dignus fueris, qui orneris, ne reſpuas oblatum munus; cura autem, ut Tu titulos, non tituli Te ornent vel honore afficiant. Quodſi vero Te negligat ſeculum, quin & repellat, animum ne demittas ſuadeo, cedit id non in Tui ſed in ſeculi opprobrium.*

III. *De Methodo exercendi Medicinam cum Cautelis.*

1. Quicunque Praxin Medicam exercere cupit, is eruditus ſit, neceſſe eſt, i. e. omnium earum rerum, quæ præciſe ad Praxin pertinent, cognitionem habeat. 2. Si tali eruditione non eſt inſtructus, ſatius eſt a Praxi abſtinere, quam experimenta periculoſa inſtituere, res enim conſcientiæ eſt, illotis manibus Praxin aggredi, ubi ſæpius minima circumſtantia rem cum ægrotantium ſummo detrimento variat. 3. In tali caſu conſulat viros eruditos, inprimis ſi caſus graviores occurrunt, inquirat in libros optimos Practicos, eoſque continuo legat, ut remediorum polychreſtorum longaque experientia probatorum, ut & Cautelarum neceſſariarum cognitionem acquirat. 4. Nunquam in Praxi temerarius ſit, ſed omnia Indicantia & Contraindicantia probe conſideret, ac tandem, quid ſecundum ſanam rationem & experientiam agendum ſit, concludat. 5. Neque tamen etiam nimis timidus ſit: nam occaſio in Medicina, & inprimis in Praxi ſatis præceps eſt, & ſæpius cum ægrotantium damno momento citius prætерlabitur. 6. Nunquam minus tuta aut dubia præſcribat remedia, ne & ægroto noceat & propriam lædat conſcientiam. 7. In obſervandis morborum phænomenis ſedulus ſit, ut in Hiſtoria morborum certior fiat, & ſemper majores faciat progreſſus. 8. In Methodo Medendi Naturam morborum veram Medicatricem ſemper ſequatur. 9. In remedia polychreſta continuo inquirat, præſertim in morbis chronicis, quo iiſdem ægrotantibus, alias derelictis, ſuccurrere queat, cui fini potiſſimum inſervit chimia, quam, quantum Praxis permittit, exerceat. 10. Etiamſi remediorum ſpeciſtorum præparatio ipſi non ſemper cognita ſit, nihilominus tamen iiſdem, ſi uſu probata ſunt, utatur; ſatius enim eſt remedio etiam ignoto ægrotis ſolatium ferre, quam ob præconceptam opinionem, ac ſi remediis, quorum compoſitio ignota eſt, uti non liceat, ab iiſdem abſtinere. Ut alia quam plura, hinc inde apud Authores, de Medici officio agentes, occurrentia, ſilentio prætereamus.

Si E. hoc modo Medicina ubique doceretur, & ſecundum vera principia, ex ipſa Praxi nata, exerceretur, nullum dubium eſt fore, quin brevi omnes moleſtiæ, quæ Medicinam adhuc premunt & inprimis nobiliſſimæ artis & Medicorum contemptus brevi diſparitura ſint: quis enim ſanæ mentis Medicum eruditum ſtudiis & Praxi ſumma cum diligentia incumbentem & in omnia ea, quæ publico proficua ſunt, inquirentem, contemneret, inprimis ſi experientia ipſa de ejus eruditione & probitate loquitur? Quis artem nobiliſſimam, a Deo miſero humano generi conceſſam, amplius aſpernaretur? Quamvis, ut verum fatear, ipſa Medicina, quam etiam homines apud indoctos & circulatores quærunt, per ſe non, ſed propter logomachias & ignorantiam Medicorum contemnatur, uti id *Goris* in ſupra jam allegato Tractatu de *Medicina Contempta* prolixe demonſtravit. Quare ad evitandum talem contemptum Medici in univerſum omnes concordiæ ſtudere & cunctas illas vanas diſceptationes, (ubi ſæpius decem & plures de uno eodemque morbo quæſiti, in diverſas abeuntes ſententias acriter inter ſe diſputant, & non raro rixantur,) evitare deberent, quoniam hæc omnia hominibus, artem aut incertam eſſe, quæ tamen certiſſima eſt, aut Medicos tales ita altercantes veram Medicinam ignorare perſuadent. Quem ob finem Medici, inprimis iis in locis, ubi Collegia Medica reperiuntur, frequentius convenire, ac de rebus Practicis, de variis Obſervationibus, de effectibus remediorum aliiſque colloqui deberent, hoc enim modo junioribus Practicis via ſterneretur ad feliciorem Praxin, & veterani quoque ipſi in ſua Praxi confirmarentur. Ubi vero talia Collegia non reperiuntur, Medici Practici cum aliis & exteris quoque commercia literarum inſtituere, atque hoc modo in varias res, Praxin aliaque concernentes, inquirere poſſent, uti Domini Medici Uratislavienſes nuperrime tale commercium literarium inceperunt, & alios ad communicandas obſervationes tam curioſas, quam ad Praxin neceſſarias invitarunt. Sic enim Medicina ſemper magis magiſque augeri & promoveri, ac omnia incommoda quæ hactenus Medicinæ incrementum impediverunt, tolli poſſent.

Percepiſti forſan ex hiſce, Lector Benevole, *Medicinam modernam in multis partibus adhuc inſigniter ægrotare & Medicina opus habere. Tu E. Omnipotentem DEUM ardentibus mecum exorabis precibus, ut Gratia ſua omnibus iis, quibus hominum ſalus curæ cordique eſt, aſſiſtere velit, ut tandem Medicina multis malis afflicta, bene purgata & reformata convenienti ſanitati reſtitui queat.*

Ceterum Benevole Lector, *de occaſione huncce edendi librum, monendus adhuc es, me hunc nunquam ſuſcepturum fuiſſe laborem, niſi amicorum & Tyronum adhortationibus & petitionibus ſatisfacere conſultum duxiſſem: ante ſcil. aliquot annos ſcriptæ quædam mihi communicabantur Tabulæ Practicæ, quæ poſtmodum Lipſiæ ab Anonymo ſub* Prælectionum Academicarum *titulo edebantur, hæ non mihi tantum ſed & aliis adeo placebant, ut earum continuationem optaremus, & cum tum temporis juvenes quidam ſelecti privata mea uterentur informatione, continuationem harum tabularum horis a Praxi vacuis incipiebam, viſurus, an labor ſuccederet: & cum eum amicis non diſplicere perciperem, Tabulis de Hæmorrhagiis auctis poſtmodum alias adjectebam, & tum temporis mihi quoque huncce laborem ad finem uſque continuare animus erat. Sed conſilium mutare cogebar, ideo quod amici & auditores Tabulas Theoreticas aliaſque generales a me efflagitarent,*

tarent, quibus satisfacturus, missis Tabulis Practicis specialioribus, dictas generales tabulas successive elaborabam. Sed hoc ipso labor adeo sub manibus crescebat, ita ut impossibile esset omnes Tabulas in unum volumen redigere, quare eas in duos divisi Tomos, quorum primum hic vides, alterum autem, qui jam maximam partem compositus est, proximis expectabis nundinis.

Secutus vero maxime sum tam in Theoria, quam in Praxi, Virum in Medicina illustrem STAHLIUM, cujus principia, quicquid etiam alii, qui profunda Celeberrimi hujus & in Praxi exercitatissimi Viri scripta, aut intelligere nequeunt, aut ex malitia contemnunt, oggannant, adeo certa atque cum vera Medicina tantam connexionem habentia hactenus in mea Praxi deprehendi, ut in conscientia convictus asserere non dubitem: hæc principia planam atque certam ad Praxin viam indicare: veram Theoriæ & Praxeos connexionem monstrare: antiquissimam Hippocraticam maxime auctam & certissimam Medicinam nobis sistere: veram morborum Historiam tradere: veras & maxime naturales rationes morborum reddere, ac verum & immediatum morborum nexum cum eorum consequentiis docere. Agnoverunt id jam Viri cordati multi & in Praxi exercitatissimi, e quorum numero potissimum sunt Domini Medici Uratislavienses, qui in edita elegantissima morborum Historia, in multis Celeberrimum Virum cum felicissimo successu secuti sunt: agnoscunt etiam id ipsi Tyrones, quibus talia explicantur principia, quoniam sana ratio & ipsa experientia de eorum veritate loquuntur.

Quo ipso tamen aliorum hypothesibus nihil detractum volo, sed unicuique alia amplectendi principia liberum relinquo, si modo ita comparata sunt, ut cum vera Praxi stare queant: uti autem unicuique sua defendere principia convenit, ita quoque eorum, quæ sequor, defensionem contra quosvis in me suscipio, nullam enim facile nisi eam, quam clare atque distincte percepi, hactenus admisi sententiam, & hinc etiam eam eo facilius contra aliorum objectiones defendere possum.

Quamvis autem principia hæcce certa esse firmiter persuasus sim, iisque Tabulas hasce maximam partem superstruxerim, nemo tamen tantum arrogantiæ mihi tribuat, ac si simul easdem ab omni errore plane alienas esse, persuasus essem, cum enim homo atque hinc erroribus obnoxius sim, facile errare potui, præsertim cum aliis negotiis distractus non omnia semper adeo exacte pertractare potuerim, & hinc etiam ubi me errasse deprehendero, aut ab aliis cordatis viris admonitus fuero, lubentissime errorem, aut corrigam, aut publice revocabo. Satius enim est errorem agnoscere, quam in eodem pertinaciter persistere. Imo, ut verum fatear, illud hominum genus semper parvi pendi, quod quando semel rem quandam hausit, eam adeo pertinaciter, non obstantibus omnibus fortissimis rationibus & demonstrationibus, defendit, ut in errore permanere, quam veritati cedere malit.

Porro etiam monendus es, amice Lector, me remedia Hallensia hinc inde laudasse & commendasse in variis affectibus, non eum quidem in finem, ut præconem talium remediorum agere voluerim, sed quoniam multiplici experientia edoctus & hinc in conscientia, ea bona esse & laudabilem præstare effectum, convictus sum. Si alii iisdem uti, ideo quod eorum compositio ignota sit, religioni sibi ducunt, substituant iis reliqua usualia & officinalia remedia in sufficienti copia præscripta; nam mihi, dum Hallesia laudavi & laudo remedia, reliqua contemnere mens neque fuit, neque erit. Sin vero nihilominus aliis me ideo carpere animus est, habeant sibi sua, & mihi & aliis ea, quæ in variis affectibus utilia deprehendimus, tantisper præscribendi libertatem relinquant, donec certa & firma ponatur lex, qua Medicum ad hoc vel illud præscribendum alliget. Mentio quoque quorundam polychrestorum remediorum, mihi & amicis quibusdam familiarium, facta est; quæ partim invenimus, partim ab aliis communicata possidemus, uti sunt Pilulæ Balsamicæ viscerales, Pilulæ antirheumaticæ, Tinctura resolvens, Tinctura Pectoralis &c. quibus adhuc alia in sequentibus morbis jungemus, quæ in Praxi summe utilia deprehendimus. Fateor ea, uti cetera quoque arcana, ex remediis jam diu cognitis præparata esse, ex mineralibus scil. vegetabilibus & animalibus, & hinc mortem per ea præcaveri non posse: quoniam tamen nihilominus bona sunt, nobis tamdiu reservata, aliis vero arcana erunt, donec earum compositionem divulgare nobis animus erit. Interim tamen nemini ea denegabimus, sed cuivis petenti lubentissime dabimus, ut ea dispensare queat. Si & ob hanc causam cum aliis censoriam meritus sum virgulam, fiat, mea parum refert: Medico enim, qui Medicinam exercendi facultatem obtinuit, in polycresta remedia tam simplicia, quam composita, ut iisdem ægrotis succurrere queat, inquirere licet, imo incumbit: nam quamvis bona Medendi Methodus ad curationem morborum multum conferat, sola tamen sapius non sufficit, id quod in multis chronicis observavimus morbis, qui, etsi multa remedia satis methodice contra illos exhibeantur, nihilominus rebelles admodum & refractarii manent, donec tandem ab anicula aut rustico unicum exhibeatur specificum remedium, quod brevi morbum præter omnium opinionem tollit, uti superius jam monitum fuit. Et exinde, summe necessariam esse inquisitionem in remedia polychresta & specifica, apparet, præsertim cum adhuc occurrant morbi, qui revera sunt Medicorum scandala & vulgo pro desperatis & incurabilibus habentur, uti sunt Cancer, Podagra inveterata, Epilepsia &c. Minime E. qui in bona remedia inquirunt, reprehendendi, sed potius laudandi & instigandi sunt, quoniam hoc ipso Publico inservire cupiunt: nonne enim satius est, tempus vacuum talibus rebus impendere, quam illud inanibus confabulationibus, exspatiationibus, aut chartis luseriis inutiliter perdere.

Quod modum scribendi concernit, verborum lenocinia in toto hoc opere non quæsivi, sed potius omnia stylo maxime perspicuo proponere conatus sum, ita ut a Tyronibus intelligi queant, nam Viris Doctis hæc non scripsi, optime gnarus, studia mea tanti non esse momenti, ut ipsorum applausum labor hicce mereri queat, si vero & hi aliquid, quod iis non displicet, in Tabulis deprehendent, maxime contentus ero. Ceterum miraberis forsan, Lector integerrime, quod causas morborum in Tabulis Practicis omiserim, sed scias consulto id factum fuisse: nam cum B. D. Rothius, quem Prælectionum Academicarum Authorem fuisse, hactenus mihi relatum est, eas forsan non sine ratione præterierit, eundem quoque in hoc passu sequi volui: interim tamen diversas & quidem ordinarias causas semper sub subiecto morborum complexus sum. De causa vero efficiente morborum in Pathologica Tabula satis superque actum fuisse, credo, ita ut, quod de causa efficiente in unoquoque morbo dici debuisset, ex dicta Tabula facile restitui possit. Formulas, quas hinc inde in copia adieci, ne requiras, tales enim Tyronibus magis, quam Practicis scriptæ sunt. Tandem B. L. varia sphalmata typographica

præter

præter opinionem irrepserunt, inter quæ potissimum illud est, quod in Tabula Pathologica p. 76. l. 26. occurrit, ubi inserendum est: 2) *Chronicos*, qui lente procedentes & sæpius solidas partes, inpr. vero viscera affligentes, diu admodum durant: *reliqua leviora sphalmata facile etiam corriges. Tu vero vel Zoile vel Meme, qui nihil agendo nihilominus omnia, quocunque etiam comparata fuerint modo, vel, ne siant, impedire, vel contemnere soles,*) *cum tamen, si tecum habitare velles, facile comprehendere posses*, quam sit tibi curta supellex,) *carpe, garri, blatera, lacera, rode dente maledico & Theonino, effuti quicquid in buccam venerit, insulta, verbo indulge genio tuo, e me tamen, quoniam tua prolata & proferenda ulla responsione* (*quis enim ad plus quam siculnea & straminea, quæ proferre soles, responderet & tempus aureum, cum filio noctis & somni altercando, inutiliter perderet?*) *digna nec æstimo, nec æstimabo, nihil quicquam, neque hac, neque alia vice, quam illud Socratis*: Quid si me &c. *elicies*: Imperiti *enim* convitia, *ut Senecæ utar verbis*, æquo animo ferenda sunt, & ad honesta vadenti contemnendus est ipse contemptus. *Cæterum Lector vel benevole, vel malevole*

LEGE, RELEGE, TENTA, JUDICA.

NOI REFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOA.

HAvendo veduto per la Fede di Reviſione, & Approbatione del P. Fr. Tomaſo Maria Zenari Inquiſitore nel Libro intitolato *Fundamenta Medicinæ Theorico-Practica ſecundum Celeberrimi D. D. Stahlii &c. a Georgio Philippo Nenter* non v'eſſer cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro; niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza a Sebaſtian Coleti Stampatore, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl'ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite copie alle Publiche Librarie di Venetia, & di Padoa.

Dat. 29. Aprile 1732.

(Alviſe Piſani K. P. R.
(Z. P. Paſqualigo R.

Agoſtino Gadaldini Seg.

1733. 9. Maggio.

Reg. nel Mag. Ecc. della Beſt.

Angelo Legrenzi Seg.

Q.D.B.V.

Q. D. B. V.

FUNDAMENTORUM MEDICINÆ THEORETICO PRACTICORUM THEORIA

Complectens præter Præcognita Medicinæ PHYSIOLOGIAM, PATHOLOGIAM & SEMIOTICAM.

PRÆCOGNITA MEDICINÆ.

In his notanda occurrunt Medicinæ.

I. *Definitio.* MEdicina est ars tradens modum sanitatem hominis præsentem conservandi, amissam vero aut morbis labefactatam debitis auxiliis & remediis, quantum possibile, restituendi.

II. *Attributa*, est artium
1 *Nobilissima*
a Respectu *Originis*, quæ est DEUS, largitor ac fons omnis boni.
b Respectu *Subjecti*, quod est homo creaturarum nobilissima.
c Respectu *Finis*, qui est sanitas, thesaurus pretiosissimus.
2 *Difficillima*
a Ratione *partium Medicinæ* satis amplarum & diffusarum.
b Ratione *Temperamentorum* mixtorum & peculiarium inclinationum.
c Ratione *causarum morbificarum* sæpius admodum abstrusarum.
d Ratione *morborum* complicatorum aliorumque satis rebellium aut incurabilium.
e Ratione *defectus remediorum* polychrestorum & specificorum.
3 *Indefinita*: quia etsi Medicus omnia, quæ ad finem assequendum faciunt, agat, fine tamen suo non semper potitur.
4 *Conjecturalis*, quæ tamen non est media, inter perfectam ignorantiam & veram cognitionem, notitia, sed docta experientia & ratione suffulta conjectura.

III. *Subjectum*: Est homo vivus ex Anima & Corpore organico constans.

IV. *Divisio* in partes
1 *Principales*
a Τγιεινή, quæ tradit modum sanitatem præsentem conservandi.
b Θεραπευτική, quæ methodum, morbis per convenientia remedia medendi, docet.
2 *Ministras* sex, quæ inserviunt
a Cognitioni, uti sunt
1 *Physiologia*, hominem in statu sano considerans ad quam pertinet *Anatomia*, omnium humanarum partium situm, substantiam & connexionem mediante sectione docens.
2 *Pathologia* morbos, eorumque causas complectens.
3 *Semiotica*, signa utriusque status tam generalia quam specialia exhibens.
b Curationi, scil.
1 *Pharmacia*, agens de remediis, cui adhærent:
a Botanica modum cognoscendi vegetabilia tradens.
b Zoologia, quæ tractat de Animalibus eorumque partibus.
c Mineralogia, quæ agit de Mineralibus.
d Chymia, methodum demonstrans ex vegetabilibus, animalibus & mineralibus mediante igne optima quæque remedia præparandi.
2 *Diæta* sex rerum non-naturalium naturam, usum & abusum docens. Ad quam a quibusdam refertur *Ars culinaria*.
3 *Chirurgia*, quæ monstrat methodum per manuales, operationes vitiis humani corporis medendi, cui itidem inservit Anatomia.

V. *Finis*. *Ultimus finis* ad quem tota ars medica dirigitur, est Sanitas: *finis* vero *intermedius* est curatio & tractatio hominis sani & ægroti, qua mediante ad ultimum finem tendit Medicus.

VI. *Sectæ*.
1 *Empirica* Veterum, quæ sola experientia contenta erat.
2 *Dogmatica*, quæ experientiæ rationes phænomenorum jungebat.
3 *Methodica*, quæ ad strictum & laxum omnia referebat.
4 *Chymica*, quæ ex principiis Chymicis cuncta deducebat.
5 *Mechanico-Chymica* & *Mechanico-Physica* moderna, quæ omnia per Mechanismum Chymicum vel Physicum explicat.
6 *Eclectica* recentissima, quæ præeunte STAHLIO experientiæ veræ & fidæ sanam jungit rationem, ac stricto & laxo tanquam causis instrumentalibus, Naturæ vero morborum medicatrici in corpore humano finaliter agenti, tanquam causæ efficienti Theoriam & Praxin superstruit.

THEORIÆ MEDICÆ

PARS I.

DE

PHYSIOLOGIA.

I. *Definitio*. PHysiologia est prima pars Medicinæ ministra tractans hominis statum secundum naturam; sive quæ tradit omnes illas operationes & actiones, quæ ad vitæ & sanitatis conservationem necessariæ sunt.

II. *Differentia*.
1 Alia est mere *Physica*, quæ sola hominis contemplatione sine respectu ad sanitatem, contenta est.
2 Alia est *Medica*, quæ quidem Physicam considerationem præmittit aut præsupponit, ulterius tamen progreditur, & omnes actiones respective ad vitam & sanitatem Medice contemplatur.

III. *Subjectum*. Homo vivus & sanus corpore organico & anima immateriali ac rationali instructus.

IV. *Finis*. Ultimus finis est consideratio sanitatis, intermedius vero, actionum omnium tam vitalium, quam animalium, ut & instrumentorum, quatenus scil. vitam & sanitatem respiciunt, contemplatio.

De Homine,

I. *Definitio*: HOmo eſt animal conſtans ex Corpore organico legitime ſtructo & Anima rationali corpus organicum penetrante & informante, ſive vitam corpori largiente.

II. *Diviſio* in duas partes eſſentiales
1 *Animam* immaterialem & rationalem.
2 *Corpus* organicum animæ ſive ſpiritui immortali domicilium præbens,

De Anima,

I. *Definitio*: ANima eſt ſpiritus finitus, intelligens, immortalis corpori organico incluſus, eidemque vitam largiens,

II. *Differentia*.
1 Reſpectu *eſſentiæ*, Anima unius ejuſdemq; eſt eſſentiæ in omnibus hominibus,
2 Reſpectu tamen *indolis* alia videtur eſſe magis activa, ut in Cholericis & Sanguineis, alia magis torpida, uti in Phlegmaticis & Melancholicis.

III. *Finis*: Animæ finis primarius eſt contemplatio operum Divinorum ac agnitio Creatoris in creaturis, quoniam vero corpore ad hancce cognitionem abſolute opus habet, intendit quoque conſervationem corporis, eamque actu præſtat,

De Corpore,

I. *Definitio*. COrpus eſt machina artificioſiſſima ex variis partibus organicis conſtans, ab initio a ſummo Creatore e terra producta, jam vero per generationem, benedicente Deo propagata, eum quidem in finem, ut Animæ rationalis ſit inſtrumentum.

II. *Materia*: Eſt ſubſtantia *mucido-pinguis*, conſtans ex ſubtili *terra*, *pinguedine* & *aqua*, cujus exiſtentiam probant
1 *Coctio*, qua mediante omnes partes molles & ipſa quoque oſſa in materiam talem mucido-pinguem reſolvuntur,
2 *Oſſa infantum* & juniorum etiam animalium, in quibus manifeſte talis mucilago deprehenditur.
3 *Nutritio*: mucilaginoſa enim & gelatinoſa omnia corpus ejuſque partes optime nutriunt.
4 *Hectica*, ubi conſumpta tali mucilagine, a calore hectico, omnes partes contabeſcunt, imo etiam talibus mucilaginoſis adhibitis & diu continuatis priſtinam plenitudinem acquirunt.

III. *Mixtio* & inde reſultantes diverſę corporis partes, & quidem
1 *Fluidæ*, quæ multum habent aquæ & pinguedinis, parum vero terræ.
2 *Solidæ molles*, in quibus multum pinguedinis, ſufficiens terræ, minor vero aquæ portio deprehenditur.
3 *Solidæ duræ*, quæ magnam terræ portionem, parum pinguedinis, aquæ vero minimam partem in ſe continent.

IV. *Structura*, quæ eſt partium omnium, tam magis ſimplicium, quam compoſitarum & organicarum ex principiis antea dictis decens & legitima combinatio & conjunctio, corpus perfectum ſiſtens.

V. *Diviſio* in
1 *Truncum*, ſive maximam corporis molem artubus contradiſtinctam & in tres ventres diviſam,
a Supremum ſive *Caput*, in quo continetur cerebrum cum ſuis partibus.
b Medium ſive *Thoracem*, in quo ſunt Cor, Pulmones &c.
c Infimum ſive *Abdomen*, in quo Hepar, Lien, Ventriculus, Inteſtina, Renes, Veſica, Uterus &c. deprehenduntur.
2 *Artus* & quidem
a Superiores ſive brachia cum ſuis partibus.
b Inferiores ſive pedes cum membris annexis ad truncum uſque. Reliqua ſtructuram concernentia petantur ab Anatomicis.

VI. *Obſervationes*.
1 Nulla inter Elementa corporis firma eſt cohæſio, quare etiam ceſſante motu ea facile a ſe invicem recedunt, & putreſcunt.
2 Non obſtante tamen corporis ad putredinem diſpoſitione, ea raro in corpore invaleſcit,

De Circulo Sanguinis.

I. *Definitio*: CIrculus Sanguinis eſt motus ſanguinis a Corde per arterias ad partes, ejuſdemque per venas ad eundem fontem reditus.

II. *Differentia*.
1 Alius eſt in *adultis*, quando ſcil. ſanguis per venam cavam refluus fertur ad auriculam dextram & ex hac in dextrum cordis ventriculum, ex hoc vero per arteriam pulmonalem in pulmones; ac deinde in pulmonibus per venam pulmonalem ad cordis auriculam ſiniſtram, ex hac vero in ejuſdem lateris ventriculum tendit, ac tandem contracto corde per arteriam aortam expulſus, ad omnes partes diſtribuitur, ab hiſce vero per venam cavam redit ad cor.
2 Alius eſt in *fœtu*, quando nimirum ſanguis ex placenta uterina cum ſucco nutritio per venam umbilicalem ad hepar & per ductum Gliſſonianum ad venam cavam, & per hanc ad cor ejuſque auriculam dextram partim, partim vero per foramen ovale ad ſiniſtram fertur: ex dextra vero cordis auricula in dextrum ventriculum effuſus ſanguis & ope ſyſtoles in pulmones per arteriam pulmonalem impulſus, per ductum arterioſum Botalli ad arteriam tendit aortam, in quam ſimiliter ſanguis ſiniſtræ auriculæ e ventriculo ejuſdem lateris infunditur, ac tandem poſtquam in totum corpus diſtributus fuit, per duas arterias umbilicales ad placentam vehitur, ut ibidem novo ſucco nutritio imprægnetur.

III. *Materia* eſt maſſa ſanguinea, quæ dividitur
1 In *ſanguinem* ſtricte ſic dictum, ſive grumum ſanguinis, qui potius ex globulis tam diaphanis, quam opacis, e pinguedine ſive portione ſulphurea ſanguinis natis, lymphæ, juxta Lewenhookium innatantibus, quam ex fibris conſtat.
2 In *Lympham* nutritiam e partibus mucilaginoſis aut gelatinoſis, aquoſis & paucis ſalino-terreſtribus compoſitam.
3 In *Serum* excrementitium a partibus aquoſo-halituoſis, terreſtribus ſalinis, mucoſis & ſulphureo-bilioſis, per varia colatoria e corpore expellendis, ortum trahens,

IV. *Organum*,
1 *Cor* in diaſtole ſanguinem e vena cava in auriculas & ventriculos recipiens, in ſyſtole vero eundem in arteriam aortam expellens.
2 *Arteriæ* & *Venæ*, quarum illæ ſanguinem exceptum ad omnes partes vehunt, hæ vero revehunt.
3 *Pulmones*, in quibus ſanguis fluxilior & ad motum progreſſivum propter aeris preſſionem magis aptus redditur,
4 *Reliquæ partes* tono gaudentes, quæ beneficio fibrarum motum humorum promovent.

V. *Cauſa efficiens*. Eſt Anima motum partibus ſolidis & imprimis cordi imprimens & jugiter continuans.

VI. *Finis* ſive uſus circuli ſanguinis eſt,
1 Ut fluxilitas & calor ſanguiuis conſerventur.
2 Ut ſordes noxiæ partium ſolidarum abſtergantur, & fibræ emolliantur.
3 Ut calore ſanguinis partes ſolidæ continuo foveantur.
4 Ut partes inutiles omni tempore e ſanguine removeantur.
5 Ut nutrimentum in debita proportione partibus apponatur, & tandem
6 Ut vita & ſanitas conſerventur.

VII. *Obſervationes*.
1 Quo magis lentus eſt circulus ſanguinis, eo tardius etiam procedunt ſecretiones & excretiones, ac contra.
2 Quo magis augetur circulus ſanguinis, eo magis increbeſcit calor ſanguinis & partium.
3 Sub fortiori humorum motu multæ generantur partes excrementitiæ.

4 Motus ſanguinis ad partes externas non ſemper eſt æqualis, quod ex vaſorum intumeſcentia & detumeſcentia colligitur.
5 Nimium cordis impetum refrenant robur meningum & partium Tonus, unde ſublata meningum & toni reſiſtentia, ſanguis magno impetu in partes ruit.

De Reſpiratione.

I. *Definitio.* REſpiratio eſt actio vitalis, qua mediante aer in pulmones dilatatos admittitur, & concidente ſive conſtricto pectore iterum expellitur, eum quidem in finem, ut vita ac fluxilitas & calor ſanguinis conſerventur.

II. *Organum.*
1 *Thorax* muſculis variis, pectorali, interçoſtalibus &c. inſtructus, ut dilatari & conſtringi poſſit.
2 *Diaphragma*, medium ab infimo ventre ſeparans.
3 *Pulmones* ſubſtantia celluloſa ſive veſiculoſa gaudentes cum aſpera arteria, ejuſque ramificationibus per totam pulmonum ſubſtantiam diſperſis.

III. *Cauſa efficiens*
1 *Immaterialis*, quæ eſt *Anima* ſive Natura muſculorum ope pectus continuo modo dilatans, modo conſtringens.
2 *Materialis* ſive *aer Atmoſphæricus* propria gravitate in pulmones irruens, elaſticitate vero eoſdem dilatans & ſanguinem in vaſis ſanguiferis contentum conquaſſans.

IV. *Uſus*, qui eſt
1 *Primarius*, promotio ſcil. motus ſanguinis progreſſivi a corde incepti, ac productio motus inteſtini ſive vitalis duplicis, fluxilitatis ſcil. atque caloris ſanguinis.
2 *Secundarius*, quando nimirum Reſpiratio loquelæ, cantui, riſui, fletui, clamori, olfactui, fecum, urinæ, fœtuſque excluſioni, ſuctioni &c. inſervit.

V. *Obſervationes.*
1 Reſpiratio ſolis animalibus natis conceſſa eſt, unde fœtus in utero non reſpirat.
2 Quo celerior eſt reſpiratio, eo magis incaleſcit ſanguis, quare reſpiratio non refrigerat ſanguinem.
3 Quo minus autem reſpirant homines, eo magis ſpiſſus redditur ſanguis, quod ut plurimum in ſedentariis obſervamus.
4 Quamvis aer ad vitam conſervandam abſolute ſit neceſſarius, non tamen eſt vitæ pabulum.
5 Aer nimis denſus incraſſat humores, nimium vero ſubtilis eos plus, quam par eſt, reſolvit, & ad diſſolutionem putredinoſam diſponit.

De Motu Tonico.

I. *Definitio:* MOtus tonicus eſt certa & proportionata partium omnium ſolidarum mollium expanſio, ut humores in ſufficiente quantitate per eaſdem ſine ulla remora ad partes tranſpelli, redire ac ſimul corpus nutriri & ſecretiones debito modo peragi queant.

II. *Exiſtentia* quæ probatur
1 Quia in nervis, arteriis, venis aliiſque partibus diſſectis ſtatim fibrarum fit retractio, & inſignis hiatus inter partes diviſas cernitur.
2 Quia luxata membra per muſculos ita retrahuntur, ut ſanis breviora evadant.
3 Quia relaxato in Paralyſi muſculo quodam & ceſſante ejus tenſione, antagoniſta ſive muſculus eidem oppoſitus partem paralyticam verſus ſe trahit, uti id obſervamus interdum in tortura oris.
4 Quia partes vere paralyticæ, propter ceſſantem tonum & ſanguinem in magna copia in illas irruentem, maxime intumeſcunt.
5 Et e contrario ob nimiam & continuatam ſtricturam, ob denegatum ſanguinis influxum, partes tandem plane contabeſcunt.
6 Quoniam in ſtatu ſano tempore ſomni habitus corporis magis intumeſcit, & facies, propter majorem ſanguinis influxum, magis florida evadit.
7 Quoniam in terrore manifeſta habitus corporis conſtrictio, in ira vero in ſubjectis diſpoſitis ejuſdem relaxatio obſervatur.
8 Quia interdum uberiores, interdum vero parciores ſudoris, urinæ &c. fiunt ſecretiones, in quo caſu neceſſario major vel minor pororum conſtrictio admitti debet.
9 Quia præſente frigore, impr. tempore hyberno, cutis cum partibus exterioribus admodum conſtringitur, tempore vero calido relaxatur.
10 Id quod etiam obſervatur in paroxyſmis febrium præcipue intermittentium, ubi relaxatio toni habitus corporis cum emiſſione ſudoris, cutis conſtrictionem in horrore ſequitur. Ut alias motus tonici inſignes alterationes in Praxi obſervabiles ſilentio prætereamus.

III. *Differentia.*
1 Reſpectu *temperamentorum*, in quibus major vel minor fibrarum obſervatur ſtructura, major quidem in Cholericis & Melancholicis, minor vero in Phlegmaticis & Sanguineis.
2 Reſpectu *ætatis*, ubi major eſt fibrarum laxitas in junioribus, major vero conſtrictio in adultis.
3 Reſpectu *ſexus*: in maſculino enim ſexu major ceteris paribus eſt fibrarum tenſio quam in fœminino.

IV. *Organum* ſunt omnes partes fibris tam nerveis quam muſcularibus inſtructæ, & hinc vel ad conſtrictionem vel relaxationem aptæ.

V. *Cauſa efficiens* eſt Natura ſive Anima vitaliter in corpore agens, quæ pro corporis neceſſitate tonum partium ſolidarum mollium modo conſtringit, modo relaxat, ut major vel minor ſanguinis copia ad & in partes admitti queat.

VI. *Uſus.*
1 Ut debitum partium ſolidarum mollium robur conſervetur.
2 Ut proportionata humorum diſtributio inſtituatur.
3 Ut ſecretiones & excretiones legitimo modo procedere queant.
4 Ut ſenſuum vigor ſtabilis & conſtans permaneat.
5 Ut maximus cordis impetus, & nimius partium a ſanguine infarctus præcaveatur.
6 Ut ſanguinis motus progreſſivus & inteſtinus promoveatur.
7 Ut in morbis criticæ evacuationes ad convenientia loca dirigantur.

VII. *Obſervationes.*
1 Motus tonicus dependet a meningibus cerebri, quod experimenta *Baglviana* probant.
2 Quo magis intenditur tonus partium externarum, eo major ſanguinis copia fertur ad interiora & vice verſa.
3 Conſtrictis partibus inferioribus major fit humorum motus ad ſuperiora & contra.
4 In dormientibus tonus partium externarum relaxatur, in vigilantibus vero magis ſtrictus eſt.

De Secretionibus.

I. *Definitio:* SEcretiones ſunt actiones vitales, quarum ope per viſcerum & partium poros vel humores excrementitii a reliquis ſeparantur, ut e corpore expellantur, vel laudabiles, certorum colatoriorum beneficio ſecernuntur, ut ad uſus ſpecificos impendantur.

II. *Differentia.*
1 Reſpectu *materiæ* ſecernendæ, aliæ ſecretiones reſpiciunt partes inutiles, aliæ vero utiles.
2 Reſpectu *gradus*, ſecretiones interdum largiores: interdum vero mitiores ſunt.
3 Reſpectu *Ætatum* & *Temperamentorum*, quorum alia ad ſecretiones magis, alia vero minus diſpoſita ſunt.

III. *Organum.*
1 *Glandulæ conglomeratæ*, uti ſunt ſalivales variæ, Pancreas &c.
2 *Pori* partium, analogiam cum glandulis habentium, Hepar, Cerebrum, Glandulæ miliares inteſtinorum &c.

IV. *Cauſa efficiens* eſt Anima ſive Natura, quæ per continuam remotionem partium inutilium, utilium

vero aſſervationem ad debitum tempus, conſervationem corporis intendit & præſtat.

V. *Modus:* Omnes ſecretiones fiunt tranſcolatione, per poros juſta magnitudine gaudentes, ita ut neque poris neque particulis certa figura præditis, neque fermentis viſcerum, humores immutantibus, opus ſit. vid. *Phyſiol. Cap. IV. Membr. IV. Art.* 1.

VI. *Uſus.*

1 Secretiones abſolute ad vitam neceſſariæ ſunt, & iis ceſſantibus morbi graviores corpus affligunt, imo mors interdum repentina ſequitur.

2 Dum partes inutiles ſemper e Maſſa ſanguinea removentur, & e corpore expelluntur, corruptio humorum metuenda præcavetur.

3 Hoc ipſo etiam nimia humorum abundantia tollitur, atque proportio ſive æquilibrium inter humores & motus conſervatur.

4 Per humorum vero laudabilium v. g. ſalivæ, ſeminis, lactis, lymphæ &c. ſecretionem corporis proprii conſervationi, prolis generationi & infantis nutritioni proſpicitur.

De Secretione Humorum inutilium

ſive

De Depuratione Sanguinis.

Definitio: DEpuratio ſanguinis eſt continua partium ſeroſarum, ſuperfluarum & inutilium ſub forma ſudoris, urinæ, bilis, muci & fecum alvinarum e Maſſa ſanguinea ſecretio & excretio, ut reliqui humores in ſtatu laudabili conſerventur.

1 *De ſecretione & excretione Sudoris.*

I. *Definitio*: SUdor eſt excrementum corporis, ex partibus ſeri aquoſo-halituoſis & ſalino-ſulphureis ſubtilibus conſtans, quod per habitum corporis expellitur.

II. *Differentia.*

1 Sudor alius eſt *ſtricte* ſic dictus, quando partes ſeri ſub forma ſenſibili aquoſa per cutim excernuntur.

2 Alius vero *late* ſic dictus, quando partes ſeroſæ ſub forma vaporis e corpore exhalant. Hoc per Diapnoen h. e. leniorem tranſpirationem, illud vero per diaphoreſin, ſive fortiorem ſanguinis propulſum, ad habitum corporis contingit.

3 Alius ſudor eſt *ſpontaneus*, alius cauſas externas ſequitur.

III. *Materia*: Eſt *ſerum* aquoſo-halituoſum multis partibus ſubtilioribus ſalinis ac ſulphureis repletum, partim ex aſſumptis, partim, & quidem præcipue, ex humorum nimia attritione natum.

IV. *Organum:* Sunt *glandulæ miliares* ſubcutaneæ, *Steonianæ* ab inventore dictæ, reti cutis vaſculoſo interjectæ, ſecretum ſudorem per poros cutis emittentes.

V. *Cauſa efficiens*: Uti aliarum actionum ita & hujus ſecretionis Natura eſt author & cauſa efficiens, quæ pro neceſſitatis diverſitate habitum corporis per fibras modo conſtringit, modo relaxat, adeoque hoc ipſo ſudoris excretionem moderatur.

VI. *Tempus*: Ordinarium ſudoris ſpontanei tempus eſt, quando digeſtiones omnes peractæ ſunt, inpr. vero ſudor ſpontaneus poſt mediam noctem verſus diluculum erumpit, adeoque juxta Veteres eſt excrementum tertiæ coctionis, quod peractam Nutritionem ſequitur. Sudoris vero, a cauſis externis pendentis, nullum eſt ordinarium tempus.

VII. *Uſus*

1 Corpus liberatur a partibus ſuperfluis ſeroſis & ſumme agilibus ſalino-ſulphureis, præ ceteris omnibus ad diſſolvendum ſanguinem aptis.

2 Conſervatur hoc ipſo etiam alacritas corporis & levitas membrorum, quæ ſuppreſſo ſudore ſtatim ceſſant.

3 Præcaventur etiam multi morbi a ſeri ſtagnationibus & corruptionibus ortum trahentes.

VIII. *Obſervationes.*

1 Tranſpiratio non ſolum fit per habitum corporis, ſed & per pulmones & alias partes internas, quod continuus earum mador probat, & hinc ceſſante aliquo modo Tranſpiratione major humorum motus vel ad pectus vel ad alias partes interiores fit.

2 Tranſpiratio in junioribus magis fit per ſuperiora, in adultis vero vel æqualiter per totum habitum corporis, vel per partes inferiores.

3 Quo magis homines diſpoſiti ſunt ad ſudores, eo facilius liberantur a febribus, & contra.

4 Calor ambiens multum confert ad generationem materiæ ſudoris & ipſam quoque excretionem, relaxando habitum, promovet.

De Secretione & excretione Urinæ.

I. *Definitio*: URina eſt excrementum, ex ſeri craſſioribus partibus aquoſis & Salino-terreſtribus pauciſque Sulphureis conſtans, in renibus ſecretum & per vias urinarias ordinarias excretum.

II. *Differentia.*

1 Urina alia eſt *ſanguinis*, quando ſcilic. partes ſeroſæ ſanguinis ſufficiente ſalino-terreſtrium ac ſulphurearum particularum quantitate impræguatæ & hinc ſub citrino colore ſecernuntur, & per vias ordinarias excernuntur.

2 Alia eſt *potus*, quando poſt largiorem potum Maſſam ſanguineam admodum diluentem, urina limpida aquoſa, & partibus excrementitiis minus imbuta majori copia & frequentius excernitur, vid. *Theor. Homin. Sani Cap. IV. Membr. IV. Art. I. Punct. IX.*

III. *Materia*, quam conſtituunt

Partes ſeroſæ in majori quantitate, quæ reliquis vehiculum præbent, quibus admixtæ ſunt

2 *Salino-terreſtres* particulæ, teſte Chymia ſapore & tartaro matularum.

3 *Salino volatiles*, teſtibus itidem ſenſibus & Chymia.

4 *Sulphureæ*, quas color, odor & reſolutio Chymica probant.

IV. *Organum.*

1 *Secretionis* ſunt *renes* cum glandulis, aut harum analogo, & hiſce annexis ramis arteriarum emulgentium, materiam urinæ advehentium, ac tubulis urinariis ad pelvim tendentibus & ureteribus urinam ſecretam ad veſicam vehentibus.

2 *Excretionis* eſt *veſicæ* fibroſa cum partibus annexis, quam urina in ea contenta quantitate & qualitate ad excretionem ſtimulat.

V. *Cauſa efficiens.*

1 *Secretionis* eſt Natura, quæ uti ad alia colatoria, ita & ad renes partes excrementitias beneficio motus cordis pellit: quam ipſam tamen ſecretionem ope motus tonici conſtrictorii & relaxatorii ita moderatur, ut modo major, modo minor urinæ ſecretio pro circumſtantiarum neceſſitate ſequatur.

2 *Excretionis* eadem eſt quoque cauſa, quilibet enim conſcius eſt actionem hancce eſſe voluntariam: peragit autem hancce excretionem Natura cohibendo ſpiritum, premendo partes abdominis & conſtringendo tunicam veſicæ fibroſam, unde vi dilatato, alias arte conſtricto, veſicæ ſphinctere cum impetu proſilit urina.

VI. *Uſus* ſecretionis & excretionis urinæ.

1 Ut corpus a partibus nimiis ſeroſis, tam ex ſanguinis continua conquaſſatione natis, quam a potu nimio originem trahentibus & ſanguinem nimis diluentibus, liberetur, ac h. m. morbi a ſeri copia dependentes præcaveantur.

2 Ut partes ſalino-ſulphureæ ſanguinem nimis reſolventes, ac terreſtres ad obſtructiones generandas aptæ & hinc œconomiæ vitali contrariæ, e corpore expellantur.

VII. *Obſervationes*

1 Quo major eſt tranſpiratio, eo minor obſervatur urinæ generatio & contra.

2 Conſtrictis renibus urina limpida & in minori copia emittitur & contra.

De Secretione & excretione Bilis.

I. *Definitio*: BIlis eſt reſpectu ſanguinis humor excrementitius ex flavo virideſcens, conſtans ex partibus aquoſis & ſalino-ſulphureis acribus, in hepate ſecretus & in inteſtinum duodenum vel jejunum infuſus.

II. *Differentia*.
1 Alia eſt *Hepatica*, quæ diluta, coloris minus ſaturati & ſaporis non adeo acris & amari eſt, ac continuo per ductum hepaticum ad inteſtina partim, partim vero per ductus cyſthepaticos ad veſiculam felleam fluit.
2 Alia eſt *Cyſtica*, quæ craſſioris eſt conſiſtentiæ, coloris ſaturati, inſigniter amara, ac non niſi certo tempore, digeſtionis ſcil. contracta veſicula fellea & concurrente ventriculi, cibis repleti, preſſione, in inteſtina expellitur, & cibis ſemidigeſtis admiſcetur.

III. *Materia* ſunt
1 Partes *ſeroſæ*, quas autopſia in Chymia & bilis fluxilitas probant.
2 *Salino-Sulphureæ* acres, ex inſigni attritu partium terreo-ſalinarum & pinguinum natæ, quarum exiſtentiam monſtrat Chymia.

IV. *Organum* ſecretionis hujus eſt
1 *Hepar* & inpr. ejus acini glanduloſi, ſive juxta quoſdam analogon glandularum, ad quos Venæportæ per univerſam hepatis ſubſtantiam diſperſi rami bilis materiam vehunt, & e quibus poſtmodum bilis per modum tranſcolationis ſecreta per ductus biliarios minores ad hepaticum, & ex hoc partim ad inteſtina, partim ad veſiculam felleam fluit.
2 *Lien*, in quo juxta recentiores ſanguis ad faciliorem bilis dimiſſionem diſponitur.

V. *Cauſa efficiens*: Eſt Natura, quæ beneficio acinorum glanduloſorum hepatis partes aquoſas & ſalino-ſulphureas reliquis humoribus vitalibus inimicas, e ſanguine venæ-portæ ſeparat, & per motum tonicum continuo ad inteſtina propellit.

VI. *Uſus* hujus ſecretionis
1 Ut partes bilioſæ ſive ſulphureæ ſuperfluæ craſin humorum vitalium turbantes continuo removeantur & expellantur.
2 Ut cibi ſemidigeſti & ad corruptionem proni per partes bilis ſalino-ſulphureas a putredine in inteſtinis præſerventur.
3 Ut bilis inteſtina ſtimulando motum alimentorum & fecum excretionem promoveat, adeoque clyſteris naturalis officio fungatur.

VII. *Obſervationes*
1 Acria oleoſa ac aromatica multum præbent bilis.
2 Cholerici majorem bilis copiam producunt, quam reliquorum temperamentorum ſubjecta.
3 Acida & Nitroſa bilis uberiorem generationem impediunt, ejuſque acrimoniam temperant.
4 Bilem non ingredi cum chylo in vaſa lactea probat ejus albedo & dulcedo.
5 Bilis cyſtica extra chylificationis tempus, inpr. poſt iram prægreſſam in inteſtina infuſa, facile Diarrhœas excitat.
6 Bile e contra retenta & non rite ſecreta, crudior & viſcidior chylus generatur ad obſtructiones glandularum meſeraicarum producendas maxime pronus.

4. *De Secretione Muci.*

I. *Definitio*. MUcus eſt excrementum ut pl. album conſiſtentiæ ſpiſſioris, ex aquoſis terreo-ſalinis & mucido pinguibus particulis conſtans, in variis locis ſecretum & in certas cavitates infuſum.

II. *Differentia*.
1 Ratione *loci*, alius in capitis variis partibus, alius in ventriculo & inteſtinis, alius in veſica generatur.
2 Ratione *conſiſtentiæ*, alius fluxilis magis, alius vero magis ſpiſſus eſt.

III. *Materia*: Sunt partes terreo-ſalinæ, mucido pinguibus immerſæ, quibus aquæ portio diverſa, pro majori vel minori muci ſpiſſitudine, admixta eſt.

IV. *Organum*, ſunt
1 Membranæ glanduloſæ Narium ac Sinuum ſphænoideorum, Ethmoideorum & Frontalium.
2 Glandulæ Ventriculi & Inteſtinorum, mucum talem continuo ſecernentes.
3 Glandulæ Veſicæ.

V. *Cauſa efficiens*, eſt pariter Natura, quæ glandularum modo dictarum ope mucum, fluxilitatem humorum turbantem, continuo e Maſſa ſanguinea removet.

VI. *Uſus*
1 Ut fluxilitas ſanguinis ad ſecretiones neceſſaria conſervetur.
2 Ut viſcerum ſecretoriorum obſtructiones præcaveantur.
3 Ut narium membrana mucoſa tali materia obducta ab injuriis externis, Ventriculus vero, Inteſtina ac Veſicæ tunica interior a læſione muniatur.

VII. *Obſervationes*.
1 Quo magis ad Phlegmaticum temperamentum inclinant ſubjecta, eo major in iiſdem muci generatur quantitas.
2 In ſubjectis junioribus ſemper major muci deprehenditur copia.
3 In ſenibus ob fibrarum torporem inſignis quoque muci producitur quantitas.
4 Aer craſſus, humidus & frigidus humores condenſando corpora maxime diſponit ad copioſiorem muci generationem.
5 Satius eſt mucum generari & excerni e capitis variis partibus, quam e glandulis aſperæ arteriæ.

De Secretione & Excretione fecum alvinarum.

I. *Definitio*: FEces alvinæ ſunt excrementa corporis conſiſtentiæ craſſæ, coloris flavi vel fuſci, fœtida, ex reliquiis ciborum, bile, partibus mucoſis aliiſque ad inteſtina depoſitis nata, & per alvum excreta.

II. *Differentia*.
1 Ratione *Conſiſtentiæ*, aliæ ſunt conſiſtentiæ ſpiſſioris, aliæ magis ſunt molles aut fluidæ pro diverſitate ætatum, temperamentorum, aſſumptorum &c.
2 Ratione *Coloris*, dum magis vel minus ad flavedinem tendunt.
3 Ratione *Fœtoris*, quatenus aliæ pro ſubjectorum & aſſumptorum diverſitate magis vel minus fœtent.

III. *Materia*
1 Reliquiæ ciborum digeſtorum poſt chyli ingreſſum in vaſa.
2 Partes bilioſæ reliquiis iſtis admixtæ.
3 Portio muci inteſtinorum.
4 Partes craſſiores ſalivæ & ſucci Pancreatici.

IV. *Organum*.
1 *Secretionis*, ſunt omnes partes quæ humores excrementitios ad inteſtina deponunt, ut ibidem cum reliquiis alimentorum miſceantur: uti ſunt glandulæ ſalivales, Ventriculi, Inteſtinorum, Hepar & Pancreas.
2 *Excretionis* ſunt inteſtina, omnes haſce partes excrementitia excipientia & motu periſtaltico ad anum uſque propellentia.

V. *Cauſa efficiens*.
1 *Secretionis* eſt Natura, quæ humores varios excrementitios, ope variorum organorum a reliquis humoribus ſeparatos, ad inteſtina tanquam communem cloacam deponit.
2 *Excretionis* eſt eadem natura, quæ beneficio motus periſtaltici excrementa ſucceſſive ad ſphincterem ani uſque propellit, per quem poſtmodum juncta ſpiritus cohibitione & fortiori preſſione vi expelluntur.

VI. *Uſus*: Ut corpus a ſordibus variis ad inteſtina depoſitis & reliquiis ciborum junctis liberetur.

VII. *Obſervationes*.
1 In infantibus & Phlegmaticis excrementa alvina ſemper mollioris ſunt conſiſtentiæ, quam in aliis
2 E contra in Cholericis & Melancholicis magis ſunt ſpiſſa.
3 Homines durioribus laboribus aſſueti feces-alvinas

ſpiſſiores & in majori quoque copia excernunt.
4 Tempus excretionis pro ſubjectorum diverſitate variat, dum in aliis non niſi elapſis 24. horis, in aliis vero citius, in aliis tardius feces excernuntur.
5 Quo magis homines proni ſunt ad alvum liquidam, eo facilius Diarrhœis corripiuntur & contra.
6 Quo plus ciborum diverſorum aſſumunt homines, eo magis fœtent excrementa.

De Secretione humorum utilium.

De Secretione Lymphæ ejuſque motu.

I. *Definitio.* LYmpha eſt humor laudabilis ſanguinis Maſſæ primo junctus, poſtea vero in variis organis ſecretus, ex partibus aquoſis & gelatinoſis conſtans, partium nutritioni dicatus.

II. *Differentia.*
1 *a Lympha* ſanguinis, quæ maſſæ humorum adhuc juncta eſt, cum e contra hæc, de qua ſermo eſt, in peculiaribus vaſis contenta ſit.
2 *a Sero*, quod eſt partium excrementitiarum, ad conſervationem corporis inutilium, colluvies, Lympha vero eſt omnibus conſentientibus liquor laudabilis & nutritius.

III. *Materia*, ſunt
2 Partes laudabiles *aquoſæ* ad fluxilitatem lymphæ facientes, quibus
2 multæ partes *gelatinoſæ* nutritiæ ſubpingues &
3 paucæ *ſalinæ*, aquoſarum & pinguium mixtionem promoventes, admixtæ ſunt.

IV. *Organum.*
1 *Secretionis*, quod nondum adeo detectum eſt ab Anatomicis, probabiliter tamen ſunt vel glandulæ exiliſſimæ, vel pori tantum partium, e quibus lympha in vaſa tenuiſſima & exiliſſima infunditur.
2 *Motus*
a Glandulæ conglobatæ hinc inde impr. vero in meſenterio conſpicuæ, quæ beneficio fibrarum lympham conquaſſando ejus fluxilitatem conſervant & ſimul motum per vaſa promovent.
b Arteriæ, quæ ubique vaſa lymphatica comitantur & pulſu continuo lymphæ curſum facilitant.
c Motus partium vaſa lymphatica ambientium tonicus.
d Valvulæ, recurſum lymphæ ad partes impedientes, motum vero verſus interiora promoventes.
e Ipſa quoque *vaſorum lymphaticorum conformatio*, dum ſumme anguſta ſenſim ſenſimque ampliora redduntur, ad motum lymphæ aliquid confert.

V. *Cauſa efficiens*: Eſt natura corporis conſervatrix, quæ ope partium ante recenſitarum lympham ſanguini mixtam in variis partibus ſeparat, & in peculiaria vaſa receptam partim in receptaculum chyli, partim in vas collare majus, prope inſertionem ductus Thoracici in venam ſubclaviam eum quidem in finem infundit, ut partibus nutritiis aliquo modo privata iiſdem denuo imprægnetur, & novas nutriendi vires acquirat.

VI. *Uſus.*
1 Ut partibus ſuis gelatinoſo-aqueis partes omnes nutriat, irriget, & in debita flexilitate conſervet.
2 Ut humoribus aliis nutritiis, Lymphæ ſcil. nervorum, Lacti ac Semini fundamentum præbeat.

VII. *Obſervationes.*
1 Lympha generatur ex chylo laudabili; quo plus enim cibi evpepti largiuntur chyli, eo major lymphæ producitur copia & eo melius etiam nutritio ſuccedit.
2 Motus corporis multum confert ad fluxilitatem & motum lymphæ, unde in ſedentariis facile ejus ſtagnationes ſequuntur.
3 Vaſa Lymphatica in omnibus partibus reperiri probabile eſt, quoniam ſanguis arterioſus, copioſa lympha permixtus, nutritionis gratia ad omnes partes fertur.

2. *De Secretione Lymphæ nervorum.*

I. *Definitio*: LYmpha ſive fluidum nerveum eſt lymphæ ſubtiliſſima pars in corticali cerebri ſubſtantia ſecreta & vel in tubulos medullaris ſubſtantiæ, vel in interſtitia eorum infuſa, nervorum irrigationi, flexilitati & nutritioni inſerviens.

II. *Differentia*, Succus nervorum a reliqua lympha differt.
1 Ratione *loci* continentis, quatenus ſtricte ſic dicta lympha in ejuſdem nominis vaſis, hæc vero vel in nervorum tubulis ſubtiliſſimis, vel in interſtitiis eorum continetur.
2 Ratione *conſiſtentiæ*, fluidum enim nervorum magis ſubtile eſt quam reliqua lympha.
3 In ſeipſo etiam differt ratione *loci ſecretionis*, dum pars fluidi nervorum in cerebro, pars vero in medulla oblongata ſecernitur.

III. *Materia*. Eſt lympha ex partibus aquoſo-ſalinis conſtans, quæ per arteriarum carotidum ramificationes quaqua verſum per totum cerebrum & quidem ad ejus ſubſtantiam corticalem lata, ibidem a reliquis humoribus ſecernitur.

IV. *Organum.*
1 *Secretionis*
a Eſt *cerebrum* & potiſſimum ejus ſubſtantia corticalis, ſive cineritia, medullarem ambiens.
b Medulla ſpinalis, in qua inverſo ordine cineritia ſubſtantia a reliqua circumdata, fluidum hocce ſeparat.
2 *Diſtributionis*
a Nervi, liquorem ſecretum excipientes.
b Meninges cerebri.

V. *Cauſa efficiens*: Eſt Anima ſive Natura omnium actionum præſes, quæ non ſolum ſecretionem lymphæ nervorum in cineritia cerebri & medullæ ſpinalis ſubſtantia peragit, ſed etiam per nervos eandem, concurrente meningum motu conſtrictorio, in nervos impulſam in univerſum corpus & inpr. in partes ſenſui & motui inſervientes, diſtribuit.

VI. *Uſus.*
1 Ut per continuum huncce lymphæ influxum nervorum flexilitas & turgeſcentia conſervetur.
2 Ut ejus ope nervi nutriantur.
3 Ut Organa ſenſuum & motus in debito vigore permaneant.

VII. *Obſervationes.*
1 Lymphæ nervorum exiſtentiam probant experimenta a Bidloo inſtituta, vid. *Exerc. Anat. Chir. I. p.* 3.
2 Motum meningum & influxum fluidi in nervos eſſe præcipuam motus tonici ſive conſtrictionis & relaxationis partium cauſam, probant experimenta Bagliviana, quando ſcil. nimiam nervorum ſtrictūram ſequuntur Convulſiones, relaxationem vero Paralyſes.

3. *De Secretione Lactis.*

I. *Definitio*: LAc eſt liquor albus, pinguis, ſpiſſioris conſiſtentiæ, ex partibus ſeroſo-ſalinis pinguibus ac caſeoſis conſtans, in mammis muliebribus ex ſanguine ſecretus & fœtus nutritioni dicatus.

II. *Differentia.*
1 Ratione *conſiſtentiæ*, aliud eſt fluidum magis & ſeroſum, uti Coloſtrum, aliud magis ſpiſſum.
2 Ratione *coloris*, aliud eſt pallidum, aut ad cœruleum colorem tendens, aliud magis album pro temperamentorum diverſitate.
3 Ratione *ſaporis*, aliud magis, aliud minus eſt dulce.

III. *Materia* ex qua, eſt lympha multis particulis chyloſis imprægnata, id quod partim ex ſapore, partim ex colore, partim ex alimentis multum chyli & lactis quoque ſuppeditantibus, probatur. Reſolutio vero docet præterea ei ineſſe,
1 *Serum* ſive partes aquoſas reliquarum vehiculum.
2 *Pinguedinem*, quam cremor lactis & butyrum ex lacte productum probant.
3 *Mucilaginem* & partem terreſtrem poſt ſeparationem a ſero in caſeum abeuntem.
4 *Sal* in ſero contentum poſt evaporationem remanens.

IV. *Organum.*
1 *Secretionis*, ſunt glandulæ mammarum conglomeratæ, in quibus ſanguinis partes chyloſo-lymphaticæ a reliquo ſanguine per modum tranſcolationis ſeparantur,

2 *Aſſer-*

2 *Asservationis*, sunt ductus lactiferi mammarum glandulis adhærentes, lac secretum excipientes, & versus papillam ampliores redditi asservantes, unde etiam lac in iisdem contentum majorem, dimittendo partes aquosas, acquirit spissitudinem.

3 *Excretionis*, sunt papillæ sive ductus lactiferi angustiores redditi & ipsas papillas constituentes, e quibus lac secretum & aliquandiu asservatum suctione elicitur.

V. *Causa efficiens*: Est Principium vitale sive Natura, quæ post partum sanguinem partibus nutritiis imbutum, antea ad uterum fœtus nutriendi gratia fluentem, partes inferiores inpr. vero uterum constrigendo, versus superiora & præcipue ad mammas dirigit, ut in illis materia gelatinoso-chylosa secreta fœtus nutritioni inserviat. Quare etiam si non immediate post partum, paucis tamen elapsis diebus mammæ, ut plurimum non sine insigni molestia intumescunt, ac motus sanguinis ad mammas manifeste sentitur.

VI. *Usus*.

1 Ut primum lac, Colostrum dictum, meconium, sive materiam mucosam in intestinis fœtus post partum hærentem, partibus suis seroso-salinis evacuet, & intestina abstergat.

2 Ut infantis nati nutritioni tamdiu, donec alios cibos ferre queat, inserviat.

VII. *Observationes*.

1 Lactis generatio non raro etiam ante partum observatur.

2 Lactis effluxus spontaneus e mammis gravidarum sæpius vel fœtus debilitatem, vel abortum futurum indicat.

3 Lac sæpius vagientibus infantibus aut circa ordinarium lactandi tempus effluit.

4 Nihil magis lactis generationem impedit, aut generati dissipationem promovet, quam terror.

5 Fœminæ fere ordinarie motum lactis ab axillis ad mammas sentiunt.

6 Quo rarius infantes mammis apponuntur, eo citius lac disparere solet.

7 Lac antea copiosum subito disparens, non raro mortem infantis instantem indicat.

4. *De Secretione Seminis*.

I. *Definitio*: SEmen est liquor laudabilis ex optimis sive gelatinoso-chylosis partibus in testibus secretus, ad prolis generationem necessarius.

II. *Differentia*.

1 Respectu *quantitatis*, in aliis in majori, in aliis vero minori copia generatur.

2 Respectu *consistentiæ*, in aliis magis, in aliis minus fluidum est.

3 Quo ipso intuitu etiam a liquore *prostatarum* limpido, vehiculum vero semini præbente, differt.

III. *Materia*: Est portio lymphatico-chylosa sanguinis subtilior, quod exinde apparet, quia cibi, multum chyli laudabilis continentes, seminis generationem, si modo partes sunt legitime constitutæ, admodum promovent, & e contrario deficientibus alimentis sufficientibus seminis productio impeditur, juxta tritum illud: *sine Cerere & Libero friget Venus*.

IV. *Organum*.

1 *Secretionis*, sunt testes scroto inclusi, & quidem specialiter eorum substantia glanduloso-vasculosa, sive congeries vasculorum tenuissimorum miro ordine complicatorum, ex arteriis spermaticis prodeuntium, in quibus scil. vasculis, ex lympha per arterias spermaticas infusa semen elaboratum & per miram illorum vasculorum longitudinem latum, majus acquirit robur.

3 *Asservationis*, sunt vesiculæ seminales in quas semen per Epididymes, vasa deferentia emittentes, infunditur, & in iisdem usque ad emissionis tempus asservatur: in hisce propter moram dum partes subtiliores aquosæ avolant, majorem acquirit spissitudinem.

3 *Emissionis* sive Ejaculationis est membrum virile legitime constitutum & ad sufficientem erectionem aptum, speciatim vero urethra, quæ in coitu spasmodice in parte ejus posteriore contracta, semen orgasticum ex vesiculis seminalibus in eandem expressum, una cum liquore prostatarum, insigni & convulsivo impetu expellit.

V. *Causa efficiens*. Secretionis, asservationis & emissionis vera causa est Natura, quæ beneficio glandularum testium semen e sanguinis portione summe laudabili separat, & ad legitimum tempus in vesiculis seminalibus, ad hoc negotium summe aptis, asservat, ac tandem in coitu, roboratis partibus ad emissionem necessariis, iisque magna vi constrictis, semen turgescens & hoc ipso ad generationem magis dispositum, per urethram in sinum muliebrem effundit.

VI. *Usus*: Ut emissione seminis in Arvum Naturæ genus humanum propagetur.

VII. *Observationes*.

1 Quo magis pendulum & flaccidum est scrotum, eo minor etiam seminis generatur quantitas.

2 Quo magis acre & calidum est semen, eo magis etiam ad Venerem stimulat, & contra.

3 Quo magis proni sunt homines ad Venerem, eo major etiam seminis, ceteris paribus, est proventus.

4 Testes insigne corpori robur conciliare exinde apparet, quod animalia castrata tanto vigore non polleant, ac non castrata.

5 Præstantia viri in veneris negotio, non ex membri virilis, sed ex testiculorum magnitudine æstimanda est.

5. *De Secretione Salivæ*.

I. *Definitio*: HUmor salivalis est liquor laudabilis, in variis glandulis tam in ore, quam circa illud litis secretus, ciborum digestioni & resolutioni dicatus.

II. *Differentia*.

1 Alia est satis fluida, inpr. quæ ex glandulis sublingualibus, maxillaribus & parotidibus fluit.

2 Alia minori fluxilitate gaudet; uti saliva glandularum buccarum.

3 Alia denique spissior est, qualis est saliva tonsillarum.

4 Saliva differt a sputo; hoc enim spissius & ab aere alteratum, adeoque parvi usus est, cum e contra saliva fluxilitate insigni gaudeat, & in solvendis cibis magnum habeat usum.

III. *Materia* sunt

1 Partes *aquosæ* in insigni quantitate reliquis vehiculum præbentes.

2 *Lymphaticæ*, quas evaporatio, gelatinosum quid relinquens, demonstrat.

3 *Salinæ* acres reliquis immersæ, quarum tamen adeo exigua est quantitas, ut uncia salivæ vix tria grana salis in se contineat, quod itidem evaporatio probat.

IV. *Organum*. Sunt glandulæ variæ, sitæ

1 In Oris cavitate, quales sunt:

a Glandulæ Buccarum.

b - - - - - - Sublinguales.

c - - - - - - Palatinæ.

d - - - - - - Tonsillæ.

e Uvula, quæ omnes immediate salivam partim per breves ductus, partim per poros in oris cavitatem emittunt.

2 Extra Oris cavitatem

a Maxillares internæ

b Parotides, quæ mediate per ductus proprios, illæ scil. per ductum WArthonianum, versus mentum progredientem & ad gingivas in papillam terminantem, hæ vero per ductum Stenonianum prope dentes molares secundos salivam in oris cavitatem infundunt.

c Glandulæ Oculorum & Aurium, quarum lympha quoque ad oris cavitatem fluit, postquam suo jam functa est officio in oculis & auribus.

V. *Causa efficiens* est Natura, quæ per varios ductus salivam in glandulis secretam, oris cavitati ad certos fines infundit,

VI. *Usus*.

1 Ut inserviat ciborum resolutioni in ore.

2 Ut promoveat deglutitionem.

3 Ut interiora Oris humectet.

4 Ut linguæ volubilitatem conſervet & loquelæ inſerviat.
5 Ut papillas linguæ nerveas humectando guſtum promoveat.

VII. *Obſervationes*.
1 Saliva tempore maſticationis & deglutitionis majori copia ad oris cavitatem fluit.
2 Idem major fluxus etiam ſub aſpectu ferculorum gratorum, aut audito interdum ſaltem eorum nomine obſervatur.
3 Saliva laudabilis ſæpius ob malam conſuetudinem non ſine detrimento corporis exſpuitur.
4 In infantibus dentientibus ſaliva in inſigni copia affluens gingivas emollit, & dentitionem promovet.
5 Saliva ab aere corrupta aut viſcida reddita, melius exſpuitur, quam deglutitur.
6 Quo magis glutinoſa ſeu viſcida eſt ſaliva, eo minus ad ciborum reſolutionem alioſque uſus eſt apta.

6. *De Secretione Succi Pancreatici.*

I. *Definitio*: SUccus Pancreaticus eſt liquor limpidus, ſalivalis efficaciæ, in Pancreate e ſanguine arterioſo ſecretus & in inteſtinum duodenum vel jejunum infuſus, ciborum ulteriori reſolutioni & digeſtioni inſerviens.

II. *Differentia*.
1 Ratione *quantitatis*, cujus reſpectu major in ſubjectis humidioribus quam ſiccioribus generatur copia.
2 Ratione *fluxus*, quamvis enim eum continuo ad inteſtina fluere probabile ſit, videtur tamen tempore digeſtionis majori quantitate effundi in inteſtina.

III. *Materia*: Eadem eſſe videtur ac Salivæ, aquea ſcil. gelatinoſa & ſalina acris.

IV. *Organum*.
1 *Secretionis* eſt Pancreas ejuſque glandulæ variæ.
2 *Excretionis* ſunt ductus minores in majorem terminantes, e quo in inteſtinum infunditur.

V. *Cauſa efficiens* eſt Natura, quæ conſervationi corporis intenta, ope ſucci pancreatici, e Pancreate mediantibus fibris expreſſi, ciborum ulteriorem reſolutionem peragit, ut chylus eo commodius vaſa ingredi queat, extra vero illud tempus per infuſum liquorem fibras emollit ac motum periſtalticum promovet.

VI. *Uſus*.
1 Ut cibos, in ventriculo jam reſolutos, ulterius diluat & digeſtionem augeat.
2 Ut bilis cyſticæ, tempore digeſtionis ad inteſtina fluentis acrimoniam temperet.
3 Ut inteſtina extra tempus digeſtionis emolliat & lubrica reddat, ac hoc ipſo ſecum alvinarum excretionem adjuvet.

VII. *Obſervationes*.
1 Succum pancreaticum non eſſe acidum, nec cum bile alcalina effervescere, Recentiores contra Sylvianos variis rationibus & experimentis demonſtrarunt.
2 Probabile videtur ſuccum pancreaticum fermentationem alimentorum in ore & ventriculo inceptam promovere.

De Nutritione.

I. *Definitio*: NUtritio eſt actio vitalis, qua mediante nutrimentum, in diverſis corporis partibus ſufficienter elaboratum ac per arterias pulſu cordis ad partes latum, iiſdem, in locum ejus, quod per varias ſecretiones deperditum erat, apponitur ac hoc modo corpus conſervatur.

II. *Differentia*.
1 Alia eſt proprie ſic dicta *Nutritio*, quando ea tantum nutrimenti quantitas partibus apponitur, quanta ad conſervationem corporis ejuſque partium requiritur.
2 Alia vero vocatur *Auctio*, quando inſignis materiæ nutritiæ copia partibus infunditur, ut non ſolum quoad longitudinem ad certum uſque tempus, ſed etiam quoad craſſitiem corpus augeatur.

III. *Materia*.
1 *Proxima* eſt lympha laudabilis e chylo beneficio motuum & digeſtionum producta.
2 *Mediata* eſt chylus bonæ notæ in variis partibus elaboratus.
3 *Remota* ſunt alimenta ab appetitu indicata & in ore, ventriculo & inteſtinis ita præparata, ut chylus exinde extrahi poſſit. De quibus omnibus mox agetur.

IV. *Organum*.
1 *Cor*, cujus motu ſanguis ad partes propellitur.
2 *Pulmones*, ſanguinis fluxilitatem & faciliorem nutrimenti e ſanguine ſeceſſum promoventes.
3 *Arteriæ*, per quas in univerſum corpus materia nutritia vehitur.
4 *Pori* arteriarum capillarium, aut earum juxta alios oſcula aperta, e quibus nutrimentum in partium poros impellitur.
5 *Fibræ* partium debito tono gaudentes, ut nutrimentum ſervare queant, quod novus a tergo ſequens ſuccus nutritius altius in partium poros protrudit.

V. *Cauſa efficiens* eſt Natura, quæ materiam nutritiam, ope ante dictorum organorum ad partem latam, proportionata quantitate in omnes partes diſtribuit, & unicuique convenientem materiam aſſimilat, ita ut non ſolum omnium partium debita ſtructura, ſed etiam mutua proportio conſervetur.

VI. *Uſus*.
1 Ut in locum per excretiones varias deperditarum partium novum nutrimentum apponatur, & corpus hoc modo in vigore conſervetur.
2 Ut corporis auctio ad debitam uſque longitudinem promoveatur.

VII. *Obſervationes*.
1 Quo humidiora ſunt corpora & quo magis poroſa, eo facilius etiam ſuccedit nutritio, & contra.
2 Meditationes & ſpeculationes continuæ, uti alias actiones vitales, ita quoque nutritionem impediunt.
3 Præmaturum corporis augmentum non raro brevem vitæ univerſalem ambitum portendit.
4 Superfluum corporis nutrimentum hinc inde in varias partes deponitur & conſtituit pinguedinem.

De Appetitu.

I. *Definitio*: APpetitus eſt ſtimulus naturalis, quo impellimur ad victum quærendum, ut id, quod deperditum erat per varias excretiones, iterum reſtituatur: ſive eſt voluntas edendi & bibendi.

II. *Differentia*.
1 Alius eſt appetitus *ſolidorum* ſive *ciborum*, & vocatur *Fames*.
2 Alius vero eſt *liquidorum* ſive *potus* quem *Sitim* appellant.

III. *Sedes* ſive locus, eſt ventriculus & impr. juxta plerorumque ſententiam ejus orificium ſiniſtrum, ubi talis ſenſus appetitus quam maxime deprehenditur.

IV. *Cauſa efficiens*, eſt Natura ſive Anima, quod probatur:
1 Quia homo ſibi ipſi conſcius eſt ſe ſentire appetitum & habere voluntatem edendi & bibendi, quam ob cauſam quoque anxie cibum & potum quærit.
2 Quia præſente appetitu ciborum ſelectum, qui judicium & animæ rationalis concurſum præſupponit, inſtituit, ſive alios præ aliis magis eligit.
3 Quia ventriculo cibis repleto & appetitu ſedato, audito ſaltem grati ferculi nomine, appetitus ſtatim denuo excitatur.
4 Quia animo aliis rebus intento appetitus non excitatur.
5 Quia animi affectus graviores & mentis perturbationes appetitum etiam præſentem momento citius tollunt. Plura vide in *Phyſiol. noſtra Cap. IV. Membr. IV. Artic. II. Punct. I.*

V. *Uſus*: Ut homines ſenſu hocce inſtigentur ad quærenda alimenta, quo per ea corpus conſervetur.

VI. *Obſervationes*:
1 Appetitus in junioribus ordinarie eſt major quam in adultis.
2 Qui laboribus durioribus corpus exercent, appetitu majore gaudent.
3 Appetitus ſæpius ſequitur ſolam conſuetudinem.

4 Cibi cum apperitu ſumpti melius digeruntur & nutriunt quoque, quam alii.
5 Poſt morbos bene ſolutos appetitus admodum vigere ſolet: Natura enim hoc tempore reſarcire intendit, quod durante morbo amiſit.
6 Robur ventriculi non ſemper ex appetitu æſtimandum eſt, ſed potius ex digeſtione & nutritione.

De Materia Nutritionis.

I. *Definitio*: MAteria nutritionis ſunt alimenta varia, ſuccum nutritium continentia, corporis conſervationi dicata.
II. *Differentia.*
1 Alia ſunt ſolida, quæ *Cibi* audiunt.
2 Alia ſunt liquida, quibus *Potus* nomen datur, de quibus in Diæta ſermo erit.
3 Alia deſumuntur ex Regno Vegetabili, alia ex Animali, alia ex Minerali, quæ tamen pauciſſima ſunt.
III. *Uſus*: Ut remote inſerviant corporis nutritioni.

De Præparatione Ciborum in Ore ſive Maſticatione.

I. *Definitio*: MAſticatio eſt actio naturalis, qua mediante cibi ſolidi dentium ope inciduntur, conteruntur, comminuuntur & in ſubtilem pollinem rediguntur, ut poſtmodum eo facilius in inteſtinis Chyli fieri poſſit extractio.
II. *Organum.*
1 *Maxilla* ſuperior immobilis & inferior mobilis, quibus dentes diverſi ſunt infixi.
2 Dentes *Inciſores*, *Canini* & *Molares* ex oſſea & hanc ambiente ſaxea ſive lapidea duriſſima & albiſſima ſubſtantia conſtantes, qui incidendo, confringendo & comminuendo cibos, concurrunt ad maſticationem.
3 *Lingua*, quæ cibos diſtribuit, & in uno oris latere maſticatos excipit, ac alterius lateris dentibus ulterius comminuendos offert.
II. *Cauſa efficiens* eſt Natura, quæ motu voluntario maxillæ inferioris cibos per labia aſſumptos dentium ope infringit, incidit & comminuit, &, quo hæcce reſolutio eo facilius contingat, ſalivam per ductus varios inter maſticandum majori copia in oris cavitatem infundit.
IV. *Uſus*: Ut cibi duriores aut craſſioris conſiſtentiæ per dentes comminuti & mediante ſaliva admodum reſoluti ad chylificationem apti reddantur.

De Deglutitione.

I. *Definitio*: DEglutitio eſt actio naturalis, qua mediante cibi in ore maſticati a lingua excepti, & in Oeſophagum dilatatum lati, mediante motu Oeſophagi in ventriculum protruduntur.
II. *Organum.*
1 *Lingua*, quæ actum deglutitionis incipit, & cibos exceptos, dum ope muſculorum retrahitur, ad œſophagum deponit.
2 *Oeſophagus*, qui per muſculos dilatatus cibos excipit, ac poſtea conſtrictus ope fibrarum muſcularium eos ſenſim in ventriculum protrudit.
III. *Cauſa efficiens*. Eſt Natura, quæ motu linguæ voluntario cibos in ore præparatos ad œſophagum & hujus motu ad ventriculum promovet, ut ibidem ulterius digerantur.

De Præparatione alimentorum in ventriculo & inteſtinis ſive de Chylificatione.

I. *Definitio*: CHylificatio eſt actio vitalis, cujus ope alimenta aſſumpta & in ore præparata in ventriculo & inteſtinis reſolvuntur, ita ut purum ab impuro ſeparetur & chylus in vaſa recipiatur.
II. *Differentia.*
1 Chylificatio modo eſt celerior, modo eſt tardior reſpectu aſſumptorum.
2 Ratione temperamentorum cibi quoque citius vel tardius digeruntur.
III. *Organum*,
1 *Ventriculus*, viſcus infimi ventris capaciſſimum ex variis membranis conſtans, ciborum receptioni & reſolutioni dicatum, ac duobus orificiis ſuperiori ſcil. cibos recipiente & inferiori eos emittente, inſtructum.
2 *Inteſtina*, iiſdem cum ventriculo tunicis gaudentia, & inpr. tenuia Duodenum ſcil. Jejunum & Ileon, craſſa enim, Cæcum, Colon & Rectum ſecibus recipiendis inſerviunt.
3 *Vaſa lactea*, quæ maximam chyli partem per inteſtinorum poros tranſcolatam recipiunt, & hinc poſt paſtum chylo etiam turgida, in animalibus recenter enecatis, conſpiciuntur, extra vero tempus illud lympham vehunt: ne vero ad inteſtina redeat chylus, valvulæ obſtant.
4 *Vaſa Meſaraica*, quæ probabiliter quoque chyli portionem quandam abſorbent;
a quod in pennatis, vaſis lacteis carentibus, chylus e vaſis meſaraicis reſorbeatur ac flatus in inteſtina immiſſus in vaſa meſaraica penetret.
b quod vaſorum meſaraicorum magna ſit copia, & quidem longe major, quam quæ ad privatum inteſtinorum uſum requiritur.
c quod ſanguis venarum meſaraicarum poſt paſtum chylo tinctus appareat. vid. *Phyſiol. Cap. IV. Membr. IV. Art. II. Punct. III.* §. 19. 20.
5 *Glandulæ Meſenterii*, ad quas chylus e vaſis lacteis receptus tendit, & harum motu conſtrictorio non ſolam in fluxilitate debita conſervatur, ſed etiam per reliqua ex iiſdem prodeuntia vaſa, ad receptaculum ut chyli promovetur.
6 *Receptaculum chyli* ſive ciſterna lactea, in quam non ſolum chylus, ſed omnis a partibus infra diaphragma ſitis reflua lympha infunditur.
7 *Ductus Thoracicus* a receptaculo ad venam ſubclaviam aſcendens, per quem chylus motu arteriarum ac diphragmatis & a lympha, novoque a tergo premente chylo, continuo verſus ſuperiora urgetur, deſcenſum vero ejuſdem impediunt valvulæ.
IV. *Cauſa efficiens* eſt Natura, quæ beneficio organorum modo dictorum ac ope deglutitæ ſalivæ, lymphæ gaſtricæ ac in inteſtinis affluentis ſucci pancreatici & bilis fermentationem reſolutoriam in ore inceptam continuat, ac hoc modo efficit ut e Maſſa digeſtorum alimentorum e ventriculo expulſa, & ope motus periſtaltici per inteſtina protruſa chylus in vaſa relictis ſordibus, tranſcolari queat.
V. *Uſus*.
1 Ut alimenta ad vitam neceſſaria debito modo præparentur & reſolvantur.
2 Ut ſordes inutiles removeantur, &
3 Ut pars laudabilis a vaſis recipiatur.
4 Ut ſuccus nutritius in ſanguine per chylum reſtituatur, ac hoc modo nutritio peragatur.
VI. *Obſervationes*.
1 Omnes cibi bene maſticati facilius digeruntur, quam non ſufficienter maſticati.
2 Quo magis viſcidi ſunt cibi, eo difficilius digeruntur.
3 Meditatio poſt ſumptos cibos turbat digeſtionem.
4 Cibi nimio potu diluti, laudabilem chylum non præbent.
5 Somnus poſt prandium in junioribus Phlegmaticis & Senibus promovet digeſtionem.

De Vita & Sanitate.

I. *Definitio*.
1 *Vitæ*: Vita eſt corporis ad putredinem reſpectu mixtionis admodum proni per motum generaliter, ſpecialiter vero per remotionem inutilium, utilium vero appoſitionem, conſervatio.
2 *Sanitatis*: Sanitas eſt omnium actionum integritas a legitima partium organicarum, & fluidarum conſtitutione & a principio vitali, omnes actiones decenti ordine, tenore & tempore inſtituente, originem trahens.
II. *Differentia*.
1 *Vitæ*, hæc conſiderari poteſt

a qua-

a quatenus a nullis moleſtis cauſis turbatur.
b Quatenus non niſi cum inſignis moleſtiis protrahitur, adeoque eſt vel ſana vel morbida.
c Quatenus brevi tempore finitur, in aliis vero ad 80. vel centum annos extenditur.

2 *Sanitatis*.
a Alia eſt *perfecta*, quando nulla actionum tam vitalium quam animalium læditur, quæ tamen admodum eſt rara.
b Alia eſt *imperfecta*, quando ſalvis actionibus vitalibus, in animalibus obſervatur defectus.

III. *Cauſa efficiens*
1 *Principalis*, eſt Principium vitale ſive *Natura* motus omnes ad corporis integritatem conſervandam dirigens.
2 *Inſtrumentalis*, ſunt motus cordis, reſpiratio & motus tonicus circulum ſanguinis producentes, ac partes quædam ſolidæ ſive viſcera, humores tam utiles quam inutiles e reliqua humorum maſſa removentes & hinc corpus conſervantes, de quibus in ſuperioribus jam dictum eſt.

IV. *Signa*.
1 Conformatio omnium partium legitima ætati & ſexui reſpondens.
2 Habitus corporis neque ſtrictus neque laxus nimis, ut ſanguis in debita proportione per partes exteriores ferri poſſit.
3 Pulſus cordis vegetus & æqualis, Temperamento & ætati reſpondens.
4 Reſpiratio neque nimis velox, nec nimis tarda, ſed æqualis & libera, niſi cauſæ externæ hanc æqualitatem forſan turbaverint.
5 Æqualis partium omnium & ſingulorum nutritio, ita ut conſuetæ inter illas proportio ſervetur.
6 Appetitus conſtans ſolitorum ciborum, nullaque eorum uſum ſequens moleſtia, ſed potius refocillatio.
7 Sitis ciborum aſſumptorum proportioni reſpondens, intermedio vero tempore non niſi a cauſis manifeſtis excitata.
8 Fecum alvinarum ſufficienti copia ac certo & conſueto tempore contingens excretio.
9 Earundem color flavus, conſiſtentia craſſa, fœtor tolerabilis.
10 Urina quantitate non excedens, ſed potulentorum aſſumptorum quantitati præter propter reſpondens.
11 Color ejuſdem ut plur. citrinus vel aurantii coloris, pro temperamentorum & ætatum reſpectu, nullo ſenſibili fœtore, ſed potius fracedine quadam imbuta, clara, diaphana, nulla præter nubeculam rariorem contenta exhibens, ac præterea certis temporibus ſine ulla moleſtia emiſſa.
12 Sudor neque quantitate excedens aut deficiens, neque graveolens aut acris, ſed matutinus, lenis tamen poſt peractas digeſtiones, interdiu vero non niſi præſentibus cauſis externis fluens.
13 Saliva juſta quantitate ac conſiſtentia gaudens & hinc ad lubricandas partes oris internas & reſolutionem ciborum apta.
14 Muci neque e naribus neque e faucibus ſenſibilis excretio, niſi in ſubjectis admodum phlegmaticis & junioribus.
15 Vox clara, libera e faucibus ſatis madidis progrediens, ac linguæ volubilitas, & juſta conformatio loquelæ facilitati inſerviens.
16 Somnus placidus, nullis gravibus inſomniis turbatus, corpus laboribus fatigatum refocillans.
17 Vigor corporis & alacritas ad actiones peragendas, & abſentia ſubitaneæ poſt labores aut motum fatigationis.
18 Senſuum internorum uſus liber, memoriæ majus vel minus robur, judicium conſtans pro ſubjectorum diverſitate.
19 Acies ſenſuum externorum temperamentorum differentiæ reſpondens.
20 Animus tranquillus & ad animi affectus graviores minus propenſus.
21 Ad generandum habilitas, in ſexu ſcil. maſculino
a juſta partium genitalium conformatio,
b ſeminis legitima elaboratio, aſſervatio &
c debito tempore emiſſio.
22 In ſeminino vero ſexu
a præter legitimam partium genitalium ſtructuram
b juſto tempore Menſium eruptio, eorundemque ſingulis menſibus continuatio.
c Conceptio ſine gravibus incommodis,
d fœtus ad definitum terminum geſtatio &
e ejus naturalis ſine inſigni difficultate excluſio.
f Secundinarum matura excretio,
g Lochiorum fluxus legitime ſuccedens &
h Mammarum juſta ad lactis generationem & lactandum diſpoſitio.

V. *Obſervationes*.
1 Hominis conſideratio Phyſica, in Phyſica quidem ſua non caret utilitate, in Praxi vero exiguam vel nullam habet.
2 Qui corpus tantum conſiderant, inſigniter quidem Phyſicam & Anatomiam augent, Medicinam vero parum promovent.
3 Vitæ vero & Sanitatis vera conſideratio maxime neceſſaria eſt Medico, qua ſi deſtituitur, non poteſt non graviter in Pathologia & Praxi hallucinari.

De Differentia Corporis & actionum ſecundum Ætates, Sexum & Temperamenta.

1. *De Ætate*.

I. *Definitio*: ÆTas eſt certa vitæ periodus, ſeptenarium annorum numerum obſervans, in qua ut plurimum notabiles corporum & actionum fiunt alterationes.

II. *Diviſio in*
1 *Incrementum*, quod ſub ſe complectitur in tribus ſeptenariis Infantiam, Pueritiam & Adoleſcentiam.
2 *Conſiſtentiam*, Juventutem, Ætatem virilem & Conſiſtentem ſub ſe comprehendentem & ad annum circiter quadrageſimum nonum ſe extendentem.
3 *Senectutem*, Viridem ſcil. Mediam & Decrepitam.

III. *Diverſitas corporis & actionum in*
1 *Infantia*: Corpus tenellum, humidum, fibrarum flexilitas & ſenſibilitas, habitus corporis laxus, mollis & ob hanc cauſam impotentia ad ambulandum, defectus dentium, qui tamen primo & ſequentibus annis producuntur, ac corpus ſenſim ſenſimque firmatur & ad ambulandum diſponitur; loquela etiam antea nulla, tandem magis magiſque melius procedit. Pulſus celerior, ſecretiones & excretiones optime procedentes; ob leves tamen cauſas externas, inpr. quod diaphoreſin concernit, alterabiles; alvi ut plurimum laxitas, appetitus major, ſomnus profundus, ſenſuum externorum ab initio aliqualis habetudo; qui tamen ſucceſſu temporis magis firmantur. Mentis operationes in prima infantia admodum obſcuræ, memoria tamen ſuccedentibus annis ſatis firma, judicium vero debile: durat hæc vitæ periodus ad annum uſque ſeptimum.
2 *Pueritia*: Corporis majus augmentum & robur, dentium inciſorum caſus novorumque productio, major firmitas habitus corporis, pulſus fortior, ſecretionum & excretionum laudabilis ſtatus, appetitus corporis incremento reſpondens & hinc major alacritas corporis & actionum, amor motus, ſenſuum vigor, memoriæ robur majus cum judicii incremento: abſolvitur hæc ætas ſecundo ſeptenario.
3 *Adoleſcentia*: In hac ætate magis notabiles occurrunt corporis & actionum alterationes, corpus magis eſt firmum & majori robore pollet, habitus corporis ſtrictior, pulſus vegetus, calor ſanguinis & corporis major, ſecretionum laudabilis ſucceſſus, vocis acutæ in graviorem mutatio, primordia barbæ, pilorum in pube eruptio, teſtium augmentum, membri antea flaccidi erectio, generatio ſeminis, pronitas ad venerem. In ſexu feminino præter pilos in pube erumpentes, Menſes ſingulis menſibus fluunt, ac mammæ ſenſibiliter creſcunt. In utroque ſexu ſenſus interni magis fiunt firmi, ita ut adoleſcentes relictis puerilibus ad ſeria ſe convertant. Finito hocce paroxyſmo abſolvitur ut plur.

ut plur. corporis auctio quoad longitudinem, in quibuſdam tamen ad vigeſimum quartum extenditur.

4 *Juventus:* Incipit hæc anno vigeſimo primo aut juxta alios vigeſimo quarto, corpus in hac ætate jam ſufficienter quoad longitudinem auctum, jam magis firmum & robuſtum redditur, ac quoad craſſitiem quoque augetur, habitus corporis eſt ſtrictior, calor major, pulſus vegetus & fortis, ſecretiones & excretiones laudabiliter procedunt, judicium eſt acre, memoria vero ſatis firma; jam quoque non amplius ſibi *ipſi* vivit, ſed ſociam nactus, prolem generat, ac aliis in rebus civilibus inſervit: durat hæc ætas conſentientibus pleriſque ad annum trigeſimum quintum, quo tempore incipit

5 *Ætas virilis*: In hac fere ſemper idem corporis robur & actionum vigor obſervatur, pulſus eſt laudabilis & ſecretiones optime procedunt, Judicium magis viget quam memoria: abſolvitur hæc anno quadrageſimo ſecundo, quam immediate excipit

6 *Ætas conſiſtens*: Hic quidem in multis corporis & actionum laudabilis eſt vigor, in multis tamen etiam notabile jam virium corporis obſervatur decrementum & inpr. in iis, qui molliter educati, corpus laboribus non exercuerunt; potentia generandi ſenſim ſenſimque imminuitur, membri flaccicitas ſequitur, & ſcrotum fit pendulum. In feminis vero Menſium fluxus cum generationis negotio ceſſat: Abſoluta hac ætate ſuccedit

7 *Senectus viridis*, quæ incipit anno quinquageſimo. In hac ætate illud notabile eſt, quod augmentum ſtructuræ corporis ceſſet, quod exinde eluceſcit, quod vulnera & læſiones partium in ſenibus longe tardius curentur, quam in junioribus, vigor præterea corporis perit, partes molles marceſcunt & corugantur, ſenſuum & inpr. oculorum habetudo ac memoriæ & judicii imminutio ſequitur, calor corporis imminuitur & copioſius mucus generatur: appetitus minor, ſomnus levis, dentes excidunt vel atteruntur, plerique cani calvi & fiunt.

8 *Senectus media*: Hujus initium eſt anno quinquageſimo ſeptimo, quo ipſo tempore vires magis magiſque fatiſcunt, ac actionum vigor decreſcit: terminus hujus ætatis eſt annus ſexageſimus tertius, quem *Chimactericum magnum* vocant.

9 *Senectus decrepita*: Hæc reliquam vitam complectitur, ac majus in ea virium decrementum deprehenditur, & uti in juniori ætate impotentia ad ambulandum, ita in hacce quoque obſervatur, cum memoriæ & judicii imminutione, ita quidem, ut non pauci perdito judicio pueris ſimiles evadant; decreſcunt itaque vires & corpus marceſcit, donec anima relicto corpore ad cœleſtia migret.

IV. *Uſus* hujus doctrinæ.

1 Complectitur totam hiſtoriam hominis, adeoque Medico ſumme eſt neceſſaria.

2 Fundamentum præbet morbis ætatum & hinc in Pathologia maximæ eſt utilitatis.

2. *De Sexu.*

I. *Definitio*: SExus eſt diſtinctio generis humani corporis & actionum, inpr. vero partium genitalium reſpectu.

II. *Differentia*, eſt

1 *Maſculinus*, in quo obſervantur habitus corporis ſtrictus & durus, partes carnoſæ & muſculoſæ robuſtæ, robur corporis inſigne, pulſus cordis vegetus & fortis, calor partium validus, ſecretionum & excretionum laudabilis ſtatus, vox gravis, tempore pubertatis barba, membrum virile cum teſtibus ſcroto incluſis reliquaque generationis organa, ſemen tertii ſeptenarii initio pro producenda prole elaborare incipientia. Animus firmus, conſtans & judicium acre.

2 *Femininus*, in quo deprehenditur habitus corporis laxior & mollis, cordis pulſus minus vegetus, vaſa minora, major humorum in partibus poroſis copia, ac non obſtante fibrarum laxitate inſignis ſenſibilitas, mammarum tempore pubertatis productio, fluxus Menſium (de quo mox ſpecialius) ſingulis menſibus recurrens, organa genitalia conceptioni, fœtus geſtationi & nutritioni accommodata, lactis poſt partum in mammis generatio, reliquarum ſecretionum laudabilis quidem ſtatus, facilior tamen quam in viris perturbatio. Animus inconſtans, meticuloſus, arrogans, ad venerem, otium, iram pronus, facilis exceſſus in animi pathematibus.

De fluxu Menſium.

I. *Definitio*. FLuxus Menſium eſt ſanguinis in ſexu fœmininо ſingulis menſibus per mulierum genitalia a Natura inſtituta excretio, elapſo ſecundo ſeptenario incipiens & circa finem ſeptimi ceſſans.

II. *Differentia*,

1 Reſpectu *quantitatis*, in aliis eſt largior, in aliis parcior pro ſubjectorum conditione.

2 Reſpectu *coloris*, ſanguis excretus alius eſt floridus magis, alius coloris obſcurioris.

3 Reſpectu *ordinis*, alius Lunæ phaſe exacte ſequitur, alius vero intermedia obſervat tempora.

4 Reſpectu *motuum* ad excretionem tendentium, qui in aliis magis, in aliis minus ſunt ſenſibiles.

III. *Signa*.

1 Effluxus ſanguinis ſingulis menſibus e genitalibus mulierum magis vel minus ſincerus.

2 Quem præcedunt vel comitantur majores vel minores tenſiones in abdomine & circa uterum, habitus corporis magis conſtrictus, vaſa ſanguine minus repleta, facies pallida & circulus lividus oculos interdum ambiens: in quibuſdam obſervatur mammarum dura intlatio, itaut earum attactum non niſi cum inſignibus doloribus ferre queant.

3 Appetitus in quibuſdam proſtratus, torpor corporis, animus faſtidioſus.

4 Somnus interdum variis inſomniis anxiis interruptus.

5 In quibuſdam anguſtia præcordiorum & reſpiratio difficilis.

IV. *Subjectum*.

1 Feminæ, quæ pubertatis annos attigerunt, nec fœtum in utero gerunt, & infantem lactant.

2 Juxta quoſdam etiam Simiæ majores.

V. *Materia* eſt ſanguis ſincerus, reliquo ſanguini reſpectu qualitatis par.

VI. *Locus excretionis*.

1 *Vagina Uteri*, quod probarunt ſectiones cadaverum a *Bohnio*, vid. *Ejuſd. Circul. pag.* 244. & *Bergero Phyſiol. pag.* 252. inſtitutæ.

2 Specialiter vero *Venæ vaginæ*, ab hæmorroidalibus probabiliter ortæ. vid. *Phyſiol. noſtr. Cap. IV. Membr. IV, Artic. I. Punct. XIII.*

VII. *Terminus*.

1 *a quo:* eſt ut plur. annus decimus quartus, quamvis interdum etiam maturius, interdum vero ſerius Menſes erumpant.

2 *ad quem*: eſt finis ſeptimi ſeptenarii, ubi ordinarie Menſium fluxus & habilitas ad conceptionem ceſſant.

VIII. *Cauſa efficiens* eſt Natura, quæ ſingulis menſibus motu quodam Critico ſanguinem fœtus nutritioni alias deſtinatum, extra graviditatis & lactationis tempus, per genitalia ad præcavendam Plethoram expellit.

IX. *Uſus* hujus excretionis eſt ut abundantia ſanguinis & mala inde pendentia præcaveantur, ac proportio inter humores & motus conſervetur.

X. *Obſervationes*.

1 Quo maturius hic fluxus contigit, eo citius etiam curſum ſuum ordinarium abſolvit, & contra.

2 In otioſis & lautæ diætæ aſſuetis citius erumpunt Menſes, tardius vero in iis, quæ corpus laboribus fortioribus exercent.

3 Quo magis Lunæ phaſes obſervat Menſium fluxus, eo magis etiam tranquille curſum ſuum abſolvit, & contra.

4 Quam-

4 Quamvis Menſes ordinarie geſtationis tempore ceſſent, nonnunquam tamen in ſubjectis Plethoricis cum euphoria fluunt.
5 Lunæ in Menſes non eſt abſolutum imperium, quia non paucæ intermedio tempore menſium fluxu laborant.
6 Menſium fluxum ex ramis Venæ-portæ hæmorrhoidalibus provenire teſtatur in prægnantibus & hyſtericis Uteri hypochondriorum ac primarum viarum conſenſus. vid. *Phyſiol.* l. a.
7 Menſium fluxus ſeptimo ſeptenario utplur. eſt largus & inordinatus.
8 Menſes tempore lactationis erumpentes, interdum novam imprægnationem indicant.
9 Quæ Menſium fluxum prorſus non experiuntur, rarius concipiunt.
10 Sanguis per menſtrua effluens non eſt venenoſus, neque per ſe noxius, prout Paracelſiſtæ credidere.
11 Orgaſticus tamen a laſcivis feminis excretus & humoribus alius hominis communicatus, periculoſiſſimas parere ſolet turbas.
12 Quæ de ſpeculorum infectione & commaculatione, corruptione Melonum, muſti, cereviſiæ recentis, vini rubri &c. a tangente femina menſtrua, contingente enarrantur, multiplici experientia refelluntur; accidentaliter tamen ſimile quid aliquando accidere, negari prorſus non poteſt.

De Temperamentis.

I. *Definitio:* TEmperamentum eſt legitima partium corporis ſolidarum & fluidarum inter ſe mutua proportio, qua utrarumque debitus motus, depuratio atque conſervatio per ſecretiones & excretiones in fluidis & debita flexilitas in ſolideſcentibus conſervatur.

II. *Differentia.*
1 *Sanguineum*, cujus notæ ſunt
a Habitus corporis laxus, poroſus, turgidus, floridus.
b Vaſa exigua.
c Pulſus moderatus & æqualis.
d Sanguis floridus & fluxilis.
e Secretionum & excretionum laudabilis ſucceſſus.
f Appetitus bonus, digeſtio ciborum optima ac nutritio bene procedens.
g Somnus profundus.
h Animus liber, alacris, hilaris, voluptatibus & otio deditus.
2 *Cholericum*, quod indicant
a Habitus corporis ſtrictior, durior, calidior, poris minoribus præditus, floridus quidem, ſed minus albus.
b Vaſa capaciora & ampliora.
c Pulſus cordis fortis & vegetus.
d Sanguis floridus ſumme fluxilis & calidus.
e Secretiones & excretiones ob ſanguinis fluxilitatem & vigorem motuum optime procedentes.
f Appetitus laudabilis & digeſtio facilis, corporis nutritio ſufficiens quidem, raro vero ſuperflua, ut hinc obeſum reddatur.
g Somnus non adeo profundus ut in Sanguineis, ſed brevior.
h Animus alacris, liber, promptus & ad labores pronus, impatiens, inconſtans, ad iram pronus, vindictæ cupidus, immiſericors, audax, temerarius, in periculis intrepidus &c.
3 *Phlegmaticum*, cujus ſigna ſunt
a Habitus corporis ſpongioſus, laxus, mollis, turgidus, pallidus, valde poroſus, frigidus.
b Vaſa exilia ſive anguſta.
c Pulſus languidus & rarus, cui reſpondet etiam motus ſanguinis tardior.
d Sanguis tenuis, aquoſus ac hinc ſatis fluxilis.
e Secretiones & excretiones lento gradu procedentes.
f Appetitus vagus ut plur. aut in quibuſdam ſatis quidem vegetus, tardior tamen ciborum digeſtio, ad obeſitatem pronitas.
g Somnus admodum profundus & magna ad eundem propenſio.
h Animus timidus, torpidus, ad otium pronus, incurius, inconſtans &c.
4 *Melancholicum*, quod demonſtrant
a Habitus corporis ob fibras rigidas conſtrictus, denſus, ſiccus, macilentus, pallidus vel ex livido ſubnigricans, frigidus, minus poroſus.
b Vaſa ampla.
c Pulſus tardus, fortis tamen.
d Sanguis ſpiſſior, minus dilutus ac non adeo fluxilis, multum terræ, parum vero ſulphuris continens.
e Secretiones & excretiones pulſus tarditati reſpondentes.
f Appetitus moderatus, digeſtio ciborum & nutritio corporis lenta,
g Somnus brevis & inſomniis anxiis ſæpius interruptus.
h Animus ſuſpicioſus, meticuloſus, taciturnus, vigil, propoſiti tenax.

III. *Mixtio*, unde aliud eſt
1 Sanguineo-Cholericum.
2 - - - Melancholicum.
3 - - - Phlegmaticum.
4 Cholerico-Sanguineum
5 - - - Melancholicum.
6 Phlegmatico-Sanguineum.
7 - - - - Melancholicum.
8 Melancholico-Sanguineũ.
9 - - - - Cholericum.
10 - - - Phlegmaticum.
quorum ſigna ex prioribus peti poſſunt.

IV. *Mutatio.*
1 Sanguinei in Phlegmaticum, Cholericum aut Melancholicum.
2 Cholerici in Melancholicum aut Sanguineum.
3 Phlegmatici in Sanguineum aut Melancholicum.
4 Melancholici in Cholericum aut Sanguineum.
quarum mutationum cauſæ ſunt: ætas, motus corporis, morbi, nutritio excedens vel deficiens, conſuetudo &c.

V. *Uſus* hujus doctrinæ.
Temperamentorum conſideratio ſummæ utilitatis eſt in Medicina, exinde enim cognoſcitur
1 Status partium ſolidarum earumque major vel minor flexilitas, poroſitas & ad motus peragendos promptitudo.
2 Pulſus cordis magis vel minus vegetus.
3 Status ſanguinis, ejuſque major, vel minor fluxilitas.
4 Succeſſus ſecretionum & excretionum a quibus vita proxime dependet.
5 Animi major vel minor alacritas ad ſuſcipiendas actiones, tam vitales, quam morales.

VI. *Obſervationes.*
1 Temperamentum ſanguineum reliquis præferri meretur, quia ad exceſſus aut defectus non adeo pronum eſt.
2 Temperamenta pura non adeo frequentia ſunt, frequentius vero obſervantur mixta.
3 Temperamenta non plane mutantur. ſed nativum præ adſcititio ſemper prædominium obtinet.
4 Temperamentorum mutatio alia eſt in melius, quando v. g. Phlegmaticum in Sanguineum mutatur; alia vero in pejus, quando Sanguineum in Phlegmaticum convertitur: & ſic ſe res habet in aliis.
5 Frequentius eſt, temperamenta mutari in pejus, quam melius, cui rei occaſionem præbent morbi prægreſſi, ætatis mutationes & diætæ vitia.

De Senſibus.

I. *Definitio:* SEnſus ſunt perceptiones objectorum, beneficio organorum rite conſtitutorum.

II. *Diviſio in*
1 *Internos.*
a Senſum communem.
b Phantaſiam.
c Memoriam.
d Senſum vitalem.
2 *Externos.*
a Viſum.
b Auditum.
c Olfactum.
d Guſtum.
e Tactum.

III. *Organum.*
1 *Internorum* ſunt principium nervorum ac reliqui nervi interius per totum corpus diſperſi, ſenſui vitali potiſſimum inſervientes.

2 *Exter-*

2 *Externorum*.
a Visus, Oculus tunicis, Cornea pellucida, Uvea, retina & humoribus Aqueo scil. Crystallino, Vitreo ac nervo optico instructus.
b Auditus, Auris tam externa cum suis eminentiis: Trago & Antitrago, ac cavitatibus: Helice & Anthelice ac Concha; quam interna cum meatu auditorio, Tympano, Ossiculis, Labyrintho ejusque tribus partibus Vestibulo, Canalibus semicircularibus tribus & Cochlea, ac in hisce expansa membrana nervea, ex nervo auditorio contexta.
c Olfactus: Nares interius membrana nerveo-glandulosa cinctæ.
d Gustus: Lingua & inpr. ejusdem papillulæ nerveæ variæ, in apice copiosiores.
e Tactus: Tota Cutis pariter extremitatibus nervorum, quas papillulas vocant, prædita.

IV. *Objecta*
1 Internorum, sunt partim omnia ea, quæ a sensibus externis suppeditata & de quibus certæ ideæ relictæ fuerunt, partim quæ interius in sensum vitalem incurrunt.
2 *Externorum* & quidem
a Visus: species visibiles, sive radii luminis variis modis in superficie corporum reflexi, aut per transparentia corpora refracti.
b Auditus: Sonus sive motus tremulus corporis sonori, mediante aere auri communicatus.
c Olfactus: Effluvia sulphurea e corporibus prodeuntia, ac cum aere in inspiratione in nares lata.
d Gustus: Salia varia alimentis aliisque rebus inhærentia, ac diverso modo papillulas nerveas afficientia.
e Tactus: Solidum & fluidum, durum & molle, asperum & læve, frigidum & calidum &c. de quibus omnibus consulantur Physici.

V. *Causa efficiens*: Est sola Anima rationalis, quæ per nervos, quos semper in moderata tensione servat, objecta externa percipit, ac diversum de iis fert judicium, prouti ea vel corpori jucunda vel adversa esse existimat.

VI. *Usus* Sensuum: Uti reliquæ actiones vitales potissimum corporis conservationi Massam sanguineam depurando, liquores utiles separando & sufficiens nutrimentum apponendo inserviunt, ita sensus externi pariter ac interni eum habent finem, ne res noxiæ, tam structuræ corporis, quam vitalibus humoribus ullam labem inferre queant: quare etiam præsentibus objectis admodum attenta est Anima in iisdem dijudicandis.

De Motu Voluntario.

I. *Definitio*: MOtus voluntarius est vel translatio corporis de loco in locum, vel certa atque definita extensio membrorum corporis, Animæ imperio subjacens, & ordinarie voluntatem excipiens, eum quidem in finem instituta, ut vel res gratæ & jucundæ corpori admoveantur, vel adversæ ab eodem removeantur.

II. *Differentia*.
1 a motu tonico, qui neque adeo sensibiliter in sensus incurrit, neque etiam voluntati stricte sic dictæ subjacet.
2 a motibus reliquis internis vitalibus, quorum quidam sensibiles quidem, nonnulli vero insensibiles sunt, nec voluntatis, vulgari sensu sumptæ, imperium sequuntur; quamvis omnes etiam hi motus interni sensationem & hanc insequentem voluntatem necessario præsupponant.

III. *Organum*: Sunt omnia membra ossibus per articulationem tam perfectam, quam imperfectam junctis & hinc ad motum dispositis ac musculis legitime conformatis, instructa.

IV. *Causa efficiens*: Est Anima, quæ membra certa ad fines certos assequendos sciens vel contrahit, vel relaxat, & hinc corpus pro lubitu quaquaversum movet.

V. *Usus*.
1 Ut ea quæ per sensus internos vel vere, vel apparenter corpori utilia judicata fuerunt, per convenientia membra in utilitatem corporis convertantur.
2 Ut adversa per organa appropriata a corpore removeantur.

De Quiete,

I. *Definitio*: QUies est cessatio voluntaria a motu & labore corporis voluntario, a Natura instituta, ut membra lassa pristinum vigorem recipere queant.

II. *Differentia*: Quies differt a Somno, qui consistit in cessatione & feriatione tam sensuum, quam motus corporis voluntarii, cum e contra quies operantibus adhuc sensibus solum cessationem motuum voluntariorum respiciat.

III. *Organum*: Quietis eadem sunt organa ac motus, quæ in motu pro necessitatis indigentia sæpius contrahuntur, in quiete vero relaxantur.

IV. *Causa efficiens*: Est pariter Anima, quæ membrorum fatigationem & lassitudinem sentiens, sponte a laboribus abstinet, ut sub hac cessatione libera, fibræ nimis extensæ, pristinum vigorem recuperare valeant.

V. *Usus*: Quoniam sub motu membrorum fortiori fibræ non solum nimis extenduntur & fatigantur, sed etiam ob hanc ipsam extensionem multæ partes utiles ex poris excutiuntur, quies admodum necessaria est, ut fibræ iterum contrahi, ac per sanguinem affluentem sufficiens nutrimentum iisdem apponi & hoc modo pristinus vigor restitui queat.

De Vigiliis.

I. *Definitio*: VIgiliæ sunt insignis corporis activitas, ubi sensus ad percipiendum, organa vero motus ad movendum sunt optime disposita & prompta.

II. *Differentia*: In vigiliis modo unus, modo plures sensus, modo etiam organa motus simul occupata sunt, adeoque diversi quoque vigiliarum gradus constitui possunt.

III. *Organum*: Sunt antea recensita instrumenta sensus & motus, quæ in debita tensione a Natura servantur, ita ut iisdem pro lubitu uti possit.

IV. *Causa efficiens*: Est Anima, quæ certis finibus assequendis tamdiu prædicta organa in moderata tensione servat, donec finem obtinuerit, vel organa eadem nimium fatigata sentiens, quietem & somnum quærit: quod autem vigiliarum sit causa, exinde appareat, quod etiam somnum interdum profundiorem profliget, & corpus ad vigilandum certa atque definita hora iterum aptum reddat.

V. *Usus*.
1 Ut homo officiis istis, quorum gratia in hunc mundum positus est, rite fungi queat.
2 Ut exercitatione sensuum & corporis partes eo magis promptæ reddantur ad agendum.
3 Ut humorum etiam fluxilitas agilitate membrorum eo magis promoveatur.

VI. *Observationes*.
1 Vigiliæ moderatæ admodum prosunt ad sanitatis conservationem; immoderatæ nimium debilitando & humores resolvendo nocent.
2 Vigiliæ indicant moderatricis & gubernatricis nostræ majorem activitatem, qua quidem per secretiones & excretiones debitas cuncta a putredine conservantur.
3 Vigiliæ ipsius Vitæ, somnus e contra Mortis imaginem sistit.
4 Vigiliæ nimiæ vel curis, sollicitudinibus & speculationibus originem debent, vel corporis morbis admodum acutis vel chronicis.

De Somno.

I. *Definitio*: SOmnus est cessatio ab actionibus animalibus sensu scil. atque motu, corporis & inpr. solidarum partium restaurationi & resocillationi inserviens.

II. *Differentia*.
1 Reſpectu *gradus*, alius eſt levior, alius vero profundior.
2 Reſpectu *cauſarum*, alius ſummam fatigationem corporis, alius vero cauſas alias, paſtum largiorem, potum ſpirituoſum, narcotica &c. ſequitur.

III. *Subjectum*.
1 *Omnes homines* in genere refocillatione poſt labores opus habentes, in ſpecie vero
2 *Infantes*, qui ſæpius & profundius præ aliis dormiunt; quia Natura in ſomno actibus vitalibus eo melius incumbere, & corpus auctione indigens, ſufficienter nutrire poteſt.
3 *Phlegmatici*, qui diutius quoque & profundius dormiunt, quam ceterorum Temperamentorum ſubjecta.
4 Hoſce proxime excipiunt *Sanguinei*, qui etiam largiore ſomno opus habent, quam quidem Cholerici & Melancholici, quorum illi propter activitatem & ſenſibilitatem, hi vero propter eandem ſenſibilitatem, huicque junctam meticuloſitatem ſomnum non facile capiunt, & ab eo etiam facile expergiſcuntur.
5 *Ebrii*, qui ſæpius adeo profunde dormiunt, ut vix excitari queant.

IV. *Signa*
1 *Imminentis*:
a Capitis gravitas & plenitudo.
b Senſuum inſignis torpor.
c Laſſitudo corporis, membrorumque flaciditas.
d Conniventia palpebrarum capitis nutatione.
e Vacillatio pedum & decumbendi vel ſedendi neceſſitas.
2 *Præſentis*:
a Abſentia ſenſus & motus voluntarii.
b Cogitationes nullæ vel confuſæ ſive inſomnia.
c Corpus languidum, flaccidum, flexile & aliquo modo turgidum, ac utplur. calidum, ſub quo ſtatu facile lenis mador erumpit.

V. *Cauſa efficiens*: Eſt Natura, quæ ſponte ceſſat ab actionibus animalibus, inpr. vero a ſenſibus, unde remotis objectis facile poſtmodum ſequitur ſomnus.

VI. *Uſus*.
1 Ut illud, quod interdiu per labores in organis ſenſui & motui inſervientibus deperditum fuit, per ſufficiens nutrimentum reſtituatur.
2 Ut fibræ nimis fatigatæ & extenſæ iterum ſenſim contrahi & priſtinus tonus iis reſtitui queat.

VII. *Obſervationes*.
1 Somnus præſente animi tranquillitate ſemper magis eſt placidus, quam ubi animus eſt inquietus.
2 Quo magis corpus repletum eſt, eo profundius quidem dormiunt homines, ſed eo magis quoque per inſomnia gravia turbatur ſomnus.

De Generatione.

I. *Definitio*: GEneratio eſt actio naturalis, qua mediante, concurrentibus mare & femina, ad hoc negotium diſpoſitis, per emiſſionem ſeminis in arvum Naturæ genus humanum propagatur, complectens ſub ſe Conceptionem, Nutritionem fœtus in utero & Partum.

II. *Organa* & *Requiſita*
1 *In ſexu maſculino*.
a Membri & teſtium decens conformatio & magnitudo.
b Ejuſdem membri erectio.
c Seminis laudabilis elaboratio, aſſervatio & ejaculatio.
2 *In fœminino*.
a Legitima partium genitalium conſtitutio.
b Ovulorum maturorum præſentia.

III. *Cauſa efficiens*: Eſt Anima, quæ ſponte, præſente orgaſmo ſive appetitu venereo, fertur ad congreſſum & generationis opus per organa legitime conſtituta, inchoat.

IV. *Finis*: Eſt propagatio generis humani & quidem utriuſque ſexus; unde etiam præſentibus jam unius ſexus liberis, homines ardenter alterius ſexus prolem anxie deſiderant.

1. De Conceptione.

I. *Definitio*: COncepiio eſt ovuli maturi, prima fœtus ſtamina in ſe continentis, per ſemen virile fœcundatio.

II. *Requiſita*.
1 Præter ipſam proportionem organorum genitalium utriuſque ſexus requiruntur
2 *Ovula* in mulierum teſtibus hærentia, quæ ſunt vel
a Matura, i. e. ad conceptionem apta & prima rudimenta fœtus in ſe continentia.
b Immatura, ubi prima ſtamina nondum ſufficienter perfecta ſunt.
c Subventanea, in quibus præter liquorem nihil rudimentorum continetur.
3 *Emiſſio Seminis* virilis in matricem & admixtio ſpermatis feminarum, quod cum delectatione in mutuo congreſſu emittunt.
4 Quam præcedere debet *Coitus*, ut attritu partium genitalium ſemen ſpumeſcens redditum, eo facilius & cum majori vi ad ovarium penetrare queat.

III. *Locus*.
1 *Ovarium* tam dextrum, quam ſiniſtrum, e quo diſrupto ovulum fœcundatum tubam Fallopianam ingreditur, & per hanc ad Uterum fertur.
2 *Uterus*, juxta *Bergerum*, quando in feminis ſalacibus maturius in coitu ovulum ex rupto ovario devolvitur ad uterum, & ibidem fœcundum a ſemine maſculino redditur.

IV. *Cauſa efficiens*: Eſt Anima, quæ in coitu fœcundo cum ſemine patris ovulo communicatur, ac prima rudimenta diſponit, ut primo nutrimentum ex liquore, ac poſtea illud quod mater communicat, recipere queant. Cum enim fœtus in utero nutriatur & augeſcat, hæ autem actiones vitam præſupponant, vita vero ab anima, uti id alibi probavimus, dependeat, neceſſario quoque in primo ſtatim conceptionis momento præſens eſſe debet.

V. *Signa Conceptionis* & *Graviditatis*.
1 Inſignis, inexplicabilis tamen, alteratio in toto corpore.
2 Horror primis diebus in peripheria totius Corporis.
3 Triſtitia in quibuſdam, in pleriſque vero tædium omnium rerum, ſenſibilitas & ad iram magna pronitas.
4 Gravitas capitis, in quibuſdam dolor dentium, quem etiam in viro ordinarie eo tempore, quo uxor gravida erat, obſervavimus, cum tamen ea a dolore immunis eſſet.
5 Emanſio Menſium ordinarie alias fluentium.
6 Nauſea inſignis, inprimis carnis coctæ.
7 Copioſus in multis ſalivæ in os affluxus atque expuitio.
8 Appetitus rerum inſolitarum & ſolitarum gravis.
9 Vomitus præcipue tempore matutino.
10 Inſignes & hactenus inconſueti motus in hypochondriis.
11 Orificii uterini arctiſſima clauſura.
12 Intumeſcentia ventris globoſa ſucceſſiva, inpr. circa umbilicum.
13 Circa medium geſtationis tempus perceptio motus fœtus.
14 In quibuſdam ultimo tempore intumeſcentia mammarum.
15 In aliis tumor pedum, poſt partum ceſſans.

V. *Obſervationes*. Generationis & Conceptionis.
1 Homines temperamenti humidi magis ad generationem apti ſunt, quam ſicciores.
2 Mares juſta ætate gaudentes & in juventute conſtituti magis habiles ſunt ad generandum, quam reliqui.
3 Feminæ, quæ mature fluxum Menſium experiuntur, mature etiam ad generandum ſunt aptæ.
1 Viragines rarius concipiunt quam reliquæ.
5 Quæ nunquam Menſium fluxum experiuntur, ad conceptionem rariſſime diſpoſitæ ſunt.
6 Feminæ quæ concipiunt, & partus frequentes edunt, meliori ut plurimum gaudent valetudine, quam quæ ad hoc negotium ineptæ ſunt.

2. *De Nutritione Fœtus*,

I. *Definitio*: NUtritio fœtus eſt nutrimenti in placenta uterina elaborati & per venam umbilicalem aliaſque vias ad cor lati, per arterias vero in univerſum corpus diſtributi appoſitio & aſſimilatio.

II. *Materia Nutritionis*.
1 Prima rudimentorum nutritio hæret in ipſo ovulo, & eſt lymphatica, cum vero hæc non niſi pro primis diebus ſufficiat
2 Jungitur ovulum per radiculas ſive fibras Utero, ex cujus tubulis arterioſis nutrimentum recipit.

III. *Organum*.
1 Placenta uterina, quæ elapſis aliquot diebus ex vaginulis uteri & radiculis ſive papillis Chorii generatur, adeoque nutrimentum per arterias advectum omne recipit.
2 Vena umbilicalis, per quam nutrimentum cum ſanguine mixtum per umbilicum fœtus primo ad hepar ac poſtea per venam cavam ad cor fluit.
3 Arteria magna ſive Aorta, quæ nutrimentum a corde receptum per univerſum fœtus corpus diſtribuit, ut omnibus & ſingulis partibus apponatur. Cum vero neceſſitas requirat, ut membranæ quoque Amnios ſcil. & Chorion fœtum ambientes nutriantur & cum fœtu augeantur.
4 Sanguis per duas arterias ex Aorta aut ejus ramis iliacis ortas vehitur ad membranas & placentam, quæ a ſucco nutritio & conſervantur, & augentur.
5 Juxta quoſdam ultimo tempore fœtus per os, ſugendo liquorem Amnii, nutritur; ſed quoniam nulla ſufficiens ratio allegari poteſt, cur nutritio per umbilicum inſufficiens ſit, nec fœtus in utero reſpiret, ab hinc fugere nequeat, merito de hoc nutritionis modo dubitatur.

IV. *Cauſa efficiens*: Eſt Anima fœtus, quæ in conceptiouis momento communicata, acceptum per vias modo memoratas nutrimentum ope arteriarum in totum corpus diſtribuit, ejuſdemque appoſitionem tamdiu continuat, donec tenellum fœtus corpus eam acquiſiverit magnitudinem ac perfectionem, ut per partum in lucem edi queat.

V. *Obſervationes*.
1 Præſentibus animi pathematibus fortioribus, inſigniter turbatur nutritio fœtus.
2 Matribus interdum ſatis repletis & robuſtis fœtus nihilominus parum nutritur, & e contra matribus gracilibus, infantes ſæpius optimo habitu præditi in lucem eduntur.
3 Nutritio dependet a particulis gelatinoſo-aqueis, non vero aqueo-ſulphureis ſeu oleoſis.
4 Quo melius partes matris internæ principaliores conſtitutæ ſunt, eo melius fœtus nutritio procedit.

3. *De Partu*:

I. *Definitio*: PArtus eſt fœtus perfecti & maturi per orificium uteri ope motus tonici tempore legitimo excluſio.

II. *Tempus*: Ordinarium tempus eſt finis menſis noni Solaris, aut decimi Lunaris, quamvis etiam reperiantur partus ſeptimeſtres, qui tamen ſemper adhuc imperfectionis quaſdam notas habent.

III. *Signa* partus
1 *Inſtantis*.
a Dolores in lumbis & dorſo incipientes & ad pubem uſque ſe extendentes, quibus jungitur
b Continuus urinam & alvum egerendi conatus cum teneſmo, imo etiam actualis horum excrementorum ejectio.
c Tremor artuum, inprimis inferiorum.
d Abdominis antea acuminati ſubſidentia & deſcenſus verſus inferiora, ita ut quaſi planum reddatur.
e Orificii uteri hactenus arctiſſime clauſi, apertura.
f Excretio muci cruenti per vaginam uteri.
g Effluxus copioſus aquæ ſive liquoris Amnii.
h Verticis fœtus in orificio uteri præſentia.
2 *Præſentis*: Actualis, continuantibus doloribus uteri ſpaſticis & adjuvante matre, fœtus excluſio, ita quidem, ut capite primum, facie verſus inteſtinum rectum directa, brachiiſque ſecundum corpuſculi longitudinem exporrectis prodeat. Fœtum autem a funiculo umbilicali ligato & diſſecto liberatum, poſtmodum ſecundinæ ac haſce lochia ad decimum quartum uſque diem, primo quidem ſub ſanguinis, poſtea vero ſub ſeri cruenti forma fluentia ſequuntur. Et hic partus eſt maxime naturalis, ſi qui vero ab hac norma deflectant, pro præternaturalibus merito ſunt habendi.

IV. *Cauſa efficiens*: Eſt Natura, quæ fœtum perfectum & maturum elapſo legitimo tempore, ope motuum ſpaſticorum uteri ac fortiori compreſſione expellit, ut in lucem editus ac a ſordibus mundatus, poſtmodum convenienti modo nutritus creſcere & debitam perfectionem acquirere poſſit.

V. *Obſervationes*.
1 Partus in primiparis tam junioribus, quam adultioribus, ſemper difficilior eſt, magis tamen in his, quam in illis.
2 Facilitas partus, præter infantis juſtum ſitum, plurimum dependet ab apertione & amplificatione pelvis proportionata.
3 Quo immaturior eſt fœtus, eo difficilior partus eſſe ſolet.

THEORIÆ MEDICÆ
PARS II.
DE
PATHOLOGIA.

I. *Definitio*: PAthologia eſt ſecunda pars Medicinæ miniſtra, tractans hominis ſtatum præter naturam, ſive agens de morbo ejuſque cauſis & ſymptomatibus.

II. *Differentia*. Pathologia eſt
1 *Generalis*: quæ ſcil. in genere de morbis & cauſis variiſque eorum accidentibus agit, & h. m. viam ad ſpecialem morborum conſiderationem ſternit.
2 *Specialis*, quæ morbos omnes & ſingulos eorundemque cauſas, ac varia tam ordinaria & conſtantia, quam extraordinaria ſigna, ſubjectum, indolem, durationem & exitum tractat; de qua in Praxi ſpeciali potiſſimum erit ſermo.

De Morbis in genere.

I. *Definitio*: MOrbus eſt ſtatus præternaturalis hominis vivi; ſive ſpecialius: Eſt ut plurimum conatus Naturæ, quo mediante motu cordis & tonico, illud, quod corpori moleſtum eſt, corrigere, ſecernere & per convenientia loca expellere nititur; quem variæ moleſtiæ modo leviores, modo graviores comitantur: interdum vero, ſed rarius, eſt ceſſatio a motibus alias conſuetis, quam ſtagnationes ſanguinis aliaque graviſſima & non raro funeſta ſymptomata ſequuntur.

II. *Differentia*: Morbus
1 *Late* ſumitur pro ſtatu hominis præternaturali, & ſub ſe complectitur Morbum, Cauſam morbificam & ſymptomata.
2 *Stricte* pro motibus tantum ad expellendam cauſam morbificam directis, adeoque hoc reſpectu diſtinguitur
a *a Cauſa morbifica*, quæ vel in corpore genita, vel extrin-

extrinsecus illata, pericula œconomiæ animali minatur, & hinc expelli debet.
b *a Symptomatibus*, quæ luctam motuum Naturæ contra causam morbificam necessario sequuntur.
c *a Læsionibus*, morbos interdum excipientibus.

III. *Observationes* Pathologico-Practicæ.
1 Nisi tres res præternaturales a se invicem probe distinguantur, facile errores committuntur in Praxi.
2 Uti Natura in statu sano corpus per motum ac secretiones & excretiones conservat, ita quoque in morbis iisdem instrumentis utens, expulsionem materiæ noxiæ intendit.
3 Adeoque tales motus, quoniam ad salutarem finem directæ sunt, salutares merito vocantur.
4 Licet Natura in motibus hisce interdum erret, & per loca minus convenientia evacuationem materiæ morbificæ moliatur, nihilominus intentio Naturæ bona est, licet inventio loci sit erronea.
5 Nisi Natura in morbis motibus suis concurrat, frustraneus omnis Medici est labor.
6 Morbi, ubi motus Naturæ excedunt, tanto periculo ægrotantes non exponunt, quam ubi deficiunt.
7 Nisi Medicus ductum Naturæ motuum sequatur, morbi facile in pejus mutantur.
8 Motus Naturæ si sensibiles excretiones sequuntur, morbus ut plur. levior redditur, quod si vero tale quid non contingat, vel morbus diutius protrahitur, vel res, inprimis in acutis, periculi plena est.
9 Posita causa morbifica & Naturæ motibus facile dignosci potest, quænam symptomata necessario motus Naturæ sequantur.
10 Medicus in morborum curatione magis ad motus & causam morbificam, quam ad symptomata respiciat, urgentibus tamen accidentibus, non neglecta interim principali intentione, occurrere licet.

De Subjecto Morborum.

I. *Definitio.* Subjectum morbi est, quod varios insultus præternaturales rarius vel frequentius patitur.

II. *Differentia.*
1 Aliud subjectum est *Genetale*, quod est *Homo vivus*, respectu mixtionis & structuræ ad morbos quidem admodum dispositus, quos tamen, inpr. genere diversos, non obstante tali dispositione, raro experitur, ita, ut respectu totius ambitus vitæ, morborum tempus sit brevissimum; imo permulti totam vitam sine insigni alteratione præternaturali transigunt. Adeoque *Democriti* assertum, *totum hominem ex nativitate esse morbum*, quoad dispositionem certum quidem, quoad vitam vero falsum est. *Vid. DD. Stahlii Dissert. de Infrequentia Morborum.*
2 Aliud est *speciale*, quod præter generalem dispositionem propter alias causas tam intrinsecas, quam forinsecus advenientes, facilius morbis corripitur. Tale subjectum constituunt
a *Homines* præ brutis, quæ ad tot Diætæ errores non sunt proclivia.
b *Feminæ* præ Viris, propter Menses, Graviditatem, Partum, Lochia, Lactationem & majorem ad affectus graviores propensionem.
c *Otiosi*, vitæ sedentariæ dediti & appetitui nihilominus indulgentes.
d Ad animi graviores affectus, iram, metum, tristitiam &c. proni.
e Meditationibus profundioribus incumbentes, uti Literati.
f In Diæta eligenda nimis scrupulosi & molliter educati.
g Intemperantes cibis diversis & adversis ventriculum onerantes.
h Sensibilitate eximia præditi.
i Ad morbos hæreditarios dispositi.
k Evacuationes assuetas tam spontaneas sive naturales, quam artificiales negligentes.
l Consuetudinis respectu ad morbos dispositi.
3 Morbi porro interdum totum corpus, interdum vero speciales tantum partes occupat, quod ultimum potissimum in morbis ætatum locum habet, ubi juniores præter generales morbos ad affectus capitis, juvenes ad morbos pectoris, reliqui vero ad affectus infimi ventris & partium inferiorum sunt dispositi: imo morbi interdum specialissimam tantum partem affligunt, uti inflammationes & dolores quarundam partium specialium.

III. *Observationes* Pathologico-Practicæ.
1 Quo magis animi affectibus homines indulgent, eo citius quoque & gravius morbis corripiuntur, & contra.
2 Soli animi affectus, nulla quoque præsente causa morbifica, gravissimos sæpius excitant morbos.
3 Homo raro pluribus & diversis morbis corripitur, & si morbi diversi videntur, vel specie magis quam genere differunt, vel sæpius reliquiæ priorum morborum male tractatorum sunt, quæ sub aliorum schemate apparent.
4 Meditationes continuæ Naturam ab actionibus vitalibus revocant, & hinc insignes illarum actionum ataxias post se trahunt.
5 Quo magis sensibilia sunt subjecta, eo citius morbis corripiuntur, & eo facilius quoque graviores in ipsis morbis alterationes subeunt, aut etiam recidivæ illis metuendæ sunt.
6 Quando semel motuum perversa consuetudo in corpore nostro invaluit, tunc facillime a rerum non naturalium abusu alterationes capere possumus.
7 Quo laboriosius vitæ genus quis eligit, & simpliciori victu utitur, eo minus morbis obnoxius esse solet: hac enim ratione & digestiones, secretiones & excretiones, in quibus proprie vita consistit, optime procedunt.

De Differentia Morborum.

I. *Definitio*: Differentia morborum est certa eorum divisio, secundum quam vel causarum evidentium, vel corporis, vel Naturæ, vel aliarum circumstantiarum intuitu, in magis vel minus speciales classes rediguntur.

II. *Differentia*,
1 *Essentialis*, quæ respicit partim corpus mobile sive ad motum aptum, ejusque partes fluidas & solidas, partim Naturam motus producentem, sive morbos, ubi essentialis ac præternaturalis corporis & motuum deprehenditur dispositio.
2 *Accidentalis*, quæ quidem ad essentiam morborum non spectat, multum tamen ad leviorem vel graviorem illorum statum confert. De singulis vero hisce speciatim agemus.

De Differentiis morborum essentialibus.

Essentiales morborum differentiæ respiciunt,
I. *Partes fluidas* & quidem
1 Sanguinem ejusque
A *Abundantiam* sive Plethoram, a qua originem trahunt
1 *Hæmorrhagiæ* & quidem
α Hæmorrhagia Narium,
β Hæmoptysis,
γ Vomitus cruentus,
δ Hæmorrhoides,
ε Mensium fluxus nimius,
ζ Lochia nimia.
η Mictus cruentus.

B *Spissitudinem*, & fluxuum horum suppressiones
c. g.
a Hæmorrhagia Narium suppressa.
b Hæmorrhoidum suppressio.
c Mensium obstructio.
d Lochiorum defectus.

2 *Congestiones* & stagnationes, a quibus dependent;
A *Dolores Congestorii*:
α Cephalalgia Sanguinea.
ε Cephalæa & Clavus Hystericus.

γ Otal-

γ Otalgia.
δ Odontalgia.
ε Cardialgia.
ζ Colica.
η Malum Hipochondriacum, Hyſtericum.
θ Hæmorrhoides Cœcæ.

B *Dolores Arthritico-Spaſtici.*
a Hemicrania.
b Pleuritis ſpuria.
c Nephritis ſpuria.
d Rhevmatiſmus, Arthritis Vaga.
e Malum Iſchiadicum.
f Podagra.

C *Staſes & inflammationes*, quales ſunt:
α Phrenitis.
β Ophthalmia.
γ Angina.
δ Pleuritis & Peripnevmonia.
ε Hepatitis & Splenitis.
ζ Inflammatio Ventriculi & Inteſtinorum.
η Paſſio Iliaca.
θ Nephritis.
ι Inflammatio Uteri.

D *Infarctus, Scirrhi & Exulcerationes*
a Infarctus Pulmonum.
b - - Lienis.
c - - Hepatis.
d Scirrhus Pulmonum.
e - - Lienis.
f - - Hepatis.
g Exulceratio Pulmonum ſive Phthiſis.
h Vomica Pulmonum.
i Empyema.
k Exulceratio Lienis, Hepatis.
l - - - Renum.

2 Serum & Lympham, & quidem
A *Fluxus* ejuſdem, quos ſequuntur.
1 Coryza humida.
2 Lippitudo.
3 Ptyaliſmus.
4 Tuſſis humida.
5 Aſthma humidum.
6 Vomitus Simplex.
7 Diarrhœa.
8 Cholera.
9 Lienteria.
10 Fluxus Cœliacus.
11 - - - Hepaticus.
12 Dyſenteria benigna.
13 Diabete.
14 Pollutio Nocturna.
15 Gonorrhœa ſimplex.
16 Fluor Albus ſimplex.
17 Sudor nimius.

B *Suppreſſiones* Excretionum
a Gravedo & inde dependens.
b Cephalalgia Catarrhalis.
c Salivæ defectus.
d Raucedo.
e Tuſſis ſicca.
f Sudor ſuppreſſus.
g Icterus.
h Obſtructio Alvi.
i Dyſuria.
k Iſchuria.

C *Stagnationes* ſeu Staſes
1 Oedema
2 Cachexia ſ. Chloroſis.
3 Levcophlegmatia.
4 Hydrops Anaſarca.
5 - - - Aſcites.
6 Tympanites.
7 Hydrocephalus.
8 Hydrops Pectoris.
9 - - - - Uteri.
10 Hydrocele.
11 Catarrhus Suffocativus.

D *Corruptiones.*
a Scabies benigna.
b - - - - maligna.
c Scorbutus.
d Gonorrhœa virulenta.
e Lues Venerea.
f Fœtor oris.
g - - Sudoris.

II. *Partes Solidas*, quarum vitia conſiſtunt
A *In conformatione læſa* reſpectu
1 Magnitudinis. 2 Figuræ. 3 Situs.
B *In unitate ſoluta*, ubi occurrunt
1 In partibus *mollibus*
a Vulnera.
b Ulcera.
c Contuſiones.
d Rupturæ.
2 In *Oſſibus*
α Fractura.
β Caries.
De quibus omnibus ſermo erit in Chirurgia.

III. Principium agens & motum.
A *In Motu*
1 *Deficiente*
a in *Tono*, ubi occurrunt
1 Tremor.
2 Vertigo.
3 Affectus Soporoſi.
4 Apoplexia.
5 Paralyſis.
6 Aphonia.
7 Procidentia Ani.
8 - - - - - Uteri.
9 Incontinentia Urinæ.
10 Impotentia Virilis.
11 Sterilitas Feminarum.
b in *Pulſu*.
1 Lipothymia. 2 Syncope. 3 Aſphyxia.

2 *Excedente*
a in *Tono*, eoque vel rigido vel ſæpius interrupto.
1 Spaſmus Simplex.
2 - - - Cynicus.
3 Tetanus.
4 Emproſtotonus.
5 Opiſtotonus.
6 Motus Convulſivi.
7 Epilepſia.
8 Palpitatio Cordis.
9 Aſthma convulſivum.
10 Incubus.
11 Singultus.
12 Colica convulſiva. inpr. Infantum.
13 Teneſmus.
14 Priapiſmus.
15 Contractura.
b in *Pulſu* vel ſolo, vel in Tono & Pulſu ſimul, quale quid contingit in Febribus, quæ ſunt
1 *Intermittentes*
α Quotidiana.
β Tertiana.
γ Quartana.
δ Tertiana duplex.
ε Quartana duplex & triplex.
ζ Quintana } rariores.
η Octana }
2 *Continuæ*, quæ ſunt vel
a Continentes ut
1 Ephemera.
2 Synochus.
b Biliosæ
1 Cauſus ſive febris Ardens.
2 Febris Biliosa.
b Continuæ ſimplices.
1 Continua Quotidiana. 2 - Tertiana, 3 - Quartana.
c Exanthematicæ.
1 Variolæ.
2 Morbilli.
3 Febris Miliaris.
4 - - - Petechialis.
5 - - - Peſtilentialis.
3 *Lentæ.*
α Febris lenta.
ε - - - Hectica,
γ - - - Catarrhalis, quæ etiam ad Continuas ſimplices pertinet.

B *In Senſibus.*
1 *Externis*, ubi occurrunt
a Depravationes Viſus.
b Cœcitas.
c Surditas.
d Depravatio Guſtus.
e - - - - - - Olfactus.
f Aphonia. *g* Anorexia.
2 *Internis*, ubi obſervari merentur
a Memoriæ debilitas.
b - - - - - totalis amiſſio.
c Deliria, quæ ſunt.
α *Acuta*, v. g.
1 Delirium Phreniticum.
2 - - - Paraphreniticum.
3 Deliria Febrium Acutarum reliqua.
β *Chronica*
1 Mania.
2 Furor Uterinus.
3 Melancholia.
4 Moria.
5 Hydrophobia ſive Rabies Canina.
6 Tarantiſmus.
7 Chorea Sti. Viti.

IV. *Obſervationes* Pathologico-Practicæ.
1 Diſtributio Morborum in certas claſſes, cauſis morborum reſpondentes, curationem longe faciliorem reddit.
2 Morbi ſub eodem genere comprehenſi & ab eadem cauſa profluentes, eandem curationem poſtulant.
3 Unus idemque morbus modo ad hanc modo ad illam claſſem referri poteſt, reſpectu nimirum differentiæ cauſarum illum conſtituentium.
4 Optima tamen diſtributio eſſe videtur, quæ cauſis principalibus ſuperſtructa eſt.
5 Sub ſero & lympha late conſideratis comprehenditur etiam bilis, pituita, Urina, Sudor, Saliva, & morbi ab iis procedentes.

De Differentiis Morborum accidentalibus.

Differentiæ morborum accidentales reſpiciunt
I. *Originem*, cujus reſpectu alii ſunt
1 *Hæreditarii*, qui a Parentibus in liberos propagantur, & plerumque non tantum ſimilitudinem temperamenti, ſed & impreſſas in ipſa fœtus formatione motuum ideas reſpiciunt.

2 *Adſcititii*, qui a cauſis tam internis, Plethora, Spiſſitudine, Cacochymia, quam externis originem trahunt.

II. *Tempus* anni, & hinc ſunt:

1 *Vernales*, quales ſunt febres intermittentes quotidianæ & tertianæ, reliquos *vid. III. Aphoriſm.* 20.

2 *Æſtivi*, uti febres variæ, Diarrhœa &c. *III. Aphoriſm.* 21.

3 *Autumnales*, v. g. Dyſenteriæ, Quartanæ &c. *III. Aphor.* 22.

4 *Hyemales*, uti ſunt Tuſſes, Pleuritides &c. *III. Aphor.* 23. *vide* de hiſce omnibus *Pathol. noſtr. Sect.* 1. *cap.* 3. §. 7. *& ſeqq.*

III. *Frequentiam Subjectorum*, qui ſunt

1 *Epidemici*, qui ex communi cauſa orti, plures uno eodemque tempore invadunt, v. g. Dyſenteriæ, Febres petechiales &c.

2 *Endemii*, ſive morbi ex communi cauſa certis populis proprii, e. g. Scorbutus Danis, Plica Polonis &c.

3 Sporadici, qui nec communiter graſſantur, nec certis Regionibus proprii ſunt, ſed aliis graſſantibus, hos vel illos ob particulares cauſas corripiunt.

IV. *Indolem*, cujus intuitu ſunt

1 *Benigni*, qui vel mites ſunt, vel ordinarias facile ſuperabiles cauſas agnoſcunt, v. g. febres intermittentes, Diarrhœæ &c.

2 *Maligni*, qui abſque cauſa manifeſta totam Oeconomiam animalem maxime turbant, uti ſunt: Febres Petechiales, Peſtis &c.

3 *Contagioſi* tam Acuti, quam Chronici, qui ope effluviorum ſimiles morbos in aliis corporibus excitant, v. g. Dyſenteria maligna, Peſtis, Scabies, Lues Venerea &c.

V. *Exitum*, unde ſunt

1 *Salutares*, qui nullum vitæ periculum minantur, ſed ſæpius ab aliis gravioribus morbis præſervant, uti ſunt Hæmorrhagiæ Narium congruæ, Hæmorrhoides, Diarrhœæ ſpontaneæ, Sudores autocratici, Febres tertianæ &c.

2 *Lethales*, qui contrario modo ſe habent, & vel certo jugulant, uti Apoplexia fortis, læſiones viſcerum graviores, vel nihilominus in graviſſimum vitæ periculum conjiciunt, uti ſunt Inflammationes viſcerum profundiores, Catarrhus Suffocativus &c.

VI. *Durationem*, & hujus reſpectu dividuntur in

1 *Acutos*, qui tempora ſua cito abſolvunt, & ſunt vel

a Extreme acuti, qui tertio vel quarto die finiuntur, uti Peſtis & Febris Peſtilentialis &c.

b Peracuti, quorum terminus eſt dies ſeptimus, uti Pleuritidis & quarundam febrium Petechialium.

c Acuti ſimpliciter, qui duos ſeptenarios requirunt, v. g. Febres continuæ.

d Acuti ex decidentia, qui ad vigeſimum octavum, aut ad quadrageſimum uſque diem extenduntur.

VII. *Periodum*, ſive certum invadendi tempus, unde alii ſunt

1 *Intermittentes*, qui certis diei horis invadunt, ac abſoluto Paroxyſmo prorſus intermittunt, uti ſunt: Febres intermittentes Quotidianæ, Tertianæ, Quartanæ, quorum paroxyſmi vel ſunt fixi vel vagi & hinc etiam tales febres vel ſunt ſtatæ, vel erraticæ.

2 *Continui*, qui nullam intermiſſionem, ſenſibilem tamen remiſſionem habent, ac certis temporibns iterum exacerbantur: cujus exacerbationis fixæ vel vagæ intuitu itidem ſunt vel periodicæ vel vagæ. Tales morbi etiam uti priores reſpectu certorum invaſionis temporum vocantur Typici.

3 *Continentes*, qui & intermiſſione & remiſſione carentes, continuo durant, uti Ephemera, Synochus.

VIII. *Ætatem* & *Temperamentum*, unde alii ſunt

1 *Congrui*, qui ætatibus & temperamentis reſpondent, v. g. Variolæ & Morbilli ætati infantili, Hæmorrhagiæ puerili & Adoleſcentiæ, Hæmorrhoides virili, Mictus cruentus & Calculus ſenili, febres ardentes Temperamento Cholerico &c.

2 *Incongrui*, qui ab hac regula deflectunt, v. g. Variolæ adultorum, Hæmorrhagiæ narium in Senibus, Calculus, Apoplexia & Podagra in junioribus.

IX. *Habitudinem* ad curationem

1 *Curabiles*, qui methodo ſpontanea & artificiali reſtituuntur, uti pleraque morborum pars, v. g. Febres intermittentes, Continuæ, Hæmorrhagiæ, Inflammationes &c.

2 *Incurabiles*, qui nullam medelam admittunt, uti Apoplexia fortiſſima, læſiones Viſcerum graviores, aut eorundem conſumptiones, Paralyſes conſummatæ cum inflatione partium affectarum *vid. D. D. Stahlii in Diſſert. de Morb. Incurabilib.*

X. *Symptomata*.

1 *Legitimi* ſive exquiſiti, qui veris & ordinariis ſymptomatibus ſtipati, legitimo tempore finiuntur, uti Tertiana legitima & Pleuritis vera.

2 *Spurii* ſive *Nothi*, qui contrario modo ſe habent, v. g. Pleuritis ſpuria, ubi quidem adeſt dolor lateris interdum gravis cum reſpirandi difficultate, reliqua tamen ſymptomata, Pleuritidem veram comitantia, qualia ſunt Febris acuta, Pulſus durus & ſputum cruentum deſunt.

XI. *Prægreſſam medicationem*, ob quam alii ſunt

1 *Corrupti*, qui ſcil. ab indole ſua deflectentes ſub alio & heteroclito ſchemate apparent, idque vel perverſæ medicationis vel malæ diætæ vitio. *vid. D. Stahlii Diſſert. de Morb. corruptis.*

2 *Non corrupti*, qui legitime tractati tempore ordinario & quidem ſatis tranquille ſine magnis alterationibus curſum ſuum abſolvunt.

XII. *Inductam aſſuetudinem*.

1 *Habituales*, qui partim propter cauſæ morbificæ nimiam quantitatem, partim propter corporis imbecillitatem, partim & quidem præcipue propter motuum frequentiorem repetitionem, remota etiam ſæpius cauſa morbifica in habitum & conſuetudinem præternaturalem degenerant, ita ut non niſi magnis laboribus denuo removeri queant: quales morbi potiſſimum ſunt, qui certas evacuationes per frequentes motuum ad certa loca directiones & intentiones impetrandas reſpiciunt, uti ſunt Tuſſes chronicæ, Febres intermittentes &c. *vide D. Stahlii Diſſert. de Morbis Habitualibus.*

2 *Nondum obfirmati*, in quibus ſcil. directiones motuum ad certas partes obſervantur, qui tamen evacuata materia ceſſant, atque hoc modo morbi abſoluto tempore ordinario finiuntur.

XIII. *Cauſam*, & hinc Morbi dependent a Cauſis

1 *Immaterialibus*, qui ſcil. nulla ſæpius præſente cauſa materiali a ſolis animi affectibus gravioribus, humores nimium commoventibus, originem trahunt.

2 *Materialibus*, ſunt omnes reliqui morbi, in quibus manifeſta cauſa materialis deprehenditur.

XIV. *Sedem cauſæ*, cujus reſpectu ſunt alii

1 *Idiopathici*, in quibus cauſa morbifica in ipſo loco affecto hæret, v. g. Dolor capitis a ſanguinis infarctu in capite, Vomitus a cruditatibus in ventriculo hærentibus.

2 *Sympathici* alii, qui per conſenſum aliarum partium oriuntur, v. g. Dolor capitis a ventriculi debilitate ortus, aut Clavus Hyſtericus, vomitus Nephriticorum &c.

XV. *Magnitudine*

1 *Magni*, qui partes nobiles aggrediuntur, actiones principales inſigniter lædunt aut plane tollunt, gravibus ſtipati ſunt ſymptomatibus, & a cauſa graviori oriuntur, & hinc interitum ut plur. minantur, uti ſunt Apoplexia, Catarrhus ſuffocativus, Inflammationes Viſcerum, Morbi maligni &c.

2 *Parvi*, qui nullum periculum portendunt, ſed propter levitatem facile cedunt, uti ſunt Hæmorrhagiæ narium in junioribus, vulnera cutis ejuſdemque inflammationes ſuperficiariæ &c.

XVI. *Concurſum variorum Symptomatum*.

1 *Compoſiti* ſive Complicati, quos alii adhuc morbi comitantur, & hinc ob concurſum variorum ſymptomatum cognitu & curatu difficiles ſunt, v. g. Febris continens Variolis Adultorum junčta. Hectica cum Febre putrida juxta Veteres &c.

2 *Simplices*, qui ordinariis tantum ſtipati ſunt ſymptomatibus, v. g. Tertiana, Quartana &c.

Obſer-

Obſervationes Pathologico-Practicæ.

1 Quo magis morbi motus ſanguinis congeſtorios ad certa loca reſpiciunt, eo facilius in liberos propagantur.

2 Morbi Hæreditarii non ſtatim in quavis ætate ſe manifeſtant, ſed non raro tempus ætatum morbis familiare expectant.

3 Morbi Hæreditarii ante conſuetum & morbis ætatum ſolenne tempus affligentes, mature etiam ægrotos jugulant.

4 Omnes Morbi hæreditarii rarius plenariam curationem admittunt, inprimis ſi jam in habitum degenerarunt.

5 Morbi adſcititii, niſi maligni aut alias ſatis graves fuerint, longe facilius convenienti methodo tolluntur, quam hæreditarii.

6 Morbi vernales facilius curantur, quam reliquorum anni temporum affectus.

7 Omnes Morbi Epidemici difficilius curantur, quam Adſcititii.

8 Morbi Endemii ſemper ſunt difficilioris curationis, mutato tamen ſolo Paterno & mutata diæta facilius mitigationem admittunt.

9 Morbi Maligni quo mitius tractantur, eo melior eorum eſt ſucceſſus, & contra.

10 Niſi Morbis Malignis in primo ſtatim principio methodo convenienti occurratur, facile fiunt funeſti.

11 Salutares morbi perverſa methodo tractati, non raro periculoſi aut etiam lethales evadunt.

12 Morbi acuti ſibi relicti ſæpius a Natura curantur.

13 Quo magis vero tractantur remediis variis, & præcipue commoventibus, eo facilius pervertuntur.

14 Morbi Chronici magis poſtulant Artis Medicæ concurſum, quam Acuti.

15 Morbi Periodici facilius curantur, quam Vagi.

16 Quo majora inter periodos ſunt intervalla, eo diutius durant morbi, & eo difficilius etiam curationem admittunt.

17 Morbi congrui, ſive certæ ætati certiſque temporibus anni reſpondentes, minoris ut plur. ſunt periculi, quam incongrui.

18 Morbi curabiles, imprudenti medicatione tractati, ſæpius fiunt incurabiles.

19 Non omnes morbos pro incurabilibus habito tales eſſe, teſtantur graviſſimorum morborum curationes.

20 Morbos exquiſitos, niſi acuti fuerint, facilius ferunt ægrotantes, quam ſpurios.

O mnes morbi, niſi convenienti & Naturæ methodo reſpondenti modo tractentur, facile corrumpuntur.

22 Quo magis morbi reſpiciunt motus ſecretorios & excretorios, eo facilius corrumpuntur.

23 Omnes morbi corrupti contumaciores ſunt quam reliqui.

24 In morbis corruptis eo quam maxime reſpiciendum eſt, ut morbus primarius revocetur.

25 Vera confortantia, v. g. Eſſ. Dulc. Hallens. Eorumque Pulv. Niger & Pulv. Solar. D. Richteri cum Pilulis D. Stahlii &c. in morbis corruptis ſunt optima remedia, quatenus motus ſecretorios & & excretorios in ordinem redigunt.

26 Omnes morbi habituales difficilioris ſunt curationis quam nondum obfirmati.

27 Niſi Medicus in morbis habitualibus ad evacuationem revulſoriam ſæpius repetitam & ad motuum, humores verſus certa loca dirigentium, ſopitionem reſpiciat, fruſtra ut plurimum laborat, aut morbum pejorem reddit.

28 Morbi a cauſis immaterialibus pendentes ordinarie ſunt graviores.

29 Morbi a cauſis immaterialibus orti, ſi commoventibus tractantur, facile in pejus ruunt.

30 Morbi, qui ab initio quidem cauſas materiales pro fundamento habuerunt, demum vero in conſuetudinem degenerarunt, ita plerumque inſoleſcunt, ut etiam ſublatis iſtis cauſis materialibus, pertinaciter tamen perdurent aut recurrant.

31 In morbis Sympathicis ſemper ad ſocum cauſæ reſpiciendum eſt, quo neglecto omnis Medici labor fruſtraneus eſt.

32 Morbi Idiopathici, niſi cauſa gravior ſubſit, aut partis affectæ læſio, ſæpe facilius profligantur, quam Sympathici.

33 Quo graviores ſunt morbi, tam cauſæ quam ſymptomatum & partis affectæ reſpectu, eo periculoſiores ſunt, & contra.

34 Morbi complicati, tam acuti, quam chronici, imprudenti medicatione facillime pervertuntur.

35 In morbis complicatis ad morbum magis urgentem ſemper reſpiciendum eſt, v. g. in febre maligna Dyſenterica majorem attentionem poſtulat febris, quam Dyſenteria.

De Temporibus Morborum.

I. *Definitio*: TEmpora morborum ſunt eorum decurſus tam durationis univerſalis, quam periodorum certarum aliarumque circumſtantiarum reſpectu.

II. *Differentia* Tempora Morborum ſunt.

1 *Generalia* reſpectu

a Certæ periodi vitæ, cujus intuitu morbi diverſis vitæ temporibus affligunt, vide infra de *Morbis ætatum*.

b Temporum Anni, in quibus homines diverſis morbis corripiuntur, vide ſupra de *Morbis Temporum anni*.

2 *Specialia*, reſpectu

a Generalis ambitus morbi, quando alii morbi brevi, alii vero non niſi longo elapſo & quidem vel certo vel incerto tempore finiuntur.

b Temporis invadendi, cujus intuitu alii certis & quidem definitis, alii vero in certis temporibus invadunt.

c Paroxyſmorum, in quibus pariter Principium, Incrementum, Status & Decrementum tanquam particularia tempora morborum obſervantur.

d Criticarum commotionum & evacuationum, quæ non niſi certis atque definitis morbi temporibus contingunt.

III. *Cauſa efficiens* temporum morborum eſt Natura, quæ generaliter quidem in certis ætatibus & certis quoque temporibus anni, illud, quod moleſtum eſt, pervaria corporis loca expellit: Specialiter vero in morbis materiam morbificam vel brevi, vel longo tempore, pro diverſa materiæ conditione, præparat & ad expulſionem certis diebus inſtituendam diſponit, ac eadem expulſa a motibus deſiſtens, morbum vel brevi, vel longo elapſo tempore ſolvit, aut victa ſuccumbit. Dum autem motus ſenſim auget, ac poſtmodum ſuperato periculo imminuit, naſcuntur exinde *Principium*, *Incrementum*, *Status* & *Decrementum* tanquam particularia morbi temporis & hoc ipſo finitur generalis morbi ambitus. Plura vide *in Pathol. noſtræ Sect. I. Cap. IV. de Tempore Morborum*.

IV. *Obſervationes* Pathologico-Practicæ.

1 Niſi Medicus exacte ad morborum tempora reſpiciat, facile per remedia incongruo tempore data morbum pervertit.

2 Quo magis regulariter morbi tempora ſua obſervant, eo facilius etiam a Natura & Arte ſuperantur & contra: exceptis tamen iis caſibus, ubi propter ſolam conſuetudinem, remota etiam cauſa, adhuc affligunt.

3 Quo citius morbi tempora ſua abſolvunt, eo gravius ſubeſt periculum.

4 Morbi horis matutinis affligentes citius ut plurimum ſolvuntur, quam pomeridianis, niſi hi maligni fuerint.

5 In incremento & ſtatu morborum nihil temere eſt movendum, quoniam motus tum temporis jam ſunt graviſſimi.

6 In morbis acutis leniſſime in principio tractatis ſtatus ut plurimum eſt mitior, quam ubi multa exhibita fuerunt remedia.

Morbi

7 Morbi acuti, vel ſibi relicti, vel temperantibus tantum tractati, longe certius ſtatas periodos & dies criticos obſervant, quam qui variis medicamentis & medicationibus, præſertim manifeſtius operantibus tractantur.
8 Nulla re certius typicus morbi ordo pervertitur, quam imperita & injuſta medicamentorum exhibitione.

De Cauſis Morborum in genere.

I. *Definitio*: CAuſa morbifica eſt res, quæ vel immateriali ſuo concurſu œconomiam animalem ejuſque ſtatum ſecundum naturam turbat, variis vel propinquioribus, vel remotioribus læſionibus viam ſternens.

II. *Differentia*. Cauſæ morborum ſunt
1 *Immateriales*
a Anima ipſa, quæ tanquam motuum in morbis occurrentium cauſa efficiens, in iiſdem vel excedit, vel motus perverſe inſtituit, ac materiam morbificam per inconvenientia loca expellere conatur: de qua re pluribus infra de *Motibus extraordinariis* &c.
b Ejuſdem pathemata varia ſive animi affectus, qui pro diverſa ſua indole varias anomalias in œconomia animali cauſantur, uti infra de *Cauſis non naturalibus* demonſtrabimus.
2 *Materiales*, quales ſunt ſanguis quantitate vel deficiente, ſpiſſitudine & Cacochymia peccans, bilis, mucus, ſerum, lympha, calculi, flatus &c. de quibus ſingulis ſuo loco agemus. Et talis materialis cauſa eſt.
a Continens, quando in parte affecta ipſa hærens, eam actu & continuo lædit, v. g. calcula in urethra hærens ſuppreſſionis urinæ & doloris eximii cauſa eſt continens, pariter ac ſerum in abdomine ſtagnans tumoris aſcitici.
b Antecedens, quæ præviam diſpoſitionem ad varios affectus denotat, & quidem
1 Reſpectu *Ætatis*, cujus intuitu ſenes ad mictum cruentum, calculum, podagram &c. juniores ad Narium Hæmorrhagias & inde dependentes affectus diſpoſiti ſunt.
2 Reſpectu *Temperamentorum*, quatenus Cholerici magis ad ebullitiones ſanguinis, Febres, Inflammationes &c. Phlegmatici e contra ad affectus ſeri magis proni ſunt.
3 Reſpectu *Sexus*, quatenus femininus ratione Menſium, Graviditatis, Partus, Lochiorum, Lactationis non ſolum pluribus morbis expoſitus, ſed etiam ob majorem ſenſibilitatem magis quam maſculinus ad morbos diſpoſitus eſt.
4 Reſpectu *Plethoræ*, ſpiſſitudinis ſanguinis, Cacochymiæ &c. quarum intuitu facilius homines ita diſpoſiti in morbos ruunt: præcipue quando accedit
5 *Cauſa Procatarctica*, quæ partim Naturam & cauſas immateriales, partim materiales reſpicit, ac motus nimium excitando cauſam antecedentem & continentem in actum deducit, ita ut antea ſilens actu corpori noxia eſſe incipiat.

III. *Obſervationes* Pathologico-Practicæ.
1 Quo magis Natura ad motus prompte ſuſcipiendos prona eſt, eo facilius etiam variis morbis porta panditur.
2 Morbi a cauſis immaterialibus dependentes ſemper graviores ſunt iis, qui a materialibus originem trahunt.
3 Quo graviora & ſubitanea ſunt Animi pathemata, eo periculoſiores etiam ſequuntur affectus.
4 Animi pathemata ſæpius morbos graviſſimos, nulla etiam præſente materia noxia excitant.
5 Quo magis in Animi pathematibus humores feruntur ad interiora, eo gravius imminet periculum.
6 Eo magis autem metuendum eſt periculum ab animi pathematibus, ſi humores & quantitate & qualitate ſunt vitioſi.
7 Quo magis agilis eſt materialis cauſa, eo graviores etiam ſequuntur affectus; & contra.
8 Humores tamen nimis ſpiſſi ſimul & ſemel commoti graviſſima poſt ſe trahunt mala.
9 Niſi cauſa continens removeatur, affectus ab ea dependens nunquam curatur.
10 Quo periculoſior eſt cauſa, eo brevioris periodi morbi ſolent eſſe.

De Plethora.

De Plethoræ *Definitione*, *Differentia*, *Signis* &c. videatur Praxis Specialis Lib. I. Cap. I. Tab. VII.

Obſervationes, Pathologico-Practicæ
1 Plethora eſt fundamentum plerorumque & præcipuorum morborum.
2 Per ſe tamen raro morbos producit, (quod in hominibus Plethoricis ſatis diu interdum ſine ullis incommodis viventibus obſervamus niſi commota, aut inſignis ſanguinis ſpiſſitudo ipſi juncta fuerit.
3 Plethoram commotam, niſi mature mitigetur, aut ſenſibiles excretiones ſequantur, facile graves morbi excipiunt.
4 Plethoram commotam utplr. ſequuntur congeſtiones ad loca Hæmorrhagiis deſtinata, quæ tamen facile inſequente Hæmorrhagia ſolvuntur.
5 Hæmorrhagiæ graviorem Plethoræ commotionem non ſtatim, ſed demum ſedato aliquomodo ejus impetu excipiunt.
6 Si congeſtiones circa loca Hæmorrhagica factæ non ſolvuntur, ſtagnationes facile in plenarias Staſes & Corruptiones degenerant, quas Natura interdum quidem per febres præcavet, non raro tamen actum inflammatorium quoque inſtituere cogitur, ut id quod actu corruptum eſt, ſenſim per fortiorem pulſum ſanguinis eluatur.
7 Omnes morbi Plethoræ ſupervenientes graviores ſunt, impr. ſi ex acutorum ſunt cenſu, intermittentes vero non tantum anomali evadunt, ſed etiam diutius durant.
8 Qui ſemel ſunt Plethorici, facile iterum tales, imminuto etiam ſanguine, fiunt, & morbis a Plethora oriundis denuo exponuntur.

De Spiſſitudine Sanguinis.

I. *Definitio*: SPiſſitudo eſt ſanguinis antea fluidioris juſto major concretio, Plethoram & motuum defectum ſequens, a qua ſtagnationes & ab his dependentes morbi originem trahunt.

II. *Differentia*.
1 Alia eſt *generalis*, quando nimirum ſanguis in univerſo corpore ſpiſſeſcit.
2 Alia eſt *ſpecialis*, quando inſigni quadam regione ſpiſſiorem acquirit conſiſtentiam, quale quid contingit in Hypochondriacis & Hyſtericis, quorum ſanguis in abdomine ob motus progreſſivum tardiorem lentorem acquirit.
3 Alia eſt *ſpecialiſſima*, quæ in Hypocondriacis & Hyſtericis interdum naſcitur, & certum tantum viſcus occupat.
4 Alia eſt *ſubitanea*, alia tardior.

III. *Signa*,
1 Torpor inſignis & laſſitudo totius corporis.
2 Gravitas membrorum ſive artuum.
3 Pulſus modo inæqualis, modo intermittens, modo palpitatorius.
4 Habitus corporis interdum ſtrictus, interdum laxus, hujuſque conſtrictionis & relaxationis frequentes alterationes.
4 Vaſa turgida & ſatis inflata, quandoque etiam exilia & vix conſpicua, ut plurimum tamen majora.
6 Frequentis coloris & caloris in habitu corporis alterationes.
6 Reſpirationis difficultas & inpr. ſub motu corporis.
8 Anxietates præcordiorum crebriores.

9 Su-

9 Sudoris, urinæ reliquarumque excretionem tardior processus.
10 Somnus turbulentus & anxius.
11 Sanguis e Venasecta difficulter prodiens, nigricans & insigniter spissus.
12 Animus trepidus, torpidus, meticulosus, anxius.

IV. *Subjectum*.
1 Respectu *Temperamentorum*, Sanguineo-Melancholici & ipsi Melancholici magis dispositi sunt ad spissitudinem, quam Sanguinei, Cholerici, aut Phlegmatici.
2 Respectu *Ætatis*, juniores Hæmorrhagiarum Spontanearum vel artificialium suppressionibus laborantes, nec non senes ob sanguinem aliquo modo mucosum præ aliis ad eam sunt proni.
3 Respectu *Sexus*, feminæ facilius spissiorem acquirunt sanguinem, quam viri.

V. *Causa*,
1 *Plethora*, quæ proportionem aut vim motuum superans sensim sensimque tali spissitudine ansam præbet.
2 *Vita sedentaria*, torporem motuum inducens inpr. si simul profundiores speculationes accedunt, quæ Naturam eo magis ab actionibus vitalibus revocat.
3 *Subitanea* corporis calidi *refrigeratio*, quam subita etiam sanguinis congelatio sequitur.
4 *Terror*, qui celeriter. *Tristitia* quæ sensim sanguinem spissiorem reddit
5 *Abusus acidorum*, & cibi crassiorem chylum largientes, qui sensim quoque sanguinem inspissant,
6 Defectus sufficientis potus.
7 Nimiæ excretiones seri per sudorem & urinam.
8 Diæta siccior, speculationes nimiæ, Hæmorrhagiarum consuetarum suppressio, vel artificialium neglectus.

VI. *Observationes* Pathologico-Practicæ.
1 Quo major est sanguinis spissitudo eo graviora quoque eam comitantur mala.
2 Quo magis subitanea est spissitudo & coagulatio sanguinis, eo citius quoque gravissimi & interdum lethales sequuntur affectus.
3 Spissitudinem specialem facile etiam excipit universalis.
4 Uti motus moderatus & continuatus ad fluxilitatem sanguinis & restituendam & conservandam est optimum remedium, ita fortior & subitaneus, sanguinem spissum uno impetu commovendo, in mala a spissitudine metuenda, facillime præcipitat.
5 Spissitudinem, nisi mature convenienti methodo removeatur, facile stagnationes, has vero stases & corruptiones sequuntur.
6 Nisi Venæsectio præmittatur remediis incidentibus, frustra fere laborat Medicus.
7 Sicut subjecta spissitudini Sanguinis obnoxia quoad animum sunt anxia, trepida, torpida; sic in œconomia vitali similes sequuntur actiones.

De Cacochymia,

I. *Definitio*: CAcochymia vi vocis est malus status humorum in crasi, vel a secretionibus & excretionibus necessariis suppressis, vel ab externo contagio originem trahens.

II. *Differentia*.
1 Respectu *Causæ*
a Alia originem trahit a suppressione secretionum & excretionum, Sudoris, Bilis, Urinæ &c.
b Alia vero a contagio forinsecus corpori illato oritur, uti Scabies, Lues Venerea, Lepra &c.
2 Respectu *Subjecti*
a Alia universum corpus & totam massam sanguineam occupat, qualis observatur in Scabie, Jctero &c.
b Alia vero in certis tantum partibus occurrit, quæ utplur. a congestionibus ad certas partes dependet, v.g. insignis pruritus scroti & ani cum pustulis in Hæmorrhoidariis, Tinea capitis in infantibus.
3 Respectu *indolis*
a Alia est benigna, *salsa*, uti in Scabie aliisque cutis pustulis; *biliosa* in Jctero; *mucosa* in senibus & infantibus Phlegmaticis; *aquosa* vel *serosa* in Cachexia, Levcophlegmatia, Anasarca &c.
b Alia est maligna, uti in Psora, Lepra, Luę Venerea.

III. *Signa*. Hæc patent ex ante dictis.

IV. *Subjectum*.
1 Homines otiosi, torpidi, per motum corporis secretiones & excretiones non promoventes.
2 Cibi insuper malæ digestionis, acidis, salsis, aut nimis aromatisatis, liquoribus Spirituosis &c. abutentes.
3 Secretiones & excretiones spontaneas negligentes.
4 Personæ cum scabiosis & leprosis conversantes, aut cum iisdem in eodem lecto dormientes.
5 Coitum cum impuris exercentes.

V. *Observationes* Pathologico-Practicæ
1 Quo magis supprimuntur excretiones, eo magis etiam augetur Cacochymia.
2 Cacochymia cum visceris alicujus labe conjuncta, gravior est reliquis speciebus.
3 Cacochymia maligna semper periculosior est, & difficulter etiam curatur.
4 Cacochymia universalis sæpius facilius curatur, quam particularis.
5 Nihil fere producendæ cacochymiæ magis inservit quam abundantia Sanguinis, ejusque in corpore retentio, sicut hoc in mensium & lochiorum negotio apparet.

De reliquis humoribus inutilibus & utilibus morborum causis.

TAles humores inutiles sunt Serum & reliqui ex eo prodeuntes: Sudor, Urina, Bilis, Mucus, Feces alvinæ. Utiles vero Lympha, Lac, Semen & Saliva; qui omnes morborum fiunt causæ quando peccant.

I. *Quantitate & motu*.
A *Excedente*, uti
a *Serum*, quod in Phlegmaticis & Sanguineis potissimum otiosis & vitæ sedentariæ deditis, potu abutentibus, facile augetur, & hinc morborum variorum a Sero oriundorum fit causa.
b *Sudor*, qui partim ob causas manifestas, labores fortiores, nimium calorem &c. vel sæpius ob latentes nimium excernitur, & hinc, dum sanguis nimis resolvitur, nimisque fluxilis redditur, præter debilitatem insignem, quam postse relinquit, ad varia mala viam sternit. Quorsum tamen Sudores spontanei cum euphoria contingentes, minime referri debent.
c *Urina*, quæ partim ob nimiam seri quantitatem, partim ob sanguinis resolutionem, partim ob sphincteris relaxationem, sæpius & insigni, assumpta potulenta superante copia excernitur, & hinc corpus exsuccum reddit.
d *Bilis*, quæ partim ob cibos pinguiores aut largiter aromatisatos, ut & potum generosiorem in nimia copia generatur, partim in nimia copia in intestina infunditur, & hinc Diarrhœam, Choleram, Febres biliosas &c. excitat.
e *Mucus*, cujus quantitatem in Phlegmaticis infantibus & senibus cibi crassioris consistentiæ, vita otiosa, aer frigidus, suppressio transpirationis &c. augent; unde postmodum Coryzæ, Tusses, Asthmata, Vomitus, Diarrhœæ mucosæ &c. originem trahunt.
f *Feces alvinæ*, quæ raro peccant quantitate, nisi suppressis reliquis excretionibus, aut vitium in qualitate junctum sit.
g *Lympha*, cujus quantitatem in subjectis dispositis augent cibi evpepti, multum chyli largientes, & vita otiosa; mala tamen, præter obesitatem nimiam, non facile ab ejusdem copia œconomiæ animali imminent.

h *Lac*,

h *Lac*, quod ſæpius in inſigni quantitate generatur, & mammas vel cum dolore turgidas reddit, vel in magna copia effluit, quæ tamen lactis abundantia, niſi qualitatis vitia jungantur, aut motus per vaſa & excretio lædantur, raro aliquod detrimentum producit.

i *Semen* rarius quoque abundantia ſua affectus præternaturales cauſatur, niſi qualitas ejus vitioſa ſimul conjuncta ſit; ſi tamen in Pollutionibus nocturnis frequentius excernitur, corpus tandem inſigniter exinde debilitatur.

k *Saliva* interdum abundat, uti in infantibus dentientibus, hypochondriacis & Ptyaliſmo, & copia ſua vel cibos nimium diluit, vel depravationem guſtus producit.

β *Deficiente*.

a *Serum*, quod frequenter deficit, ſi ſcil. cibi ſufficienti potus copia non diluuntur, quale quid ſæpius obſervatur in feminis hyſtericis, aut per frequentiores excretiones abſumitur, unde ſanguis ſpiſſior redditus, tardius per vaſa procedit, & variarum ſtagnationum ſit cauſa: imo ipſæ fibræ ob defectum ſeri non ſufficienter emolliuntur, quare etiam propter minorem flexilitatem ad motum minus apti ſunt.

b *Sudor*, cujus defectus vel a nimia humorum ſpiſſitudine per vitam otioſam contracta, vel a ſeri defectu, vel a nimio & repentino ſanguinis ferventis motu ad cutim, cujus pori hoc modo obſtruuntur, dependet. Frequentius quoque Sudor manans, dum corpus frigori exponitur, uno impetu ſupprimitur, unde vel univerſaliter vel particulariter contracta cuti inſignis æſtus, Coryzæ, Tuſſes, Colicæ, Diarrhœæ, Febres, Dolores Rheumatici &c. ſequuntur.

c *Urina*, hujus defectus interdum pariter a ſeri conſumptione nimia, interdum vero a muco, calculis, vermibus, ſanguine grumoſo ureteres obſtruentibus, interdum vero a nimia renum conſtrictione aut inflammatione, urinæ ſecretionem impediente, dependet, unde eundem facile affectus ſeroſi hydropici, imo ipſa mors excipiunt. Nonnunquam etiam ſuppreſſionis totalis urinæ cauſa eſt nimis diuturna ejuſdem retentio.

d *Bilis*, hujus ſecretio & effluxus ad inteſtina modo a calculis, modo a conſtrictione Hepatis, iram graviorem excipiente, modo ab infarctu ſanguinis impeditur, unde ob bilem in hepate & maſſa ſanguinea retentam Jcterus aliaque incommoda ſequuntur.

e *Mucus*, hujus ſecretio & excretio interdum in partibus huic negotio dicatis impeditur, unde variæ ſtagnationes cum inſignibus doloribus circa illas partes oriuntur, v. g. in capite Gravedo & Cephalalgia ſeroſa, Odontalgia-catharralis, in inteſtinis vero Colica.

f *Feces alvinæ*, quarum retentionem, ex quacunque demum cauſa illa fiat, ſtatim inſignes laſſitudines, preſſiones, inflatio abdominis &c. oriuntur.

g *Lympha*, cujus defectum imminutio nutritionis, laſſitudo, pallor, viſcerum ſubſidentia &c. ſequuntur: motum vero impeditum variæ ſtagnationes glandularum inpr. abdominis tumores, Atrophia &c. excipiunt.

h *Lac*: hujus defectum, a nimia triſtitia, terrore, defectu alimentorum, calore interno &c. ortum, varii infantis ſugentis morbi ſequuntur: ſuppreſſioni vero facile tumores inflammatorii, ſcirrhi glandularum &c. ſuperveniunt.

i *Semen*: cujus impedita ſecretio & tardior excretio a quacunque demum cauſa orta fuerit, Generationem impedit.

k *Saliva*: cujus inopia præparationem & reſolutionem ciborum in ore impedit, imo etiam Guſtus, quoniam fibræ linguæ nerveæ ſufficienter non irrigantur, maxime imminuitur.

II. *Qualitate*, cujus reſpectu antea recenſiti humores ſpiſſitudine, acrimonia, ſalſedine, corruptione &c. variorum morborum fiunt cauſæ v. g.

1 *Serum*: cujus fluxilitatem, acrimoniam, ſalſedinem &c. ſequuntur partim excretiones nimiæ, partim varia exanthemata, exulcerationes in cute, Diarrhœæ, Dyſenteriæ. Magis noxium vero redditur, ſi peregrina acria corroſiva ipſi admixta fuerint effluvia per contagium, uti in Lue Venerea.

2 *Sudor*: cujus acrimonia varios effectus cutis cum majori vel minori ejuſdem eroſione producit, aut ejus fœtor varias moleſtias creat.

3 *Urina*: hæc ſæpius reſpectu nimiæ tenuitatis, craſſitiei aut conentorum ſabuli, ſanguinis, muci, puris &c. variorum affectuum fit cauſa, qui inpr. in viis urinariis ſe exerunt.

4 *Bilis*: quæ ſæpius inſignem acrimoniam, colorem & conſiſtentiam ejuſdem alterantem, & hinc febrium ardentium, torminum, Diarrhœarum fit cauſa.

5 *Mucus*: qui multoties ob majorem ſalſedinem vel ſolam, vel cum ſpiſſitudine conjunctam, obſtructiones glandularum, tumores, eroſiones &c. producit.

6 *Feces alvinæ*: hæ ſæpius etiam ob admixta varia heterogenea bilem ſcil. acrem, mucum craſſiorem, ſalſum &c. vitioſam acquirunt qualitatem, & hinc inteſtina aggrediendo torminum variorum, Diarrhœarum &c. cauſa fiunt.

7 *Lympha*: quæ ob ſpiſſitudinem, ad quam admodum prona eſt, facile infarctus glandularum conglobatarum parit, unde nutritio læſa, inflationes partium per quas vaſa lymphatica decurrunt, quæ eo graviores redduntur, ſi aqua lymphæ mixta, ſenſim vel per poros tranſudat, vel eroſis a ſalſedine lymphæ vaſis, in cavitates aut interſtitia partium infunditur, unde Hidropis variæ ſpecies originem ducunt.

8 *Lac*: quod ob ſpiſſitudinem in glandulis ſtagnans tumores mammarum inflammatorios excitat: ob ſalſedinem vero eroſiones papillarum cauſatur, aut gravia tormina ac Colicam convulſivam in infantibus excitat; ſi nimis tenue eſt, ad nutritionem infantis eſt ineptum.

9 *Semen*: hoc peccat vel ſpiſſitudine aut tenuitate nimia, & hinc ad generationem minus aptum eſt, dum ſpiſſum excerni nequit, tenue vero parum virtutis continet: vel acrimonia, unde ſequuntur eroſiones, dolores inſignes &c. uti illud in Gonorrhœa virulenta obſervamus.

10 *Saliva*: hæc interdum admodum tenax atque viſcida redditur, ita ut ad reſolutionem prorſus inepta ſit, imo acrimonia ſalina ſub illo muco latitans ſæpius fauces arrodit, quod eo facilius contingit, ſi contagium venereum ſimul junctum eſt, quod etiam ſalivam fœtidam reddit: interdum quoque amaritiem acquirit a bile, ac tandem morbis malignis epidemice graſſantibus, ſaliva a contagio inquinata & deglutita ſimiles fermentationes in corpore excitat.

Obſervationes Pathologico-Practicæ.

1 Quo major eſt ſeri abundantia, eo facilius etiam, inpr. excretionibus ſuppreſſis, ſequuntur morbi ſeroſi tam univerſales, quam particulares, a decubitu ſeri ad alias partes dependentes.

2 Morbi a ſero oriundi, motu corporis & blandis ac continuatis evacuantibus facile præcaveri poſſunt.

3 Uti quantitas ſeri nimia craſin ſanguinis & lymphæ turbat, ita ejuſdem defectus ſanguinis & lymphæ ſpiſſitudinem parit.

4 Seri vitia, etiamſi appropriata exhibeantur remedia, nunquam corriguntur, niſi ſimul jungantur evacuantia.

5 Serum vitioſum nunquam ita corrigitur, ut cum Natura redeat in gratiam, ſive ut humor utilis fiat.

6 Quo magis Sudor fluit, in ſubjectis alias ſiccis, eo magis corpus exſiccatur & debilitatur.

7 E contra corpora humida ſudores etiam largiores optime ferunt.

8 Su-

8 Sudores ſpontanei matutini, non ſeri tantum, ſed & ſanguinis abundantiam tollunt, & multos morbos præcavent.
9 Suppreſſiones Sudorum quorumcunque ſemper periculum minantur, niſi per alia loca ſeri fiat evacuatio.
10 Sudores fœtidi ſeri malum ſtatum indicant.
11 Quo magis ſudor fluit in hecticis, eo præſentius periculum & mortem inſtantem portendit.
12 Excretiones Urinæ copioſæ ſemper cum euphoria fiunt, quando aliæ excretiones ſunt ſuppreſſæ.
13 Quo magis ſupprimitur urina, eo facilius ſequitur Hydrops, præcipue quando manifeſta ſuppreſſionis urinæ cauſa non occurrit.
14 Urinam cruentam in ſenibus aut in conſiſtente ætate facile ſequitur calculus.
15 Bilis quo magis ab ira excitatur, eo facilius morbos graviores producit.
16 Morbi a nimia effuſione bilis orti, graviores ſunt, quam ii, qui ſuppreſſionem fluxus ejuſdem ſequuntur.
17 Jcterus a calculis, veſiculam felleam obſtruentibus, ortus, utplur. eſt incurabilis.
18 Muci excretio e pectore facilius damna infert, quam ſi per alia loca contingit.
19 Quo major in corpore eſt muci viſcidi copia, eo facilius morbi chronici excitantur.
20 Alvi laxitas ſeri abundantia & ſanguinis reſolutionem nimiam ſæpius indicat.
21 Feces alvinæ nimium fœtentes, in morbis acutis non raro mortem inſtantem nuntiant.
22 In morbis acutis, exceptis exanthematicis, alvus laxa ſemper melior eſt quam adſtricta.
23 Diarrhœæ ſpontaneæ ſæpius morbos præcavent.
24 Diarrhœæ colliquativæ hecticorum mortem inſtantem indicant.
25 Lymphæ defectus facilius mala poſt ſe trahit, quam ejuſdem abundantia.
26 Quo major eſt glandularum conglobatarum debilitas aut infarctus, eo difficilius etiam lymphæ vitia corriguntur.
27 Eroſio vaſorum lymphaticorum a lympha acri orta incurabilis eſt.
28 Lactis effluxus in gravidis abortum ſæpius portendit.
29 Lac ab ira concitatum facile, convulſiones in infantibus excitat.
30 Lactis ſine manifeſta cauſa ſuppreſſionem, mortem infantis portendere, ex relatione multarum fide dignarum feminarum habemus,
31 Quo magis ſubitanea eſt lactis ſuppreſſio, eo facilius affectus varii ſequuntur.
32 Seminis defectus, organorum ſecernentium debilitatem pro cauſa agnoſcens, difficilis eſt curationis.
33 Saliva copioſa minoris eſt conſiderationis, quam deficiens.
34 Saliva præ omnibus aliis noſtri corporis humoribus ad fermenteſcendum apta eſt; unde graviſſimi morbi per eandem Sanguini noſtro ſæpius communicantur.

De Rebus toto genere præter Naturam.

I. *Definitio:* REs toto genere præter Naturam ſunt cauſæ morborum materiales, quæ cum corpore & ejus œconomia plane nullam conſpirationem habent, ad ejus ſubſiſtentiam & conſervationem; ex adverſo in ejuſdem læſionem, imo deſtructionem quam maxime pronæ, imo promptæ atque efficaces exiſtunt.

II. *Differentia.*
1 Quædam in corpore generantur, uti ſunt Flatus, Vermes & Calculi.
2 Quædam vero corpori ingeruntur, uti ſunt abſurda deglutita, globuli plumbei, fragmenta gladiorum, ſagittarum, Venena, miaſmata peſtilentialia cum ſaliva communicata. De quarum rerum præcipuis ſeorſim agemus.

1. *De Flatibus.*

I. *Definitio:* FLatus ſunt ſubſtantia halituoſa elaſtica, aereæ quaſi indolis, in primis viis potiſſimum generata, & modo per ſuperiora, modo per inferiora cum vel ſine ſtrepitu ac fœtore erumpens.

II. *Differentia.*
1 Alii per ſuperiora ſub *Ructuum* nomine, alii vero per inferiora quos *Flatus* ſtricte ſic dictos vocant, erumpunt, alii in inteſtinis hærent, & murmura excitando, *Borborygmi* audiunt.
2 Alii vero ſine ſtrepitu & fœtore excernuntur.

III. *Sedes*: Ordinarie in Ventriculo & inteſtinis generantur, rarius vero in Abdominis cavitate, Utero & Veſica reperiuntur.

IV. *Materia*. Eſt ſubſtantia ad ſpumeſcentiam & elaſticitatem apta, quam producunt alimenta oleracea, fructus horæi, muſtum, cereviſia recens, piſa, fabæ, lentes, carnes pingues, ſalitæ &c.

V. *Subjectum.*
1 Homines temperamenti Phlegmatici.
2 Vitæ ſedentariæ dediti & ſimul laute viventes.
3 Infantes ſucculenti.
4 Feminæ hiſtericæ paſſioni obnoxiæ.
5 Hypochondriaci & Hæmorrhoidarii.
6 Alvi obſtructioni obnoxii.

VI. *Effectus*: latus præter extenſionem abdominis magis vel minus ſenſibilem, facile poſt ſe trahunt Inflammationem ventriculi cum ſymptomatibus cardialgicis, Colicam, Choleram ſiccam, Paſſionem Iliacam, Hernias, Tympaniten &c.

VII. *Obſervationes* Pathologico-Practicæ.
1 Quo magis flaccidus & humidus eſt corporis ſtatus, eo facilius generantur flatus.
2 Non omnem abdominis inflationem a flatibus dependere teſtatur Venæſectio in pede, quæ ſæpius momento citius illam infimi ventris intumeſcentiam tollit.
3 Flatulentia, ad quam Hypocondriaci, Hæmorrhoidarii, Hyſtericæ & Venæſectionem in pede negligentes ſunt proni, utpote a ſanguinis ſtagnatione in ramificationibus Venæportæ dependens, non confundenda eſt cum inflatione abdominis a flatibus ſtricte ſic dictis orta.
4 In tali flatulentia niſi præmittatur ſanguinis miſſio, carminativa remedia aliaque exagitantia magis nocent, quam proſunt.
5 Clyſteres in omni flatulentia proficua ſunt, inpr. emollientes, leniter carminativi & ſtimulantes.
6 Quo majorem flatulentia cum fluxuum ſanguinis ſuppreſſionibus & ſtagnationibus connexionem habet, eo pejora & graviora ſequuntur mala, tam in inferiore abdominis regione, quam præcipue circa præcordia.
7 Ut vita ſedentaria & fibrarum flaccicitas multum ad flatuum generationem confert, ita motus corporis fibrarum tonum reſtaurans, ac humores fluxiles reddens, eorum proventum præcavet, aut eoſdem jam generatos diſcutit.
8 Quo major eſt inteſtinorum atonia, eo major etiam flatuum copia generatur.
9 Lenia laxantia, inpr. in iis, qui ad alvi obſtructionem proni, ſunt optima remedia præſervatoria, quibus tamen facile palmam præripiunt Pilulæ veræ Beccherianæ, incidendo, roborando, diſcutiendo & laxando flatuum generationem impedientes & generatorum excretionem promoventes.

De Vermibus.

I. *Definitio:* VErmes ſunt inſecta ex proprio ſemine producta, vel in inteſtinis & quidem ordinarie, vel extraordinarie in aliis partibus hærentia, & varia mala producentia.

II. *Differentia.*
1 Alii ſunt *ordinarii*, qui ſcil. in inteſtinis hærent, & or-

& ordinarie ibidem generantur, uti ſunt Lumbrici teretes, latis ac Aſcarides.

2 Alii ſunt *extraordinarii*, qui ſcil. in inteſtinis ex proprio ſeminio generantur, aut in ea irrepunt, uti ſunt ſerpentes, Bufones, Ranæ &c. vel in aliis partibus extraordinarie reperiuntur, v. g. vermes ulcerum & dentium carioſorum, vermis cordis & pericardii, umbilicalis, Crinones, Sirones, quorſum etiam referri poſſunt pediculorum ſtupenda generatio in Phthiriaſi.

III. *Generatio*: Plerique generantur ex proprio ſeminio, an vero Lumbrici lati itidem ex ſemine aliunde advecto generentur, dubium adhuc eſt.

IV. *Sedes*: Ordinarie reperiuntur in inteſtinis, rarius aliis in partibus.

V. *Subjectum*: Juniores præ cæteris magis obnoxii ſunt vermibus, inpr. Lumbricis teretibus & Aſcaridibus; lati autem magis reperiuntur in adultis.

VI. *Effectus*: Pavores in ſomno, tumor ventris, Atrophia, appetitu nihilominus optime vigente, pallor faciei, Febres, Convulſiones, Epilepſiæ &c. *Plura vide in praxi Speciali de Vermibus.*

VII. *Obſervationes* Pathologico-Practicæ.

1 In pleriſque infantum morbis reſpiciendum eſt ad vermes, quo neglecto ſæpius incertum de morbis infantum eſt judicium & cura admodum difficiljs.

2 Lumbrici latis ſæpius ingentis ſunt longitudinis, an vero unicus ſint vermis, an vero plures cohærentes, nondum conſtat.

3 Lumbrici lati licet ſæpius expellantur, facile tamen regenerantur & priſtina mala excitant.

4 Tales lati lumbrici licet in adultis magis reperiantur, ſæpius tamen etiam occurrunt juniores vermibus hiſce affecti.

5 Morbi ſæpius admodum complicati & rebelles a vermibus dependent, quibus excretis, morbi vel ſub ſua ſpecie apparent, vel prorſus ceſſant.

6 Vermes extraordinarii ſemper graviora excitant mala, quam ordinarii.

7 Vermes in acutis morbis excreti, periculum utpl. portendunt.

8 Quo magis lacticiniis & dulcibus delectantur infantes, eo facilius etiam vermibus corripiuntur.

9 Vermes enecantia remedia, ſine ſubjunctis evacuantibus ſæpius ſunt noxia, quatenus vermes putreſcentes aliis gravioribus malis anſam præbent.

10 Mercurialia remedia ſunt optima Anthelmintica, aliiſque palmam præripiunt.

11 Amara phlegmaticis, acida vero magis Sanguineis & cholericis proſunt.

3. *De Calculis.*

I. *Definitio*: CAlculi ſunt concretiones duræ, compactæ, interdum vero ſatis friabiles, ordinarie in renibus & veſica; extraordinarie vero in aliis quoque partibus genitæ, variorum effectuum cauſæ.

II. *Differentia.*

1 Reſpectu *loci*, alius eſt Renum, alius Veſicæ, alius vero in veſicula fellea aliiſque locis reperitur.

2 Reſpectu *conſiſtentiæ*, alius eſt compactus & gravis, alius friabilis & levis.

III. *Materia*: Eſt materia mucida, glutinoſa, & ſalino-terreſtris, quæ excuſſis partibus aquoſis, ſenſim ſenſimque in loco calido majorem acquirit duritiem.

IV. *Subjectum.*

1 Homines temperamenti ſanguinei, aliique laxiorem corporis conſiſtentiam habentes.

2 Senes Plethorici.

3 Hemorrhoidarii, Hypochondriaci.

4 Viri præ feminis, Plura vide in *Praxi Speciali de Calculis.*

V. *Obſervationes* Pathologico-Practicæ.

1 Calculus Renum longe frequentior eſt quam calculus Veſicæ.

2 Rariores ſunt calculi in veſica fellea, qui Jcterum graviſſimum & incurabilem, ſi ductum Cyſticum obſtruunt, producunt.

3 Juniores calculo non corripiuntur, niſi hæreditaria adſit diſpoſitio.

4 Feminæ ceſſantibus Menſibus facilius calculo affliguntur, quam quando Menſium fluxum adhuc experiuntur.

5 Generationem Calculi cum Hæmorrhoidum imprimis externarum ſuppreſſione inſignem habere connexionem experientia teſtatur.

6 Calculi interdum etiam reperiuntur in pulmonibus & glandulis colli.

7 Podagrici non ſolum ad renum calculum ſunt maxime proni, ſed etiam tophis calculoſis in articulis corripiuntur.

4. *De Cauſis morborum virulentis, ſive de Venenis.*

I. *Definitio*: VEnena ſunt res ſumme noxiæ, quæ in exigua quantitate ſuum acum celeritate & vehementia in partes tam ſolidas, quam fluidas potentiam ſuam exerentes, brevi tempore ut plurimum, interdum vero definito, aut etiam incerto tempore lente totam œconomiam animalem, niſi mature iiſdem occurratur, turbant & invertunt, ac graviſſima ſymptomata excitant, ita ut mors certiſſima ſequatur.

II. *Differentia.*

1 Reſpectu vehementiæ, alia brevi tempore, alia vero lente agendo homines jugulant.

1 Reſpectu operationis, alia agunt diſſolvendo humores per motum fermentativo-putredinoſum, uti venena animalium, morſus viperarum, ſerpentum &c. Alia corrodendo partes ſolidas & viſcera, uti mineralia v. g. Arſenicum, Mercurius ſublimatus &c. Alia ſtupore afficiendo fibras, uti vegetabilia, Napellus, Cicuta, Hyoſcyamus &c. *Plura vide in Praxi ſpeciali.*

III. *Obſervationes* Pathologico-Practicæ.

1 Quo magis ſenſibilia ſunt ſubjecta, eo citius etiam graviores turbæ in corpore excitantur, & contra.

2 Si ullibi, in venenis ſane ſumptis Naturæ reluctantis & contra deleteriam cauſam pugnantis motus obſervantur.

3 Quamvis venena utplur. forinſecus corpori ingerantur, nonnunquam tamen humores agiles excrementitii, remediis aut methodo inconvenienti exagitati, veneni naturam induunt, & homines cito jugulant.

4 Nullus fere poſt venenum ſumptum ſine convulſionibus moritur.

5 Venena mineralia ſumpta citius motus anomalos producunt, quam reliqua.

6 Quo magis ſubtilia ſunt venena, eo certius etiam mortem inferunt.

7 Rationes energiæ venenorum, quomodo in exigua quantitate & mole citiſſime tam deleterios effectus exerere poſſint, admodum in obſcuro adhuc latent.

De Motibus Naturæ extraordinariis propter cauſas morbificas contingentibus.

I. *Definitio*: MOtus morbifici ſunt extraordinariæ motuum alias conſuetorum interdum intenſiones a Natura irritata inſtitutæ, ut res corpori inſenſæ expellantur, interdum vero eorumdem motuum remiſſiones Naturæ debilitatem, aut terrorem indigitantes, variis extraordinariis etiam moleſtiis ſtipatæ.

II. *Differentia.* a motibus ordinariis.

1 Reſpectu *vehementiæ*, qua extraordinarii ordinarios longe ſuperant, ita ut ab ægrotis non tantum, ſed & a Medicis & adſtantibus obſerventur, v. g. Pulſus in febribus, tonus auctus in convulſionibus.

2 Reſpectu *durationis*: præternaturales enim non ſolum vehementes ſunt, ſed etiam in vehementia

tia ſua vel diu continuant, vel ſæpius recurrunt.

3 Reſpectu *Organorum* & loci excretionis: quamvis enim utplur. pulſu & tono tam interiorum, quam exteriorum partium Natura utatur, & materias noxias per convenientia & conſueta loca expellat, nonnunquam tamen in morbis ope motuum ad loca inſolita materias excernendas protrudit, & per eadem expellit.

4 Reſpectu *ordinis*: quod extraordinarii tales motus nonnunquam vel minus præcipites & vehementes ſint, nonnunquam vero vel ſenſibiliter remittant, vel prorſus in toto corpore, aut quibuſdam ejus partibus ceſſent, aut etiam remota cauſa materiali continuent.

III. *Cauſa efficiens*, Uti ordinariorum, ita quoque extraordinariorum motuum vera & unica cauſa efficiens eſt Natura ſive Anima humana, quæ per motus ſecretorios & excretorios non tantum in ſtatu ſano materias ad corporis conſervationem inutiles removet, ſed etiam in morbis pleriſque per eoſdem motus auctiores, adeoque reſpectu ordinariorum & naturalium præternaturales, materias extraordinarie e corpore expellit, ac hoc modo corpus ab interitu imminente vindicat; unde etiam reſpectu finis tales extraordinarii motus merito ſalutares vocantur. Nonnunquam tamen etiam Natura in hiſce motibus errat, & hinc morbi in pejus ruunt, de quibus erroribus mox ſpecialiter agemus.

IV. *Obſervationes* Pathologico-Practicæ

1 Motus fere omnes in morbis obſervabiles utplur. certæ ſequuntur excretiones, quæ, ſi morbo aliiſque circumſtantiis reſpondent, cum euphoria contingunt.

2 Morbi, ubi motus tales manifeſti reperiuntur, minoris utplur. ſunt periculi, quam ii in quibus imminuti ſunt.

3 Motus in morbis antea ſatis ſenſibiles ſubito ceſſantes, aut ſenſibiliter ante conſuetum morbi tempus remittentes, utplur. periculum portendunt.

4 Motus per ſolam conſuetudinem, remota cauſa morbifica, continuantes, non ſine inſigni difficultate tolluntur.

5 Motus neque morbo neque temperamento convenientes, adeoque incongrui ſemper ſunt periculoſi.

6 Quo majus periculum in corpore latet, eo vehementiores utplurimum a Natura inſtituuntur motus.

7 Ideoque non ſemper ob molem materiæ morbificæ in inſigni ſæpius quantitate peccantis, ſed ob æſtimationem periculi a Natura finaliter agente fiunt.

De Moleſtiis Naturæ motus neceſſario conſequentibus, ſive de Symptomatibus.

I. *Definitio*: SYmptomata ſunt moleſtiæ præternaturales motus Naturæ in morbis neceſſario, ſive ut umbra corpus, ſequentes.

II. *Differentia* Symptomatum eorumque *Generatio*: (Quicquid Natura ad conſervationem corporis in morbis molitur, tendit ad Secretiones & Excretiones, quem finem ut obtineat, duobus utitur inſtrumentis, Pulſu ſcil. cordis atque motu tonico, tam in exterioribus, quam in interioribus partibus ſeſe exerente, eoque vel intenſiore vel remiſſiore; & hinc etiam quæcunque in morbis obſervantur moleſtiæ, ſequuntur vel pulſum, vel tonum intenſum, aut remiſſum: id quod, ut eo melius appareat, Symptomatum generationem in generalibus quibuſdam morborum differentiis oſtendemus, Specialis enim explicatio ad prolixitatem h. l. evitandam reſervatur partim Pathologiæ ſpeciali, partim privatæ in Collegiis explicationi.)

1 *In Hæmorrhagiis*: hæ præſupponunt Plethoram, tanquam cauſam materialem & quidem commotam, hanc ergo ad morbos producendos pronam, Natura imminuere ſatagit, quem in finem tonus in partibus remotioribus conſtringitur, quæ hinc fiunt pallidæ, vaſa detumeſcunt & ſimul etiam in iis partibus aliquale frigus ſentiunt, ægrotantes: dum vero ſanguis e partibus ita conſtrictis expellitur, & uberior influxus impeditur, neceſſario major ſanguinis fit translatio ad partes alias, & inprimis ad eas, per quas ſanguinis excretio fieri debet; intumeſcunt hinc vaſa & moleſtiæ ſentiuntur variæ, in *capite* quidem præter ruborem & turgeſcentiam faciei, aliqualis vertigo, ſtupor, aut etiam capitis dolor, tinnitus aurium, puritus narium &c. In *pectore* gravativus dolor, reſpiratio difficilis &c. In *Ventriculo*, ante vomitum cruentum anguſtia præcordiorum, conſtrictio hypochondriorum. aut etiam dolor in hoc vel illo latere ſe exerens, dolor dorſi &c. In *Hæmorrhoidibus*, varii motus in *abdomine* dolor & gravitas lumborum, tenſiones Hypochondriorum, ſenſus rei duræ in inteſtino recto hærentis & interdum dolor urens &c. In *Menſibus* & *Lochiis* nimiis, ſpaſmodicæ conſtrictiones in hypochondriis, dolor gravativus circa lumbos & inguina, horror in partibus extremis &c. In *Renibus* tenſio & gravitas in lumbis &c. & hæ moleſtiæ omnes ex neceſſitate conſequentiæ ſequuntur, quæ tamen erumpente ſanguine facile ceſſant.

2 *In Congeſtionibus* & quidem

a Completis ſive ſimplicioribus: hæ reſpiciunt Hæmorrhagias, quas Natura ope motus tonici molitur, ac hinc ſanguinis motum verſus loca Hæmorrhagiis deſtinata dirigit. Cum vero excretio partim ob nimiam congeſti ſanguinis copiam, partim ob ejus ſpiſſitudinem, partim ob motus congeſtorios inſufficientes, aut vaſorum anguſtiam fieri nequeat, ex neceſſitate conſequentiæ generaliter tanquam ſymptomata, inflationes vaſorum, dolores tenſivi, gravativi, pungentes, rubor, calor præternaturalis, & quidem in partibus, ubi congeſtiones factæ ſunt, in remotioribus vero actuales ſtricturæ cum vaſorum detumeſcentia, frigore &c. ſequuntur. Specialiter vero in Congeſtione ad Caput, dolores capitis cum inflatione & rubore faciei, dolor oculorum cum prominentia & rubore, Odontalgia, Otalgia &c. ad Pectus: Oppiciones pectoris, reſpirandi difficultas inſignis &c. ad Hypochondria: Anxietates præcordiorum cardialgicæ, inflationes ventriculi, nauſea, ſtricturæ dolorificæ in Hypochondriis &c. ad Hæmorrhoides, Renes & Uterum: preſſiones & tenſiones in lumbis, dolores dorſi &c. oriuntur: quæ tamen omnia ſymptomata inſequente ſanguinis fluxu tolluntur.

b Incompletis: in quibus Natura quidem ope motus tonici ſanguinem ad loca Hæmorrhagica, ſed incomplete & eminus tantum dirigit. Unde, dum ſanguis hoc modo circa illa loca ſtagnat, ac ad eruptionem pervenire nequit, & ſimul dyſcraſia jam antea peccat, aut eam ſub hac ſtagnatione concipit, variæ hinc in illis partibus oriuntur moleſtiæ ab infarctu ſcil. & decubitu ſanguinis, dolor tenſivus, inflatio partis, gravitas ac ad movendum impotentia, a dyſcraſia ejuſdem acri, rodens calor, & in partibus exterioribus calor inflammatorius rubicundus; a motibus univerſalibus commotiones febriles, ac frigoris & caloris alternationes: a particularibus vero dolores lancinantes & vibratiles in parte affecta, rupturæ quaſi ſenſum in partibus tenſis, ſub leviori motu, inferentes &c. Quæ moleſtiæ omnes eo graviores fiunt, ſi circa partes tendineas, ob humorum decubitum tales ſpaſticæ fiunt partium fibroſarum conſtrictiones. In quibus tamen omnibus motibus inſignem errorem committit Natura, uti mox, ubi de Naturæ erroribus ſermo erit, audiemus.

3 In *Staſibus* Sanguinis & *Inflammationibus*: in hiſce ſanguis coagulatus & motu progreſſivo privatus, facile propter motum inteſtinum putredinem concipit,

cum vero hæc facile latius ſerpere, & non ſolum partes ſolidas vicinas, ſed etiam univerſam ſanguinis maſſam ac reliquum corpus corrumpere ſoleat, Natura hancce per inflammatoriorum actum & præſervat, & ſæpius profligat. Præſtat autem hocce motu vel partiali tantum, vel generali, uti in febribus inflammatoriis. In utroque caſu ſanguinem per motum tonicum dirigit ad partem affectam, ut a majori ſanguinis copia, per eandem cum impetu tranſeunte, coagulatus ſanguis ſenſim reſolvatur, & illud quod corruptum eſt ſenſim eluatur, atque remotis hoc modo particulis activis fermenteſcentibus materia pulpoſa innoxia, quam pus vocant, relinquatur. Quamvis ergo totus hic actus tendat ad corporis conſervationem, variæ tamen moleſtiæ cum neceſſario comitantur: dum enim major ſanguinis copia in & per partem affectam fluit, non ſolum calor partis, ſed etiam tumor ejuſdem oritur, & ſi inflammatio cutim attigit, hæc inſigni rubedine a ſanguine, per poros minores cum impetu trajecto, & hinc maxime fluxili reddito, afficitur. Jungitur etiam hiſce dolor eximius, quippe ſi ſanguis per fibras tenſas & ideo admodum ſenſibiles trajicitur, non poteſt non ob fortiorem ſanguinis ad fibras appulſum dolor oriri, quem pulſus arteriarum fibras continuo feriens auget, & hinc dolor ille pulſatorius originem trahit. Quando autem in partibus interioribus ſive viſceribus talis ſanguinis contingit Staſis, majori quoque motuum apparatu opus eſt, nempe febrili, ut hujus ope, grave œconomiæ vitali imminens periculum mature tollatur, unde etiam moleſtiæ hiſce motibus junctæ longe graviores ſunt.

4 *In Febribus* & quidem

a Intermittentibus: harum cauſa eſt ordinarie materia viſcida, vel in primis viis, vel circa eaſdem hærens, quæ etſi activæ non ſit indolis, ſenſim ſenſimque tamen ſenſibilia incommoda, appetitum & digeſtiones lædentia producit, quod eo facilius contingit, ſi forſan materia altius ipſis impacta hæret viſceribus. Cum ergo hæcce materia ſit præternaturalis, neceſſario ad præcavenda damna e corpore expelli debet. Præſtat hoc Natura præcipue motu tonico, cujus ope univerſum habitum corporis eum quidem in finem conſtringit, ut major ſanguinis copia feratur ad interiora, & ſpecialiter ad ventriculum, inteſtina, ac viſcera hiſce proxima, quo beneficio uberioris ſecretionis & excretionis liquoris ſeroſi gaſtrici materia illa eluatur, & ad excretionem diſponatur. Quem finem etiam Natura ſæpius obtinet, dum materiam morbificam vel per ſuperiora, vel per inferiora ejicit, ac hoc modo febrem aliquoties recurrentem in ſubjectis junioribus & vegetioribus, ſine artis Medicæ concurſu, ſenſim ſenſimque profligat. Quamvis autem primus hic actus febrilis ſit ſalutaris, & ad corporis conſervationem tendat, variæ tamen eidem moleſtiæ ex neceſſitate conſequentiæ junguntur: *primo* enim ob conſtrictionem habitus corporis & ob denegatum hinc uberiorem ſanguinis influxum, color habitus corporis floridus & turgidus ejus ſtatus perit, locumque eorum inſignis pallor & contabeſcentia quaſi, cum vaſorum ſubſidentia occupat, quem *ſecundo* frigus extremorum & horror ſequitur. Excipit *tertio* haſce moleſtias notabilis anxietas, præcordiorum & nauſea, partim a congeſtione ſanguinis circa hæc loca ſtagnante, partim a conatu vomendi, quem ſæpius etiam actualis vomitus ſequitur, dependens. Quibus *quarto*: remittente horrore & peracto vomitu inſignis totius corporis laſſitudo accedit.

Cum vero ſub hoc ipſo primo febris actu, ſanguis circa interiores partes concipiat ſpiſſitudinem œconomiæ animali inimicam, damna ab ea metuenda neceſſario præcaveri debent. Quare Natura ad fluxilitatem ſanguinis reſtituendam, relaxato aliquo modo habitu corporis antea inſigniter conſtricto, ut humoribus in eum liber pateat aditus, pulſum cordis antea tardum, rarum, parvum atque oppreſſum auget, ut ſub hujus celeriore & frequentiore motu, ſanguis magis conquaſſatus priſtinam adipiſcatur fluxilitatem. Redit hinc color faciei, habitus corporis calidus & turgidus redditur, ac vaſa antea ſatis exilia iterum intumeſcunt, cum pulſu pleno & magno. Cum vero pulſus in celeritate & frequentia non ſolum per momenta augeatur, & jugiter continuet, increbeſcit hinc ob nimiam ſanguinis conquaſſationem calor, & ægro ſatis moleſtus fit: jungitur huic ſitis, facies turgida & rubicunda redditur, ac ob nimiam ebullitionem ſanguinis vaſa inſigniter extenſa eximium producunt dolorem capitis, quæ omnia tanquam inſeparabilia conſectaria motum ſanguinis auctiorem ſequuntur.

Dum autem ſanguis ſub hoc ipſo æſtu inſignem concipit fluxilitatem, & multum ſimul ſanguinis per frequentiorem & diuturnam conquaſſationem, & per partes poroſas tranſpreſſionem, in ſerum inutile convertitur, neceſſitas requirit, ut corpus ab eo liberetur, quod quidem omnium promptiſſime hoc in caſu fieri poteſt per ſudorem largiorem: & hinc etiam Natura habitum corporis & poros relaxat, ut humores majori copia eo propelli, & ſerum ſuperfluum excerni poſſit, quod ſi prompte contingit, ceſſant priores moleſtiæ, atque ceſſantem paroxyſmum nil niſi debilitas & fatigatio corporis ſequitur,

β *Continuis*: iiſque

1 *Ardentibus*: harum cauſa utpl. eſt biliosa, unde etiam facile in ſubjectis Cholericis poſt gravem iracundiam excitantur. Bilis itaque hæc, dum in primis viis acrimonia ſua varias turbas excitare ſolet, mature removenda eſt: quare Natura in hiſce febribus ordinarie ſub principium exacerbationis horrorem leviorem aut horripilationem excitat, ut hujus ope ex humoribus ad interiora latis, major fiat ſecretio & in inteſtina excretio, ac humores bilioſi temperentur. Cum vero in ſubjectis bilioſis humores quoque bilioſi in Maſſa ſanguinis abundent, & ſanguis etiam hinc ad majorem calorem concipiendum diſpoſitus ſit, maximus quoque ob pulſum celeriorem & fortiorem excitatur æſtus. Sed cum omnis naturæ labor ad evacuationem bilis in primis viis hærentis tendat, habitus corporis ſemper eſt ſtrictus, & hinc calor, ſive æſtus ordinarie eſt aridus, ac circa interiora & inpr. circa præcordia eo magis urget, unde anxietates, inquietudines, ariditas faucium, ſitis intenſa & clamoſa oriuntur, quæ tamen omnia, facta bilis per Vomitum aut Diarrhœam excretione, mitiora redduntur. Quod ſi vero nulla excretio ſequatur, eo magis æſtus circa interiora urget, & vel inflammationem inteſtinorum cum Febre Lipyria, vel Aphthas, alioſque mortis prodromos excitat.

2 *Continentibus* ſive *Synochis*: harum cauſa materialis eſt Plethora, quam Natura imminuere conatur; quare pulſum auget, ut hujus ope ſanguis per frequentiores conquaſſationes fluxilior redditus, eo facilius per Hæmorrhagiam narium evacuari, aut inſignis ejus portio in ſerum converſa, per ſudorem excerni queat. Quo autem huncce finem eo facilius obtineat, ſtringit ſimul habitum corporis & poros arctiores reddit; unde dum ſanguis per poros minores magno cum impetu continuo tranſpellitur, in minores ſenſim dirimitur partes & inſignem acquirit fluxilitatem. Sed hoc ipſo magnus etiam excitatur æſtus & ſitis, cum Cephalalgia ſatis acerba, rubore faciei & oculorum, vertigine, tinnitu aurium, inquietudinibus & Deliriis &c. Quę tamen moleſtię facile, ſi Hæmorrhagia narium critica die quarto vel ſeptimo in junioribus congeſtioni hunc ſanguinis in capite factæ

ſuper-

ſupervenerit, evaneſcunt: id quod etiam contingit, ſi in ætate conſiſtente ſudores vel critici, vel ſucceſſivi erumpunt. Quod ſi vero prorſus nulla excretio contingit, præter anxietates inſignes, facile Phrenitides, Convulſiones, Anginæ, Peripneumoniæ aliæque internæ inflammationes a ſanguine nimis commoto excitantur.

3 *Continuis* ſtricte ſic dictis, ſive Catarrhalibus aut Phlegmaticis Veterum, quas etiam continuas quotidianas vocant: harum cauſa materialis eſt Lympha mucoſa, a ſero falſo acri inquinata, ad ſtagnationes & partium eroſiones prona. Ut ergo Natura hæc Lymphæ vitia corrigat, ac mala majora imminentia præcaveat, excitat haſce febres lentas quidem, ſed tamen acutas & periodos exacte ſervantes. Per tales lenes commotiones febriles, lympha ſenſim ſenſimque attenuatur, & optime per Diaphoreſin partes ſeroſæ ſucceſſive expelluntur. Quod ſi vero Lympha ſpiſſior per motus febriles ad colatoria muci fertur, & ibidem ſtagnat, variæ circa illas partes excitantur moleſtiæ, ac Gravedines, Cephalalgiæ gravativæ, Deliria, Tuſſes, Pleuritides, Aphthæ, Anginæ &c. ſequuntur.

4 *Exanthematicis*, e quarum claſſe Variolarum ſaltem generationem enarraſſe ſufficiat: harum cauſa ordinarie eſt materia quædam ſubtilis, acris cauſticæ indolis, quam Natura per febrem ſubigere & expellere nititur. Tribus primis diebus præparatur illa materia, & ad excretionem diſponitur, ſub hac ipſa autem præparatione variæ accedunt moleſtiæ febrem comitantes, æſtus, ſitis, dolor capitis, dorſi, convulſiones &c. quæ partim alterationem in Tono, partim Pulſum febrilem ſequuntur, ac die quarto erumpentibus Variolis ceſſante pulſu febrili & alteratione toni, vel notabiliter imminuuntur, vel prorſus evaneſcunt; atque hoc modo Variolæ placide ad finem uſque ſeptimi erumpunt. Cum vero hoc ipſo tempore Variolæ facile ſubſidere, & cum inſigni periculo retrocedere queant, febris denuo accenditur, aut juxta aliorum mentem nova, nimirum inflammatoria ſupervenit; cujus ope ſanguis ad peripheriam corporis eum quidem in finem pellitur, ut retroceſſio impediatur, & maturatio puſtularum promoveatur: unde ſub hoc ipſo maturationis tempore habitus corporis eſt inflatus, ac rubet & dolet; quæ ſymptomata maturis puſtulis undecimo die ceſſant. Et hæc de Symptomatum generatione ſufficiant.

III. *Obſervationes* Pathologico-Practicæ.

1 Qui generationem Symptomatum ordinariorum intelligit, facile etiam extraordinaria ab iiſdem poterit dignoſcere.

2 Multa Symptomata in morbis occurrentia magis debentur imprudenti medicationi, quam motibus Naturæ in morbis regularibus.

3 Quo magis a recto tramite deflectunt motus in morbis, eo graviora etiam excitantur Symptomata.

4 Reſpectus non tam ad Symptomatum vehementiam & pluralitatem remediorum in curatione dirigendus, quam mali originem & fontem.

5 Qui illud tantum faciunt, ſæpius ſalutarem morbi typum ſiniſtra medicatione inſigniter pervertunt, cum poſteriori modo & ipſis Symptomatibus optime ſuccurratur.

6 Quo vehementiora Symptomata uno impetu & ſpontaneo Naturæ conatu ingruunt, eo major de graviori morbi ingreſſu ſuſpicio habenda eſt.

7 Symptomata acerbiora ſubito evaneſcentia, plerumque lethalem cataſtrophen poſt ſe ducunt.

8 In morbis malignis Symptomata ſæpiſſime admodum ſunt abſcondita, Medicuſque & ægrotus per apparentem valetudinis ſpeciem decipitur.

9 Melius eſt in morborum initiis & ante ſtatum Symptomata urgere, quam in declinatione.

De Erroribus Naturæ in motibus morborum cauſis oppoſitis & damnis exinde provenientibus.

I. *Definitio*:
Errores Naturæ ſunt malæ pulſus & toni, ut & motuum ſecretoriorum ac excretoriorum inconvenienti modo tempore ac ordine inſtitutorum adminiſtrationes, varia mala poſt ſe trahentes.

II. *Differentia*.

1 Reſpectu *organi*, alii errores a Natura committuntur in pulſu, alii in tono, alii in utroque ſimul.

2 Reſpectu *gradus*, quando tales motus erronei vel ob cauſam minoris etiam momenti nimium intenduntur, vel cauſa graviori præſente, prorſus intermittuntur, aut ſaltem debiliter, aut cum trepidatione ac tergiverſatione inſtituuntur.

3 Reſpectu *viarum* ſive locorum excretoriorum, quando materiæ vitioſæ ad inſolita loca vehuntur & per eadem excernuntur.

4 Reſpectu *quantitatis* materiæ excernendæ, quando vel in nimia copia, vel prorſus non, aut inſufficienti copia evacuatur.

6 Reſpectu *temporis*, quando materia quæ criticis aut periodicis diebus excerni debebat, intermediis evacuatur.

III. *Cauſa efficiens* talium errorum eſt Anima vitaliter in corpore agens, quæ uti propter peccatum in moralibus, ita & in vitalibus actionibus ad errandum admodum prona eſt: & hinc vel motus neceſſarios in corpore inſtituere neſcit, vel eoſdem excitare neque vult, neque poteſt.

IV. *Effectus* & damna talium errorum ſunt varia, quæ obſervantur.

1 In *Hæmorrhagiis*: quas quidem Natura in ſubjectis Plethoricis per diverſa loca, reſpectu ætatum, ad imminuendam Plethoram inſtituit, & hoc modo corpus a multis malis, ab abundantia ſanguinis pendentibus, vel præſervat, vel liberat. Errat vero ſæpius in hiſce, quatenus in ipſa evacuatione ſæpius excedit & plus ſanguinis, quam quidem præſens corporis ſtatus poſtulabat, & quidem vel uno impetu, vel ſæpius repetitis vicibus evacuat, ita ut corpus exinde maxime debilitetur, aut variis aliis malis, via ſternatur. Pariter errat, quando iis in ſubjectis, in quibus tales Hæmorrhagias cum fructu inſtituere poterat, motus ad Hæmorrhagiam producendam neceſſarios prorſus intermittit, aut ſanguinem per inſolitas vias, aut per loca ſatis periculoſa evacuare nititur: quemadmodum tale quid contingit in excretione menſium per vomitum, umbilicum, aut in aliis ſubjectis per pulmones & renes.

2 In *Congeſtionibus* & quidem

a Completis, quando motibus illis quidem ſanguinem ad loca Hæmorrhagiis deſtinata propellit & ſanguinis evacuationem molitur, cito tamen a motibus illis iterum vel deſiſtit, vel eoſdem ſufficienti robore non inſtituit, ita ut ſanguis erumpere queat, vel relicto loco minus periculoſo ad partes nobiles & interiores congeſtiones inſigni cum periculo inſtituit, & hinc variis ſtagnationibus, ſtaſibus inflammatoriis & corruptionibus ulceroſis viam ſternit: vel quando in ſubjectis ad Hæmorrhagias minus diſpoſitis pertinaciter in intentione ſanguinem evacuandi perſiſtit, ac hinc per motus fortiores ſpaſticos non ſolum graviſſimos dolores, ſed & ob ſanguinem, nimis diu in talibus partibus incarceratum, gravibus aliis affectibus, Inflammationibus, corruptionibus &c. occaſionem præbet.

b Incompletis, quando in ſubjectis Plethoricis Hæmorrhagias quidem, ſed e longinquo tantum molitur, ſive ut clarius loquar, quando per motum tonicum ſanguinem quidem verſus, non vero in loca Hæmorrhagiis deſtinata propellit, ac motus ſpaſticos ſemper augendo graviſſimos dolores excitat: aut quando ſanguinem in loca ad Hæmorrhagias prorſus non diſpoſita, uti ſunt

partes extremæ, impellit, & ibidem pertinacibus atque ſumme dolorificis ſpaſmis excretionem molitur, ac etiamſi excretio ibidem ſit impoſſibilis, poſtea eadem pertinacia Plethoræ imminutionem denuo quærit, taleſque excretiones tamdiu molitur, donec illi motus prorſus in conſuetudinem abeant: quale quid contingit in affectibus arthriticis partium tam ſuperiorum, quam inferiorum, ubi quidem in principio intentio Naturæ erat ſanguinem vel per Hæmorrhagiam narium, vel per Hæmorrhoides evacuandi, quæ quoque evacuatio ſæpius ſequitur, quam primum vero aliquod obſtaculum partim propter vaſorum anguſtiam, partim propter ſanguinis ſpiſſitudinem objicitur, relicta illa via excretionis ordinaria, ſanguis ad partes muſculoſas illarum partium transfertur ac per graves ſpaſmos in cervice, capite, ſcapulis, dorſo, pectore, lumbis, femoribus, genubus, pedibus &c. ejuſdem evacuatio a Natura tentatur.

3 In *inflammationibus*, quando Natura ſanguinem in levioribus etiam caſibus nimia copia in partes inflammatas impellit, atque hoc modo ſtaſin inflammatoriam auget, ubi quidem intentio laudabilis eſt, partes corruptas per affluentem ſanguinem eluendi, ſed inſignis tamen, nimiam ſanguinis copiam ad partem affectam transferendo, error committitur; aut quando ſanguinem ad partem affectam prorſus non dirigit, ita ut hinc putredo tandem integra membra occupet, iiſque mortem inferat, uti id in Gangræna & Sphacelo obſervamus, qui affectus ſæpius a leviſſimis inflammationibus originem trahunt.

4 In *Infarctibus* & Scirrhis viſcerum a ſanguine originem trahentibus: quando principium vitale ſanguinem, qui per Hæmorrhoides aut per Vomitum cruentum excerni debebat, ope motuum ſpaſticorum in hepate vel liene incarceratum detinet, ea quidem ſemper intentione dictum ſanguinem evacuandi, ſed cum ſanguis hic ob diuturniorem moram ſemper ſpiſſior ac hinc inhabilis ad excretionem magis magiſque reddatur, tandem abſumptis partibus aquoſis fluxilibus ſcirrhum viſceris, in quo hæret, producit, qui tandem ſucceſſu temporis exulcerationem & Hecticam poſt ſe trahit. Et etiamſi talis ſanguis interdum per Vomitum ſub forma materiæ nigricantis ad inſtar Rob ſambuci aut picis evacuetur, raro tamen ſalus exinde ſperanda eſt, quoniam talem excretionem nihilominus Hectica aut Hydrops non raro ſequuntur.

5 *In motibus* & quidem

a Auctis, quando Natura, a leviſſimis etiam cauſis aut ab ira excitata, graviſſimos ſtatim ſpaſticos ac convulſivos inſtituit motus, quibus tamen vel parum ad ſalutarem finem tendens obtinetur, gravioribus malis porta panditur v. g. quando præſente Plethora, aut eadem leviter per iram aliaſque cauſas etiam commota, Natura ſtatim convulſivos motus ad imminuendam Plethoram excitat, quibus tamen vel prorſus nihil ſalutare efficit, ſive aliquid excernit, vel ſanguinem uno impetu cum inſigni vitæ periculo expellit, aut etiam ubi interdum prorſus nulla excretio ſperanda eſt, nihilominus per frequentes & ſæpius repetitas convulſiones, tandem in conſuetudinem degenerantes, illud quod ipſi moleſtum videre expellere conatur.

b Imminutis, quando ob verum, vel imaginarium imminens periculum ſubito ab omni vel pulſu vel tono vel utriſque Natura deſiſtit & corpus gravi periculo exponit, id quod non ſolum in ſtatu ſano, ſed etiam morboſo ſæpius obſervatur, ubi frequenter ob leviores cauſas remiſſiones talium motuum, & lipothymiæ oriuntur.

6 *In Febribus*, ubi quidem Natura ſæpius errat, quando materiæ morbificæ, quæ per habitum corporis expelli debebant, hoc conſtricto ad interiora cum inſigni periculo feruntur: aut quando præſenti etiam leviori cauſæ motus febriles fortiores, vel vice verſa graviori remiſſiores opponuntur: aut etiam quando Natura materiam, quæ per lenem tantum diapnoen expelli debebat, per fortiores motus febriles tam in tono, quam in pulſu ſe exerentes, interim tamen placidam excretionem magis impedientes, quam promoventes, aut per largiores & continuatos ſudores, expellere conatur, quale quid ſæpius obſervatur in Febribus malignis: aut quando id quod per motum tonicum partium internarum ad habitum corporis propulſum fuit, per motum partium externarum ſive earundem conſtrictionem, & quidem ob leviſſimas cauſas externas, lenem ſcil. refrigerationem, aut imaginarium terrorem retroagit, quod ſæpius obſervatur in Febribus exanthematicis: aut tandem quando Natura vel ob terrorem panicum, uti in Peſte, vel propter malam conſuetudinem, vel propter timorem &c. motus cum ingenti periculo perverſe & male inſtituit. Ut alia, quæ ob prolixitatem huc trahi nequeunt ſilentio prætereamus.

V. *Obſervationes*.

1 Quo magis ſenſibilis eſt Natura, eo magis ad errores eſt prona.

2 Animi pathemata maximos ſæpius producunt errores in morbis & morbos etiam optime procedentes maxime pervertunt.

3 Quo minus Natura motibus aſſueta eſt morbificis, eo facilius in morbis errores committit.

4 Si in erroribus habitum quaſi acquiſivit Natura, fruſtranea utplurimum ſunt remedia.

5 Errores in morbis acutis & inpr. exanthematicis citiſſime ſequuntur damna funeſta.

De Erroribus Medicorum Practicorum.

I. *Definitio:*

Errores Medicorum Practicorum ſunt aberrationes a vera Medendi Methodo, quando neglecta Naturæ via remedia vel inconvenientia in morbis applicant, vel convenientia quoque debito tempore non exhibent, & ſic morbos cum damno ægrotantium corrumpunt.

II. *Cauſæ* talium errorum ſunt:

1 Theoria falſa cum Praxi nullam connexionem habens, ſive Theoria imaginaria.

2 Defectus veræ Hiſtoriæ morborum, tam Pathologicæ, quam practicæ.

3 Neglectus Methodi Naturæ, cui artificialis Methodus Medendi ſuperſtructa eſſe debet.

4 Neglecta diſtinctio Temperamentorum, Ætatum, Conſuetudinis, Senſibilitatis &c. in exhibendis remediis. Quæ & adhuc alia originem trahunt a debilitate judicii Practici, negligentia, temeritate, timiditate &c.

III. *Effectus* & damna errores tales ſequentia; & quidem

1 In *Praxi generali*, in qua graviſſimi committuntur errores a Medicis Practicis, quatenus fere in omnibus morbis, & inpr. in acutis, ad vulgo ſic dicta Univerſalia, Vomitoria, Venæ-Sectiones & Purgantia repetita confugiunt, iiſque ægrotantium vires, cum tamen Indicatio Vitalis omnium præcipua eſſe debeat, in morbi principio & augmento frangunt, ita ut hinc Natura in ſtatu neceſſario ſuccumbere cogatur. Certum quidem eſt Univerſalia præmitti debere, ſed anne ſola Vomitoria, Purgantia & Venæſectiones ſunt Univerſalia? Minime. Nam per Univerſalia intelligi debent omnia ea, quæ corpus ejuſque humores ita diſponere ſolent, ut poſtmodum Specifica, quibus præmitti debent Univerſalia, ſine impedimento efficaciam ſuam exſerere poſſint: Scilicet quæ humores ſuperfluos evacuando imminuunt & malam eorum diſpoſitionem corrigunt. Adeoque ad Univerſalium cenſum non ſola Vomitoria, Purgantia & Venæſectiones, ſed & reliqua Evacuantia, Diaphoretica, Diuretica, Salivantia &c. ut & omnia Alterantia, Abſorbentia, Incidentia, Reſolventia &c. pertinent. Et quænam quæſo ſunt illa Specifica, quæ præmiſſis Univerſalibus, poſtmodum exhibentur? nonne ſunt Evacuantia & Alterantia v. g. Antim. diaph. Mat.

ph. Mat. Perl. Conch. præp. Nitroſa, Cinnabarina, Salia &c. Graviſſime pariter errant Practici in morbis, quando nimis multa præſcribunt remedia, iiſque ægrotos obruunt, quo quidem nihil aliud, quam neceſſariarum Secretionum & Excretionum in morbis perturbationem, morborumque vel in pejus mutationem vel in diuturnum tempus protractionem obtinent. Uti autem multi in exceſſu vulgo ſic dictorum Univerſalium & multitudine remediorum, ita etiam non pauci in defectu & mala remediorum adminiſtratione peccant, quatenus vel dicta Univerſalia prorſus, ubi tamem iiſdem opus erat, negligunt, vel ea, tanquam minus neceſſaria imo noxia, contemnunt, aut ubi continuatio remediorum aut major eorum, doſis requiritur, minores tantum doſes exhibent, aut a continuato uſu deſiſtunt, & modo hæc, modo alia cum damno iiſdem ſubſtituunt.

2 In *Praxi Speciali* & quidem

a In Hæmorrhagiis, quibus non pauci ſolis, iiſque fortioribus adſtringentibus obviam eunt, quæ tamen tantum abeſt, ut aliquod emolumentum afferant, ut potius vel ſanguinis fluxum exaſperent, aut graviora damna, ſanguinis ſuppreſſiones alias excipientia, Dolores, Infarctus, Scirrhos, Inflammationes, Exulcerationes, Hecticas, Hydropes &c. poſt ſe trahant. Tanto certius vero errores committuntur, ſi Opiata in largiori doſi, uti ſæpius fieri ſolet, ipſis admiſcentur: cum tamen in largioribus Hæmorrhagiis vel revulſoriis Venæſectionibus ac temperantibus, nitroſis, leniterque adſtringentibus remediis ac gemmatis curationem aggredi ſatius eſſet. Nec minores errores in ſanguinis fluxuum ſuppreſſionibus committuntur, quando in hiſce myrrhata, ſuccinata, aloetica, Volatilia in majori aut ſæpius etiam repetitis doſibus exhibentur, quoniam talia utpl. aut majores ſuppreſſiones aut ſanguinis ad alia, & magis periculoſa loca, translationes producunt.

b In *Congeſtionibus* tam *completis*, quam *incompletis*, & ab iiſdem dependentibus *doloribus congeſtoriis*, *rheumaticis* & *arthriticis*, quos multi Opiatis compeſcere audent, quorum tamen uſum utplurimum majores Infarctus, Staſes ac Inflammationes ſequuntur: ut taceam, Opiata talia interdum ad breve tempus dolores ſiſtere, eoſdemque paulo poſt gravius recrudeſcere. Pariter errant, qui ſine urgente neceſſitate in talibus doloribus Venæſectiones inſtituunt, quatenus temporarium tantum ſunt auxilium, & utpl. ad faciliorem recidivam diſponunt: præſervationis vero gratia tales ſanguinis miſſiones optimæ ſunt.

c In *Staſibus Inflammatoriis*, quando per externa repellentia tractantur, aut quando motus ſalutares ad reſolutionem ſtaſeos neceſſarii per nimia refrigerantia, adſtringentia, opiata, Venæſectiones nimias, neglectis remediis reſolventibus & diaphoreticis, ſupprimuntur.

d In *Fluxibus ſeri*, quando ſudores avtocratici & Diarrhœæ ſpontaneæ per adſtringentia & opiata frequentius & largius exhibita cohibentur: quando Gonorrhœæ & Fluor albus præmature ſupprimuntur & hoc modo gravibus malis via ſternitur: aut quando tuſſes periodicæ neglectis revellentibus, reſolventibus, diaphoreticis, diureticis &c. per expectorantia tractantur, atque hiſce affluxus humorum ad pectus magis promovetur.

e In *Motibus*: quando nimirum in auctis neglectis humoribus, propter quos ſæpius tales motus inſtituuntur, ad ſola ſopientia, opiata & narcotica confugiunt, aut fortiora commoventia exhibent, quibus quidem paroxyſmum aut aliquo modo leniunt, aut ad tempus ſopiunt, faciliori vero recidivæ anſam præbent.

f In *Febribus*: quando materiam neque a Natura neque ab arte præparatam adhuc crudam, contra *Hippocratis* effatum & refragante inſuper ratione & experientia, fortioribus evacuantibus iiſque repetitis evacuare conantur, ac hiſce præmiſſis in intermittentibus ſtatim ad ſiſtentia confugiunt, & hoc modo infarctus viſcerum, Cachexias Hydropes &c. producunt. Eo gravior vero eſt error, ſi in acutis & exanthematicis Febribus per talia fortiora remedia Natura ſtatim in principio & augmento turbatur, & a ſcopo leniter diapnoico revocatur: aut ſi neglecta placida diaphoreſi & excretione per habitum corporis Medici Practici fortioribus ſudoriferis materiam morbificam expellere, & regimine etiam externo Naturam ad hancce excretionem cogere conantur. Ut alios quam plurimos errores, de quibus hinc inde in *Praxi Speciali* ſub Cautelis Practicis ſermo erit, ſilentio prætereamus.

IV. *Obſervationes*.

1 Medici, Naturæ methodum ignorantes, graviſſimos ſæpius errores in Praxi committunt.

2 Erroribus Naturæ juncti Medicorum errores, ægrotantium epitaphia ſunt.

3 Quo minus Theoria cum Praxi cohæret, eo facilior eſt lapſus in curatione morborum.

4 Experientia & Ratio huic innixa ac hiſce juncta Medici conſtantia, temeritatis, præcipitantiæ & timiditatis expers, ſunt optima contra errores remedia.

5 Prudens remediorum applicatio eorundemque continuatio, morbos ſæpius graviſſimos tollit.

6 Uti exceſſus, ita & defectus remediorum neceſſariorum in morbis, Medicum erroris arguit.

7 Audaces interdum fortuna in morbis deſperatis viſis adjuvat.

De cauſis morborum non-naturalibus.

I. *Definitio*: CAuſæ morborum non-naturales ſunt, quæ in ſtatu naturali admodum neceſſariæ & legitime obſervatæ ſanitatem conſervare, illegitime vero uſurpatæ, tam materialem corporis conſtitutionem, quam motus in œconomia animali occurrentes, variis modis alterare & turbare, adeoque ad morbos diſponere ſolent.

II. *Differentia*, ſunt ſex

1 Aer,
2 Cibus & Potus,
3 Motus & quies,
4 Somnus & vigiliæ.
5 Excreta & retenta.
6 Animi pathemata.

1. *De Aere*.

AEr ad varios morbos pro varia ſua conſtitutione diſponit & quidem

1 *Calore*, cujus intuitu humores nimis reſolvuntur, & volatilem acrem acquirunt indolem, unde poſtmodum Diarrhœæ, Dyſenteriæ, Febres & interdum ob reſolutionem nimiam Lipothymiæ & mors ipſa ſequuntur.

2 *Frigore*, quod non ſolum humores condenſat, ſed etiam ſtagnationes & ſtaſes inpr. in partibus exterioribus, imo Gangrænam & Sphacelum producit.

3 *Humiditate*, cujus reſpectu fibræ relaxantur & torpore quaſi afficiuntur, unde læſis ſecretionibus humorum ſpiſſitudo & mucoſitas, Catarrhi, Febres catarrhales &c. generantur.

4 *Siccitate*, inprimis ſi ſimul inſigniter rarefactus eſt, cujus intuitu humores pariter nimium reſolvuntur: ut taceam aerem talem rariorem ad reſpirationem ineptum eſſe. Alias aer ſiccus ſatis ſalubris eſt.

5 *Effluviis* variis ipſi admixtis: unde pro diverſitate talium partium modo Dyſenteriæ, Variolæ, modo Febres Petechiales, Peſtis &c. epidemice homines affligunt.

Obſervationes Pathologico-Practicæ.

1 Omnes conſtitutiones aeris diu durantes facilius ad morbos diſponunt.

2 Quo frequentius aeris fiunt alterationes & quidem

dem in contrarium, eo facilius etiam ob toni & humorum alterationem sequuntur morbi.

3 Constitutiones aeris humidæ & calidæ omnium sunt pessimæ & morbos malignos facile inducunt.

4 Luna insigniter aerem alterat, inpr. circa Novi & Plenilunium, hinc vel ad morbos disponit, vel eosdem præsentes exasperat.

5 Diversus aeris status circa Æquinoctia & Solstitia ad diversos quoque morbos disponit.

6 Venti & graviores tempestates interdum constitutionem aeris morbosam producunt, interdum vero eamdem tollunt.

Saluberrima aeris Constitutio est verna; unde hoc tempore præcipue corpora nostra mire recreantur.

2. *De Cibo & Potu.*

ALimenta humores & motus ad morbos variis modis disponunt.

1 *Quantitate* quatenus per alimenta immoderate assumpta viscera digestioni inservientia sensibiliter debilitantur, Plethora generatur, spissitudo producitur, ac secretiones & excretiones quam maxime pervertuntur.

2 *Qualitate*, quando cibi acidi humores condensant, salsi humores nimis salsos reddunt, aromatisati bilem augent, potus spirituosi motum humorum nimium accelerant, crudi & dyspepti chylum vitiosum viscidum largiuntur &c.

3 *Tempore assumendi*, quando nimirum nullum ordinarium alimenta assumendi tempus observatur, sed ea promiscue ingeruntur, potulenta solidis præmittuntur, & quæ sunt alia.

Observationes Pathologico-Practicæ.

1 Quantitas ciborum nimia multorum morborum est productrix.

2 Qualitas ciborum & potus, nisi continuatus usus accedat, raro nocet.

3 Omnia alimenta fermentantia facile ad morbos disponunt.

4 Cibi contrariæ indolis digestionem lædunt & chylum minus laudabilem præbent.

5 Potatio in seram usque noctem continuata, cruditatum & multarum partium excrementitiarum mater est.

6 Frequens ebrietas vel ad Hecticam & Hydropem, vel ad apoplexiam aut tremorem paralyticum disponit.

7 Potus Caffee matutinus sæpius tremorem artuum post se trahit & in quibusdam appetitum prosternit.

8 Liquores spirituosi matutino tempore poti, noxii sunt.

9 Inedia optimum quidem est Plethoricorum remedium, in aliis vero corpus insigniter debilitat.

10 Potus insufficiens humores spissos reddit.

11 Cibi, ventriculo vino repleto sumpti, multas pariunt cruditates.

12 Cibi nimis avide, & non bene masticati, ingesti difficulter digeruntur, & cruditatum fiunt causa.

13 Meditationes post pastum & in quibusdam etiam motus nimius turbant digestionem ciborum.

3. *De Motu & Quiete.*

MOtus & *Quies*, licet corpus iis quam maxime opus habeat, pariter nocent corpori

1 *Excessu*: dum in motu nimio non solum respiratio maxime intenditur, sed etiam musculi continuo modo constringuntur, modo dilatantur, sanguis hinc maxime resolvitur & insignis ejus pars in serum convertitur; cum vero hoc corpori conservando inutile sit, ac ex fibris ultra modum extensis nutrimentum simul excutiatur, non solum insignis corporis debilitas hinc oritur, sed etiam humores in orgasmo constituti ad Febres & Inflammationes disponuntur, quod eo facilius contingit in Plethoricis, quando sanguis uno impetu simul atque semel commovetur.

2 *Defectu*: unde torpor partium, spissitudo sanguinis, secretionum & excretionum turbatio, Cacochymia, Malum Hypochondriacum, Scorbutus, Scabies &c. sequuntur.

Observationes Pathologico-Practicæ.

1 Omnes commotiones fortiores sanguinem nimium commovent, & vel Hæmorrhagiis vel Congestionibus, Stagnationibus & Stasibus, inpr. circa partes Hæmorrhagiis dicatas, ansam præbent.

2 Præstat post motus fortiores leniter adhuc corpus aliquandiu movere, quam subito quiescere.

3 Potus frigidus post motum fortiorem sanguinem facile coagulat, & Phthisi vel Hecticæ ansam præbet.

4 Defectus motus consectaria potissimum se in abdomine exerunt.

5 Quies nimia & meditationes profundiores corpus insigniter debilitant.

6 Optimum est in motu, & in quiete tenere medium, excessus enim & defectus in utroque noxius.

7 Gravissimi sæpe morbi pro diversitate causæ vel solo motu, vel sola quiete felicissime curantur.

4. *De Somno & Vigiliis.*

SOmnus & Vigiliæ homini summe necessariæ res ad varios morbos disponunt

1 *Excessu*: Somnus excedens torporem producit in tono & partibus fibrosis, unde non solum Plethora, inpr. concurrente Diæta lautiori, sed etiam spissitudo humorum ob tardiorem sanguinis progressum generatur, ac Secretiones & Excretiones retardantur.

2 *Defectu*: quatenus in vigiliis nimiis non solum organa sensuum externorum, dum in continua sunt actione, insigniter debilitantur, sed etiam Anima, dum objectis continuo intenta est, ab actionibus vitalibus avocatur, unde non possunt non Nutritio, Secretiones & Excretiones variis modis turbari, & corporis insignis debilitas sequi. Huc pertinet etiam somnus sæpius interruptus, qui itidem noxius est.

3 *Tempore*: quando nullum ordinarium dormiendi tempus observatur, sed vigiliis debitum tempus in somnum impenditur.

4 *Modo*: Somnus enim prono capite initus caput stupidum reddit, & in oculis facile defluxiones parit: supinus vero somnus ad Incubum disponit; ut taceam pollutiones nocturnas sub tali situ longe esse frequentiores.

Observationes Pathologico-Practicæ.

1 Somnus profundus in subjectis ad eum non dispositis, sine causarum manifestarum concursu semper monstri quid alit.

2 Somnus profundior in subjectis Phlegmaticis torporem fibrarum & humores excrementitios auget.

3 Vigiliæ nimiæ citius & facilius ad morbos disponunt, quam somnus nimius, inpr. in hominibus sensibilibus.

4 Somnus meridianus multis magis prodest, quam nocet,

5 Somnus in loco humido & cubiculis calce recenter obductis, facile ad morbos disponit.

6 Qui nimio somno sese addicunt, variis catarrhalibus, & tandem apoplecticis morbis corpus exponunt.

7 Vigiliæ nimiæ extra acutos morbos cephalalgias pariunt, in acutis vero deliria.

8 Indicant eædem Naturam activam, sicuti somnus nimius torpidam.

5. *De Excretis & Retentis.*

EXcreta & Retenta disponunt ad morbos eosque actu producunt.

1. Quando ea, quæ naturaliter e corpore excerni debent, præter naturam in eo retinentur, uti sunt;

1 Sudor, 2 Urina, 3 Bilis, 4 Mucus,
5 Feces alvinæ, de quibus jam dictum fuit, quo etiam referri debet
6 Sanguis Menſtruus ac
7 Lochia, ut &
8 Sanguis ſuperfluus alias per Hæmorrhagiam narium conſuetam & Hæmorrhoides excerni ſolitus, præter naturam retentus: quorſum etiam ſpectat
9 Sanguis ſuperfluus neglecta Venæſectione & Scarificatione conſueta retentus.

II. Quando ea, quæ naturaliter in corpore remanere debent, cum detrimento corporis præter naturaliter excernuntur, uti ſunt
1 Sanguinis Menſtrui & Lochiorum fluxus nimius.
2 Sanguis in Hæmorrhagiis adſuetis nimium effluens.
3 Lactis ſpontaneus effluxus.
4 Seminis involuntaria excretio.
5 Salivæ nimius in oris cavitatem fluxus.
6 Partium inutilium nimiæ excretiones.
7 Venæſectiones & Scarificationes nimiæ.
8 Evacuantia fortiora, Vomitoria, Purgantia &c. corpus humoribus privantia.

Obſervationes Pathologico-Practicæ.
1 Humores inutiles retenti laudabiles ſanguinis & lymphæ partes inquinant & corrumpunt, ac ad corporis conſervationem inhabiles reddunt.
2 Corpus etiam quam maxime gravant, ac in ipſas quoque partes ſolidas potentiam ſuam exerunt.
3 Sanguinis fluxus in ſequiori ſexu ſuppreſſi, in multos affectus feminas præcipitant, a quibus redeunte fluxu liberantur.
4 Venæſectiones & Scarificationes conſuetæ neglectæ omnibus morbis a Plethora oriundis portam pandunt.
5 Excretiones largiores tanto periculo non exponunt homines, ac ſuppreſſæ, inpr. ſi ſuppreſſio uno impetu facta fuerit.
6 Diu tamen continuantes & nimio impetu contingentes, corpus inſigniter debilitant, ac non raro ad Hecticam & Hydropem diſponunt.
7 In Excretorum & Retentorum prudenti obſervatione & directione conſiſtit fere Vita & Sanitas noſtra.

6. *De Animi Pathematibus.*

ANimi Pathemata diſponunt ad morbos, quatenus motus augent, & humores ſimul movent, partim ad exteriora, partim ad interiora, uti ſunt
1 *Ira*, furor ille brevis, quæ maxime agit in motus & inſignem humorum ebullitionem excitat, pulſus cordis hinc augetur, vaſa in habitu corporis inflantur, corpus incaleſcit: tumet, rubet, oculi fulgent, in quibuſdam inſigne accedit robur corpori, in aliis vero omnes artus tremunt, bilis in inteſtina effunditur, quem ſæpius vel Vomitus bilioſus vel Diarrhœa excipit. Ob hanc igitur nimiam Toni, Pulſus & humorum commotionem, gravia ſæpius mala, Epilepſia, Convulſiones, Febres bilioſæ, Hæmorrhagiæ, exacerbatio aut reſuſcitatio Podagræ, Doloris Nephritici &c. ſequuntur. Iram vero ſuppreſſam excipiunt Cardialgiæ, Palpitationes, Congeſtiones ſanguinis ad interiora, Hæmorrhagiæ Uterinæ in feminis, Abortus &c.
2 *Terror*, qui contrario modo ſe habet, dum ſpaſmo quaſi univerſali habitu corporis conſtricto, humores ſubito a partibus exterioribus ad intetiores lati & moti ibidem ſtagnant; unde non ſolum Anxietates inſignes præcordiorum, cum Palpitatione cordis, ſed & Convulſiones, Epilepſiæ, Suffocationes, Apoplexiæ, fluxuum ſanguinis in mulieribus ſuppreſſiones, aut interdum nimiæ ſanguinis profuſiones aliique affectus & interdum mors ſubitanea ſequuntur.
3 *Triſtitia* & *Metus* tollunt robur partium ſenſim ſenſimque, unde propter tardiorem ſanguinis circulum, ſpiſſitudo humorum, variorum chronicorum affectuum, Infarctuum ſcil. Scirrhorum, Melancholiæ, Mali Hypochondriaci, ſuppreſſionis Menſium, Hæmorrhoidum &c. cauſa, ſequitur.
4 *Gaudium*, quod etſi corpori raro noceat, interdum tamen propter exceſſum & nimiam humorum commotionem non ſolum affectuum variorum, ſed etiam mortis ſubitaneæ fit cauſa.
5 *Laſcivia* & *Amor nimius*: hoſce affectus ſæpius non tantum inſignis enervatio totius corporis, ſed etiam actionum rationalium perturbatio, uti id in Amore inſano & Furore uterino contingit, ſequitur.
6 *Imaginatio profundior* huc etiam referri meretur, qua mediante ſæpius homines in varios morbos, quibus ſe affectos eſſe falſe ſibi perſuadent, præcipitantur.

Obſervationes Pathologico-Practicæ.
1 Quo magis ſubitanea eſt ira, eo facilius varios affectus excitat.
2 Quo gravior eſt ira & quo diutius durat, eo graviora etiam ſequuntur mala.
3 Quo magis inclinat temperamentum ad motus fortiores, eo facilius quoque ira affectus præternaturam producit.
4 Ira gravior ſuppreſſa ſemper pejoris eſt indolis.
5 Ira ſæpius nulla alia cauſa materiali præſente, humores nimium commovendo & motus in ſolidis augendo, varios affectus producit.
6 Si materialis per ſe jam noxia adeſt cauſa, ea per iram commota eo gravius affligit, quod in calculoſis potiſſimum obſervamus.
7 Terror, quo magis eſt ſubitaneus, eo facilius ſanitatem alterat.
8 Terror panicus, contagioſos & peſtilentiales morbos præcedens, Naturam admodum pavidam reddit, ita ut poſtmodum propter ſummam in agendo trepidationem & metum facile ſuccumbat.
9 Quo diutius durat Triſtitia, eo magis etiam ſanitas læditur.
10 Gaudium maximam triſtitiam ſubito excipiens magnas præprimis in corpore excitat alterationes.
11 Quo minus aſſueta eſt Natura ad Animi affectus graviores, eo facilius & gravius etiam corpus ab iiſdem affligitur.
12 Animi affectus graviores gravidas magis lædunt, quam alios homines.
13 Unde ſæpiſſime non tantum enormium Hæmorrhagiarum ſed & ipſius abortus ſunt auctores.
14 Graviſſimi quandoque motus epileptici ab amore inſano originem habentes per excretionem Seminis fuere ſublati.

De Corporum diſpoſitione ad morbos, reſpectu Ætatum, Sexus, Temperamentorum, Conſuetudinis & Senſibilitatis.

I. *Definitio*: DIſpoſitiones ad morbos ſunt certæ circumſtantiæ, quarum intuitu homines certis morbis facilius corripiuntur, ſive quæ quidem ut cauſæ veræ non concurrunt ad morborum productionem, ſed ſaltem occaſionem præbent, ut morbi vel facilius homines invadant, vel gravius affligant.

II. *Differentia*: Diſpoſitio talis reſpicit
1 *Ætates*, in quibus homines ad certos morbos magis diſpoſiti ſunt.
2 *Sexum*, cujus intuitu vel homines ad ſpeciales affectus, vel ad alios quoque magis proni ſunt.
3 *Temperamenta*, quorum reſpectu ob diverſum ſtatum partium tam ſolidarum, quam fluidarum ac ſecretionum & excretionum homines quoſdam morbos facilius, quam alii, incurrunt.
4 *Conſuetudinem* & *Senſibilitatem*, juxta quas homines aut in morbos facile incidunt, aut iiſdem gravius, vel mitius affliguntur.

1. *De Morbis Ætatum.*

I. *Definitio*: MOrbi Ætatum ſunt affectus præter naturam, certa vitæ periodo magis affligentes, ab humorum per motus ad certas partes directione utplurimum originem trahentes.

II. *Differentia*.
1 Alii occurrunt in *Incremento*, & quidem
a In *Infantia*, qui partim propter pilorum, partim propter dentium generationem, in capite potiſſimum

mum se exerunt: uti sunt *Exulcerationes* capitis & faciei superficiariæ: *Dolores*, *Ardores*, *Inflammationes* aurium, oculorum, *Aphthæ*, *Pavores* in somno, *Convulsiones* & *Epilepsiæ*.

b In *Pueritia*, aut etiam ultimis Infantiæ annis: *Capitis dolores*, *Faciei rubores*, *Inflationes*, *Hæmorrhagiæ narium*, *Odontalgiæ*: *Otalgiæ*, *Coryzæ*, *Tumores* glandularum colli, tonsillarum *inflammationes* &c.

c In *Adolescentia*: præter antea recensitos faucium affectus, sæpius adhuc repullulantes, *Angina*, *Hæmoptyses*, *Pleuritides*, *Tusses* ficcæ & humidæ, *Tubercula*, *Pulmonum*, affectus *Arthritici* circa scapulas, *Pleuritis Spuria*.

2 Alii reperiuntur in *Consistentia*, scil.

a In *Juventute*: haud exclusis antea recensitis morbis, *Malum Hypochondriacum* in otiosis; in Cholericis & vino deditis *Arthritides* vagæ; in Venereis, *dolores* præmaturi *lumbares*, sive *Lumbago* rhevmatica aut *Nephritis spuria* & molimina ad *Hæmorrhoides* internas.

b In *Ætate Virili* & *Consistente*: præter modo enarratos sæpius intercurrentes morbos, *Hæmorrheides* internæ & externæ, vel fluentes, vel turgentes, vel tumentes, *Calculus*, *Malum Ischiadicum*, *Gonagra*, *Podagra*, *Hectica*, *Hydrops*, *Apoplexia* sanguinea &c.

3 Alii deprehenduntur in *Decremento* sive *Senectute*, uti sunt: *Cessationes Hæmorrhoidum* cum insequentibus doloribus spasticis in osse sacro & lumbis, sive incompletis ad Hæmorrhoides moliminibus, *Mictus sanguinis*, aut materiæ pituitosæ tenacis, *Calculus*, *Podagra* diuturna & anomala, *Catarrhus suffocativus*, *Asthmata graviora*, *Tussis* chronicæ, *Paralyses*, *Apoplexiæ* serosæ, *Marasmus*. Plura vide *in D. D. Stahlii Dissert. de Morb. Ætat. Fundam. Conf. Pathol. Nostr. Sect. II. cap. X. Membr. I.*

III. *Observationes* Pathologico-Practicæ

1 Morbi Ætatum potissimum respiciunt translationes sanguinis ad certa loca, unde vel fluxus vel stases eorundem, vel motus spastici oriuntur.

2 Morbi Ætatum ratione objecti non differunt, sed differentia tantum deprehenditur in subjecto & loco: in junioribus enim occurrunt in capite, in Adolescentibus & Juvenibus in pectore, in Viris in hypochondriis, in reliquis vero magis in partibus inferioribus.

3 Qui narium Hæmorrhagius obnoxii fuerunt in Pueritia, facile postea in Adolescentia translationes morborum ad pectus, ac succedentibus temporibus ad Hypochondria & inferiora loca patiuntur.

4 Morbi certis ætatibus convenientes in habitum degenerantes, facile etiam in subsequentibus vitæ periodis affligunt, vel curati recrudescunt.

5 Eo magis autem & certius priora loca, ubi congestiones antea instituerat, repetit Natura, quo minus in ætatum mutationibus in excretionibus hæmorrhagicis quas in aliis locis denuo intendit, ad scopum pervenit.

6 Qui in juniori ætate spasticis doloribus circa caput frequenter afflicti fuerunt, ii sequentibus ætatibus similibus doloribus circa pectus & inferiores partes facile corripiuntur.

7 Hæmorrhagiæ narium in senibus, in juniori ætate iisdem assuetis, recrudescentes sæpius Apoplexiæ sunt prodromi.

8 Omnes morbi respectu ætatum incongrui, vel difficulter curantur, vel periculosi sunt.

9 Venus præmatura, præmature quoque ad morbos virorum disponit, & sic quoque *malitia supplet ætatem*.

2. *De Dispositione Sexus ad Morbos.*

MOrbi homines diversi Sexus affligentes varii sunt, & respiciunt

1 *Sexum Masculinum*, qui dispositus est

a In *genere*

1 Ad *Hæmorrhagias* narium, Hæmoptysin, Hæmorrhoides & Mictum cruentum, quas feminæ rarius ob Mensium legitimum fluxum experiuntur.

2 Ad *Congestiones*, circa loca Hæmorrhagiis hisce destinata infestantes.

3 Ad *affectus Arthriticos*, varios dolores congestorios tandem excipientes.

4 Ad *Febres* præcipue intermittentes tertianas.

b In *Specie* vero respectu partium genitalium.

1 Ad erectionem membri vel læsam sive impotentiam, vel nimiam, uti in nimia Salacitate & Priapismo, vel depravatam, qualis contingit interdum in Gonorrhœa virulenta & tortura penis.

2 Ad ejusdem membri inflammationem, Phimosin & Paraphimosin.

3 Ad seminis generationem læsam, quando vel deficit, vel excedit, vel nimis cito, aut etiam contra voluntatem, vel nimis tarde excernitur.

4 Ad testium tumorem, eorumque inflammationem & Scirrhum,

5 Ad Herniam completam sive Oscheocelen, aut Herniam scrotalem, ut & ad Hernias incompletas, scil. Sarcocelen, sive carnosam, Pnevmatocelen, aut Physocelen sive ventosam, Hydrocelen, sive aquosam, Cirsocelen sive varicosam.

2 *Sexum femininum*, qui incliuat

a In *genere*

1 Ad *Plethoram*, non quidem ob vitam otiosam, uti multorum est sententia, sed quia fœtus nutritioni feminæ destinatæ sunt, & hinc etiam plus in illis requiritur sanguinis.

2 Ad *Vomitum cruentum*.

3 Ad *Congestiones* inpr. in infimo ventre se exerentes.

4 Ad *Morbos convulsivos*, ob majorem, quam præ Viris habent sensibilitatem.

5 Ad defectus motuum *Lipothymias*, *Syncopen*, *Paralyses* &c.

b In *Specie*, & quidem

1 Ad *Pathemata* mulieribus *communia*, uti sunt:

a Uteri inflatio sive Empnevmatosis, a flatibus Uterum distendentibus orta, conceptionem interdum mentiens.

b Uteri inflammatio a sanguinis stasi ortum trahens.

c Exulceratio ejusdem.

d Hydrops Uteri a sero & lympha, vel in ipsa Uteri cavitate, vel ejus substantia stagnante, dependens.

e Procidentia Uteri, frequens in maritatis, rarissima in cœlibibus.

f Angustia sive clausura Uteri, coitum & impræguationem impediens.

g Mensium suppressio & stillicidium a variis in-et externis causis orta.

h Mensium fluxus nimius.

i Menstrua vitiosa, serosa scil. nigricantia, purulenta, fœtida &c.

k Mensium fluxum inordinatum.

l Menses cum insignibus molestiis & doloribus fluentes.

m Menses per insolita loca excreti.

n Fluor Albus.

o Passio Hysterica, sive suffocatio uterina quibusdam dicta.

p Tumores, Scirrhi & Cancer mammarum.

q Melancholia ac Furor uterinus.

r Cachexia & Chlorosis.

2 Ad *Affectus* in Conjugio viventibus *proprios*, & quidem

a *Impræguandis*, uti sunt Appetitus Veneris læsus, Sterilitas, Conceptio læsa sive Molæ & Monstrorum generatio.

b *Gravidis*, uti sunt Nausea & fastidium ciborum, Vomitus, Pica & Malacia, Palpitatio cordis, Odontalgia, Respiratio difficilis, lassitudines artuum, Spasmi, Stranguria, Diarrhœæ, Lumborum ac Coxendicum dolor, Hæmorrhoides cœcæ, Varices, Tumores pedum œdematosi, ac Hydrops pudendorum, Hæmorrhagiæ, Abortus, Fœtus mortuus &c.

3 *Par-*

2 *Parturientibus*, quæ laborant Doloribus nothis, Partu difficili, partim a debilitate matris, nimia orificii uteri anguſtia, defectu dolorum aut motu eorum verſus ſuperiora, Plethora &c. partim a membranis fœtum ambientibus nimium firmis, fœtu item nimis magno, præmaturo aquarum effluxu & hinc dependente viarum ſiccitate, fœtu mortuo aut malo ejus ſitu, nec non ſecundinarum retentione, tam propter nimiam earum cum utero connexionem, quam propter præmaturam uteri clauſuram dependente.

4 *Puerperis*, quarum præcipui affectus ſunt: Lochia vel nimia, inſigniter corpus debilitantia, vel deficientia, aut prorſus ſuppreſſa, quæ Febres inflammatoriæ, miliares aliique graviores affectus ſequuntur; frequentes quoque ſunt in puerperis dolores poſt partum, inflatio abdominis, partim a lochiis deficientibus, partim a neglecta poſt partum uteri ligatura originem ducentes: huc pertinent etiam Incontinentia urinæ, Diarrhœæ, Ruptura vulvæ, Tumor pudendorum, Alvus ſuppreſſa &c. de quibus ſuo loco in *Praxi ſpeciali*.

5 *Lactantibus*, quæ pronæ ſunt ad Lactis abundantiam, defectum, coagulationem, falſedinem, aquoſitatem, Febrem lacteam, Tumores ſive nodos & Inflammationes mammarum, ac inde promanantes abſceſſus, Scirrhos, Cancrum, Fiſſuras papillarum.

Obſervationes Pathologico-Practicæ.

1 Præmatura aut tardior ſeminis excretio, raro ad generationem apta eſt.

2 Membrum flaccidum & ſcrotum continuo pendulum impotentiam indicant.

3 Quoniam multi morbi Menſium negotium turbant, hinc etiam feminæ gravius iiſdem laborant, quam viri.

4 Quo magis animi affectibus obnoxiæ ſunt feminæ, eo facilius legitimus menſium ſucceſſus turbatur, & varii morbi inſequuntur.

5 Quæ Menſium fluxum nunquam experiuntur, utplurimum ſteriles ſunt.

6 Feminæ frequentius, partim propter nimiam ſenſibilitatem, partim propter Menſium & Lochiorum malum ſucceſſum, partim propter graviditatem ejuſque conſectaria, morbis affliguntur, quam viri.

7 Pejores ſemper affectus fluxuum ſanguinis in ſexu feminino ſuppreſſiones, quam eorum largiorem ſucceſſum ſequuntur.

8 Niſi ſanguinis fluxus in feminis in ordinem redigantur, nunquam conſtanter curantur affectus ab iis dependentes.

9 Affectus Lochiorum vitia excipientes ſemper pejores ſunt iis, qui Menſium defectum vel exceſſum ſequuntur.

10 Febres Puerperarum acutæ ſemper peſſimæ ſunt indolis.

11 Dolores poſt partum Opiatis compeſcere velle, periculoſum eſt.

12 Adſtringentia, Volatilia & Opiata mulierum affectus fere ſemper pejores reddunt.

13 Utero poſt partum non rite purgato, facile poſtmodum concrementa carnoſa, conceptionem impedientia & abortum excitantia, generantur.

14 Lactis vitia, ſæpius nullo ſenſu dignoſcenda, in infantibus ſe exerunt.

15 Lactantibus menſtrua fluere non ſemper tutum eſt: plurimi enim infantes eo tempore admodum male ſe habent, imo quandoque ipſis corripiuntur motibus convulſivis.

3. *De Temperamentorum diſpoſitione ad morbos.*

TEmperamenta diſponunt ad morbos varios & quidam reſpectu.

1 *Habitus corporis* vel ſtrictioris, vel laxioris.

2 *Pulſus* magis vel minus vegeti.

3 *Vaſorum ſanguiferorum* exilium & amplorum.

4 *Sanguinis* tam quantitate quam qualitate peccantis intuitu.

5 *Secretionum & Excretionum* promptius vel tardius ſuccedentium.

6 *Indolis animi* ad affectus animi, ſomnum, laborem &c. magis vel minus proni.

HOrum ergo requiſitorum intuitu inclinat Temperamentum

I. *Sanguineum*, (ubi habitus corporis eſt laxior, vaſa ſunt minora, pori majores, pulſus moderatus, vegetus tamen, ſanguis fluxilis & hinc per omnes partes facilis motus, ſecretionum & excretionum legitimus ſucceſſus, ac animus ſecurus, adeo ut harum rerum reſpectu ad morbos non adeo pronum ſit, niſi accidentales ſuperveniant turbæ).

1 Ad *Plethoram*, quam tamen raro Natura per nares, aut alias Hæmorrhagias, ob vaſorum exilitatem & tonum minus vegetum, imminuit, & ob hanc rationem

2 Ad *Congeſtiones*, oppletiones & infarctus circa loca Hæmorrhagica potiſſimum ſe exerentes & haſce poſtmodum facile excipientes

3 *Affectus Rheumatico-Arthriticos*, Malum ſchiadicum, Podagram &c.

4 Ad *Inflammationes* tam externas ac febres acutas inflammatorias.

5 Ad *varias perturbationes* motuum in morbis occurrentium: cum enim in hocce temperamento animus ob negotia vitalia legitime ſuccedentia admodum ſecurus atque tranquillus ſit, facile hinc objectis impedimentis perturbatur, ac motus neceſſarii facile omittuntur, aut ſumma cum trepidatione ac tergiverſatione procedunt; hinc etiam ſtatim tota œconomia animalis vacillat, & lypothymiæ ac anxietates graviores, deliria anxia & torpida ſæpius ſequuntur; ſuperato tamen periculo vigorem facile recuperant.

6 In ætate provectiori ad Apoplexias Sanguineas, Hemiplexias, Catarrhos ſuffocativos proni ſunt.

II. *Cholericum*, in quo habitus corporis eſt ſtrictus, pori minores, vaſa ampla, pulſus cordis fortis & vegetus, ſanguis ſumme fluxilis & calidus, motus per poros minores aliquo modo impeditus, quem tamen pulſus vigor faciliorem reddit, ſecretiones & excretiones ob eundem pulſum legitime ſuccedentes, animus impatiens & ad fortiores motus pronus: & hinc tale temperamentum diſpoſitum eſt

1 Ad *Hemorrhagias*, partim propter Plethoram, partim propter vaſorum capacitatem & ſanguinis fluxilitatem, partim vero propter motuum vigorem; quando vero hæ propter varias cauſas non ſuccedunt, ſequuntur

2 *Congeſtiones* & quidem longe majori impetu quam in Sanguineis, & dolores exinde orientes longe quoque acerbiores ſunt quam in reliquis: haſce excipiunt

3 *Affectus Spaſtici* graviſſimi ſumma cum pertinacia affligentes, ſæpius tranſeuntes

4 In *Convulſiones*, partim propter fibrarum tenſionem, partim propter promptitudinem ad motus.

5 Inclinat ad *Febres* & inpr. acutas cum deliriis furioſis & violentis: ſi vero intermittentibus corripiuntur, æſtus in illis quam maxime urget.

6 Ad *Alvi fluxus*, Diarrhœas bilioſas, Choleram, Dyſenteriam, quæ utplurimum graviorem iram & effuſionem bilis uberiorem comitantur: bile vero acriori in inteſtinis remanente facile ſuperveniunt Colicæ, ac Febres bilioſæ.

7 Ad *Maniam*, quam præ cæteris experiuntur.

III. *Phlegmaticum*, in quo habitus corporis eſt mollis, laxus, turgidus & valde poroſus, vaſa minora, pulſus languidus & rarus, ſanguis fluxilis, tenuis, ſed valde aquoſus, ſecretiones & excretiones commode quidem, ſed lente procedentes, animus ad otium atque ſomnum proclivis &c. & hinc diſpoſitum eſt

1 Ad *Fluxus ſeri*, Coryzam, Tuſſes humidas, Diarrhœas pituitoſas, ſudores nimios &c.

2 Ad varias *Congeſtiones* ſeroſas ſive catarrhales, in iis potiſſimum locis ſe exerentes, ubi in aliis ſubjectis ſanguinis congeſtiones alias fieri ſolent, unde Gravedines, Aſthmata, Catarrhus ſuffocativus, Inflammationes Ventriculi, Flatus &c.

3 Ad *Stagnationes ſeri*, Oedemata, Cachexiam, Hydropis varias ſpecies.

4 Ad *Staſes* & corruptiones ſeri ac inde dependentes exulcerationes capitis, aurium, cutis reliquæ, Pulmonum &c.

5 Ad *Febres intermittentes* diuturnas ac catarrhales &c. & id quidem propter motuum languorem.

6 Ad *Affectus Soporoſos*, Paralyſes, Apoplexiam ſeroſam &c.

7 Ad *Delíria ſtupida* & Comatoſa.

IV. *Melancholicum* (in quo habitus corporis eſt ſtrictus, denſus, frigidus, ſiccus, minus poroſus, vaſa ampla, pulſus tardus, ſed fortis, ſanguis ſpiſſus, ſecretiones & excretiones tardiores, animus dubius, meticuloſus, diffidens) diſpoſitum eſt

1 Ad *Hæmorrhagias*, ſed non ſine difficultate procedentes, magis vero

2 Ad *Congeſtiones* & ſpaſticas contentiones circa loca hæmorrhagica ſe exerentes inprimis vero

3 Ad *malum Hypochondriacum* : & quoniam ſanguis hinc inde ob craſſitiem ſtagnat, & ad Staſes inclinat, ſæpius exinde oritur

4 *Melancholia*, cum metu incarcerationis, inſidiarum &c. Plura vide *in D. D. Stahlii Pathol. pag.* 74. *& ſeqq. & Ejuſd. Diſſert. de Temperamentis*.

Obſervationes Pathologico-Practicæ.

1 Doctrina de morbis Ætatum ac diſpoſitione Temperamentorum ad morbos ſummam habet utilitatem in Praxi.

2 Qui proportionem inter fluida & motus in quovis temperamento noverit, facile etiam poterit prædicere ad quoſnam morbos ſubjecta ſint diſpoſita.

3 Licet idem morbus diverſi temperamenti homines affligat, diverſa tamen in talibus hominibus occurrunt ſymptomata.

4 Quæcunque temperamenta ad faciliores perturbationes prona ſunt, ea etiam facilius ad graviores morbos diſponunt.

5 Quo magis ſunt fluxiles humores, & quo tranquilliores ſunt motus, eo facilius etiam morbi per ſecretiones & excretiones ſolvuntur.

6 Uti Cholerici in morbis ob motuum exceſſum freno, ita Phlegmatici ob eorundem defectum ſtimulo opus habent.

7 Quieta continentia & ſufficiens potus in multis Chlericorum morbis ſunt optima remedia.

8 In Sanguineis & Cholericis curationes ſpontaneæ ſunt frequentiores, quam in Phlegmaticis & Melancholicis.

9 Melancholici ob ſolam imaginationem & metum multis morbis exponuntur.

10 Morbis acutis Phlegmatici & Melancholici non facile corripiuntur, niſi fuerint epidemici.

11 Temperamentum Sanguineum per malam diætam in Phlegmaticum verſum, homines ad ejuſdem Temperamenti morbos diſponit.

12 Omnia temperamenta morbis chronicis admodum immutantur, ut eorum diagnoſis tunc maxime ſit difficilis, niſi accuratum prægreſſæ ætatis & conſtitutionis examen inſtituatur.

4. *De Conſuetudine ægrotandi & Senſibilitate.*

I. *Definitio* : Conſuetudo in morbis eſt aſſuefactio motuum in certis morbis occurrentium, ob quam quidem homines a levioribus cauſis excitati, vel in conſuetum vel in congenerem morbum incidunt, ſed facilius tamen reſtituuntur, quam qui motibus morbificis non ſunt aſſueti.

Senſibilitas eſt diſpoſitio ad morbos, Naturam potiſſimum reſpiciens, quando hæc ob leviſſimas etiam cauſas, graviores, quam neceſſitas poſtulat, excitat motus, ad removendum illud, quod ipſi vel vere, vel falſo aut imaginarie tantum moleſtum eſt, aut videtur.

II. *Differentia* : Quamvis utraque reſpiciat motus propter cauſas morbificas contingentes, in eo tamen differunt, quod

Conſuetudo oriatur a multiplici actuum exercitio, & hinc tandem in habitum degeneret, unde huc pertinent morbi habituales.

Senſibilitas vero partim ipſam corporis ſenſibilem ſtructuram, partim vero & quidem præcipue ipſam Naturam, eamque ob hæreditariam diſpoſitionem, vel ab objecto quodam adverſo adeo ſenſibilem reditam, ut ſtatim vel facta ſolum objecti iſtius moleſti mentione, aut ejuſdem oblatione, ſtatim præ faſtidio ad illud amoliendum, quamvis energia ejus tanti non ſit momenti, motus inſignes inſtituat.

III. *Subjectum*

1 *Conſuetudinis*, omnes quidem homines habitum aut conſuetudinem acquirere poſſunt in morbis, ſed uti materiales quædam cauſæ ad motum magis vel minus ſunt aptæ, ac motus quoque pro ſubjectorum diverſitate ſunt diverſi, ita etiam probabile videtur, quoſdam homines vel facilius incidere in morbos habituales, vel iiſdem ſæpius præ aliis affligi. Præ ceteris ad conſuetudinem morboſam aptiſſimi videntur, qui in rebus moralibus propoſiti tenaces ſunt, hi enim, teſte experientia, morbis diuturnis facile aſſueſcunt, præſertim cum anxietates eorundem meticuloſitas ac imaginatio affectus ſemel ſopitos facile revocare ſoleat. Hiſce accenſeri merentur ſanguinei, qui poſt graviores perpeſſos inſultus, ſæpius adeo redduntur meticuloſi, ut poſtea etiam ad novas ægritudines eo promptiores reddantur, aut alios jam perpeſſos eo facilius ſubeant: quod exinde apparere poteſt, quod nullum Temperamentum ad arthritico-ſpaſticos affectus pertinaces & ſæpius recurrentes, propter leviores etiam cauſas, adeo pronum ſit, ac Sanguineum. vid. *D. D. Stahlii Pathol. pag.* 76. Si vero Clericorum affectus in conſuetudinem degenerant, hi eo gravius & frequentius propter motuum promptitudinem & vehementiam, iiſdem corripiuntur.

2 *Senſibilitatis* ſubjecta ſunt:

a Reſpectu *Temperamentorum*, Cholerici & Melancholici magis quam Phlegmatici & Sanguinei.

b Reſpectu *Ætatis*, juniores magis quam adulti.

c Reſpectu *Sexus*, feminæ præ viris.

d Reſpectu *Idioſyncraſiæ*, partim quibus hæreditarius impreſſus eſt character, ita ut vel generaliter ad omnia, vel ſpecialiter ad certa tantum objecta admodum ſenſibiles, & hinc ad varias turbas, & inde pendentes morbos proni ſint: partim qui adſcititiam talem habent ſenſibilitatem, ita ut ob eandem facile in varias perturbationes incidant: qualis interdum occurrit in hominibus alias ſatis robuſtis.

IV. *Obſervationes* Pathologico-Practicæ.

1 Homines ob ſolam conſuetudinem ad morbos proni, ſæpius diutius vivunt, quam ii, qui morbis nunquam laborarunt.

2 Tales etiam graviſſimos ſæpius affectus ſuperant, quibus alii ſuccumbunt.

3 Hujuſmodi tamen conſuetudo ſemel introducta non ſine inſigni difficultate tollitur.

4 Qui ob excretionem quandam aſſuetam male procedentem ſæpius in morbos incidunt, facile iterum ea recurrente, priſtinam recuperant valetudinem.

5 In morbis conſuetudinalibus quam maxime ab imperita medicatione, nimirum adſtringentium, Volatilium & Opiatorum præpoſtero uſu, ſibi cavendum eſt, graviſſima enim inducunt ſymptomata, imo non raro ipſam mortem poſt ſe trahunt.

6 Quo plures inſultus morbidi in ſenſibilibus obſervantur, eo magis etiam enervatur energia vitalis, & eo brevior etiam vitæ univerſus eſt ambitus.

7 Nonnulli tamen, ſi creſcentibus annis ſenſibilitas illa excitata validiori impetu excuſſorio & exoneratorio ſcopum ſuum aſſequitur, nihilominus diu vivunt. vid. *D. D. Stahlii Pathol. pag.* 391.

8 Quo magis ſenſibiles ſunt homines, eo facilius etiam morbi præſentes pervertuntur, inprimis ſi affectus per ſe ad præcipites alterationes ſunt proni.

9 Nulli ſenſibiliores ſunt, quam qui de melancholico & cholerico temperamento ſimul participant.

THEORIÆ MEDICÆ

PARS III.

DE

SEMIOTICA.

I. *Definitio*: SEmiotica eſt tertia pars Medicinæ miniſtra, quæ tradit ſigna tam generalia quam ſpecialia ſtatus ſecundum & præternaturam.

II. *Diviſio*,

1 Eſt Generalis quæ agit in genere de ſignis, ſtatum tam præternaturalem, quam naturalem manifeſtantibus.

2 Specialis, quæ tradit in ſpecie ſigna, ſpeciales affectus præternaturam indicantia eoſque ab aliis morbis diſtinguentia, de quibus in *Praxi Speciali*.

III. *Obſervationes*,

1 Niſi Medicus veram Theoriam ſive ſolidam Phyſiologiæ & Pathologiæ cognitionem habeat, in Semiotica vix ullos faciet progreſſus.

2 Nil Medicum magis ornat, quam ſolida doctrina de Diagnoſi & Prognoſi morborum.

3 Diagnoſi & Prognoſi deſtitutus Medicus, cœcus eſt incuratione morborum & Empiricum irrationalem plus, quam Medicum rationalem agit in Methodo Medendi.

De Signis in genere.

IN conſideratione Signorum quæ a Medicis tractantur notanda ſunt

I. *Definitio*:

Signum eſt aliquid notum, ſive res in ſenſus incurrens, ignotum quid manifeſtans, ſive ſignum eſt res vel naturalis vel præternaturalis, quæ Medico indaganti viam monſtrat, ſtatum vel naturalem vel præternaturalem, ſive ſanitatem ac morbos in genere & in ſpecie cognoſcendi.

II. *Differentia*,

1 Alia ſunt *Diagnoſtica*, quæ ſtatum præſentem tam ſecundum quam præternaturam manifeſtant.

2 Alia ſunt *Prognoſtica*, quæ ſtatum futurum indicant: & juxta quoſdam

3 Alia ſunt *Anamneſtica* ſive *Memorativa* quæ ſtatum præteritum manifeſtant, quæ tamen ab aliis partim ad Diagnoſtica, partim ad Prognoſtica referuntur.

4 Alia ſunt *communia*, quæ in pluribus affectibus reperiuntur, v. g. urina tenuis in febribus acutis deliria portendit, in nephriticis imminentem affectum indicat, in quibuſdam potum nimium ſequitur &c.

5 Alia ſunt *propria*, quæ etiam *Pathognomonica* vocantur, quæ certis tantum morbis competunt; & talia interdum unicum tantum phænomenon requirunt, uti pulſus celer & frequens in febribus, interdum vero plurium concurſu opus eſt, v. g. in Pleuritide, dolore punctorio lateris, reſpiratione difficili, tuſſi cum ſputo cruento & purulento, pulſu duro ac febre acuta. Et talia ſigna vocantur *diſtinctiva*, quia certos affectus ab aliis diſtinguunt.

III. *Fontes*. *Sunt*

1 *Conſtitutio corporis* naturalis vel præternaturalis; ubi conſiderari merentur non ſolum corporis ipſius conſtitutio legitima vel illegitima in genere, ſed & omnium partium ſolidarum externarum in ſenſus incurrentium debita conformatio & ad uſum aptitudo.

2 *Actiones* corporis legitimo vel illegitimo modo procedentes, & hinc ſtatum ſecundum & præternaturam manifeſtantes, uti ſunt Pulſus, Reſpiratio, Nutritio, Senſus, Motus, Memoria, Judicium &c.

3 *Effectus*, actiones haſce ſequentes, Secretiones & Excretiones aliaque accidentia ſecundum vel præternaturam ſe habentia.

4 *Cauſæ* tam externæ quam internæ, v. g. Diſpoſitio corporis reſpectu temperamentorum, Sexus, Ætatis, Senſibilitatis, Conſuetudinis, Vitæ generis: aſſumpta, morbi prægreſſi, cauſæ lædentes variæ, animi pathemata &c.

5 *Analogiſmus*, comparando ægrum vel cum ſe ipſo, vel cum aliis, v. g. membrum luxatum cum altero non luxato, Petrum cum Paulo eodem vel diverſo morbo laborante, aut ſanitate fruente.

6 *Juvantia* & *nocentia*, quæ ſæpius ſigna, ſed magis prognoſtica exhibent.

De Signis Diagnoſticis.

I. *Sanitatis*.

1 Conformatio, ſtructura & numerus omnium partium corporis internarum externarum decens pleriſque hominibus ſanis conveniens.

5 Habitus corporis major vel minor flaccidiras aut tenſio, color ejuſdem vel floridus vel pallidus, calor intenſior, vel remiſſior pro ſubjectorum & temperamentorum diverſitate.

3 Oculi vivido aſpectu præditi, fulgentes turgidi & ſufficientibus humoribus irrigati, ac ad objecta quæcunque ſine impedimento directi. Reliqua vide in *Phyſiologia* de *Sanitate*.

II. *Morbi* tam *imminentis*, quam *præſentis*.

1 Exceſſus vel defectus partium ſolidarum, mala earundem conformatio & cohæſio, ſolutio & læſio præternaturam, œconomiam animalem turbans.

2 Habitus præter conſuetudinem ſtrictus aut relaxatus, cum conjunctis variis moleſtiis.

3 Coloris ejuſdem in pallidum, lividum, flavum ſine cauſa manifeſta mutatio.

4 Calor vel frigus inſolitum, aut horum frequentes alternationes.

5 Pulſus a naturali ordine deflectens, celer, frequens, magnus, plenus, tardus, rarus, parvus, debilis, inæqualis &c.

6 Reſpiratio velox, tarda, laborioſa, anxia ſuffocationem minitans, inæqualis, ſuſpiriis ſtipata, cum ſonitu & ſibilo procedens, anhelitus fœtidus &c.

17 Sudor vel multus vel nullus, vel fœtidus cum inſignibus moleſtiis conjunctus.

8 Urina pauca, ſuperflua, craſſa, turbida, tenuis, flammea, purulenta, cruenta, crocea, nigra, fœtida, ſabuloſa &c.

9 Bilis ad habitum corporis regurgitatio, vel per ſuperiora aut inferiora evacuatio moleſta.

10 Mucus copioſus e naribus fluens, acris nares & partes vicinas erodens, inſignis ejus copia tuſſi moleſta e pectore aut motu periſtaltico auctiori cum torminibus per alvum ejectio, aut ejuſdem fluentis ſubitanea ſuppreſſio inſignibus moleſtiis ſtipata.

11 Feces alvinæ copioſæ, nullæ, nimis fluidæ, acres, fœtidæ, cum torminibus frequentius ejectæ.

12 Lac copioſum, limpidum, aquoſum, acre, coagulatum, ſpiſſum &c.

13 Semen quantitate excedens, deficiens, involuntarie cum vel ſine dolore excretum.

11 Saliva copioſa, deficiens, ſpiſſa, tenax, amara, ſalſa, fœtida, ſputum cruentum, purulentum &c.

15 Lacrymæ multæ, deficientes, acres, tunicas arrodentes, involuntariæ, ſpiſſæ.

16 Appetitus vel proſtratus, auctus, vel inordinatus, inſolita appetens.

17 Sitis vel nulla vel intenſa, continuo durans vel remittens.

18 Preſſiones poſt ſumptos cibos, nullaque ab iis refocillatio, digeſtio nulla, ciborum plus vel minus alteratorum per vomitum vel alvum ejectio.

19 Nutritio excedens, uti in obeſitate nimia, deficiens cum vel ſine tumore abdominis duro & calore hectico.

20 Vox rauca clangoſa, lingua arida.
21 Somnus nullus, nimius, inſomniis anxiis turbatus & ſæpius interruptus.
22 Inſignis fatigatio corporis poſt leviores motus, membra torpida, gravia.
23 Senſuum nimius torpor aut acies excedens.
24 Animus torpidus, anxius, ſollicitus, inquietus, ad iram, triſtitiam &c. præter morem pronus.
25 Inſolita pathemata gravidas affligentia.
26 Sanguinis e diverſis partibus eruptiones, corpus inſigniter debilitantes, aut conſuetorum fluxuum ſuppreſſiones.
27 Dolores varii tenſivi, gravativi, punctorii, pulſatorii, rodentes &c. cum vel ſine rubore & tumore hinc inde in corpore ſe exerentes.
28 Motus inſoliti contractorii aut relaxatorii vel partes quaſdam, vel totum corpus occupantes.
29 Calor inſignis, cum vel ſine horrore prægreſſo corpus inſigniter excrucians. Ut alia de quibus in ſequentibus ſermo erit, ſilentio prætereamus.

Obſervationes.

1 Quo major fit receſſus a ſtatu naturali, eo magis ſigna ſtatus p. n. ſe manifeſtant.
2 Signa ſtatus naturalis quæcunque in ſtatu præternaturali apparentia, utpl. bonum morbi eventum prænunciant, niſi alia pejora obſtent.
3 Unicum interdum malum ſignum in morbis majorem attentionem meretur, quam multa bona.
4 Pulſus bonus, urina bona, inſigni tamen concurrente debilitate, anxietate & perturbatione mentis, utpl. malignitatem latentem indicant.
5 Quo plura ſtatus præternaturalis ſigna concurrunt: eo pejor utplurimum eſt ſtatus.
6 In quovis morbo mente conſtare bonum & contra.
7 Plurium morborum, tam acutorum, quam chronicorum facies index eſt.

De Signis Prognoſticis.

I. *Definitio*: SIgna Prognoſtica ſunt, quæ ſtatum morbi futurum, eventum ſcil. durationem & modum eventus indicant.

II. *Differentia.*

1 Alia ſunt, ſigna Prognoſtica, *eventum morbi* manifeſtantia, ſive ſalutis & mortis indicia tradentia, an ſcil. morbus periculi expers, an periculoſus, an vero lethalis ſit.
2 Alia ſunt quæ docent *durationem*, aut univerſalem morbi ambitum ſive longitudinem & brevitatem, an ſcil. morbus ſit acutus, peracutus &c. an vero chronicus.
3 Alia tradunt *modum eventus* ſive ſolutionem morbi, eamque vel ſubitaneam vel lentam. Sed de hiſce Prognoſticis mox ſpecialiter agemus.

1. *De Signis Prognoſticis eventus morbi, ſive de ſignis ſalutis & mortis.*

I. *Definitio*: SIgna ſalutis & mortis ſunt, quæ Medico operanti monſtrant eventum ſalutarem vel lethalem morbi.

II. *Differentia.*

1 Alia *ſalutem* indicant, ſive monſtrant morbum neque periculoſum, neque lethalem, ſed potius ſalutarem eſſe, v. g. Hæmorrhagia narium in ſubjectis junioribus, Hæmorrhoides in viris, Febris tertiana vernalis in ætate juniori &c.
2 Alia *mortem* prænunciant, ſive morbum lethalem eſſe indicant, quales morbi ſunt læſiones graviores viſcerum &c.

Alia ſunt *dubia*, quæ quidem inſigne periculum portendunt, incertum tamen relinquunt Medicum præſagientem: ita quamvis Peſtis, Febris petechialis &c. ſint morbi maxime periculoſi & ſæpius lethales, multi tamen ab iis etiam ſine Medici ope liberantur.

III. *Fontes.* Deſumuntur ſigna hæc

1 A *Subjecto* morbi: ubi inquirendum an vires adhuc conſtent, an vero inſignis earundem adſit labefactatio: an ſubjecto reſpectu ætatis & temperamenti conveniat morbus, an ratio vacillet &c.
2 A *parte affecta*: an ſcil. pars affecta ſit nobilior & abſolute ad vitam neceſſaria, an vero ignobilior?
3 A *morbo ipſo*: an nimirum ſit magnus, an parvus, an acutus contagioſus, malignus, inveteratus?
4 A *Symptomatibus*: an ſcil. ſymptomata ſint ordinaria, an vero extraordinaria, inſolita?
5 A *cauſis*: an ſit materialis, activa, ſive ſumme mobilis, acris, corroſiva, maligna, lenta, viſcida, an immaterialis, ira, terror &c.?
6 A *juvantibus & nocentibus*: an remedia aliis ſalutaria aliquem vel prorſus nullum edant effectum? an motus alias ſalutares ad finem perveniant? an ſigna coctionis aut cruditatis appareant? Sed de omnibus hiſce & aliis ſignis inferius ſpeciatim agemus.

IV. *Obſervationes.*

1 In præſagienda vita & morte non facile uni ſigno fidendum eſt, niſi fortius ſit, ita, ut alia ſuperet: v. g. inſignis virium ſine cauſa manifeſta proſtratio, licet pulſus bonus & urina laudabilis ſit, ſemper malum portendit.
2 Quo magis vires in quocunque morbo ſupprimuntur, eo majus metuendum eſt periculum & contra.
3 Omnes morbi reſpectu ætatis incongrui periculum minantur, & contra.
4 Quo magis actiones vitales, animales & rationales perturbantur, eo pejor eſt ſtatus.
5 Quo minus aſſuetum eſt ſubjectum morbis, eo periculoſior eſt ſtatus.
6 Quo nobilior eſt pars affecta, eo gravius metuendum eſt periculum & contra.
7 Affectus partium internarum utplurimum ſunt graviores, quam externarum partium læſiones.
8 Quo major eſt morbus, eo gravius periculum ſubeſt & contra.
9 Morbi inveterati ſemper pejores ſunt.
10 Morbi acuti, maligni & contagioſi nunquam periculo vacant.
11 Quo magis acuti ſunt morbi, eo facilius enecant & contra,
12 Symptomata inſolita, ſine cauſa manifeſta morbis ſupervenientia, ſemper monſtri quid alunt.
13 Symptomata gravia, ſtatui morbi alias propria, ſi in principio ſtatim apparent, lethalem utpl. exitum protendunt,
14 Symptomata actiones vitales nimium turbantia ſemper majus periculum inferunt, quam reliquarum actionum ſymptomata.
15 Quo magis activa & penetrans eſt cauſa, eo facilius etiam effectum lethalem edit.
16 Morbi ab immaterialibus cauſis producti utpl. pejores ſunt iis, qui a materialibus cauſis dependent; niſi forſan cauſa horum fuerit maligna.
17 Remediorum efficacium uſum, ſi prorſus nullus in morbis ſequitur effectus, malum eſt & mortem inſtantem ſæpius indicat.
18 Quo magis vero ſenſibiliter medicamenta convenientia operantur, eo melius eſt.
19 Si motus Naturæ, in acutis præcipue, nullæ ſenſibiles ſequuntur excretiones, utpl. malum eſt.
20 In acutis prædictiones utplurimum ſunt incertæ.
21 Plura tamen ex coctionis & cruditatis urinæ Signis præſagire licet,
22 Medicus ſemper ex pluribus Signis ſimul conſideratis Prædictiones formet, alias facile errare poteſt,

De coctione & cruditate.

I. *Definitio*: COctio eſt actio Naturæ, qua mediante in febribus præcipue acutis materiam morbificam ita præparat, ut ſubacta vel correcta e corpore & inpr. per urinam expelli queat. Cruditas vero eſt contrarius ſtatus.

II. *Differentia.*

1 Alia juxta veteres eſt *debilis* & *obſcura*.

2 Alia

2 Alia magis *manifesta*, quæ potissimum in morbi augmento occurrit.
3 Alia est *perfecta*, quæ in statu morbi deprehenditur.
4 Alia *imperfecta*, ad cruditatis statum adhuc inclinans. Uti autem diversi sunt coctionis, ita & tres diversi cruditatis sunt gradus.

III. *Signa* coctionis sunt
a Universalia, quæ desumuntur potissimum ab urina.
b Particularia, quæ in morbis pectoris a sputo, in abscessibus a pure, in affectibus vero primarum viarum ab excrementis desumuntur: quamvis hæc ultima ad universalia referri queant, quando scil. multa recrementa e Massa humorum ad intestina deponuntur, atque hoc modo de universali humorum statu indicium præbent.

IV. *Causa efficiens*:
Est Natura sola, quæ mediantibus motibus materiam crudam, continuo per varias partes transpellendo, sensim sensimque ita alterat, ut sine ulteriori noxa tandem vel subito per crisin, vel lente e corpore expelli possit: talis enim vitiosus humor nunquam ita alteratur, ut cum reliquis humoribus vitalibus in gratiam redire queat, quare expulsione ejus absolute opus est. Concurrit tamen ad coctionem etiam ars Medica & quidem duplici modo, imminuendo scil. quantitatem & corrigendo qualitatem coctionis opus turbantes: id quod fit per convenientes evacuationes sanguinis & seri, si morbi conditio & tempus id permittunt: quorsum etiam spectant remedia varia alterantia, quæ convenienti tempore exhibita Naturæ, in corrigendo, resolvendo, temperando &c. humore crudo, suppetias ferunt.

V. *Observationes*.
1 Signa coctionis & cruditatis se manifestant in excrementis, scil. in Urina, excrementis alvinis & sputo, & in abscessibus in pure.
2 Coctionis signa semper bona sunt, quocunque tempore appareant.
3 Præsentibus etiam malis signis, coctionis signa nihilominus bona sunt.
4 Urina in morbis acutis constanter cruda permanens, nec ullum sedimentum deponens, morbum lethalem esse utplurimum indicat.
5 Urina optima est, si candidum sedimentum fuerit pellucidum & æquale.
6 Morbi pectoris nunquam solvuntur, nisi sputo probe cocto & alterato.
7 Feces alvinæ admodum fluidæ, & fœtidæ inter signa minus salutaria referendæ.

2. *De Signis Prognosticis Durationis.*

I. *Definitio*: Signa Durationis sunt, quæ longitudinem vel brevitatem morborum Medico monstrant.

II. *Differentia*:
1 Alia *brevitatem* morbi
2 Alia vero ejusdem *longitudinem* indicant.

III. *Fontes*. Signa hæcce petuntur
1 A *Subjecto*: ubi considerandum cujusnam ætatis sit æger, cujus temperamenti, an vires constent &c.?
2 A *parte affecta*: an viscera affecta sint, an vero aliæ partes &c.?
3 A *morbo*: ejusque differentiis essentialibus & accidentalibus, an sit epidemicus, malignus, hæreditarius, adscititius &c.?
4 A *Symptomatibus*: an sint mitiora, an graviora, an morbo respondeant?
5 A *causis*: an sit maligna, an benigna, an biliosa, mucosa, serosa &c.?
6 A *Signis coctionis* & cruditatis. Plura de hisce fontibus inferius sub signis dicemus.

IV. *Observationes*.
1 Sensibiles, juniores, fœminæ, sanguinei &c. facile morbis afflinguntur, sed facile etiam reconvalescunt.
2 Senes, Phlegmatici & Melancholici diutius morbis laborant.
3 Quo magis prostratæ sunt vires in acutis, eo brevior plerumque est morbus.
4 E contra chronici corpore debili existente diutius durant, qui tamen in robustioribus breviori tempore solvuntur.
5 Quo nobilius læsum est viscus, eo brevior est morbus.
6 Omnes morbi hæreditarii diuturni sunt.
7 Morbi magni brevioris sunt durationis.
8 Infarctus & Scirrhi morbos diuturniores reddunt.
9 Exulcerationes viscerum lentæ tarde admodum ad finem properant.
10 Morbi serosi plerumque diuturniores sunt.
11 Morbi epidemici & maligni brevi tempore finiuntur.
12 Quo citius morbi tempora particularia absolvunt, eo citius etiam ad finem universalem properant.
13 Quo graviora sunt symptomata, eo citius etiam morbus finem assequitur.
14 Quo magis activa est causa, eo citius etiam morbus vel ad salutem vel mortem terminatur.
15 Quo minus vero ad motum apta est materia morbifica, eo diutius protrahitur morbus.
16 Quo diutius protrahitur coctio, eo diuturnior quoque est morbus.
17 Tempus coctionis utplurimum est medium tempus morbi, sive tantum est intervallum a signis coctionis ad finem morbi, quantum ab ejus principio ad tempus coctionis v. g. si signa coctionis die quarto apparent, morbus plerumque finitur die septimo & sic porro.

3. *De modo eventus.*

I. *Definitio*: Est solutio morborum vel subitanea, vel lenta, & quidem vel ad salutem, vel ad mortem, per Crisin & Lysin

II. *Differentia*.
1 Alius est subitaneus & quidem vel salutaris vel lethalis qui fit
a per subitaneam immutationem & discussionem materiæ morbificæ & quidem in melius: ita sæpius per animi pathemata podagra aliique graves morbi soluti fuere: huc etiam pertinent remedia illa Chimicorum penetrantissima, quæ inexplicabili quodam modo gravissimos in instanti quasi morbos sustuliisse dicuntur. In pejus autem quando fere ex improviso, ob retrocessionem macularum, exanthematum aliasque causas, morbi subito in deterius ruunt & lethales fiunt.
b per subitaneam evacuationem: idque vel cum euphoria, uti id fit in crisibus veris & salutaribus, per Hæmorrhagias, sudores &c. vel cum cacophoria in excretionibus talibus symptomaticis & nimiis.
c per transpositionem; quando materia morbifica e corpore non expellitur, sed e partibus nobilioribus & e sanguine in partes exteriores sive ignobiliores deponitur, quale quid contingit in morbis acutis malignis, in quibus materia morbifica varios abscessus, parotides, & bubones formant, qui abscessus, si probe maturantur & ex iisdem ruptis vel apertis materia noxia evacuatur, ægrotis saluti sunt, retrocedentes vero eosdem jugulant.
2 Alius est successivus, quem vocant *Lysin*: quando scil. morbi circa dies criticos, vel in iis sensim sensimque solvuntur per evacuationem lentam, quod contingit in multis febribus acutis exacte periodicis, ut & in morbis chronicis: aut quando morbi lento pede ad mortem properant, uti febres lentæ & hecticæ. Sed de singulis hisce speciatim agemus & quidem

1. *De Crisibus.*

I. *Definitio*: CRisis est actio Naturæ in morbis præcipue acutis, ubi materiam morbificam vel quantitate vel qualitate peccantem, bene præparatam per certa corporis emunctoria repentine expellit, & corpus ab interim imminente vindicat: sive est impuri a puro separatio & expulsio cum euphoria.

II. *Differentia*:

1 Alia est *perfecta*, quæ ope sufficientis excretionis perfecte morbum solvit: ita ut statim euphoria sequatur, ac symptomata hactenus molesta, etiam gravissima, vel insigniter mitigentur, vel prorsus evanescant.

2 Alia est *imperfecta*, quando materia quidem per motus febriles præparatur & ad locum excretorium fertur, sufficienti tamen copia, vel ob insufficientem præparationem, vel ob motus non satis vegetos, vel ob organi excretorii malam dispositionem, non excernitur.

3 Alia prorsus est *nulla* sive *Acrisia*, quando quidem Natura motibus suis propellit materiam ad locum destinatum, prorsus tamen nulla sequitur excretio; aut quando in iis morbis, ubi probabiliter crisis expectari poterat, neque salutaris excretio, neque etiam motus ad excretionem tendens instituitur, & ægrotus hinc in inevitabile vitæ periculum conjicitur.

III. *Tempus*: est status morbi, in quem incidunt vulgo sic dicti *dies critici*: qui dividuntur

1 in Criticos stricte sic dictos, in quibus scil. optimæ & perfectæ crises ordinarie cum euphoria contingere solent: quales sunt septimus, decimus quartus & vigesimus: aut juxta alios vigesimus primus, quo tempore alias morbi acuti ordinarie cursum suum absolvunt: hisce ab antiquis Medicis adhuc, in morbis scil. ultra ordinarium terminum extensis, adduntur vigesimus septimus vel octavus, trigesimus quartus aut quintus, quadragesimus aut quadragesimus secundus,: ultra quem terminum rarissime crises se extendunt, sed morbi potius vel abscessibus, vel lento successu finiuntur.

2 In improprie sic dictos, quales sunt

a Indices sive Indicatorii, qui scil. qui die critico futurum sit, indicant; hi sunt quartus, undecimus & decimus septimus, quorum primus septimi, secundus decimi quarti, tertius vigesimi vel vigesimi primi, est index: ita si die quarto coctionis signa in morbis, quæ alias per crisin solvi solent, apparent, criseos aut saltem mutationis in melius die septimo futuræ indicium præbent: ita quoque Hæmorrhagiæ die quarto in minori quantitate contingentes, Crisin per Hæmorrhagiam narium completam die septimo futuram sperare jubent.

b Intercalares sive *Incidentes*, quos alii etiam Provocatorios appellant, in quibus interdum ob Naturæ errorem, vel ob humorum motum nimium aut malignitatem crises, sed imperfectæ, eveniunt; tales dies sunt tertius, quintus, nonus, decimus tertius, decimus nonus &c.

c Vacui, in quibus neque criseos indicia apparent, neque crises fiunt, neque provocatio ad eaidem observatur, sive in quibus vel nullæ, vel malæ vel imperfectæ crises contingunt: quales sunt, sextus, (qui, quia semper malæ in eo observantur & periculosæ excretiones, tyrannicus ordinarie ab antiquis vocatur) octavus, decimus. Hi dies vocantur etiam *Medicinales*, ideo, quod hisce diebus remedia exhibere liceat.

IV. *Subjectum* sive morbi in quibus crises contingere solent, sunt Febres (quamvis enim in aliis morbis contingere soleant excretiones cum euphoria, crisеos tamen nomen a Medicis illis non tribuitur) & quidem Febres acutæ ubi tamen statim excipi debent: Febres inflammatoriæ, quæ scil. insigni cujusdam visceris labi junguntur: ac Febres exanthematicæ, quales sunt Variolæ, Morbilli, Purpura, Febris Petechialis: quamvis enim in hisce variæ sentiantur commotiones circa dies indicatorios & criticos, crises tamen in iis minime observantur. Ex acutarum autem censu, in quibus observantur Crises, sunt sequentes.

1 Febres ardentes cum insigni Plethora conjunctæ, in quibus crises contingunt
a Per Hæmorrhagiam narium in junioribus
b Per sudorem in adultis

2 Febres biliosæ ab assumptis & iracundia ortæ, ubi fiunt
a Per Vomitum &
b Per Diarrhœas

3 Febres continentes sive sanguineæ sive Synochi, qui ad imminuendam Plethoram a Natura instituuntur, unde in hisce fiunt vel
a Per Hæmorrhagiam narium, quod inpr. in junioribus ad annum circiter vigesimum quintum cõtingit.
b Per sudores largiores, in iis scil. qui dictum vel trigesimum annum superarunt.

V. *Signa*.

1 Crisis *imminentis* sive futuræ & quidem
a Per *Hæmorrhagiam narium* in Plethoricis subjectis,
1 Frigus extremorum inprimis pedum, aut saltem notabilis in iisdem caloris remissio.
2 Alvi adstrictio.
3 Urina tenuis.
4 Murmura abdominis.
5 Tensio Hypochondriorum sine dolore.
6 Respirationis difficultas cum oppletione pectoris.
7 Inflatio colli ejusdemque vasorum ac pulsatio.
8 Cervicis dolor.
9 Rubor faciei.
10 Pulsatio magna vasorum & gravitas in tẽporibus.
11 Tinnitus aurium & sibilus
12 Insomnia turbulenta de flammis aliisque rebus rubris.
13 Oculorum hebetudo & marmaryges illis obversantes, rubor & dolor punctorius in meditullio bulbi.
14 Lucis aversio.
15 Lacrymarum involuntaria profusio.
16 Dolor capitis gravativus inpr. circa radicem nasi
17 Narium pruritus.
18 Sanguinis guttæ die indice erumpentes.
b Per *Menses aut Hæmorrhoides*, (quæ quidem ceteris Crisibus rariores sunt, in assuetis tamen interdum contingunt.)
1 Æstus circa spinam & dolor dorsi inpr. circa os sacrum.
2 Tensio in lumbis & gravitas.
3 Spastici dolores abdominis & inpr. Hypogastrii.
4 Tensio in hypochondriis.
5 Tenesmus cum sensu quodam rei ano inhærentis.
6 Tempus mensium instans in sexu feminino.
c Per *Vomitum*.
1 Ventriculi morsus.
2 Capitis dolor acris, vertiginosus.
3 Caligo oculorum.
4 Tremor labii inferioris.
5 Copiosæ salivæ in cavitatem oris effusio.
6 Rigor & frigus.
7 Constrictio in hypochondriis.
8 Nausea ac fastidium.
d Per *Diarrhœam*.
1 Alvi libertas assueta in sanis & in morbo quoque.
2 Frequentes ructus & hosce subsequens inflatio abdominis cum borborygmis.
3 Tormina interdum abdominis cum lumborum dolore.
4 Fluxus aliqualis alvi die indicatorio.
e Per *Sudorem*.
1 Essentia morbi ad talem excretionem proclivis, uti sunt febres acutæ.
2 Subjectum alias ad sudores pronum, habitu scil. laxo & spongioso præditum.
3 Causa morbi subtilior, ad excretionem per peripheriam corporis apta.
4 Tempus anni aut constitutio calida habitum corporis

poris relaxans & ad faciliorem transpirationem disponens.
5 Pulsus mollis & undosus.
6 Alvi suppressio.
7 Urinæ parcior excretio & sensibilis imminutio, aut interdum suppressio, sine Hæmorrhagiæ aliarumque criticarum excretionum signis.
8 Signa coctionis quarto die apparentia.
9 Rigor.
10 Habitus corporis relaxatio sive cutis mollis.
11 Calor ejusdem major & partium quarundam inpr. faciei color floridus.
12 Vapor ex habitu corporis versus dies criticos exhalans, & lenis mador habitum corporis occupans.
13 Deliria prægressa.

f Per *urinam*.
1 Absentia signorum alias excretiones indicantium.
2 Prægressa die indicatorio signa coctionis, aut urinæ copiosiores eodem die apparentes.
3 Tempus hybernum.
4 Ætas senilis.
5 Habitus corporis constrictus.
6 Gravitas in hypochondrio.
7 Sensus inflationis circa vesicam.
8 Alvi suppressio.
9 Frequens mictus aut stimulus ad mictionem.
10 Ardor sub mictione inpr. in extremo urethræ.

g Per *Abscessum*, per quem non solum *Parotides* & *Bubones* ad suppurationem tendentes, sed & aliæ humorum translationes & decubitus intelliguntur. Crises tales Naturæ vel debilitatem, vel materiæ ad subitaneam excretionem ineptudinem indicant, satius tamen semper est materiam a partibus nobilioribus transferri ad ignobiliores, quam eandem cum damno retineri in sanguine: indicant autem tales abscessus.
1 Natura morbi ad eosdem prona, febres scil. acutæ, pestis, aut acutæ ex decidentia, ubi perfecta crisis nou amplius sperari potest.
2 Absentia signorum ad perfectam eccrisin tendentium.
3 Urinæ longo tempore tenues & crudæ, abscessuum in inferioribus partibus indices.
4 Rigor urinæ fluxum sistens, sopor & ilia sine tumore & dolore parotidem futuram indicantes.
5 Calor evidens ilia fatigans, abscessus inferiorum partium prænuntians.

2 *Præsentis*.
Actualis, prægressa coctionis die indicatorio signa, & noctem criticum diem antecedentem graviorem, sequens humorum vel per nares, vel per vomitum &c. excretio cum euphoria, sive insigni morbi mitigatione, aut utpl. ejusdem plenaria sublatione, ita ut præter debilitatem nihil ejus superstes maneat.

VI. *Causa Efficiens*:
Est Natura, vitales actiones in corpore dirigens, quarum ope humores vitiosos primis febris acutæ diebus sensim sensimque alterat & ad excretionem disponit, quam etiam septimo die, nisi causæ potentiores obstent, perpetrat & in actum deducit: cum vero ad hancce excretionem insignibus motibus opus sit, insignes etiam ante eruptionem motus tales sequuntur molestiæ, quæ tamen cum ipso morbo mox cessant, quam primum scil. sufficiens humorum copia per locum excretioni destinatum evacuata fuit. Quare autem septimo & in ingenti periculo quarto die tales excretiones suscipiantur res explicatu, si non impossibilis, difficilis tamen est: quæ enim de lunæ potentia hoc loco a quibusdam afferuntur, insufficientia sunt.

VII. *Observationes*.
1 Omnes evacuationes criticæ, nisi per signa coctionis die indicatorio indicatæ fuerint, & in diem incidant decretorium, merito suspectæ sunt
2 Nisi sufficiens fiat excretio per evacuationes criticas, raro sequitur euphoria. *Nihil* enim *paucum*, juxta antiquorum regulam *est criticum*.
3 Excretiones criticæ, si morborum indoli aut subjecto non conveniant, raro bonæ sunt.
4 Omnes crises, euphoriam post se non relinquentes, malæ sunt.
5 Si primo statim die coctionis signa apparent, crises etiam perfectæ quarto die contingentes salutares sunt.
6 Quo magis activa est causa morbifica, eo citius etiam sequitur eccrisis.
7 Quo major est apparatus ad crises in morbis acutis, & tamen prorsus nulli per partes excretioni alias dicatas evacuationi conceditur locus, eo facilius periculosæ metastases ad alia loca metuendæ sunt.
8 Morbi acuti neque ad Crisin, neque ad successivam excretionem tendentes, vel diuturni fiunt, vel mature ægrotos jugulant.
9 Hæmorrhagias narium in Variolis & Morbillis tam juniorum quam adultorum, etsi reliquum morbi decursum, juxta experientiam nostram, sæpius satis tranquillum reddiderint, minime tamen pro vere criticis sunt habendæ.
10 Signa coctionis die indicatorio apparentia semper sunt bona, non tamen necessario crisin die decretorio futuram indicant.
11 Motus critici in adultis ad Hæmorrhagiam narium tendentes utpl. vel sunt imperfecti vel mali, nisi homines præter consuetum ordinem illi adhuc excretioni obnoxii sint.
12 In Crisibus per Menses & Hæmorrhoides, nisi in consuetum alias tempus incidant, utpl, vel excessus vel defectus metuendus est.
13 Crises per sudorem in acutis, si malum in sanguine hæret, utpl. meliores sunt reliquis.
14 Ubi vero symptomata circa primas vias, a bile præcipue orta, urgent, satius est Crisin fieri vel per superiora vel per inferiora, quod inpr. locum habet in Febribus biliosis.
15 In morbis malignis aut peste non semper fidendum est Parotidibus aut Bubonibus, nisi enim prompte ad maturationem tendant, sæpius funesti eventus fiunt causa.
16 Decubitus humorum ad partes inferiores in senibus & phlegmaticis per imprudentem medicationem sæpius, sedato etiam morbo, fiunt funesti.
17 Plures crises aut criticæ ac periodicæ commotiones sæpissime turbantur a remediis imprudenter exhibitis, inpr. a remediis sic dictis universalibus, Vomitoriis, Purgantibus, Venæsectionibus &c. in principio & statu morbi exhibitis, id quod eo promptius contingit, quo subjecta sunt magis sensibilia.
18 Opiata eo tempore, quo omnia symptomata, ob crisin instantem, graviora sunt, exhibita, motus salutares sistendo & excretionem impediendo venena potius quam auxilia sunt.

De Lysi Morborum.

I. *Definitio*: LYsis est successiva morborum solutio, qua mediante vel per certas periodos, vel lente admodum, materiæ morbificæ fiunt excretiones cum insequente euphoria.

II. *Differentiæ*:
1 Respectu temporis alia est *acuta*, qualis deprehenditur in multis febribus acutis, alia est *chronica*, quæ occurrit in febribus lentis aliisque diu durantibus morbis: alia *stata* & *periodica*, alia *vaga*.
2 Respectu exitus alia est salutaris, alia lethalis: illa est, quando sensim materia morbifica cum euphoria evacuatur: hæc vero, quando vel nihil, vel parum tantum, vel interdum nimium excernitur, & sic morbi semper pejores redditi ad mortem tendunt.

II. *Modus*.
1 In *Febribus* & quidem
a Intermittentibus, in quibus legitime succedentibus, non solum materia morbifica in primis viis hærens sensim præparatur, & evacuatur, sed & quilibet paroxysmus excretione per cutim finitur.

b Continentibus, quæ etsi interdum per Crises solvantur, sæpius tamen etiam per continuatam diaphoresin successive tolluntur.

c Ardentibus, quas Diarrhœæ successivæ interdum solvunt.

d Continuis, quarum impetus sensim sensimque per placidam diaphoresin, quamvis exacerbationem excipientem frangitur.

e Exanthematicis, & quidem

1 *Petechizantibus*, quæ sibi relictæ, nec incondito regimine aut remediis inconvenientibus turbatæ, statas circa vesperam exacerbationis horas observant, finita vero exacerbatione, quod utplurimum superata media nocte aut versus diluculum contingit, impetus ejus postea per lenem diapnoen aliquo modo frangitur, ita ut ægroti se melius habeant, ut dum hoc modo quælibet exacerbatio procedit, tandem morbus, inpr. si Natura convenientibus remediis adjuta fuerit, plenarie solvatur.

2 *Variolis* & *morbillis*, in quibus Natura successive exanthemata per febrem expellit, easque tamdiu in cute conservat, donec suppurentur & exarescant, atque hoc modo totus morbus finiatur.

f Inflammatoriis & aliis inflammationibus, in quibus per frequentem sanguinis appulsum & fortiorem sanguinis per partes transpressionem, materia noxia sensim sensimque eluitur, ita ut relicta materia innoxia morbus hoc modo successive solvatur.

g Hecticis, ubi propter labem viscerum corpus sensim sensimque contabescit, donec accedentibus sudoribus & Diarrhœis colliquativis mors sequatur.

2 In *Doloribus arthriticis*, in quibus pars materiæ peccantis a sanguine eluitur & per alia loca evacuatur, pars vero insensibiliter exhalat, ita ut hoc modo paroxysmus sensim sensimque imminuatur.

3 In *affectibus serosis* variis, qui sæpius excreta sensim materia morbifica lento gradu finiuntur, aut magis magisque corruptis & concervatis humoribus lente ad mortem properant. Ut alios affectus in quibus tales Lyses occurrunt, silentio prætereamus.

IV. *Observationes*.

1 Uti Crises perfectæ die indicatorio signa coctionis præsupponunt, ita quoque & Lyses sine hisce in febribus acutis nunquam sunt salutares.

2 Nisi Lyses tales respondeant periodis morborum, vix aliquid boni ab iis est sperandum.

3 Quemadmodum Crises, ita & Lyses sufficientem postulant excretionem.

4 Plures in nostris regionibus morbi per Lyses quam per Crises solvuntur.

5 Uti Crises ita & Lyses per imprudentem medicationem facile turbantur.

6 Nisi tales placidas excretiones alacritas animi, somnus magis placidus & remissio pulsus aliorumque symptomatum in acutis sequantur, merito suspectæ sunt.

7 Quo magis tranquillæ sunt eccrises in febribus, eo temperatiora etiam ab initio exhibenda sunt remedia.

8 Optimum tempus exhibendi remedia lenia evacuantia per diaphoresin est illud, quando Natura eccrisin placidam molitur, post scil. exacerbationes & diebus periodicis, quod inpr. in Febribus petechizantibus locum habet.

9 Cum die indicatorio utpl. incipiant Lyses sive placidæ excretiones, probe cavendum est, ne per malum regimen aut inconvenientia remedia turbentur.

10 Quo magis lenta est materia morbifica, eo tardius etiam procedunt Lyses & contra.

11 Quo magis læsa sunt viscera, eo minus salutaris morbi sperandi est solutio.

12 Quam primum in morbis chronicis excretiones apparent, solutionis spes est & contra.

De Signis mixtis, iisque tam Diagnosticis quam Prognosticis.

1. *De Signis ex Pulsu*,

I. *Definitio*: PUlsus est motus arteriarum a corde productus, dilatatione & constrictione, Medico inquirenti, pro diversitate sua varia signa præbens.

II. *Differentia*.

1 Alius pulsus est *naturalis*, qui scil. est æqualis, moderatus, sine insigni arteriæ dilatatione & duritie, vegetus tamen.

2 Alius vero est *præternaturalis*, qui scil. vel excedit vel deficit, unde diversi oriuntur pulsus præternaturales & quidem

a Respectu *vigoris* & *vehementiæ* motus cordis, alius est *fortis* sive *vehemens*, qui scil. cum majori impetu, alius vero debilis, mediocriter tantum digitos tangentes, feriens.

b Respectu *temporis*, quo pulsus absolvitur & arteria dilatatur, alius est *celer*, alius vero est tardus.

c Respectu *quietis* inter pulsus plures alius est *frequens*, alius vero est *rarus*,

d Respectu *inflationis* arteriæ sive *spatii*, quod arteria pulsus tempore occupat, alius est *magnus*, aut *parvus*: alius vero aut *plenus* aut *vacuus*.

e Respectu *tensionis* arteriæ alius est *durus*, alius *mollis*,

f Respectu *rythmi*, alius est *æqualis*, quando scil. pulsus singuli respectu pulsationis & temporis inter se conveniunt, alius vero est *inæqualis*, qui ab hac norma deflectit, cujus species sunt:

1 *Myurus*, quando pulsus semper imminuitur, ita ut fortiorem successive semper sequantur debiliores,

2 *Intermittentes*, ubi post unum vel alterum ictum vel plures etiam pulsus intermittit.

3 *Undosus*, quando arteria instar fluctuantis aquæ inæqualiter & in alia parte magis, in altera vero minus extenditur. Ad hunc referunt alii etiam

4 *Vermicularem* & *formicantem*, quorum ille undoso, hic vero formicante minor est.

5 *Tremens* & *palpitatorius*, quando tremor tantum quidam arteriarum, nullus autem distinctus observatur pulsus.

6 *Caprizans*, qui in medio motu inter rumpitur, ita, ut duplex quasi ictus percipiatur.

III. *Observationes*

1 Alterationes in pulsu non semper sunt indicia status præternaturalis, sed sæpius ab animi affectibus aut aliis rebus non naturalibus, originem trahunt.

2 Pulsus fortis, magnus & æqualis fere in omnibus bis salutaris est, si reliqua consentiant.

3 Nullæ vel parum tantum sensibiles pulsus alterationes, præsente nihilominus insigni perturbatione in toto corpore sæpius latentis malignitatis indicium est.

4 Fortis pulsus in morbis acutis ad debilitatem periculum minatur.

5 Debilis pulsus semper est malus, inpr. si in morborum statim principio apparet, in morborum tamen fine periculum non portendit.

6 Celer pulsus in statu præternaturali febrium pathognomonicum signum est, inpr. si celeritati frequentia simul jungitur.

7 Quo magis celer & frequens est pulsus in acutis, eo breviori tempore finiuntur.

8 Frequens pulsus sæpius absque celeritate est, quod observamus post terrorem & metum, ut & in variis morbis eorum, qui mortem nimis timent: sæpius quoque occurrit in Passione Hypochondriaco-Hysterica.

9 Uti pulsus celer in febribus Naturæ diligentiam ad removendum quoddam impedimentum, ita frequens ejusdem laboris jugem continuationem indicat.

10 Pulſus moderate celer, raro periculoſus eſt, ubi vero modum excedit, ac ſimul magnus, plenus & durus redditur, plerumque inflammationum internarum prodromus eſt.
11 Tardus & rarus pulſus in acutis, ubi celeritate & frequentia ob morbi magnitudinem opus erat, virium proſtrationem inſignem indicat & hinc peſſimus eſt.
12 Tardus pulſus interdum indicat nimiam materiæ tenacitatem & ad motum inhabilitatem.
13 Pulſus tardus & debilis in horrore intermittentium periculo vacat, quia damna exinde metuenda per inſequentem in calore celerem pulſum præcaventur.
14 Celer frequens & debilis pulſus utplurimum malus eſt.
15 Pulſus celer & debilis, ſi poſtmodum durus cum aliqua tenſione redditur, prodromus eſt aut inflammationum aut convulſionum lethalium, quod in febribus petechialibus ſæpius obſervavimus.
16 Pulſus plenus humorum abundantiam & ebullitionem indicat.
17 Pulſus vacuus ſemper malus eſt.
18 Magnus pulſus raro periculoſus eſt, & ſi duritiei ei jungitur, inflammationes imminentes portendit.
19 Pulſus durus in acutis utpl. inflammationum index eſt, quod in Pleuritide obſervamus.
20 Alias etiam abundantiam humorum, eorum ſpiſſitudinem, ſtagnationem & infarctum indicat.
21 Pulſus parvus, tardus, debilis, malus.
22 Pulſus mollis ſæpius in morbis ſeroſis obſervatur: in acutis interdum criſin per ſudorem indicat, ſi alia conſpirant.
23 Omnes pulſus inæquales mali ſunt, peſſimus vero Myurus.
24 Omnes pulſus inæquales Naturæ debilitatem indicant.
25 Pulſus intermittens cum aliis ſignis interdum indicat Hydropem pectoris.
26 Pulſum intermittentem in tertianis Plethoricum ac in Hypochondriacis ſæpius obſervavimus.
27 Pulſus tremens maximam virium proſtrationem & mortem inſtantem utpl. indicat.
28 Pulſus undoſus in vermicularem aut formicantem degenerans peſſimum eventum prænunciat.
29 Caprizans pulſus plerumque prodromus eſt convulſionum.

2. *De Signis ex Reſpiratione.*

I. *Definitio:* VId. Tab. de Phyſiolog. pag. 3.

II. *Differentia.*
1 Alia eſt *naturalis*, quæ abſque ullo impedimento fit.
2 Alia eſt *præternaturalis*, quæ contrario modo ſe habet & hinc varia ſigna ſtatus præternaturalis præbet: & hæc eſt
a Magna, quando thorax inſigniter extollitur, ita ut aer etiam in majori quantitate in pulmones irruere poſſit.
b Parva quando pectus non ſufficienter dilatatur.
c Difficilis, ita ut non ſine inſigni labore perfici queat.
d Celer, ſive frequens, quando actus inſpirationis & exſpirationis frequenter brevi tempore reiteratur.
e Tarda ſive *rara*, quæ contrario modo ſe habet.
f Calida, quando aer exſpiratus inſigniter calet.
g Frigida, ubi halitus friget.
h Inæqualis, quando ſcil. vel inſpiratio & exſpiratio, aut plures etiam pectoris extenſiones ſibi invicem reſpectu æqualitatis non reſpondent.
i Sonora, quæ cum ſonitu, ſibilo aut ſtertore fit.
k Erecta, quando homines non niſi erecto corpore reſpirare poſſunt.
l Sublimis, quando maxime elato pectore ac ſcapulis & motis ac dilatatis quoque narium pinnis ægroti reſpirant.

III. *Obſervationes.*
1 In omni morbo, & inpr. in acutis, bene reſpirare, bonum eſt, & contra.
2 Magna reſpiratio robur adhuc indicat & per ſe non adeo mala eſt, ſi tamen ſimul celer eſt, vel inſiguem ſanguinis turgeſcentiam, vel organorum reſpirationi inſervientium, aut vicinarum inflammationem, vel imminentem vel præſentem interdum indicat.
3 Eo facilius vero talis partium inflammatio dignoſcitur, ſi reſpiratio magna in parvam & celerem degenerat.
4 Reſpiratio parva & rara ſæpius ſignum inſtantis mortis eſt.
5 Reſpiratio magna & rara deliriorum eſt indicium.
6 Parva & obſcura reſpiratio ſemper mala eſt.
7 Difficilis reſpiratio utpl. impedimentum quoddam vel in ipſis pulmonibus, vel in partibus vicinis indicat, & hinc quo gravius tale eſt impedimentum, eo gravius quoque eſt periculum.
8 Difficultas ſpirandi cum deliriis in febribus acutis lethalia ſunt ſigna.
9 Dyſpnœa nocturna ſine tuſſi circa mediam inpr. noctem graviter affligens, utpl. prodromus eſt Hydropis lethalis, quod ſæpius obſervavimus.
10 Magna inſpiratio & parva exſpiratio & contra, ſemper periculum portendit.
11 Quo magis plures ſe inſequentes inſpirationes & exſpirationes ſunt æquales, eo melior eſt ſtatus.
12 Orthopnœa in morbis acutis pariter ac chronicis mala eſt.
13 Reſpiratio difficilis cum ſibilo ſignum Aſthmatis pathognomicum eſt.
14 Reſpiratio cum ſtertore in acutis mortis indicium.
15 Stertor cum ſpuma ante os in Apoplexia lethale ſignum eſt.
16 Suſpiriis interrupta reſpiratio in febribus acutis ſemper mala eſt.
17 Reſpiratio ſublimis cum motu pinnarum naſi in acutis inſignem indicat virium proſtrationem & utplurimum exitialis eſt.
18 Reſpiratio calida inſignem humorum fervorem, aut partium pnevmonicarum inflammationem deſignat.
19 Frigida reſpiratio in morbis acutis mortis inſtantis ſignum eſt.

3. *De Signis ex Voce & Loquela.*

I. *Definitio:* VOx eſt ſimplex ſonus beneficio aeris e pulmonibus per aſperam arteriam eruentis productus: Loquela vero eſt ejuſdem aeris ope linguæ ſpecifica modificatio & in ſonum articulatum diſtributio, in ſtatu præternaturali diverſa ſigna præbens.

II. *Differentia.* Utraque eſt
1 *Clara*, quando vox ſine ullo impedimento prodit.
2 *Rauca*, clangoſa &c. quando contrario modo ſe habet.
3 *Nulla*, ubi vel ſonus, vel loquela prorſus ceſſant.

III. *Obſervationes.*
1 Raucedo malam organorum voci inſervientium diſpoſitionem generaliter indicat.
2 Raucedinem phthiſicorum mors brevi ſequitur.
3 Vox rauca, acuta ac clangoſa in acutis ſumme periculoſa eſt.
4 Vocis interceptiones cum exſolutione peſſimæ *Hipp. Prorrh. L. 1. §. III. 9.*
5 Omnis aphonia in febribus acutis, undecunque fit, exitialis eſt.
6 Aphoniæ cauſa in acutis ſæpius eſt inflammatio tum pulmonum, tum partium in hypochondriis ſitarum.
7 Vox clangoſa, ubi hypochondria in acutis retracta ſunt, peſſima.
8 Vox acuta & oculorum obſcuratio convulſiones minantur.
9 Vox clangoſa cum lingua tremula mala.
10 Ex vomitu naufeabundo orta clangoſa vox, oculi

pulvillum incumbentem habentes, insaniam portendunt. *Hipp. Prorrhet. L. I. §. II. 12.*

11 Cum voce tremula, alvi præter rationem solutio, in iis longiore tempore perseverante malo, lethale.

12 Si ebrius quidam repente obmutescat, convulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut qua hora crapula solvitur, vocem recuperet.

13 Vocis interceptiones cum singultu pessimæ, *Hipp. Prorrhet. L. I. §. 3. 8.*

4. *De Signis ex Facie.*

I. *Definitio:* FAcies est anterior pars capitis, frontem, oculos, malas, nasum, labia & mentum & etiam tempora ac aures complectens, quæ tanquam speculum animi & compendium corporis varia in statu naturali & præternaturali suppeditat signa.

II. *Differentia:*

1 Alia est naturalis, quæ scil. mediocriter est turgida, magis vel minus florida cum vivido oculorum aspectu, ratione individuorum differens.

2 Alia est præternaturalis, quæ nimirum est pallida contracta &c. sive sanæ contraria, cujus signa desumuntur,

1 a fronte	5 a labiis
2 ab oculis	6 a mento
3 a naso	7 a temporibus
4 a malis	8 ab auribus

III. *Observationes.*

1 Ut vultus imago est animæ, ita facies index quasi est & sermo quidam, non modo perturbationum animi, sed etiam interiorum corporis affectuum.

2 Quo magis facies recedit a statu naturali eo pejus indicium præbet.

3 Nisi cognita sit facies naturalis, vix aliquid certi prædici potest ex facie, nisi alia signa simul jungantur.

4 Homines sæpius gravibus & chronicis morbis laborant, quorum tamen color faciei naturalis minime est mutatus.

5 Subitaneæ faciei & frequentes mutationes, nisi ab animi pathematibus ortum traxerint, morbos imminentes indicant.

6 In viscerum infarctibus, si color faciei adhuc est naturalis, restitutionis spes est, sin vero maxime alterata macida & pallida fuerit, utpl. funestum est.

7 Faciei insignis marcor, aut Facies Hippocratica in morbis, tam acutis quam chronicis, pessima est.

8 Faciei Hippocraticæ signa sunt: Oculi cavi, nasus acutus, tempora collapsa, aures frigidæ & contractæ, cutis dura (in facie) color pallidus aut niger, livescens quoque ex his palpebra aut labrum aut nasus. *Hipp. Coac. Prænot. §. II. 108. 109.*

9 Faciei rubor cum inflatione aliisque signis superius recensitis, interdum crisin imminentem per Hæmorrhagiam narium indicat.

10 Habitus faciei præter morem auctus & floridus merito suspectus est.

11 Interdum facies talis deliria phrenitica portendit.

12 Chronica faciei rubedo ad lividitatem vergens, cum parvis duris tuberculis in pustulas abeuntibus, Hepatis vitium interdum indicat.

13 Repentinæ coloris alterationes in floridum, Hypochondriacis & Hysterias familiares, sæpius labem quandam viscerum indicant.

14 Rubor faciei admodum familiaris est in morbis pectoris.

15 Floridus faciei color in hydrope pectoris & abdominis, repente in luridum & plumbeum mutatus, mortis imminentis indicium est.

16 Pallor faciei, sine prægresso terrore, in hominibus, florido alias colore præditis, sanguinem versus interiora repressum indicat.

17 Pallor faciei chronicus vel sanguinis defectum, vel ejusdem spissitudinem, aut aliam dyscrasiam manifestat.

18 Pallor faciei cum aliquali inflatione Cachexiæ congenerumque affectuum indicium est.

19 Pallor faciei diuturnus in puellis pubertatis annos supergressis mensium vitia, accedente vero flavedine chlorosin designat.

20 Quo major est pallor in morbis, eo graviorem esse morbum & majorem virium prostrationem adesse significat.

21 Magnus pallor contractaque & livida facies in morbis magnis exitium & mortem instantem portendit.

22 Facies croceo vel nigricante vel plumbeo colore tincta, icteri flavi & nigri indicium est.

23 Colorem viridem faciei, si alia conspirant, hæmorrhoidibus homines laborare, testari, affirmat Forestus.

24 Facies livida plumbea & ex flavo virideſcens familiaris est in obstructionibus lienis, hepatis & mesenterii ab hæmorrhoidibus non succedentibus ortis.

25 In magnis malis si facies fuerit bona, bonum signum est: in parvis autem, contraria significans bonæ significationi, malum. *Hipp. VI. Epidem. Sect. II. §. 61. 62.*

26 Subitanea faciei extenuatio in cholera aliisque morbis mala.

27 Turgiditas & inflatio mediocris in variolis bona est.

28 Fuscæ & latæ maculæ in facie gravidis familiares sunt.

29 Nigræ maculæ in acutis faciem occupantes funestum portendunt exitum.

30 Faciei bonus color & torvitas in morbo acuto malum est.

31 Frontis ex his contractio phrenitidis signum est. *Hippoc. Coac. Prænot. II. §. 110. 111.*

32 Sudor frigidus in fronte, pessimum est signum in acutis.

33 Oculi si lucem fugiant, aut involuntarie lacrymentur, aut distorqueantur, aut alter altero minor fiat, aut albus partes rubentes habeant, aut venulas lividas aut nigras in ipsis habeant, aut lemæ ac sordes circa oculos appareant, aut etiam instabiles aut eminentes, aut cavi vehementer facti, aut squalentes & obscuri fuerint, aut color totius faciei alteratus fuerit: hæc omnia mala & perniciosa esse putandum est. *Hipp. Prænot. II. §. 19. & seq.*

34 Nimia oculorum prominentia cum venularum inflatione ac insigni faciei rubore & turgescentia, in angina strangulationem imminentem minatur.

35 Exserti oculi cum audaci aut feroci aspectu, deliriorum phreniticorum sunt indices.

36 Oculi cavi & profunde recedentes tabidam utpl. corporis constitutionem & virium insignem prostrationem indicant, si vero in alterutro tantum oculo occurrit, tabem istius oculi significat.

37 Rubor oculorum utpl. congestionum ad caput & dolorum indicium est: interdum in morbis acutis, si alia conspirant, crisin per Hæmorrhagiam narium instantem indicat: aut etiam ophthalmiam præsentem comitatur.

38 Oculorum rubor in febre natus, diuturnam ventris molestiam denotat. *Bagliv. ex Hippocr.*

39 Oculorum rubor est signum corrupti pulmonis, aut viscerum e directo, cerebri quoque & Ventriculi inflammati. ibid.

40 Flavus oculorum color utpl. præsentis icteri, aut malæ hepatis constitutionis index est: in Pleuritide vero, impr. cum livore conjunctus malus est.

41 Oculi obscurati sive consueta antea claritate privati & aliquo modo depressi, mortis indicium præbent.

42 Oculos caligare & obtenebrari in pectoris acutis morbis lethale. *Bagliv.*

43 Extremitatum palpebrarum curvitas & oculi fixi & assidue nictare & colores permutare & palpebras inter dormiendum non committere, pernicioſum est. *Hipp. Coac. Prænot. II. 124.*

44 Oculi semiclausi, album insuper tantum monstrantes, convulsionum sæpius prodromi sunt, aut vermium præsentiam indicant.

45 Lacrymæ involuntariæ in acutis extra crisēos tempus semper malæ sunt.

46 Abolitio visus, oculo illibato apparente, sive Gutta serena post Apoplexiam vel Epilepsiam aut convulsiones fortiores, signum mortis est. *Bagliv.*

47 Na-

47 Naſus acutus, ſi ſimùl reliqua facies contracta eſt, in acutis mortis inſtantis ſignum eſt.
48 Narium pruritus & rubor in acutis criſin inſtantem interdum indicat: in pueris autem ſæpius vermium indicium eſt.
49 Lethale eſt etiam habere labia reſoluta & pendentia & frigida & albicantia facta. *Hipp. Prognoſt. III.* 4.
50 In febre non intermittente ſi labium, aut palpebra, aut oculus diſtorqueatur, aut non videat, aut non audiat, æger jam debilis exiſtens, quicquid horum fiat, propinqua mors eſt. *Hipp.* 5. *Aphor.* 49:
51 Labium contractum alvi biliosæ eruptionem ſignificat. *Hipp. Coac, Prænot. II.* 159.
52 Tremor labii inferioris vomitus inſtantis indicium eſt.
53 Os hians in acutis, niſi ex conſuetudine id fiat, malum ſignum eſt.
54 Exulcerationes circa os & labia in febribus intermittentibus morbi ſolutionem indicant.
55 Aures lividæ, nigræ, contractæ & frigidæ lethale ſignum præbent.

5. *De Signis ex habitu corporis,*

I. *Definitio*: HAbitus corporis eſt totus ejuſdem ambitus exterior cute tectus, cujus diverſus ſtatus diverſa etiam in morbis ſigna præbet.

II. *Differentia.*
1 Reſpectu coloris alius eſt pallidus alius floridus &c.
2 Reſpectu conſiſtentiæ & ſtricturæ alius eſt mollis & laxus, alius eſt ſtrictus & denſus, & hinc magis vel minus poroſus,
3 Reſpectu caloris & frigoris alius eſt calidus, alius vero frigidus.

III. *Obſervationes.*
1 Corpus æqualiter caleſcere ac molle eſſe, tum in Pleuritide, tum in omnibus circa pulmonem morbis, bonum eſt. *Hippocr. Coac. Prænot. III.* 156.
2 Mutationes in toto corpore & ſi corpus perfrigeretur, aut rurſus calefiat, aut color alius ex alio fiat, longitudinem morbi ſignificat. *Hippocr.* 5. *aph.* 40.
3 Qui frequenter refrigerantur & vicißim incaleſcunt, ſunt in periculo.
4 Cutis croceo colore tincta, icteri indicium eſt.
5 Color flavus vel citrinus cutis, in acutis exitioſus eſt.
6 Habitus corporis contrictus, motum humorum ad interiora indicat.
7 Habitum corporis in morbo magno plane nihil mutari, malum eſt.
8 Caput, pedes & manus frigidas eſſe, ventre & lateribus calentibus, mali morbi ſignum eſt.
9 Lethale eſt, ſi in acutis externa algeant & interna urantur.
10 Digiti ac ungues ſi fiant lividi cum corporis gravitate, in propinquo mors eſt.
11 In morbis acutis frigiditas extremarum partium, malum eſt *Hippocr.* 7. *aph.* 1. niſi ob criſin inſtantem fiat.
12 Si cum totius corporis madore contingit frigus in morbi initio, maximam malignitatem indicat, in progreſſu vero certum mortis inſtantis indicium præbet.
13 Ex ægritudine bene cibum accipienti, nihil augeſcere corpus, malum. *Hipp.* 2. *aph.* 31.
14 Fœtor cadaveroſus ex corpore exhalans mortem inſtantem ſignificat.
15 Cutis faciei & aliarum partium dura, ſcabra, aut ſqualida, mala.
16 Præcordium (in acutis ſcil. febribus) optimum eſt doloris exors & molle & æquale, tum in dextra, tum in ſiniſtra parte. *Hippocr. Prognoſt. V,* 11.
17 At inflammatum, aut dolorem exhibens, aut dextræ partes inæqualiter affectæ ad ſiniſtras: hęc omnia obſervare oportet. *ibid.*
18 Si vero etiam pulſus inerit in præcordio, turbationem ſignificat, aut delirium. Verum oculos talium intueri oportet; ſi enim oculi frequenter moveantur, furioſos hos fore timor eſt. *ibid.*
19 Pulſatio in præcordiis cum ſignis ariditatis in lingua vel aliis partibus, delirium ſignificat. *Bagliv. p. m.* 63.
20 Pulſus Hypochondriorum ſunt ſignum magnæ inflammationis in acutis, inde veniunt paulo poſt ſingultus. *ibid.*
21 Poſt pulſationem inſignem hypochondrii ſiniſtri Hæmorrhagiam e nare ſiniſtra ſecutam fuiſſe, & reſpirationem difficilem ingentem brevi ſuſtuliſſe obſervavimus.
22 Hypochondria dolorifica cum alvo profuſa, peſſima. Peſſimæ Parotides inde natæ. *ibid.*
23 Tumores præcordiorum duri, doloroſi & totum præcordium occupantes, brevi mortem ſignificant. Minus, ſi ſolum in ſiniſtro ſint. In his ſolet erumpere ſanguis e naribus & juvat, præſertim ſi morbus mutet circuitum. Et ſi tumores tales ultra 60. dies durent, in ſuppurationem labuntur. *ibid. ex Hippocr. Prognoſt. VI.* 1. *& ſeq.*
24 Si in morborum, præſertim acutorum, initiis hypochondria tument aut dolent, ſanguinem in ſupernis partibus expecta, & ſi morbus cum tali dolore diu protrahatur, expecta abſceſſus ad aures, quos præcavere poteſt profuſa narium Hæmorrhagia: vel ſi diu protrahatur morbus, abſceſſus ad inferiora fient. *ibid.*
25 Horrenda eſt tenſio hypochondrii, ubi nulla eſt ſpes Hæmorrhagiæ vel abſceſſus ad crura. *ibid.*
26 Peſſimum eſt in morbis acutis abdomen inſigniter intumeſcere, inpr. ſi alia mala ſigna juncta ſunt, mortem enim inſtantem indicat, ſi a flatibus originem non trahit tumor, illa, *ibid.* quod etiam experientia noſtra confirmare poſſumus.
27 Scrotum pendulum atque membri virilis flaccíditas impotentiæ virilis indicium eſt.

6. *De Signis ex Tono corporis ejuſque partium.*

I. *Definitio*: TOnus eſt expanſio ſive dilatatio & conſtrictio partium major vel minor, in ſtatu p. n. variorum effectuum extraordinariorum cauſa & hinc etiam diverſa ſigna tradens.

II. *Differentia.*
1 Tonus alius eſt ſtrictus, quando nimirum partes præter conſuetum morem conſtringuntur, & hinc ſanguis non ſolum parce in partes admittitur per arterias, ſed etiam ex illis expellitur.
2 Alius eſt laxus, quando partes præter morem relaxantur, & ſanguis majori copia in illas infunditur: huc ſpectant etiam plenariæ & paralyticæ partium relaxationes.
3 Alius eſt ſtrictus & rigidus, uti in ſpaſmis, alius ſtrictus & ſæpius interruptus, uti in motibus convulſivis.
4 Alius ſe exſerit in habitu corporis, unde eodem conſtricto frigus extremarum partium, relaxato vero earundem calor oritur: alius vero in partibus interioribus variis tenſionibus atque ſpaſticis ac dolorificis conſtrictionibus ſeſe manifeſtans, ſentitur. Adeoque huc ſpectant varia ſigna, quæ deſumuntur,
1 ab horrore & rigore.
2 a ſpaſmis & convulſionibus.
3 a ſternutatione,
4 a ſingultu,
5 a Vomitu,
6 a doloribus.
7 a tremore.
8 a lipothymiis.
9 a laſſitudine & torpore.

III. *Obſervationes.*
1 Horrores in febrium acutarum principio frequenter apparentes mali ſunt.
2 Ex ſudore horror non bonum. *Hippocr.* 7. *aph.* 4.
3 Horrore affecti caput dolentes, exudantes, malignum id eſt. *Hippocr. Coac, Prænot. I.* 20.
4 Horrore affecti, multum inſuper exudantes, difficili malo implicantur. *ibid.* 21.
5 Quibus ſanis horrores frequentes ſunt, hi ex ſanguinis fluxione ſuppurantur. *ibid.* 24.
6 Horror & ſpirandi difficultas in doloribus ſigna tabis ſunt, *ibid.* 25.
7 Horrore affecti, anxii, delaſſati, lumbos dolentes, alvos humectas habent. *ibid.* 27.

8 Qui inhorruerunt & exſudarunt judicatorio modo, & poſtridie præter rationem horruerunt, ſi quis non vigiliis inſeſtetur, neque concoxerit, ei ſanguinem erupturum eſſe puto. *ibid.* 33.

9 Laſſati cum horrore, ſi exudarunt judicatorio modo, recalefacti in morbo acuto, male habent, tum alias, tum, ſi circa hæc ſanguis de naribus ſtillarit. *ibid.* 55.

10 Qui ex perfrigeratione ſudoroſa cito recaleſcunt, malum. *ibid.* 81.

11 Ex dorſo crebris & parvis horroribus leviter inſudantes, difficile habent. Urinæ enim interceptionem plus nimio dolentem ſignificat. *ibid.* 69. 70.

12 Frequens horror in ſanis, ſignum eſt cruditatis aut cacochymiæ: in febribus vero motus morbi aut ſuppurationis in ea parte, unde excitatus *Bagliv.*

13 Triplex rigor eſt, criticus, periodicus & ſymptomaticus ſive erraticus dominatu morbi, quod bene notandum in curatione acutorum *Bagliv. p. m.* 80.

14 Rigores periodici boni ſunt, juxta *Hippocr.* 4. *aph.* 63. Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſolvuntur.

15 A febre ardente occupato, rigore accedente, ſolutio fit. *ibid. aph.* 58.

16 Rigores in febribus continuis ſupervenientes die critico cum præcedentibus coctionis ſignis, & inſigni evacuatione ſubſequente, ſalutares ſunt. *River. Inſtit. p. m.* 244.

17 Rigor ſymptomaticus, aut ſuppurationis internæ ſignum eſt, aut translationis materiæ in caput, aut principium Naturæ ſuperatæ a morbo. *Bagliv.*

18 Rigor, qui antecedit urinæ ſuppreſſionem & Hæmorrhagiam ſalutaris, qui vero iiſdem ſuccedit, lethalis. *Bagliv. ex Hippocr.*

19 Qui ex rigore perfrigerantur, caput ac collum dolentes, voce deſtituti, inſuper exudantes, poſtquam ſe recollegerint, moriuntur. *Coac. Prænot. I.* 1.

20 Omnis rigor fere ſemper in lumbis incipit primo, deinde per dorſum ad caput fertur, iſque rigor a lumbis fere ſemper in febribus eſt. Si vero aliunde quis frigeat, ab abſceſſu latente rigebit. *Bagliv. ex Dureto.*

21 Ignorantia cum rigore, malum; mala quoque oblivio. *ibid.* 6.

22 Soporoſi rigores aliquatenus pernicioſi & flammeus in facie color cum ſudore, in his malignus eſt. *ibid.* 9.

23 Rigor continenter vexans, corpore jam debili exiſtente, lethalis eſt. *ibid.* 15.

24 Qui frequenter exudant, ac inſuper rigent, pernicioſum hoc eſt, & in fine ſuppurationem habere comperiuntur, ventreſque perturbatos. *ibid.* 16.

25 Rigores multi torpidi, maligni ſunt. *ibid.* 22.

26 Quibus ſexta die rigores fiunt, hi ægre judicantur. *ibid.* 23.

27 Affectiones rigentes & quæ ad noctem aliquando exacerbantur, cum vigiliis ac delirio in ſomnis, aliquando urinas involuntarie emittentes in convulſionem deſinunt. *ibid.* 28.

28 Continui rigores in acutis pravi ſunt, *ibid.* 29.

29 Urinæ cum rigore ſuppreſſæ malæ & convulſoriæ, tum alias, tum ſi quis antea gravi ſopore preſſus fuit. Spes in his eſt, abſceſſus retro aures fore. *ibid.* 34.

30 Rigores velut in febre tertiana, ſi in media inordinata febre exacerbentur, valde maligni ſunt. *ibid.* 37.

31 Qui ex rigore cum capitis dolore exolvuntur, in periculo verſantur. Cruenta urina in his mala eſt. *ibid.* 41.

32 Anxietudines in diebus judicatoriis, ſi in his ſine ſudore perfrigerentur, & omnes, qui ſine ſudore perfrigerentur citra judicationem, male habent. Et qui inſuper riguerunt ex his, ubi vomuerunt meraca, anxii, tremuli in febre, malum. *ibid.* 60.

33 Qui ex rigoribus parvis ſudoribus perfrigerantur, malum. *ibid.* 63.

34 Rigores, poſt quos corpus non incaleſcit, exitioſi ſunt in acutis. Si alternent cum calore, monſtri quid alunt & malignitatem indicant. *VValdſchmid.*

35 Si rigori aut horrori, die critico venienti, coma ſuperveniat, mors expectanda. *Riverius ex Pacheco.*

36 Tenſiones dorſi ſpaſticæ familiares ſunt Synochis, variolis, morbillis ac febribus petechialibus.

37 Spaſmus ſive convulſio a vulnere, ileo, hæmorrhagia, peſſimæ eſt notæ. *VValdſchmid.*

38 Convulſio aut ſingultus ex veratro, aut ſuperflua purgatione, aut multo ſanguine effuſo lethalis, aut mala eſt. *Hippocr.* 5. *aph.* 1. & 4.

39 Quicunque Tetano corripiuntur, in quatuor diebus pereunt, hos vero ſi effugerint: ſani fiunt 5. *aph.* 6.

40 In pueris convulſiones minus periculoſæ ſunt, quam in adultis. *Riverius.*

41 Convulſiones, quæ in principiis morborum acutorum apparent, minus periculoſæ ſunt, quam quæ in ſtatu contingunt. *ibid.*

42 Febrem in convulſione fieri melius eſt, quam convulſionem in febre. *Hippocr.* 2. *aph.* 26.

43 Convulſiones phrenitidi ſupervenientes peſſimæ ſunt & mortem inſtantem indicant.

44 In febribus acutis convulſiones & circa viſcera dolores fortes, malum. *Hipp.* 4. *aph.* 66. *Conf.* 67.

45 Convulſio in febre manuum ac pedum dolores, maligni ſunt. *Coac. Prænot. I.* 44.

46 Ex ardoribus vehementibus convulſio, aut diſtentio, malum. 7. *aph.* 13.

47 Ex vigilia convulſio aut delirium. 7. *aph.* 18.

48 In fluxu muliebri convulſio & animi deliquium, ſi accedat, malum eſt. 5. *aph.* 56.

49 Convulſio in febre obriens & eadem die deſinens, bona eſt, & ſedat febrem eadem die, aut poſtera aut tertia. Si vero tempus, in qua incepit, tranſgrediatur, & non deſinat, malum eſt. *Coac. Prænot. I.* 230.

50 A convulſione aut diſtentione nervorum vexato, febris accedens morbum ſolvit. 5. *aph.* 57.

51 In furioſis convulſio accedens diſſipationem facit. *Coac. Prænot. III.* 330.

52 In meracis vomitibus ſingultus malus, mala etiam convulſio. *ibid. IV.* 20.

53 Seniores ſeptem annis in febre non corripiuntur convulſione: ſin minus pernicioſum eſt. *ibid. III.* 85.

54 Obſervatum eſt, ſi ægrotans vir ſemel tantum ſternuat, quod is morbi ferocia ſuccumbet; ſi vero bis ſternuat, profligato morbo reconvaleſcet. Contra in feminis, ſi qua graviter habens bis ſternuat, funeſtum & exitiale; ſi ſemel ſternuat, ſalubre ſanguini exiſtit. *Riverius ex Foreſto.*

55 A ſingultu detento, ſternutationes accedentes ſolvunt ſingultum. 6. *aph.* 13.

56 Gravedines & ſternutationes in morbis circa pulmonem, & anteceſſiſſe & ſuccedere, malum eſt. Reliquis autem ſternutatio non incommoda eſt. *Coac. Prænot. III.* 174. *Conf. XIII.* 10. 11.

57 Mulieri, quæ ab uteri ſtrangulationibus vexatur, aut difficulter parit, ſternutatio accedens bonum. 5. *ap.* 35.

58 Ex volvulo vomitus aut ſingultus, aut convulſio aut delirium, malum. 7. *aph.* 10.

59 Ex vomitu ſingultus & oculi rubicundi, malum. 5. *aph.* 3.

60 Ex hepatis inflammatione ſingultus, malum. 7. *aph.* 17.

61 Si ſenioribus nimium purgatis ſingultus accedat, non bonum eſt. 7. *aph.* 41.

62 Vocis interceptiones cum ſingultu peſſimæ. *Hippocr. Prorrhet III.* 8.

63 Si quis in laborioſa febre ſingultiat, morbo laborat peſſimo. *Riverius.*

64 Singultus Diarrhœæ & Dyſenteriæ ſuperveniens, malus.

65 Vomitus ex bile flava & pituita mixtus, qui nec valide craſſus eſt, nec admodum copioſus & qui duos iſtos humores habet exquiſite permixtos, bonus. *Riverius.* meraciores vero deteriores ſunt. *Hipp. Prognoſt. XII.* 9.

66 Vomitus bilioſi aut pituitoſi, die critico erumpentes, boni. *ibid.*

67 A profluvio alvi longo correpto, vomitus ſponte accedens, ſolvit profluvium. 6. *aph.* 15.

68 Fluxione ex capite fluente vomitus conducit. *Hippocr. de Loc. in Homine XLVII.* 2.

69 Vo-

69 Vomitus ſtercoreus peſſimus eſt.
70 Vomitus & ſurditas volvuloſis, malum. *Coac. Prænot. III.* 303.
71 Quibus eſt Vomitus ſanguinis, febris & dolor circa mammam, thoracem & dorſum: quibus hæc omnia fiunt, brevi moriuntur. Quibus autem non omnia, neque valde, tardius. *ibid.* 238.
72 Vomitus in capitis doloribus æruginoſi, cum ſurditate & vigiliis, cito inſaniam affore denuntiant *I. Prorrhet. II.* 1.
73 Si id quod vomitu rejectum eſt, praſini fuerit coloris aut lividum, aut nigrum: quicunque horum fuerit colorum, malum eſſe putandum eſt. *Hippocr. Prognoſt. XII.* 11.
74 Si vero omnes colores idem homo vomit, valde pernicioſum hoc eſt. Celerrimam autem mortem ſignificat lividus vomitus, ſi graveolens fuerit. Omnes vero ſubputridi ac fœtidi odores in omnibus vomitibus mali ſunt. *ibid.*
75 Dyſentericis vomitus bilioſus in principio, malus eſt. *Hipp. Coac. Prænot. III.* 293.
76 Ex quacunque cauſa male affligente quis atram bilem revomuerit, moritur qui vulnus habet. *Hippocr. de Loc. in Homine XLIV.* 5.
77 Vomitus paucus & laborioſus in acuta febre, malus. *Riverius.*
78 Quibuſcunque morbis incipientibus, ſi atra bilis ſurſum aut deorſum prodierit, lethale eſt. 4. *aph.* 22.
79 Dolores partes ignobiles & a viſceribus longe remotas occupantes, eaſque diu exercentes, apparentibus concoctionis ſignis, & qui præcipue decretorio die cœperint, ſalutares. *Riverius.*
80 Dolores a partibus ſuperioribus ad inferiores deſcendentes, ſalutares. *ibid.*
81 Quibus capitis dolor in febre inceperit primis diebus & quarta ac quinta magis premuntur, hi ſeptima a febre liberantur. *Hippoc. de Criſibus II.* 2.
82 Capitis dolores fortes & continui cum febre, ſi quidem lethalium ſignorum quid acceſſerit, pernicioſi ſunt valde. Si vero ſine talibus ſignis dolor viginti dies tranſmiſerit & febris tenuerit, ſanguinis e naribus eruptionem, aut abſceſſum ad partes internas oportet expectare. Sanguinis tamen eruptio etiam in aliis doloribus expectanda, præſertim in junioribus triginta quinque annorum, in ſenibus vero puris eruptio. *Bagliv. ex Hippocr.*
83 Dolores capitis poſt ſudores criticos evenientes, mortem upl. præſagiunt. *River.*
84 Cervicis dolores in principio vel augmento morbi affligentes mali. *Id.*
85 In ardentibus & aliis, quibus colli dolor & temporum gravitas & caligo vertiginoſa circa oculos, aut etiam præcordiorum diſtenſio non cum dolore fit, his ſanguis per nares erumpit. *Hippocr. I. Epidem. Sect. II.* 98.
86 Auris acutus dolor cum febre continua & vehementi gravis eſt. *River. ex Hippocr. Prognoſt.*
87 Fauces doloroſæ, graciles, cum ægre tolerabili moleſtia, ſtrangulatoriæ, pernicioſæ acute. *Hippocr. I. Prorrhet. XI.* 4.
88 Dolor cervicis terrificus, peſtiferus in delirantibus. *Bagliv.*
89 Dolor fixus ſterni, terebrans, chronicus, ſæpius indicat Luem Veneream inveteratam.
90 Dolor affixus pectori cum torpore peſtiferus, ſuperveniente acuta febre, crudeliter moriuntur. *Riverius ex Hippocr.*
91 Ex lumborum dolore ad os ventriculi recurſiones, febriculoſæ, horridæ, removentes aquoſa tenuia multa, mente motæ, voce deſtitutæ, nigrorum vomitu facto deſtituuntur. *Hippocr. I. Prorrhet. XI.* 1.
92 Quæ ex dolore dorſi principia morborum ducuntur difficilia ſunt. *Riverius ex Hippocr. Coac. Prænot.*
93 Diuturni circa lumbos ac ilia, tum qui ad hypochondria prorepunt dolores cum febre & cibi faſtidio, ſi inde tranſierit fortis dolor ad caput, crudeliter convulſifico modo necat. *Bagliv. ex Hippocr.*
94 Lumborum dolor cum comate anxio peſtiferus. *Id.*
95 Lumborum dolor nulla ex manifeſta cauſa revertens, ſignum eſt morbi terrifici. *Id.*
96 Quibus lumborum & lateris dolor, carens evidenti cauſa, icterici fiunt. *Id.*
97 Dolorifica in lumbis mala ſanguifica, ſive hæmorrhoidum vel menſium ſigna ſunt. *Id.*
98 Dolores lumborum in iſchiadem & hæmorrhoides facile tranſeunt. *Id.*
99 Dolores partium ignobilium in principio apparentes, aut cum aliis malis ſignis, lethales. *River.*
100 Dolores qui primo a longinqua parte incipientes, poſtea ad viſcera aſcendunt, mali. *Id.*
101 Dolores ignobilium partium, qui cito evaneſcunt atque occultantur ſine cauſa manifeſta, periculoſi.
102 In acutis parvi tremores & vomitus æruginoſi pernicioſi. *Coac. Prænot. I.* 91.
103 Quibus ab atra bile mente motis, tremores fiunt, malum eſt. *ibid.* 136.
104 In vehementer phreniticis tremores lethales ſunt. *ibid.* 140.
105 Quibus melancholico modo mente motis, tremores accedunt, malignum hoc eſt. *I. Prorrhet. II.* 9.
106 Quibuſcunque morbo jam fractis atque extenuatis tremores accidunt funeſtum. *River. ex Hippocr.*
107 Tremor manuum cum vertigine ſæpius Apoplexiæ prodromi ſunt.
108 Lingua & vox tremula in acutis pernicioſa.
109 Animi deliquia frequentia, in acutis ſine cauſa manifeſta orientia, latentem ſæpius indicant malignitatem & ſummam portendunt periculum.
110 Oculorum obſcuratio cum animi deliquio brevi convulſionem inducit. *Coac. Prænot. II.* 135.
111 Inſignes laſſitudines & torpor totius corporis morborum prodromi ſunt.
112 Laſſitudo & torpor cum vertigine in ſenibus Apoplexiam minantur.
113 Rigores multi, torporem in acutis inferentes, maligni ſunt.

7. *De Signis ex Sudore.*

I. *Definitio*: SUdor eſt excrementum tertiæ digeſtionis, reſpectu quantitatis & qualitatis varia in morbis ſigna exhibens.

II. *Differentia.*
1 Reſpectu *quantitatis* alius eſt nimius aut largus, alius vero eſt deficiens.
2 Reſpectu *qualitatis*, alius eſt ſalſus, acris, alius eſt fœtidus &c. calidus, frigidus &c.
3 Reſpectu *temporis*, alius eſt tempeſtivus, alius vero intempeſtivus.
4 Reſpectu *virium*, alius fit cum euphoria, alius vero cum inſigni fatigatione corporis.

III. *Obſervationes.*
1 Sudor multus ex ſomno, citra manifeſtam cauſam oboriens, corpus multo alimento uti ſignificat. Si vero cibum non capienti hoc fiat, ſignificat quod evacuatione opus habeat. 5. *aph.* 41.
2 Sudores nocturni & matutini extra morbos utplurimum ſalutares ſunt, & a multis morbis præſervant.
3 Sudores, qui cum manifeſtæ concoctionis ſignis, die critico & rigore præcedente, ex toto corpore, calidi, copioſi, ſtillantes, & cum vapore erumpunt, & quibus Febris vel perfecte ſolvitur, vel admodum imminuitur, boni. *Riverius.*
4 Sudores copioſi, ſine cauſa manifeſta corpus ſenſibiliter fatigantes, nunquam boni ſunt.
5 Sudor multus in Febribus acutis oboriens, malus eſt. *I. Prorrhet.* VII. inprimis ſi eam non imminuat, aut ſtatim in principio appareat.
6 Sudores aſſidui, ſive modici illi ſint, ſive copioſi, in febre acuta mali. *Riverius.*
7 Febricitanti ſudor ſuperveniens, febre non remittente, malum. 4. *aph.* 56.
8 Sudor multus frigidus aut calidus, ſemper fluens, frigidus quidem majorem, calidus vero minorem morbum ſignificat. 4. *aph.* 42.

9 Copiosus sudor cum repentina virium prostratione in principio variolarum lethalis est. *Valdschmid.*
10 Sudores frigidi, cum acuta quidem Febre evenientes, mortem: cum mitiore vero morbi longitudinem significant. 4. *ap.* 37.
11 Sudores frigidi in acutis, internas viscerum inflammationes denotant. *Bagliv.*
12 A sudore horror, non bonum. 7. *apb.* 4.
13 Sudoris & horroris frequentes alternationes malæ.
14 Sudores febricitantibus si inceperint, boni sunt tertia & quinta & septima & nona, & undecima & quarta decima & septima decima & vigesima prima & vigesima septima & trigesima prima & trigesima quarta. Hi enim sudores morbos judicant. Qui vero ita non fiunt, laborem significant & morbi longitudinem & recidivas. 4. *aph.* 36.
15 Fœtidi sudores in morbo acuto pessimi. *Riverius.*
16 Si eodem tempore in acutis & gravibus morbis, duæ crises, sudor scilicet & alvi fluxus, superveniant cum pauco levamine, fere omnes moriuntur, vel si non moriuntur, perniciose laborant. *Bagliv.*
17 Sudor in acutis partialis, sive e toto corpore non erumpens, malus est: quod in Febribus malignis aliquoties observavimus.

8. *De Signis ex Urina.*

I. *Definitio:* URina est excrementum seorosum, partim propter quantitatem, partim propter qualitatem varia signa exhibens & statum tam naturalem, quam præternaturalem manifestans.

II. *Differentia.*
1 Respectu *Quantitatis*: alia est copiosa, alia pauca.
2 Ratione *Consistentiæ* sive *Substantiæ* alia est spissa, sive crassa, alia tenuis sive limpida, alia turbida, alia clara.
3 Ratione *Coloris*, alia est.
a Flava eaque
1 *Flava pallida*, ex flavedine & albedine.
2 *Flava aurea*, ex flavedine & rubedine.
3 *Flava viridis*, ex flavedine & rubedine purpurea.
4 *Flava fusca*, ex flavedine & nigredine.
b Alba, quæ est
1 *Sub alba*, ex albo & flavo.
2 *Alba incarnata*, ex albo & rubro.
3 *Alba pallida*, ex albo & cœruleo.
4 *Alba cineritia*, ex albo & nigro.
c Rubra, quæ juxta quosdam est
1 *Rubra pallida*, sive dilute rubea, quam alii quoque flammeam appellant.
2 *Rosea*.
3 *Purpurea*.
4 *Sanguinea*.
d Viridis
1 *Prasina*.
2 *Æruginosa*.
e Livida sive *plumbea*.
f Nigra.
4 Ratione *Contentorum* quæ sunt
a Essentialia, quæ utpl. in urinis sanorum & sæpius quoque in ægrotorum urinis apparent, uti sunt
1 Τωίγκτες sive *Sedimentum* quod infimum in urina occupat locum.
2 Ἐπικρέμμα sive *Suspensum*, quando contentum in urinæ medio hæret.
3 Νεφέλη sive *Nubecula*, quæ summam in urina superficiem attingit.
b Accidentalia: quæ rarius in urina observantur, qualia sunt
1 *Circulus* sive *Corona*, urinæ superficiem ambiens.
2 *Spuma*, eaque vel copiosa, vel pauca, urinæ superficiem tegens.
3 *Bullæ*, sive parvæ vesiculæ, modo magnæ, modo parvæ, hinc inde in eadem urinæ superficie occurrentes.
4 *Filamenta*, sive juxta alios Pili, urinæ innatantes.
5 *Atomi* minutissimæ, sive pulvis alcoholisatus.
6 *Sabulum* parcius vel copiosius, tenerius vel crassius.
7 *Sanguis* grumosus, floridus, fluxilis &c.
8 *Pus*.
9 *Mucus*.
10 *Semen*.
11 *Materia furfuracea*.
12 *Vermes*.
13 *Pinguedo*.
5 Ratione *odoris* alia est *fœtida*, alia nullum, alia naturalem habet odorem: interdum quoque in urina observatur post assumpta Terebinthinata odor urinæ violaceus.
6 Respectu *ponderis* alia est gravior, alia levior.

III. *Observationes.*
1 Licet Uroscopia in quibusdam morbis usu suo non careat, male tamen ea a multis nimium ad omnes morbos extenditur, quasi ii cum omnibus circumstantiis ex urina dignosci possint.
2 Usus præcipuus Uroscopiæ est in dijudicanda secessione febrili, sive coctione Veterum: postea in Jctero, Hydrope, Calculo renum, Mictu cruento, ulcerosa renum aut Vesicæ affectione. Minor in affectibus Pectoris, Hypochondriacis flatulentis & Hystericis; minimus omnium in capitis affectibus: nullus in specialium, quatenus speciales sunt, solidarum & organicarum, qua talium. *Vid. D. Stahlii Dissert. de Uromantiæ & Uroscopiæ abusu tollendo §. XV.*
3 Authores qui Uroscopiam commendant sequentia observare jubent.
a Medicus inquirat cujus sexus sit æger? quamvis enim feminarum urina colore cedat virili & sæpius sit pallida cum copioso sedimento, hæc tamen regula non est universalis, sed sæpissime urina feminæ cholericæ colore viri phlegmatici urinam superat. Cognito sexu, si est femina, quærat: an sit gravida, puerpera, an menses fluant &c.
b Quærat, cujus ætatis sit? puerorum enim urina utpl. crassa est & pallida, aut juxta quosdam alba, juvenum vero & virorum ob fortiorem digestionem majoremque calorem magis colorata est: sed & hoc loco temperamentum sæpius huncce ordinem invertit.
c Inquirat, quo victu utatur & annon urinæ color vel aliæ mutationes ab assumptis, tam alimentis, quam medicamentis dependeant.
d Certus sit Medicus de tempore morbi, quo urina emissa fuit? an sit morbi initium, status &c. an vero morbus diu duraverit, ut hinc concludere queat, an mutationes in urina occurrentes criticæ, an vero symptomaticæ sint.
e Perpendat quo tempore excreta fuerit? an matutino, an vero alio.
f Inquirat an urina simul & semel, an vero repetitis vicibus emissa fuerit, & an recens sit? si enim est vetustior, pluribus vicibus emissa, aut ejus portio tantum vase excepta, reliqua vero abjecta fuerit, commodum de ea judicium ferri nequit.
g Quærat, an diu aeri exposita fuerit? aer enim admissus urinam maxime alterare solet.
h Non dijudicet urinam, nisi vase claro & pellucido excepta fuerit, quo eo accuratius colores & contenta urinæ discernere possit.
i Pariter quoque locus, ubi urinam inspicit Medicus, neque nimium obscurus sit, neque sole nimis illustratus, utroque enim modo Medicus in inspectione impeditur. Ut alia silentio prætereamus. An vero omnia hæcce insignem habeant usum & hinc ubique necessaria sint, cordatiorum Practicorum judicio relinquo. Pergo potius ad ea, quæ ab Authoribus hinc inde tanquam signa ex urina afferuntur.
4 Urinæ quantitas vel excedens, vel deficiens sive causa manifesta, in genere corporis humani statum præternaturalem indicat.
5 Urina copiosa in acutis die critico erumpens, salutem promittit.
6 Urina copiosa post ejus suppressionem a calculis, hydrope &c. salutaris est & morbi solutionem indicat.

7 Qui-

7 Quibus ſpes eſt abſceſſum fore ad articulos, eos abſceſſu liberat urina multa & craſſa. *Hipp.* 4. *aph.* 74.

8 Quibus urinæ craſſæ, grumoſæ, paucæ, non ſine febre, copia ex his ſuccedens tenuis, juvat. Tales autem maxime prodeunt, quibus ab initio, aut brevi, ſubſidentiam continent. 4. *aph.* 69.

9 Urinæ e contra multæ, tenues, aquoſæ ſine contentis, nullo critico die contingentes, nihilque ſublevantes, malæ.

10 Mala quoque eſt copioſa urinæ excretio in corporibus alias macilentis & exſuccis, quoniam ea facile ad Hecticam conſumptionem diſponit.

11 Deficiens urina ſeri defectum aut ejus per alia loca excretionem indicat.

12 Nonnunquam etiam ſeri & lymphæ viſciditatem & ſtagnationem aut extravaſationem indicat, uti id obſervamus in Cachexia & Hydrope.

13 Urinæ ſtillicidium vel plenaria ſuppreſſio, cum dolore nephritico ſubito exorta, renum calculum ſæpius indicat.

14 Quod ſi vero dolor in imo ventre cum urinæ ſuppreſſione vel ſtillicidio obſervetur, calculi veſicæ, urethram obſtruentis & urinæ exitum impedientis, indicia præbet.

15 Urinæ ſuppreſſio & ſtillicidium ſæpius quoque a malo ureteres obſtruente originem trahit.

16 Urinæ ſuppreſſio a diuturna ejuſdem retentione originem trahens, utpl. admodum periculoſa eſt.

17 Urinæ ſuppreſſio brevi tempore vel mortem, vel Hydropem poſt ſe trahit.

18 Largior mictio in acutis mala: in intermittentibus Hecticæ eſt prodromus.

19 Urinæ ſuppreſſio in acutis poſt frigus, peſtifera. *Bagliv. ex Hippocr.*

20 Urina craſſa non raro reperitur in Ventriculi morbis aut quando reliqua viſcera ſanguinis depurationi inſervientia læſa ſunt.

21 Quibus ſpes eſt abſceſſum fore ad articulos, eos abſceſſu liberat urina multa & craſſa & alba reddita, qualis in Febribus cum laſſitudine quarta die quibuſdam fieri incipit. *Hipp.* 4. *aphor.* 74.

22 Quibus in Febre urinæ conturbatæ, qualis jumentorum, his capitis dolores aut adſunt, aut aderunt. 4. *aphor.* 70.

23 Si cum talibus urinis adſint vigiliæ, ſitis, dolor capitis &c. delirium denuncia. Si ſopor, capitis gravitas cum pulſu parvo, Lethargum prædicito. *Bagliv.*

24 Craſſæ ſæpius urinæ fiunt ob ſalium copiam & Scorbutum interdum indicant.

25 Craſſæ urinæ & lixivioſæ, cum ſedimento limoſo copioſo, in Hydrope peſſimum indicant ſtatum.

26 Craſſiores & pallidæ urinæ meliores ſunt, quam tenuiores & nigræ.

27 Urina craſſa, turbida, taliſque permanens, ut igni appoſita clareſcere non poſſit, mala. *River.*

28 Urinæ tenues diu perſeverantes, ſi alia criſis non venerit; in magno humorum apparatu, ad abſceſſum in inferiora deſinit res. *Bagliv.*

29 Urinæ tenues ſemper ſuſpectæ in acutis. *Idem.*

30 Urinæ tenues cum bono colore in morbis acutis ſalutares. *Riverius.*

31 Quibus urinæ pellucidæ, albæ, malum. Maxime autem in phreniticis obſervantur. 4. *aphor.* 72.

32 Urina tenuis & bilioſa in Febribus diuturnum morbum portendit. *Hipp. Coac. Prænot. V. 6.*

33 Si fulva ac tenuis fuerit urina multo tempore, periculum eſt ne homo ſufficere poſſit, donec concocta fuerit urina: & ſi alias ſuperſtitis futuri ſigna fuerint, his abſceſſum affore expecta ad locum infra ſeptum tranſverſum. *Hipp. de Criſ. VII.* 5.

34 Tenuis urina ſi denſa fiat, ſudorem futurum indicat, *Hippoc, Coac. Prænot. V.* 54.

35 Urina tenuis & aquoſa in nephriticis doloris inſtantis indicium eſt.

36 Urinæ quæ clara mejitur primum, deinde vero poſt aliquod tempus conturbatur, bona. *Riverius.*

37 Quæ urina craſſa, turbida & confuſa mejitur, deinde per ſe ipſam clara evadit & limpida, bona. *Idem.*

38 Urinæ paucæ & tenues & aſſumpto potui non reſpondentes, in quolibet morbo malæ. *Idem.*

39 Urina flava citrina ſufficienti copia emiſſa, cum pauciſſimo vel nullo ſedimento, aut ſaltem nubecula rariore, indicat ſtatum ſanum Cholerici.

40 Similis urina cum pauco, albicante & mobili ſedimento, ſanguineis ſanis utpl. propria eſt.

41 Pallide citrina, nec adeo pellucida, cum ſedimento ſubmucido, Phlegmaticum indicat temperamentum.

42 E contra ſaturate citrina, aliquo modo craſſa, ſine inſigni ſedimento, utpl. indicat temperamentum Melancholicum.

43 Pallida urina phlegmaticis ac ſenibus familiaris eſt, & ſæpius etiam potum largiorem ſequitur.

44 Alias viſcerum digerentium inſignem debilitatem, caloriſque naturalis ſuppreſſionem, cruditates in primis viis &c. denotat.

45 Nonnunquam quoque viſcerum obſtructionem, Cachexiam, Menſium ſuppreſſionem excipientem & Hydropem imminentem indicat.

46 In ætate conſiſtente ſi obſervatur, cruditatum denotat copiam, ac Apoplexiam, præſertim in Plethoricis, interdum minatur.

47 Urina craſſa, citrina, minus pellucida, non tamen turbida ordinarie cruditates primarum viarum ac minus laudabilem alimentorum digeſtionem indicat.

48 Urina intenſe flava vel fuſca, aut crocea, ita ut etiam linteamina tingat, icteri imminentis & præſentis indicium eſt.

49 Urina aurantii coloris, repoſita turbida evadens ac aliquamdiu talis permanens, cum ſedimento ejuſdem coloris, indicat calorem præternaturalem.

50 Urina fuſca inſtar cereviſiæ denotat pathemata Hypochondriaco Hyſterica.

51 Urina ochrei coloris & ſimul ad lateritium colorem aut obſoletum aurantium tendens, multa & craſſa cum ſedimento roſeo, indicium eſt Febris lentæ ad Hecticam tendentis.

52 Sin vero ejuſmodi urina in pauca quantitate emittitur, indicat Aſciten cum Hecticis caloribus.

53 Urina obſoleti aurantii coloris & craſſa cum ſedimento ſquamis parvis prædito, ardorem iſchuretico urinæ cum dolore circa lumbos & os ſacrum manifeſtat.

54 Fuſca, tenuem cereviſiam æmulans cum ſedimento furfuraceo aut ſquamoſo, Fluorem album cum anguſtiis præcordiorum hypochondriaco-flatulentis indicat.

55 Sin vero citrini coloris, craſſa & minus pellucida, non tamen turbida, ſed inſtar muriæ braſſicæ, aut vini craſſioris fuerit, cruditates circa primas vias indicat.

56 Urina ſanorum urinæ in Febribus acutis ſimilis mala eſt, provectiore vero morbo funeſta.

57 Pallida tenuis, & limpida inſtar aquæ, ſignum ſemper eſt lethale, præcipue ſi morbus jam ſit provectior.

58 Alba lactea ab aſſumptis emulſivis originem non trahens, in infantibus denotat bonam quidem coctionem, ſed malam nutritionem.

59 Maxime pallida, tenuis & pauca obſtructionem primarum viarum & appetitum proſtratum: copioſa vero potum copioſum & diabeten indicat.

60 Pallida, tenuis, limpida, virideſcens & pauca, Cachexiæ & hepatis affecti indicium eſt.

61 Pallide rubra, craſſa & pauca, ſtaſeos ſalſo mucidæ lymphæ hydropicæ ſignum eſt.

62 Florida, ſubroſei coloris & turbida Febrem acutam malignam catarrhalem indicat.

63 Si vero aliquo modo eſt pellucida & latera lacteſcente cuticula tingit, Febris lentæ Hecticæ indicium eſt.

64 Purpurea, tenuis & maxime pellucida æſtum ſanguinis febrilem indicat.

65 Purpurea, craſſa, turbida, minus pellucida, cum ſedimento inſtar ſanguinis grumoſi & huic incumbente liquore fuſco, vaſorum in renibus læſorum ſignum eſt.

66 Pur-

66 Purpurea, tenuis, pellucida cum ſpuma Pleuritidis indicium eſt.
67 Rutilans, craſſa, nubeculam quaſi formans, circa dies criticos in Febribus emiſſa, difficilem morbi ſolutionem indicat, niſi forte per Hæmorrhagiam aut ſudorem criticum auxilium feratur.
68 Rutilans, pellucida, cryſtallos tartareos vitri lateribus affligens, Hypochondriaco-ſpaſmodico-arthriticos & ſcorbuticos affectus indicat.
69 Saturate rubra ad nigredinem vergens, cum pauco aut multo etiam obſoleti coloris ſedimento, inpr. ſi ægrotus jam diu decubuerit, Hecticæ ex acuta factæ indicium eſt.
70 Urina inſtar cereviſiæ nigræ, turbidæ, Scorbutum & apud juniores ſcabiem retropulſam interdum indicat.
71 Nigræ urinæ in morbo acuto apparentes, perniciosæ.
72 Urinæ, nigræ, lividæ, plumbeæ, virides &c. hypochondriacis confirmatis & melancholicis familiares ſunt.
73 Diu turbida permanens & pallida, ac ſi lutum in ea diſſolutum eſſet, flatulentias ſpaſmodico torminales in feminis, aut, ſi ſimul ſedimentum feculentum mucidum deponit, Diarrhœas torminales in junioribus indicat.
74 Sin vero nullum prorſus ſedimentum in eo obſervatur ac urina coloris eſt pallidi obſoleti ac ſi feces cereviſiariæ in ea diſſolutæ eſſent, deperditionem ſanguinis ex utero, aut Hæmorrhoidibus, prægreſſam ſignificat.
75 Vrina antea clara ſedimentum poſtmodum in Febribus deponens, inpr. ſi id die indicatorio contingit, morbi ſolutionem brevi futuram promittit.
76 Sin vero clara ſine ullo ſedimento ad undecimum diem vel ultra permanſerit, funeſtum morbi eventum portendit.
77 Urina citrina inſtar vini, clara, cum ſedimento roſeo, pauco, flocculento, motus hæmorrhoidales floridæ ætatis apud perſonas ſanas 26. vel 30. annorum indicat,
78 Sedimentum roſeum in urina ſtatum Plethoricum cum æſtu febrili indicat,
79 Sedimentum urinæ flocculentum cum pellicula pingui, excretionis ſeminis indicium eſt.
80 Urinæ quæ nullum aut ſedimentum, aut enæorema, aut nubeculam habent, malæ. *Riverius*,
81 Urinæ paucam ſubſidentiam habentes, malæ. *Idem*.
82 Sedimentum in urinis divulſum & inæquale, malum. *Idem*,
83 Sedimentum tenue initio morbi apparens & indies ſenſim craſſeſcens, bonum. *Idem*.
84 Sedimentum craſſum in quovis morbi tempore apparens, malum. *Idem*,
85 Urinæ ſedimenta livida aut nigra, peſſima. *Idem*,
86 Urina cum nubecula flocculenta & ſpuma diu durante Phthiſin indicat.
87 Enæorema divulſum, inæquale aut nigrum, malum. *Idem*,
88 Nubecula juxta ſuperficiem circuli modo evecta, in morbis acutis peſſima. *Idem*.
89 Pellicula pinguis pellucida, poſt urinæ agitationem non deſcendens, Tabis cum Hectico calore indicium eſt.
90 Urina ſpumoſa ab agitatione ſive motu vaſis urinarii talis non reddita & bullas diu ſervans, muciditatis ſanguinis, tuſſis & catarrhalium affectuum indicium eſt.
91 Urina craſſa inſtar muriæ, cum pellicula mucido-pingui, nulla præſente tuſſi, Luem Veneream indicat.
92 In Spuma granula ſi fuerint parva, Paralyſin indicat, & quanto fuerint minora, tanto certius eſt ſignum.
93 Urina oleoſa & cum pinguia araneis ſimilia innatant, mala. *Riverius ex Hipp.*
94 Sedimentum album & leve in febribus optimum eſt, & celerem morbi ſolutionem indicat.
95 Sedimentum rubens, die quarto apparens, morbi ſolutionem ſeptimo die futuram indicat.
96 Album inſtar cretæ indicium eſt partium terreſtrium & crudarum, ac familiare eſt naturis frigidioribus, ſenibus, calculis veſicæ laborantibus &c.
97 Album viſcoſum aut mucidum familiare eſt pituitoſis.
98 Rubrum inſtar farinæ laterum aut Boli Armenæ, nimiam partium ſalſarum & terreſtrium exaltationem indicat & non raro obſervatur in Febribus intermittentibus.
99 Farinaceum cruditatum craſſarum, fixarum & terreſtrium copiam digeſtionumque defectum indicat, & niſi criticum fuerit, malum eſt.
100 Si hocce ſedimentum ſimul ſquamoſum eſt, interdum veſicæ exulcerationem indicat.
101 Quibus in urina craſſa exiſtente, carunculæ parvæ aut veluti pili una exeunt, his de renibus excernuntur. *Hipp.* 4. *aph.* 76.
102 Atomi minutiſſimæ, urina clara exiſtente, hinc inde volitantes, graviditatis ſigna eſſe multi Medicorum volunt,
103 Urinæ ſabulum rubicundum cito fundum petens, eſt indicium calculi renum.
104 Sanguis floridus cum urina ſine dolore, aliiſque Nephritidem comitantibus ſignis, emiſſus, interdum ſignum eſt ſuppreſſionis Hæmorrhoidum.
105 Urina cruenta in Variolis & Morbillis aliiſque morbis exanthematicis, eſt lethale ſignum.
106 Si quis ſanguinem mingat & grumos, & urinæ ſtillicidium habeat, & dolor incidat in imum ventrem & ani ac ſcroti intercapedinem, partes circa veſicam affectæ ſunt. *Hipp.* 4. *aph.* 80. & 7. *aph.* 39.
107 Qui ſponte ſanguinem mingunt his in renibus venæ ruptionem ſignificat. 4. *aph.* 78.
108 Si quis ſanguinem & pus mingat & ſquamas & odor gravis ſit, veſicæ exulcerationem ſignificat. 4. *aph.* 81.
109 Eundem ſtatum veſicæ indicat, ſi cum urina multum muci viſcidi & tenacis fundum petentis & furfuraceis & quaſi ſquamoſis punctulis interſpersi, mingitur.
110 Quod ſi vero talis mucus cruentus eſt, aut ſanguis purus ſimul emittitur, indicium eſt ulcerationis renum.
111 Mucus fundum ſtatim petit, etiamſi urina agitetur: Semen non facile ſubſidet, ſed diu in urina hæret. Pus vero fundum quoque, ſed non adeo cito petit, ac facta aliquali urinæ agitatione, eam purulento colore imbuit,
112 Vermes cum urina excreti ulceris ſordidi, verminoſi prope partes urinarias latitantis, indicium ſunt.
113 Urina pinguis nunquam bona eſt, eo pejor vero, ſi in Hectica aut Phthiſi obſervatur.
114 Urina fœtida in morbis acutis factæ putredinis & mortis inſtantis indicium eſt.
115 Quo magis ponderoſa eſt urina, eo pejor, & contra.
116 Urinæ, quæ inſciis, & non recordantibus mingunt, peſſimæ. *Riverius*.

9. *De Signis ex Bile*,

I. *Definitio*:
II. *Differentia*. Vid. *Tabula de Phyſiologia p.* 5. *Conſ. Theor. Hominis Sani p.* 39.
III. *Obſervationes*,
1 Morbis quibuſvis incipientibus, ſi bilis atra vel ſurſum, vel deorſum prodierit, lethale. *Hipp.* 4. *aph.* 22.
2 Quibuſcunque ex morbis acutis, aut ex diuturnis, aut ex vulneribus, aut aliter quocunque modo extenuatis, bilis atra, vel qualis ſanguis niger, prodierit, poſtridie moriuntur. 4. *aphor.* 23.
3 Dyſenteria, ſi ab atra bile inceperit, lethale. 4. *aph.* 24.
4 Quo magis bilis eſt atra, quæ excernitur, eo facilius in partibus, quas tranſit, vel excoriationem, vel inflammationem producit.

10. *De Signis ex Muco*.

I. *Definitio*;
II. *Differentia*: Vid. *Tabula de Phyſiologia p.* 5. *Conſ. Theoria Hominis Sani p.* 42.
III. *Obſervationes*.
1 Mucus, per quæcunque loca excretus, teſtis eſt ſtatus humorum minus laudabilis.
2 Quo magis ſpiſſus eſt mucus excretus, eo facilius me-

metuenda est obstructio partium, per quas mucus secernitur.
3 Quo magis vero tenuis & salsus est mucus, eo facilius metuendæ sunt partium erosiones.
4 Mucus tenuis per pulmones excretus, plus damni post se trahit quam crassus.
5 Quo magis mucus a colore naturali deflectit & ad viriditatem vel flavedinem vergit, eo major de ejus corruptione metus est.
6 Excretio muci per pulmones semper majus periculum minatur, quam ea, quæ per alia loca fit.

II. *De Signis ex Fecibus alvinis & Vomitu.*

I. *Definitio*: Vid. *Tab. de Physiol. pag. 5.*
II. *Differentia.*
1 Ratione *quantitatis*, aliæ sunt *copiosæ*, aliæ vero *paucæ*.
2 Ratione *qualitatis*, & quidem
a Consistentiæ, aliæ sunt *compactæ*, *duræ*, *crassæ* &c. aliæ vero sunt liquidæ.
b Contentorum, aliæ sunt *biliosæ*, *acres*, aliæ *mucosæ*, aliæ *cruentæ*, aliæ chylosæ, aliæ cibos semidigestos continent.
c Coloris, aliæ sunt *albæ*, aliæ *flavæ*, aliæ *nigræ*, aliæ *virides*, *gruginosæ*, *vitellinæ* &c.
d Odoris, aliæ sunt fœtidæ, cadaverosæ, aliæ vero minus fœtidæ.
3 Ratione *modi excretionis*, aliæ *cum dolore*, aliæ *sine dolore*, aliæ *involuntariæ*, aliæ *frequentius*, aliæ *tardius* excernuntur.
4 Ratione *loci excretionis*, aliæ & quidem ordinarie per *alvum*, aliæ vero extraordinarie per *os*, sive per *vomitum* ejiciuntur.
III. *Observationes.*
1 Copiosior alvi dejectio in quolibet morbo mala. At si cum ventre tumido efferatur, pessima. *River.*
2 Paucæ dejectiones, vel quæ statim, ubi inceperint, sistuntur, malæ. *Idem.*
3 Alvi egestio optima est molis, cohærens ac compacta, subfulva, non valde graveolens, prodiens hora consueta, copia pro ratione ciborum ingestorum. *Hipp. Coac. Prænot. II. 1. 2. 3.*
4 Aquosæ dejectiones malæ sunt in febribus & in morbis infantum. *Waldschmid.*
5 Omnis dejectio copiosa in morbis pectoris mala est. *Idem.*
6 Uno die fluere alvum sæpe pro valetudine est, atque etiam pluribus, si abiit febris & intra septimum diem conquiescat.
7 Alvi liquida dejectio in progressu morbi & inpr. circa dies criticos crassitiem acquirens, bona. *Cons. Hipp. l. a.*
8 Alvi excrementa nimis sicca & compacta humidi detectum & depurationem sanguinis per intestina male procedentem indicant.
9 Alvi interceptæ, sed parva nigra velut caprarum stercora ad necessitatem coacte emittentes, nasus in his erumpens, malum. *Hpp. I. Prorrhet. V. 11.*
10 In alvo liquida lassato, capiti dolenti, sticuloso. vigilanti, obscure loquenti, impotenti, quibus talia sunt, his timor est, ut mente moveantur. *Hippocr. I. Prorrhet. 6.*
11 A Pleuritide, aut Peripneumonia detento alvi profluvium superveniens, malum. *Hippocr. 6. aphor. 16.*
12 E contra Ophthalmia laborantem ab alvi profluvio corripi, bonum. *6. aphor. 17.*
13 Ab Hydrope detento, si aqua secundum venas in alvum fluxerit, solutio fit. *Hipp. 6. aphor. 14.*
14 Dejectiones crebræ, biliosæ dysentericæ in acutis morbis pessimæ & exitiales. *Prosp. Alpin.*
15 A tabe detento alvi profluvium superveniens, lethale. *5. aphor. 14.*
16 Dejectiones virides, æruginosæ, lividæ & versicolores exitiosæ sunt. *Waldschmid.*
17 Si a dysenteria detento velut caruncula secesserint, lethale est, *4. aphor. 26.*
18 Sanguis sursum quidem, qualiscunque sit, malum. Deorsum vero, bonum, niger subtus secedens. *4. aphor. 25.*
19 Excrementa cruenta interdum indicant fluxum Hæmorrhoidalem internum, si alia conspirant.
20 Excrementa mucosa & cruenta cum torminibus & tenesmo ejecta, signum sunt dysenteriæ.
21 Excrementa carnium loturæ similia, signum sunt fluxus Hepatici.
22 Dejectiones cruentæ in Variolis aliisque acutis periculosissimæ sunt. *Waldschmid.*
23 Malum est, si sanguis splendidus per secessum ejiciatur. *Idem.*
24 Dejectiones chylosæ indicant Fluxum Cœliacum.
25 Si vero cibi semidigesti ejiciuntur per alvum, signum est Lienteriæ.
26 Albæ dejectiones in morbis quibuslibet apparentes malæ.
27 Albescentia excrementa utplur. ictericis familiaria sunt.
28 Alvi dejectiones fœtidæ, cadaverosæ, in acutis pessimæ.
29 Excrementa alvina meraca aut nigra in acutis, malæ.
30 Spumosæ dejectiones in febribus acutis, malæ. *Riverius.*
31 Pingues & viscosæ dejectiones lethales. *Idem.*
32 In morborum principio vermes prodire; tam vivos quam mortuos, malum; potissimum, si soli & sine stercore exeant. *Idem.*
33 Lumbrici in declinatione morbi cum excrementis exeuntes & jam coctione apparente, bonum.
34 Feces vomere in ileo, lethale est.
35 Ab ileo vomitus, aut singultus, aut convulsio, aut delirium, malum. *7. aphor. 10.*
36 Vomitus commodissimus est, ex pituita & bile quam maxime permixtus, & non crassus valde, neque multus. *Hipp. Prognost. XII. 9.*
37 Vomitus biliosi aut pituitosi die critico erumpentes, boni. *Riverius.*
38 Vomitus meraciores mali sunt. *Hipp. l. a.*
39 Si vero id, quod vomitu rejectum est, prasini fuerit coloris, aut lividum, aut nigrum: quicunque horum colorum fuerit, malum esse putandum est.
40 Si vero omnes colores idem homo vomit, valde pernicioſum hoc est.
41 Celerrimam autem mortem significat lividus vomitus, si graveolens fuerit, omnes vero supputridi ac fœtidi odores in omnibus vomitibus mali sunt.
42 Vomitus in acutis augures sunt periculi.
43 Vomitus paucus & laborioſus in acuta febre, malus.
44 Vomitus in vulneribus semper mali sunt.
45 A diuturno alvi profluvio detento, sponte superveniens vomitus alvi profluvium solvit. *6. aphor. 15.*

III. *De Signis ex Sanguine menstruo.*

I. *Definitio*: Vid. *Tab. de Physiologia p. 11.*
II. *Differentia.*
1 Respectu *quantitatis* alii menses sunt excedentes, alii vero deficientes.
2 Respectu *qualitatis* alii sunt floridi, alii nigri, alii pallidi &c. alii sunt acres & morsicantes, alii fœtidi &c.
3 Respectu *modi excretionis* alii cum, alii sine dolore excernuntur.
4 Respectu *temporis excretionis*, alii legitimo & ordinario, alii extraordinario tempore fluunt.
5 Respectu *loci excretionis*, alii per vias ordinarias, alii vero per extraordinarias excernuntur.
III. *Observationes.*
1 Menses nimium fluentes, vel statum plethoricum, vel orgasmum sanguinis, vel præternaturalem sanguinis ad uterum directionem indicant.
2 Mensibus pluribus prodeuntibus morbi fiunt, & non prodeuntibus, ab utero morbi contingunt. *5. aph. 57.*
3 Caligines, mensibus multis comparentibus, solvuntur. *Hipp. Coac. Prænot. III. 461.*
4 Largior sanguinis menstrui quantitas non statim indicat statum præternaturalem, inpr. si absque defectu virium fluxus contingit.

3 Stillicidium menſium arguit vel ſanguinis defectum, vel ejuſdem ſpiſſitudinem, vel motuum defectum.
6 Suppreſſio menſium in maritatis, ſi alia conſpirant, eſt ſignum graviditatis.
7 Menſium fluxus pubertatis tempore erumpens, morbos præſentes ſæpius tollit, ſi vero non ſolvuntur iſti morbi, perſeverare ſolent. 3. *aphor.* 28.
8 Mulieri menſibus deficientibus, ſanguinem ex naribus fluere, bonum eſt. 5. *aphor.* 33.
9 Mulieri menſes decolores, & non eodem tempore ſemper prodeuntes, purgatione opus eſſe ſignificant, 5. *aphor.* 36.
10 Mulieri ſanguinem vomenti, menſibus erumpentibus, ſolutio fit. 5. *aphor.* 32.
11 Quibus alvo tumefacta, ad pudendum rubor devenit, menſibus albis humidis de repente progreſſis, in longis febribus moriuntur. *Hippoc. Coac. Præn.* III. 430.
12 In muliere purgationis fluxus febres ſolvit. *Hippoc. Coac. Prænot.* I. 226.

13. *De Signis ex Lacte & Mammis.*

I. *Definitio*:
a Lactis. Vid. *Tab. de Phyſiol. p. 6.*
b Mammarum. Mammæ ſunt duo corpora globoſa utrinque in Pectore mulierum ſita, pro diverſo ſtatu diverſa ſigna Medico Practico exhibentia.

II. *Differentia*,
a Lactis, quod
1 Reſpectu *quantitatis* aliud eſt copioſum, aliud vero pauçum,
2 Reſpectu *qualitatis*
α Aliud eſt *ſpiſſum*, aliud *fluxile & tenue*.
β Aliud *album*, aliud *aquoſum*, aliud *ſubcæruleum*, aliud *ſubflavum*.
γ Aliud *ſubſalſum*, aliud *dulce*.
3 Reſpectu *modi excretionis*, aliud ſine magna difficultate, aliud vero non ſine ſenſibilibus doloribus excernitur, aliud ſponte effluit.
b Mammarum,
1 Aliæ ſunt *globoſæ & duræ* ſive *compactæ*, aliæ ſunt *flaccidæ & pendulæ*.
2 Aliæ ſunt *æquales*, aliæ vero *inæquales*.

III. *Obſervationes*,
1 Inſignem ſæpe lactis copiam fœminæ quædam abſque ulla noxa in mammis continent.
2 Abundantia lactis facile viam ſternit variis mammarum tumoribus, inpr. ſi ſpiſſius evadit, vel prorſus coagulatur.
3 Lac in lactantibus ſine cauſa manifeſta ſubito diſparens, infantis ſugentis mortem ſignificare, mulieres, experientia edoctæ, aſſerunt.
4 Lac tenue & aquoſum ad nutritionem infantum ſæpius ineptum eſt.
5 Lac ſubcœruleum, aut ſubflavum, aut ſalſum ſæpius bilis abundantiam, aut viſcerum ac humorum malum ſtatum indicat.
6 Si mulier, quæ nec prægnans eſt, nec peperit, lac habeat, ei menſtrua defecerunt. *Hipp.* 5. *aphor.* 39.
7 Mulieri in utero gerenti, ſi multum lactis ex mammis fluxerit, infirmum fœtum ſignificat. Si vero ſolidæ fuerint mammæ, ſaniorem fœtum ſignificat, 5. *aphor.* 52.
8 Mulieribus, quibus in mammas ſanguis convertitur, inſaniam ſignificat. 8. *aphor.* 40.
9 Mulieri in utero gerenti, ſi mammæ ex improviſo graciles fiant, abortit. 5. *aphor.* 37.
10 Mulieri in utero gerenti, ſi altera mamma gracilis fiat, gemellos geſtanti, alterutrum abortit. 5. *aphor.* 38.
11 Quæ perdituræ ſunt fœtus, his mammæ graciles fiunt. Si vero rurſus duræ fiant, dolor erit, aut in mammis, aut in coxis, aut in oculis, aut in genibus & non perdunt. 5. *aphor.* 53.
12 Mammas tumidas ac magnas habere, ad conceptionem bonum eſt. *Hipp. II. Prorrhet. XXXIII.* 5.

14. *De Signis ex Semine & Scroto.*

I. *Definitio*:
1 *Seminis*: Vid. *Tab. de Phyſiol. p. 7.*
2 *Scroti*: Eſt ſaccus ex duabus tunicis, altera interiore altera vero exteriore conſtans, ſub membro virili hærens & teſtes includens, pro diverſo ſui ſtatu diverſa ſigna exhibens.

II. *Differentia*.
1 *Seminis*.
a Reſpectu *quantitatis* vel abundat, vel deficit.
b Reſpectu *conſiſtentiæ* aliud eſt fluidum & tenue, aliud vero eſt ſpiſſum.
c Reſpectu *coloris*, aliud album, aliud flavum, aliud ex flavo viride eſt.
d Reſpectu *emiſſionis*, aliud cum impetu prodit, aliud lente & tarde admodum emittitur, aliud vero involuntarie excernitur.
2 *Scroti*: quod eſt
a Vel *contractum*.
b Vel *pendulum*.
c Vel *frigidum*.

III. *Obſervationes*,
1 Appetitus venereus auctus in maribus cum tentigine, frequens eſſe ſolet calculoſis, arthriticis & Elephantiaſi laborantibus.
2 Appetitus venereus in morbis, vel poſt hos obveniens, virium robur ac reſtitutionem indicat.
3 Seminis frequentior emiſſio, inpr. quæ noctu contingit, interdum ad Tabem diſponit.
4 Semen nimis ſpiſſum, aut tardius emiſſum, raro ad generationem aptum eſt.
5 Semen variegatum aut acre cum dolore emiſſum, utpl. ſignum eſt gonorrhœæ virulentæ.
6 Semen involuntarie emiſſum, vel ejuſdem acrimoniam, vel partium ſemen continentium debilitatem indicat.
7 Teſtis dexter frigidus & convulſus, lethale. *Hipp.* 8. *aphor.* 11.
8 Flacciditas Scroti in pueris præcipue, vitæ periculum minatur, rugoſitas vero & contractio ejuſdem, ſalutem promittit.
9 Flacciditas, Scrot & membri virilis impotentiæ ſignum eſt.
10 Teſtes & pudenda revulſa, dolores fortes ſignificant, & periculum lethale. *Hipp. Prognoſt.* VIII. 20. *Coac. Prænot.* III. 352.
11 Quibus tuſſis ſicc. eſt, his non ſolvitur; niſi dolor fortis ad coxas, aut ad crura, aut ad teſtem irruat. *Hippocr.* II. *Epidem. Sect.* V. 23.

15. *De Signis ex Sputo.*

I. *Definitio*: SPutum eſt materia excrementitia, partim a Saliva, partim vero e confiniis oris & pectore originem trahens.

II. *Differentia*.
1 Reſpectu *quantitatis*, aliud eſt copioſum, aliud paucum.
2 Reſpectu *conſiſtentiæ*, aliud eſt ſpiſſum, aliud fluxile.
3 Reſpectu *coloris* aliud eſt album, aliud cruentum, purulentum, viride &c.
4 Reſpectu *odoris* aliud eſt fœtidum, aliud vero nullum habet odorem.
5 Reſpectu *ſaporis*, aliud eſt amarum ſive bilioſum, aliud ſalſum, inſipidum &c.

III. *Obſervationes*.
1 Multa & frequens ſputatio ſolennis eſt hœmoſis.
2 Copioſum ſputum interdum Ptyaliſmum, interdum vero dentitionem in infantibus indicat.
3 Paucum ſputum, vel nullum prorſus, in Pleuritidis & Peripneumoniæ ſtatu, utpl. funeſtum eſt.
4 E contra in pleuriticis ſputum, ſi ſtatim appareat veniente morbo abbreviat. *Hipp.* I. *aphor.* 12.
5 Sputa alba, lævia, æqualia, non admodum tenuia, vel craſſa, quæve prompte facileque excernuntur, & ſine dolore ullo vehementi aut multa tuſſi, ſalutaria. *Riverius*

6 Capitis dolorem ſolvit pus per nares, aut ſputa craſſa & non olentia. *Hipp. Coac. Prænot. II.* 25.
7 Ex Angina ſputa viſcoſa, craſſa, valde alba, quæ violenter educuntur, malæ ſunt. *ibid. III.* 118.
8 Ex Angina ſubarida frequentia ſputa, cum tuſſi, lateris dolorem inducentia, pernicioſa. *ibid. III.* 121.
9 Sputum flavum ſanguine permixtum non multo, ſi in pulmonis inflammatione in principio morbi rejiciatur, ſalutare eſt, & valde prodeſt. Si vero ſeptimo die, aut poſterius, minus ſecurum eſt. *Hipp. Prognoſt. XIII.* 12. 13.
10 Omnia ſputa mala ſunt, quæ dolorem non ſedant. Quæ vero dolorem ſedant, omnium optima exiſtunt. *ibid.*
11 Malum etiam eſt, ſi nihil repurgetur, neque emittat pulmo, ſed plenus ferveat in gutture. *ibid.*
12 Sputum viſcoſum, craſſum & glutinoſum in Pleuritide & Peripnevmonia peſſimum eſt.
13 Sputa meraca & nigra omnium peſſima ſunt.
14 Sputum flavum meracum periculoſum eſt, & album ac viſcoſum ac rotundum inutile eſt. *ibid.*
15 Sputum in omnibus doloribus, qui circa pulmonem & coſtas fiunt, cito ac facile exſpui convenit & flavum ſputo valde permixtum apparere. *ibid.*
16 Sputa viſcida & glutinoſa cum raucedine, peſſima. *Riverius ex Hippocr. Coac.*
17 Omnis ſputi ſuppreſſio in Pleuritide & Peripnevmonia peſſima eſt.
18 Sputa flava pallida, aut ruſſa in ſanis apparentia, ſive amara illa ſint, ſive dulcia, Phthiſin affuturam & inde mortem prænuntiant. *Riverius.*
19 A ſanguinis ſputo, puris ſputum, malum. 7. *aphor.* 15.
20 A puris ſputo tabes & fluxus. Poſtquam vero ſputum retinetur, moriuntur. 7. *aphor.* 16.
21 Qui ſanguinem ſpumoſum deſpuunt, his ex pulmone talis rejectio fit. 5. *aphor.* 13.
22 Qui ſuppurati futuri ſunt, primum ſalſuginoſum ſpuunt, deinde dulcius. *Hipp. Coac. Prænot. III.* 209.
23 Lateris dolor in ſputo bilioſo, præter rationem evaneſcens, mentem emovet. *ibid.* 228.
24 Sputum rotundum, aut grandinis formam referens, exitioſum. *Riverius.*
25 Exſcretiones in Febribus non intermittentibus lividæ & cruentæ & graveolentes & bilioſæ omnes malæ. At probe ſecedentes, bonæ. 4. *aphor.* 47. *&* 7. *aphor.* 96.
26 A tabe vexatis ſi ſputum, quod extuſſiunt, prunis ſuperfuſum graviter oleat, & capilli de capite defluant, lethale. 5. *aphor.* 11. *&* 7. *aphor.* 78.

16. *De Signis ex Dentibus.*

I. *Definitio:*
II. *Differentia.* Videantur in Anatomicis.
III. *Obſervationes.*
1 Dentibus ſtridere in Febribus, quibus non familiare id eſt a pueris, furioſum ac lethale eſt. *Hippocr. Prognoſt. IV.* 4. Jam vero delirans, ſi hoc faciat, penitus lethale eſt. *Coac. Prænot. II.* 152.
2 Pernicioſum eſt reſiccari dentes. *ibid.*
3 Dentis corruptio abſceſſum, circa gingivam factum, ſolvit. *ibid.*
4 Ex dentis corruptione, vehemens Febris ſuper accedens, & delirium, lethale eſt. Si vero ſerventur, ulcera ſuppurabunt & oſſa diſcedent. *ibid.*
5 Quibus in Febre ad dentes viſcoſa circumnaſcuntur, his Febres fiunt vehementiores. 4. *aphor.* 53.
6 Quibus in dentibus circum circa viſcoſa fiunt, malum eſt ſubhiare ac fixis oculis intendere. *Hippocr. IV. Epidem. XXVII.* 13.

17. *De Signis ex Lingua.*

I. *Definitio.* Vid. *Anatom.*
II. *Differentia.*
1 Alia eſt rubra, alia nigra &c.
2 Alia eſt humida, alia ſicca, aſpera &c.
3 Alia muco vario eſt obducta, alia eodem caret.
4 Alia eſt cum, alia ſine puſtulis.
5 Alia eſt tremula.
III. *Obſervationes.*
1 Lingua, quæ in principio quidem inhorruit, in corpore vero permanet: progreſſu autem temporis exaſperatur & liveſcit, & rumpitur, lethalis eſt. *Coac. Prænot. II.* 138.
2 Periculoſiſſima eſt nigra & cum virore pallida. *ibid.*
3 Humidam & puram retinere linguam, in omnibus morbis bonum eſt.
4 Lingua circa bifidam ſui partem veluti ſaliva alba obduci, Febris remiſſionis ſignum eſt, ſi quidem id, quod ſuperinductum eſt, craſſum fuerit, eadem die: ſi vero tenuius poſtridie, ſi vero adhuc tenuius, tertia die. *ibid.*
5 Lingua tremula cum rubore juxta naſum, & alvo liquida, ſi reliqua ſine ſignis ſint circa pulmonem, malum eſt, & celeres pargationes pernicioſas ſignificat. *ibid.*
6 Lingua nigra cum ſiccitate, ſcabritie, ſciſſuris & uſtione lethalis. *Riverius Conſ. Hippocr. l. a.*
7 Peripnevmonicis, quibus lingua tota alba ac aſpera fit, ambæ pulmonis partes inflammatæ ſunt: quibus vero dimidium, una, juxta quam apparet. *Hippocr. l. a. III.* 176.
8 Anginoſi in linguis tumores, citra ſigna diſparentes, pernicioſi. *ibid. III.* 9.
9 Linguæ tremulæ quibuſdam alvum liquidam quandoque faciunt. *ibid. II.* 147.
10 Denigratæ vero in his celerem mortem ſignificant. *ibid.*
11 Linguæ aſperæ & reſiccatæ, phreniticæ ſunt. *ibid.*
12 Lingua tremula in acutis mortifera. *Riverius.*
13 Si lingua derepente impotens fiat, aut aliqua corporis pars ſiderata, atrabilarium tale exiſtit. 7. *aphor.* 40.

18. *De Signis ex Faucibus.*

I. *Definitio*: Conſule Anatomicos.
II. *Differentia.*
1 Aliæ ſunt *naturales*, aliæ *præternaturales* & harum
2 Aliæ ſunt *doloribus* affectæ, aliæ dolorum expertes.
3 Aliæ ſunt *inflammatæ*, aliæ vero *exulceratæ*.
4 Aliæ ſunt *graciles*, *parvæ*, *ſuffocatoriæ &c.*
III. *Obſervationes.*
1 Fauces dolorôſæ, graciles cum ægre tolerabili moleſtia, ſtrangulatoriæ, pernicioſæ, acute. *Hippocr. I. Prorrhet. XI.* 4. & *Coac. Prænot. II.* 201.
2 Dolores in faucibus gracilibus ſtrangulatorii, a capitis dolore originem trahentes, convulſorii ſunt. *Coac. Prænot. II.* 197.
3 Quibus circa fauces irritamenta ſunt, his tumores circa aurem leniter erumpunt. *ibid.* 200.
4 Fauces modice exaſperatæ & alvus vanis conatibus nitens frontis dolores, ægri palpando contrectantes, doloroſi: quæ ex his augeſcunt, difficilia ſunt. *ibid.* 204.
5 Dolores fortes circa fauces, tumores circa aurem & convulſiones efficiunt. *ibid.* 206.
6 Dolores parvi in acutis juxta fauces graciles, in gracili ubi hiarit, non facile os contrahente, mentem emovent. Ex his phrenitici pernicioſe habent. *ibid.* 217
7 Fauces exulceratæ in Febre, cum alio ſigno ex his, quæ difficilia ſunt, periculoſæ ſunt. *ibid.* 220.
8 In faucibus ſonitus frequentes, cum ſalivæ ſputatione. In his in ſomnis ſudores, boni. *Hippocr. I. Prorrhet. XV.* 16.

19. *De Signis ex Deglutitione.*

I. *Definitio.* Vid. *Tab. de Phyſiolog. p.* 9.
II. *Differentia.*
1 Alia eſt facilis, alia eſt difficilis &
2 Hæc vel cum dolore vel ſine dolore contingit.
III. *Obſervationes.*
1 In Febribus derepente ſuffocari & deglutire non poſſe, citra tumorem, malum eſt. *Hippoc. Coac. Prænot. II.* 22.
2 Collum convertere non poſſe, neque deglutire, ut plurimum lethale eſt. *ibid.*

3 Deglutitio violenta mala eſt. *ibid. III.*
4 Deglutitio læſa ob Paralyſin muſculorum ſemper curatu difficilior eſt, quam quæ ab eorum inflammatione originem trahit.
5 Si in morbis tam chronicis, quam acutis potulenta repente & cum ſonitu adſtantibus perceptibili incidunt quaſi in Ventriculum, utpl. lethale eſt ſignum.

20. *De Signis ex Appetitu.*

I. *Definitio.* Vid. *Tab. de Phyſiolog. p. 8.*
II. *Differentia.*
1 Alius eſt laudabilis.
2 Alius proſtratus.
3 Alius depravatus.
4 Alius auctus.
III. *Obſervationes.*
1 Appetitum conſtare, in quovis morbo bonum.
2 E contra appetitum in morbis præſertim chronicis prorſus proſtratum eſſe, malum eſt.
3 In morbo diuturno appetitus proſtratus & meracæ dejectiones, malum. 7. *aphor.* 6.
4 Non ſatietas, non fames, neque aliud quidquam bonum eſt, quod naturæ modum excedat. 2. *aphor.* 4.
5 A morbo belle comedenti, nihil proficere corpus, malum eſt. 2. *aphor.* 31.
6 In longis dyſenteriis appetitus proſtratus, malum: & cum febre, pejus. 6. *aph.* 3.
7 Appetitus inſolitus in morbis utpl. malus eſt & mentis emotionem indicat.
8 Interdum tamen inſigni cum deſiderio ingeſta alimenta remedii vim obtinent.
9 Si mulieri purgationes non prodeant, neque horrore, neque febre ſuperveniente; cibi autem faſtidia ipſi accidant, hanc in utero gerere putato. 5. *aph.* 61.
10 Qui in principio morbi bene appetunt, poſtmodum vero cibos averſantur, morbo diutius torqueri ſolent.
11 Depravata appetentia, quæ Pica ſeu Malacia dicitur, in morbis chronicis mala. *Riverius.*
12 Sitis præter rationem ſoluta in acutis morbis, mala eſt. *I. Prorrhet. VII.* 7.
13 Sine ſiti eſſe tum in Pleuritide, tum in omnibus circa pulmonem morbis, bonum. *Coac. Prænot. III.* 156.
14 Qui in medicamentorum potionibus, dum purgantur, non ſitiunt, non ceſſant, priuſquam ſitierint. 4. *aphor.* 19.
15 Sitis ſine cauſa manifeſta aucta, diſpoſitionem ad ſtatum præternaturalem indicat.
16 Sitis inexhauſta, quæ nullo potu expleri poteſt, mala. *Riverius.*

21. *De Signis ex Senſibus externis & internis.*

I. *Definitio.*
II. *Differentia*: Vid. *Tabula de Phyſiologia p.* 12.
III. *Obſervationes.*
1 Sonitus aurium cum viſus hebetudine & narium gravedine mentem emovet & ſanguinem profundit. *Hippoc. Coac. Prænot. II.* 69.
2 Quibus ſurditas cum capitis gravitate & præcordii intenſione & ad ſplendorem turbatio, ſanguinem profundit. *ibid.*
3 Tinnitus in acutis & ſonitus in auribus lethale. *ibid.*
4 In febre acuta aures obſurdeſcere, furioſum eſt. *ibid.*
5 Valde ſurdi in accipiendo tremuli, linguam reſoluti, torpidi, malum. *ibid.*
6 Accedente ægritudine ſurditas & urina ſubrubicunda ſubſidentiam non habens, ſed id, quod in medio innatat, mentem emovet. *ibid.*
7 Surditas, quæ in acutis critice fit, bona eſt. Mala eſt, quæ per intervalla in acutis obſervatur & quæ citra criſin evenit. *VValdſchmid.*
8 Sonitus & tinnitus aurium in puerperis peſſimi. *ibid.*
9 Qui citra febrem, aurium tinnitibus, capitis doloribus aut tenebricoſa vertigine & votis tarditate, manuumque ſtupore tentantur, in iis aut ſiderationem, aut morbum comitialem, aut etiam oblivionem ſperare oportet. *ibid. ex Hippocr.*
10 Capitis concuſſiones & aurium ſonitus ſanguinem effundunt, aut mulieri menſes deducunt, tum alias, tum, ſi juxta ſpinam ardor conſequatur. *Hippoc. Coac. Prænot. II.* 15. 16.
11 Viſum aut auditum per ſomnum læſa habere, morbum cirea caput ſignificat. *Hippocr. de Inſomniis. XII.* 11.
12 In febre non intermittente, ſi labium aut ſupercilium aut oculus aut naſus pervertatur, ſi non videat, ſi non audiat, corpore jam debili exiſtente, quicquid horum fiat, in propinquo mors eſt. 4. *aphor.* 49.
13 Si poſt Phrenitidem, aut gravem alium capitis morbum ſurditas ſuccedat priore morbo ceſſante, aut allevato & facultate non debilitata, bonum. *Riverius.*
14 In ardentibus & aliis febribus, quibus colli dolor & temporum gravitas & caligo vertiginoſa circa oculos, aut etiam præcordiorum diſtentio non cum dolore fit, his ſanguis per nares erumpit. *Hipp. l. Epidem. Sect. II.* 98.
15 Olfactus in extrema virium debilitate ſi perit, mortem inſtantem indicat.
16 Si omnia fœtida apparent, indicat vel ulcus narium aut partium vicinarum, aut humorum corruptorum in Ventriculo copiam, aut ſanguinis interdum inſignem corruptionem.
17 Cibos & potus atque medicamenta oblata putria atque graveolentia videri, malum. *Riverius.*
18 Torpores & Senſus ſtupiditates, præter morem contingentes, futuræ ſideralionis ſignum ſunt. *Hippoc. Coac. Prænot. III.* 315.
19 In omni morbo mente valere, & bene ſe habere ad ea, quæ offeruntur, bonum eſt: contrarium vero malum. 2. *aphor.* 33.
20 Prædebilitatorum deſipientiæ peſſimæ ſunt. *Hippocr. I. Prædict. I.* 9.
21 In bilioſis meracis alvi egeſtionibus rari circa latus dolores deſipientiam ſignificant. *ibid. III.* 7.
22 Mentis perculſiones cum voce clangoſa, linguæ convulſiones tremulæ & voces tremulæ evadentes, mentem alienant. *ibid.*
23 Deliria circa neceſſaria peſſima ſunt. *Hippoc. Coac. Prænot. I.* 141.
24 Deliria cum ſopore convulſoria ſunt. *ibid.* 123.
25 Mente moti, acute inſuper febrientes phrenitici fiunt. *ibid.* 138.
26 Mentis emotiones modice feroces, ferinæ ſunt, ſed & convulſiones ſignificant. *ibid.* 124.
27 Deſipientiæ cum riſu oborientes, ſecuriores ſunt: cum ſtudio vero ſerio, periculoſiores. 6. *aphor.* 53.
28 Dentes collidere aut ſtridere, quibus non familiare id eſt a pueris, furioſum ac lethale eſt. *Coac. Prænot. II.* 151.
29 Quibus in febribus ardentibus tremores facti fuerint, mentis emotio ſolvit. 6. *aphor.* 26.
30 Ex plaga in caput, ſtupor aut delirium, malum. 7. *aphor.* 14.
31 In principiis febrium, ſi delirium acceſſerit, periturum hominem ſciendum eſt. *II. Prorrhet. XIII.* 9.
32 Ex ſanguinis fluxu aut nimio potu aut volvulo delirium, malum. *ibid.* 7. 9. & 10.
33 Ubi in febre non intermittente, difficultas reſpirandi & delirium fit, lethale eſt. 5. *aphor.* 50.
34 Ubi ſomnus delirium ſedat, bonum eſt. 2. *aphor.* 2.
35 Ex vigilia convulſio aut delirium malum. 7. *aph.* 18.
36 Delirium in ſpiritu, ſingultu & ſudore lethale eſt. *Coac. Prænot. I.* 150.
37 Oblivio ſubito exorta, mala eſt. Oblivio poſt Epilepſiam vel Apoplexiam, peſſima. *VValdſchmid.*
38 Delirii minus periculoſi ſigna ſunt, ſi fit cum riſu & abſque ferocia, ſi habeat intervalla, ſi leve fuerit, ſi vires conſtent, & ſi ſomnus ſuperveniat.
39 Ignorantia cum rigore, malum. Malum item oblivio. *Hipp. I. Prorrhet. VIII.* 8. 4.
40 In Phrenitide ſubitanea reſipiſcentia, febre acuta perſeverante, & nulla criſi prægreſſa, mortem in propinquo eſſe ſignificat. *Riverius.*
4 Phrenitis Lethargo ſuccedens, ſalutaris. *ibid.*

22. *De Signis ex Motu voluntario & Decubitu.*

I. *Definitio*: Vid. *Tab. de Physiolog. p.* 13.
II. *Observationes*
1 In quovis morbo, si æger facile surgat & erigat se; si de latere in latus facile convertatur salutare; si contra, vix sese commovere possit, malum. *Riverius ex Coac. III.* 347.
2 Multa corporis jactatio, anxietas & inquietudo in febre acuta, mala. *ibid.*
3 Spontaneæ lassitudines morbos denunciant. 2. *aphor.* 5.
4 Gravitas totius corporis, & manuum ac pedum, mala est. *Hipp. Coac. Prænot. III.* 348.
5 Decubitus optimus est, velut qui sanus solitus fuit. *ibid.*
6 At supinum jacere cruribus extentis, bonum non est. *ibid.*
7 Si vero etiam delabatur pronus ad pedes, deterius est. *ibid.*
8 Lethale autem est & hiare & dormire semper & crura supine jacentis valde incurvata esse ac complicata. *ibid.*
9 In ventrem autem decumbere, si quis non sit adsuetus, delirium significat, & dolores circa ventrem, *ibid.*
10 At pedes nudos habere & manus, si quis non vehementer calidus sit, & crura disjecta, malum est; anxietatem enim significat. *ibid.*
11 Erectum sedere velle, malum est in acutis, pessimum autem in peripneumonicis ac pleuriticis. *ibid.*
12 Pernicioſum etiam est, pervolvere se ad margines lecti, ac primum pedes excludere, deinde corpus erigere, & nisi cohibeantur, vel excidere, vel surgere, *Riverius ex Hollerio.*
13 Manus quæ in febribus acutis, aut peripneumonicis, aut in phrenitide, aut capitis dolore, ante faciem feruntur & frustra venantur, & festucas legunt, & floccos de vestibus evellunt, & de pariete paleas detrahunt, eæ omnes malæ sunt. *Hippocr. Prognost. IV.* 10.

23. *De Signis ex Somno & Vigiliis.*

I. *Definitio*: Vid. *Tab. de Physiol. pag.* 13.
II. *Differentia.*
1 Somni, qui est
a Vel nimius vel paucus.
b Vel sæpius interruptus & insomniis turbatus.
2 Vigiliarum, quæ sunt
a Vel immoderatæ.
b Vel continuæ.
III. *Observationes.*
1 Somnus, vigilia, utraque modum excedentia, malum. 2. *aphor.* 3.
2 Quo in morbo somnus laborem facit, lethale: si vero somnus juvet, non est lethale. *ibid.* 1.
3 Ubi somnus delirium sedat, bonum. *ibid.* 2.
4 Somni profundi, non turbulenti, firmam judicationem significant. *Hippocr. Coac. Prænot. I.* 220.
5 Somni soporosi & perfrigerationes pernicioſæ sunt, *ibid. II.* 41.
6 Somnus multus in faucibus exasperatis convulsorius, *I. Prorrhet. XV.* 5.
7 Quibus bibendi appetentiæ, noctu valde sitientibus si obdormierint, bonum est. 5. *aphor.* 27.
8 Oculorum rectitudo in morbo acuto & motus velox & somnus turbulentus & vigiliæ & quandoque sanguinis e naribus stillationes, nihil boni. *Coac. Prænot. II.* 137.
9 Exitioſum est, ubi ægrotus ore hiante assidue dormit. *VValdschmid. ex Hippocr.*
10 Sopor in principio morbi malus est. *ibid.*
11 Somnus comatosus in febre acuta pernicioſus. *River.*
12 Si quis in laborioſa febre obstupescat, & veluti catoche afficiatur, morbo laborat pessimo. *Ibid. ex Hipp.*
13 Excitationes a somno, quæ cum pavore fiunt & turbulentia, periculosæ. *ibid.*
14 Si per somnum candidæ partis oculorum demissis palpebris aliquid apparet, nec alvi fluor, nec inedia in causa est, nec ita æger dormire consuevit, vitioſum indicium, lethaleque admodum est. *Ibid. ex Galeno.*
15 Vigiliæ in acutis, exceptis iis, quæ instantem mutationem criticam comitantur, malæ sunt. *VValdschm.*
16 Vigiliæ immoderatæ in juvenibus magis periculosæ, somni vero in senibus. *Riverius.*
17 Quicunque ægrotantes neque noctu neque interdiu dormire possunt, valde periclitantur.
18 Ex vigilia convulsio aut delirium, malum. 7. *aph.* 18,
19 Insomnia in phrenitide evidentia, bona sunt. *I. Prorrhet. I.* 6. & *Coac. Prænot. I.* 132.
20 Quæcunque insomnia mens hominis in noctem per somnum offert de diurnis actionibus, & reddit quo modo facta sunt, ea quæ seria ac justa in re per diem facta sunt, aut de quibus consilium initum est: hæc homini bona sunt, quæ vero contrario modo se habent, turbationem in corpore significant. *Hippocr. de Insomniis III.* 1.
21 In eo, qui periculose ægrotat, insomnia mortuorum, sepulchrorum, & sacerdotum, futuram mortem prænuntiant. *Riverius.*

24. *De Signis ex Abscessibus.*

I. *Definitio*: Abscessus sunt tumores, materiam purulentam ex suppuratione ortam in se continentes, varia signa in morbis præbentes.
II. *Differentia.*
1 Respectu *magnitudinis*, alii sunt magni, alii parvi.
2 Respectu *sensus*, alii sunt dolorifici, alii vero indolentes.
3 Respectu *coloris*, alii sunt rubicundi, alii pallidi &c.
4 Respectu *loci*, alii post aures, alii in inguinibus &c. generantur.
III. *Observationes.*
1 Si abscessus post signa coctionis in partibus remotioribus erumpunt & cito suppurantur, boni sunt, & contra.
2 Omnes abscessus minores & in acumen elevati, boni sunt: qui vero contrario modo se habent, mali.
3 Quo laudabilius est pus, quod ex suppurato abscessu fluit, eo magis sunt salutares abscessus & contra.
4 Omnes abscessus morbum non alleviantes, in principio statim apparentes, aut cito regredientes, mali sunt.
5 In febribus abscessus, qui non solvuntur ad primas judicationes, morbi longitudinem significant. 4. *aphor.* 51.
6 Urinæ in abscessibus retro aures cito & modice matureſcentes, malæ sunt. *Coac. Prænot. II.* 92.
7 Abscessus circa aurem in morbis diuturnis suppurati, non valde albo & inodoro pure, occidunt, & maxime mulieres. *ibid.*

25. *De Signis ex Hæmorrhagiis.*

I. *Definitio*:
II. *Differentia*. Vid. *Praxis Speciulis.*
III. *Observationes.*
1 Hæmorrhagiæ narium in acutis die critico in junioribus sufficiente quantitate contingentes salutares sunt: in adultis vero & trigesimum annum supergressis raro bonæ sunt.
2 Hæmorrhagiæ narium in principio morbi apparentes malæ sunt.
3 Melancholicis & nephriticis Hæmorrhoides supervenientes bonum.
4 Syderatis, si Hæmorrhoides accedant, utile est. *Coac. Prænot. III.* 318. Plura de Hæmorrhagiis Vid. *in Praxi Speciali.*

FINIS THEORIÆ.

FUNDAMENTORUM MEDICINÆ THEORETICO PRACTICORUM PRAXIS GENERALIS

Complectens METHODUM MEDENDI cum PHARMACIA, CHIRURGIAM et DIÆTAM.

PRAXIS GENERALIS

PARS I.

De METHODO MEDENDI.

De Methodo Medendi in genere.

I. *Definitio.* Methodus Medendi, quam etiam Therapevticam, sive Therapiam & Praxin Generalem vocant, est pars Medicinæ principalis, quæ trādit modum per indicationes juvantia, summis morborum causis opponenda, inveniendi.

II. *Differentia.*

1 Alia est *Generalis*, quæ tantum generales & summas morborum causas respicit, & monstrat quomodo per debita auxilia & media causis illis occurri possit.

2 Alia est *Specialis*, quæ docet modum speciales morbos necessariis & convenientibus remediis tractandi.

3 Alia est *Specialissima*, quæ individua certis morbis laborantia respicit, & viam monstrat, quomodo specialium circumstantiarum in individuo occurrentium intuitu, auxilia & remedia applicari debeant. Cum vero specialis & specialissima Methodus ad Praxin specialem pertinent, h. l. tantum de Methodo Generali agemus.

III. *Fundamentum* est

1 *Experientia*, a qua originem traxit fere tota Medicina: dum homines non solum Naturæ methodum in morbis observarunt, sed & post varia tentamina, sæpiusque reiterata experimenta, hæc vel illa remedia in morbis proficua & in certis affectibus specifica deprehenderunt. Huic E. experientiæ tanquam firmissimo fulcro innititur Medendi Methodus.

2 *Ratio:* quæ experientiæ debet esse comes; Hæc tamen firmis & veris Naturæ principiis imbuta sit necesse est, alias facile committuntur errores.

3 *Analogismus*: Si Medicus Practicus vel a simili concludit ad similem, vel ad congenerem affectum, v.g. Paulus laboravit Febre tertiana intermittente & ipli profuerunt Salia neutra in larga quantitate exhibita, E. etiam proderunt Johanni eodem morbo laboranti: aut hoc vel illud prodest in Podagra E. etiam proderit in Calculo.

IV. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Medicus esto Naturæ minister non magister: motus & intentiones Naturæ imitetur & juvet, raro maturare & corrigere audeat.

2 Nunquam moveat, seu etiam motum excitet, nisi materia sit mobilis & viæ expeditæ.

3 Si Natura materiæ morbificæ emotionem jam intendit, aut plane suscepit, caveat, ne superaddito stimulo fiat nimium.

4 Facilius est motus in solidum supprimere, quam moderari.

5 Specifica, ut & evacuationes particulares non adhibeat, nisi præmissis universalibus, hoc est, institutis antea, ubi opus, Venæsectione, Catharsi, sudatione &c. non vero his omnibus simul in omnibus individuis,

6 Experientiæ semper potior habenda est ratio in Praxi, quam rationis ipsius, quare hæc illam semper sequatur: cum ratione tamen omnia applicentur.

7 In Analogismo probe caveatur, ne ninuum extendatur, alias enim facile lapsus fit ad nudam Empiriam.

De Indicationibus, Indicantibus & Indicatis.

I. *Definitio.*

1 *Indicationes* sunt certæ regulæ aut conclusiones, quæ Medico quid agendum sit, monstrant.

2 *Indicantia* sunt res vel secundum vel præter naturam, quæ vel sui conservationem vel remotionem postulant.

3 *Indicata* sunt ipsa auxilia & remedia per indicationes detecta, quæ vel conservando vel alterando vel removendo agunt.

II. *Differentia.*

1 *Indicationum*, quarum

a Alia est *Vitalis*, quæ virium conservationem respicit.

b Alia est *Curatoria*, quæ morbi remotionem & curationem postulat.

c Alia est *Præservatoria*, quæ morbi causam respicit.

2 *Indicantium*, quæ sunt,

a Vires, quæ conservari debent.

b Morbus.

c Causa Morbi, quæ removeri & præservari debent.

3 *Indicatorum* sive auxiliorum, quorum alia sunt

a Diætetica, h. e. prudens regimen non solum circa cibum & potum, sed & calorem, & refrigerationem per vestimenta & stragula, aut concalefactiones conclavium, moderandum, item admonitiones & consilia pro refrænandis, aut evitandis Animi commotionibus patheticis.

b Chirurgica, v. g. Venæsectio, Scarificatio, Hirudines, Setacea, Fonticuli, Vesicatoria, Frictiones, Pediluvia, quin omnes actiones manuales, Deligationes, Repositiones artuum, Incisiones, Trepanatio, Cataractæ depositio, Paracentesis.

c Pharmaceutica, seu stricte sic dicta *Medicamenta*, quæ respiciunt.

α *Materiam morbificam* ejusque

1 *Correctionem*, ut Alterantia

2 *Eliminationem*, ut Evacuantia, Diuretica, Diaphoretica, Salivantia, Emmenagoga.

β Motus quoslibet

1 *Exstimulant* pleraque jam enumerata Evacuantia, item Analeptica & Confortantia, ut & Aphrodisiaca &c.

2 *Corrigunt* & *ſedant* ſpecifica, Anodyna, Paregorica.

III. *Regulæ* & *Cautelæ Practicæ.*

1 Niſi quis veris Pathologiæ principiis imbutus ſit, nunquam veras formabit Indicationes, & hinc non poteſt non falſa ſequi Medendi Methodus.

2 Indicatio præſervatoria, quoniam virium conſervationem reſpicit, primùm ſemper occupare debet locum.

3 Præſentibus contra indicantibus ſemper reſpiciendum eſt ad id, quod magis urget, Indicans ſcil. vel contra indicans.

4 In omni morborum curatione Medicus probe attendat, ut tuto, cito & jucunde curet, quo fine potiri poterit.

a Si in genere ab omnibus vehementioribus remediis abſtinet.

b Si Naturæ methodum ſequitur, & ſalutarem ejuſdem conatus non ſupprimit.

c Si juxta 1. *Aphor.* 22. & 24. non cruda ſed cocta & turgeſcentia purgat, & in acutis affectibus validioribus remediis non niſi ſumma urgente neceſſitate utitur.

d Si fractis jam viribus, Venæſectionem & evacuantia vitat.

e Si præſentem Plethoram mature imminuit.

f Si in copia remediorum non excedit.

g Si remedia morbo convenientia continuat, & ſingulis diebus ea non variat.

h Si in corporibus plethoricis & cacochymicis a fortioribus commoventibus abſtinet.

i Si ſuavia medicamenta, doſi parva & pauca, morbo tamen debellando ſufficientia, ægrotis propinat.

k Si, quantum quidem poſſibile animi tranquillitatem ægroto conciliare ſtudet. Ut alia ſilentio prætereamus.

PARTIS I.

SECTIO I.

De Evacuatione Humorum.

I. *Definitio.* EVacuatio humorum eſt eorundem per certa & convenientia loca eductio, eum quidem in finem a Naturæ miniſtro per certa exhibita remedia inſtituta, ut remotis cauſis materialibus eo citius ſanitas labefactata reſtitui poſſit.

II. *Differentia.*

1 Alia fit per inciſionem Vaſorum & cutis, ut ſanguis evacuetur, quale quid contingit in *Venæſectione*, *Scarificatione* & *Hirudinum* applicatione.

2 Alia fit per remedia, ut conſuetæ ſanguinis evacuationes revocentur.

3 Alia eſt evacuatio, quando *ſanguis extravaſatus*, aut *pus collectum* educitur.

4 Alia inſtituitur per alvum, quæ ſtricte vocatur *Purgatio*, & remedia hancce efficientia, *Purgantia*: quorſum etiam pertinet evacuatio per *Clyſteres*.

5 Alia fit per ſuperiora ſive per *Vomitum*, cui ſcopo inſerviunt *Emetica* ſive *Vomitoria*.

6 Alia fit per *vias urinarias*, & audit *Diureſis*, remedia vero eidem inſervientia *Diuretica*.

7 Alia vero per habitum corporis inſtituitur, quam *Diaphoreſin*, remedia vero *Diaphoretica* vocant.

8 Alia fit per *ductus ſalivales*, quæ eſt vel *univerſalis*, uti in *ſalivatione Mercuriali*, vel *particularis*, qualis inſtituitur per *Apophlegmatizantia*.

9 Alia fit per *Nares*, per remedia ſcil. *Errhina* & *Ptarmica*.

10 Alia evacuatio fit per *Pectus* ope ſcil. remediorum *expectorantium*. De quibus ſingulis jam ſeorſim agemus.

11 Alia fit lente per *Veſicatoria*, *Fonticulos* & *Setacea*.

1. *De Plethoræ imminutione per Venæſectionem.*

I. *Definitio.* VEnæſectio eſt evacuatio artificialis eum in finem a Chirurgo inſtituta, partim ut ſanguis in corpore abundans imminuatur, partim ut ad alia loca derivetur, vel a partibus revellatur.

II. *Differentia.*

1 Alia eſt ſimpliciter *Evacuatoria*, quando ſcil. Plethoram tantum imminuendi animus eſt, & hæc eſt vel larga, vel mediocris, vel parva.

2 Alia eſt *Revulſoria*, quando ſanguis in locis a parte affecta admodum remotis mittitur, v. g. urgentibus affectibus capitis, in pede.

3 Alia eſt *Derivatoria*, quando in vicinia partis affectæ inſtituitur, v. g. in Pleuritide in brachio, aut in Angina in venis raninis.

III. *Indicans.*

1 Primarium eſt *Plethora* ſive abundantia ſanguinis, quæ omnium citiſſime per Venæſectionem imminuitur.

2 Secundarium *Spiſſitudo*, quatenus remota portione ſanguinis reliquus eo facilius motu cordis propellitur, & hinc ſpiſſitudinem amittit.

3 Congeſtiones ſanguinis in variis partibus factæ.

4 Hæmorrhagiæ interdum nimium urgentes, ubi revulſoria Venæſectio inſignem habet uſum. Reliqua *vid. infra de uſu V. S.*

IV. *Tempus:* quod eſt

1 Electionis, quod eſt vel vernum vel autumnale, ubi præſervationis gratia in ſubjectis, quæ eam ferre poſſunt inſtituitur: quo tempore etiam eligatur matutinum tempus diei ſerenæ, jejuno ventriculo, luna vel decreſcente vel tempore Novilunii.

2 Neceſſitatis, quod nullum alligatum eſt legibus, unde præſente neceſſitate in affectibus Venæſectionem admittentibus omni etiam tempore inſtituitur ſanguinis miſſio.

V. *Locus.*

1 *Brachium*, in quo ordinarie aperitur *Mediana*, nonnunquam vero *Cephalica*, interdum *Baſilica* circa juncturam humeri ac brachii, in manu vero inter digitum minorem vena *Salvatella*.

2 *Pedes*, in quibus utpl. *Saphena* ſecatur.

3 *Caput*, ubi vel *vena frontis*, vel *ranina* ſub lingua ſecantur.

VI. *Uſus*

1 Venæſectionis uſus inſignis eſt in Plethora tam ſimplici, quam cum ſpiſſitudine conjuncta, a quacunque cauſa orta.

2 In Hæmorrhagiis ſuppreſſis, aut non legitime ſuccedentibus.

3 In Hæmorrhagiis nimiis metuendis præſervationis, in præſentibus vero revulſionis gratia.

4 In doloribus congeſtoriis & ſpaſticis, magis tamen præſervationis, quam curationis gratia, interdum tamen urgentibus doloribus in ipſo quoque paroxyſmo cum fructu inſtituitur.

5 In præoccupandis Inflammationibus, majores congeſtiones facile excipientibus, quacunque etiam in corporis parte fiant.

6 In Convulſionibus, Epilepſia & defectibus motuum cum Hæmorrhagiis ſuppreſſis & Plethora connexionem habentibus.

VII. *Regulæ* & *Cautelæ Practicæ.*

1 Quamvis Venæſectio ſumme ſit utilis, abuſus tamen quam maxime vitandus eſt, quatenus corpus per eam inſigniter debilitatur & morbi multi perverruntur.

2 Si partes inferiores laborant, Venæſectio in partibus ſuperioribus utilis eſt, & contra, ſi ſuperiores affliguntur, Venæſectio in pede.

3 In infantili & puerili ætate non facile ſuadenda eſt Venæſectio, quoniam per alia media incommoda a Plethora facile & præcaveri, & tolli poſſunt.

4 Nec etiam ſenibus temere Vena ſecetur, niſi conſuetudo, ſtatus Plethoricus, aut aliæ circumſtantiæ ſanguinis miſſionem ſuadeant.

5 Gra-

5 Gravidæ Plethoricæ Venæsectionem etiam repetitam optime ferunt; imo in principio graviditatis instituta, omnia illa incommoda gravidas affligentia, præcavet & tollit. Interim tamen Medicus circumstantias omnes bene ponderet prius, quam sanguinis evacuationem suadeat.

6 Venæsectio in pede facillime ad abortum disponit, quare fugienda est in gravidis.

7 Venæsectio in nulla febre qua tali & jam formata absolute necessaria aut utilis est, nisi corpora sint summe Plethorica, ac Venæsectioni, in principio morbi institutæ, statim subjungantur Diaphoretica, atque regimine conveniente motus febriles in ordine conserventur.

8 Multo minus usum habet, in malignis febribus, petechialibus, hungaricis, epidemicis & contagiosis, vid. *D. D. Stahlii Dissert. de V. S. Patrocinio p.* 35.

9 In quovis morbo Venæsectionem admittente consultius est eam, vel in principio, vel in declinatione morbi adhibere, aut extra paroxysmum ad præservationem præscribere.

10 Venæsectio in statu dolorum congestoriorum & spasticorum instituta, sæpius quidem prodest, sed paroxysmi postea citius & gravius redeunt, ac non nisi secta vena iminuuntur.

11 Venæsectioni raninarum in Angina semper præmittatur Venæsectio larga in pede.

12 Quantitatem sanguinis emittendi determinat subjectorum conditio: in sensibilioribus pauca quantitas sufficit, in aliis vero largior.

13 Venæsectio magis convenit subjectis vasis ampliоribus præditis, quam aliis.

2. *De Sanguinis Evacuatione per Scarificationem.*

I. *Definitio.* SCarificatio est actio Chirurgica, eum in finem instituta, ut sanguis e porosa partium substantia per vulnuscula instrumento appropriato cuti inflicta, ope cucurbitularum extrahatur, & hinc stases & corruptiones sanguinis in porosis partibus præcaveantur.

II. *Differentia.*

1 Respectu incisionis: in alia enim vulnuscula tantum parva cuti infliguntur, in alia longæ incisiones juxta veteres, quos etiam Galli adhuc imitantur, fiunt.

2 Respectu loci, alia fit in pedibus, alia in brachiis, alia in dorso, alia in naribus juxta Ægyptios.

3 Respectu cucurbitularum, alia cum, alia sine cucurbitulis instituitur.

III. *Indicantia.*

1 Temperamenta Sanguinea & Phlegmatica, sive corpora succulenta multum sanguinis in poris habentia.

2 Scabies aliæque cutis efflorescentiæ e seri corruptione natæ.

3 Morsus animalium venenatorum, ut una cum sanguine pars veneni simul extrahatur.

4 Interdum quoque Palpitatio cordis, de qua insigne exemplum refert. *D. D. Stahlii in Dissert. de V. S in pede p.* 25. *&* 26.

IV. *Modus.*

Scarificata per instrumentum appropriatum cute, imponitur cucurbitula, ex qua beneficio flammæ expulsus est aer, unde aer circumstans cutim premens, exprimit ex vulnusculis sanguinem in aere vacuam cucurbitulam.

V. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Si cucurbitula firmiter non adhæret, aut decidit, denuo exhibeatur flamma, donec adhæreseat.

2 Repleta aliquo modo sanguine cucurbitula removeatur, ac evacuata denuo applicetur, donec sufficiens sanguis extractus fuerit.

3 Scarificationes minus prosunt subjectis siccioribus, quoniam parum sanguinis habent in porosa partium substantia, quare hisce Venæsectio magis est suadenda.

4 Si sanguis nimis est crassus, Scarificatio inutilis est, quia sanguis crassior per vulnuscula inflicta non profluit.

5 Quoad quantitatem cucurbitularum, vitetur excessus & ultra sex vel octo non applicentur.

6 Si sanguis nimis diu effluit, locus scarificatus inungatur oleo, ut hoc modo consolidatio promoveatur.

3. *De Sanguinis evacuatione per Hirudines.*

I. *Definitio.* HIrudines sunt animalcula reptilia oblonga, capite latiusculo & ore subrotundo, ac veluti calloso, aspero, dentibus instructo, prædita, in aquis degentia, quæ certis corporis partibus eum quidem in finem apponuntur, ut sanguinem ex iisdem sugant.

II. *Differentia.*

1 Aliæ sunt *benignæ*, quæ sunt longæ & tenues, capite minori præditæ, ex viridi flavescentes in dorso, in ventre vero parum rufescentes & hæ potissimum aquas fluentes incolunt.

2 Aliæ sunt *malignæ*, quæ caput habent magnum, colore sunt rufescentes, nigricantes aut valde fulvæ, & in dorso maculis lividis distinctæ: hæ potissimum aquas stagnantes & putridas inhabitant, & hinc in usum non trahuntur.

III. *Præparatio.*

Quamvis benignæ tantum in usum trahantur, non tamen statim post earum capturam sunt applicandæ, sed prius sunt exprimendæ, ut palustre & limosum illorum nutrimentum excutiatur, ac deinde per aliquot dies in aqua limpida sunt asservandæ, quo quicquid ipsis adhuc inest sordidi, ex ipsis elutrietur. Ne vero fame pereant, sanguine pullorum, agnorum, vitulorum &c. sunt nutriendæ: non tamen nimis sunt saturandæ, quo postmodum eo avidius sanguinem ex partibus, quibus applicantur, sugant: quare convenit, ut, si matutino tempore applicari debent, vesperi ex aqua eximantur, & in capsula asserventur, sic enim avide admodum sugunt.

IV. *Modus applicandi.*

Quoniam in sordidis & inquinatis locis non facile sugunt, pars prius madido linteo aut spongia abstergatur: aut, ut eo facilius sugant, lacte vel sanguine pars fricetur: postea vero digitis tantum nudis, aut ne in hos morsum suum deflectant, linteo prius obvolutis parti applicentur. Quod si vero loco specialissimo sunt admovendæ, v. g. venis hæmorrhoidalibus, commode fruſtulo arundinis, ex uno latere secundum longitudinem fisso, ita ut aperiri & denuo applicari possit, aut metallicæ cannulæ includantur, ac parti applicentur. Si vero locus, cui applicari debent, latioris est ambitus, in cucurbitula vitrea admoventur. Relinquuntur autem tam diu, donec sufficientem sanguinis copiam suctione extraxerint, quod, si vero unica non sufficiat, & hæcce sanguine plena decidat, aliæ ei substituendæ sunt, aut etiam prima relinquitur, & cauda ei præciditur, sic enim omnis sanguis per caudam effluit, & ita unica sanguinis tot, quot aliæ tres vel quatuor exsugunt.

V. *Usus.*

1 *Generalis.*

Ut Plethora, quam alias Venæsectio atque Scarificationes imminuere solent, pariter per eas imminuatur.

2 *Specialis.*

Ut sanguis etiam ex iis partibus, ubi Venæsectio & Scarificatio institui nequit, evacuetur, & morbi etiam magis quam per prædictas evacuationes imminuantur: ita plures affectus (*Tinea* scil. cum roseo cutis tumentis colore, *pustulæ faciei* inveteratæ, *Phrenitis* ex retentis lochiis, *Epilepsia* ex eadem causa, *Dolor capitis* rheumaticus, *Dolor temporum*, *Melancholia*, *Vertigo*, *Linguæ anginodes* intumescentia, *Apoplexia*, *Ophthalmia*, *Dolor dentium*, *Gutta rosacea*, *Angina*, *Lienis durities*, *Quartana*

tana &c. curati fuerunt. *Vid. D. D. Sthalii Dissert. de Sanguisugarum utilitate.*

3 *Specialissimus.*
Ut sanguis ex vasis Hæmorrhoidalibus extrahatur: unde in Hæmorrhoidibus non succedentibus, aliisque cum hisce arctam connexionem habentibus affectibus v. g. *Malo Hypochondriaco, Lienis obstructione, Doloribus rheumaticis, Malo Ischidiaco, Podagra &c.* optimum ferunt auxilium: Uti id pluribus exemplis probavit *D. D. Stahlius l. a.*

4. *De Evacuatione humorum per Purgationem.*

I. *Definitio.* PUrgatio est evacuatio artificialis, eum in finem per remedia purgantia excitata, ut humores superflui serosi, mucosi, bilioſi &c. tam in primis viis, quam in ipsa sanguinis Massa hærentes evacuentur, atque hoc ipso humorum laudabilis status restituatur.

II. *Differentia.*
1 Alia est *lenis*, quando tantum lenia laxantia aut lubricantia ac alvum referantia, exhibentur.
2 Alia est *media*, quando paulo fortiori stimulo alvus per proprie sic dicta purgantia referatur.
3 Alia est *fortissima*, quando per remedia drastica humores magno impetu e corpore expelluntur.
4 Alia una vice contingit, alia vero successive fit, quam *Purgationem per epicrasin* vocant.

III. *Indicantia.*
1 Abundantia seri generalis sui remotionem & imminutionem postulans.
2 Varii humores recrementitii partim a bile, partim ab aliis humoribus ad intestina depositis orti, in primis viis hærentes & digestiones varie turbantes.

IV. *Tempus*: quod est
1 *Commoditatis*, quando purgantia tempore verno & autumnali præservationis gratia assumuntur, ut humores inutiles æstivo, vel hyemali tempore collecti, removeantur.
2 *Necessitatis*: quod nullas habet leges: quare si necessitas urget, quovis tempore purgatio institui poterit.

V. *Remedia*: quæ sunt vel Lenientia, vel Purgantia stricte sic dicta; hæc vero sunt vel mitiora, vel fortiora.

1 Lenientia.

Crystall. Tart., a 3j. *ad* 3iij.
Sal Tart.
Tart. tartariz.
Tart. vitriolat.
Ter. fol. Tart.
Arcan. dupl.
Nitr. ♁iat.
} *a* ℥ß. *ad* 3ij.
Sal cathart. amar. a 3ij. *ad* 3vj.
Polychrest. a ℥ß. *ad* 3j.
Decoct. prunor.
Passular. ab ℥ij. *ad* ℔ß.

2 Purgantia.

Magnesia alba, a ℥ß. *ad* 3ij.
Manna ab ℥j. *ad* ℥ij.
Mannaliquida, ab ℥ij. *ad* ℥iv, *per se, cum aliis ad,* 3vj. ℥j.
Tamarindi, ab ℥j. *ad* ℥iij. *in decocto*
Cassiæ. eadem dosis.
Pulpa Tamarind. ab ℥j. *ad* ℥ij.
Liquor. aperit. miner. ab ℥ij. *ad* iv.
Rhabarbarum a ℥ß. *ad* 3j. *per se, majori dosi in Infusis.*
Folia Sennæ. raro per se in pulvere, frequentius in Infusis a 3ij. *ad* ℥j.
Agaricus a 3j. *ad.* 3ij. iij. *in Infusis.*
Aloe.
violata. } *a* ℈ß. *ad* ℈j.
rosata.
Extract. Aloes gummos. eadem dosis.
Jalapa. a gr. xv. *ad* 3ß.
Resina Jalapæ
Scammonii. } *a gr.* v. *ad* xv.
Diacyd. Luc. Jalap. a 3ij. ad ℥ß.
Specif. Jalap. a ℈j. *ad* 3ß.
Pulv. Carnach. a ℈j. *ad* 3ß.
Essent. Jalap. a 3j. *ad* 3ij.
Mechoacanna, a ℈j. *ad* ℈ij.
Helleb. niger. a 3j. *ad* ℥ß. *in Infusis.*
Extract. Hell. nigr. ℈ß. *ad* ℈j. *in Pilulis.*
Colocynth. a gr. j. *ad* iij. *stimuli loco.*
Panchymag. Croll. a ℈ß. *ad* ℈j.
Pulvis laxans Hall. a gr. xv. *ad gr.* xxv.
Essent. Antihypoc. Hall. gutt. 40. *singulis duabus horis, usque dum purget sufficienter.*
Sirup. de Cichor cum rhabarb.
rosar. solut.
de Spina cervina.
de pomis laxat.
Flor. Persic.
Violar.
} *ab* ℥ß. *ad* ℥iß. *dulcorationis gratia.*

VI. *Formulæ Remediorum* & quidem
1 Pulverum.

℞. *Rhabarb. elect.* 3ß. ℈ij.
D. pro una dosi.
℞. *Rhabarb. elect,* 3ß.
Resin. Jalap. gr, iij.
Sal Absint. gr. viij. *M.*
℞. *Tart. Vitriolat.* 3ß. 3j.
S. pulvis digestivus pro una dosi.
℞. *Tart. Vitriolat.* 3ß.
Res. Jalap. gr. v. *M.*
℞. *Pulv. lax. Hall.* ℈j.
D. pro 1. *dosi.*

℞. *Pulv. Jalap.* ℈j.
Tart. Vitriolat. ℈ß. *M.*
℞. *Pulv. Jalap. gr.* xv.
Res. Scammon. gr. iij.
Sal tartar. viij. *M.*
℞. *Specif. Jalap. vel Pulv. Cornach. gr.* xxv.
D. pro dosi.
℞. *Magnes. alb.* ℥ß.
div. in 4. *p. æq. D. mane & vesperi dosis.*

2 Bolorum.

℞. *Conserv. rosar.* 3j.
Spec. Jalap. gr. xv.
Res. Scammon. gr. iij
Tart. Vitriolat. gr. vj.
Sir. ros. sol. q. s.
M. F. Bolus.

℞. *Conf. Fl. Persic.* 3j.
Spec. Jal. gr. xxiv.
Sir. ros. sol. q. s.
M. F. Bolus: S. ut antea.
℞. *Conserv. ros.* 3j.
Pulv. Cornach. gr. xxiv.
Sir. Fl. Persic. q. s.
M. F. Bolus.

℞. *Conf. gratiol.* 3j.
Pulv. Jal. gr. xv.
Resin. Scammon. gr. iij.
Cryst. Tart.. gr. viij.
Sir. fl. Pers. q. s.
M. F. Bolus.

℞. *Conf. ros.* 3j.
℥. dulc. gr. xviij.
Res. Jal. gr. ij.
Sir. fl. Pers. q. s.
M. F. Bolus.

℞. *Conserv. ros.* 3j.
Pulv. Rhab. el. 3ß.
Sir. ros. sol. q. s.
M. F. Bolus.

℞. *Conf. fl. Persic.* 3i.
Pulv. Rhab. el. 3ß.
Res. Ial. gr. iij.
Sir. ros. sol. q. s.
M. F. Bolus.

3 Electuarium.

℞. *Pulp. Tamarind.*
Passul. ā. ℥j.
Diac. luc. Jal. 3vj.
Specif. jal. 3j.
Sir. de pom. lax. ℥ß.
M. F. Elect.
D. 3ij. iij.

℞. *Pulp. Tamarind.*
Rob. junip. ā. 3vj.
Diac. luc. jal. ℥ß.
Tart. Vitriolat. ℈ij.
Sir. d. Cich. c. Rhab. ℥ß. *s. q. s.*
M. F. Elect.

4 Pilularum.

℞. *Extr. Aloes gumm.* ℈j.
Colocynth. gr. iij.
Sal Tart. gr. vj.
Essent. Absynth. q. s.
M. F. pilulæ ad pond. gr. ij

℞. *℥ dulc.* ℈j.
Resin. jalap. gr. iij.
Mic. Pan. alb. q. s.
M. F. Pilulæ N. 8.
pro una dosi.

℞. *Extr. Rhab. gr.* xv.
Resin. scammon. gr. iv.
Tart. Vitriolat. gr. viij.
Elix. p. p. q. s. M. F. Pilulæ.
℞. *Extr. Panchym. Croll.* ℈j
℥. dulc. gr. xxiv.
Resin. scammon. gr. iv.
Essent. succin. q. s. M. f. Pilulæ pro 2. *dos.*

5 Infusorum.

℞. *Fol. Sennæ s. s.* 3iij.
Rhab. el. 3j.
Sal Tart. 3ß.
Infund. per ♌. in s. q. ▽. s.
Colat. ℥v. *adde*
Sir. de pom. lax. ℥ß. *M.*

℞. *Fol. Sennæ s. s.* ℥ß.
Sal Tart. 3ß.
Aq. s. ℥vj. *inf. per ♌. Colatur. adde*
Sir. ros. solut. ℥ß.
M. D. in calide.
℞. *Rad. Cichor. Onon. ā.* 3ij.
Summit. Cent. min. m. ß.
Fol. Sennæ s. s. ℥j.
Rhabarb. elect.
Fibr. Helleb. nigri ā. 3ij.
Sal Tart. 3ß.
Inc. includ. sacc. ex sind. rubr

6 Deco-

6 Decoctorum.

℞. *Dec. Antiſebr.* ℥iij. *l.* iv.	℞. *Dec. antiſebr.* ℥iv.
In quibus diſſolve.	*Mannæ elect.* ℥j.
Mannæ Calabr. ℥iſs.	*Colat. adde*
Colat. adde.	*Diac. luc. jal.* 3iſs.
Aq. Cinam. ℥ij. *M.*	*Sir. d. pom. lax.* ℥ij. *M.*
℞. *Tamarind.* ℥iſs.	℞. *Decoct. Citr.* ℥v.
Coq. in ſ. q. ▽*æ. ſ.*	*in quibus diſſolve*
In Colat. ℥v. *ſolve*	*Mannæ Calabr.* ℥j.
Mannæ Calabr. ℥ij. *M.*	*Colat. adde*
℞. *Decoct. prun.* ℥v.	*Diac. luc. jal.* 3ij.
Fol. Sennæ ſ. ſ. 3iij.	*Aq. Cinnam.* 3j.
Rhabarb. elect. 3j.	*ſumatur calide,*
Sal T artari 3ſs.	

Infunde per. ℘. mane leniter bulliant, in vaſe clauſo, Colat. adde Mannæ Calabr. ℥j. *Coletur denuo & calide ſumatur.*

7 Potiuncularum.

℞. *Mannæ liquid.* ℥vj.	℞. *Sir. de pom. lax.* ℥ſs.
Diac. luc. jal. 3ij.	*Diac. luc. jal.* 3ij.
Aq. fragor. ℥ſs.	*Aq. rub. id.* ℥vj.
Cinnam. 3j. M.	*Cinnam.* 3iſs. M.
℞. *Sir. Ceraſ. acid.*	℞. *Sir. Ceraſ. acid.* ℥ſs.
Aq. acac. ä. ℥iſs.	*Aq. rub. id.* ℥vj.
Specif. jalap. gr. xxv. M.	*Diac. luc. jal.* 3iij. M.
℞. *Sir. Ceraſ. acid.*	℞. *Sir. herb.*
Aq. fragor. ä. ℥ſs.	*Aq. acac. ä.* ℥ſs.
Extr. Diacitr. gr. xv. M.	*Diac. luc. jal.* 3ij.
℞. *Reſin. ſcamm. gr.* xij.	*Extr. Diacitr. gr.* xij. M.
teratur Saccb. Canar. 3iij	℞. *Eſſent. jalap.*
affund. ſucc. Citri. 3v.	*Sir. roſ. ſol. ä.* 3ij. M.

8 Emulſionum.

℞. *Reſ. ſcamm. gr.* viij.	℞. *Reſ. jal. gr.* viij.
Amygd. dulc. excort. N. iij	*teratur cum vit. ovi.*
Adde aq. roſ.	*Adde aq. frag.*
Acac. ä. ℥ſs.	*Acac. ä.* ℥ſs.
Colat. adde	*F. l. a. Emulſio.*
Tab. M. Xſti perl. 3j.	*Colat. adde*
M. ſumatur pro una vice	*Sacch. perlat.* 3j. M.

9 Spirituum Purgantium.

℞. *Reſ. ſcamm. gr.* vj.	℞. *Reſ. jal. gr.* viij.
ſolv. in ſpiritu	*ſolve in* ☾ *Aniſi* 3iij.
Ceraſ. nigr. 3iij. *adde*	*adde julep. Violar.* 3j. M.
Julep. roſac. 3j. M.	

VII. *Regimen.*

1 Aſſumpto purgante ſumantur juſcula calida, ex carne vel hordeo parata, minus pinguia; hæc enim non ſolum operationem adjuvant ſed etiam ob vim abſtergentem impediant, quo minus purgantia inprimis reſinoſa, tunicis inteſtinorum firmius adhærere & tormina excitare queant.

2 Corpus in loco calido placide moveatur, ſic enim humores fluxiles & ad excretionem magis apti reddantur.

3 Si promptum effectum purgans non edit, bibatur decoctum paſſularum minorum cum Tamarindis, quod blande lubricando & ſtimulando purgantis operationem optime promovet.

4 Peracta purgatione vitetur abuſus ciborum & inpr. potus frigidus, hic enim ſæpius inpr. aſſumptis purgantibus reſinoſis hypercatharſin excitat.

VIII. *Modus operandi remediorum.*

1 Quædam emolliendo & lubricando leniterque tantum ſtimulando agunt, uti *lenitiva*.

2 Quædam abſtergendo & ſtimulando operationem ſuam edunt, uti *ſalia digeſtiva* & neutra, quæ in majori doſi exhibita etiam purgant.

3 Quædam vias ſtimulant propter amaritiem & acredinem ſalinam, v. g. *Folia Sennæ*, *Agaricus* &c.

4 Quædam agunt particulis Salino-Sulphureis ſive Reſinoſis in vias eaſque irritant uti *Jalappa*, *Mechoacanna*, *Scammonium*.

5 Quædam acrimoniam cauſticam poſſident & hinc vias quam maxime ſtimulant, uti ſunt *Helleborus* niger & albus, *Colocynthis* &c.

6 Quædam in humores agunt, eaſque particulis ſuis gummoſis & reſinoſis inſigniter tundunt & reſolvunt, uti ſunt potiſſimum Gummata, *Ammoniacum*, *Sagapenum*, &c.

7 Quædam & humores reſolvunt & vias ſimul ſtimulant, uti ſunt antea recenſita fortiora ſtimulantia, *Helleborus*, *Reſina Jalapæ*, *Scammonii* &c.

IX. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Diſtinctio Purgantium in Cholagoga, Phlegmagoga &c. juxta Veteres, in totum rejici non debet, quoniam experientia ipſa teſtatur diverſos humores a certis remediis magis evacuari, & certa etiam Purgantia certis affectibus magis convenire, quam alia.

2 Fortiora evacuantia Medicus nunquam præſcribat, ubi mitioribus res peragi poteſt: ſi vero neceſſitas efflagitat, iis quoque utatur, quoniam fortioribus talibus remediis morbi chronici & admodum rebelles ſæpius feliciter tolluntur.

3 Si ſtatus humorum viſcidus præſens eſt, commode Purgantibus præmittuntur Digeſtiva & Incidentia, præparatis enim humoribus longe facilius poſtmodum procedit evacuatio.

4 Infantibus & Senibus, inpr. debilibus, purgantia non facile præſcribantur, ſed blanda laxantia ipſis ſubſtituantur.

5 Omnes infirmi facilius ferunt Laxationem, quam Purgationem.

6 Purgantia in gravidis facile abortum producunt, quare laxantia eis magis proſunt: id quod obſervandum quoque eſt in puerperis.

7 Purgantia in acutis raro bonum, ſed utpl. noxium edunt effectum, lenientia tamen in morbi principio exhibita proſunt.

8 Summe quoque noxia ſunt Purgantia in inflammationibus internis.

9 Si Purgans nullam operationem edit, aliud non ſuperingeratur, ſed potius alvus clyſtere aperiatur.

10 Sin vero hypercatharſin excitat, theriacalia, aromata, cinnamomum ejuſque aquâ cum vino deſtillata &c. exhibeantur, quæ prompte admodum nimiam ſiſtunt purgationem.

11 Cholericis remedia purgantia fortiora minus conveniunt, quoniam humores nimium commovent.

12 Purgantia per epicraſin laxantia cum reſolventibus mixta, optime conveniunt Phlegmaticis.

5. *De Humorum evacuatione per vomitum.*

I. *Definitio.* VOmitus eſt h. l. evacuatio artificialis a Medico Naturam imitante, per peculiaria remedia eum in finem excitata, ut humores heterogenei in Ventriculo & locis proximis hærentes evacuentur.

II. *Differentia.*

1 Alius eſt *lenis*, quando ſcil. vel per relaxantia tantum oleoſa, mucilaginoſa, pinguia & nauſeam excitantia vomitus producitur.

2 Alius medio modo ſe habet, quando nimirum aſſumpta vomitoria materiam non ſolum reſolvunt, ſed & ipſas fibras ſtimulando efficiunt, ut ventriculi contenta per ſuperiora ejiciantur.

3 Alius eſt fortiſſimus, quando remedia ſale acerrimo magno cum impetu fibras ventriculi aggrediuntur, atque motus fortiſſimos excitant.

III. *Indicantia.*

1 Humores mucoſi & bilioſi in Ventriculo hærentes & digeſtionem turbantes.

2 Materia viſcoſa tenax Ventriculi parietibus adhærens & ſæpius tertianam intermittentem excitans,

3 Mucus copioſus in pulmonibus hærens & reſpirationem difficilem, aut Aſthma efficiens.

4 Cephalalgia diuturna, obſtructiones partium & non pauci alii morbi chronici, qui ſæpius ſine præmiſſis vomitoriis fruſtra tractantur, aut interdum unico vomitorio tolluntur.

IV. *Remedia*: quæ ſunt,

1 Lenia *uti ſunt*
Aqua tepida vel calida in copia aſſumpta.
Pinguia & oleoſa v. g.
Butyrum calidum aquæ calidæ immixtum.
Oleum Amygdalarum dulcium.

2 Fortia, & Fortiſſima ſive Draſtica.

Radix Ipecacuanhæ ℞. gr. xv. ad ʒß.
Foliæ Sanctuarii prima.
Nicotianæ.
Gratiolæ pulverisata.
Radix asari, in pulvere ℞. ʒß. *ad* ʒj. *in forma decocti vero ab* ʒij. *ad* ʒiij.
Gummi Guttæ. a gr. vij. *ad* xij.
Tartarus emeticus. a gr. ij. *ad* iv.
Mercurius Vitæ a gr. ij. *ad* iij.
Sal Vitrioli. a ℈ß. *ad* ℈j.
Sirupus emeticus a ʒij. *ad* ʒß. *aut in fortioribus ad* ʒvj.
Turpethum minerale, a gr. ij. *ad* vj.
Aquæ benedictæ Rulandi ex infusione Vitri ☉ij. *aut Croci Metallorum in vino facta a* ʒij. *ad* ʒj.
Semen Cataputiæ. a gr. vj. *ad* ℈ß.
Helleborus albus.

V. *Formulæ Remediorum.*

1 Pulveres.

℞. *Tart. emet. gr.* ij. iij.
Sacch. albiss. gr. xii. M.
℞. *Tart. emet. gr.* iij.
☉*diaph. non edulc.* ℈ß. M.
℞. *Ipecac. gr.* xxv.
D. pro 1. *dos.*
℞. *Ipecac. gr.* xxiv.
Sal Tart. gr. xv. M.
℞. *Specif. Jalap. gr.* xxiv.
Tart. emet. gr. ß. M.

℞. ♀. *vit. gr.* ij.
Sacch. ℈ß. M.
℞. *Salvitrioli gr.* xv.
Sacch. ℈ß. M.
℞. *Rad. asar.* ℈j.
Tart. emet. gr. j.
Vitriolat. gr. viij. M.
℞. *Rad. asar. gr.* xxvj. *ad* ʒß.
D. pro 1. *dos.*
℞. *Tart. emet. gr.* ij.
Res. scammon. gr. iij.
Arcan. dupl. ℈ß. M.

2 Boli.

℞. *Conf. rosar.* ʒj.
Tart. emet. gr. ij.
Sir. ros. solut. q. s.
M. F. Bolus.
℞. *Conf. gratiol.* ʒj.
Ipecacuanh. gr. xxiv.
Sir. ros. sol. q. s.
M. F. Bolus.
℞. *Conf. rosar.* ʒj.
Pulv. jalap. gr. xv.
Res. scammon. gr. iij.
Tart. emet. gr. j.
Sir. flor. Persic. q. s.
M. F. Bolus.

℞. *Conf. flor. Persic.* ʒj.
♀. *vit. gr.* ij.
Sir. flor. Persic.
M. F. Bolus.
℞. *Conf. gratiol.* ʒj.
Rad. asar. ʒß.
Sir. Flor. Persic. q. s.
M. F. Bolus.
℞. *Conf. gratiol.* ʒj.
Specif. jalap. gr. xxiv.
Tart. emet. gr. j.
Sir. ros. solut. q. s.
M. F. Bolus.

3 Potiunculæ.

℞. *Aq. rub. id.* ʒß.
Tart. emet. gr. iij.
Sacch. perl. ʒß. M.
℞. *Aq. Fragar.* ʒß.
Cinnam. ʒj.
Tart. emet. gr. ij.
Sir. Cort. ☉*nt.* ʒj. M.
℞. *Aq. acac.* ʒß.
♀. *vit. gr.* ij.
Sir. rub. id. ʒj. M.
℞. *Diacyd. luc. Jalap.*
Oxysacch. emet. ℞. ʒij.
Aq. rub. id. ʒj. M.

℞. *Aq. Borrag.*
Buglos. ℞. ʒß.
Cinnam. ʒj.
Oxysacch. emet. ʒiij.
℞. *Oxysacch. emet.*
Sir. Ceras. acid. ℞. ʒiij.
Aq. acac. ʒvj.
Cinnam. ʒij. M.
℞. *Sir. ros. sol.* ʒß.
Ipecac. gr. xv.
Aq. Borrag. ʒvj.
Cinnam. ʒij.
℞. *Diacyd. luc. jalap.* ʒiij.
Tart. emet. gr. j.
Aq. acac. ʒß. M.

4 Pilulæ.

℞. *Extr. Helleb. nigr.* ℈ß.
Tart. emet. gr. ij.
Ess. absinth. q. s. M.
F. Pil. N.° xiij.
℞. *Extr. Aloes gummos.* ℈ß.
♀. *vit. gr.* ij.
Elix. P. P. q. s. M.
F. Pilulæ.

℞. *Extr. Helleb. nigr. gr.* xv.
trochisc. alhand. gr. ij.
Tart. emet. gr. j. *cum*
Ess. absinth. q. s. M. F. Pil.
℞. *Extr. Panch. Croll. gr.* xv.
Res. jalap. gr. iij.
Tart. emet. gr. j.
Elix. P. P. q. s. M. F. Pil.

VI. *Modus operandi.*

Quædam emetica nauseam tantum partim copia, partim adverso sapore, partim oleaginositate excitant, unde etiam mature a Natura cum contentis ventriculi motu fibrarum spasmodico ejiciuntur.

2 Alia, quæ, præterea quod nauseam excitent, simul sale stimulante Ventriculi fibras aggrediuntur, partim ad evitandam nauseam, partim ad stimulum illum fibris molestum tollendum, pariter contractis interioribus Ventriculi partibus, per superiora expelluntur.

3 Quæ vero aeri salino-corrosiva vi pollent, & ipsam Ventriculi tunicam interiorem admodum sensibilem arrodere possunt & solent, a Natura per uberiorem humorum affluxum & transcolationem in Ventriculi cavitatem mature diluuntur, ac una cum contentis e stomacho ad evitandas noxas per superiora evacuantur.

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Quamvis vomitoria sint optima remedia in multis affectibus, sæpius tamen eorum usum dissuadent circumstantiæ *v. g.*
a Collum breve nimis & crassum.
b Corpus nimis obesum.
c Herniæ, ut & procidentia ani vel uteri.
d Graviditas, ob metum abortus.
e Mala pectoris dispositio & inde dependens spirandi difficultas.
f Dispositio ad Hæmoptysin & Phthisin.
g Oculorum affectus inpr. inflammatorii.
h Idiosyncrasia, sive naturalis horror a vomitoriis.
i Passio Hypochondriaco-Hysterica inveterata.
k Scirrhi viscerum inveterati.
l Calculus renum.
m Dispositio ad Lipothymias & convulsiones.
n Nimia sensibilitas.
o Memoriæ & capitis debilitas.

2 Sunt qui vomitoriorum usum in Epilepsia dissuadent & majora mala exinde metuunt, sed tantum abest, ut quædam noceant, ut potius, si legitimo modo exhibentur, summe proficua sint: imo vidimus Epilepsiam duobus pulveribus, præter alias virtutes vim emeticam possidentibus, in studioso viginti duorum annorum sublatam fuisse.

3 Nec etiam vertigo, licet sit caduca, vomitoriorum usum semper prohibet, eodem enim modo laudato pulvere vertiginem caducam chronicam curatam vidimus.

4 In Apoplexia & Hemiplexia sæpius admodum proficua sunt emetica, quemadmodum idem pulvis Nobili virgini Hemiplecticæ datus, aphoniam brevi sustulit, & motum manus atque pedis sinistri, ita ut ei insistere queat, aliquo modo restituit.

5 In exhibitione vomitoriorum semper respiciendum est ad securiora, nec facile drastica sunt exhibenda.

6 Vomitoria Mercurialia & Vitriolica legitime correcta & præparata, in affectibus chronicis cæteris facile palmam præripiunt.

7 Radix ipecacuanhæ est tutissimum vomitorium ac cito operatur, inpr. si sal quoddam alcali ipsi admiscetur.

8 Nitrum huic radici additum, in Dysenteria vim ejus emeticam insigniter obtundere, ab amico mihi relatum est.

9 Asari radix a quibusdam tanquam specificum vomitorium laudatur in Quartana.

10 Vomitoria sumantur tempore matutino aut Ventriculo vacuo, ac superbibantur ad præcavendas cardialgicas anxietates & promovendam operationem jusculo calida, corpusque leniter moveatur.

6. *De Evacuatione Humorum per Diuresin.*

I. *Definitio.* Diuresis est evacuatio artificialis, instituta a Medico per remedia convenientia, partim, ut humores serosi superflui aliique recrementitii a sanguine separentur, & per vias urinarias expellantur, partim, ut impedimenta, urinæ excretioni obicem ponentia, removeantur.

II. *Differentia.*

1 Alia est proprie & stricte sic dicta, quando per remedia positive diuretica & stimulantia ac resolventia diuresis instituitur.

2 Alia improprie ita vocatur, quando scil. vel per copiosiorem potum serum deficiens restituitur, vel impedimenta, urinæ excretionem retardantia, mucus *v. g.* sabulum, calculus &c. removentur.

III. *Indicantia.*

1 Cachexia, Levcophlegmatia, Hydrops & omnes fere alii morbi, a vitiosa seri abundantia, consistentia & motu pendentes.

2 Icte-

2 Ictterus: in quo casu inpr. remedia Tartarea, Sal Tart. Ol. Tart. per deliq. Liq. Ter. fol. Sulph. Tinct. ♂t. Lud. &c. conveniunt.
3 Malum Hypochondriacum, quatenus remedia diuretica sanguinem spissiorem resolvunt, & ad motum aptiorem reddunt.
4 Sabulum renum & vesicæ, urinę excretionem turbans.
5 Exulcerationes viarum urinariarum, partim a calculo, partim vero a Lue venerea ortæ.
6 Stranguria, Dysuria & Ischuria.
7 Febres, inpr. ubi solutio morbi per Diuresin speranda est.

IV. *Remedia*; & quidem

Radix Ononid.
Petrosel.
Apii
Vincetox.
Raphan.
Urtic.
Pimp. alb.
Saxifrag.
Herb. Veron.
Hed. Terrest
Virg. ☉r.
Petrosel.
Capill. ♀.
Chærefol.
Nasturt.
Bellid.
Cochl.
Flor. Bellid.
Violar.
Linar.
Genist.
Hyperic.
Sem. Hyperic.
Violar.
Milii ☉.
Bacc Junip.
Alkek.
Amygd. amar.
Nucl. Persic.
Fructi. cynosb.
Terebinthina.
Succinum.
Balsamus Ind. uterq;
G. Ammoniac.
Bdellium.
Galbanum.
Conch. citrat.
Lap. ♋.
Percar.
Test. ovor.
Millep. præparat.
Lumbr. Terrestr.
Sal. Onon.
Genist.
Tartari.
Stipit. fabar.
Polychrest.
Nitr. depur.
fixum.
regenerat.
♁iatum.
Arcan. dupl.
Cryst. Tart.
Tart. Vitriolat.
Tartarizat.
♂tialis.
Extr. Veron.
Alkek.
Hed. Terrest.
Rob. junip.
Aq. fragor.
Petrosel.
Chærefol.
Tinct. Tart. acris.
♁ acris.
Resolv.
Ess Succin.
Liq. Ter. sol. Tart.
Tart. Tartarisat.
Ol Tart. per deliq.
Spir. Sal. s. & d.
Nitr. s. & d.
Tart.
Junip.
Malvat. Junip. &c.

V. *Formulæ Remediorum.*

1 Pulveres.

℞. *Lap. ♋.*
Cryst. Tartari. ā. 3j. M.
pro 3. vel 4. dos.
℞. *Tart. Vitriolat.*
Sal. absinth.
Arcan. dupl. ā. ℈j. M.
pro 2. vel 3. dos.
℞. *Nitr. ♁iat.*
Sal Tart.
Oc. ♋ ā. 3j. M.
pro 6. dos.
℞. *Arcan. dupl.*
Asell. præparat.
Sal Genist. ā. ℈j. M.
pro 2. vel 3. dos.
℞. *Lap. Percar.*
Millep. præparat.
Sal Onon. ā. 3ß. M.
pro 3. vel 4. dos.
℞. *Conch. citrat.*
Sal absint. ā. 3ß. M.
pro 2. vel 3. dos.
℞. *Test. ovor.*
Lap. percar.
Cryst. Tartari. ā. 3ß. M.
pro 3. vel 4. dos.
℞. *Tart. Tartarisat.*
Lap. ♋.
Sal Absint. ā. 3ß.
pro 3 dos.
℞. *Sal Polychr.*
Genist. ā. ℈j.
Volat. Tart. ℈ß. M.
pro 2. dos.
℞. *Lap. ♋.*
Millep. præparat.
Sal Onon. ā. ℈j.
Tart. ♂tial. gr. xij. M.
pro 3. dos.

2 Potiunculæ.

℞. *Aq. Retrosel. ℥iv.*
Lap. ♋.
Tart. Vitriolat.
Sal. Absint. ā. 3ß.
Sir. Hed. Terrest. ℥ß. M.
℞. *Aq. Chærefol.*
Petrosel. ana ℥ij.
Lap. Percar.
Nitr. ♁iat.
Sal Polych. aa. 3ß.
℞. *Aq. Alkekeng. ℥iv.*
Liq. Ter. sol. Tart. ℥ij.
Sir. fragor. ℥ß. M.
℞. *Aq. Chærefol.*
Fragor. ā. ℥ij.
Tinct. Tart. 3ij.
Spir. Nitr. dulc. 3ß.
Sir. fragor. ℥ß. M.
℞. *Aq. Saxifrag.*
Petrosel. ā. ℥ij.
Sal absint.
Arcan. dupl. ā. ℈ij.
Sacch. perlat. ℥ij. M.
℞. *Aq. Fragor.*
Saxifrag. ā. ℥iij.
Tinct. resolv. 3ij.
Sir. fragor. ℥ß. M.

3 Boli & Electuaria.

℞. *Rob. Iunip. 3j.*
Lap. percar.
Tart. Vitriolat. ana gr. x.
Sir. frag. q. s.
M. F. Bolus.
℞. *Conch. citrat.*
Lap. ♋. ana. gr. xv.
Tereb. q. s.
M. F. Bolus.
℞. *Rob. Junip. 3ß.*
Lap. ♋. præparat.
Sal Absint. ana 3j.
Millep. præparat. 3ß.
Sir. Hed. Terrest. q. s.
M. F. Elect.
℞. *Conf. rosar. ℥j.*
Sem. Milij ☉.
Hyper. ana. 3ij.
Sir. Violar. q. s.
M. F. Elect.
℞. *Extr. Veron. spiss. ℈ij.*
Lap. ♋. ℈j.
Millep. præparat. ℈ß.
Sir. Hed. Terrest. q. s.
M. F. Bolus.
℞. *Extr. Alkek.*
Lap. ♋. ana. 3ß.
Sir. Violar. q. s.
M. F. Bolus.
℞. *Rob. Junip. ℥vj.*
Extr. Alkek.
Veron. ana. 3ß.
Tereb. Venet. 3j.
Sir. Violar. q. s.
M. F. Elect. molle.
℞. *Conserv. rosar.*
Rob. Junip. ana. ℥ß.
Extr. Veron.
Sem. Violar. ana. 3ij.
Sir. Hed. Terrest. q. s.
M. F. Elect.

4 Emulsiones.

℞. *Amygd. d. ℥ß.*
Sem. Violar. 3ij.
Aq. petrosel. q. s.
F. l. a. Emulsio.
Colat. ℥iv. adde
Spir. fragor. 3ij.
Lap. ♋. 3j. M.
℞. *Sem. cartham.*
Violar. ana. 3iij.
Aq. fragor q. s.
F. l. a. Emulsio.
Colat. ℥vj.
Sp. fragor. 3iij.
Lap. percar. 3j.
Sacch. perlat. 3iij. M.
℞. *Sem. Violar. 3ij.*
Aq. Violar. q. s.
F. l. a. Emulsio.
Colat. ℥iv. adde
Lap. ♋. 3j.
Sacch. Canar. 3ij. M.
℞. *Sem. Violar. 3iij.*
Milii ☉. 3ij.
Aq. fragor.
Saxifrag. ana q. s.
F. l. a. Emulsio.
Colat. ℥v. adde
Lap. ♋.
Percar. ana 3ß.
Sacch. perlat. 3ij. M.

5 Infusa.

℞. *Rad. Onon.*
Urtic. ana. 3iij.
Herb. Petrosel.
Chærefol. ana. mß.
Flor. Violar.
Hyper.
Bellid. ana. p. ij.
Cort. Cappar.
Tart. solut. ana. ℈ß.
Inc. infund. in vini albi ℔. iij. & D. bis vel ter per diem ℥iv. vel vj.
℞. *Rad. Apii.*
Onon.
Vincetox. ana. 3iij.
Herb. Capill. ♀.
Virg. ☉r. ana. mj.
Flor. Genist.
Violar. ana. p. ij.
Cort. Tamarisc. 3ß.
Bacc. alkek. No. viij.
Ciner. Genist. 3j.
Inf. in Vin. alb. fervent. ℔. ij. sumantur quotidie bis vel ter ℥iv. cum Succ. raphan. rec. ℥ij. vel iij.

VI. *Modus operandi.*

1 Quædam agunt resolvendo humores, uti potissimum sunt salia digestiva & neutra, Gummata &c.
2 Quædam serum deficiens restituunt, & sic diuresin promovent: quod præ ceteris præstant potulenta in copia assumpta.
3 Alia utroque modo agunt, dum & serum restituunt & simul resolvunt, qualia sunt Herbæ antiscorbuti-

cæ,

cæ, Salia &c. in largiori vehiculo infusa vel cocta.
4 Alia potenter resolvunt & simul renes stimulant, v. g. Terebinthinata, Succinata, Salia Volatilia, Cantharides &c.
5 Alia nimium motum secretiones impedientem temperant, qualia sunt Absorbentia & Nitrosa.
6 Quædam impedimenta removent: quorsum spectant emollientia & lubricantia, calculorum in ureteribus vel urethra hærentium excretionem removentia, et & mucum renes & ureteres obstruentem, resolventia.

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Uti in omnibus aliis affectibus, ubi Medici opera opus est, ita quoque, si Diuretica necessitas effligitat, cautelæ quam maxime observandæ sunt.
2 Nisi viæ satis sint expeditæ, Diuretica, inpr. fortiora, nunquam sunt exhibenda, quare consultius est a diluentibus & lenioribus facere initium.
3 In calculo, ureteribus impacto, Lithontriptica nunquam exhibeantur, quia malum exasperant: potius E. exhibeantur lubricantia & emollientia, inter quæ præ ceteris eminet Decoctum Nephriticum Foresti, de quo sub *Calculo Renum*.
4 Ubicunque dispositio est ad Mictum eruentum, ibi Diuretica fortiora, inprimis Terebinthinata, aliaque acria pessimo consilio præscribuntur.
5 Si in Hydrope urina jam est lixiviosa, præstat lenia Diuretica, quam fortiora præscribere: imo satius est nulla exhibere diuretica, quoniam casus est desperatus.
6 Si humores jam per Diaphoresin sunt absumpti, Diuretica ægrotis non facile sunt præscribenda, quoniam corpus nimium exsiccatur: si tamen cum multo vehiculo exhibentur, interdum habent usum.
7 Qui Vincetoxicum legitimo modo præparare & debito tempore adhibere scit, optimum in Hydrope adhuc curabili possidet arcanum.
8 Succum Raphani cum decocto ex Rad. Onon. Herb. Petrosel. Chærefol. & Bacc. Junip. in larga quantitate datum, eximium aliquoties deprehendimus in Hydrope & inpr. in Anasarca usum.
9 Quo magis inclinant homines ad temperamenta sicciora, eo minus ipsis conveniunt Diuretica.
10 In suppressione urinæ sæpius, irritis omnibus Diureticis, est Venæsectio in pede præsentaneum remedium.
11 Si spasmodica in renibus aliisque urinæ excretioni inservientibus partibus subest, abstinendum omnino est a Diureticis fortioribus.

7. *De Evacuatione Humorum per Diaphoresin.*

I. *Definitio.* DIaphoresis est evacuatio artificialis a Medico per remedia appropriata instituta, ut humores vel superflui vel alias inutiles & summe volatiles per cutis poros tam sub udoris sive madoris lenis, quam sudoris forma è corpore expellantur.

II. *Differentia.*

1 Alia est *insensibilis* quam *Diapnoen* vocant.
2 Alia vero est *sensibilis*, quæ *Diaphoresis* audit, quando scil. humores sub forma sudoris sensibilis e corpore evacuantur.

III. *Indicantia.*

1 Corpus humidum porosum.
2 Sanguis fluxilis.
3 Serum fluxile abundans.
4 Febres tam intermittentes, quam continuæ & exanthematicæ.
5 Omnes morbi a seri impuritate oriundi, quales sunt scabiei variæ species, Lues Venerea &c.

IV. *Remedia.*

Rad. Angelicæ.
Contrayervæ.
Chinæ.
Sarsaparillæ.
Imperatoriæ.
Scorzoneræ.
Gentianæ.
Valerianæ.
Pimpinellæ.
Diptamni albi.
Petasitidis.
Zedoariæ.
Levistici.
Bistortæ.
Tormentillæ.
Enulæ.
Vincetoxici.
Lapathi acuti.
Herb. Cardui benedicti.
Cent. minoris.
Scordii.
Scabiosæ;
Fumariæ.
Galegæ.
Origani.
Serpilli.
Rutæ.
Cochleariæ.
Flor. Calendulæ.
Aquilegiæ.
Bellidis.
Sambuci.
Scabiosæ.
Salviæ.
Hyperici.
Sem. Cardui Mariæ.
Cardui benedicti.
Aquilegiæ.
Napi.
Citri.
Cort. Citri.
Aurantiorum.
Lign. Sassafras.
Santtum.
Juniperi.
Lign. Fraxini.
Lapides Cancrorum.
Cornu Cervi ustum.
C. C. Philosophicum.
Ebur ustum.
Mandibulæ lucii piscis
Unicornu fossile.
verum.
Dens Apri.
Hippopotami.
Sanguis Hirci.
Terra Sigillata.
Lemnia.
Lapis bezoardicus orientalis & occidentalis.
℥ *Diaphoreticum.*
Diaphoreticum ♂le.
Bezoardicum minerale.
Regulus ♁ij. medicinalis.
Cinnabar. ♁ii.
nativa.
Flores Sulphuris.
Aq. Scordii.
Fl. Sambuci.
Acaciæ.
Cardui benedicti.
Theriacalis.
C. C. citrata.
Galegæ.
Scorzoneræ.
Sal Absinthii.
Centaurii minoris.
Volatile C. C.
Viperarum.
Pulvis bezoardicus Wedelii.
Sennerti, Hallensis.
Pannonicus ruber.
Solaris D. Richteri.
Ess. Alexipharmaca.
Liquorum,
Myrrh.
Tinct. bezoardica.
℥*ij.*
Tinct. Resolvens.
Mixtura simplex.
Liq. C. C. succinatus.
Diascordium Fracastorii.
Theriaca Andromachi.
Cælestis.
Sirup. Contrayervæ.
Cardui benedicti,
Fumariæ.
Acetositatis citri,

V. *Formulæ Remediorum.*

1 Pulveres.

℞. ℥ *diaph.*
Matr. perl. præparat.
Nitr. ♁iat. ā ℈*ij. M.*
div. in 6. p. æq.

℞. ℥. *diaph.* ℨj. *M.*
Nitr. depur. B. M.
div. in 3. p. æq.

℞. ℥ *diaph.*
C. C. philos.
Tart. Vitriolat.
Nitr. depur. ā. ℈j.
Cinnab. nat. gr. xij. *M.*
div. in 4. p. æq.

℞. *Conch. citrat.*
℥ *diaph.*
Bez. min.
Arcan. dupl.
Nitr. depur. ā. ℈j.
Cinnab. nativ. gr. xvj. *M.*
div. in 4. p. æq.

℞. ℥ *diaph.*
Pulv. Contraj.
Nitr. ♁iat. ā. ℈ij. *M.*
div. in 6. p. æq.

℞. *Mandib. luc. pisc.*
℥ *diaph.*
Matr. perl. ana. ℈j.
Cinnab. ♁ij gr. ix. *M.*
div. in 3. p. æq.

℞. *Pulv. bezoard. Wed.* ʒj.
Ther. cælest. gr. iij. *M.*
div. in 3. p. æq.

℞. ℥. *diaph.*
Conch. præparat.
Sal absinth. ā. ℈ij. *M.*
div. in 6. p. æq.

℞. *Conch. citrat.*
Bezoard min. ā. ʒß.
Cinnab. ♁ij. gr. xij. *M.*
div. in 3. p. æq.

℞. *Lap.* ♋.
℥ *diaph. ā.* ℈ij.
Bez. min.
Nitr. perlat. ā. ℈j.
Cinnab. ♁ij. gr. xij. *M.*
div. in 6. p. æq.

℞. *Pulv. bezoard. Hall.* ʒij.
div. in 6. p. æq.

℞. *Pulv. bezoard. Wed.* ʒij.
Sal volat. C. C. gr. vj. *M.*
div. in 6. p. æq.

℞. *Pulv. bezoard. Senner.* ʒ.
Sal Volat. Viper. gr. iij. *M.*
div. in 6. p. æq.

℞. *Pulv.* ☉*ar. dos.* vj.
D. singulis 4. vel 6. horis.

℞. *Conch. citrat.*
Rad. Contraj.
Cort. Chacarill.
℥ *diaph.*
Reg. ♁ij. Medic. ā. ℈j.
Cinnab. ♁ij. gr. xv. *M.*
div. in 5. p. æq.

2 Potiunculæ.

℞. *Aq. Card. bened.*
Scorzon. ana. ʒiij.
Pulv. bez. Hall.
Sacch. perlat. ana. ʒij. *M.*
℞. *Aq. fl. acac.*

℞. *Aq. Scord.*
Galeg. ana. ʒij.
℥ *diaph.*
Lap. ♋. *præparat.*
Nitr. ♁iat. ana. ʒß.

C. C. citr. ana. ℥ij.
Diascord. ℥ß.
Ther. cœl. gr. iij.
Sir. contraj. ℥ß. M.
℞. Aq. flor. Samb. acac. ana. ℥ij.
theriac. ℥ß.
Ther. Androm. ʒj.
Sir. C. B. ℥ß. M.
℞. Aq. scord. ℥iv.
Succ. Citr. rec. ℥ß.
Tinct. bezoard. ʒij.
Sir. acetos. citr. ℥ß. M.

Sir. Card. bened. ℥ß. M.
℞. Aq. scord. ℥iv.
Tinct. bez. ℥ß.
Sir. contraj. ℥ß. M.
℞. Aq. scord. ℥iv.
♁ diaph.
Matr. perl. prep. ā. ℈ij.
Ther. cœl. gr. iij.
Sacch. perl. ʒij. M.
℞. Aq. flor. acac. ℥iv.
Acet. bez. ℥ß.
Ther. Androm. ʒiß.
Sir. ceraſ. acid. ℥ß. M.

3 Emulſiones.

℞. Amygd. dulc. ℥ß. M.
Aq. Card. bened.
Galeg. ana. q. ſ.
F. l. a. Emulſio.
Colat. ℥vj. adde
Matr. perl. prep.
Bez. min. ana. ʒß.
Sacch. perlat. ℥iij. M.
℞. Sem. Aquileg.
Card. Mar. ā. ʒiij.
Aq. Scorzon. q. ſ.
F. l. a. Emulſio.
Colat. ℥vj. vel viij. adde
Lap. ♋. prep.
♁ diaph.
Dent. apr. prep. an. ʒß.
Sacch. perl. q. ſ. M.

℞. Sem. citr. ℥ß.
Aq. ſt. acac. Scord. ā. q. ſ.
F. l. a. Emulſio.
Colat. ℥vj. adde
♁ diaph.
Mandib. lue. piſc. ā. ʒß.
Sacch. canar. q. ſ. M.
℞. Sem. Citr. ℥ß.
Aquileg. ʒij.
Aq. rub. id. Flor. acac. q. ſ.
F. l. a. Emulſio.
Colat. ℥vj. adde
Ebor. uſt.
Bez. min. ā. ʒß.
Tab. M. Xſt. ſ. q. ſ. M.

4 Boli & Electuaria.

℞. Conſ. ſumar. ℈ij.
♁ diaph. ℈j.
Sal vol. C. C. gr. ij.
Sir. C. B. q. ſ.
M. F. Bolus,
℞. Conſ. ſumar. Rob. Junip. ā. ℥ß.
Diascord. Frac. ʒij.
Pulv. viper.
C. C. Phil. ā. ʒj.
Sir. C. B. q. ſ.
M. F. Elect.

℞. Diascord. Frac. ʒß.
Unic. foſſ.
Bez. min. ā. ℈ß.
Sir. acet. citr. q. ſ.
M. F. Bolus.
℞. Conſ. pulp. citr. ℥j.
Ther. Androm. ʒß.
♁. diaph.
Pulv. viper.
Unic. foſſ. ā. ℈ij.
Sir. acet. citr. q. ſ.
M. F. Elect.

5 Eſſentiæ & Mixturæ.

℞. Tinct. Bez. ʒij.
D. ad vitr.
℞. Eſſ. Lign. Tinct. ♁ij ā. ʒiß. M.
℞. Eſſ. Alexiph. ʒij.
Spir. Tart. ʒj.
Vitrioli gutt. v. M.

℞. Mixt. ſimpl. ʒij.
D. ad vitr.
℞. Eſſ. Alexiph. Tinct. reſol. ā. ʒij. M.
℞. Eſſ. Alexiph. Succin. Tinct. ♁ij. ā. ʒj. M.

6 Pilulæ.

℞. Extr. Card. bened. ℈ß.
Ther. cœl. gr. iij.
Eſſ. Alexiph. q. ſ.
M. F. Pil. N. xiij.

℞. Ther. cœl. g. viij.
F. Pil. N. viij.
D. veſperi 4. pro doſi.

℞. Extr. torment. ℈j.
Ther. cœl. gr. v.
M. F. Pil. N. xxv.
D. ſingulis 5. vel 6. horis. 5. pro doſi.
℞. Extr. torment. ℈j.
Ther. cœl. gr. iij.
L. O. gr. ij.
F. Pil. ut antea.

7 Decocta.

℞. Raſ. L. Saſſafr. ʒij. Sanct.
Rad. lap. acut. Liquirit. ā. ʒj.
Paſſid. min. ʒvj.
Caric. ping. N. iv.
Inciſ. Coq. in Aq. ſ. ℔. vj. ad remanent. ℔. iv.

℞. Raſ. L. Saſſafr. ʒij. Sanct.
Rad. Sarſap. Chin. Liquirit. ā. ʒvj.
Caric. ping.
Dactyl. ā. N. vj.
Coq. ut antea.

VI. *Modus operandi.*

1 Quædam agunt diluendo Maſſam ſanguineam, uti potus calidus: eo promptius vero potulenta ſuam exerunt efficaciam, ſi in iis Herbæ, Radices, Ligna &c. coquuntur, ſic enim eo magis reſolvunt.
2 Quædam incidunt & reſolvunt humores, uti potiſſimum ſunt, quæ partes ſalinas & reſinoſas in ſe continent, uti ſunt multæ ſupra laudatarum radicum & lignorum,
3 Quædam potenter in fibras & etiam in ſanguinem agunt, atq; hinc inſignem in humoribus commotionem producendo efficiunt, ut ſanguis inſigniter fluxilis reddatur, ac hoc modo excretio per ſudorem promoveatur.
4 Alia nimium humorum motum excretiones impedientem reſtrænant, uti ſunt terrea Lap. ♋. Mat. Perl. ♁. diaph. Nitroſa, Salia neutra, Succi aciduli, Sp. acidi minerales &c. reliquis remediis admixti.
5 Alia motus nimios placide demulcendo & Naturam placando excretionem ſudoris promovent, uti ſunt Opiata legitimo modo correcta, Theriaca Androm. Cœleſt. Pil. Wildeganſii, Laudanum Opiatum & inſigne illud anodynum Eſſentia dulcis Hallenſium.
6 Alia agunt relaxando habitum corporis & poros aperiendo, uti calor lecti, calor ambiens humidus &c.

VII. *Tempus exhibendi remedia.*

1 Commodiſſimum & Naturæ maxime conveniens ſudoris tempus eſt matutinum, ab hora ſcil. tertia ad nonam uſque, quoniam etiam Natura hoc ipſo tempore in ſtatu ſano ſudoris excretionem molitur.
2 In Febribus proprium exhibendi tempus eſt, declinatio Paroxyſmi, ubi Natura ordinarie quoque excretionem ſudoris inſtituit.
3 In acutis autem malignis, quæ paucam, ſumme tamen mobilem materiam pro cauſa agnoſcunt, v. g. in Peſte, ſudor etiam in principio & continuatus prodeſt,

VIII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Si humorum lentor adeſt, ſudorifera minime conveniunt, niſi antea humores reſolvantur.
2 In corporibus ſiccioribus & etiam in iis morbis, ubi ſerum deficit, magis nocent, quam proſunt Diaphoretica.
3 Nec etiam in Hydrope conveniunt, niſi Natura ipſa ſpontaneos ſudores, quod tamen rarius contingit, excitaverit.
4 Si vires jam ſunt fractæ, ſudorifera minime exhibenda ſunt.
5 Qui ad ſudores minus proni ſunt, ad eos per remedia fortiora non cogantur.
6 Volatilia aliaque fortiora diaphoretica Plethoricis & Cholericis in morbis acutis exhibita, venena potius, quam remedia ſunt.
7 Terrea remedia in acutis nimium uſurpata, facile poſt ſe trahunt tumores pedum.
8 Regimen nimis calidum in omnibus affectibus exanthematicis morbos ſemper pejores reddit.
9 Tranquilla in lecto continentia in talibus morbis plus præſtat, quam regimen calidum.
10 Potus calidus ſufficiens in hiſce affectibus egregie lenem promovet tranſpirationem.
11 In talibus morbis Confortantia & lenia acida commode remediis junguntur diaphoreticis ut hoc modo vires conſerventur, & nimia humorum reſolutio impediatur.
12 Si multæ in primis viis ſunt cruditates, diaphoretica cum damno exhibentur.
13 Si morbi ab ira fortiori nati ſunt, ſudorifera plus nocent, quam proſunt, quoniam bilis per ea magis exagitatur & profundius in Maſſam Sanguineam conjicitur.
14 Nec etiam facile ſudorifera exhibeantur poſt terrorem graviorem, ſed potius leni corporis & continuato motu fluxilitas humorum reſtituatur.
15 Stuphæ ſudatoriæ ſive Balnea Laconica in morbis chronicis, a lymphæ & ſeri vitiis ortis, inſignem habent uſum & præcipue in Lue Venerea, ſi humores prius ad excretionem diſpoſiti ſunt.
16 Balnea tam artificialia, quam naturalia maxime promovent tranſpirationem.
17 Siccioribus tamen minime conveniunt, quoniam tranſpirationem nimium excitando corpus magis exſiccant.
18 Humidioribus, multum humorum in poris habentibus, maxime proſunt, quatenus humores colliquant & eorum excretionem promovent.
19 Qui diſpoſitionem ad Hecticam habentibus thermas & acidulas ſuadent, tortorum potius quam verorum Medicorum titulum merentur, quatenus per talia humores ad colliquationem proni magis reſolvuntur.
20 Thermæ, inpr. Vitriolicæ, materiam morbificam in morbis arthriticis magis figunt, ac morbos tales magis rebelles reddunt.
21 Minus quoque conveniunt corporibus impuris, viſce-

ſcerum debilitate & obſtructione laborantibus, quatenus ægrotos facile hydropicos reddunt.

22 Niſi corpus per legitima remedia ſufficienter præparetur, thermæ nullum ſalutarem edunt effectum.

23 Sub uſu Thermarum alvus ſemper aperta ſervanda eſt per lenia laxantia, quod omnium optime fit per Sal catharticum amarum aliaque neutra.

24 Thermæ ſemper magis proſunt tempore matutino, quoniam Natura tunc temporis excretionē ſudoris molitur.

25 Dum è Thermis egrediuntur ægrotantes aerem vitent frigidum, & potius lecto ſe committant, ut illud quod adhuc per tranſpirationem evacuari debet, tranſpirare poſſit,

8. *De Evacuatione Humorum per Salivationem Univerſalem.*

I. *Definitio*: SAlivatio eſt evacuatio artificialis per remedia, inpr. Mercurialia, inſtituta, ut humores ſuperflui & corrupti per ductus ſalivales expellantur,

II. *Differentia*,

1 Alia eſt univerſalis, quando per remedia appropriata tam interna quam externa univerſa Maſſa Sanguinea a partibus impuris & corruptis liberatur.

2 Alia eſt particularis, quando per remedia in ore detenta vel maſticata copioſa ſaliva partim ex ore, partim ex partibus vicinis evacuatur.

3 Alia excitatur per remedia interna, alia vero per externa, Unguenta ſcil. Suffimigia &c:

4 Alia reſpectu gradus eſt levior, alia eſt fortior.

III. *Indicantia*.

1 *Lues Venerea* & præcipue inveterata, quæ utpl. aliorum ordinariorum remediorum vim eludit.

2 Alii morbi inveterati & chronici, *Quartana*, *Amavroſis*, *Strumæ*, *Cancer*, *Mania*, *Melancholia*, *Vertigo*, *Epilepſia*, *Paralyſis*, *Podagra*, *Cephalalgia diuturna*, *Lepra*, *Elephantiaſis*, *ulcera antiqua &c.*

IV. *Remedia*.

1 Externa.

☿ *Viv. in Unguentum redactus*,
Merc. vel Cinnab. in Suffimigiis.
Soleæ ex amalgamate Mercurii paratæ & plantis pedum ſuppoſitæ.
Pediluvia ex ☿io dulci aut ſublimato parata.
Emplaſtra ☿ialia, *v. g. Expl. de Ran. Vig. c. triplo vel quadruplo ☿rii*.
Cingulum Sapientiæ ſive ☿iale.

2 Interna.

☿ *vivus in Pilulis ad* ℈ß *quotidie exhibitus*.
☿ *dulcis a gr. XV. ad* ʒj.
Panacea ☿ialis a gr. XII. ad ʒß.
Turpethum minerale a gr. ij. ad gr. vj.
Arcanum Corallinum a gr. ij. ad gr. vj.

V. *Formulæ Remediorum*.

1 Boli.

℞. *Conſ. Roſ.* ʒß.
☿ *dulc. gr. XV.*
Sir. roſar. ſol. q. ſ.
M. F. Bolus.

℞. *Conſ. ſumar.* ʒß.
Panac. ☿ial. gr. XII.
Sir. ſt. perſic. q. ſ.
M. F. Bolus.

℞. *Conſ. gratiol.* ℈j.
Turp. miner. gr. iij.
Sir. ſt. perſic. q. ſ.
M. F. Bolus.

℞. *Conſ. ſt. perſic.* ℈j.
Arcan. corall. gr. iij.
Sir. roſ. ſolut. q. ſ.
M. F. Bolus.

2 Pilulæ.

℞. ☿ *dulc. gr. XV.*
Mic. pan. alb. q. ſ.
M. F. Pil.

℞. *Panac. ☿ial. gr. XII.*
Mic. Pan. alb. q. ſ.
M. F. Pil.

℞. ☿. *viv.* ℈ß.
Suc. liquirit. q. ſ.
M. F. Pil.

℞. *Panac. ☿ial. gr. XII.*
cum Mucilag. Tragac.
F. Pil.

3 Unguenta.

℞. *Pingu. porcin.* ʒß.
☿. *viv.* ʒij. *M.*
F. Unguentum.

℞. ☿. *viv. c. Saliv. extinct.* ʒß.
Tereb. Venet.
Ungu. de pom. q. ſ.
M. F. Unguentum.

VI. *Modus operandi*.

Quamvis modus quo operationem ſuam edit Mercurius admodum ſit obſcurus & variæ hinc atque diverſæ Authorum occurrant ſententiæ, probabile tamen videtur, eum ob globulos minutiſſimos in quos motu aut effuſus dirimitur, & ob quos ad motum admodum idoneus eſt, penetrare non ſolum humores & minutiſſimos poros & hoc ipſo dividere ac dirimere viſcidos humores eoſque ad excretionem aptos reddere. Cur autem potiſſimum per os evacuationem excitet, firmis hactenus nondum demonſtratum fuit argumentis.

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ*.

1 Salivatio noſtris temporibus eſt quidem remedium ſatis commune, ſed nihilominus infidum eſt auxilium & non raro inſignia & admodum periculoſa poſt ſe trahit incommoda: quare in ejus adminiſtratione magnis opus eſt cautelis.

2 Minoris tamen periculi ſunt incommoda illa quæ inunctionem Mercurialem, quam quæ internorum remediorum uſum ſequuntur.

3 Cura Luis Venereæ per Suffimigationem cum cinnab. vel ☿ dulci, quamvis caput etiam optime obvolutum ſit & munitum, nihilominus graviſſima excitat Symptomata, quare etiam a modernis prorſus rejicitur.

4 Pariter ſumme noxius eſt fumus Mercurialis ore per infundibulum ſalivationis gratia exceptus, quatenus caput & Pulmones admodum lædit.

5 Securior eſt ſalivationem excitandi modus, ſi emplaſtra ☿ialia locis illis, qui alias Unguento ☿iali inungi ſolent, imponuntur, ſic enim Mercurius facile per poros in corpus penetrat.

6 Eundem uſum præſtare ſolent ſoleæ ſuperius allegatæ, inpr. ſi pedes lateri calido imponuntur, ſic enim Mercurius ope caloris excitatus facile per poros plantæ pedis corpus ingreditur.

7 Pediluvia ☿ialia ſi ☿ dulcis Aquæ ferventi injicitur, poteſt aliquem habere uſum: ſin vero ☿ ſublimatus huic ſubſtituitur, partes facile arroduntur: quare horum uſus conſultius omittitur, præſertim cum talis modus ſit minime conſuetus.

8 Cingulum ☿ile interdum cum fructu uſurpatum fuit in malo mitiori, ſed cum ſæpius inſignia tormina excitaverit, merito ei præfertur inunctio locorum convenientiū.

9 Non tamen facile inſtituatur Salivatio in iis, qui jam emaciati ac viribus fracti ſunt,

10 In ſiccioribus temperamentis vel nulla Salivatio inunctionem ſequitur, vel corpus magis exſiccatur, quare corpus prius probe humectandum eſt.

11 Si viſcera interna ſunt corrupta, Salivatio non ſolum nullam habet utilitatem, ſed & mortem accelerat,

12 Pueri, Senes & Gravidæ non facile ferunt Salivationem, imo gravia interdum eam ſequuntur incommoda.

13 Antequam corpus Unguento ☿iali inungatur, prius Purgantia exhibeantur, Vena aperiatur, ac corpus Balneis aquæ dulcis immittatur, ut hoc modo humores ad faciliorem Salivationem diſponantur.

14 Facta præparatione inungantur primo plantæ pedum, tarſus ac poſtmodum flexura genuum, ſequentibus vero diebus junctūræ manuum & cubiti, donec ſalivationis ſigna appareant.

15 Nunquam autem ſumatur nimia unguenti doſis, ſed talis tantum quæ ultra ☿ii ʒij aut ʒß ad ſummum, & quidem in robuſtioribus, haud continet.

16 Nucha atque dorſum ob gravia metuenda ſymptomata non inungatur, quamvis ſint, qui hancce inunctionem commendant.

17 Facta inunctione æger committatur lecto in conclavi calido, & ab aere frigido probe arceatur, alias enim gravia ſequuntur ſymptomata.

18 Si glandulæ oris, gingivæ ac lingua intumeſcunt, ab ulteriori frictione abſtinendum eſt, hæc enim Salivationem imminere indicant.

19 Interdum in ſubjectis ſucculentis & alias ad ſalivationem pronis poſt primam ſtatim inunctionem ſalivatio ſequitur.

20 Ultra quintam vel ſextam inunctionem facile non eſt progrediendum, niſi ſubjecta admodum robuſta fuerint.

21 Si Salivatio nimis tarde aut prorſus non poſt peractas frictiones ſuccedit, exhibendum eſt vomitorum ☿iale, quod optime eam promovet.

22 Quod ſi vero nec poſt horum uſum Salivatio ſuccedat, ſatius eſt ab ulterioribus frictionibus & remediis abſtinere, ne uſum continuatum gravia ſequantur damna.

23 Ori & faucibus inflammatis proſpiciendum eſt per

Gargarismata lenientia & detergentia ex lacte tepido, decocto hordei cum Radice liquiritiæ, althææ & melle rosaceo.

24 Hisce subjungantur adstringentia Gargarismata ex rosis v. g. rubris, salvia, hordeo &c. parata.

25 Adstringentia talia Gargarismata in principio adhibita symptomata oris & faucium exasperant.

26 Si nimium fluit Saliva, statim exhibeatur purgans cum aliquo stimulo, hæc enim optime nimiam Salivationem imminuunt.

27 Fortiora tamen Purgantia vitentur, ne Salivatio prorsus cum insigni periculo sistatur.

28 Non raro Salivatio degenerat in alvi fluxum, qui clysteribus ex lacte & vitellis ovorum paratis, aut Theriaca, Diascordio aliisque opiatis sisti potest.

29 Diæta durante Salivatione sit tenuis, & ægrotis præter jusculahordeacea, aut carnium cum pauco pane, nihil exhibeatur.

30 Loco potus conveniunt decocta Lignorum secundaria, quæ scil. ex residuo prioris decocti parantur.

31 Toto Salivationis tempore ægri vitent aerem frigidum, quia Salivationem maxime impedit & gravia mala excitat.

32 Si spatio quindecim dierum vel trium septimanarum Salivatio pro circumstantiarum ratione duravit, tandem sensim sensimque imminuitur & sponte cessat.

33 Si ante ordinarium tempus cessat, vel exhibeatur Mercurius dulcis aut Panacæa ☿ialis, vel corpus adhuc aliquoties unguento ☿iali fricetur.

34 Quod si vero ultra terminum ordinarium extendatur Salivatio, exhibeantur aliquoties Purgantia, ut hoc modo materia quæ sursum fertur, ad inferiora revellatur & evacuetur.

35 Cum sæpius post Salivationem adhuc ☿ii aliquid in corpore remaneat, & hinc omnis generis symptomata metuenda sint, ejus excretio promovenda est, quod partim præstant Laxantia repetita ac Diaphoretica, partim vero monetæ aureæ linguæ impositæ: sed hisce facile palmam præripiunt Pulveres Solares D. Richteri, & inpr. Tinctura resolvens, quæ quod reliquum est in corpore ☿ii interdum per Salivationem ejicit, quo facto Salivatio statim cessat: sæpius vero ☿ium summe resolutum aut per urinam, aut per sudorem expellit.

36 Expulso hoc modo ☿io ægroti adhuc per aliquod tempus vitent aerem frigidum, & abstineant a nimiis cibis, nimio potu, Venere &c.

37 Mercurius dulcis & Panacæa ☿ialis excitant quidem Salivationem, sed longe tardius operantur, quam Unguentum ☿iale.

38 Si per ☿ium dulcem Salivationem instituere animus est, exhibeantur prima vice gr. XV. secunda ℈j. tertia ʒß & sic semper usque ad ʒj. donec Salivationis signa appareant.

39 Panacæa Mercurialis, quæ nil nisi Mercur. dulcis decies vel duodecies sublimatus est, eodem modo, sed minori dosi, exhibetur, prima scil. die gr. XII. secunda XV. tertia ℈j. quarta gr. XXV. quinta ʒß. idque mane & vesperi, donec superius recensita Salivationis signa in conspectum veniant.

40 Quo fluxus hicce eo melius succedat, singulis binis vel ternis diebus Panacææ gr. XII. vel XV. ægro exhibeantur.

41 Et ut omne virus cum Saliva expellatur, per integrum mensem fluxus hicce conservetur.

42 Si per Arcanum Corallinum aut Turpethum minerale Salivatio institui debet, dentur prima vice gr. ij. postea vero IV. donec in universum grana XV. sumpta fuerint.

41 Multa quidem de Arcani Corallini mira virtute proferuntur, sed vulgare laudes illas mirificas minime meretur.

44 Qui Luem Veneream legitime correctis ☿ialibus & Tincturis alcalinis summe penetrantibus, qualis est Tinctura resolvens nobis familiaris sine Salivatione curare novit, is omnibus modo dictis cautelis facile carere poterit. Plura Vid. in Prax. Tom. II. de Lue Venerea.

9. De Salivatione particulari.

I. *Definitio*: SAlivatio particularis est evacuatio artificialis, a Medico per remedia Apophlegmatizantia & Masticatoria eum in finem instituta, partim ut Saliva e ductibus & glandulis salivalibus, partim vero alii humores e confinibus oris sive partium adjacentium evacuentur.

II. *Differentia*.

1 Alia fit per remedia *sicca*, alia vero per *humida*.

2 Alia excitatur a remediis acribus, alia ab insipidis.

III. *Indicantia*.

1 Saliva viscida ad excretionem minus apta, quam resolvunt & glandulas stimulant Salivantia acria.

2 Quidam affectus oculorum, qui interdum Apophlegmatizantium usum postulant.

IV. *Remedia*.

Radix Pyrethri.	*Bacc. Laur.*
Diptamni,	*Cubeb.*
Helleb.	*Cardamom.*
Ireos.	*Zingib.*
Calam. arom.	*Piper.*
Herb. Nicot.	*Cinnamom.*
Puleg.	*Mastiche.*
Major.	*Mel. rosat.*
Piperit.	*anthosat.*
Nasturt.	*Oxymel.*
Sem. Sinap.	*Theriaca.*
Nigell.	*Mithridat.*
Eruc.	*Essentiæ aromaticæ.*

V. *Formulæ Remediorum*.

1 Radices.

℞. *Rad. Pyrethr. q. s.*	℞. *Zingib. q. s.*
teneatur sub lingua.	*usurpatur ut antea.*

2 Herbæ.

℞. *Fol. Nicot. convol. q. s.*	℞. *Fol. Nasturt. q. s.*
masticetur probe.	*usurpetur ut antea.*

3 Electuaria.

℞. *Mastich. el.* ʒij.	℞. *Sem. Sinap.*
Sem. Sinap.	*Zingib.*
Rad. Pyrethr. ā. ʒß.	*Rad. Pyrethr. ā.* ʒj.
Cardamom.	*Cubeb.*
Cubeb. ā. ℈j.	*Cardamom. ā.* ʒß.
Mell. Anthos. q. s.	*Oxymel. q. s.*
M. F. Electuarium,	*M. F. Electuarium.*
cujus portio quædam	*D. ut antea,*
teneatur in ore	

4 Decocta.

℞. *Rad. Pyrethr.* ʒij.	℞. *Rad. Cyclam.* ʒij.
Hb. Nicot. mj.	*Hb. Nicot.*
Sem. Sinap. ʒj.	*Piperit. ā. mj.*
Coq. in Aq. s. ℔j. &	*Sem. eruc.*
Aceti ℥v.	*Sinap. ā.* ʒj.
Colat. ℥iij. *M.*	*Coq. in aq. s. et acet. ā. q. s.*
teneatur calide in ore	*Colat.* ℔j. *adde*
	Oxymel. ʒij. *M.*

5 Fumus.

℞. *Herb. Rosmar.*	*Rosar. ā. p. ij.*
Salv.	*Sem. Anis.*
Major. ā. mß.	*Fœnic. ā.* ʒij.
Flor. Lavend.	*Fol. Nicot. mij. M.*
Lil. convall.	*usurpetur loco Tabaci.*
Tunic.	

6 Rotulæ sublinguales.

℞. *Rad. Pyrethr.*	*Sacch. canar. q. s.*
Zingib.	*Solv. Sacch. in*
Cubeb.	*Aq. rosar. &*
Cinnam.	*Cinnam. q. s.*
Pip. long.	*M. F. l. a. Rotulæ, sub*
Cost. ver. ā. ʒij.	*lingua tenendæ.*

VI. *Modus operandi*.

1 Quædam, etsi minime sint acria, sed prorsus insipida, diu saltem in ore masticata, Salivam e glandulis eliciunt, uti sunt charta, globulus plumbeus, crystallus, Mastiche &c. & hæc proprie vocantur *Masticatoria*.

2 Alia vero quæ stricte *Apophlegmatizantia* audiunt, particulis acribus aggrediuntur ductus Salivales & glã-

dulas

dulas eaſque irritant, unde Natura ad amoliendum illud quod partibus infeſtum eſt, copioſam Salivam in oris cavitatem infundit, cujus ope partes illæ acres diluuntur & abſterguntur.

VI. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Maſticatoria & Apophlegmatizantia interdum inſignem habent uſum, in capitis præcipue affectibus ſeroſis, quatenus multum ſeri per ea evacuatur, atque a partibus vicinis revellitur.

2 In affectibus oculorum ſæpius irritis aliis Apophlegmatizantia proſunt.

3 Maſticatoria nunquam niſi præmiſſis univerſalibus remediis & ſublata Cacochymia in uſum trahantur.

4 Maſticatoria non niſi tempore matutino vacuo adhuc ventriculo uſurpentur, cibis enim repleto ventriculo digeſtio ob deficientem ſalivam impeditur.

5 In horum remediorum uſu media tenenda eſt via, ſi enim nimis diu uſurpantur, nimia ſalivæ laudabilis copia evacuatur, ſi vero nimis parce in uſum trahuntur, nil juvant.

6 Saliva non deglutiatur, quoniam facile Cardialgiæ aut Vomitus ſequuntur, quare ſemper exſpuatur.

10. *De Evacuatione Humorum per Nares.*

I. *Definitio.* Est evacuatio artificialis eum in finem per Errhina & Ptarmica inſtituta, ut humores ſuperflui circa nares hærentes evacuentur.

II. *Differentia,*

1 Alia fit ſine ſternutatione, quando ſcil. per remedia appropriata, quæ Errhina vulgo vocantur, humores in glandulis narium hærentes reſolvuntur, & glandulæ leniter ad excretionem ſtimulantur.

2 Alia vero fit cum ſternutatione, quando per remedia Ptarmica, glandulæ & membrana narium fortiter ſtimulantur, ac humores cum impetu excutiuntur.

III. *Indicantia.*

1 Humores copioſi circa nares & in partibus vicinis hærentes.

2 Dolores capitis, quos interdum ſenſibiliter levant Ptarmica.

3 Partus difficilis, ubi Ptarmica fœtus excluſionem promovent.

4 Apoplexia.

5 Singultus &c.

IV. *Remedia.*

Rad. Jalap.
Mechoac.
Helleb. alb.
Pyrethr.
Iridis flor.
Fol. Tabac.
Herb. Major.
Beton.
Serpill.
Thym.
Orig.
Ptarmic.
Flor. Lavend.
Lil. convall.
Spic.
Violar.
Roſar.
Cyan.
Anthos.
Calend.
Sem. Nigell.
Naſturt.
Sinap.
Euphorbium
Piper, aliaque aromata,
Spec. de Major. Mynſ.
Ol. Major.
Aqua Majorana.
Saccharum.
Vitriol. album.
Sal. Ammon. in lixiv. injecti.
Salia Volatilia.
Spir. Salis Ammon.
Eſſ. caſtor.

V. *Formulæ Remediorum.*

1 Pulveres.

℞. *Fol. Tabac. mj.*
Herb. Major.
Serpill.
Thymi. ā. mſs.
Flor. Lavend.
Lil. conv.
Anth. ā. p. j.
M. F. Pul. ſubtiliſſimus.

℞. *Fol. Tabac.*
Herb. Ptarmic.
Summit. Serpill.
Orig. ā mſs.

℞. *Summit. Beton.*
Origan.
Serpill. ā mſs.
Flor. Roſar.
Cyani.
Violar. ā. p. j.
Ol. Major. gt. vj. M.
F. Pulv. ſubtiliſſimus.

℞. *Pulv. irid. flor. ʒij.*
Herb. Origan.
Roſmar.
Major. ā. mſs.
Flor. Violar.
Anth. ā. p. j.
Ol. deſt. Major. gt. viij.
Moſch.
Zibeth. ā. gr. ij M.
F. Pulv. ſubtiliſſimus.

Flor. Calend,
Cyan.
Lavend. ā. p. j.
Sem. Nigell. ʒſs.
Ol. deſt. Major. gt. vj. M.
F. Pulv. ſubtiliſſimus.

Sequentes Pulveres Errhino Ptarmicos commendat D.D. *Hoffmannus* in *Diſſert. de Pulverum Sternutatoriorum uſu & abuſu.*

℞. *Sacch. opt. ʒſs.*
Balſ. apopl. gr. XII.
Flor. Benz.
Reſ. L. Guaja ā ℈ſs. M.
F. Pulvis.

℞. *Fol. Tabac. infuſione Aquæ roſarum prius mitigat. ʒſs.*
Flor. ⊙nt. exſicc. ʒij.
Ol. Flor. ♌nt. ℈ſs. M.
F. Pulvis.

℞. *Pulv. L. aloes Succ.*
Tabac. ā. ʒj.
Caſtor. ℈ſs.
Ol. Major. gt. X. M.
F. Pulvis.

℞. *Sal Vol. Ammon. ʒj.*
Ol. Major. gt. X. M.
F. Pul. ſolo odore errhi. nam vim exercens,

℞. *Rad. Ir. flor ʒj.*
Flor. Balauſt.
Roſ. rubr. ā. ℈ij.
Anthos.

℞. *Flor. lil. convall. Major.*
Pulv. Tabac. ā. ʒj.
Helleb. alb. gr. XII.

Ol. Major.
Cubeb. ā gt. IV. M.
F. Pulvis.

℞. *Rad. Valer.*
Sem. Fœnic.
Pulv. Tabac. ā. ʒj.
Flor. Benz. gr. XII.
Ol. Cubeb.
Fœnic.
Major. gt. ā ij.
Spir. Roſar. gt. XII. M.
F. Pulvis.

℞. *Ol. Succin. ℈ſs.*
Lavend.
Ror. mar.
Salv.
Rut.
Spic. gt. ā. iij.
Balſ. Apopl. gr. viij.
Incorporentur cū Sacch. canarienſi finiſſimo.
Lavend. ā. ʒſs.
Helleb. alb. gr. viij.
Moſc. in Spi. roſ. ſol. gr. ij
M. F. Pulvis.
F. Pulvis, in variis & quibus graviſſimis capitis affectibus teſte clariſſ. Lentilio optimos odens effectus.

2 Aquæ.

℞. *Aq. Major. ʒj.*
Vitriol. alb. gr. iij. M.
attrahatur in nares.

℞. *Aq. Major. ʒj.*
Vitriolat. alb.
Elater. ana gr. ij. M.

3 Mixturæ.

℞. *Aq. Reg. Hung. ʒſs.*
Spi. Sal Ammon. ʒij. M.
odor attrahatur in nares

℞. *Spir. Sal Ammon. ʒij.*
Eſſ. Caſtor. ʒj. M.
D. ut antea.

VI. *Modus operandi.*

1 Quædam particulis ſuis Salino acribus humores in glandulis contentos fundunt, & excretionem ex iiſdem promovent.

2 Quædam vero potentius ipſam narium membranam aggrediuntur, ac motum quaſi convulſivum in ipſa excitando cum inſigni motu materiæ, in glandulis contentæ, excretionem promovent.

3 Quædam utroque modo agunt; unde in hiſce caſibus Natura ad amoliendum id quod membranæ & glandulis moleſtum eſt, humores in copia ad nares mittit, ut hoc modo partes acres diluantur & mitigentur, ac ſimul cum humoribus motu fortiori e naribus expellantur.

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Ubicunque ſerum deficit, v. g. in cholericis aliiſque vel a morbis vel ſenio exſiccatis, ibi Errhina & Ptarmica minus conſulto præſcribuntur, uſurpantur, quatenus corpora magis exſiccantur.

2 In ſenibus, quorum corpora pituita viſcida repleta ſunt, Sternutatoria non ſemper tuta ſunt.

3 In Vertigine inpr. eſſentiali Ptarmica facile ad Apoplexiam diſponunt.

4 Quamvis in Apoplexia & Epilepſia præſente, Ptarmica ſæpius cum fructu uſurpentur, imminentes tamen facile in actum deducunt.

5 Ptarmica oculorum affectus, inprimis inflammatorios, quam maxime exaſperant.

6 Si propenſio adeſt ad Hæmorrhagiam narium nimiam, Ptarmica nullum habent uſum, quoniam eandem facile excitant: ad revocandam tamen Hæmorrhagiam conſuetam Semen Nigellæ laudatur.

7 In dispositione ad Hæmoptysin, aut alias malo constituto Pectore, Ptarmica minus tuta sunt, quoniam Hæmoptysin promovent, reliquaque mala exasperant.
8 Nec etiam in memoriæ debilitate, Ptarmica insignem habent usum.
9 In gravidis Ptarmica facile propter motum graviorem ad Abortum disponunt.
10 Non oculis tantum sed etiam auribus aliisque sensuum organis Ptarmica facile nocent.
11 Infantibus propter teneram cerebri & nervorum constitutionem, Ptarmica minus conveniunt.
12 Quo frequentius usurpantur Errhina & Ptarmica, eo magis læditur Olfactus.
13 Errhina & Ptarmica sæpius in usum tracta congestionibus sanguinis ad caput ansam præbent.
14 Ptarmica fortiora inpr. ex Helleboro albo Convulsiones excitasse observavimus.
15 Errhina solummodo ex vicinis partibus eliciunt serum, Ptarmica vero etiam in dissitis partibus humores commovent & excretionem per easdem promovent.
16 Reperiuntur Errhina fortissima, uti sunt Salia Volatilia urinosa, quæ tamen nullam sternutationem excitant.
17 In Coryza consueta suppressa Errhina insignem habent usum, quatenus omnia mala exinde provenientia præcavent & tollunt.

11. *De Humorum Evacuatione per Pectus sive de Expectoratione.*

I. *Definitio*: EXpectoratio est evacuatio artificialis per remedia convenientia eum in finem instituta, ut humores quantitate & qualitate Pectori inimici mature expellantur.

II. *Differentia*,
1 Alia fit per remedia præparantia, ita ut materia ad excretionem inepta præparetur & disponatur ad exitum, quo a Natura ipsa per tussim expelli possit.
2 Alia fit per stimulantia, quando vel tussis præsens, aut insufficiens per remedia convenientia augetur, vel tussis excitatur, ita ut materia noxia eo facilius expelli possit.

III. *Indicantia*,
1 Materia nimis fluxilis & acris glandulis & pulmonibus infensa, quæ incrassatione & correctione ante evacuationem opus habet.
2 Mucus viscidus & tenax Pulmonum tubulos obstruens & respirationem admodum difficilem reddens, quæ tamen prius quam excernatur, resolutione indiget.
3 Materia cruenta & purulenta in Pleuritide & Peripneumonia multa & insignia incommoda pariens.

IV. *Remedia*,

1 Incrassantia,

Rad. Alth.
Malv.
Liquirit
Herb. Veron.
Virg. ⊙r.
Hed. terr.
Flor. Violar.
Papav. err.
Sem. Althææ.
Malvæ.
4. frig. maj.
Lini
Fœnugræci
Hyosc.
Papav.
Ficus
Passulæ minores.
Jujubæ.
Siliquæ.
Sebesten.
Tragacantha.
Gummi Arab.
Amygd. dulc.
Nucl. Pini.
Pistac.
Lac.
Sperma ceti.
Decoct. pect.
Flor. & Fruct.
Cremor hordei.
Gelatinæ variæ.
Succ. liquirit.
Pulvis Haly rec.
Species diatragac.
Conf. rosar.
Tinct. pap. rh.
Sir. pap. rh.
Liquirit.
de Symph. Fern.
M. P. de Cynogl.
Theriaca.
Laud. Op.
Diacodium.
Trochisci becch.
nigr.
rubr.
Extr. Hed. terrestr.
Veron.
Lignirit.
Ungu. Pector.

2 Incidentia,

Rad. Helen.
Bardanæ.
Irid. flor.
Petasit.
Angelic.
Ari.
Trifol. fibr.
Fœnic.
Pimpin. alb.
Levistici.
Vincetox.
Squilla.
Imperat.
Salsaparillæ.
Herb. Scabios.
Tussilag.
Hyssop.
Pilosell.
Bellid.
Nicot.
Erysim.
Rorell.
Cheresol.
Marrub. alb.
Pulmon. mac.
Scord.
Capill. ♀
Flor. Tussilag.
Sambuci.
Scabiosæ.
Croci.
Sem. Anisi.
Fœniculi.
Card. bened.
Mariæ.
Lign. Sassafr.
Sanct.
Gumm. Ammoniac.
Bdell.
Benzoes ejusque flores.
Flor. Sulph.
Myrrha.
Succinum.
Species diaireos.
Elix. Pect. Wed.
Ess. Alexiph. Stahlii.
Helen.
Succin.
Mirrh.
Tinct. Antim. acris.
Resolvens.
Pectoralis.
Tartari.
Spir. Sal. Ammon. anis.
Aq. Scabios.
Hyssop.
Cheresol.
Taraxac.
Scord.
Bellid.
Asthmat.
Sir. Tussilag.
Scabios.
Hyssop.
Nicot.
de Erysimo Lob.
Capill. ♀
Pilosell.
Conf. Bellid.
Hyssop.
Scabios.
Extr. Scabios.
Helen.
Bellid.
Irid. flor.
Oxym. squillit.
Loch. ad asthma de farfar.
Bals. Sulph. anis.
Pil. Polychrest.
Stahlii.
Balsam. vitæ.

V. *Formulæ Remediorum*.

1 Decocta.

℞. *Spec. pro Dec. pect.* ℥iv.
Coq. in aq. s. ℔iij.
usque ad consumpt. ℔ij.
Colat. D. ad Vitr.
dosis ℥vj. *calide*,

℞. *Rad. Enul.*
Pimpin. alb.
Vincetox. ā. ℥ß.
Herb. Scabios.
Hyssop.
Bellid.
Pilosell. ā mj.
Inc. ad Ch.
quarta harum specierum pars injiciatur in aquæ ferventis ℔ij. *bulliant leniter & colat. fumantur* ʒiv. *vel* vj. *ter vel quater singulis diebus.*

℞. *Rad. L. Sassafr.* ℥ij.
Sanct.
Rad. Chin.
Liquirit. ā. ℥j.
infund. per noct. & coq. in s. q. aq. simpl. sub finem coctionis adde
Herb. Hyssop.
Veron.
Scabios.
Bellid. ā. mß.
Colat. D. in vitro pro potu pector. in tussi Venerea

℞. *Spec. pro Dec. fl. & fr.* ℥iv.
Coq. in s. aq. s.
D. sæpius calide.

℞. *Herb. Veron.*
Scabios.
Hed. terr.
Tussilag.
Virg. ⊙r. ā mj.
Inc. D. ad Ch.

℞. *Rad. Enul.*
Liquirit.
Pimp. alb. ā ʒiij.
Irid. fl. ʒij.
Ari ʒiß.
Herb. Scabios.
Erysim.
Marrub. ā mj.
Flor. Tussilag. mß.
Incis. usurpentur instar in. jusi Thee.

℞. *Herb. Hed. terr.*
Scabios.
Veron.
Millefol.
Coq. in aq. s. ℔iij.
Colat. adde
Sir. Hed. terr.
Pap. rhœad. ā ℥ij.
M. D. sæpius calide
in Hæmoptysi aliisque; Pectoris affectibus ubi resolutione & consolidatione opus est.

2 Pul-

2 Pulveres.

℞. *Rad. ir. flor.* 3j.
Flor. ſulphuris 3ß.
Sacch. 3ij.
Ol. deſt. anis. gt. xij. *M.*
D. bis vel ter per diem aliquot cuſp. cultri.

℞. *Spec. diair.* 3ij.
Flor. ſulphuris ℈ij.
Benz. 3ß. *M.*
℞. *Pulv. Haly contr. Phthiſ. diſpenſ.* 3ß. (*rec. div. in* 4. *p. æq.*

3 Potiunculæ.

℞. *Aq. Scabioſ.* ℥iij.
Aſthmat.
Acet. ſquillit. ā 3vj.
Sir. Hyſſop. 3ß. *M.*
℞. *Aq. Tarax. Cherefol. ā* ℥ij.
Aſthmat.
Oxym. ſquillit.
Sir. Nicot. ā 3ß. *M.*
Doſ. Cochl. ii. iij.
℞. *Gumm. Ammon.* 3j. *ſolv. in Vin. Rhen.* ℥ij. *adde Aq. Hyſſop.* ℥iv. *M.*
D. aliquot cochlearia repetitis vicibus in aſthmate.

℞. *Aq. Veron. Hyſſop. ā* ℥ij.
Aſthmat. 3vj.
Sirup. Scabioſ. 3ß. *M.*
℞. *Aq. Veron. Tuſſilag. ā* ℥ij.
Elix. Pector. 3ij.
Spir. ſal. Ammon. anis. 3ß.
Sir. Nicot. 3ß. *M.*
D. ut antea.
℞. *Aq. Scord. Scabioſ. ā* ℥ij.
Eſſ. alexiph. 3ij.
Tinct. reſolv. 3j.
Sir. de Hyſſop. 3ß. *M.*

4 Rotulæ.

℞. *Spec. diair.* 3ij.
Flor. ſulph. 3j.
c. ſ. q. Sacch. in Aq. Scabioſ. ſol. F. Rotulæ.
℞. *Pulv. trid. Flor.* 3ij.
Flor. ſulph.
Extr. liquirit. ā 3ß.
c. ſ. q. Sacch. in aq. Hyſſop. ſolut. F. Rotulæ.

℞. *Succ. liquirit.* 3iij.
Extr. enul. 3j.
Flor. Benz. 3ß.
c. ſ. q. Sacch. in aq. Hyſſop. ſol. F. Rotulæ.
℞. *Pulv. irid. Flor.* 3j.
Extr. Liquirit. Enul. an. 3ß.
c. ſ. q. Sacch. in aq. Cheref. ſol. F. Rotulæ.

5 Electuaria.

℞. *Conſ. Hed. terr. Scabioſ. ā* 3vj.
Extr. Veron. milleſol. ā 3iß.
Succ. præpt. ℈ij.
Sir. Hyſſop. q. ſ. M. F. Electuarium contra Hæmoptyſin.
℞. *Conſ. roſ. antiq. Hed. terr. ā* 3ß.
Pulv. Haly. 3ij.
Sir. Scabioſ. q. ſ. M. F. Elect. ſæpius uſurpandum.

℞. *Conſ. Hyſſop. Bellid. ā* 3ß.
Antihect. Poter ver. 3iß.
Flor. Sulph. 3j.
Benz. ℈j.
Sir. de Farfar. q. ſ. M. F. Elect.
℞. *Conſerv. Roſ. antiq.* ℥iß.
Anth. Poter.
Balſ. de Capaib. ā 3iß.
Sir. flor. bellid. q. ſ. M. F. Electuarium contra Phthiſin a Riedlino laudatum.

6 Linctus & Eclegmata.

℞. *Loch. de Pulm. vulp. San. & expert. ā* 3vj.
Pulv. Haly 3iß.
Sir. de Farfar. q. ſ. M. F. Linctus. D. cum bacillo liquiritiæ.
℞. *Loch. de Farfar. ad Aſthma ā* 3ß.
Troch. becchic. nigr. 3ij.
Elix. Pector. ℈ij.
Sal Ammon. anis. ℈j
Sir. de jujub. Viol. Papav. rh. ā q. ſ. M. F. Linctus. D. cum bacillo Liquirit.

℞. *Loch. ad Aſthma de Pulm. vulp. ā* ℥i.
Elix. Pector. 3iß.
Spec. diair. ſimpl. 3j.
Sir. Papav. rhœad. q. ſ. M. F. l. a. Loch.
℞. *Sir. Hyſſop. Scabioſ. Pap. rh. an.* ℥j.
Elix. Pector. 3j.
Extr. Liquirit. Enul. Veron. Troch. becch. nigr. Spec. diatrag. frig. an. ℈ij. *M. F. Linctus.*

7 Mixturæ.

℞. *Eſſ. alexiph.* 3ij.
ſucein.
Tinct. Antimon. an. 3j. *M.*
℞. *Tinct. Tartar. acr. Eſſ. Amar. Hall. an.* 3ij.
ſucc. 3j. *M.*
℞. *Elix. Pector.* 3ij.
doſ. 15. 30. *gt.*
℞. *Tinct. reſolv.* 3ß.
doſ. 30. 40. *gt.*
℞. *Tinct. Pector.* 3ij.
doſ. 30. *gt.*
℞. *Tinct. reſolv. Eſſ. Lign. an.* 3ij. *M.*

VI. *Modus operandi.*

1 Quædam materiam nimis tenuem & acrem incraſſant, ac in pulpoſam conſiſtentiam redigunt, ut eo commodius ſine Pulmonum noxa excerni poſſit, uti ſunt ſupra enumerata Incraſſantia, mucilaginoſa, dulcia, leniter adſtringentia, Opiata &c. ad quæ etiam referri merentur Unguenta ex Pinguedine & oleis præparata, uti Unguenta Pectoralia varia.

2 Alia mucum nimis tenacem & viſcidum incidunt & reſolvunt, fluxilitatemque ei conciliant, ut ope tuſſis per aſperam arteriam eo facilius ejici queat, qualia ſunt ſuperius laudata Reſolventia acria, amara, Sulphurea, Gummatoſa &c.

3 Quædam ſpecifice quaſi materiam ſeroſo mucoſam ad Pectus ducunt, ut poſtea per aſperam arteriam evacuetur: quorſum potiſſimum referri merentur, Jujubæ, Sebeſten, Dactyli, Ficus, Squillæ, Violæ &c.

4 Quædam fibras aſperæ arteriæ aggrediendo & acrimonia ſua ſtimulando tuſſim excitant, & materiæ præparatæ excretionem promovent, uti ſunt acria & volatilia, potiſſimum vero Spiritus acidi, Nitri, Salis, Vitrioli,

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Inter Incraſſantia & Reſolventia merito ſemper diſtinctio fieri debet, pro diverſa ſcil. materiæ Pulmonibus infenſæ & hinc excernendæ conditione, qua neglecta facile committuntur errores, quatenus materia per perverſam medicationem vel nimis reſolvitur & magis tenuis & acris, vel magis adhuc ſpiſſa redditur.

2 Expectoratio nunquam eſt inſtituenda, niſi materia antea ſatis mobilis reddita, aut ſufficienter præparata fuerit.

3 Expectorantibus commode ſemper Reſolventia admiſcentur, quoniam hoc modo excretio commodius procedit.

4 Quando affluxus humorum ad Pectus eſt nimius, cavendum eſt a nimiis expectorantibus, quoniam affluxum augent, potius E. conveniunt Laxantia, Diuretica, Diaphoretica ac Diſcutientia.

5 Aditringentia quamvis poros Pulmonum conſtringendo nimiam expectorationem impediant, facile tamen niſi caute admodum uſurpentur, magna eorum præpoſterum uſum ſequuntur incommoda, quatenus materiam inſpiſſant atque in Pulmonibus incarcerant, unde mucus acrior redditus facile Pulmones aggreditur.

6 In Tuſſi ſicca aut etiam humida corpore ſimul inſigniter extenuato, exſiccantia & inprimis Antihectica Poterii magis exſiccando nocent.

7 Expectorantia dulcia, inpr. Scylla, Jujubæ & Sebeſten nunquam diu uſurpentur, quoniam expectorationem quidem promovent, ſed ſimul affluxum humorum nimium ad Pectus mirum quantum promovent.

8 In Tuſſi chronica, quæ interdum perſonas humidioris temperamenti affligit, cum corporis contabeſcentia, Venæſectio ſæpius utilis, imo fere ſemper neceſſaria eſt, & Expectorantium uſui præmitti debet.

9 Tuſſes ſuppreſſos ſanguinis fluxus ſequentes, nunquam expectorantibus cedunt, niſi præmiſſa fuerit Venæſectio.

10 Si Pulmones ſunt affecti, ſumme noxii ſunt ſpiritus acidi minerales, quoniam & tuſſim augent & exulcerationem vel producunt, vel promovent.

11 In Pleuritide, quoniam tota fere ſalus in expectoratione conſiſtit, expectorantibus & reſolventibus per totum morbum ſemper inſiſtendum eſt, ne materia vel copia ſuffocationem producat, vel acrimonia Pulmones magis exedat.

12 Pilulæ Becherianæ & Balſamicæ viſcerales in affectibus Pectoris, excepta Hæmoptyſi, inſignem habent uſum, quatenus reſolvunt & revellunt.

13 Pulvis Haly contra Phthiſin niſi recens ſit, nullum habet uſum.

14 Tinctura antiphthiſica in pleriſque Pulmonum affectibus magis nocet, quam prodeſt.

15 Opiata præpoſtere & materia nondum evacuata exhibita, tuſſim quidem ſedant, ſed ſimul etiam mucum cum damno in Pulmonibus detinent.

16 Unguenta pectoralia, aut alia interdum, nimis relaxan-

laxando Pectus, efficiunt, ut major humorum copia ad Pectus feratur.

12. *De Sanguinis subsistentis evacuatione per remedia.*

I. *Definitio.*
Est evacuatio artificialis eum in finem instituta, ut per remedia convenientia Hæmorrhagiæ suppressæ & inprimis Menses ac Hæmorrhoides revocentur.

II. *Differentia.*
1 Respectu *Hæmorrhagiarum* suppressarum, alia instituitur ut *Hæmorrhoides*, alia ut *Menses* in ordinem redigantur.
2 Respectu remediorum, alia mediantibus mitioribus præparantibus & Resolventibus fit, alia vero per fortiora pellentia instituitur.

III. *Indicantia.*
1 Hæmorrhoides vel parcius justo fluentes, vel prorsus suppressæ.
2 Menses ultra debitum tempus emanantes, cum insigni dolore fluentes, parce nimis aut guttatim saltem prodeuntes, prorsus suppressi, decolores, ac tandem nimis mature cessantes.
3 Chlorosis & multi adhuc alii affectus ab Hæmorrhoidum vel Mensium vitiis pendentes, ut per convenientia remedia fluxus revocetur.

IV. *Remedia.*
Rad. Aristol. rot.
Angelicæ.
Rub. Tinct.
Levist.
Zedoar.
Bryoniæ.
Galang.
Ari.
Pimp. alb.
Helleb. nigr.
Herb. Puleg.
Artemis.
Sabin.
Melissæ.
Serpill.
Rosmar.
Marrub. alb.
Calaminth.
Matricar.
Melissæ.
Flor. Cheiri.
Calend.
Crocus.
Baccæ lauri.
Cicer. rubr.
Myrrha.
Camphora.
Gummi Ammon.
Galbanum.
Aloe.
Succinum.
Borrax.
Castoreum.
Hepar Anguillæ.
Cinnamomum.
Pulv. ad Part.
Aq. Hyster.
Vitæ mul.
Cinnam.
Melissæ.
Puleg.
Matricar.
Artemis.
Spir. sal. Ammon.
C.C.
Fulig.
Sal Succin. Volat.
Essent. Castor.
Succin.
Cinnam.
Myrrh.
Croci.
Millefol.
Carminat.
Elix. Uterin.
Propriet.
Tinct. Resolv.
Antimonii acris,
Tartari acris,
♂tis Ludov.
Helleborat.
Extr. Hell. nigr.
Castor.
Sabin.
Artemis.
Pil. Polychrest.
Emmenagog. Richt.
Balsam. Vitæ.
Tartar.
Antirhevmat.
Ol. Sabin.
Castor.
Succin.
Cinnamom.

V. *Formulæ Remediorum.*

1 Infusa.

℞. *Rad. Aristol. rot.*
Rub. Tinct. ana. ʒß.
Ari. ʒij.
Herb. Puleg.
Rosmar.
*Melissæ. ana. m*j.
Flor. Cheir.
Calend. ana. p. ij.
Bacc. Laur. ʒß.
Inc. infund. in Vin. alb. ℔.vj. *et sumantur singulis diebus ter* ʒiv. *vel* vj.

℞. *Rad. Aristol. rot.*
Angel. ana. ʒß.
Galang.
Zedoar. ana. ʒij.
Herb. Puleg.
Artemis.
*Rosmar. ana. m*j.
Bacc. Laur. ʒß.
Cinnam. ʒij.
Croci ʒj.
Incis. infund. in Vini albi ℔. vj. *& usurpentur ut antea.*

℞. *Rad. Aristol. rot.* ʒß.
Zedoar.
Ari. ana. ʒj.
Herb. Puleg.
Rosmar.
Capill. ♀ *ana. m*ß.
Fol. Senn. s. s. ʒj.
Rhab. elect.
Fibr. Hell. nigr. ana. ʒij.
Cinnam. ʒiß.
Croc. ʒj.
Tart. solub. ʒiij.
Incis. superfundatur aq. fervent. ℔j. *postea adde Vin. alb.* ℔iij. *vel* iv. *& bibantur quovis die mane* ʒvj.

2 Pulveres.

℞. *Borrac. Venet* ʒj.
Myrrh.
Cinnam. ana. ƷßM.
div. in 2. *p. æq.*
℞. *Borrac.* ʒj.
Myrrh. Ʒj.
Croc. ƷßM.
Div. in 2. *p. æq.*
℞. *Borrac.* ʒj.
Myrrh. gr. xv.
Castor gr. vj. M.
div. in 3. *p. æq.*
℞. *Borrac. Venet.*
Hepat. Anguill. ana. ʒß
Myrrh. ƷßM.
div. in 2. *p. æq.*
℞. *Pulv. Stomach. Birck.* ʒß.
D. 2. *cusp. cultr. bis vel ter per diem.*
℞. *Pulv. Stomach.* ʒß.
♁ ♂le Cachect. ʒiß.
Cort. Winter. ana. Ʒij.M.
D. ante prandium & cænam aliquot cuspides cultri.

3 Potiunculæ.

℞. *Aq. Melissæ* ʒiij.
Puleg. Spir.
Cinnam. ana. ʒvj.
Ess. Carm. ʒij.
Cinnam. ʒj.
Sir. Cort. Citr. ʒß. M.
D. singulis 3. *vel* 4. *horis cochl. aliquot.*
℞. *Aq. Melissæ c. Vin.* ʒiv.
Elix. Uterin.
Ess. Carmin. ana. ʒj.
Sir. Cinnam.
Cort. ☉. *ana.* ʒij. M.
D. ut antea.
℞. *Aq. Artemis.*
Puleg. ana. ʒij.
Cinnam. ʒvj.
Tinct. ♁ii. *acr.* ʒiß.
Ess. Succin. ʒj.
Sir. Cinnam. ʒß. M.
D. at antea.
℞. *Aq. Melissæ* ʒiij.
Cinnam. c. Vin. ʒj.
Hepat. Anguill. ʒiß.
Sir. Cort. Ont. ʒß. M.
dos. cochl. aliquot repetitis vicibus in partu difficili.
℞. *Aq. Serpill. c. Vin.* ʒiij.
Ess. Myrrh. ʒj.
Castor. Ʒj.
Sir. Artemis. ʒiij. M.
D. ut antea.
℞. *Aq. Vit. mul.*
Cinnam. ana. ʒiß.
Ess. Carmin. ʒj.
Succ.
Myrrh. ana. ʒß.
Syr. Capill. ♀ ʒß. M.
Dos. cochl. j. singulis 4. *horis.*
℞. *Aq. Serpill. c. Vin.* ʒiv.
Tinct. resolv. ʒj.
Ess. Succin. ʒß.
Sir. Cort. ☉*nt.* ʒß. M.
dos. cochl. ij. singulis 4. *horis superbibendo fuscidum.*
℞. *Aq. Puleg.* ʒij.
Serpill. c. Vin.
Melissæ. c. Vin. ana ʒj.
Ess. Alexiph. ʒj.
Succ. ʒß.
Tinct. Tart. acr. Ʒiv.
Sir. Cort. Citr. M.
℞. *Aq. Puleg.*
Matric. ana. ʒiß.
Cinnam. ʒj.
Borrac. Venet.
Hep. Anguill. ana. Ʒij.
Sir. Artemis. ʒß. M.
D. ut antea.
℞. *Aq. Melissæ.*
Puleg. ana. ʒiß.
Vit. Mul. ʒj.
Ess. Cinnam.
Hep. Anguill. ana. ʒj.
Sir. cort. citr. ʒß. M.
D. ut antea.

4 Tincturæ & Essentiæ.

℞. *Ess. Carmin.* ʒij.
Succin.
Cinnam. ana. ʒj. M.
Dos. 25. 30. *gutt.*
℞. *Ess. Carmin.* ʒij.
Elix. Uterin. ʒj. M.
Dosis eadem.
℞. *Ess. Alexiph.* ʒij.
Succin. ʒj.
Myrrh.
Castor. ana. ʒß. M.
Dosis eadem.
℞. *Tinct. resolv.* ʒij.
Ess. Succ. ʒj.
Myrrh. ʒß. M.
dosis eadem.
℞. *Tinct. ♂t. Lud.*
Ess. Adianth. alb. ʒij. M.
Dosis eadem.
℞. *Tinct.* ♁ii. *acr.* ʒij.
Ess. Cinnam.
Succin. ana. ʒj.
Myrrh. ʒß. M.
Dosis eadem

5 Pi-

5 Pilulæ.

℞. *Extr. Abſinth.*
Cent. min.
Fumar.
Gent.
Meliſſ. ana. ℈ij.
G. Galb. ʒiſs.
Eſs. Succ. q. ſ.
M. F. Pil. ad pond. gr. j.
D. x. xii. *mane & veſperi.*

℞. *Pil. Balſam. D. Stahl.* ʒj.
doſ. xv. xx.

℞. *Pil. emmenag. D. Richt.* ʒ. j.
Doſ. eadem.

℞. *Extr. Card. Ben.*
Fumar.
G. Ammon. in acet. ſquillit. ſolut. & inſpiſſ. ā. ʒj.
Myrrh. elect.
Aloes ſuccotr. ana. ℈j.
G. Heder. ℈ij.
Croc. pulveriſ. gr. xv.
Elix. propr. q. ſ.
M. F. Pil. ut antea.

℞. *Pil. Becchet.* ʒj.
Doſis eadem.

℞. *Pil. Balſam. viſc.* ʒj.
Doſis eadem.

6 Unguentum.

℞. *Ung. dialth.* ʒſs.
Ol. Cheiri.
Axung. Anſerin. ā. ʒij.
Petrol. ʒſs.
Croci, ℈j.

Ol. deſt. Sabin. gutt. viij. M.
F. Unguentum Regioni uteri & umbilici inungendum.

7 Suffitus.

℞. *Fol. Sabin. mſs.*
Myrrh. ʒiſs.
Lign. Aloes ʒj.
Troch. alband. ℈ij.

Mixta injiciantur carbonibus & fumus cum tritoris excipiatur, ita ut vaginam attingere queat.

8 Emplaſtra.

℞. *Empl. Matric. de Galb.* ʒj.
Galb. in Acet. ſol. ʒſs.
Malax. cum
Ol. Caſtor.
Cheirin. ana. q. ſ.
Induc. ſuper alutam in forma orbis medii.
Irroretur cum
Ol. deſt. Succ.
applicetur umbilico.

℞. *Galb. in Aceto ad pultis conſiſtent. liquefacti* ʒiiſs.
Extract. Caſtor.
Croci ana. ʒij.
Ol. deſtill. ſpicæ.
Succ. ana. ʒj.
M. F. Emplaſtrum.
Induc. ſuper alutam & calide applicetur regioni uteri vel umbilico.

9 Balneum.

℞. *Rad. Valer. Sylv.*
Ariſtol. rot. ana. ℥ij.
Lil. alb.
Bryon.
Helen. ana. ℥j.
Herb. Artemiſ.
Puleg.
Nepeth.
Calaminth.
Matricar. ana. Miij.
Sabin.
Flor. Chamom. ana. mij.
Bacc. Laur.
Junip. ana. ℥j.
Inciſ. & Contuſ. ſacco includantur & coq. in ſ. q. aq. ſimpl. pro Balneo.

VI. *Modus operandi Remediorum.*

1 Quædam impedimenta ſanguinis fluxum retardantia removent, uti Venæſectio Plethoram imminuendo.
2 Quædam ſanguinem ſpiſſum reſolvunt & fluxilitatem ei conciliant, ut eo facilius excerni queat, uti omnia ſupra recenſita incidentia & reſolventia.
3 Quædam orgaſmum in ſanguine excitant, qualia ſunt potiſſimum Myrrhata & ſuccinata.
4 Alia ipſas fibras aggrediuntur, eaſque fortiter ſtimulant ac ſimul humores commovent, uti potiſſimum ſunt omnia volatilia & purgantia aliaque ſtimulantia.
5 Quædam poros aperiunt & vias relaxant, ac ſimul ſtimulant, uti Unguenta, Balnea, Emplaſtra, ſuffitus & Clyſteres.

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 In evacuatione ſanguinis per remedia ſemper reſpiciendum eſt ad ſanguinis fluxilitatem & ad vias, an ſint liberæ, quod ſi negligatur, fere nunquam ſine damno exhibentur remedia.
2 Si Plethora urget, evacuationes ſanguinis ſemper præcedere debent uſum remediorum.
3 Si ſpiſſitudo ſanguinis præſens eſt, per incidentia & reſolventia hæc prius tolli debet.
4 Niſi humores prius probe fuerint præparati, Pellentibus inprimis fortioribus nunquam utendum eſt.
5 Pellentia non niſi inſtantibus Menſibus exhibentur: intermedio enim tempore data, Menſium negotium magis turbant, quam promovent.
6 Si per Incidentia & Reſolventia leniterque Pellentia res peragi poteſt, nunquam ad fortiora progrediendum eſt.
7 Tali in caſu ceteris remediis omnibus facile palmam præripiunt Pilulæ Stahlianæ, Beccherianæ veræ, Polychreſtæ, Emmenagogæ D. Richteri & Balſamicæ viſcerales nobis uſuales, quippe quæ, ſi prius Plethora, ubi opus eſt, imminuta fuerit, certiſſime ſine ulla noxa fluxus ſanguinis ſuppreſſos revocant.
8 Parem efficaciam poſſident Pilulæ noſtræ reſolventes antirhevmaticæ, quæ ſine ullo alio adminiculo brevi fluxus ſanguinis reſtituunt & infarctus quoque a ſanguinis ſuppreſſionibus natos & jam ad ſcirrhum pronos, ob ſummam, qua pollent, reſolvendi vim diſſolvunt.
9 Si translationes ſanguinis jam ad alias partes & inprimis ad ſuperiores factæ ſunt, cautiſſime procedendum eſt, quoniam Pellentium uſum facillime Vomitus Cruentus, Hæmoptyſis aliaque graviora mala ſequuntur.
10 Si poſt morbos graviores & diuturnos ob defectum humorum ſanguinis fluxus ceſſarunt, nunquam remedia Pellentia exhibeantur, ſed potius humores convenienti diæta reſtituantur.
11 Reſpectu Temperamentorum ſelectus remediorum inſtituatur, ne indiſcretum eorum uſum majores perturbationes ſequantur.
12 Tinctura reſolvens nobis familiaris omnium Temperamentorum hominibus ſine ullo periculo exhiberi poteſt, hoc ſaltem obſervato diſcrimine, ut ſiccioribus cum multo vehiculo exhibeatur.
13 In Partu difficili a defectu dolorum originem trahente, reliqua remedia facile ſuperat Hepar Anguillæ cum Aqua ſpirituoſa exhibitum, quod ſæpiſſime obſervavimus.
14 In partu difficili ob vitioſum ſitum fœtus Pellentia ſemper noxia ſunt.
15 In pellenda mola cautiſſime procedendum eſt, quoniam Pellentium uſum ſæpiſſime graves ſequuntur Hæmorrhagiæ.
16 Ad revocandam Hæmorrhagiam narium ſuppreſſam quidam laudant Milleſolium, Nigellam aut Radicem Crocodilii naribus immiſſam.

PARTIS I.

SECTIO II.

DE ALTERATIONE.

I. Definitio. Alteratio humorum eſt eorundem varia correctio & præparatio, eum in finem a Medico inſtituta, ut humores debito modo correcti, poſtmodum ſine noxa e corpore evacuari queant.

II. *Differentia.*

1 Alia reſpicit *Humores*, ut ſcil. *ſpiſſi* incidantur, *tenues* incraſſentur, *acres* edulcorentur, *vappidiſque* debitus ſtatus per remedia Balſamica reſtituatur.
2 Alia reſpicit *Partes ſolidas*, ut *duræ* emolliantur, *flaccidis* & debilibus vero naturalis tonus reſtituatur.
3 Alia pro ſcopo habet *Motus*, ut nimirum motus *excedentes* refrenentur, deficientes vero exſtimulentur.

III. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Humores vitioſi nunquam alterari ita poſſunt, ut cum Natura in gratiam redeant.
2 Omnis alteratio reſpicit excretionem quandam, per certa emunctoria pro diverſa materiæ conditione.
3 Alterantia, niſi circumſtantiæ aliud poſtulent, nunquam nimis diu continuentur, ſed ipſis evacuantia vel jungantur, vel poſtponantur.
4 In evacuatione tali ſemper reſpiciendum eſt ad intentionem Naturæ; ſi enim illa ſemper humores ad peripheriam corporis pellit, Diaphoretica exhibenda ſunt & ſic porro.

I. DE ALTERATIONE HUMORUM.

1. De Humorum Spissorum Resolutione.

I. Definitio.

Resolutio est humorum spissorum incisio & præparatio, eum quidem ob finem a Medico instituta, ut per remedia convenientia debita fluxilitas ipsis restituatur.

II. Differentia.

1 Alia fit per remedia Diluentia & Aquosa, quæ fluxilitatem aliquo modo restituit, inpr. si motus corporis ipsis jungitur.
2 Alia instituitur per remedia Salina alcalina & neutra.
3 Alia obtinetur per acria & aromatica.
4 Alia fit per volatilia & spirituosa.
5 Alia tandem per externa instituitur.

III. Indicantia.

1 Resolutionem in genere indicat omnis humorum spissitudo, tenacitas & visciditas, ad motum progressivum & intestinum inepta.
2 In specie vero infarctus & scirrhi viscerum.

IV. Remedia.

1 Diluentia.

Potus aquæ calidæ.
Thee.
Coffee.
Veronicæ.
Decoct. Hord.
Aven.
Serum Lactis.

2 Salina.

Sal Tartari.
Genist.
Onon.
Absinth.
Centaur. min.
Nitr. ☉iat.
Tart. Vitriol.
Arcan. duplic.
Sal Polychrest.
Tart. Tartaris.
Liq. Terr. fol. Tart.

3 Acria & Aromatica.

Rad. Angel.
Ari.
Bryon.
Bardan.
Carlin.
Caryoph.
Cichor.
Diptamn. alb.
Gentian.
Galang.
Zedoar.
Doron.
Imperat.
Levist.
Enulæ.
Pimp. alb.
Petasit.
Vincetox.
Herb. Matricar.
Melis.
Origan.
Puleg.
Serpill.
Salv.
Rosmar.
Marrub.
Hyssop.
Nasturt.
Beccabung.
Cochlear.
Flor. Anthos.
Salviæ.
Cyani.
Sem. 4. calid. maj.
Card. bened.
Mar.
Aquileg.
Sinap.
Dauci.
Lign. Sassafr.
Sanct.
Myrrha.
G. Galban.
Sagapen.
Ammon.
Bdellium.
Camphora.
Cinnab. nativ. ☉ii.
Succinum.
Cinnam.
Caryoph.
Cardam.
Cubeb.
N. M.
Calam. arom.
Piper.
Zingib.
Ess. Lignor.
Alexiph.
Succ.
Pimp. alb.
Tinct. ☉ii.
Tart.
Resolv.

4 Volatilia & Spirituosa.

Sal Volat. C. C.
Succin.
Viper.
Urinæ.
Spir. Sal. Ammon.
anis.
Eboris.
C. C.
Liq. C. C. succin.

5 Externa.

Rad. Bryon.
Sigill. Salom.
Irid. Flor.
Symphyt.
Fol. Bardan.
Empl. de Ammon.
Galban.
Tacamah.
Mehl.
Cicut.
Hyosc.
Ol. Charesol.

V. Formulæ Remediorum.

1 Infusa.

℞. *Rad. Angel.*
Pimpin. alb.
Vincetox. ā. ʒiij.
Herb. Marrub. alb.
Melis.
Hyssop.
Puleg. ā. mſs.
Cort. ☉nt.
VVinteran.
Cinnam. acut.
Sem. Anis.
Fœnic. ana. ʒij.
Incis. Cont. g. m.
Infund. in Vin. alb. ℔iv. D.
singulis diebus 1. vel 3. ʒiv.

℞. *Rad. Bardan.*
Carlin.
Caryoph. ana ʒij.
Aoi. ʒj.
Herb. Menth.
Rosmar.
Orig.
Serpill. ana. mſs.
Cort. Citr.
Cinnam.
Cardam.
Cubeb.
Sem. Dauc. ana ʒij.
Sal. Tart. ʒiſs.
Incis. infund. in Vin. alb. ℔iv.

2 Decocta.

℞. *Raſ. L. Sassafr. ʒij.*
Rad. Chin.
Sarsap.
Liquirit.
Pimpin. alb. ā. ʒj.
Cort. VVinteran.
Cinnam. acut. ana. ʒij.
Incis. coq. in aq. simpl. ℔.
vj. ad remanent ℔iv.

℞. *Raſ. L. Sassafr. ʒij.*
Sanct.
Rad. Lapath. ac.
Vincetox.
Caryoph.
Diptamn. alb.
Liquirit. ana. ʒvj.
Cort. VVinteran. ʒiij.
Incis. coq. at antea.

3 Pulveres.

℞. *Pulv. Stomach. Birck. ʒiſs.*
Cort. VVinteran. ʒj.
Ol. dest. Anis. gutt. vj.
Cinnam. gutt. ij. M.
D. 2. cusp. cultr. ante prandium & cœnam.

℞. *Lap. ♋. ʒij.*
Sem. Anis. Fœnic.
Cinnam. acut.
Tart. Vitriolat. ana. ʒj.
Elæosacch. Cinnam. ʒiſs. M.

Potiunculæ.

℞. *Aq. Melis.*
Mentb. ana. ʒij.
Cinnam. ʒj.
Tinct. Tart.
Ess. carm. ana. ʒiſs.
Sir. Cort. ☉nt. ʒvj.
Dos. cochl. ij. sing. 2. hor.

℞. *Aq. Matric. ʒij.*
Melis. c. Vin.
Chamom. c. Vin. ā. ʒj.
Ess. Cort. ☉nt.
Tinct. Antim. acr. an. ʒj.
Spir. Nitr. dulc. ʒiſs.
Sir. cort. cit. ʒiſs. M.
D. ut antea.

℞. *Aq. Hyssop.*
Salv. ana. ʒiſs.
Serpill. c. Vin. ʒj.
Ess. Alexiph.
Cinnam. ana. ʒj.
Succ. ʒiſs.
Sir. Cinnam. ʒiſs. M.

℞. *Aq. Puleg.*
Serpill. ana. ʒjſs.
Cinnam. c. Vin. ʒj.
Ess. Cort. Citr.
Pimpin. alb.
Cinnam. ana. ℈ij.
Sir. Cort. ☉nt. ʒiſs.
Conf. Alkerm. ʒj. M.

5 Mixturæ.

℞. *Tinct. Resolv.*
Ess. Cortic. ☉nt. ā. ʒij. M.
Dos. 30. 40. gutt.

℞. *Ess. Alexiph.*
Cort. ☉nt.
Cinnam. ana. ʒj. M.
Dosis eadem.

℞. *Tinct. Antimonii acr.*
Ess. Alexiph. ana. ʒij.
Succin. an. ʒj. M.

℞. *Tinct. Tart.*
Essent. Cort. Citr.
Lignor. ana. ʒj. M.
Dosis eadem.

6 Spiritus.

℞. *Spir. Vin. Camph.*
Aq. Reg. Hung. ā. ʒiſs. M.
Applicetur externe cum linteaminibus.

℞. *Aq. Apoplect. ʒj.*
Spir. Sal. Ammon. ʒij.
Ol. dest. Fœnic. ʒiſs.
Applicetur ut antea.

7 Emplastra.

℞. *Empl. de Ammon.*
Cicut.
Hyosc. ana. ʒiſs.
Malax. c. Ol.
Charesol. M.

℞. *Empl. de Galb.*
Tacamah.
Ammon. ā. ʒiſs.
Balsi. Peruv. ʒij. M.

VI. Modus operandi Remediorum.

1 Quædam agunt diluendo Massam sanguineam & reliquos humores spissos.
2 Alia incidunt particulis suis Salinis humores spissos, eosque dirimendo fluxiliores reddunt.
3 Alia particulis acribus itidem intime resolvunt humores

mores spissiores, fluxilitatemque restituunt, uti aromatica, gummata &c.

4 Alia potentissime in fibras agunt & motum augendo ac circulationem accelerando sanguinem fluxiliorem reddunt, ut salia volatilia.

5 Alia externe applicita per poros penetrant & humores stagnantes resolvunt, uti spiritus externi, sacculi, emplastra &c.

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 In resolutione humorum semper initium fiat a mitioribus, fortiora enim in principio exhibita, humores nimium commovendo, insignes excitant turbas.

2 In morbis chronicis, Incidentia & Resolventia diu continuentur, alias frustra laborat Medicus.

3 Resolventibus hisce semper interponantur evacuantia & inpr. talia quæ simul resolvendi vi pollent, uti Mercurius dulcis & Pilulæ ex Gummatibus & Extractis amaris præparatæ.

4 Tincturæ alcalinæ acerrimæ, reliquis Resolventibus facile palmam præripiunt, quatenus sine ulla insigni humorum commotione incidunt & resolvunt: semper tamen aliquandiu continuandæ sunt.

5 Si spissitudo humorum a neglecta Venæsectione aut fluxuum sanguinis suppressione ortum traxit, Missio sanguinis optimo consilio Resolventibus præmittitur.

6 Salia fixissima, certa encheiresi volatilia reddita, in morbis chronicis optimum ferunt auxilium, sed in eorum usu prudentia opus est.

7 In Infarctibus & Scirrhis viscerum externa & inpr. Emplastra nunquam negligenda sunt, quatenus resolutionem optime promovent & operationem remediorum internorum adjuvant.

8 Spirituosa externa in tali casu raro laudabilem edunt effectum, imo sæpius dum majorem crispaturam in visceribus producunt, malum augent.

9 Motus corporis moderatus & continuatus, in resolvendis humoribus spissioribus optima est Medicina, nimius vero in multa mala præcipitat.

10 Si spissitudo sanguinis ab acidorum abusu ortum traxit optime conveniunt Absorbentia salibus alcalinis & neutris juncta.

11 Antiscorbutica acria reliquis Resolventibus juncta, sæpius laudabilem quoque edunt effectum.

12 Diuretica & Diaphoretica optime consilio sociantur Resolventibus, quoniam non solum incidunt, sed etiam materiæ noxiæ excretionem promovent.

2. *De Humorum tenuium Incrassatione.*

I. *Definitio.*

Incrassatio est operatio artificialis, qua mediante humores nimis tenues & acres per remedia convenientia inspissantur, ut absque noxa evacuari queant.

II. *Differentia.*

1 Alia fit per alimenta gelatinosa & mucilaginosa.

2 Alia vero per remedia Absorbentia, figentia, acida &c.

III. *Indicantia.*

1 Acrimonia humorum bilioſa tam universalis in tota Massa sanguinea, quam particularis primarum viarum.

2 Coryza & Tussis a materia tenui salsa & acri orta, aut etiam Tussis sicca gravior.

3 Diarrhœa bilioſa.

4 Sudores nimii ab humorum resolutione orti.

IV. *Remedia.*

1 Gelatinosa, Pinguia & Mucilaginosa.

Lac Vaccin.
Asinin.
Caprill.
Human.
Jusc. Carn. jun. inpr.
Pedum.
Gelat. C.C.
Ped. Vitul.
Mucilag. Hord.
Butyrum.
Pingued. Animal.
Medullæ Animal.
Ova sorbilia.
Sperm. Cet.
Rad. Alth.
Liquir.
Tussilag.
Malv.
Lil. alb.
Symph.
Herb. Malv.
Flor. Lil. alb.
Malv.
Violar.
Verbasc.
Sem. 4. frig. maj.
min.
Lini.
Milii.
Cydon.
Amygd. dulc.
Nucl. Pin.
Pistac.
Avellan.
Emuls. ex hisce.
Ficus.
Dactyli.
Jujubæ.
Sebesten.
Hord. excort.
Ol. Amygd. dulc.
Lini.
Oliv.
Nuc.
Hypet.

2 Glutinosa.

Mastiche.
G. Arab.
Cerasc.
Tragac.
Elemi.

3 Absorbentia.

Conch. præparat.
Lap. ℈.
Percar.
Mat. Perl.
Test. ovor. calcin.
C. C. ust.
Unic. foss.
Mandib. luc. pisc.
Bolus Armen.
Terr. sigill.
Corall. rubr. &c.

4 Austera adstringentia.

Rad. Bistort.
Torment.
Sanguisorb.
Fol. Querc.
Salic.
Flor. Balaust.
Rosar.
Fruct. Myrtill.
Cort. Granat.
Chin. Chin.
Gallæ.

5 Acida.

Rob. Rib.
Berb.
Cydon.
Cerasc. acid.
Granat.
Succ. Citr.
Sir. acetos. citr.
Berb.
Cerasc. acid.
Granat.
Cydon.
Myrtill.
Tinct. Rosarum.
Violar.
Flor. Tun.
Conserv. Pulp. Citr.
Ros. Vitriol.
Spir. Vitriol. s. & d.
Nitr.
Salis.
Clyss. Antimonii.
Aceta varia.
Nitrosa.

V. *Formulæ Remediorum.*

1 Pulveres.

℞. *Lap. ℈.*
Percar.
Conch. Citr.
Tart. Vitriolat. ā. ℈j. M.
Div. in 4. p. æq.
D. sing. 3. vel 4. horis.
℞. *Unic. Fossil.*
Test. Ovor. calcin.
Corall. rubr. ā. ℈j.
Terr. Sigill. gr. xij. M.
div. in 3. p. æq.
D. ut antea.

2 Potiunculæ.

℞. *Aq. Borrag.*
Buglos. ā. ℥ij.
Tinct. Rosar.
Sir. Granat. acid. ā. ℥ß. M.
D. cochleatim.
℞. *Aq. Plantag. ℥iv.*
Rob. Berb.
Rib.
Tinct. Fl. Tunic. ā. ʒii.
Sir. acetos. citr. ℥ß. M.
D. ut antea.

℞. *Aq. Millefol.*
C. C. citr. ana. ℥ij.
Succ. citr. rec. ʒiij.
Matr. perl. præp.
Corall. rub. præp. ā. ʒß.
Sir. Cerasc. acid. ℥ß. M.
D. ut antea.
℞. *Aq. Sanic.*
Torment. ā. ℥ij.
Lap. ℈.
Mandib. Luc. pisc. ā. ℈ij.
Acet. Ros. rubr. ʒij.
Sir. acetos. Citr. ℥ß. M.
D. ut antea.

3 Emulsiones.

℞. *Amygd. dulc.*
Sem. 4. frig. maj. ana. ℥ß.
Aq. Plantag.
Millefol.
F. l. a. Emulsio.
Colat. ℥viij. adde
Conch. præp.
Crystall. mont. ana. ʒß.
Sacch. perlat.
D. sæpius cochleatim.
℞. *Nucl. Pin.*
Pistac.
Sem. Cannab.
Lactuc. ana. ʒij.
Aq. Nymph.
Portulac. ana. q. s.
F. l. a. Emulsio.
Colat. adde
Conch. præp. ʒj.
Sacch. canar. q. s. M.

4 Julepi.

℞. *Aq. Portul.*
Sanic. ana. ℥iv.
Rob. Rib.
Cerasc. acid.
℞. *Aq. Millefol. ℥vj.*
C. C. citr. ʒij.
Rob. Cydon.
Granat.

Succ.

Succ. citr. rec. ana. ʒiij.
Spir. Vitr. dulc. ℥ij.
Sir. Granat. acid. ʒj. M.
D. sæpius cochleatim.

Tinct. Rosar. ana. ʒß.
Sir. acet. citr.
M. F. Julepus.
D. ut antea.

5 Decocta.

℞. *Rad. Alth.*
Liquir.
Tussilag. ā. ʒiij.
Jujub.
Sebest.
Fic. a N. vi.
Hord. excort. ʒj.
Coq. in Aq. simpl. ℔iß.
Colat. D. calide.

℞. *Rad. Bistort.*
Torment. ā. ʒß.
Fol. Querc.
Summit. Millefol. ana. mj.
Flor. Balaust.
Hyper. a p. ij.
Coq. in Aq. simpl. ℔iß.
Colat. adde
Sir. Cerasi. acid. ʒiij. M.

VI. *Modus operandi Remediorum.*

1 Quædam particulis suis gelatinosis pinguibus, mucilaginosis ac glutinosis invisçant & obvolvunt partes volatiles sanguinem resolventes & crasin sanguinis restituunt.

2 Alia partibus suis crassioribus ad motum non adeo aptis, retardant motum sanguinis & hoc ipso ulteriorem resolutionem impediunt.

3 Quædam partes constringunt & austeritate sua adstrictoria humores aliquo modo figunt.

4 Ac tandem alia humores magis vel minus coagulant & hoc ipso nimiam resolutionem tollunt.

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 In Incrassandis humoribus tenuibus semper eo respiciendum est, ut per laxantia mitiora quantitas insignis humorum tenuium & salino bilioſarum evacuetur, sic enim reliqua humorum correctio eo melius procedit.

2 Facta tali evacuatione præscribantur lenia Diaphoretica & Diuretica, Nitro, salibus neutris & acidis temperata, ut hoc modo humores aliquo modo condensentur & partes salino sulphureæ per vias urinarias & habitum corporis evacuentur.

3 Jungantur hisce nutrientia, Emulsiones Gelatinæ Mucilagines hordei cum Amygdalis dulcibus præparatæ, ut per hæcce humores acres temperentur & crasis sanguinis restituatur.

4 Hoc ipso tempore, aut post prædicta exhibeantur incrassantia, tam absorbentia, quam acida & austera pro subjectorum conditione.

5 Si incrassantia fortiora statim ab initio, sine præmissis evacuantibus usurpantur, partes acres sæpius cum damno in corpore retinentur.

6 In affectibus pectoris, ubi incrassatione opus est, caute mercandum est cum Incrassantibus, nisi enim perite tractentur tales affectus, facile exulcerationes Pulmonum sequuntur.

7 Quare in tali casu semper præmittantur lenia evacuantia, ut hoc modo affluxus humorum ad pectus intercipiatur, ac postea incrassantia exhibeantur.

8 Incrassantia autem talia non sint nimis emollientia, ne major ad pectus humorum affluxus excitetur.

9 Inter incrassantia pectori potissimum dicata eminet præ ceteris Liquiritia & remedia ex eo parata.

10 Possunt hisce jungi Anodyna correcta, & hinc summo cum fructu circa vesperam Pilulæ ex succo Liquiritiæ & Massa Pilularum de Cynoglossa paratæ exhibentur, quæ tussim a materia acri ortam, optime compescunt.

11 Si materia tenuis & acris bilioſa est temperanda & incrassanda, Nitrum & Crystallus montana optimam ferunt opem.

12 In Hectica humorum resolutione Gelatinæ cum Amygdalis dulcibus paratæ & Mucilagines non cochleatim sed quotidie ad ʒvj. vel ʒviij. aliquoties sumptæ, plus præstant quam cetera remedia, quatenus non solum humores nimis fluxiles incrassant, sed & viscera constricta relaxant, ita ut humores stagnantes in visceribus sensim sensimque resolvi queant.

13 Dum humores incrassandi sunt, vitari debent omnia salsa, aromatisata, Vinum aliique potus spirituosi, ira, Venus, motus fortior.

3. *De Cacochymiæ correctione.*

I. *Definitio.*

Cacochymiæ correctio est species Methodi Medendi, qua perversus & corruptus humorum status per remedia convenientia ita alteratur, ut excretis per certa loca partibus corruptis, reliqui humores laudabilem acquirant statum & consistentiam.

II. *Differentia.*

1 Alia respicit Cacochymiam salsam eamque removet.

2 Alia fit propter humorum statum bilioſum.

3 Alia tollit mucositatem eorum.

4 Alia instituitur propter aciditatem in humoribus.

5 Alia removet nimium serum.

6 Alia tandem respicit humorum statum corruptum.

III. *Indicantia.*

1 In *genere* omnis humorum mala constitutio, seroſa, salsa, bilioſa, mucoſa &c.

2 In *specie* omnes affectus speciales e tali mala constitutione originem trahentes, scorbutus, scabiei variæ species &c.

3 Morbi contagioſi & putridi, tam acuti, quam chronici.

4 Gangræna, ad impediendam ulteriorem noxam.

5 Exulcerationes partium internarum.

IV. *Remedia.*

1 Ad Cacochymiam salsam.

Diluentia.
Potus Thee.
Coffee.
Juscula non salita & alia superius de Resolventibus recensita diluentia.
Gelatinoſa & Mucilaginoſa sub Incrassantibus laudata.
Diuretica varia inpr. Infusa & Decocta.

2 Ad Cacochymiam bilioſam.

Nitroſa omnia.
Cryst. montana.
Diluentia.
Cholagoga.

3 Ad Cacochymiam mucoſam.

Resolventia omnia superius recensita.

4 Ad Cacochymiam acidam.

Absorbentia.
Lap. ♋.
Percar.
Conch. præp.
Mat. Perl. &c.

5 Ad Cacochymiam seroſam.

Purgantia Phlegmagoga.
Diuretica.
Diaphoretica superius laudata.

6 Ad Cacochymiam corruptam.

Balsamica remedia.
Rad. Alexipharmacæ.
Angel.
Contraj.
Petasit.
Imperat.
Sarsap.
Chin. &c.
Herb. Scord.
Rut.
Galeg. &c.
Flor. Ulmar.
Aquileg.
Sem. Card. Mar.
Citr.
L. Sassafr.
Sanct.
Myrrha.
Terebinth.
Aq. Scord.
Ess. Myrrh. aliaque sub Diaphoreticis laudata.

V. *Formulæ Remediorum.*

1 Infusa Diuretica ad Cacochymiam salsam.

℞. *Rad. Apii.*
Onon.
Vincetox. ā. ʒß.
Herb. Bellid.
Capill. ♀.
*Nasturt. ā. m*ß.
Flor. Bellid.
Violar. a p. ij.
Tart. solub. ʒiij.
Incis. infund. in Aq. f. & Vini albi ana. ℔ij. *Dos.* ʒiv. & vj. *bis vel ter per diem.*

℞. *Rad. Caryophyll.*
Apii.
Cichor.
Polyp. ā. ʒiij.
Herb. Cochlear.
Lingu. cervin.
Nasturt.
Summit. cent. min.
*Bellid. ā. m*ß.
Pom. ♌nt. N. 1.
Rad. & Herb. recenter cum pom. ♌nt. Incis. infund. in Vin. alb. ℔vj.

2 Potiunculæ & Pulveres ad Cacochymiam bilioſam.

℞. *Aq. Borrag.*
Bugloss. ana. ʒiiß.
Conch. præp.
Cryst. mont. præp. ana. ʒß.
Tabacc. succ. Herb. ʒiij. M.
D. sæpius aliquot cochl.

℞. *Aq.*

℞. *Aq. Plantag.*
Cichor. ana. ʒiiſs.
Succ. citr. rec. ʒſs.
Lap. ♋. ʒj.
Nitr. depur.
Tart. Vitriolat. ana. ʒſs.
Sir. ceraſ. acid. ʒvj. M.
D. ut antea.

℞. *Arcan. duplic.*
Nitr. regener.
Cryſtall. mont.
Matr. perl. præp. ana. ʒſs.
div. in 6. p. æq.
D. ſing. 2. vel 3. horis.
℞. *Pulv. antiſpaſm.* ʒij.
div. & D. ut antea,

3 Formulæ ad Cacochymiam mucoſam.

Vid. ſupra de Reſolventibus.

4 Pulveres ad Cacochymiam acidam.

℞. *Lap.* ♋. *præp.*
Matr. perl. ana. ʒj. M.
div. in 4. p. æq.
D. ſingulis 4. horis,
℞. *Teſt. ovor. calc.*
Lap. Percar.
Conch. præp.
Cryſtall. mont. ana. ʒſs. M.
div. in 6. p. æq.
D. ut antea.

5 Formulæ ad Cacochymiam ſeroſam.

℞. *Specif. Jalap.* ʒſs.
D. pro una vice.
℞. *Rad. Vincetox.* ʒiv.
Coq. in Vin. alb. ℔. iv.
ad conſumpt. ℔. ij.
Doſ. cochl. ij. iv. *mane pro ſcopo Diuretico.*
℞. *Aq. ſcord.* ʒiv.
Theriac. ʒvj.
Antimon. diaph.
Matr. perl. ana. ʒſs.
Eſſ. Alexiph. ʒj.
Sir. contraj. M.
D. cochleatim.

6 Formulæ ad Cacochymiam corruptam.

℞. *Aq. Scord.*
Galeg. ana. ʒij.
C.C. citr. ʒj.
Mixt. ſimpl. ʒij.
Sir. contraj. ʒvj. M.
D. cochleatim.
℞. *Aq. Scorzan.*
Flor. acac. ana. ʒij.
Theriac. ʒſs.
Eſſ. Alexiph. ʒij.
Spir. Nitr. dulc. ʒſs.
Sir. acetoſ. citr. ʒſs. M.
D. ut antea.
℞. *Pulv. Bez. VVed.* ʒij.
div. in 6. p. æq.
D. ſing. 6. horis.
℞. *Pulv. Bez. Hall.* ʒij.
Myrrh. electi. gr. xviij.
div. in 6. p. æq.
D. ut antea.
℞. *Eſſ. Alexiph.*
Succin.
Lignor. ana. ʒj. M.
Doſ. gutt. 30. *in ſcabie.*
℞. *Tinct. Reſolv.* ʒſs.
Doſ. gutt. 40.
Reliquas Formulas vid. ſupra de Diaphoreticis.

VI. *Modus operandi Remediorum.*

1 Quædam diluunt, diſſolvunt & imbibunt partes ſanguinis ſalſas, ut eo commodius poſtmodum per loca excretoria evacuari poſſint, uti ſunt Diluentia omnia.

2 Quædam inviſcant partes ſalſas in humoribus hærentes, ita ut non amplius partes irritare queant, uti ſunt Mucilaginoſa, Gelatinoſa &c.

3 Quædam dum partes ſalſas & acres correxerunt, leniter ſtimulant renes, & excretionem dictarum partium promovent, qualia ſunt Infuſa Diuretica.

4 Quædam bilis acrimoniam infringunt & primas vias abſtergunt, ita ut bilis iis nullum damnum inferre queat, qualia ſunt Nitroſa, Acida, Salia neutra &c.

5 Quædam particulis ſuis acribus & ſalinis humores craſſos incidunt, ut ſunt omnia reſolventia.

6 Quædam acidum in primis viis & in ſanguine hærens infringunt, & cum eo in neutrum abſtergens abeunt, uti Abſorbentia.

7 Quædam ſerum nimium per convenientia loca excretoria evacuant,

8 Ac tandem quædam partes corruptas ſanguinis corrigunt & partim ad excretionem diſponunt, partim vero actu expellunt,

VII. *Regulæ & Cautelæ Practica.*

1 Cum ex Cacochymia multi & graves morbi propullulent, mature ea corrigenda eſt.

2 In Cacochymia Salſa ceteris fere omnibus copioſa diluentia, quæ ſimul ſunt leniter Diuretica, palmam præripiunt.

3 Diuretica non ſunt exhibenda, niſi prius Salia per diluentia ad excretionem ſint præparata.

4 Inviſcantia & Mucilaginoſa hoc in caſu ſuo quoque non carent uſu, ſemper tamen in majori copia ſumi iiſque evacuantia per diureſin ſunt poſtponenda.

5 Nullum fere datur remedium quod in Cacochymia bilioſa præſentibus ferat auxilium quam Nitrum, quocunque modo exhibitum.

6 Inſignem quoque habet uſum Tinctura ♂tis Ludovici, quæ ſola ſæpius Icterum tollit.

7 Si ſaburra bilis acris inflammationem inteſtinorum minitans in primis hæret viis, Nitroſa, Cryſtallus montana & Salia Neutra optima ſunt remedia, ſed ſtatim laxantia ipſis vel jungenda, vel ſubjungenda ſunt.

8 In Cacochymia bilioſa omnia calida & acria remedia, quoniam bilem magis acrem reddunt, noxia ſunt.

9 In Cacochymia mucoſa Reſolventia aliquandiu continuanda ſunt, alias nullum laudabilem edunt effectum.

10 Mercurialia remedia, & inpr. Mercurius dulcis, in tali Cacochymia optima ſunt remedia, quatenus non ſolum incidunt, ſed etiam evacuant.

11 Si propter acida copioſa aſſumpta cruditates acidæ in primis viis generatæ fuerunt, & ſanguis ipſe quoque iis inquinatus eſt, Abſorbentia ſunt optima remedia.

12 Nunquam tamen nimis diu uſurpentur, quoniam digeſtionem primam lædunt,

13 Si partes aquoſo ſeroſæ prædominantur, exhibeantur Purgantia, Diuretica & Diaphoretica.

14 In Cacochymia maligna Alexipharmaca Reſolventibus & Balſamicis remediis ſemper jungantur.

15 Talia remedia, inpr. in morbis chronicis, ſemper diu continuentur, ut vappida humorum conſiſtentia eo melius corrigi queat.

16 Uti interne ita & externe in omnibus ulceribus ſordidis Balſamica ad abſtergendum & conſolidandum ſunt optima.

17 In tali caſu præ cæteris eminet Myrrha, interne tamen, quatenus ſanguinem inſigniter commovet, caute uſurpetur.

II. De Alteratione Partium Solidarum.

1. *De Adſtrictione.*

I. *Definitio.*

Adſtrictio eſt Operatio artificialis, eum in finem inſtituta, partim ut partes & pori nimis relaxati conſtringantur, partim ut humores præter naturam nimis fluentes coerceantur.

II. *Differentia.*

1 Alia reſpicit partes ſolidas nimis relaxatas.

2 Alia reſpicit Hæmorrhagias & interdum pro ſcopo habet ſaltem moderamen & ad mediocritatis ſtatum fluxuum ſanguinis, per loca conſueta & convenientia fientium, reductionem, v. g. in Hæmorrhagia Narium, Hæmorrhoidibus, Menſibus, Lochiis &c. interdum vero eum in finem inſtituitur, ut plane extraordinariæ & enormes, aut a cauſis violentis ortæ Hæmorrhagiæ, ſi aliæ circumſtantiæ non obſtant, plane ſupprimantur.

III. *Indicantia.*

1 Laxitas partium ſolidarum & pororum.

2 Hæmorrhagiæ variæ tam a cauſis externis quam internis ortæ.

3 Alii quoque ſeroſi fluxus.

IV. *Remedia.*

1 Interna.

Rad. Symph.
Torment.
Biſtort.
Rub. Tinct.
Ariſtol. rot.
Plantag.
Herb. Milleſol.
Plantag.
Pyrol.
Sanic.
Veron.
Alchimill.
Hed. terreſt.
Virg. Or.
Flor. Roſ. rubr.
Balauſt.
Hyperic.
Gallæ.
Sorba.
Succinum,
Maſtiche.
Sang. Dracon.
Hirci.
Gumm. Arab.
Maſtich.
Unic. foſſil.

Oc. ♋.
Mumia.
C.C. uſt.
Bolus Armen.
Terr. Catechu.
Lemnia.
Sigill.
Lap. Hæmat.
Smaragd.
Corall. rubr.
Sperniol. Croll.
Croc. ♂t. adſtr.
Pulv. dyſenter.
Stypt.
Aq. Plantag.
Torment.
Hyper.
Milleſol.
Fol. querc.
Theriac.
Cinnam. cydon.
Tinct. Fl. Hyper.
Corall.
♂t. adſtr.
Terr. Catech.
Antiphthiſ.
Eſſent. Travmat. Wed.
Anod.
Conſ. Roſar. antiq.
vitriol.
Pulp. Citr.
Acetoſæ.
Balauſt.
Extr. Torment.
Hed. terr.
Biſtort.
Myrtill.
Theriac. Androm.
Cæleſt.
Laud. Op.
MP. de Cynogl.
Sir. de Symph. Fernel.
Corall.
e roſ. ſicc.
Papav.
Plantag.

2 Externa.

Rad. Symph.
Herb. Ariſtol.
Agrimon.
Salv.
Virg. ☉r.
Plantag.
Scord.
Flor. Roſar.
Milleſol.
Hyper.
Balauſt.
Plumb. uſt.
Minium.
Ceruſſa.
Lithargyr.
Tutia.
Sacch. Saturni.
Camphora.
Terebinth.
Aloe.
Myrrha.
Mel.
Theriaca.
Balſ. Sulph. tereb.
Arcæi.
Peruv.
de Capaib.
Ungu. rubr. Camph.
alb. Camph.
de Litharg.
ad Ambuſta.
Diapomphol.
de Tutia.
ad Scabiem.
Empl. ad Ruptur.
Fractur.
alb. Coct.
Griſeum.
Saturnin.
Diapalm.
Sperm. ran.
Opoteldoch.
Stictic.
Nigr. Auguſt.
Spir. Vini.
Camphor.
Theriac. Camph.
Tinct. Aloes.
Eſſ. Myrrh.
Ol. Terebinth.

V. *Formulæ Remediorum.*

1. *Internorum.*

1 Decocta.

℞. *Rad. Torment.*
Biſtort. ā. ℥ß.
Herb. Sanic.
Milleſol. ā. mj.
Coq. in Aq. ſ. q. ſ.
Colat. ℔ij. adde
Sir. de Symph. Fern.
e roſ. ſicc. ā. ℥iß. M.
℞. *Rad. Symph.*
Torment. ā. ʒiij.
Herb. Pyrol.
Sanic.
Plantag. ana. mſ.
Flor. Roſ. rubr.
Balauſt. ana. p. ij.
Coq. in ſ. q. Aq.
Colat. ℔j. adde
Sir. Plantag.
de Symph. Fern ā. ℥ß. M.
Doſ. ut antea.

2 Pulveres.

℞. *Unic. Foſſil.*
Mandic. luc. piſc.
Sang. Hirc. ana. ℈ij. M.
div. in 4. vel 6. p. æq.
D. ſingulis 4. vel 6. horis.
℞. *Herb. Milleſol.*
Virg. ☉r.
Scabioſ.
Veron.
Tuſſilag.
Hed. terr. ana.
mj.
Incif. infund. in Aq. fervent.
& uſurpentur inſtar infuſi
Thee.
℞. *Rad. Torment.*
Plantag. ana. ʒiij.
Herb. Virg. ☉r.
Milleſ.
Hed. terr. ana. mſ.
Flor. Balauſt.
Hyper. ana. p. j.
Coq. in Vin. rubr. & Aq.
ſ. q. ſ.
Colat. p. ij. adde
Syr. de Symph. Fern.
Corall. ā. ℥iß. M.
℞. *Mandib. luc. piſc.*
Sang. Hirc.
Sulph. Citr. ana. ℥ß. M.
div. in 4. vel 6. p. æq.
D. ut antea in ſanguinis ſtaſi
℞. *Corall. rub. præp.*
Lap. Hæmat.
♋. præp. ā. ʒj. M.
div. in 6. p. æq.
D. ut antea.
℞. *C.C. Phil.*
Lap. ♋. præp.
Corall. rubr.
Succ. præp.
Maſtich. ana. ℥ß. M.
℞. *Nitr. depur.*
Tart. Vitriolat. ana. ℈j.
Corall. r. præp.
Matr. perl. ana ℈ij. M.
div. in 6. p. æq.
D. ſingulis 2. horis.
℞. *Corall. rubr. præp.*
Unic. foſſ.
N. M.
Succ. præp.
Terr. Catech. ā. ℥ß. M.
℞. *Corall. rubr. præp.*
Croc. ♂t. adſtring.
Lap. Hæmat. ana. ℈j. M.
div. in 5. p. æq.
℞. *Pulv. antiſpaſ. Hall. ℈iv.*
Corall. rubr. præp.
Spec. de Hyac. ana. ℈j.
M.P. de Cynogl. gr. iij. M.
div. in 6. p. æq.
D. ut antea.

3 Boli.

℞. *Conſ. roſ. antiq. ʒj.*
Corall. rubr. præp. gr. xxiv.
Croc. ♂t. adſtring. gr. iv.
Sir. Corall. q. ſ.
M. F. Bolus.
℞. *Conſerv. Bellid. ʒi.*
Sang. Drac. ℈j.
Terr. ſigill. gr. viij.
Sir. Mantag. q. ſ.
M. F. Bolus.
℞. *Conſ. Acetoſ. ʒi.*
Unic. foſſil.
Lap. Hæmat. ana. gr. xv.
Sir. de Symph. q. ſ.
M. F. Bolus.
℞. *Conſ. Balauſt. ʒj.*
Lap. ♋. præp.
Hæmat. ana. gr. xv.
Sir. e roſ. ſicc. q. ſ.
M. F. Bolus.

4 Electuaria.

℞. *Conſ. Bellid.*
Roſ. rubr. ana. ʒvj.
Lap. ♋. præp.
Corall. præp.
Unic. foſſ.
Balſ. Peruv.
Croc. ♂t. ℈j.
Sir. Bellid. q. ſ.
M. F. Electuar.
D. bis vel ter per diem ʒj.
ad ij.
℞. *Conſ. ſcabioſ.*
Hed. terr. ana ʒvj.
C.C. Phil.
Unic. foſſil.
Maſtich.
Terr. Japon.
Lap. Hæmat. ana. ℈ij.
M. Pil. de Cynogl. gr. xii.
Sir. ſcabioſ. q. ſ.
M. F. Electuarium.
Doſ. eadem.

5 Potiunculæ.

℞. *Aq. Mentb.*
Torment. ana. ℥ij.
Unic. foſſil.
Sang. Drac.
Corall. rubr. præp. ā. ʒß.
Sir. Corall. ℥ß. M.
D. ſing. 3. hor. cochl. ij.
℞. *Aq. Plantag. ℥iv.*
Tinct. Corall.
Terr. Catech. ana. ʒj.
Sir. Corall. ℥ß. M.
℞. *Aq. Menth. ℥iv.*
Diaſcord. ʒj.
Extr. Torment. ℈j.
Ther. cæl. gr. iv.
Sir. Pap. ſ. ℥ß. M.
Doſis eadem.
℞. *Aq. Plantag.*
Torment. ana. ℥ij.
Corall. rubr. præp.
C.C. uſt. ana. ℈ij.
Lap. Hæmat. ℈j.
Tab. e ſucc. citr. ʒij. M.
Doſis eadem.
℞. *Aq. Torment. ℥iv.*
Eſſ. Travmat. VVed. ʒij.
Sir. Myrtill. ℥ß. M.
Doſ. eadem.
℞. *Aq. Meliſſ. ℥iij.*
Cinnam. cydon. ʒvj.
Ther. Androm. ʒj.
Extr. Torment. ℈j.
Sir. Pap. rhœad. ℥ß. M.
Doſ. eadem.

6 Mixturæ.

℞. *Tinct. Corall.*
Terr. Catech. ana. ʒj. M.
D. bis vel ter per diem gutt. 30.
℞. *Eſſ. Travmat. VVed. Tinct. Corall. ana. ℥ß. M.*
M. D. ad Vitr.
Doſ. eadem.

7 Pilulæ.

℞. *Extr. Torment.*
Plantag. ana. ℈j.
Tinct. Corall. q. ſ.
F. Pil. ad pond. gr. j.
℞. *Extr. Torment. ℈j.*
Ther. cæleſt. gr. v.
Tinct. Opii q. ſ.
F. Pil. xxv.

2. *Externorum.*

1 Decocta.

℞. *Herb. Ariſtol.*
Agrimon.
Plantag.
Salv. ana. mj.
Coq. in Vino & eluantur vulnera recentia.

℞. *Herb. Plantag.*
Virg. ☉*r.*
Milleſol.
Scord. ā. mj.
Coq. in Aq. ſ. ℔. ij.
Colat. adde
Mell. Rſal. ʒiß.
Ungu. Ægypt. ʒvj. *M. injiciantur cum Syringa in ulcera ſinuoſa.*

℞. *Heb. Virg.* ☉*r.*
Plantag.
Milleſol. ana. mj.
Flor. Roſ. rubr. mß.
Inciſ. coq. in Vino & uſurpentur ut antea.

℞. *Herb. Virg.* ☉*r.*
Veron.
Plantag.
Scord. ana. mj.
Coq. in Aq. calc. viv. ℔. ij.
Colat. adde
☉. *dulc.* ʒß.
Camph. p. ʒij.
Ungu. Ægypt. ʒj. *M. ad ulcera fiſtuloſa.*

2 Unguenta & Balſama.

℞. *Mellis* ʒvj.
Terebinth. ʒiij.
Vit. Ov. N. j. M.
F. Ungu. digeſtiv.

℞. *Mellis* ʒj.
Balſ. ſulph. ʒß.
Myrrh.
Aloes ana. ʒiß. *M. M. F. Unguent.*

℞. *Mellis* ʒj.
Terebinth. ʒß.
Balſ. Peruv. ʒij.
Myrrh. Aloes ā. ʒiß.
Ol. Cinnam. ♃j. *M. F. Unguent.*

℞. *Mellis.*
Terebinth. ana. ʒß.
Balſ. Peruv. ʒij.
Vit. Ov. N. j. M. F. Unguent.

℞. *Balſ. ſulph. Tereb. Peruv. ana.* ʒij.
Gumm. Elemi q. ſ. pro conſiſtentia Balſami.

℞. *Balſ. ſulph. Terebinth. Ol. Hyper. ana.* ʒß.
Eſſ. Myrrh. ʒij. *M.*

℞. *Balſ. Arcæi.* ʒß.
D. ad Oll.

3 Spiritus.

℞. *Spir. Vin. rectiſ.* ʒj.
applicetur calide.

℞. *Spir. Vin. Camph.* ʒj.
Ther. Androm. ʒß. *M. ad Gangrænam.*

℞. *Spir. Vin. rectiſ.* ʒß.
Tereb. ʒij. *M. applicetur calide in punctura tendinum.*

℞. *Spir. Vin. Camph.* ʒj.
Eſſ. Myrrh.
Tinct. Aloes ana. ʒij.
Ol. Cinnam. ♃j. *M. ad Gangrænam.*

℞. *Spir. Theriac. Camph.* ʒß.
Balſ. Peruv.
Eſſ. Myrrh. ana. ʒj. *M. applicetur calide.*

VI. *Modus operandi remediorum.*

1 Quædam agunt temperando motum ſanguinis, inprimis in talibus Hæmorrhagiis, quæ a ſanguinis orgaſmo originem trahunt, quod inprimis Nitroſa & Salia neutra præſtant.

2 Alia incraſſant & coagulant aliquo modo ſanguinem & ſic uberiorem ejus effluxum impediunt, uti ſunt modo laudata Nitroſa, Abſorbentia, ſpecies de Hyac. acida &c.

3 Alia fibras ſtringunt & poros minores reddunt, qualia ſunt ſtricte ſic dicta Adſtringentia.

4 Alia motus ſpaſticos & expreſſorios leniunt & ſic Hæmorrhagias temperant, uti correcta Opiata Anodyna, ſpecies de Hyacintho cum MP. de Cynogl.

5 Quædam externe applicita ſanguinem affluentem incraſſant & in pultem quaſi redigunt, uti farina volatilis largiter vulneribus inſperſa, quæ poros vulneris obſtruit & ſanguinis ex illis effluxum impedit.

6 Alia condenſant ſanguinem & fibras ſimul conſtringunt, id quod optime præſtat Spiritus Vini rectificatiſſimus.

7 Alia citiſſime ſanguinem coagulant ac fibras potenter ſtringunt, uti Vitriolum ejuſque oleum, quæ eſcharam utpl. partibus vulneratis inducunt: eundem uſum habent etiam cauteria actualia.

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 In fluxibus ſanguinis tam activis, quam paſſivis ad Adſtringentia fortiora non ſtatim confugiendum eſt, ſed mitiora prius tentanda ſunt.

2 Si Hæmorrhagiam inſignes ſanguinis ebullitiones comitantur, ſanguis minime per Adſtringentia ſive interna, ſive externa ſiſti debet: magis conveniunt Venæſectiones revulſoriæ & remedia orgaſmum ſanguinis ſiſtentia, quo facto poſtmodum lenia etiam Adſtringentia Hæmorrhagias ſiſtunt.

3 Si Hæmorrhagiæ inpr. a cauſis internis & in ſubjectis Plethoricis præpoſtere ſiſtuntur, facile ſequuntur ſanguinis ad alias partes translationes, Oppletiones, Inflammationes, Infarctus, Scirrhi &c.

4 Reſolventia & temperantia Adſtringentibus mixta, in Hæmorrhagiis activis optime conveniunt.

5 Opiata caute reliquis remediis admiſceantur.

6 Fluxus ſeri, Diarrhœæ, Dyſenteriæ &c. per Adſtringentia ſuppreſſi, multis malis anſam præbent. Plura vid. *in Praxi Speciali de Hæmorrhagiis.*

7 In conſtringendis partibus relaxatis interne Nervina Adſtringentibus optimo conſilio junguntur.

2. *De Partium durarum Emollitione.*

I. *Definitio.*

Emollitio eſt ſpecies Methodi Medendi, cujus ope durities præternaturalis, ſolidas partes occupans, tollitur, & debita mollities ipſis reſtituitur.

II. *Differentia.*

1 Alia inſtituitur per remedia interna, ſi nempe durities præter naturalis in partibus hæret internis.

2 Alia vero procuratur per externa, ſi ſcil. durities externas magis occupat partes.

III. *Indicantia.*

1 Emollitionem indicat omnis durities in partibus præter naturam occurrens, earumque functionem impediens.

2 Varii tumores & infarctus viſcera aliaſque partes occupantes.

3 Feces alvinæ induratæ.

4 Calculus ureteribus impactus.

IV. *Remedia.*

Mucilag. Hord.
Gelatinæ.
Rad. Alth.
Lil. alb.
Malv.
Herb. Malv.
Pariet.
Branc. urſin.
Atripl.
Mercurial.
Chamom.
Verbaſc.
Flor. Chamom.
Melilot.
Verbaſc.
Lin.
Violar.
Perſic.
Sem. Lini.
Fgn. græc.
Ficus.
Dactyli.
Paſſulæ.
Crocus.
G. Ammon.
Galb.
Sperm. cet.
Mel.
Pingued. human.
Cerv.
Hirc.
Anſer.
Canis.
Ol. Amygd. dulc.
Chamom.
Lil. alb.
Lini.
Hyoſc.
Scorpion.
Ungu. de Alth.
Anodyn.
Medull. crur. vit.
Decoct. Nephrit. Foreſt.
Empl. de Hyoſc.
Cicut.
Ammon.
Diach. ſ. & c. G. Melilot.
Sperm. ranar.

V. *Formulæ Remediorum.*

1 Emulſiones Mucilaginoſæ.

℞. *Amygd. d. excort.* ʒiv.
c. Mucilag. hord. q. ſ.
F. Emulſio.
D. ſæpius calide.

℞. *Amygd. d. excort.* ʒiv.
c. Gelat. C. C. cal. q. ſ.
F. l. a. Emulſio.
D. ſæpius calide.

2 Linctus emolliens.

℞. *Ol. Amygd. dulc.*
Sir. violar.
Sacch. Cand. ā. ʒß.
Sperm. cet. ʒij. *M.*

℞. *Ol. Lini.* ʒß.
Sperm. cet. ʒj. *M.*
D. pro una vice.

3 Decoctum emolliens.

℞. *Rad. Alth.*
Liquirit. ā. ʒß.
Herb. Malv.
Flor. Chamom. ā. mj.
Violar. p. ij.
Dactyl.
Fic. pingu. ā. N. iv.
Inciſ. Coq. in Aq. ſ. ℔. ij.
Colat. D. calide.

4. Clyſter. emolliens.

℞. Rad, *Alth.* *Lini ana.* ʒij.
Lil. alb. ana. ℥ß. *Inciſ. coq. in ſ. q. Aq. ſ.*
Herd. Malv. *Colat.* ℥x. *adde*
Pariet. *Ungu. Clyſmat.*
Violar. *Ol. Lil. alb. ana.* ℥ß.
*Flor. Chamom. ana, m*ß. *Vitell. Ovor. N.* 1. *M.*
Sem. Fœnugr.

5 Cataplaſma emolliens.

℞. Rad. *Alth.* *Melil. ana.* mj.
Lil. alb. ana. ʒiij. *Inciſ. coq. in Lact. q. ſ. tra-*
Herb. Malv. *jiciatur per ſetac. adde*
Parietar. *Farin. Sem. Lin.* ʒj.
Mercur. *Ol. Lil. alb. q. ſ. M.*
Flor. Chamom. *F. Cataplaſma,*
Verbaſc,

6 Unguentum emolliens.

℞. *Ungu. de Alth.* ʒj. *Ol. Aneth.*
Anod. ℥ß. M. *Ping. hum, ana.* ʒvj. M.
applicetur calide.
℞. *Ung. de Alth,* ʒij. *applicetur calide,*

7 Balneum emolliens.

℞. *Herb. Malv.* *Chamom. ā.* mvj.
Pariet. *Inciſ. includ. ſacc. & coq.*
Violar. *in ſ. q. Aq. ſ. pro Balneo,*

8 Emplaſtrum emolliens & reſolvens.

℞. *Empl. de Ammon.* *Malax. Ol. Chæreſol.*
Hyoſc. *applicecur calide loeis Scir-*
Cicut. ana. ʒj *rho affectis,*

VI. *Modus operandi* Remediorum.

1 Quædam humectando tantum partes duras emolliunt, uti aqua calida.

2 Quædam ſolo calore emolliunt & ſimul reſolvunt, uti linteamina calida, aut fotus ſicci calidi.

3 Quædam emolliunt mucilagine aquoſa, uti Balnea Decocta, Fotus, Clyſteres, Cataplaſmata &c. ex emollientibus herbis & radicibus parata.

4 Quædam relaxant ob partes oleoſas, quibus fibras nimis tenſas flexiles reddunt, & emolliunt, uti olea & Pinguedines & ex his parata Unguenta.

5 Quædam emolliunt & reſolvunt ob partes pingues oleoſas & gummatoſas, uti emplaſtra recenſita.

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ,*

1 Pro diverſitate affectuum emollientibus modo jungantur reſolventia, modo Carminativa, modo Alexipharmaca.

2 In tumoribus ſcirrhoſis malignis, emollientia minime applicentur, quoniam tales affectus exaſperant.

3 In Tumoribus emolliendis, remediis externis ſemper jungantur interna reſolventia.

4 Si ulceribus emollientia applicantur, propter pororum relaxationem major humorum fit affluxus & ulcera magis ſordida redduntur.

5 In Scirrhis Hepatis Empl. de Cicuta, de Hyoſcyamo, & Emplaſt. de Ammoniaco ceteris facile palmam præripiunt, diu tamen continuari & interne reſolventia exhiberi debent.

6 Nunquam nimis diu emolliendum eſt, ne nimius ad partes affectas fiat affluxus.

7 In affectibus Pulmonum, ubi copioſa mucoſa materia hæret in Pulmonibus, emollientia tam interna quam externa minus proſunt, quia poros relaxando majori humorum affluxui anſam præbent.

III. De Alteratione motuum.

1. *De motuum excedentium correctione.*

I. *Definitio.*

Motuum excedentium correctio eſt operatio artificialis, cujus ope motus excedentes per convenientia remedia ad mediocritatis ſtatum reducuntur.

II. *Differentia.*

1 Alia inſtituitur per remedia interna, opiata ſcilicet temperantia &c.

2 Alia vero per externa.

III. *Indicantia.*

1 Omnis generis affectus ſpaſtici & convulſivi.

2 Motus febriles excedentes.

3 Vigiliæ nimiæ.

IV. *Remedia.*

1 Interna.

Nitrum. *Extract. Opii.*
Antimoniat. *Croci.*
Cinnabar. nat. *Pap. rh.*
Crocus. *Theriac. Androm.*
Sem. 4. frig. maj. *exact.*
Papav. alb. *Diaſcord.*
Lactuc. *Eſſent. Anodyn.*
Amygad. dulc. *dulc.*
Aq. flor. Sambuc. *Tinct. Papav. rh.*
Pap. rhœad. *Sir. Pap. ſ. & rh.*
Laud. Opiat. *Conſ. Pap. rh.*
Liquid. Syd. *Pil. de Cynogl.*

2 Externa.

Herb. Hyoſc. *Mica Panis ſimil.*
Linar. *Ol. Hyoſc.*
Chamom. *Aneth.*
Scrophul. *Scorpion.*
Flor. Chamom. *Lumbric.*
Verbaſc. *Nucl. Perſic.*
Aneth. *Nuciſt. expr.*
Pap. rh. *Ungt. Dialth.*
Melil. *Anod.*
Crocus, *Alabaſtr.*
Furf. *Empl. de Hyoſc.*
Sem. Hyoſc. *Cicut.*
Papav. *Melilot.*
Lin. *Bacc. laur.*
4. Carmin. *Theriaca.*
Nucl. Perſic.

V. *Formulæ Remediorum.*

1. *Internorum.*

1 Pulveres.

℞. C. C. *Philoſ.* ʒj. ℞. *Pulv. antiſpaſm.* ʒj.
Cinnabar. nat. gr. xv. *Spec. de Hyac, gr.* xv.
L. O. gr. iij. *M.* MP. *de Cynogl. gr.* iß. *M.*
div. in 3. *p. æq.* *div. in* 3. *p. æq.*
℞. *Succ. alb. præp.* ℞. *Nitr. depur.*
Corall. r. præp. ā. ʒß. *Tart. Vitriolat. ā.* ʒß.
Cinnabar, Antimon. ℈j. *Spec. de Hyac.*
L. O. *Cinnabar. Antimon. gr.* xv.
Extr. croc. ā. gr. j. *M.* MP. *de Cynogl. gr.* ij. *M.*
pro 3. *vel* 4. *doſ.* *D. ut antea,*

2 Potiunculæ.

℞. *Aq. Menth.* ℞. *Aq. fl. ſamb.* ʒiv.
Papav. rh. ā. ʒij. *Pulv. antiſpaſm.* ℈iv.
Tinct. anod. ʒj. *Spec. de Hyac, gr.* xv.
Sir. Pap. rh. ℥ß. *M.* *L. O, gr.* ij.
D. ſing. 4. horis aliquot co- *Sir. Pap. ſimpl.* ℥ß. *M.*
chlearia, *D. ut antea,*

3 Emulſiones.

℞. *Amygd. dulc.* ℥ß. ℞. *Sem. 4. frig. maj. ana.* ʒij.
Sem. Pap. alb. *Pap. alb.* ʒiß.
Card. Mar. ā. ʒij. *Aq. Card. Mar.*
Aq. fl. Samb. *Bened. q. ſ.*
Rub. id. q. ſ. *F. l. a. Emulſio.*
F. l. a. Emulſio. *Colat.* ʒvi. *adde*
Colat. ʒvj. *adde* *Antimon. diaph.*
C. C. Phil. ℈ij. *Matr. perl. ana.* ʒß.
Sacch. perlat. q. ſ. M. *Sacch. Canar. q. ſ. M.*
D. cochleatim, *D. cochleatim.*

4 Pilulæ.

℞. *Extr. torment. gr.* xv. ℞. *Ther. cæl. gr.* iv.
Ther. cæl. gr. iij. *F. Pil.* iv.
L. O. gr. ii. *M.* *Deaurentur,*
F. Pil. N. xx, *D. veſperi,*

5 Boli.

℞. *Conſ. Pap. rh.* ʒj. ℞. *Conſerv. roſar.* ʒj.
C. C. uſt. ℈j. *Matr. perlar.*
Cinnabar. nat. gr. vj. *Antimon. diaph. ana gr.* xv.

Ther.

Ther. cpl. gr. ij.	L. O. *gr. ij.*
Sir. Papav. ſ. q. ſ.	*Sir. pap. rh. q. ſ.*
M. F. Bolus.	M. F. Bolus.
D. veſperi.	*D. ut antea.*

2. *Externorum.*

1 Cataplaſmata.

℞. *Rad. Lil. alb.* ℥ij.	℞. *Mic. pan. albiſſ. q. ſ.*
Herb. ℥. emoll. miij.	*Lact. vaccin. q. ſ.*
Flor. Chamom.	*Coq. ad conſiſt. Catapl. adde*
Verbaſc. ana. mj.	*Vitell. ov. N. iij.*
Coq. in ſ. q. Lact. ad putri-	*Croc.* ʒij. M.
laginem.	*Hocce Cataplaſma inſtar o-*
Pulpæ trajectæ adde	*mnium eſſe poteſt, egregie*
Pnlv. Sem. Lin. ʒij.	*enim emollit & dolores ſe-*
Ol. Chamom. ʒj. M.	*dat.*

2 Linimenta.

℞. *Ungu. Alabaſtr.* ʒij.	℞. *Ungu. Alabaſtr.*
Ol. Nucl. Perſic. ʒj. M.	*Anod. ana.* ʒij.
illinantur temporibus.	*Ol. Aneth.* M.

Reliquas Formulas externas vide ſupra, ubi de Partium durarum emollitione actum fuit.

VI. *Modus operandi Remediorum.*

1 Quædam fibras nimis tenſas relaxant & emolliunt, & hoc modo dolores ſiſtunt, unde huc pertinent omnia Emollientia.

2 Quædam nimium fibrarum motum compeſcunt, uti Cinnabarina & opiata legitime correcta.

3 Quædam humorum motum nimium temperant & aliquo modo ſiſtunt, uti Nitroſa, Emulſiva, & ipſa etiam acida ac abſorbentia.

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Anodyna non quovis tempore conveniunt, maxime proficua ſunt tempore veſpertino, ſi morbi conditio illorum uſum permittit.

2 Opiata niſi legitime correcta ſint, nunquam in uſum trahantur.

3 Pilulæ genuinæ Wildeganſii reliquis Opiatis facile palmam præripiunt, ſed vera earum deſcriptio ſatis eſt rara.

4 Opiata minus conveniunt in motibus nimiis cum magna humorum turgeſcentia conjunctis, aut ad excretionem tendentibus, ſuppreſſis enim motibus, materia noxia remanet in corpore & corrumpitur, quod inpr. deprehenditur in Febribus.

5 Fractis viribus opiata minime ſunt exhibenda, quoniam majorem poſt ſe trahunt debilitatem, aut mortem ipſam.

6 In motibus febrilibus nimiis compeſcendis, Nitroſa longe tutiora ſunt quam Opiata.

7 In affectibus ſpaſtico Arthriticis, Opiata quidem ſiſtunt aliquo modo dolorem, ſed pauco elapſo tempore dolores utpl. longe graviores fiunt, aut facile ſequitur materiæ morbificæ cum ſummo periculo ad interiora receſſio.

8 In affectibus chronicis a materiæ lentore originem trahentibus, Opiata maxime noxia ſunt, quoniam materiam motus ſiſtendo magis incraſſant.

9 Opiata nunquam dentur, niſi univerſalia præmiſſa fuerint.

10 In Febrium augmento, Opiata nunquam conveniunt, magis vero proſunt, ſi in declinatione earum cum aliis doſi refracta exhibentur.

11 Cinnabarina in Febribus tantum non omnibus tanquam tutiſſima anodyna uſurpari poſſunt.

12 Eſſentia dulcis optimum eſt anodynum & hinc in omnibus morbis ſine ullo periculo reliquis remediis vel interponi vel jungi poteſt, quatenus Naturam confortando quaſcunque excretiones promovet, uti id millies obſervavimus.

13 Emulſiones, Mucilagines aliaque temperantia ſæpius plus præſtant quam Opiata, & longe etiam tutiora ſunt, inpr. in Febribus.

14 Anodyna externa in affectibus arthriticis partibus dolentibus applicata, ſtuporem ſæpius diu durantem inducunt.

15 Emulſiones anodynæ externæ ſæpius ad profligandas vigilias nimias cum inſigni fructu uſurpantur.

16 Pediluvia verſus veſperam aut nocturno tempore uſurpata, ſomnum ſæpius optime promovent, ſed febris abſit, neceſſe eſt.

17 Fruſtra utpl. laborant, qui vigilias nimias in exacerbatione Febrium narcoticis externis compeſcere volunt.

2. *De Corroboratione per Analeptica frigida.*

I. *Definitio.*

Corroboratio hæc eſt ſpecies Methodi Medendi, eum in finem inſtituta, partim ut nimius humorum æſtus temperetur, partim etiam, ut nimia fibrarum agitatio aliquo modo per remedia convenientia compeſcatur.

II. *Differentia.*

1 Alia reſpicit humores nimis reſolutos & inde dependentem virium debilitatem.

2 Alia vero pro ſcopo habet motum nimium fibrarum, reſolutionem humorum producentem.

III. *Indicantia.*

1 Sunt omnis generis morbi & inprimis variæ febres, ubi tali Analepſi opus eſt.

2 Nimia humorum reſolutio a calore externo aut etiam ab aſſumptis.

IV. *Remedia.*

Corallia rubra.	*Succ. citr. rec.*
Nitrum.	*Tinct. Roſar.*
Cryſt. mont.	*Violar.*
Santalum.	*Bellid.*
Sem. 4. frig. maj.	*Rob. Berber.*
Amygd. dulc.	*Cydon.*
Aq. fl. cord.	*Ceraſ. acid.*
Cord. ex ſucc.	*Rib.*
Spir. Nitr.	*Cynosbat.*
Sir. Ceraſ. acid.	*Acet. Roſac.*
Corall.	*Condit. Berb.*
Acetoſ. Citr.	*Ceraſ. acid.*
Conſerv. Roſ. ſ. & Vitriolat.	*Carn. Citr.*
Fl. Tunic.	*Cydon.*
Acetoſ.	*Cynosb.*
Pulp. citr.	*Rib.*

V. *Formulæ Remediorum.*

1 Potiunculæ.

℞. *Aq. Bugloſſ.*	℞. *Aq. Borrag.* ʒiv.
Borrag. ā. ʒij.	*Cinnam. cyd.* ʒvj.
Cord. frig. ʒj.	*Rob. Rib.*
Succ. Citr. rec.	*Berb. ā.* ʒiij.
Rob. Cydon. ā. ʒiij.	*Conſ. Alex. inc.* ʒj.
Conſ. Alk. inc. ʒj.	*Eſſ. dulc.* ʒß.
Sir. acetoſ. citr. ʒß. M.	*Sir. Ceraſ. acid.* ʒß.
D. ſæpius cochleatim.	*D. ut antea.*

2 Julepi.

℞. *Decoct. C. C.* ℔j.	℞. *Decoct. Citr.* ℔j.
Succ. citr. ʒj.	*Rob. Ceraſ. acid.* ʒj.
Rob. Ceraſ. acid.	*Rib.*
Sir. acetoſ. Citr.	*Berb. ā.* ʒß.
Cydon. ā. ʒvj.	*Sir. acetoſ. Citr.*
Spir. Nitr. gutt. vj. M.	*Granat. ā.* ʒvj.
D. ſæpius.	*Spir. Vitrioli gutt.* vj. M.

3 Emulſiones.

℞. *Sem. Citr.* ʒiij.	℞. *Amygd. d. exc.* ʒß.
4. frig. maj. ā. ʒj.	*Sem. Citr.* ʒiij.
Aq. 4. fl. cord. q. ſ.	*Aq. Borrag.*
F. l. a. Emulſio.	*Bugloſſ. ana. q. ſ.*
Colat. ʒvj. *adde*	*F. l. a. Emulſio.*
Cryſt. mont. ʒß.	*Colat.* ʒvj. *adde*
Sach. perlat. q. ſ. M.	*Matr. perl.* ʒij.
D. ſæpius cochl. aliquot.	*Sacch. Canar. q. ſ.* M.

4 Electuaria.

℞. *Conſ. Roſar.*	℞. *Conſerv. fl. Tunic.*
Pulp. citr. ana. ʒvi.	*Acetoſell.*
Rob. Ceraſ. acid.	*Mivæ Cydon. ana.* ʒß.
Cinosb. ana. ʒij.	*Rob. Rib.*
Condit. carn. citr. ʒß.	*Berb. ana.* ʒiij.
Conſ. de Hyac. inc. ʒj.	*Conſ. Alk. inc.* ʒiß.
Sir. acetoſ. citr. q. ſ.	*Sir. ceraſ. acid. q. ſ.*
M. F. Elect. D. aliquot cuſp.	*M. F. Electuarium.*
cultr.	*D. ut antea.*

VI. *Modus operandi Remediorum.*

1 Quædam incraſſant humores & nimiam eorum fluxilitatem tollunt, uti ſunt Nitroſa & blanda acida.

2 Quædam ipſas fibras ſtringunt & nimium eorum motum hoc ipſo impediunt, ut i modo dicta acida & lenia Adſtringentia.

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Cum talis Analepſis potiſſimum in Febribus locum habeat, ab initio tantum blanda acida aut Nitroſa exhibeantur, in declinatione vero corallia reliquis addantur, in principio enim data, facile excretiones neceſſarias impediunt.

2 Nitroſa magis conveniunt ſubjectis cholericis, acida vero ſanguineis.

3 Emulſiones in tali caſu optimæ quoque ſunt, quatenus humores acres in ſanguine obtundunt.

4 In febribus acutis Diaphoretica & Alexipharmaca Refrigerantibus ſemper ſunt interponenda, ut partes acres ſanguini inhærentes, per Diaphoreſin expellantur.

5 Abuſus refrigerantium remediorum maxime eſt vitandus, ne motus febriles nimium imminuantur.

3: *De Motuum deficientium exſtimulatione per remedia calida.*

I. *Definitio.*

Operatio hæc eſt ſpecies Methodi Medendi, eum in finem inſtituta, ut per remedia convenientia, Tonica ſcil. & Nervina, debitus partium motus reſtituatur.

II. *Differentia.*

1 Alia eſt *univerſalis*, quæ ſcil. debilitatem univerſalem reſpicit & viribus proſpicit per remedia *Analeptica & Confortantia.*

2 Alia eſt *particularis*, quæ ſcil. motum debilem & laxitatem partium quarundam reſtituit: unde huc pertinent vulgo ſic dicta Cephalica, Pectoralia, Stomachica, Uterina, Aphrodiſiaca &c.

III. *Indicantia.*

1 *Univerſalis* virium defectus in omnis generis morbis.

2 *Particularis* partium laxitas aut debilitas, Ventriculi v. g. uteri, partium genitalium in viris.

3 Reſolutio partium in Apoplexia, Paralyſi &c.

IV. *Remedia.*

Rad. Ari.
Galang.
Zedoar.
Pimp. alb.
Herb. Major.
Roſmar.
Serpill.
Meliſſ. &c.
Flor. Anth.
Lavend. &c.
Cinnam. aliaq; aromat.
Ambra.
Moſchus.
Zibethum.
Crocus.
Spec. Cordial.
Diambr.

Aq. Meliſſ.
Cinnam. c. Vin.
cydon.
Cordial.
Carbunc.
Vit. Mul.
Eſſ. Cinnam.
Ambr.
Dulc.
Pulv. Solar.
Niger. Hall.
Spir. roſar.
*Sal * ci.*
Sal volat. oleoſ.
Sir. Cinnam.
Conſ. Alk.
de Hyac.

V. *Formulæ Remediorum.*

1 Pulveres.

℞. *Pul. Stomac. Birckm.* ʒij
Ambr. gr. iv.
Ol. Cinnam. gutt. ij. *M*
℞. *Spec. Cordial.*
Diambr. ā. ʒj. *M.*
D. 2. *cuſp. cultr.*

℞. *Pulv. Solar. doſ.* vj.
D. ſingulis 2. 3. 4. *horis, doſ. i.*
℞. *Pulv. nigr. doſ. j. ij.*
D. in ſumma virium dejectione.

2 Potiunculæ.

℞. *Aq. Meliſſ.* ʒij.
Cinnam. c. Vin.
Cordial. ā. ʒvj.
Eſſ. Ambr.
Cinnam. ā. ʒj.
Sir. Cinnam. ʒij. *M.*
D. cochleatim.

℞. *Aq. ceraſ. nigr.* ʒiij.
Cinnam. cydon. ʒj.
Eſſ. dulc.
Ambr. ā. ʒj.
Conſ. Alk. ʒiſs.
Julep. gemmar. ʒſs. *M.*
D. cochleatim.

3 Electuaria.

℞. *Conſ. Menth.*
Fl. tunic.
N. M. condit. ā. ʒſs.
Cinnam. ʒiſs.
Caryoph.
Zingib. ā. ʒij.
Eſſ. Cinnam.
Ambr. ā. ʒſs.
Sir. Cinnam. q. ſ.
M. F. Elect.
D. ter vel quater quovis die 2. *cuſp. cultr.*

℞. *Conſerv. Meliſſ.* ʒj.
Zingib. condit. ʒſs.
Pulv. Zedoar.
Caryoph.
Cubeb. ā. ʒii.
Conſ. Alk. compl. ʒii.
Eſſ. Ambr.
Dulc. ā. ʒſs.
Sir. Corr. Ont. q. ſ.
M. F. Elect.
D. ut antea in confortando ſtomacho aliiſque partibus.

VI. *Modus operandi Remediorum.*

1 Quædam agunt in ipſas fibras, eaſque ſtimulando Naturam excitant, ut fibras conſtringat vel humorum curſum promoveat, uti ſunt omnia aromatica, ſalia volatilia &c.

2 Quædam agunt in humores eorumque motum reſtituunt, uti ſunt reſolventia fere omnia, aromatica &c.

3 Quædam tonum partium reſtituunt, uti blanda Adſtringentia aliaque jam recenſita.

4 Quædam in humores & fibras agunt, atque omnia perficiunt, quæ ab aliis expectari poſſunt, uti ſunt Eſſentia dulcis & inpr. Pulvis niger Hallenſium.

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Si debilitas ab aliquali remiſſione partium animalibus actionibus inſervientium dependet, quando ſcil. Natura in morbis acutis actionibus vitalibus unice incumbit, & res corpori inſenſas removere nititur, confortantia calida minus tuta ſunt.

2 Vinum generoſum modice & medice exhibitum, ſæpius melius roborat, quam alia Analeptica.

3 Eſſentiam dulcem & Pulveres Solares plus quam ſimplici vice in Paralyticis partium relaxationibus ſumme proficuam deprehendimus.

4 Pulverem Solarem in Lipothymiis poſt nimias Hæmorrhagias ſæpius ſummo cum fructu dedimus, ſed doſes vel ſæpius in tali caſu reiterandæ, vel duplicandæ ſunt.

5 Majorum adhuc virium ſunt Pulveres nigri, qui fere agonizantibus vires paucis momentis reſtituerunt, uti id ſæpius obſervavimus.

6 Si vires per longinquos morbos conſumptæ ſunt, nutrientia reliquis præferenda ſunt remediis, commodum tamen eſt, iis interponere Analeptica.

7 Si experientia docuit quædam remedia magis in certis partibus efficaciam ſuam edere, ea merito reliquis præferenda ſunt, nam non obſtantibus quorumdam ratiunculis, certiſſimum eſt, quædam remedia certis partibus magis convenire.

8 Blanda adſtringentia & inpr. Martialia legitime præparata, tonum viſcerum optime reſtituunt, quare præmiſſis præmittendis in tali caſu in uſum trahantur.

9 Si infantes juniores inſigni debilitate corripiuntur, ſummo cum fructu ſpirituoſi liquores fontanellæ applicantur.

10 Confortantia externe quoque regioni cordis aut pulſibus applicata, inſignem ad roborandum habent uſum.

11 In ſtimulandis partibus genitalibus relaxatis, eo reſpiciendum ſemper eſt, ne Maſſa ſanguinea per remedia calida nimis in motum conjiciatur.

12 Stimulantia talia, inpr. ſi cantharides ipſis admiſcentur, interdum mictum cruentum producunt, uti id in duobus ſenibus obſervavimus.

De rerum toto genere præter naturam e corpore expulſione.

I. *De flatuum expulſione.*

I. *Definitio.*

Flatuum expulſio eſt medicatio artificialis, cujus ope flatus in corpore geniti & multas moleſtias creantes, per remedia convenientia & inpr. *Carminativa* e corpore expelluntur.

II. *Dif-*

II. *Differentiæ.*

1 Alia respicit flatus ipsos, quando scil. flatus per remedia *Carminativa* expelluntur.

2 Alia ipsam materiam præparat & removet, per Incidentia & Resolventia, Laxantia, Clysteres.

III. *Indicantia.*

1 Flatus ipsi intestina præter naturam extendentes & varia incommoda parientes.

2 Materia flatuum, quæ ad præcavendam flatuum generationem removeri debet.

IV. *Remedia.*

Rad. Acori. Galang. Zedoar.
Herb. Meliss.
Flor. Chamom.
Sem. 4. Carmin. Citr.
Cinnamom.
Cort. ⊙nt. Citr.
Extr. Acor.
Acor. condit.
Cond. Carn. Citr.
Sir. Cinnam. Cort. ⊙nt. Citr. Acetos. Citr.
Conf. Meliss. Pulp. citr.
Tinct. resolv.
Ess. Carmin. Alexiph. Cinnam. Cort. ⊙nt.
Aq. Meliss. Chamom. Fœnic. Cinnam. Carminat.
Pil. Becher. Balsam. vitæ.
Spir. Nitr. dulc.
Ol. Carminat. dest. Meliss. Fœnic. Carv. Cumin. Aneth.

V. *Formulæ Remediorum.*

1. Pulveres.

℞. *Pulv. Stomac. Birckm.* ʒß. *Ol. dest. Anis. gutt.* viii. *Cinnam. gutt.* iv. *Caryoph. gutt.* ii. *M.* *D. ℥i. cuspi. cultri ante prandium & cœnam.*

℞. *Pulv. Zedoar. Galang. Anis. ā.* ʒi. *Cinnam.* ʒß. *Ol. dest. Anis. gutt.* vi. *Sacch.* ʒß. *M.*

2 Potiunculæ.

℞. *Aq. Fœnic.* ℥iii. *Chamom. c. Vin.* ʒi. *Ess. Carmin.* ʒii. *Spir. Nitr. dulc.* ʒß. *Sir. Cort. ⊙nt.* ʒß. *D. cochleatim.*

℞. *Aq. Meliss.* ℥iii. *Asthmat.* ʒi. *Ess. Alexip.* ʒii. *Spir. Vitrioli dulc.* ʒß. *Sir. Cort. Citr.* ʒß. *M.* *D. ut antea.*

3 Essentiæ.

℞. *Ess. Carmin. Alexiph. Tinct. resol. ā.* ʒi. *M.* *Dos.* 30. 40. *gutt.*

℞. *Ess. Cinnam. Spir. Cort. Citr. an.* ʒii. *Nitr. dulc.* ʒß. *M.* *D. ut antea,*

VI. *Modus operandi Remediorum.*

1 Quædam materiam stimulando & augendo motum peristalticum expellunt, uti aromata & Resolventia.

2 Quædam portam pandunt flatibus, uti clysteres emollientes, Laxantia, Salia neutra &c.

3 Quædam materiam flatuum præparant, uti modo dicta evacuantia, absorbentia, incidentia.

VII. *Regulæ & Cautelæ Practicæ.*

1 Carminativa nunquam exhibeantur, nisi alvus sit aperta.

2 In subiectis Plethoricis, Venæsectio carminativis præmissis præsentaneum sæpius est remedium. Reliqua vid. in Praxi Speciali.

2. *De Vermium expulsione.*

Vid. *Praxis Specialis.*

3. *De Calculorum remotione.*

Vid. *Praxis Specialis.*

Regulæ & Observationes, reliquas Methodi Medendi species complectentes.

I. *De Methodo Medendi causis morborum virulentis opposita.*

1 Ubicunque virulentæ occurrunt causæ morbificæ, ibi Bezoardicis ac Alexipharmacis opus est.

2 Omnia Bezoardica respiciunt vel promptam veneni expulsionem, vel ejusdem mitigationem & successivam excretionem.

3 Si miasmata maligna hærent in Massa sanguinea, eorum excretionem optime promovent supra laudata diaphoretica varia v. g. *Rad. Contraj. Diptamn. Petasit. Imperat. &c. Herb. Scord. Galeg. &c. Sambuc. Succinum* aliaque ex his parata.

4 Si miasmata illa sunt admodum volatilia, acida bezoardicis optimo consilio junguntur, ut hoc modo miasmata illa figantur & expellantur.

5 Nimiam humorum resolutionem, quam ordinarie talia miasmata producunt, optime præcavent partim acida modo laudata, partim absorbentia & leniter adstringentia, partim vero emulsiva & mucilaginosa.

6 In morbis malignis bezoardica & volatilia cum regimine data, fere semper malum edunt effectum, transpiratio vero lenis & continua, bezoardicorum usum sequens, optima est in talibus morbis.

7 Contra venena animalium, motum humorum fermentativo putredinosum excitantia, optime conveniunt Theriacalia, Tinct. bezoardica, venenum prompte expellentia, quibus jungantur acida ad impediendam humorum resolutionem.

8 Externe locus statim scarificetur, ut cum sanguine pars veneni extrahatur, eiusque promptus in Massam sanguineam ingressus impediatur, vulnus vero sive pars læsa simul aceto, theriaca, ruta &c. fricetur.

9 Sumpto veneno corrosivo, optima remedia sunt Lac calidum copiose hausum, & oleosa, quæ inviscant partes corrosivas, ut absque noxa postmodum eiici queant.

10 Venenorum ex vegetabili regno desumptorum vim deleteriam maxime domant acida, post venena sumpta statim exhibita.

II. *De Motibus Naturæ extraordinariis & Symptomatibus.*

1 In motibus Naturæ extraordinariis in morbis occurrentibus, semper respiciendum est, an motus excedant vel deficiant.

2 Si motus morbo sunt convenientes, nunquam neque stimulandi neque supprimendi, sed in mediocritate conservandi sunt, ut humores vitiosi expelli queant.

3 Motus deficientes per remedia confortantia excitandi sunt, excedentes vero per Nitrosa, Acida, Gummata, Anodyna &c. optime refrænari possunt.

4 Motus extraordinarii nunquam nisi remota prius causa morbifica supprimi debent, si sponte non cessant.

5 In cura morborum ad symptomata, nisi urgeant, non est respiciendum.

6 Si motus ad mediocritatis statum rediguntur, eo ipso etiam mitigantur symptomata.

7 In morbis malignis, symptomatibus levibus visis nunquam est fidendum, latet enim anguis in herba.

III. *De Erroribus Naturæ & Medicorum.*

1 Si medicus errores Naturæ corrigere cupit, cognitionem veram & exactam omnium actionum & motuum habere debet, qua si destituitur, frustra laborat, & errantem Naturam adhuc magis confundit.

2 Etiamsi Natura in motibus erret, Medicus tales motus nunquam plane & plenarie supprimat, quoniam, non obstante errore circa modum, nihilominus causæ præter naturali opponuntur: corrigendi itaque potius sunt, quantum quidem possibile est.

3 In Hæmorrhagiis, ubi per errorem Naturæ vel plus sanguinis quam decet, vel per inconvenientia loca evacuatur, adstringentia fortiora nunquam, nisi summa urgente necessitate exhibeantur, ne plenaria fluentis sanguinis cum damno sequatur suppressio.

4 Contumaces & pertinaces affectus spastici, nunquam subito supprimantur, sed potius temperentur,

ne

ne materia morbifica vel majora mala producat in parte affecta, vel ad interiora ſummo cum periculo regrediatur.

5 Nunquam Medicus draſtica præſcribat remedia, ubi mitioribus res peragi poteſt.

6 Medicus ſemper in morbis reſpiciat ad ſecretiones, ad Excretiones, an ſcil. illæ contingant in morbis, ubi fieri debent, an humores ſufficienti copia excernentur, & an debito etiam tempore contingant.

7 In habitualibus morbis, Medicus admodum caute procedat: Si enim eos uno impetu ſupprimere conatur, ſemper pejora ſequuntur mala, quare Natura ſenſim ſenſimque ab errore revocanda eſt. Reliquas Cautelas vid. hinc inde in *Praxi Speciali*.

IV. *De rebus non naturalibus.*

Vid. Tab. de *Diæta*.

V. *De Cauſis Naturalibus.*

1 Juniores nunquam remediis fortioribus, ſed potius mitioribus tractandi ſunt, quoniam admodum ſunt ſenſibiles.

2 In quavis ætate reſpiciendum eſt ad peculiares excretiones & ſanguinis translationes, an ſcil. reſpectu ætatis congruæ ſint: ſi ſunt incongruæ, Naturæ placide ſuccurrendum eſt per remedia convenientia.

3 Adoleſcentibus & Juvenibus volatilia & commoventia remedia minus conveniunt, quoniam ſanguinem jam ſatis mobilem magis commovent & reſolvunt.

4 Senibus confortantia & reſolventia remedia præ ceteris conveniunt & hinc etiam in variis morbis reliquis interponenda ſunt remediis.

5 Fœminæ in quovis morbo ſemper mitius tractandæ ſunt, quam viri, propter majorem ſenſibilitatem.

6 Omnia fortiora commoventia ſanguineis & cholericis ſunt noxia & ad graviora mala vel diſponunt, vel actu etiam illos in ea præcipitant.

7 In morbis cum ſiti & æſtu conjunctis, blanda acida Sanguineorum, nitroſa vero Cholericorum ſunt ſolatium.

8 Qui vaſa ampliora habent, iis Venæſectio, qui vero minoribus præditi ſunt, ſcarificatio magis convenit.

9 Motus & labor, ſed non præceps, Phlegmaticis & Melancholicis quam maxime convenit.

10 In Phlegmaticis ad excitandas excretiones ſemper diutius inſiſtendum eſt remediis, quam in aliis, ubi ſecretiones & excretiones prompte procedunt, ut copioſum ſerum moderate evacuetur.

11 Acidularum uſus, nonniſi pure ſanguineis aut temperamento ſanguineo prædominante præditis convenit: Thermarum circumſpectus uſus non niſi iiſdem & Phlegmaticis.

12 Quo magis ſenſibilia ſunt ſubjecta, eo minus ferunt omnia commoventia.

13 Conſuetudo ſemel introducta, non temere uno impetu eſt infringenda, ne graviora ſequantur mala.

14 Si homines excretionibus quibuſdam aſſueti ſunt, ſenſim ſubtrahenda eſt materia, aut ad alia loca derivanda, ut per ea evacuetur, quod optime fieri poteſt, ſi medicatio brevi tempore ante paroxyſmum inſtituitur.

15 Ad invertendam conſuetudinem, ſemper diu remediis inſiſtendum eſt, alias fruſtra laborat Medicus.

16 Mutato vitæ genere, ſæpius mutatur ipſa conſuetudo morboſa,

PARS II.

DE

CHIRURGIA.

De Chirurgia in genere.

I. *Definitio.* CHirurgia eſt ars nobiliſſima, mediante manuum miniſterio, læſiones humani corporis removere, ſatagens.

II. *Differentia.*

1 Alia eſt *Theoretica*, in exacta omnium Operationum cognitione conſiſtens, qualis Medicis pleriſque noſtro tempore familiaris eſſe ſolet; alia *Practica*, cum theoria ſive cognitione ipſam Praxin conjungens, quam Chirurgi noſtrates, ſi Magiſtrorum titulum mereri volunt, exacte poſſidere debent.

2 Alia in *genere* circa plures Operationes, v. g. vulnera, ulcera, luxationes, fracturas &c. occupata eſt, eaſque curandas in ſe ſuſcipit, qualis vulgo ſic dictis Chirurgis ſolet eſſe ſolennis, alia *ſpecialiter* unam tantum & alteram Operationem, eamque vel graviorem, vel delicatiorem pro ſcopo habet, v. g. Extractionem fœtus, Sectionem calculi & Herniæ, Depoſitionem Cataractæ &c. cujus magiſtri *Operatores* vulgo vocantur.

III. *Operationes.*

1 Alii recenſent quatuor.

a *Syntheſin*, quæ ſeparata iterum conjungit.

b *Diæreſin*, quæ ea ſeparat, quæ contra naturæ ordinem ſunt conjuncta aut continua.

Exæreſin, quæ ſuperflua & heterogenea a corpore removet & tollit.

d *Anapleroſin ſeu Proſtheſin*, qua ea reſtituere tentamus, quæ natura negavit, aut per infortunium corpori noſtro ſunt abrepta.

2 Alii Clariſſ. van Horne ſecuti, quibus & nos adjungimus, eas dividunt in *Generales & Speciales*.

a Sub *generalibus* comprehendunt:

1 *Explorationem.*
2 *Faſciarum circumductionem.*
3 *Spleniorum applicationem.*

b Ad *ſpeciales* referunt.

1 *Syntheſin.*
2 *Diæreſin.*
3 *Exæreſin.*
4 *Proſtheſin ſeu Anapleroſin.*
5 *Apharæſin*, quæ in ablatione ſupervacui occupata eſt.
6 *Diortheſin*, qua membra, malam conformationem referentia, ad naturalem reducuntur figuram.

IV. *Inſtrumenta.*

1 Ratione *uſus* ſunt vel *generalia*, pluribus operationibus inſervienria: ut *forcipes* varii generis, *ſcalpella*, *lanceolæ*, *novaculæ*, *forfices*, *ſpathæ*, *acus*, *ſtyli* pro perveſtigandis vulneribus, *ferræ*, *faſciæ & ſplenia* varia &c. vel *ſpecialia*, huic vel illi tantum Operationi propria: ut *acus* oblonga pro deponenda cataracta, *trepanum ſeu modiolus* pro perforando cranio, *Catheter* ad ſuppreſſam urinam e veſica evacuandam, vel calculum veſicæ explorandum, *cannula perforata* circa extremitatem acuminata, Gallis *Trocar* dicta, Paracenteſibus deſtinata, forceps peculiaris, *pelicanus* appellatus, pro evellendis dentibus, *falcatus culter* latus & acutus pro incidenda cute & carne in amputationibus &c.

2 Ratione *figuræ*, ſunt vel longa vel brevia, rotunda vel oblonga, acuta vel minus acuta.

3 Ratione materiæ, alia fiunt ex *argento*, ut ſtyli pro inveſtigandis vulneribus, catheteres, cannulæ, acus pro deponenda cataracta, cujus tamen extremitas utplurimum & quidem optime e chalybe paratur, ſpathæ; alia ex *ferro*, vel chalybe potius, ut forfices,

fices, forcipes, novaculæ, lanceolæ, ſcalpella, ſerræ; ex *ſtanno* alia, ut ſiphones; alia ex vitro, orichalco vel cornu ut *Cucurbitulæ*; ex lino alia, ut varii generis faſciæ, ſplenia.

V. *Remedia.*

Sunt vel *interna*, vel *externa*.

1 *Interna*, quæ Chirurgi noſtrates adhibent, in *Decoctis* ſaltem vulnerariis conſiſtunt, reliqua, ſi quibus opus eſt, Medici Directorio committi debent.

2 *Externa* varia ſunt, nimirum *Cataplaſmata*, *Emplaſtra*, *Epithemata*, *Fomenta*, *Suffimigia*, *Gargariſmata*, *Injectiones*, *Clyſteres*, *Unguenta*, *Balſama* &c.

VI. *Finis.*

1 Chirurgiæ finis idem eſt ac Medicinæ, ſtricte ſic dictæ, ut nimirum læſiones corporis humani removeantur.

2 Differunt in eo, quod hæc magis circa internas læſiones ſit occupata, illa circa externas.

3 Adhibet Medicina pro fine ſuo obtinendo remedia e triplici regno deſumta, Chirurgia inſtrumenta magis quam remedia interna.

4 Reſpicit Chirurgia magis mala circa ſolidas partes externe evenientia, Medicina vero læſiones partium & fluidarum & ſolidarum interne contingentes.

VII. *Cautelæ & Obſervationes.*

1 Medicinæ & Chirurgiæ perpetuus debet eſſe nexus, nullus enim perfecti Medici titulum meretur, qui non Chirurgiæ cognitione probe eſt imbutus, & vice verſa Chirurgiæ nemo poteſt ex omni parte ſatisfacere, niſi & corporis humani ſtructuram & remedia, fini ſuo convenientia, cognoſcat.

2 Anatomia cuique Chirurgo maxime eſt neceſſaria: ab hujus enim neglectu innumeri errores ſuam habent originem.

3 Male olim Chirurgia Practica, tanquam pars admodum nobilis a Medicina fuit ſeparata: dantur enim caſus, ubi nil ſolidi perficitur, niſi perſona, quæ hanc artem exercet, utraque ſit inſtructa.

4 Interim rara hæc avis eſt, quæ hodie apud pauciſſimos invenitur Medicos.

5 Sufficit autem, rebus ſic ſtantibus, cum pars hæc in ſpeciale artificium tranſierit, Medicum ejuſdem exactam habere cognitionem, ut quid ante, in & poſt operationem agendum ſit, ordinare poſſit.

6 Chirurgi autem a Medicinæ ſacris, quæ hodie communiter impuris manibus i. e. indocta mente ingredi conantur, abſtineant, & potius cognitionem partium ſolidarum ſitus atque figuræ, nec non ipſarum Operationum Chirurgicarum actualem Praxin cum encheiriſibus ſibi commendatas habeant. Sic & Medici & Chirurgi, quivis cum laude ſuo poterit defungi officio.

7 Chirurgia ſtricte ſic dicta ſaltem occupata eſt circa Operationes tam generales quam ſpeciales; adeoque non confundenda eſt cum Pharmacia & Diæta, circa quas plures Auctores admodum ſunt prolixi.

DE OPERATIONIBUS GENERALIBUS.

1. *De Exploratione.*

I. *Definitio.* EXploratio eſt actio, mediante qua ad certiorem alicujus rei dignotionem pervenire contendimus.

II. *Differentia.*

1 Alia fit *ratiocinatione*.

2 Alia *ſenſibus externis*: tactu, viſu, olfactu, auditu.

3 Alia *inſtrumentis*.

III. *Modus.*

1 *Ratiocinatione* utimur, quando læſiones ſunt abſconditæ, ita ut in ſenſus externos haud incurrant, ubi ex prægreſſis & conjunctis ſymptomatibus pro re nata ferimus judicium; quale quid in læſionibus cranii, abſceſſibus internis &c. contingit.

2 *Senſus externi* vario nobis inſerviunt modo: vel enim *tangendo* tumores, fracturas & ſimilia exploramus; vel *inſpiciendo*, vulnera, ulcera dignoſcimus, ubi quandoque etiam in profundis læſionibus inſtrumenta dilatatoria in uſum trahimus, ut eo melius oculis noſtris pateant, v. g. Speculum oris, ani, matricis; vel *olfactu* de puris natura judicamus; vel *audiendo* de extravaſationibus humorum gravioribus, fracturis &c. concludimus.

3 *Inſtrumentis* nobis opus eſt, quando profunditas vulneris & ulceris a nobis exploranda eſt, ubi ſtylos plerumque argenteos adhibemus: In calculo veſicæ explorando ſpecialiter inſervit nobis Catheter. Pertinent etiam huc turundæ, quæ ulcera profunda, oſſa carioſa ſæpius nobis manifeſtant.

III. *Cautelæ & Obſervationes.*

1 In læſionibus, quæ non admodum ſunt manifeſtæ, maxime opus eſt exploratione, ne juſto citius ad Operationem properemus.

2 Ad explorationem, eo melius proficiendam, multum contribuit juſtus patientis ſitus & tranquilla ejuſdem continentia.

3 Styli, qui in explorationibus adhibentur, nulla vi, ſed leniter ſunt intrudendi; alias maximos non tantum pariunt dolores, ſed dilacerant quandoque partes adhuc illæſas.

2. *De Faſciatione.*

I. *Definitio.*

Faſciatio eſt operatio, qua læſiones corporis mediantibus faſciis deligantur, & ſplenia, Cataplaſmata, emplaſtra, vel alia, quæ imponi ſolent, obfirmantur.

II. *Differentia.* Faſciæ differunt

1 Ratione *materiæ*: aliæ fiunt ex corio, aliæ ex panno laneo, ex tela linea aliæ, quæ ultimæ maxime ſunt ſolennes.

2 Ratione figuræ, ſunt

a Vel longæ vel breves

b Latæ vel anguſtæ.

c Simplices, ex linteo unico conſtantes, vel compoſitæ ex pluribus faſciis conjunctis aſſutæ.

d Communes, pluribus operationibus inſervientes, vel propriæ, ad hanc vel illam tantum Operationem *ſpecialem pertinentes*.

3 Simplices iterum ſunt vel *glomeratæ vel extremis partibus* ſciſſæ.

4 Glomeratæ vel ex uno tantum capite ab una extremitate ad alteram convoluto, vel ex duobus capitibus, utraque extremitate verſus medium æqualiter complicata, conſtant.

5 Et ex his generalibus diviſionibus exurgunt differentiæ ſpeciales faſciarum, huic tantum vel illi operationi inſervientium, ampliſſimumque conſtituentium campum, quas in Chirurgia ſpeciali accuratius perſpicere licebit.

6 Porro quælibet faſcia ratione formæ dividitur in corpus & capita. Capita nihil aliud ſunt, quam quatuor extremitates, eæque vel longitudinales vel laterales. Corpus vocatur illud, quod inter 4. extremitates medium occupat locum.

III. *Modus applicandi.*

In faſciarum applicatione

1 Juſtus patientis ſitus requiritur.

2 Deligatio autem ratione intentionis & caſuum variat: quandoque enim initium deligandi a faſciarum extremitatibus fit, quandoque ab earundem medio, quandoque vero proximo ab extremitatibus loco.

3 Differt etiam deligatio ratione partis, in qua illa facienda eſt, ſæpius enim immediate in loco affecto deligationem incipimus, quandoque in parte vicina, non raro etiam in parte oppoſita.

4 Modus deligandi eſt vel ſimplex, quando unicum & ſimplicem tantum obſervamus tractum, vel *compoſitus*, ſi diverſi tractus adhibentur. Simplex eſt vel *æqualis* vel *inæqualis*.

a Æqua-

a *Æqualis simplex* circulariter fit, quando fascia aliquot vicibus circa partem convolvitur, ut extremitates laterales *sibi exacte* correspondeant, & unicum quasi circulum efficiant.

b *Inæqualis simplex* quatuor comprehendit species:
1 *Asciam*, qua circumvolutiones vel inferiora vel superiora versus producuntur & paulatim declinant.
2 *Simam* sive *incurvatam*, quando circumvolutiones adhuc magis oblique fiunt, sese tamen semper in declinando excipiunt.
3 *Repentem*, quando tractus se invicem non contingunt, sed spatia aperta inter se relinquunt.
4 *Inversam* seu reduplicatam, quando ob partis inæqualitatem fasciæ ductus invertuntur & reduplicantur.

c Compositæ etiam variant, prout quæque pars affecta requirit.

IV. *Usus*.
1 Ut retineant medicamenta & splenia.
2 Ut membra luxata & fracta in situ justo conservent.
3 Ut labia vulnerum comprimant.
4 Ut in abscessibus & ulceribus effluxum materiæ in profundo vel declivi delitescentis adjuvent.
5 Ut in quibusdam casibus affluxum nimium humorum prohibeant.

V. *Cautelæ & Observationes*.
1 Fasciæ efformandæ sunt ex linteaminibus mundis, aliquali usu jam contritis.
2 Non autem nimis molles debent esse, ne in operatione rumpantur.
3 Melius est, si secundum staminum rectitudinem sunt scissæ, quam transverse.
4 Neque etiam nodis, futuris aut limbis præditæ sint, ne molestiam parti affectæ pariant.
5 In deligatione, nec nimis arcte, nec laxe nimis sunt constringendæ.
6 Per constrictionem nimiam facile inflammatio & Gangræna excitatur.
7 Quando dolorem parit deligatio, signum est constrictionis justo majoris.
8 A quavis legitima deligatione aliqualem tumorem exurgere necesse est, qui si mollis, indolens & mediocris sit, justam indigitat fasciationem, si durus atque valde dolorificus, nimiam constrictionem, si vero plane nullus apparet, justo majorem laxitatem arguit.
9 Finis ipsius deligationis non in loco immediate affecto fieri debet, facile enim exinde dolor excitatur.
10 Quando latera fasciarum ab effluxo forte humore conglutinata sunt, & sibi cohærent, emollire eadem prius decet, vel per oleum olivarum, vel vinum calefactum.
11 Loco fasciarum adhibentur quandoque laquei, quando nimirum fortiori modo aliquid constringi debet v. g. in castratione, si testiculi sunt abscindendi, in amputationibus, si effluxus sanguinis nimius præcavendus est.

3. *De Splenicrum applicatione*.

I. *Definitio*.
Splenia sunt panni linei, aliquoties complicati, partibus affectis, pro replendis cavitatibus vel læsionibus a frigore defendendis, impositi.

II. *Differentia*.
1 Ratione formæ: alia sunt *quadrata*, alia *oblonga*, splenis quasi figuram referentia, a qua splenia nomen reportavere, *rotunda* alia, alia *triangularia*, alia integra, scissa alia, alia longa, alia brevia.
2 Ratione modi imponendi: alia sunt *sicca*, alia *humida*.

III. *Materia*.
Fiunt splenia haud ex alia materia, quam pannis lineis, aliquali usu jam contritis, futuris, nodis & limbis destitutis & nulla immunditie præditis.

IV. *Usus*.
1 Inserviunt pro implendis cavitatibus, v. g. quæ occurrunt in pedibus, vel brachiis.
2 Fasciationi auxilium præstant, ut eo firmius possit fieri.
3 Remedia imposita contegunt.
4 Ipsam partem affectam calore blando fovent, ut a frigore nullas injurias patiatur.

V. *Cautelæ*.
1 Splenia neque crassa nimis, neque tenuia esse oportet.
2 Efformanda sunt ratione casuum & partium læsarum diversa forma.
3 Nullis rugis aut inæqualitatibus debent esse prædita; alias dolorem pariunt.

DE OPERATIONIBUS SPECIALIBUS.

I. De Synthesi.

I. *Definitio*. Synthesis est Operatio Chirurgica, qua ea, quæ sunt separata, iterum conjungere conamur.

II. *Differentia*.
1 Exercetur Synthesis vel in partibus duris & osseis, vel mollibus & carnosis.
b Idque, vel quoad in continuitate sunt læsæ, ut in fracturis, carie, vulneribus, ulceribus; vel in contiguitate, ut in luxatione, prolapsu intestinorum, omenti, uteri &c.

I. De Synthesi partium durarum.

I. De Fracturis.

I. *Definitio*. Fractura est separatio continui, in partibus osseis, a vi quadam externa facta.

II. *Differentia*.
1 Est vel *simplex*, præter fracturam ossis nihil insoliti conjunctum habens; vel *composita*, vulnere, luxatione, inflammatione simul stipata.
2 Simplex, ratione modi, sit vel *transversim*, vel per *longitudinem* ossis, ubi fissura audit, vel *confuse*, ita ut os in plura frustula & lamellas comminuatur.
3 Differt etiam ratione partis, alia enim fit in pedibus, in brachiis alia, alia in costis, in scapulis, aliquando etiam in capite.

III. *Causa*.
Est vis quædam externa, lapsus, ictus, contusio fortior, rarissime interna.

IV. *Signa*.
1 Præcedit lapsus, ictus aut vis quædam externa.
2 Præter dolorem, quem ægrotus in parte affecta percipit, movendi facultatem amittit.
3 Sequitur fractæ partis intumescentia æqualis, utplurimum etiam inflammatio.
4 Hanc vero, si gravior fuerit, neglectam comitatur quandoque abscessus & Gangræna.
5 Aliquando membrum, in quo accidit fractura, altero fit brevius.
6 Cognoscuntur autem species fracturæ, partim ex ipso tactu, partim ex concomitantibus symptomatibus, utpote quæ in fissura admodum tarde, quamvis deinde satis violenter, se produnt; si vero simpliciter per transversum os frangitur, mitiora symptomata sequuntur, quam si cum comminutione contingit fractura.

V. *Prognosis*.
1 Fractura, quæ æqualiter & transversim fit, curatu facilior, quam quæ oblique, & cum prominentia extremitatum contingit.
2 Quando ossa fracta e loco sunt propulsa, curatio diffi-

difficilius procedit, quam ſi priſtinum locum haud deſeruere.
3 Melius eſt, ſi unum tantum os eſt fractum, quam duo, ubi majus periculum.
4 Quæ circa mediam partem contingit, melioris notæ cenſetur, quam quæ circa oſſis capita fit.
5 Si os in plura fruſtula comminuitur, periculoſum eſt, propter vulnera & læſiones partium membranacearum, quibus facile abſceſſus ſupervenit.
6 Quæ circa partes tendinoſas contingit, periculoſior eſt, quam quæ in partibus muſculoſis evenit.
7 Fiſſura Cranii admodum eſt periculoſa.
8 Oſſa arida & lue Venerea conſumta, facilius franguntur, quam ſucculenta, robuſta.
9 Fracturæ cum vulnere fientes, ſemper periculoſiores ſunt quam ſimplices: quia non raro Inflammationem, Gangrænam & Convulſiones pariunt.
10 Oſſa fracta utplurimum intra 20. 30. dies conſolidantur, quod ſi vero majora ſint, expoſcunt quandoque 50. vel 60. dies.
11 Facilius autem conſolidatio in junioribus & vegetioribus procedit, quam ſenibus & emaciatis.
12 Oſſa ſemel fracta & curata, ſi iterum franguntur, nunquam in priori loco, ſed in alio fracturam patiuntur.

VI. *Cura*.
1 Quando de fractura oſſis certi ſumus, membrum vel manibus vel habenis tantum eſt extendendum, quantum patientis ætas, oſſis magnitudo, repoſitionis dilatæ mora requirit.
2 Deinde ad priſtinam reducendum eſt figuram, impellendo ubique extremitates & inæqualitates ad conſuetum locum, quem ante fracturam poſſederant, cujus rei feliciter peractæ & doloris mitigatio & æqualitas partis ſuccedens nos certiores reddit.
3 Hoc facto, fractura Emplaſtro Catagmatico eſt munienda, & deliganda per duas faſcias, unam longiorem, alteram breviorem, quarum hæc ſurſum verſus, illa vero primo deorſum, deinde etiam ſurſum circumvolvitur.
4 Ut autem hæc repoſitio eo firmius conſervetur, conſuetudo & neceſſitas fert, ut partem deligatam ferulis ſive plangulis ligneis vel chartaceis craſſioribus obfirmemus.
5 Imo pro majori ſecuritate & feliciori conſolidatione præter hæc membrum affectum in convenienti ſitu eſt detinendum, quod vel in capſula lignea, vel pulvinari molliuſculo fieri poteſt, cavendo, ne pars affecta neque ſurſum, neque deorſum nimis inclinet: quia utrumque membri repoſiti æqualitatem mutare poteſt. Sit igitur hæc poſitio æqualis, paululum tamen ſurſum verſus directa.
6 In fiſſura, ſi abſceſſus ſuperveniat, aperiendus eſt ſcalpello & caries oſſis, ſi quæ adeſt, auferenda remediis vel inſtrumentis convenientibus.
7 Si fractura levior cum vulnere fuerit conjuncta, primo, poſt factam extenſionem, repoſitionis ratio eſt habenda, poſtea vulneris labia futuris vel emplaſtris vulnerariis ſunt tractanda.
8 Quod ſi vero aliquid de oſſe fracto promineat & extremitas ab aere corrupta ſit, hæc antequam os reponatur, lima erit abradenda, vel forcipe abſumenda, interim difficillima eſt harum fracturarum tractatio.
9 Si os in fruſtula plura fuerit comminutum & cum vulnere conjunctum, ea, quæ ſunt ſeparata, eximenda ſunt, quæ vero adhuc cohærent, naturæ committantur: ipſa enim eadem vel conſolidabit vel ſuo tempore foras extrudet.
10 Interim hic maxima prudentia agendum eſt, ut nimirum ſymptomata graviora ſupervenientia præcaveantur.
11 Conſultum igitur eſt, ſtatim ab initio poſt impoſitum Emplaſtrum Catagmaticum partem affectam exquiſitis Diſcutientibus nervinis & Camphoratis munire.
12 Haud fortiter etiam deliganda eſt pars, facile enim ſtaſis & corruptio contingit; unde frequentiori deligatione & conſpectione opus habet.

VII. *Cautelæ & Obſervationes*.
1 Si Chirurgus adveniens magnam in parte affecta deprehendat inflammationem, eidem mederi prius oportet, antequam repoſitio inſtituatur.
2 In fractura ſimplici membrum tantum eſt extendendum, ut alterum in magnitudine adæquet; quod ſi exterius undique æquale & circa locum affectum vacuitas quædam conſpiciatur, bene ſe res habet.
3 Repoſitionem membri juſtam ex æqualitate ejuſdem colligito.
4 Antequam faſciatio inſtituatur, partem affectam ſpiritu vini; vel vino rubro calefacto illinire decet, poſtea Emplaſtro Catagmatico contegere.
5 Interne pro Callo promovendo exhibentur quandoque decocta vulneraria.
6 Neceſſaria etiam in quibuſdam caſibus ſunt Venæſectio, lenes purgationes vel clyſteres.
7 Deligatio non nimis arcte eſt inſtituenda: juſta eſt, ſi dolorem tolerabilem & tumorem mollem digitis cedentem pariat.
8 In ſimplici fractura poſt tertium vel quartum diem faſcia ſunt reſolvendæ, & ſi tunc omnia æqualia reperias, repoſitionem ex voto ſucceſſiſſe concludas.
9 Fracturæ cum comminutione difficulter admodum reponuntur, eo igitur tantum reſpiciendum, ut durante curatione membrum, quantum poſſibile, in juſto ſitu & naturali conformatione detineatur.

2. *De Luxationibus*.

I. *Definitio*.
Luxatio eſt mutatio ſitus naturalis oſſium, motum naturalem impediens, cauſæ vel externæ violentæ, vel internæ originem debens.

II. *Differentia*.
Alia eſt *totalis*, quando univerſum oſſis caput e ſinu prolabitur, quæ proprie luxatio ſive diſlocatio appellatur, alia *partialis*, ſi quoad partem tantum os extra ſinum ſuum protruditur, quæ *ſubluxatio* audit.

III. *Cauſa*. Eſt vel externa vel interna.
1 *Interna* eſt vel laxitas ligamentorum, vel paralyſis nervorum, vel nimius humorum influxus.
2 *Externam* conſtituunt caſus, ictus, extenſio nimia.

V. *Signa*.
1 Conſpicitur in loco, in quem os ſeceſſit tumor, in illo vero, quem deſeruit, cavitas.
2 Motus non amplius eodem modo, qui prius membro fuit ſolennis, poteſt exerceri.
3 Membrum ut plurimum brevius, quam antea fuerat, evadit.

V. *Prognoſis*.
1 Quo magis inveterata eſt luxatio, eo curatu difficilior.
2 Facilius repoſitio in junioribus, quam ſenibus procedit; in brachiis, quam pedibus.
3 Capitis luxatio lethalis.
4 Vertebrarum admodum periculoſa.
5 Luxatio oſſis femoris curatu difficillima.
6 Maxillæ quandoque periculoſa, ob ſuccedentes Convulſiones.
7 Quæ cauſæ internæ originem debet, ſemper difficilem curationem admittit.

VI. *Curatio*.
1 Membrum luxatum eadem ratione, ac in fractura præcepimus, eſt extendendum, idque vel ſolis manibus, quod in luxatione recenti communiſſime fit, vel laqueis aut faſciis, vel inſtrumentis ſive machinis peculiaribus, ut in luxationibus gravioribus, vel magis jam inveteratis.
2 Si ſatis extenſum eſt membrum affectum, quod ex cavitate quadam inter utriuſque oſſis extremitatem ſeſe repræſentante colligitur, reducendum eſt in primum locum, cujus rei feliciter peractæ ipſe ſonus, in reductione partis ſeſe prodens, ſolet eſſe teſtis.
3 Ne autem membrum reductum ob tendinum & ligamentorum laxitatem iterum excidere poſſit, proſpiciendum eſt eidem convenienti deligatione, me-

mediantibus fasciis & spleniis peragenda.
4 Et hæc deligatio ante quintum vel sextum diem, si nulla symptomata hoc peculiariter requirant, haud est resolvenda.
5 Membrum etiam reductum non tantum in convenienti situ, sed etiam justa quiete detineatur, ut partes relaxatæ debitum iterum possint acquirere robur.

VII. *Cautelæ & Observationes.*
1 Quod si luxationi ante repositum membrum inflammatio jam supervenit, antequam membrum reducatur, eadem prius discutienda est.
2 In extensione cavendum, ne partem reducendam excipiendæ extremitatibus fortius allidamus, ex quo satis gravia quandoque sequuntur symptomata.
3 Observandum etiam, ut in reductione membri naturalis situs atque figura servetur, ne musculorum aut ligamentorum contorsio fiat.
4 In omni Luxationis tractatione sufficiens Anatomiæ cognitio requiritur, alias Chirurgus maximos committere potest errores.

3. De Carie.

I. *Definitio.*
Caries est erosio ossium, vel a corruptis humoribus vel vi externa ossa maximopere lædente originem trahens.

II. *Signa.*
1 Ossa in superficie sunt inæqualia, aspera, & spongiosam quasi tumescentiam referentia.
2 Gryseo vel nigricante colore prædita sunt, & friabilem præ se ferunt texturam.
3 Caro vero, qua conteguntur, est spongiosa, mollis, pallida, inflata.
4 Et si, medicamentorum ope, Cicatricem format, facile iterum in ulcus dissolvitur.

III. *Causa.*
1 Vulnerationes graviores, cum ossium diuturno refrigerio.
2 Contusiones ossium vehementes per casum, ictum &c.
3 Humores cacochymici, salso corrupti, in ossa vim suam exerentes.
4 Medicamenta acria, acida, ossibus inimica.

IV. *Prognosis.*
1 Abscessus & ulcera solide curari haud possunt, quam diu caries subest: facillime enim, etiamsi curatæ videantur, levi ex causa iterum disrumpuntur.
2 Quo major nervorum, vasorum sanguiferorum & tendinum concursus adest, eo difficilius cura procedit.
3 Difficilis etiam est curatio, ubi ulcus in loco a carie longe remoto sese sistit, adeoque cariei locus incertus est.

V. *Cura.*
1 Absumitur caries vel medicamentis vel ferro.
2 Medicamenta, quæ huc pertinent, debent esse penetrantia balsamica ex Spir. Vin. rectificatiss. cum succino, myrrha, terebinthina &c.
3 Ferrum in profundiori ossis corruptione adhibitum, vel rasione vel ustione vim suam exerere debet.

VI. *Cautelæ & Observationes.*
1 Septica, e Venerea prosapia desumta, in ossium carie nocent magis quam prosunt.
2 Mercurialia etiam septica non semper tuta observantur.
3 Peculiare quid oleum Cinamomi verum, nec non Caryophyllorum ad ulteriorem corruptionem præcavendam exerere observatur.

II. De Synthesi partium mollium.

1. De Vulneribus.

I. *Definitio.* Vulnus est divisio unitatis, in partibus mollibus sive exanguibus facta, a causa vel interna vel externa violenta originem habens.

II. *Differentia.*
1 Aliud est *simplex*, aliud *compositum* cum contusione, fractura, luxatione complicatum.
2 Ratione *formæ*, aliud est *rectum*, aliud *obliquum*, *magnum* aliud, aliud *parvum*, *profundum* vel *superficiale*.
3 Ratione *partis*, fit vel *externe* in artubus, capite, abdomine, vel *interne* in visceribus, vasis vel similibus partibus.
4 Ratione *eventus* est vel *lethale*, vel *non lethale*.

III. *Causæ.*
Omnia huc pertinent, quæ continuitatem partium corporis nostri mollium vi quadam solvere solent, v. g. gladii, cultri, vitra, acus, dentes, & similia acuminibus & cuspidibus in extremitatibus prædita, nec non ea, quæ magna vi partes nostras corporis contundunt, & premunt & hac ratione unitatem earundem solvunt.

IV. *Signa.*
1 Externa sensibus patent.
2 Interna ex Pathologia speciali sunt petenda.

V. *Prognosis.*
1 Vulnera quæ in partibus carnosis contingunt, facilius curantur, quam in exanguibus.
2 Vulnera vasorum majorum utplurimum sunt lethalia.
3 Quæ in nervis majoribus eveniunt, difficulter curantur, quandoque etiam mortem post se trahunt.
4 Quo nobilius est viscus, & pluribus vasis & nervis est præditum, eo majus a vulnere periculum eidem imminet.
5 Quæ in extremitatibus fiunt non tantum periculum post se trahunt, ac quæ in ipsum visceris medium sese extendunt.
6 Nervi, arteriæ & venæ partim tantum dissectæ, majora incommoda conjuncta habent, ac si prorsus solutæ fuissent.
7 Febris, vomitus, & convulsiones vulneribus supervenientes, periculosæ.
8 Vulnera, ab instrumentis venenatis vel ejusmodi animalibus ortum habentia, utpl. sunt lethalia.
9 Cordis vulnera semper sunt lethalia.
10 Vulnera spinalis medullæ, proxime circa caput inflicta, lethalia.
11 Lethalia etiam sunt vulnera pulmonum profunda, nec non hepatis.
12 Vulnera ventriculi curari posse, præter cultrivorum varia exempla probant, quæ vero in orificio superiori contingunt, ob concursum nervorum lethalia observantur.
13 Vulnera Vesicæ & renum, non quidem absolute sunt lethalia, interim ob Urinæ concursum curatu satis difficilia.
14 Quæ diaphragmati infliguntur & quidem ejusdem parti nerveæ, admodum sunt periculosa.
15 Quæ lienis ipsum centrum transeunt, lethalia, secus, si saltem superficiem tangunt.
16 Vulnera, quæ punctione aut sectione fiunt, facilius curantur, quam quæ contusione.

VI. *Curatio.*
1 Ipsa natura mediante suo balsamo naturali, quem secum vehit, omnia vulnera curat.
2 Nostrum est, ut impedimenta removeamus, & Naturam in opere suo adjuvemus.
3 Huic scopo satisfaciendo opus est, ut vulneris divisa labia conjungamus.
3 Hæc ubi cruenta non amplius sunt, sed callosa, mediante forfice iterum cruenta reddantur.
5 Tum vel fasciatione, vel sutura combinentur, ut natura officio suo defungi possit.

6 Prius mediantibus fasciis, iisque vel brevioribus, vel longioribus, prout pars affecta requirit, peragimus; posterius aut glutine aut acu, ex una parte cuspide triangulari, ab altera filo lineo vel serico prædita, perficimus, cavendo semper ne partes tendinosas aut nerveas lædamus.

7 Fit autem sutura variis modis, interdum enim acum unam alteramque in carne relinquimus, iisque fila circumducimus, quale quid in labiis leporinis aut profundis vulneribus contingit, aliquando vero modo vulgari fila sæpius traducimus, & labia consuimus, relinquendo inter singula puncta justum intervallum, ut oræ convenienti modo adduci & sese contingere possint, nec non parvam portionem apertam, turundæ insertioni inservientem, ut puri superfluo detur exitus, quod præprimis in magnis vulneribus est observandum.

8 Plerumque suturæ opus non est, sed sufficit deligatio, idque in vulneribus secundum longitudinem membri factis, & non admodum profundis.

9 In vulneribus faciei loco suturæ stricte sic dictæ, pro deformitate præcavenda, adhibemus quandoque suturas siccas, quæ cum medicamentis glutinosis fiunt.

10 In magnis quoque vulneribus, cum Hæmorrhagiis nimiis conjunctis, in usu quandoque sunt peculiaria instrumenta, compressioni arteriarum & venarum inservientia, vel loco horum cauteria potentialia, compressis & fasciis firmanda.

11 Imo si alia gravia symptomata v. gr. lipothymiæ, febris, inflammatio, dolores concurrant, aut superveniant, convenientibus remediis iisdem est succurrendum.

VI I. *Cautelæ & Observationes.*

1 In hæmorrhagiis vulnerum gravioribus cauteria potentialia præ aliis usum habent.

2 Ligaturæ nimiæ quandoque Gangrænam inducunt.

3 Si aliquid heterogenei in vulneribus reperitur, ante consolidationem eximendum est.

4 Sanguis etiam coagulatus mediante suctione aut expressione evacuandus est, ut minora symptomata succedant.

5 Quod si vero hæmorrhagia adhuc metuitur, coagulum omne ex venis haud debet auferri.

6 In vulneribus haud adeo profundis, sanguini effluenti conveniens debet concedi exitus, postea vasa sunt exprimenda, sic facilius procedet consolidatio.

7 Sutura convenit tantum in vulneribus transversim inflictis, aut ubi magna pars pendula hæret, vel quando fasciationi soli locus non conceditur.

8 Digestivis in recentibus vulneribus opus haud est, sed sufficiunt sarcotica.

9 Ubi vero vulnera aperta servantur, aut sanguis extravasatus in pus abiit, digestiva sarcoticis sunt præmittenda.

10 In vulneribus carnosis pro scopo vulnerario conducunt balsama temperatiora, in tendinosis vero & nerveis magis calidiora, cavendo a pinguibus & unguinosis.

2. *De Ulceribus.*

I. *Definitio.*

Ulcera sunt solutiones continui in partibus mollibus plerumque exanguibus sientes, a corruptione sero-lymphaticæ substantiæ originem habentes.

II. *Differentia.*

1 Ratione *formæ*, alia sunt *parva*, alia *magna*, *lata* alia, alia *angusta*, *profunda* vel superficialia.

2 Ratione *temporis*, alia sunt *antiqua*, alia *recentia*.

3 Ratione *eventus*, alia sunt *rebellia*, alia *minus rebellia*, *periculosa* alia, alia *absque periculo*.

4 Ratione *partis*, modo in brachiis vel pedibus, modo in facie, mammis, inguine aliisque partibus eveniunt.

5 Distinguenda etiam ab abscessibus, utpote qui carnosas magis partes pro sede agnoscunt, ulcera vero magis glandulosas, membranaceas & osseas ubi cariem constituunt.

III. *Causa.*

Est vel *interna*, a corruptione seri originem trahens, vel *externa* ambustioni, contusioni, medicamentis corrosivis ortum debens.

II. *Signa.*

1 Cognoscuntur ex materia ichorosa, saniosa, limpida, acri.

2 Non tantam ac Apostemata, imo sæpissime nullam inflammationem conjunctam habent.

3 Et propterea etiam neque tam sensibili stipata sunt dolore.

4 Internorum ulcerum signa ex Pathologia speciali petenda sunt.

V. *Prognosis.*

1 Ulcera, quo diffusioris sunt ambitus, eo difficilius curantur.

2 Quo magis sunt inveterata, eo minus tuto consolidantur.

3 Sanies multa, tenuis, deterioris coloris, ulcus malæ notæ portendit.

4 Quæ cum multa manatione conjuncta sunt ulcera, difficilem curationem admittunt.

5 Quo magis a partibus sanguineis sunt remota, eo magis rebellia.

6 Contumaciissima sunt ulcera in glandulosis partibus evenientia.

7 Ulcera nervorum, partiumque exquisito sensu gaudentium, sunt periculosa.

8 Omnia ulcera interna magis sunt periculosa, quam externa.

9 Aqua inter cutem laborantibus ulcera in corpore facta difficulter sanantur. *Hipp. Aph. 8. Sect. VI.*

10 Si ulcus, postquam curatum est, recrudescat, de carie subjecti ossis metuendum est.

VI. *Curatio.*

1 Requirunt ulcera sufficientem absterſionem, quod per septica medicamenta fieri debet.

2 Deinde ulcere probe absterso adhibeantur digestiva cum balsamicis mixta, ut tumor vicinæ partis emolliatur, & ulcerosa sanies evacuetur.

3 Tandem subjungantur Sarcotica, non neglectis circa ipsam partem discutientibus.

4 Imprimis autem convenienti Diæta uti oportet, ut dyscrasia sanguinis corrigatur, imo pro eodem scopo necessaria quandoque sunt interna sanguinem mundificantia.

VII. *Cautelæ & Observationes.*

1 Ulcera quo sordidiora sunt, eo exquisitiora abstergentia exposcunt.

2 Quando labia ulceris callosa sunt, emollire eadem & callum absumere oportet.

3 Et si medicamenta scopum nostrum non adimplent, scarificanda sunt labia vel callositas forfice auferenda.

3. *De Prolapsibus sive Procidentiis.*

I. *Definitio.*

Prolapsus sunt mutationes situs naturalis partium mollium in contiguitate læsarum, extensioni & relaxationi nimiæ ortum debentes.

II. *Differentia.*

Alii fiunt in inguen, in scrotum, in umbilicum, ut intestinorum & omenti, ob extensionem & relaxationem peritonæi: alii extra vaginam uteri, ut uteri cum vagina ejusdem ob ligamenta uteri relaxata: alii extra anum, ut intestini recti cum sphincter ani ob hujus relaxationem.

III. *Causa.*

1 Causa immediata omnium prolapsuum est partium affectarum nimia relaxatio & extensio.

2 Causa vero mediata, occasionalis & antecedens ratione speciei ipsius prolapsus varia esse potest: sic in hernia umbilicali & inguinali nimius corporis nisus, tussis nimia, saltus, vociferatio, in prolapsu uteri infelix puerperium & incondita uteri tractatio, in procidentia ani, tenesmus nimius & ani

refrigerium, vel paralyſis nervorum anſam præbere poſſunt.

II. *Signa*,

1 In prolapſibus inteſtinorum conſpicitur tumor mollis, fere indolens, modo in umbilico, modo in inguine, modo in ſcroto.

2 Manu compreſſus, vel ægro reſupino jacente, quod imprimis noctu fit, retrocedit:

3 Quandoque vero immania tormina ſuperveniunt, ob fæces in inteſtinis ſtagnantes & reductionem prohibentes.

4 Uteri procidentiam ex relatione paupercularum patientium percipimus.

5 Tumor quandoque extra pudenda conſpicitur, quandoque vero inter vaginæ confinia ſubſiſtit:

6 Plerumque dolorem hypogaſtrii, lumborum & oſſis ſacri conjunctum habet.

7 Anus prolapſus cuilibet ſeſe manifeſtat, nec ullis ſignis indiget.

V. *Prognoſis*.

1 Hernia umbilicalis & inguinalis in junioribus facilius curatur, quam in adultis.

2 Utraque quo magis inveterata, eo minus curabilis.

3 Quando inteſtina non reducuntur, facile ſtagnatio fæcum contingit, exinde vero inflammatio inteſtinorum, tandem Gangræna & mors.

4 Quo magis itaque reductio negligitur, eo majus periculum expectandum eſt.

5 Uteri procidentia quo major & diuturnior eſt, eo curatu difficilior.

6 Nunquam eſt lethalis, niſi negligatur, ut partes prolapſæ corruptionem concipiant.

7 Interim moleſtiſſimus eſt affectus, qui inſuper ſterilitatis poteſt eſſe cauſa.

8 Anus prolapſus in junioribus faciliime reponitur, in ſenioribus quandoque admodum difficulter.

9 Frequentiſſime Dyſenteriæ & Diarrhœæ ſolet eſſe comes, quibus curatis & ipſe facili negotio curari ſolet.

10 Quando ex paralyſi nervorum oritur, malum admodum rebelle, imo plerumque incurabile eſt.

11 Si inteſtinum prolapſum diu negligatur, ita ut ab aere alterari & corrumpi poſſit, maxime periculoſum.

VI. *Cura*,

1 Eo reſpiciendum ubique eſt, ut partes prolapſæ reducantur in priſtinum locum.

2 Fit hæc reductio vel manibus concurrente commodo patientis ſitu, vel fomentis & autocratico Naturæ concurſu.

3 Ut autem reductæ partes in loco ordinario detineantur, utimur faſciis & ſubligaculis, uti hoc in herniis in uſu eſſe conſuevit, vel peſſariis circularibus e ſubere confectis, utero repoſito in loco ſuo detinendo inſervientibus, vel medicaminibus ſubadſtringentibus & roborantibus, ut in ano reducto.

4 Ubique etiam congrua medicamina interna, & præcepta Diætetica ordinamus, ut eo melius ſcopo noſtro potiamur.

VII. *Cautelæ & Obſervationes*.

1 Antequam prolapſus reponantur, ad faciliorem reductionem, fomenta emollientia in uſum trahere convenit.

2 In reductione nulla vi uti oportet, alias facile inflammatio ſequitur.

3 Herniæ diu neglectæ, ſi partes jam ſibi ſint annatæ, nullam abſque Chirurgica operatione reductionem patiuntur.

4 In procidentia ani præprimis frigus eſt evitandum, item niſus fortior in excernendis fæcibus.

II. De Diæresi.

I. *Definitio*.

Diæreſis eſt operatio Chirurgica, mediante qua continuitatem, vel in duris, vel in mollibus corporis noſtri partibus, ſeparamus.

II. *Differentia*,

1 Exercetur Diæreſis vel in duris vel mollibus partibus.

2 Ratione modi operandi, fit vel perforatione ſeu terebratione, vel raſione, ſeu limatione, vel ſerratione, idque in partibus duris; vel ſectione & punctione, in partibus mollibus, vel uſtione in utriſque.

I. De Diæreſi partium durarum.

1. *De Trepanatione*.

I. *Definitio*.

Trepanatio eſt Operatio Chirurgica, qua per Trepanum ſeu Modiolum oſſa ob intus latitantem cauſam perforamus, & portionem eorundem exſcindimus, ut ad locum immediate affectum perveniamus.

II. *Indicantia*.

1 *Sanguis extravaſatus* ſub cranio aut interdum ſubdura matre corruptionem ſubiens.

2 *Contuſio Cranii* violenta, cum *feſtucarum* & fruſtulorum ſeparatione meninges pungentium.

3 *Contuſio* ſimilis abſque tamen læſione meningum.

4 *Depreſſio violenta* Cranii figuram ſuam mutantis & foveam acquirentis.

5 Rima ſeu *fiſſura* Cranii & quidem tam ſimplex conſpicua & apparens, quam capillaris, ob anguſtiſſimam & arctiſſimam figuram ita dicta, nec non *Contrafiſſura* in loco plagæ oppoſito vel remoto, ob reſiſtendi minorem efficaciam contingens.

III. *Modus Operandi*,

1 Peragitur hæc operatio inſtrumento peculiari, modiolus ſeu *Trepanum* appellato, & quidem duplici, quorum alterum in medio cuſpidem habet, ut initium operationis eodem faciamus, circumducendo nimirum illud, donec circulum mediocriter profundum incidamus: vocatur hoc vulgo *mas*; alterum vero cuſpide ſeu fulcro hoc deſtitutum, quo poſt primum utimur & quo cum calvariam penetramus, *fœmina* vocatur.

2 Antequam autem inſtituatur perforatio, opus eſt, ut cutim, quod in forma crucis fieri ſolet, incidamus & pericranium reſolvamus.

3 Obſervandum etiam, ut in proximo partis affectæ loco eandem faciamus, cavendo ne dentes Trepani neque fracturam, neque futuram attingant.

4 Quando trepanum fœmina ubique penetravit, & officulum omnino ſolutum eſt, volſella eximi & puri vel ſanguini ſtagnanti exitus parari debet.

IV. *Uſus*.

1 Hujus Operationis uſus eſt, ut ſanguis intra Cranium & duram meningen extravaſatus evacuetur.

2 Ut depreſſio cranii vehementior tollatur.

V. *Cautelæ & Obſervationes*.

1 Trepanatio, ſi utilitatem habere debet, mox primis diebus inſtituenda eſt.

2 Trepanum non nimis profunde eſt adigendum, imprimis in illis locis, ubi dura meninx calvariæ fortiter adhæret: gravia enim exinde excitari poſſunt ſymptomata.

3 Quando dura meninx portiunculæ cranii auferendæ fortiter adhæret, inſtrumento decuſſorio deprimi debet.

4 In temporibus non facile trepanatio eſt inſtituenda, neque etiam in fronte prope palpebras, illic ob oſſis petroſi duritiem, hic ob ſinus occurrentes.

2. *De Raſione & Serratione*.

I. *Raſio*. Fit hæc vel mediante ſcalpello vel lima, & exercetur non tantum in oſſium fiſſuris & corruptionibus, quæ tamdiu raduntur, donec hæ plane obliterentur, obſervando ſemper, ut pericranium ſeu perioſtium prius reſolvamus, ſed & in dentium Tartaro eorumque deformitate & inæqualitate abſumendis, cavendo in poſteriori caſu, ſi lima adhibetur, ne inconcinna operatione dentes vel a

vin-

vinculis relaxemus vel plane evellamus.

II. *Serratio*. Fit mediantibus Serris varii generis & exercetur potiſſimum in amputationibus pro oſſibus ſphacelatis ſeparandis. Obſervandum & hic, ut ante operationem perioſtium prius ſolvatur.

II. De Diæreſi partium mollium.

1. *De Arteriotomia*.

I. *Definitio*.
Arteriotomia eſt apertio arteriæ mediante lanceola facta.

II. *Locus*.
Vix alibi celebratur, quam in temporibus, & fronte.

III. *Modus Operandi*.
Idem eſt ac in Venæſectione.

IV. *Uſus*.
In vehementibus cephalalgiis commendant præcipue ſectionem Arteriæ temporalis. Generaliter vero convenit ejuſdem uſus cum Venæſectione.

V. *Cautelæ*.
1 In faſciatione omnis opera collocanda, ut arteria ſecta bene comprimatur, quia facillime aneuriſma exinde originem habere poteſt.
2 Adhibent pro hac intentione laminas plumbeas, quas ſpleniis ſuperponunt.

2. *De Venæſectione*.

I. *Definitio*.
Venæſectio eſt apertio Venarum, variis in locis per lanceolam inſtituta.

II. *Modus*.
Antequam Vena pertunditur, ligatur pars, ut vena aperienda turgeſiat, deinde oblique inciditur. Quando in pedibus inſtituitur, aquæ calidæ prius immergendi ſunt pedes, ut venæ eo melius turgidæ reddantur.

III. *Uſus*.
Inſervit potiſſimum pro evacuanda plethora, tum etiam ebullitione ſanguinis temperanda, nec non revulſionibus, & derivationibus humorum in alium locum præſtandis

IV. *Cautelæ & Obſervationes*.
1. Sectio Venarum non in loco divaricationis, ubi valvulæ præſto ſunt, facienda: alias ſanguis non fluit.
2 Inciſio paulo latior ſit, ut ſanguis liberum inveniat exitum, ſic major contingit alteratio, juſto vero minor non tantum ſanguinis fluxum intercipit, ſed quandoque etiam in ſenſibilibus ſubjectis ſipothymias parit.
3 Parva inciſio, imprimis quando prope valvulam facta eſt, ſæpius inſignem tumorem poſt ſe ducit, qui tamen poſt relaxatam faſciam & adhibitum Spir. Vini Camphoratum, mox iterum diſparere ſolet.
4 Si in ſubjectis ſpongioſioribus muſculus imprimis circa tendinem ſimul læditur, oritur Ecchymoma, quod diſcutientibus tractandum.
5 Imo ſi tendo ſimul lædatur, tanto magis hæc locum habent.
6 Nervi autem compunctio requirit magis balſamica.

3. *De Scarificatione*.

I. *Definitio*.
Scarificatio eſt vulneratio cutis mediante gladiolo peculiari facta.

II. *Inſtrumenta*.
Præter Scalpellum cucurbitulæ, ſanguinem effluentem excipientes, quoque neceſſariæ ſunt ad operationem, quæ ab aere craſſiori, mediante candela, liberatæ, cuti vulneratæ admoventur.

III. *Locus*.
Varius hic eſſe ſolet, applicantur tamen cucurbitulæ plerumque ſcapulis, dorſo, brachiis vel pedibus.

IV. *Uſus*.
1 Conducit itidem pro plethora evacuanda & derivationibus præſtandis.
2 Imprimis autem locum habet in ſubjectis ſpongioſioribus, in carne magis, quam venis ſanguinem geſtantibus.

V. *Cautelæ*.
Scalpellum ſeu gladiolum poſt ejuſdem uſum ſemper purgare decet: immundæ enim perſonæ eidem aliquid contagioſi imprimere ſolent, quod aliis, niſi purgatum ſit ſcalpellum, facile communicari poteſt.

4. *De Hirudinum applicatione*.

I. *Definitio*.
Hirudines ſunt animalcula oblonga, capite latiori & ventre utpl. rubicundo prædita, in paluſtribus locis degentia.

II. *Selectus*.
Meliores cenſentur exiles, oblongæ, ventre rubicundo & capite non admodum magno præditæ, aquas puras inhabitantes, præ viridibus, lanuginoſis in aquis fœtidis abſconditæ.

III. *Modus applicandi*.
1 Antequam applicentur, jam per aliquot dies in aqua limpida aſſervatas fuiſſe decet.
2 Deinde loco, intentioni noſtræ convenienti, ſunt appropinquandæ, ut ſanguinem ex illo fugant.
3 Longiores ad ℥j. uſque fugere poſſunt; applicantur igitur communiter 3. 4. 5. imo 6.
4 Si tantum effluxit, quantum conveniens judicamus, adſpergendum eſt Sal, vel Cinis ipſorum Capiti, ſic ſponte remittunt & decidunt, evomendo, quicquid ſuxerunt.

IV. *Uſus*.
1 Conſiſtit earundem uſus in evacuando ſanguine & quidem ex ejuſmodi locis, ubi neque Venæſectionem nec Scarificationem commode adhibere licet v. g. e vaſis hæmorrhoidalibus.
2 In omnibus igitur affectibus, ab inſufficiente excretione hæmorrhoidali originem trahentibus, cum fructu applicantur, & majorem effectum exerunt, quam Venæſectiones & Scarificationes adhibitæ.

V. *Cautelæ*.
1 Animalcula, antequam applicentur, non debent irritari, alias vulnuſcula mali moris poſt ſe relinquunt.
2 Optime igitur linteamine leniter comprehenduntur & loco deſtinato applicantur.
3 Debet autem locus eſſe mundus; aliqui eundem lacte illinunt vel ſcarificant, vel etiam linteaminibus fricant, ut eo facilius apprehendant hirudines.
4 Poſt remotionem earundem ſtillicidium ſanguinis, quod per tempus adhuc continuat, non eſt inhibendum, ſed quandoque per vaporem aquæ calidæ potius promovendum.

5. *De Setaceis*.

I. *Definitio*.
Setaceum eſt Operatio, qua cervicem acu compungimus & vulnus per ſetam ſeu funiculum apertum ſervamus, ut ſerum vitiatum evacuari poſſit.

II. *Locus*.
Hodie vix aliam, quam Nuchæ, regionem eligunt; olim & brachiis, pedibus aliiſque locis fuit applicitum.

III. *Modus operandi*.
1 Peragitur tota Operatio forcipe utrinque perforata, acu & ſeta ſeu funiculo.
2 Mediante forcipe elevatur cutis, ut eo melius traduci poſſit acus.
3 Acus ipſum vulnus infligit.
4 Seta vero vel funiculus, qui hodie plerumque ex lino vel ſerico fit, vulnus apertum ſervat.

IV. *Uſus*.
1 Ut ſuperfluum ſerum evacuetur.

2 Ut derivatio fieri ab oculis, auribus, cerebro &c. ad hanc partem fiat.

VI. *Cautelæ & Observationes.*

1 Antequam instituatur operatio, capilli sunt abradendi.

2 Cavendum etiam, ne tendines sub cute positi simul comprehendantur, aut lædantur.

3 Funiculus butyro nonsalito aut Unguento basilico est inunguendus, ut eo facilius dextrorsum & sinistrorsum duci possit, quod sæpius faciendum, ne ulcus sordidum fiat.

4 Ad arcendam etiam inflammationem discutientia & repellentia haud sunt negligenda.

6. *De Fonticulis,*

I. *Definitio.*

Fonticuli sunt ulcuscula artificialia, cauterio actuali vel potentiali, aut etiam instrumentis acutis in variis corporis partibus pro evacuandis serositatibus facta.

II. *Locus.*

Præcipue usitatum est brachium, & quidem regio humeri intra musculum bicipitem & Deltoidem: sunt tamen & alia loca, in quibus excitari solent.

III. *Modus excitandi.*

Secundum Medici & patientis intentionem variat:

1 Quandoque enim Cauterio actuali cutis aduritur & eschara exitatur, quandoque medicamento corrosivo idem perficitur, quandoque vero forfice vel lanceola cutis inciditur & aperitur.

2 Postea aperturæ corpus quoddam rotundum v. g. pisum, vel globulus ex cera, ligno vel argento imponitur, iisque tam diu aperta servatur, quamdiu morbi status requirit,

IV. *Usus.*

1 Adhibentur fonticuli pro humoribus serosis noxiis evacuandis.

2 Instituuntur iisdem derivationes & revulsiones a locis nobilioribus ad ignobiliora.

V. *Cautelæ & Observationes.*

1 Nunquam ipse musculus eligi pro loco debet, sed interstitium inter duos musculos.

2 In Cauterio potentiali, antequam corrosiva applicentur, locus Emplastro firmo in medio ad magnitudinem pisi perforato muniri debet, ne corrosiva diffluere & partes vicinas corrodere possint.

3 Fonticulus semel excitatus non temere supprimi debet, unde quotidie mundificandus & globulis apertus servandus.

4 Inflammationum etiam, quæ facile accedunt, ratio habenda, ut discutientibus arceantur.

7. *De Paracentesi.*

I. *Definitio.*

Paracentesis est perforatio abdominis, thoracis vel scroti, pro evacuandis stagnantibus humoribus, diversis instrumentis facta.

II. *Instrumenta.*

Sunt vel scalpella latiora, vel cannulæ perforatæ circa extremitates acuminatæ, mediantibus quibus cutis pertunditur.

III. *Locus.* Ratione partis affectæ variat:

1 Quandoque in abdomine fit, ubi vel umbilicus ipse, si protuberet, eligitur, vel locus proxime eidem vicinus, nimirum 3. digitorum spatio circiter ab eodem remotus.

2 Quandoque in thorace, ubi locus intra quartam & quintam costam inferiorem eligitur.

3 Quandoque vero in scroto, ubi nullo peculiari selectu opus est. Utplurimum tamen in parte inferiori instituitur apertio, ut humores eo promptius evacuentur.

IV. *Modus operandi.*

1 In Paracentesi abdominis cutis atramento scriptorio notata peculiari instrumento, Gallis Trocar dicto, ad intestina usque pertunditur, & tantundem aquæ emittitur, quantum e re esse judicatur, postea locus pertusus emplastro Cerussæ munitur, donec nova evacuatio instituatur, quæ toties repetitur, quoties tumor aquosus abdominis exigit.

2 In Paracentesi thoracis scalpellum adhibetur, & apertio paulo amplior fit, ut spissi & purulenti humores effluere possint, postea cannula argentea immittitur, ut pus relictum per vices evacuari possit.

3 Scroti apertio fit vel scalpello latiori, vel simili fere instrumento, quale in Paracentesi abdominis adhiberi solet, quamvis minori, postea aqua stagnans unica vice evacuatur, vulnus vero emplastro Ceruss æ contegitur.

V. *Cautelæ & Observationes.*

1 In Paracentesi abdominis quo major aquarum copia adest, eo minus eadem simul & semel est evacuanda.

2 Imprimis hic ponderandæ sunt ægroti vires & secundum easdem evacuatio instituenda.

3 Rarissime ultra tres libras simul evacuatur.

4 Et ab una evacuatione ad alteram semper 12. vel 24. horarum intervallum requiritur.

5 In Paracentesi thoracis idem etiam observandum est.

6 Nam ultra 3. vel 4. uncias simul haud est emittendum.

7 Non adeo cito etiam vulnus debet consolidari, sed ad minimum per 12. dies apertum servari.

8 Injici quoque hic possunt, post evacuationem puris, discutientia & balsamica temperatiora.

9 In scroti apertione cavendum, ne testiculi lædantur.

10 Imponi hic possunt post operationem, ad præcavendum ulteriorem affluxum, resolventia & carminativa.

8 *De apertione Abscessuum.*

I. *Definitio.*

Abscessus est tumor inflammatorius cum intus latente purulenta materia conjunctus & fibrillarum vasorumque eundem constituentium dilacerationem corruptionemque post se ducens.

II. *Locus.*

Generantur abscessus mediante inflammatione & sedem magis figunt in partibus sanguineis, sicuti ulcera in magis exsanguibus.

III. *Signa.*

Cognoscitur abscessus ex prægressa insigni alicujus partis inflammatione, ejusdem tumore & dolore, subsequente vero post aliquot dierum intervallum horum symptomatum remissione, tumoris mollitie, & quandoque coloris in medio tumoris, si non admodum profundus sit, mutatione in album vel subflavum.

IV. *Prognosis.*

1 Quo diutius apertio abscessus protrahitur, eo pejor fit status: facile enim exinde oriuntur sinus partium mollium & caries solidarum.

2 Omnes abscessus interni magis sunt periculosi, quam externi.

3 Pus album, æquale, leve bonæ notæ censetur, pejoris, si aquosum, tenue vel viscidum nimis est.

V. *Cura.*

1 Quando materia satis concocta est, quod ex ejusdem fluctuatione judicatur, abscessus mediante lanceola aperitur & puri exitus conceditur.

2 Postea mundificandus est abscessus per Ungu. ex Vitello ovi, Terebinthina & melle.

3 Si post evacuatum pus & mundificatum etiam abscessum adhuc tumor circum circa observatur, emollientia & resolventia in usum sunt trahenda v.g. Diachylon simplex vel cum Gummatibus.

4 Consolidationem ipsa Natura perficit, adjuvat autem hanc Naturæ operationem Chirurgus per adhibita convenientia balsamica remedia, qualia sunt Myrrhata, Terebinthinata, Succinata.

VI. *Cautelæ & Observationes.*

1 In apertione semper musculorum habenda est ratio, ut nunquam transversim, sed per longitudinem incidantur.

2 Qualem igitur ſitum muſculi habent, tali modo debet etiam fieri inciſio.
3 Ad venas etiam arterias & nervos imprimis majores reſpiciendum eſt, ne temere diſſecentur.
4 Apertio non admodum parva ſit, ne puri exitus recludatur.
5 In abſceſſibus majoribus pus non ſimul eſt evacuandum: facile enim vel ulcera fœda vel ſphacelus exinde oriuntur.
6 Alii in apertione abſceſſuum loco lanceolarum Cauteriis potentialibus utuntur: præferendus autem prior modus ob plura, quibus alter ſtipatus eſt, incommoda.

9. *De Clauſarum partium apertione.*

I. *Definitio.*
Eſt reſeratio earum partium, quas ipſa Natura lege ſibi conſueta apertas eſſe cupit.
II. *Differentia.*
Ratione loci variant ejuſmodi clauſuræ: aliæ enim fiunt in ano, quibus infantes aliquando in lucem eduntur; aliæ in vulva, quando vel orificium vaginæ membrana eſt obductum, vel labia poſt male tractatum ulcus coaluere, vel ipſum uteri orificium caruncula eſt obſtructum; aliæ in auris principio; aliæ ſub lingua, quando frenulum juſto longius eſt, ut infantes in ſuctione, adultos vero in loquela impediat.
III. *Signa.*
1 Omnia hæc Naturæ vitia facile externo noſtro conſpectui ſeſe offerunt.
2 Sola uteri clauſura ſpeculum matricis quandoque expoſcit, ut pars affecta eo melius poſſit conſpici.
IV. *Prognoſis.*
1 Vitia hæc, quo magis ſunt profunda, eo difficilius ſunt curabilia.
2 Craſſæ etiam obductiones curatu ſunt difficiliores, quam lenes tenueſque.
V. *Methodus medendi.*
1 Anus non perforata vel digitis, ſi membrana tenuis eſt, aperitur, vel lanceola fortiori, ſi craſſior fuerit: aperta deinde ſervatur per cannulam plumbeam, donec conſolidatio labiorum ſit peracta.
2 Vagina uterina membrana obducta, nec non concreta labia uterina, mediante quodam ſcalpello, partim linteis circum voluto, ſecundum longitudinem aperiuntur; quando vero prope orificium uteri tale quid contigit, ſpeculum matricis pro aperienda vagina in uſum vocandum, deinde ipſa operatio mediante ſectione inſtituenda eſt.
3 In obſtructo meatu auditorio cura itidem per inciſionem peragitur, ſi in principio meatus membrana obducta fuerit; quod ſi vero obſtaculum magis interne hæſerit, cura admodum difficulter procedit.
4 Linguæ frenulum juſto longius inciſione ad debitos limites eſt reducendum.
IV. *Cautelæ & Obſervationes.*
1 In perforatione ani cavendum eſt, ne ſphincter ani lædatur.
2 Ubi Hæmorrhagiæ fortiores ſuperveniunt, adhibenda ſunt remedia ſubadſtringentia.
3 In vaginæ uterinæ perforatione intruduntur peſſi, ſubadſtringentibus conſperſi, ut hæmorrhagia ſiſtatur & vagina aperta conſervetur.
4 Linguæ frenulum non unguibus eſt dilacerandum, evitanda etiam eſt læſio partium vicinarum & imprimis ductuum ſalivalium: gravia enim exinde oriuntur ſymptomata.

10. *De fiſtulis.*

I. *Definitio.*
Fiſtulæ ſunt ulcera anguſta, longa & ſinuoſa, calloſis labiis prædita, a materia acri manante ortum habentia.
II. *Differentia.*
1 Ratione loci, aliæ fiunt in ano, aliæ in oculorum cantho majori, aliæ in pectore &c.
2 Ratione figuræ, alia eſt obliqua & flexuoſa, alia recta.
3 Differt fiſtula a ſinu, calloſitate & duritie labiorum, quæ in ſinu non occurrit: ſi tamen & huic non medeatur celeriter, facile fiſtula exinde oriri poteſt.
III. *Signa.*
1 Cognoſcuntur fiſtulæ ex foraminulis anguſtis, rotundis & calloſis in profunditatem, ſi explorantur, ſeſe extendentibus.
2 Fundunt modo ſaniem ſeroſam, tenuem, ſubviridem, fœtidam, quandoque per tempus ſunt ſiccæ.
3 Dolorem vel exiguum vel nullum conjunctum habent.
IV. *Cauſa.*
Generantur ab abſceſſibus, ulceribus, vel vulneribus perſæpe male tractatis, vel etiam humoribus impuris, ſalſo-ſeroſis.
V. *Prognoſis.*
1 Fiſtula recens haud profunda, in loco carnoſo & corpore juvenili, facile curatur.
2 Admodum vero profunda ad arterias, nervos, tendines & articulos ſeſe extendens, difficulter curatur.
3 Curatu etiam difficiles ſunt fiſtulæ ani, uteri, thoracis, veſicæ, vertebrarum &c.
VI. *Cura.*
1 Nulla fiſtula curari poteſt, antequam callus fuerit ablatus.
2 Abſumitur autem callus vel cauterio potentiali, vel actuali, vel inſtrumentis incidentibus.
3 Si fiſtulæ orificium admodum eſt arctum, turundis extendendum eſt, ut facilius ad fundum poſſimus pervenire.
4 Remoto callo adhibenda ſunt remedia vulneraria & pars cicatrice obducenda.
VII. *Cautelæ & Obſervationes.*
1 Quando fiſtula ad os uſque perſingit, illudque carioſum reddidit, removenda eſt caries, antequam cicatrix inducatur.
2 Non negligenda etiam eſt interna corporis purificatio, imprimis ſi ab humoribus impuris ortum traxerit fiſtula.
3 Inter omnes fiſtulas curandi modos eſt optimus, qui per ſectionem fit.

11. *De Uſtione.*

I. *Definitio.*
Uſtio eſt Operatio Chirurgica, qua vel ferro ignito vel medicamentis cauſticis partibus vel mollibus, vel duris cruſtam ſeu eſcharam inducimus.
II. *Differentia.*
1 Alia fit in partibus duris, in mollibus alia.
2 Alia peragitur medicamentis, ferro candente alia.
III. *Prognoſis.*
1 Uſtio eſt operatio in quibuſdam caſibus admodum utilis.
2 Præfertur uſtio actualis potentiali, ob ægri tamen mollitiem ſæpiſſime hæc præ illa adhibetur.
IV. *Modus.*
1 Quando ferrum adhibetur, fit vel profunda uſtio vel ſuperficialis, prout res ipſa requirit.
2 Cauterium vero potentiale, ſi in uſum trahitur, tamdiu in loco deſignato relinquitur, donec eſchara ſit excitata, quod intra 4. 5. 6. horas contingit.
V. *Uſus.*
1 Adhibentur Cauteria pro corruptionibus ulterioribus præcavendis.
2 Pro excitandis veſicis, fonticulis.
3 Pro inhibendo ſanguinis fluxu.
VI. *Cautelæ.*
1 Uſtio actualis citiſſime peragenda eſt.
2 Cruſtam inductam non ſolis oleoſis illinire decet, ſed præſtat ad emplaſtrum diapalmæ confugere.
3 Cavendum etiam, ne in operatione tendo aut nervus lædatur.

III. De Exæresi.

I. *Definitio.* Exæresis est Operatio Chirurgica, qua ea, quæ superflua vel corpori noxia sunt, auferuntur.

II. *Differentia.*
Occupata est Diæresis circa res noxias vel in corpore genitas, vel forinsecus in illud illatas.

I. De Catheterismo seu Catheteris applicatione.

I. *Definitio.*
Catheterismus est Operatio Chirurgica, qua, mediante Cathetere, i. e. fistula argentea incurvata, urina retenta evacuatur.

II. *Differentia.*
Ratione instrumentorum, seu Catheterum, alii sunt rotundi, sulcati alii, alii crassiores, tenuiores alii, alii longiores, alii breviores, incurvi magis alii, alii minus incurvi.

III. *Indicantia.*
Instituitur Catheterismus ob res in meatu urinario hærentes & urinæ excretionem impedientes, puta calculum, sanguinem congrumatum, carunculas &c.

IV. *Modus applicandi.*
1 In sexu virili penis sinistra manu est comprehendendus & dextra Catheter, oleo olivarum vel amygdalarum dulcium illitus, leniter in Urethram intrudendus.
2 Quando ad cervicem vesicæ, ubi urethra in viris obliquum situm observat, perventum est, Catheter versus hypogastrium vertitur & leniter in vesicæ cavitatem propellitur, sic mox contingit urinæ effluxus.
3 In fœminino vero sexu, ob breviorem & latiorem urethram, Catheter facile immittitur.

V. *Cautelæ & Observationes.*
1 In Operatione omnino cavendum, ne vim adhibeamus, & in viris carunculas vasis seminalibus adjacentes lædamus, quod Gonorrhœæ viam sternere potest.
2 Fœminæ non exposcunt tam longum, incurvum & tenuem Catheterem ac viri, quia illarum Urethra ampla & parva est.
3 Quando post immissum Catheterem Urina non effluit, abdomen comprimendum & sic effluxui succurrendum est.
4 Si suppressio ab inflammatione vesicæ ortum traxit, loco Catheterum, candelæ tenues parum inflexæ adhiberi solent, quia priores hoc in casu vix absque periculo applicantur.

2. De Lithotomia sive Sectione Calculi.

I. *Definitio.*
Lithotomia est Operatio Chirurgica, eum in finem instituta, ut calculus vesicæ, vel per vulnus perinæo vel ejus viciniæ inflictum, vel per urethram convenientibus instrumentis extrahatur.

II. *Differentia.*
Sectio Calculi variat secundum sexum & ætatem.
1 In sexu fœminino extractio fit per Urethram, in virili vero per incisuram seu aperturam perinæi, vel, secundum Fratris Jacobi Methodum loci lateralis 2. transversorum digitorum spatio a perinæo remoti.
2 Longe minori etiam apparatu opus est in sexu sequiori & infantibus, quam viris.

III. *Exploratio.*
1 Antequam Sectio Calculi instituatur, explorandum est, an revera calculus in vesica lateat, & cujus magnitudinis ille sit?
2 Fit autem exploratio dupliciter: vel digitis, qui ano in viris, in fœminis vero vaginæ intruduntur, comprimendo abdomen cum vesica versus digitos, ut calculus eo melius possit prehendi; vel Cathetere per urethram in Vesicam immisso, quo per tactum de calculi præsentia & magnitudine judicatur, qui modus hodie magis usitatus & priori certior est.

V. *Operatio.*
1 In pueris, postquam scamno peculiari obliquo, pro justo situ obtinendo, fuerunt impositi, digitis in anum intrusis & abdominis compressione calculus ad perinæi locum adigitur, & novacula in perinæi sinistro latere fit incisio & quidem tam ampla, qualis magnitudo calculi requirit, deinde forcipe extractorio calculus comprehenditur & extrahitur.
2 In viris vero, post observatum convenientem situm, adhibetur Catheter sulcatus, qui vesicæ intruditur & versus perinæum adigitur: hujus sulcus inservit novaculæ pro incisione juxta ejusdem ductum facienda: intruditur deinde instrumentum, conductor appellatum, Catheter vero aufertur, & illius cavitati dilatatorium inseritur. remoto deinde conductore, assumitur forceps & calculus extrahitur.
3 Fœminæ aliam requirunt Methodum; fit in illis extractio ex urethra & quidem mediantibus solo dilatatorio & forcipe.
4 Fratris Jacobi Methodus magis compendiosa est quam vulgaris, & felicissime hic locorum ab Auctore administrata. Exercuit eandem jam aliquoties ab Auctore edoctus D. le Maire, Chirurgus Gallicus hujus loci exquisitissimus, non absque felici successu.
5 Ubique, postquam operatio est finita, vulneris habenda est ratio & cavendum, ne ex neglecto vulnere in viris fistula oriatur.

V. *Cautelæ & Observationes.*
1 Extractio calculi exercitatissimum requirit Chirurgum.
2 Justus per aliquot dies post Operationem situs est observandus, alias, si urina frequenter vulnus tetigerit, ejusdem consolidatio impeditur, & fistulæ via sternitur.
3 In sexu fœminino, si orificium vesicæ calculi magnitudini haud respondeat, parva incisio facienda est.
4 Sequitur tamen, tam a nimia dilatatione, quam læsione sphincteris, posthac facillime involuntarius urinæ effluxus.

3. De Fœtus mortui & Secundinarum Extractione.

I. *Definitio.*
Est Operatio, qua vel manibus, vel hamulis fœtus mortuus vel secundinæ in utero retentæ extrahuntur.

II. *Signa.*
1 Cognoscitur fœtus mortuus ex abdominis subsidentia & refrigerio probe pubem, motu uteri omnino cessante & concurrentibus non tantum insigni virium prostratione, sed quandoque etiam lipothymicis insultibus.
2 Spasmodicæ quoque uteri contractiones, quibus infantes excluduntur, deficere, easque vero febriles insultus comitari solent.

III. *Prognosis.*
1 Fœminæ quo majori corporis & animi robore & vigore adhuc pollent, eo magis Operationem Chirurgicam sustinere valent.
2 Facilius procedit Operatio, si fœtus in situ naturali, quam præternaturali, est constitutus.
3 Quo diutius fœtus mortuus jam in utero hæsit, eo majori periculo mater exponitur.
4 Febris quo intensior, eo magis status ægrotæ periculosus.
5 Si hæc deest, per plures quandoque menses, imo annos fœtum mortuum gestare possunt, cujus rei hinc inde plura habentur exempla.

IV. *Modus Operandi.*
1 Quando infans in justo positus est situ, hamulo orbitæ oculi infixo modeste ad exitum invitandus est.
2 Extractum sic caput reliquum corpus facile sequitur.
3 Quod si vero fœtus in præternaturali constitutus est situ. eo, quantum possibile, est contendendum, ut vertatur, & in situm naturalem ponatur.
4 Hoc vero ob circumstantias concurrentes non pro-

ce-

cedente, mediante cultello corpus eſt diſſecandum & per fruſtula eximendum.
5 Placentæ evulſio utplurimum manuum miniſterio fit, dummodo uterus nondum clauſus ſit, quo in caſu, ſi placenta putreſcat, Pilulæ Polychreſtæ D. Sthalii vel Beccheri veræ ſpecificum exerunt effectum.

V. *Cautelæ & Obſervationes.*
1 In Extractione fœtus cavendum, ne uterum vel ejuſdem vaginam hamulis lædamus.
2 Peſſimo auſu initium extractionis a pedibus fit.
3 In adhibitione cultelli imprimis caute agendum eſt, ne uterum ſimul diſſecemus, aut vulneremus.
4 Placenta uterina modeſte extrahi debet, ne funiculus umbilicalis rumpatur.
5 Quod ſi fortius utero adhæreat, mediantibus digitis leniter eſt reſolvenda.

4. *De Dentium Evulſione.*

I. *Definitio.*
Evulſio eſt Operatio, qua dentes carie affectos ob dolorum ferociam mediantibus forcipibus ex alveolis educimus.

II. *Indicans.*
Eſt dolor vehemens ſæpiuſque recurrens, ipſiuſque vero dentis conſpicua eroſio.

III. *Inſtrumenta.*
Sunt forcipes, quorum varia dantur genera, maxime tamen uſitatus eſt ille, qui pelicanus audit.

IV. *Modus.*
1 Ægrotus ſedeat in ſella humiliori & caput ad poſteriora reclinet.
2 Chirurgus vero gingivam a dente ſeparet & admodum forcipe dentem cum modeſtia extrahat.
3 Deinde os vino vel oxycrato eluatur.

V. *Cautelæ.*
1 Dentes non ſunt evellendi, niſi manifeſta carie ſint affecti: odontalgia enim ſympathica non expoſcit eorum evulſionem.
2 Nulla etiam vi in extractione uti oportet, ne maxillam ſimul lædamus, quod peſſima poſt ſe ducit ſymptomata.
3 Si extractioni gravior hæmorrhagia ſuccedat, collutiones ſub-aditringentes in uſum ſunt trahendæ.

5. *De Polypi Narium extractione.*

I. *Definitio.*
Polypus narium eſt concrementum fungoſum vel carnoſum, ob figuram polypus dictum, in narium cavitatibus hærens & loquelam, reſpirationem & deglutitionem impediens, quod per peculiarem operationem Chirurgiam removetur, ac hoc ipſo moleſta ſymptomata tolluntur.

II. *Differentia.*
1 Alius eſt *durus*, carnoſus, alius *fungoſus* & mollis.
2 *Magnus* alius, ad palatum uſque ſeſe extendens, alius *minor*, narium alterutram ſaltem cavitatem opplens.
3 *Benignus* alius, albicans, indolens, alius *malignus*, ſublividus, fœtidus & doloroſus.

III. *Prognoſis.*
1 Quo major, durior, pluribuſque venis eſt inſtructus polypus, eo difficilior curatu.
2 Benignus facilius curæ obedit, quam malignus.
3 Nunquam etiam benignus omni periculo & curandi difficultate caret.

IV. *Modus operandi.*
1 Varie olim ſecundum cujuſque ſententiam & placitum inſtituebatur.
2 Alii Cauterio potentiali, vel actuali, concrementum abſumere tentarunt.
3 Alii inſtrumento acuto inſtar ſpathæ formato polypum a partibus, quibus adhæret, ſeparare conati ſunt.
4 Alii filum lineum craſſius, multis nodis præditum per naſi & palati cavum mediante acu traducere & extremitatibus, quorum una extra nares, altera vero extra os prominebat, continuo filum inſtar ſerræ huc & illuc trahere, ſicque polypum abſumere allaborant.
5 Alii eundem in radice ligare & nutrimento privare in ſe ſuſcepere.
6 Hodie vero extractio plerumque fit peculiaribus forcipibus, interius dentatis, quibus polypi proxime ad radicem, quantum poſſibile, prehenduntur, & huc illucque moventur, donec manui attrahenti cedant.

V. *Cautelæ & Obſervationes.*
1 Curatio per Cauteria, tam potentialia quam actualia, periculoſa eſt, ob anguſtiam loci, qui dextram eorundem applicationem vix permittit, quin ſimul partes ſanæ lædantur.
2 Altero etiam modo ſc. ſcindente ferro facile partes ſanæ vulnerantur, ut ideo parum ſeſe commendet.
3 Cum filis vero, ſive traducantur ſive ligentur ſaltem, res proſus non procedit.
4 Optimus igitur eſt modus ultimo deſcriptus.
5 Si hæmorrhagia gravior extractionem comitetur, ſubaditringentia in uſum ſunt vocanda, ſub ſicca vel liquida forma, per inſufflationem applicanda.

6. *De Globulorum plumbeorum, Sagittarum & ſimilium eductione.*

I. *Definitio.*
Eſt Operatio, qua extranea, per ictus vulnera corpori communicata, iterum extrahuntur, ut ſolida poſſit fieri conſolidatio.

II. *Differentia.*
Deſumitur hæc partim a rebus, quæ corpori inferuntur, quales ſunt globuli, lapilli, ſagittæ, ſpicula, cultrorum, gladiorum, veſtimentorum fruſtula &c. partim a modo diverſo, quo iterum extrahi ſolent.

III. *Prognoſis.*
1 Quo profundius res ejuſmodi ſunt immerſæ, eo difficilius extrahuntur.
2 Idem quoque judicium eſto, ſi pars affecta aut vicina admodum eſt nobilis.
3 Facilius ex mollibus, quam ſolidis partibus, fit extractio.
4 Per plures ſæpe annos globuli plumbei abſque ſingulari ſanitatis detrimento geſtantur.
5 Sæpius etiam gravitate ſua ad alia loca deſcendunt, & ſponte exitum ſibi parant.
6 In locis autem nervoſis, niſi extrahantur, maximos non tantum pariunt dolores, ſed & febres, vigilias, inquietudines excitant.
7 Si veſtimentorum aliquid cum globulis corpori noſtro communicatur, plus moleſtiæ exinde excitatur, quam ſi hi ſoli fuiſſent.

IV. *Modus.*
1 In Extractione globulorum, ſi hi admodum profunde ſunt immerſi, ut per locum, per quem ingreſſi ſunt, haud poſſint extrahi, in parte oppoſita, ſi nihil obſtiterit, Sectio & Extractio facienda eſt.
2 Duplex autem in extrahendo adhiberi ſolet inſtrumentum, vel terebella acuta, quam globo infigimus, vel forceps artificioſa, qua eundem comprehendimus.
3 Quod ſi autem tali in loco abſconditus lateat, ut commode educi haud poſſit, ſibi relinquendus eſt, donec Natura eundem ſponte ad alia loca protrudat.
4 Difficilius etiam extractio procedit, quando oſſi eſt immerſus, ubi perforatio vel trepanatio, ſi os majus fuerit, quandoque inſtituitur, ut voti noſtri deinde poſſimus fieri compotes.
5 Sagittæ, ſi profunde penetraverunt, in oppoſita parte, poſt ſectionem factam, ſunt extrahendæ: inæqualitas enim earum vix permittit, ut abſque periculo retrahantur, quod etiam in omnibus aliis inſtrumentis, uncis & hamis munitis, eſt obſervandum.
6 Quæ vero ſunt æqualia, nullam dilacerationem partium vicinarum poſt ſe ducentia, ea via, qua ingreſſa ſunt, extrahi debent.
7 Inſtrumenta, quibus hæc extractio perficitur, ſunt vel volſellæ vel alia forcipum genera, vel etiam ſola manus.

V. *Can-*

V. *Cautelæ & Observationes.*

1 In operatione justus patientis situs requiritur, ut nimirum eundem, quo tempore vulnerationis erat constitutus, observet.

2 Si vulnus non satis patulum est, ut immissa commode extrahi possint, dilatandum est; alias ex ulteriori partium dilaceratione gravia oriuntur symptomata.

3 Ante extractionem sæpius etiam requiritur exploratio, digitis vel specillo conveniente peragenda.

4 Curiosum, quod globi carnibus, vel ossibus immersi rotunditatem suam quandoque perdant, ubi in extrahendo majorem pariunt difficultatem.

5 Quando in parte oppositа extractio instituitur, cavendum, ne vasa & nervi insigniores occurrentes dissecentur.

IV. De Aphæresi,

I. *Definitio.*

Aphæresis est Operatio Chirurgica, qua ea, quæ noxia vel supervacua sunt, auferuntur.

II. *Differentia.*

Peragitur Aphæresis vel *occulte*, quando v. g. aliquid per frictionem in balneis familiarem absumitur, aut per Cucurbitulas non scarificatas ab uno corporis loco ad alterum transfertur & ibi educitur; vel aperte, si nattæ grandiores, verrucæ pensiles, mammæ cancrosæ, partes putridæ separantur vel abscinduntur.

1. *De Mammæ Cancrosæ amputatione,*

I. *Definitio.*

Est Operatio Chirurgica, qua mediante mamma cancrosa convenientibus instrumentis extirpatur, ut reliquæ partes salvæ maneant.

Cancer autem mammarum est vel scirrhosus earundem tumor vel corruptio sphaceloso-ulcerosa a stagnante sero ortum habens.

II. *Differentia.*

1 Duplex in mammis observatur cancer: alius est occultus, scirrhosam tantum formam, cum concurrentibus tamen doloribus, præ se ferens, alius ulceratus, cum mammæ actuali ulceratione, intus & extus cutem erodente, fœdamque saniem fundente, conjunctus.

2 Distinguendæ etiam sunt ulcerationes mammarum profundæ, oris labiorum duris præditæ, & male spirantes, ab illis ulcerationibus, lividas vasorum ambientium inflationes conjunctas habentibus, propriumque demum constituentibus cancrum.

III. *Signa.*

1 Duritiem in aliqua parte præ se ferunt mammæ.

2 Accedunt dolores plus minus vehementes ægrum excruciantes.

3 Extendit se malum magis magisque & ad instar cancri fluviatilis serpit.

4 Venæ etiam inflantur & lividam exhibent faciem.

5 Tandem ulcus mali moris cum exquisitissimis doloribus succedit.

IV. *Causa.*

1 Est vel externa, vel interna.

2 Ad externam pertinent vehemens mammarum contusiones, compressiones, stagnationes sanguinis serosi post se ducentes.

3 Ad internam referuntur decubitus sanguinis fortiores ad has partes, lactis coagulationes, hæreditaria dispositio.

V. *Prognosis.*

1 Cancer occultus per plurium annorum seriem in corpore latere potest, antequam ulcerationem concipiat.

2 In principio curationem sui admittit, si vero inveteraſcit, difficillime curatur.

3 Melius est cancrum occultum incuratum relinquere, quam medicaminibus incertis curationem suscipere. Secundum Hippocr. Sect. VI. Aph. 38. *Cancros occultos omnes melius est non curare; curati enim citius intereunt, non curati longius tempus perdurant.*

4 Ulceratus medicamentis aut nunquam aut rarissime curatur.

5 Qui sectione extirpatur, radicitus ni auferatur, semper adhuc ulterius serpit.

6 Fit quandoque, si mamma alterutra cancro correpta extirpatur, ut post sectionem & altera eodem afficiatur, imprimis si malum ab interna ortum fuerit causa.

VI. *Curatio.*

1 Quando malum eo processit, ut remediis discutientibus, resolventibus & balsamicis haud amplius obtemperet, tunc ad extirpationem ejusdem procedendum.

2 Conati olim sunt Cauteriis vel potentialibus, vel actualibus, hoc perficere.

3 Hodie vero amputatio magis usitata & convenientior videtur.

4 In cancro nimirum occulto mediante incisione in forma crucis facta glandulæ scirrhosæ exscinduntur.

5 In cancro vero ulcerato, ubi sola mamma est amputanda, æger in convenienti situ detineatur, brachio illius lateris retroducto, ut musculus pectoralis retrahatur tumorque magis in conspectum veniat.

6 Deinde trajiciantur per ipsam mammæ basin duæ acus filis robustioribus instructæ cruciatim, ut pars amputanda attolli & a partibus, quibus adhæret, paulisper removeri possit.

7 Postea lato & falcato cultro amputatio celerrime, quantum possibile est, instituatur, incipiendo sectionem a parte inferiori, ut vasa mammaria, hæmorrhagiam post se ducentia, ultimo dissecentur.

8 Tandem Stypticis, digestivis & Sarcoticis Operationi finis imponatur.

VII. *Cautelæ & Observationes.*

1 Cavendum, ne quaslibet mammarum scirrhositates, vel etiam ulcerationes, cancrosam saltem indolem æmulantes, pro ipso cancro accipiamus.

2 Excisio scirrhositatum non absque periculo instituitur: ægrum adhuc juvenem & viribus pollentem esse decet.

3 Inter medicamina, quæ cancri progressum inhibent, imprimis referenda sunt Camphorata, Myrrhata & Terebinthinata in Spiritu Vini rectificatissimo soluta.

4 Solus etiam Spir. Vini Crocatus multum levaminis affert.

5 Omnia corrosiva septica mineralia & alcalia cancrum vehementer exacerbant.

2. *De tumorum tunicatorum Curatione.*

I. *Definitio.*

Tumores tunicati sunt tumores plus minus duri, propria tunica seu membrana obvoluti, in variis corporis partibus evenientes.

II. *Differentia.*

1 Differunt tumores ratione loci & consistentiæ.

2 Alii contingunt circa articulos & loca tendinosa membranaceaque, nodosam & duram faciem præ se ferentes, Gangliorum nomine insigniti.

3 Alii in locis carnosis eveniunt, & quidem vel sub liquidiori forma, ubi Atheromata dicuntur, vel magis spissiori ad instar mellis, ubi Melicerides audiunt, vel solidiori, ubi Steatomatum nomen assumunt.

III. *Signa.*

1 Cognoscuntur ex consistentia & magnitudine.

2 Ganglia avellanæ aut nucis juglandis magnitudinem vix superant, solidam etiam duramque habent consistentiam.

3 Atheromata vero, Steatomata & Melicerides insignem sæpius adæquant proportionem & consistentia plus minus molliori prædita sunt.

4 Nullis etiam doloribus ægrotis sunt molesta, sicut & Ganglia.

IV. *Prognosis.*

1 Rarissime aliquis horum tumorum est periculosus.

2 Per

2 Per plurium ſæpe annorum decurſum abſque moleſtia poſſunt geſtari.
3 Adeoque, præter deformitatem, vix aliquid incommodi præſtant.
4 Interdum tamen, quando in inſignem magnitudinem excreſcunt & ægro moleſta, & ſanitati, ob nutrimenti corporis privationem, præjudicioſa eſſe incipiunt.

V. *Curatio.*
1 Quando tumores tunicati medicamentis adhibitis neque reſolvi, neque ſuppurari poſſunt, ad Operationem Chirurgicam procedendum eſt.
2 Dupliciter autem adminiſtratur, vel deligatione, quando tumores baſin habent anguſtiorem ut penduli quaſi ſint, vel amputatione, quando baſis eorum eſt latior.
3 Prius fit mediantibus filis ſericis vel ſetis equinis, quæ circa baſin conſtringuntur & tamdiu ibidem relinquuntur, donec tumor ſponte decidat. Poſterius peragitur mediante vel ſcalpello, quo cutis longitudinaliter, vel cruciatim inciditur, & poſt ſeparata cutis labia univerſus tumor tunicatus exſcinditur, vel cultro latiori, quo totus tumor, cum carne contegente amputatur.

V. *Cautelæ.*
1 In Operatione cavendum, ne tunica tumorem continens, imprimis ſi hic fluidus nimis ſit, laceretur, difficilius enim deinde radicitus extirpatur, ſed faciliori regenerationi anſa præbetur.
2 Quando nervi vel vaſa majora eoſdem ingrediuntur vel circundant, imprimis eorum ratio habenda eſt.
3 Si Operationem hæmorrhagia nimia comitatur, pulveres ſtyptici vel Cauteria actualia adhibenda ſunt.

3. *De Amputatione Artuum.*

I. *Definitio.*
Amputatio eſt Operatio, qua artus ſphacelo correpti, ad inhibendam ulteriorem putredinem, abſcinduntur.

II. *Differentia.*
Ratione loci, in quo fit; quandoque in brachiis, quandoque in pedibus inſtituitur.

III. *Signa.*
1 Cognoſcitur ſphacelus, ex partis affectæ tumore, nigredine, ſenſus & motus omnimoda privatione, etiamſi pungatur vel ſcindatur.
2 Putridum inſuper & cadaveroſum ſpirat odorem.
3 Caro vero mollis & putrilaginoſa eſt.

IV. *Cauſa.*
1 Cauſa primaria, ob quam Amputatio inſtituitur, eſt ipſe ſphacelus.
2 Occaſionalis: contuſio gravior, inflammatio, vulnera profunda, frigus intenſum, animalia venenata.

V. *Prognoſis.*
1 Pars ſphacelo correpta nulla arte reſtitui poteſt; ideo enſe recidenda, ne pars ſincera trahatur.
2 Sphacelus ſibi relictus magis magiſque ſerpit & partes ſanas inficit, & rariſſime ſponte ſubſiſtit.

VI. *Operandi modus.*
1 Pro abſcindendis membris Auctores varia eligunt loca: alii enim amputationem in parte ſana, in corrupta alii inſtituunt: alii in ipſis articulis, extra eoſdem alii; alii remote a ſphacelo præprimis in pede, alii proximo ab eodem loco.
2 Hodie amputatio communiſſime paulo infra genu, ſi ſupra malleolum ſphacelus ſeſe extendit, & quidem in parte ſana inſtituitur; ſunt vero alii, qui tantum relinquunt, quantum ſphacelus permittit, ut parti relictæ eo melius pede artificiali poſſit ſuccurri. Si in brachio celebratur, itidem parti ſanæ, quantum poſſibile eſt, parcitur.
3 Antequam autem fiat amputatio, pars infra & ſupra fortiter ligatur, carne ubique probe retracta.
4 Deinde cultro lato & falcato celerrima fit circumciſio & perioſtio mediante ſcalpello ubique ſeparato, ſerra applicatur, aliquotque ictibus os pertunditur.
5 Hæmorrhagiæ vero metuendæ proſpicitur vel ligatura vaſorum majorum, vel Cauterio actuali, vel ſtypticis remediis exquiſitis.
6 Tandem vero pars ſpleniis & faſciis convenientibus munitur.

VII. *Cautelæ.*
1 Amputatio, quæ in parte demortua, nec non quæ in ipſis articulis fit, prorſus improbatur, illic ob metum reliquarum ſphaceloſarum, hic ob plura, quæ ſequuntur incommoda.
2 Semper eo proſpiciendum, ut poſt carnis inciſionem perioſtium bene ſeparetur, relictum enim acerbiſſimos in Operationis perſecutione parit dolores.
3 Si os eſt geminum, ut in brachio, ſerra ita eſt applicanda, ut utrumque contingat, reſecando primo tenuius, poſt & craſſius.
4 Membra minora v. g. digiti ſcalpello ſaltem vel forfice ſunt abſcindenda.
5 Quando ſphacelus ultra poplitem vel cubitum ſeſe extendit, Operatio non eſt inſtituenda ob plurium muſculorum & vaſorum majorum concurſum.

4. *De Caſtratione.*

I. *Definitio.*
Caſtratio eſt Operatio, qua teſtes, ſeminis elaborationi inſervientes, ob cauſam, vel Medicam, vel Politicam, aut Phyſicam exſcinduntur.

II. *Differentia.*
Inſtituitur hæc Operatio in uno tantum teſticulo vel duobus. Primum contingit, quando ratio Medica ad eandem faciendam nos incitat, poſterius vero, ſi aliæ & magis externæ adſunt rationes impulſivæ

III. *Indicantia.*
1 Peragitur hæc Operatio ob cauſas Medicas quando poſt contuſionem graviorem teſticuli & ſubſequentem inflammationem ſphacelus accedit, ut vicinis partibus ſimilis metuenda ſit corruptio; vel ſi ſecundum perverſam quorundam Operatorum conſuetudinem Curatio Herniæ per Proceſſus peritonæi deligationem, & amputationem teſticuli ſuſcipitur, ut poſthac prolapſus inteſtinorum inhibeatur.
2 Cauſæ Politicæ apud Turcas locum habent, ubi perſonas certas uxoribus ſuis obſervandis deſtinatas caſtrari, ſeu teſticulis privari jubent, ne commercium cum iiſdem habere poſſint. Inſignitæ olim fuere Evnuchorum nomine.
3 Ob phyſicam vero rationem non raro apud Italos hæc Operatio inſtituitur, ut nimirum vox clara & ſonora conſervetur; unde omnes fere Magnates Cantores ſuos, ſuavitate vocis alios longe ſuperantes, ex Italia petunt.

IV. *Prognoſis.*
1 Suſcipitur hæc Operatio ſæpiſſime non abſque vitæ periculo.
2 Juniores vegeti facilius eandem ſuperant, quam ſeniores, debiles.
3 Redduntur eadem homines effœminati, adque ſobolem procreandam prorſus incapaces.

V. *Operatio.*
1 Æger ſeu perſona caſtranda in tali ſitu ſit conſtituta, ut ſcrotum patulum, corpus vero ſcamno vel menſa firmiter impoſitum ſit.
2 Facienda deinde eſt inciſio proximo ad flexuram femoris loco & tunica elythroides a proceſſu peritonæi originem habens, digitis ſeparanda eſt.
3 Poſtea teſticulus vel digitis, vel caſtratore Inſtrumento comprehendantur, & poſt traductam acum per vaſorum ſpermaticorum intermedium, fortemque eorum deligatione, forfice abſcindatur, relicto longiori filo, extra vulnus ducendo, ut ſi forte Natura aliquid ſeparare ſuſcipiat, eodem poſſit fieri extractio.
4 Vulnus vero digeſtivis, ſarcoticis & defenſivis tractetur.

VI. *Cautelæ & Obſervationes.*
1 Caſtratio vix alibi locum habet, quam in corruptione ſphaceloſa teſticuli.
2 In aliis caſibus non abſque peccato inſtituitur.
3 Pluribus etiam incommodis obſervantur eſſe obnoxii caſtrati, ob privationem partium principalium, præter uſum primarium, quem præſtant, ad ſa-

ad ſanitatis quoque conſervationem concurrentium.
4 Caſtratos ab Apoplexia, Podagra aliiſque morbis immunes eſſe cum Experientia haud convenit.

6. De Extirpatione Uvulæ.

I. *Definitio.*
Extirpatio Uvulæ eſt operatio, qua pars hæc ulcerata, corrupta vel nimium inflata, ſuffocationiſque metum inferens, per ſectionem auferatur.
II. *Indicantia.*
1 Abſcinditur uvula ob ulcerationem vel corruptionem, quam aliquando concipit.
2 Vel ſi in locis frigidioribus ab humoribus viſcidis ita infarcitur, ut ſuffocationis pericula incutiat.
III. *Prognoſis.*
1 Qui uvulam amittunt, loquelæ impedimenta incurrunt.
2 Sectionem gravis quandoque hæmorrhagia comitatur.
3 Uvula deſtituti poſthac facilius morbis pectoris tuſſiculoſis, aſthmaticis exponuntur: quia humores tunc magis ad pectus ruunt.
IV. *Operatio.*
1 Peragitur abſciſſio communiter peculiari inſtrumento a ruſtico olim invento, a Sculfeto vero delineato.
2 Poteſt tamen commode etiam fieri forfice longiori.
3 Poſt ſectionem adhibentur ſtyptica.
V. *Cautelæ & Obſervationes.*
1 Niſi ſumma neceſſitas jubeat, ad hanc operationem haud eſt procedendum: contribuit enim uvula multum ad vocis modulationem.
2 Prolongationi uvulæ nimiæ, convenientibus remediis plerumque abſque ſectione occurri poteſt.
3 Rariſſime igitur apud nos inſtituitur.
4 Magis ſolennis autem eſt in regionibus Borealibus.
5 Fabricius Hildanus ope fili & deligatione eandem celebrare docuit.
6 Alii Cauteria actualia commendavere.
7 Uterque vero modus modo laudato, qui per ſectionem fit, poſtponitur.

V. De Proſtheſi ſive Anaplerosi.

I. *Definitio.*
Proſtheſis eſt Operatio Chirurgica, qua partes a primo ortu vel per infortunium, denegatæ vel abreptæ, reſtituuntur.
II. *Differentia.*
Alia eſt vera, quæ naturales partes ablatas vere reſarcit, v. g. naſum vel aurem amputatam, muſculi partem abſumtam. Exercuit hanc olim magna induſtria Gaſp. Taliacotius Italus, Med. Doct. & Prof. Bononienſis; alia palliativa, quæ naturalem defectum arte reſtituere ſatagit, v. g. dentes amiſſos, factitiis ex ebore, oculum vitreo oculo, palatum exeſum lamina argentea, naſum factitio ex argento, aures peculiari artificioſo organo, pedes cruribus ligneis.
III. *Materia.*
1 Proſtheſis vera materiam non niſi ex corporibus vivis recipit, & quidem quæ parti ablatæ reſtituendæ apta eſt.
2 Palliativa vero tam ex animalibus mortuis, quam mineralibus & vegetabilibus deſumit materias, ſcopo ſuo convenientes, v. g. dentes, ſtannum, cuprum, argentum, aurum, lignum, vitrum &c.
IV. *Modus.*
1 In Proſtheſi vera ſumuntur vel partes ablatis prorſus conſimiles, vel carnis fruſtula in formam amiſſæ partis demum conformanda. Eo autem in utroque caſu allaborandum eſt, ut ambo labia ubique adhuc cruenta & calentia ſibi adaptentur & perite deligentur.
2 Proſtheſis palliativa a variis artificibus ſua recipit adminicula, pro ablatæ partis differentia, diverſa.
V. *Uſus.*
Hujus operationis uſus eſt, ut deformitatem externam, tum etiam ablatarum officium reſarciamus.
VI. *Cautelæ.*
1 In proſtheſi vera, ſi partes ab aliis mutuantur animalibus, contingit aliquando, ut poſt mortem horum mutuata portio per ſympathiam etiam putreſcat.
2 Melius itaque ex proprio deſumitur corpore aliqua portio, quam ex alieno.
3 Reſpiciendum etiam eſt ad ætatem, temperamentum, diſpoſitionem hominum, tempus anni, ut operatio eo facilius procedat.
4 Præterea exercitatus requiritur artifex, cui hæc medendi methodus per omnes circumſtantias nota ſit.

VI. De Diorthosi.

I. *Definitio.*
Diorthoſis eſt Operatio Chirurgica, qua membra vel ab ortu, vel ex infortunio malam figuram referentia, ad naturalem reducuntur ordinem.
II. *Differentia.*
Ratione loci fit vel in artubus & imprimis pedibus, vel trunco & maxime ejuſdem vertebris.
III. *Inſtrumenta.*
Peragitur Diorthoſis inſtrumentis ex ferro, corio fortiori, vel alia materia confectis.
IV. *Modus.*
1 Incurvationi dorſi thoraces inſerviunt.
2 Pedum curvaturam mediantibus ocreis reſtituere conamur.
3 Cranii depreſſioni vel Cucurbitulæ, vel Dropaces, vel elevatoria inſtrumenta conſulunt.
4 Aliis partibus deformibus alio occurrimus modo.
V. *Uſus.*
1 Ut partium deformitas corrigatur.
2 Ut functiones, ob vitiatam ſtructuram turbatæ, reſarciantur.
3 Ut pericula, in depreſſione Cranii, v. g. imminentia, removeantur.
VI. *Cautelæ.*
1 Deformitas Curvaturæ vix reſtituitur, niſi membra aliqualiter adhuc ſint mollia.
2 Unde reſtitutio facilius procedit in junioribus, quam adultis.
3 Infantes Rachitide laborantes, ſæpius poſt mutationem annorum ſponte a deformitate oſſium, curantur.
4 Quæ in fracturis & luxationibus contingunt, dextram harum Operationem adminiſtrationum requirunt.
5 Oſſa fracta, ſi male ſunt repoſita & callum nondum formavere, ſecundariam fracturam expoſcunt.

PARS III.

DE

HYGIEINE

SIVE

DIÆTA.

I. *Definitio:* Hygieine eſt pars Medicinæ Principalis modum ſanitatem conſervandi & reſtituendi per ſex res n. n. tradens.
II. *Differentia.*
1 Sumitur *ſtricte* pro *Diæta Sanorum*, quatenus ſcil. monſtrat, quomodo per legitimum rerum ſex nonnaturalium uſum Sanitas conſervari poſſit.
2 *Late* quoque pro Diæta Ægrotorum, quando ſcil. regimen certum & uſum rerum nonnaturalium præſcribit, ita ut morbus eo facilius ſuperari poſſit: quamvis hoc modo magis pertineat ad Methodum Medendi.

III. *Ma-*

III. *Materia.*
Tractat Diæta usum legitimum rerum sex nonnaturalium, Aeris scil. Cibi & Potus, Motus & Quietis, Somni & Vigiliarum, Excretorum & Retentorum ac Animi Pathematum, quomodo scil. & Sanis & Ægris conveniant.

SECTIO I.

DE

DIÆTA SANORUM.

1. *De Aere.*

I. *Definitio:* AEr est congeries particularum ramosarum & ætherearum globum terraqueum ambiens & varia inpr. in inferiori regione effluvia continens & hinc ad sanitatem & morbos multum conferens.

II. *Differentia.*
1 Alius est *calidus*, alius *frigidus*.
2 Alius vero *humidus*, alius *siccus*.
3 Alius est *mixtus*, *calidus* scil. *& humidus*, *calidus & siccus*, *frigidus & humidus*, *frigidus & siccus*.
4 Alius a *Meteoris* & *ventis commotus*, alius vero *quietus* & tranquillus est.
5 Alius multis *repletus* est *effluviis*, alius *purior* & *serenus*.

III. *Regulæ & Observationes.*
1 Calidus aer sanguinem nimis resolvit, habitum corporis relaxat, insignes excitat sudores ac corpus insigniter debilitat, quare ad sanitatis conservationem minime est idoneus.
2 Frigidus habitum corporis nimis condensat & transpirationem impedit, humores spissos reddit ac varios morbos internos a spissitudine sanguinis oriundos producit, minus tamen noxius est, quam calidus nimis.
3 Humidus aer habitum corporis nimis relaxat, unde humores majori copia in partes exteriores ruentes facile ibidem stagnant & corrumpuntur, & varii affectus catarrhales oriuntur.
4 Si nimis siccus est aer, partes quoque corporis nimis exsiccantur & flexilitas earum debita perit.
5 Omnium fere pessimus aer est humidus & calidus, hic enim gravissimos & contagiosos parit morbos.
6 Aer nimis spissus & multis effluviis repletus inspissat humores & ad varias stagnationes disponit, imo sæpius homines fere suffocat.
7 Effluvia noxia & maligna in aere contenta facile putredinem inferunt humoribus & morbos malignos producunt.
8 Omnes subitaneæ aeris alterationes frigidi in humidum, calidi in humidum &c. sanitatem, humores & tonum nimis subito alterando, maxime lædunt,
9 Aer subterraneus sanitati maxime contrarius est.
10 Magis salutaris est aer in locis superioribus & ventis aliquo modo expositis, quoniam effluvia noxia facile tolluntur, quare domicilia in superioribus domuum contignationibus præ inferioribus eligantur.
11 Conclavia non semper clausa teneantur, sed sæpius aperiantur, ut ab aere transeunte effluvia expellantur.
12 Aer liber in locis compestribus maxime confert ad sanitatem, inprimis si corpus in illo simul commovetur.
13 Aer in conclavibus recenter calce obductis propter effluvia varia ad sanitatem minime confert, quare talia conclavia non eligantur, nisi antea probe exsiccata fuerint.
14 Aer a ventis nimium commotus sanitati non raro contrarius est.
15 Ad depurationem aeris, grassantibus, morbis contagiosis maxime confert ignis flammans, aut varia suffimigia prunis injecta.
16 Optimus ad Sanitatem conservandam aer est temperatus, scil. neque calidus, neque frigidus, neque humidus nimis & serenus, pauca nimirum effluvia in se continens.

2. *De Cibo.*

I. *Definitio.* CIbus est alimentum vel solidum vel mediæ naturæ, vel fluidum, corporis nutritioni destinatum.

II. *Differentia.*
1 *Ratione consistentiæ* alii sunt solidi, alii molles, alii fluidi, uti panis, carnes, pultes, jusculæ &c.
2 Alii desumuntur ex Regno animali, alii vero ex vegetabili.

III. *Regulæ & Observationes.*
1 Cibi ex Regno vegetabili desumpti, quoniam ad putredinem non adeo proni sunt ac carnes, magis prosunt ad vitam longam, quam cibi ex Regno Animali.
2 Optimum nutrimentum præbet panis fermentatus ex tritico & secali paratus, non adeo recens, nec etiam nimis siccus.
3 Optime quoque nutriunt cibi ex hordeo excoriato, oryza, avena, milio parati.
4 Legumina quoniam copioso flatus producunt, non adeo conveniunt ad sanitatem, quare durioribus laboribus assuetis sunt reliquenda.
5 Olera etsi multum aquæ in se contineant, & hinc multum non nutriant, optimum tamen fiunt nutrimentum si cum carne coquuntur, aut aliis additis condiuntur.
6 Quo majorem aquæ copiam Fructus continent, eo magis ad corruptionem proni sunt & hinc sanitatem lædunt.
7 Fructus acidi optime temperant nimium humorum calorem.
8 Omnes fere fungi, quoniam multum viscidæ & mucosæ materiæ continent, parum nutriunt, imo sæpius noxii sunt, si condimentis non corrigantur.
9 Inter carnes bubulæ prærogativa debetur, quoniam neque laxam nimis, neque duram nimis habet consistentiam & teste experientia optime nutrit.
10 Caro suilla propter pinguedinem & molliorem consistentiam ad corruptionem præ cæteris magis prona est.
11 Caro agnina & vitulina optime nutriunt, propter laxiorem tamen consistentiam facile quoque corrumpuntur.
12 Carnes ferinæ etsi insigniter nutriant, non tamen adeo facile digeruntur ac reliquæ.
13 Carnes assatæ meliores semper sunt coctis.
14 Jusculæ ex carnibus plus nutriunt, quam carnes ipsæ.
15 Pisces propter mucosam consistentiam laudabile nutrimentum minime præbent.
16 Lac copiosum & præstantissimum largitur nutrimentum, sed præsupponit corpus putum.
17 Quantitas ciborum nimia plus semper negotii facessit, quam qualitas.
18 Bis die cibum capere potius quam semel potest homo, nisi consuetudo aliud quid postulet.
19 Tenuis victus ex carnibus mollioribus, jusculis &c. tenerioribus convenit.
20 Victus mediocris, nec nimis crassus, nec nimis tenuis optimus est.
21 Corpora impura quo magis nutriveris, eo magis læseris.
22 Prandium cœna semper sit liberalius.
23 Præstat certis & statis temporibus cibos assumere, quam vagis.
24 Quo melius cibi masticantur, eo felicius procedit digestio & contra.
25 Quibus Ventriculus est debilis, iis largior ciborum ingestio nocet.
26 Sedentariam vitam agentibus neque victus crassus, neque copiosus convenit.
27 Uti multiformis alimonia morborum, ita victus simplex sanitatis causa est.

28 Qui-

28 Quibus Ventriculus eſt debilis, iis cibi aromatibus conditi optime conveniunt.

3. *De Potu.*

I. *Definitio*: POtus eſt alimentum fluidum corporis nutritioni & alimentorum reſolutioni inſerviens ac fluxilitatem ſanguinis conſervans.

II. *Differentia.*

1 Alius eſt *naturalis* uti *Aqua* & *Vinum*.
2 Alius vero eſt *artificialis*, uti Cereviſia, Mulſa, Potus Thee Caffee &c.

III. *Regulæ & Obſervationes.*

1 Aquæ potus eſt maxime naturalis & ad vitæ longævitatem inſigniter confert.
2 Aqua cryſtallini coloris levis & inſipida & quæ in glaciem non facile vertitur, optima eſt.
3 Aqua ex montibus ſcaturiens reliquis præferenda eſt.
4 Aqua paluſtris ſanitatem maxime lædit.
5 Qui continuo acidulis utuntur præ ceteris longævitate gaudent, uti id in noſtra vicinia obſervamus.
6 Vinum quo magis Diureſin excitat, uti Rhenanum, eo magis confert ad ſanitatem.
7 Vinum generoſum moderate ſumptum eſt optima Medicina, abuſus vero ejuſdem in multos morbos præcipitat.
8 Vina Hungarica, Auſtriaca & ſuperioris Alſatiæ maxime ad Podagram & Calculum diſponunt, ſi continuo aſſumuntur.
9 Spiritus vini aliique liquores ſpirituoſi immoderate ſumpti ad multos morbos diſponunt, poſt cœnam autem & prandium in parva quantitate aſſumpti, digeſtionem inpr. ciborum minus laudabilium optime promovent.
10 Cereviſiæ bonæ notæ ſunt, ſi ſunt tenues, probe defecatæ, claræ & lupulo modice conditæ, non facile aceſcunt, caput non replent, & Diureſin excitant.
11 Cereviſiæ maxime inebriantes magis nocent, quam vina talem effectum edentia.
12 Potus ſufficiens maxime ad Sanitatem confert, quatenus æſtum ſanguinis temperat, ejuſque fluxilitatem conſervat, & reſolutionem ciborum promovet.
13 Potus matutinus aut in ſeram noctem protractus ſanitatem lædit.
14 Potus calidus fluxilitatem ſanguinis optime conſervat.
15 Potus frigidus æſtuante corpore ſumptus ſæpius febres alioſque affectus producit.
16 Potus Caffee Phlegmaticis & Sanguineis magis convenit, Thee autem Cholericis.
17 Abuſus potus Caffee tremores producit.
18 Omnis potus nimius ſive calidus, ſive frigidus ſit, Ventriculum debilitat ac digeſtiones lædit.

4. *De Motu & Quiete.*

I. *Definitio*: Vid. *Tab. de Phyſiol. p.* 13.

II. *Differentia.*

1 Alius motus eſt fortis, alius lenis, alius continuatus.
2 Quies vel eſt nimia, vel eſt ſufficiens ad reſtaurandas vires.

III. *Regulæ & Obſervationes.*

1 Motus corporis non excedens & legitima agitatio corporis non ſolum multum confert ad ſanitatem conſervandam, ſed etiam ad morborum chronicorum curationem.
2 Per motum corporis fluxilitas ſanguinis & calor conſervatur & ſecretiones ac excretiones optime promoventur.
3 Ejuſdem motus ope abundantia ſanguinis ſenſim ſenſimque conſumitur, roburque partium ac fluxilitas partium conſervatur.
4 Motus appetitum proſtratum optime excitat.
5 Motus fortior poſt ſumptos cibos non ſemper convenit, quatenus non raro digeſtionem turbat.
6 Motus ſemper continuetur uſque ad placidam ſudoris excretionem.
7 Motus in aere libero magis confert ad Sanitatem, quam in locis clauſis ſuſceptus.
8 Equitatio Hypochondriacis & Hectica incipiente laborantibus maxime ſalutaris eſt.
9 Quies poſt motum fortiorem non ſtatim ſuſcipiatur, ſed corpus adhuc aliquandiu leniter moveatur, ut partes Sulphureo Salinæ eo commodius per tranſpirationem expelli queant.
10 Quies nimia enervat corpus & ad labores ſuſcipiendos ineptum reddit.
11 In quiete nimia humores incraſſantur, ac Secretiones & Excretiones admodum tarde procedunt, unde humores inutiles in corpore coacervantur, & multis malis porta panditur.

5. *De Somno & Vigiliis.*

I. *Definitio*: Vid. *Tab. de Phyſiolog. p.* 13.

II. *Differentia.*

III. *Regulæ & Obſervationes.*

1 Somnus organa ſenſoria & motoria a laboribus fatigata admodum refocillat.
2 Humidioribus ſubjectis majus tempus ſomni concedendum eſt, quam ſiccioribus.
3 Somnus pomeridianus infantibus, ſenibus & debilibus non denegandus eſt.
4 Qui continuis meditationibus caput nimium fatigant, diutius dormiant neceſſe eſt.
5 Inter labores corporis & ſomnum continua debet eſſe proportio.
6 Somnus nimius corpus enervat, homineſque ſtupidos reddit.
7 Somnus ſtatim poſt cœnam initus noxius eſt.
8 Præſtat in conclavibus frigidis aut temperatis, quam in calidis dormire.
9 Nil corpus magis debilitat quam continuæ vigiliæ.
10 Uti ſomnus nimius humidioribus nocet ſubjectis, ita vigiliæ moderatæ ipſis quam maxime proficuæ ſunt.

6. *De Excretis & Retentis.*

I. *Definitio*: EXcreta & Retenta ſunt humores corporis inutiles & utiles, quorum illi e corpore expelli, hi vero in eo retineri debent, ut Sanitas conſervetur.

II. *Differentia*. Vid. *Tab. de Phyſiolog. & Patholog. p.* 30.

III. *Regulæ & Obſervationes.*

1 Si ea quæ excerni debent, excernuntur, ea vero, quæ retinenda ſunt, retinentur, optimum eſt.
2 Subjectis humidioribus ſudores ſpontanei maxime ſunt proficui: imo conſulto etiam, ſi primæ viæ ſunt liberæ, per remedia aſſumpta inſtituuntur.
3 Erumpentibus ſudoribus matutinis corpus quietum in lecto contineatur, nec etiam finito ſudore aeri ſtatim exponatur.
4 Sudores tales neglecti, aut imprudenter ſuppreſſi, gravia ſæpius poſt ſe trahunt incommoda.
5 Urina nunquam retineatur, ſed ſi urget, ſtatim excernatur, ne varia mala ſequantur.
6 Urinæ ſecretio naturalis neque per copioſa potulenta, neque per acria nimis & calida aſſumpta turbetur, alias varia ſequuntur mala.
7 Motus moderatus urinæ ſecretionem optime promovet, nimius vero eandem turbat.
8 Omnia pinguia, aromatica & vina fortiora non tantum bilis acrimoniam & proventum augent, ſed etiam eandem inſigniter commovent.
9 Muci ſecretio & excretio multum confert ad vitam ſanam.
10 Muci reſolutionem & excretionem promovet motus corporis moderatus.
11 E contra ejus proventum auget immoderatus uſus alimentorum.
12 Si excretiones mucoſæ e pectore & naribus Natura inſtituit, mucoſitas illa prompte ejiciatur.
13 Feces alvinæ nunquam diu retineantur in corpore, ſed ſtatim ac ſtimulus ſentitur, excernantur.
14 Si feces alvinæ nimis induratæ ſunt, aſſumantur potulenta ſufficientia ac corpus motu exerceatur.
15 Si excretiones alvinæ quotidie non excernuntur, excretio per lenia ſtimulantia & lubricatia promoveatur.
16 Cibi non bene maſticati, potus defectus & vita ſedentaria multum conferunt ad alvi obſtructionem.
17 Qui ad alvi laxitatem proni ſunt, vitent refrigerationem corporis & inprimis pedum.

18 Saliva non ſemper exſpuatur, ſed maximam partem deglutiatur, ut ciborum digeſtio promoveatur, flexilitas fibrarum conſervetur, & excrementa alvi aliquo modo diluantur.
19 Menſium fluxus per diætam inordinatam non turbetur, ne gravia ſequantur mala.
20 Motus corporis moderatus optime hancce excretionem promovet.
21 Fluentibus menſibus vitentur cibi acidi malæ digeſtionis, flatulenti, refrigeratio corporis & inpr. pedum &c. quoniam talia menſium fluxum ſiſtere ſolent.
22 Vitentur quoque vina generoſa, motus nimius, ira &c. ne Menſium fluxus nimius ſequatur.
23 Concubitus, neque nimis concupiſcendus, neque nimis pertimeſcendus eſt: rarus, corpus excitat, frequens ſolvit. Cum autem frequens non numero ſit, ſed natura ratione ætatis & corporis, ſcire licet eum non inutilem eſſe, quem corporis neque languor, neque dolor ſequitur. *Celſus Lib. I. Cap. I. p.* 21.
24 Venus Hyeme non pernicioſa, Vere tutiſſima: neq; Æſtate vero, neque Autumno utilis eſt, tolerabilior tamen per Autumnum eſt. Æſtate in totum, ſi fieri poteſt, abſtinendum. *Idem l. c. Cap.* 4. *p.* 33. 34.

7. *De Animi Pathematibus.*

I. *Definitio*: ANimi pathemata ſunt motus ab objectis externis excitati, corpus & inprimis humores maxime alterantes & hinc ad Sanitatem & morbos multum contribuentes.

II. *Differentia.*
1 Quædam humores maxime commovent & ad exteriora expellunt, uti Ira potiſſimum.
2 In aliis contrarius fit effectus, uti in Terrore.
3 Alia humores in interioribus ſenſim inſpiſſant, uti Triſtitia.

III. *Regulæ & Obſervationes.*
1 Nil eſt quod magis & promptius in morbos præcipitat, quam Animi pathemata immoderata.
2 Qui animi pathematibus mature frenum injicere novit, is magnum ad ſanitatem conſervandam poſſidet arcanum.
3 Ira affectuum graviſſimus eſt, & maximas non ſolum propter bilis effuſionem, partim propter nimiam humorum commotionem turbas excitat.
4 Ad præcavenda damna a bile & commotione humorum originem trahentia, optime conveniunt temperantia & nitroſa, ut & blandæ laxationes.
5 Poſt iram graviorem alimenta non aſſumantur, ne graviora ſequantur mala.
6 Optima contra iram remedia ſunt, ſi homines ad iram proni objecta eam excitantia fugiunt, poſt iram alia ſtatim negotia tractant, corpus leni motu in aere libero exercent, cum aliis converſantur &c.
7 Magna ad iram pronitas ſine cauſa manifeſta, malam ſæpius viſcerum diſpoſitionem indicat.
8 Continua triſtitia enervat totum corpus, unde motibus tardius procedentibus, variæ ſequuntur humorum ſtagnationes & viſcerum, præcipue lienis, infarctus & Scirrhi.
9 Contra triſtitiam optime convenit deambulatio in aere libero, vinum, conſortium hominum &c.
10 Triſtitia inſignis ſine cauſa manifeſta ſemper monſtri quid alit.
11 Terror ſubitaneus ſæpius graviſſimos producit morbos.
12 Poſt terrorem motus corporis, vinum ac alia confortantia optime proſunt.
13 Amor moderatus excitat corpus, nimius vero illud deſtruit.

De Differentia Diætæ reſpectu Ætatum, Sexus & Temperamentorum.

1. *De Diæta reſpectu Ætatum.*

I. *Definitio*: DIæta ætatum eſt quando reſpectu certarum ætatum unicuique competentes Regulæ diæteticæ præſcribuntur.

II. *Differentia.*
1 Alia reſpicit diætam a prima Infantia uſque ad mediam ætatem.
2 Alia tractat diætam mediæ ætatis.
3 Alia Senibus vivendi regulas præſcribit.

III. *Regulæ & Obſervationes.*
1 Infante in lucem edito & a ſordibus purgato, cibi non ſtatim exhibendi ſunt, ſed potius meconium per lenia abſtergentia, uti eſt *Butyrum* & *Saccharum*, *Sirupi laxantes*, *Oleum Amygd. dulc. &c.* evacuandum eſt.
2 Optimum infantum nutrimentum præbent lacticinia & pultes ex illis paratæ.
3 Lac maternum magis illis convenit, quam Lac nutricum.
4 Reliqua potulenta, inpr. quæ flatus & fermentationes excitant, ipſis minime conveniunt.
5 Abuſus ciborum & dum quaſi infarciuntur cibis, infantes ad multos morbos diſponit.
6 Potus nocturnus & frigidus infantibus maxime nocent.
7 Primum lac quamvis ſit admodum ſeroſum, infantibus minime eſt denegandum, quia Meconium optime evacuat.
8 Cunarum nimia agitatio ad ſomnum conciliandum infantibus magis nocet, quam prodeſt.
9 Quo magis infantes juniores primis menſibus dormiunt, eo meliorem eorum ſtatum indicat ſomnus talis.
10 Si infantes nimis & præter conſuetudinem vigilant, morbi imminent.
11 Aer calidus & temperatus infantibus optime convenit, frigidus vero ipſis nocet & ad Tuſſes ac Diarrhœas diſponit.
12 Tranſpiratio ſemper libera eſſe debet, hac enim legitime procedente, infantes a multis morbis præſervantur: quem in finem infantibus optime conveniunt balnea.
13 Pari modo ſemper quoque ad alvi libertatem reſpiciendum eſt: nimis ſiccam promovent butyrum pulticulis additum, manna eodem modo uſurpata: nimiam laxitatem præcavet & curat lenis ſudor.
14 Infantibus maxime nocent matrum animi pathemata, quoniam lac maxime alterant, unde infantes ſæpius Convulſionibus, Diarrhœis aliiſq; malis corripiuntur.
15 Ablactatis infantibus carnes & vinum non facile concedantur, illud enim facile corrumpitur, propter digeſtionem non ſatis fortem, ac vermes producit, hoc vero propter calorem corpora nimis exſiccat & auctionem impedit.
16 In infantum diæta quoad cibum, potum, ſomnum &c. ſemper reſpiciendum eſt ad certum ordinem & cibi non quavis hora ſunt ingerendi.
17 Addephagia puerorum eſt multorum morborum fundamentum, unde lenia laxantia & interdum blanda vomitoria ad removendas cruditates, ex immoderata Diæta natas, infantibus & pueris proſunt.
18 Motus corporis pueris concedendus eſt ſufficiens, ut hoc modo Secretiones & Excretiones promoveantur.
19 Pueri ſtudiis dicati multis laboribus non obruantur, ne ingenium hebes fiat.
20 Infantes & pueri præmature judicio pollentes, vel ſtupidi poſtea fiunt, vel mature moriuntur.
21 Somnus ſufficiens pueris maxime prodeſt, quoniam auctionem corporis optime promovet.
22 Affectibus animi puerorum mature frenum injiciendum eſt, ne iiſdem aſſueſcant, & multa damna exinde oriantur.
23 Adoleſcentes Juvenes & viri in cibo & potu mediocritatis leges ſemper obſervent.
24 Quo ſimpliciores ſunt cibi, eo meliores.
25 Abuſus vini & ſpiritus vini ad multos affectus ſpaſtico arthriticos diſponit.
26 Exceſſus in venere corpora admodum enervat.
27 Motus corporis laborioſus in hiſce ætatibus optimus eſt, quoniam Secretiones & Excretiones maxime promovet.
28 Literati vitæ ſedentariæ dediti, in ſtudendo intra mediocritatis terminos ſubſiſtant, ne quod ſtudiis accedit,

cedit, corpori & actionibus vitalibus decedat.
29 Litteratis excessus in cibo & potu nocet, magis vero ipsis convenit Diæta mediocris.
30 Potus Vini spirituosi aut generosi ipsis tanquam remedium convenit, excessus vero sanguinem nimis inflammat.
31 Somnus sufficiens vires Literatorum optime restaurat.
32 Motus corporis lenis, sed aliquandiu continuatus sanguinem spissum, qui ordinarie in Literatis ob vitam sedentariam reperitur, optime resolvit & excretiones promovet.
33 Aer temperatus maxime confert ad Sanitatem Literatorum.
34 Qui durioribus laboribus corpus exercent, plus alimentorum assumant necesse est, ut corpus laboribus ferendis par esse queat.
35 Tales potum frigidum æstuante corpore maxime vitent, quoniam facile Diarrhœæ, imo non raro Hecticæ & Phthises exinde originem trahunt.
36 A laboribus fortioribus statim quiescere non conducit.
37 Nimia quies & nimius somnus homines laboriosos torpidos reddit.
38 Senes durioribus vel mollioribus cibis assueti, eosdem continuent, mutatio enim varia damna post se trahit.
39 Excessus in cibis facile cruditates producit, quoniam digestio in senibus admodum debilis est.
40 Vinum est quidem lac senum & optimum confortans, sed ejus abusus ad varios Catarrhos, Calculum, Arthritidem, Vertiginem & Apoplexiam disponit.
41 Qui vitæ laboriosæ assueti fuere, labores quantum vires permittunt, continuent, ut fluxilitas sanguinis conservetur & excretiones promoveantur.
42 Somnus vires per labores deperditas in senibus optime restaurat.
43 Somnus meridianus assuetis non est denegandus.
44 Venæsectio uti multis ad imminendam Plethoram & præcavendos morbos prodest, ita senes eidem assueti eandem continuent.
45 In hac quoque ætate in animi pathematibus medium teneatur.

2. *De Diæta respectu Sexus.*

I. *Definitio.* Diæta respectu sexus est, quæ unicuique Sexui certas & convenientes regulas præscribit, ut Sanitas conservetur.

II. *Differentia.*
1 Alia respicit Sexum virilem, de qua maximam partem jam antea actum est, quare h. l. potissimum de Diæta mulierum sermo erit.
2 Alia vero Sexum femininum, & quidem respectu fluxus mensium, Graviditatis, Partus, Puerperii & Lactationis.

III. *Regulæ & Observationes.*
1 Vita mulierum sedentaria ad multos morbos disponit, quatenus sanguis ob defectum motus nimis spissus redditur, ac necessariæ Secretiones & Excretiones impediuntur.
2 Immoderatus alimentorum usus facilius morbos producit in Sexu feminino, quam masculino.
3 Feminæ Diætam magis colant necesse est, quam viri, quoniam menses facile perturbantur.
4 Potus sufficiens feminis maxime necessarius est ad fluxilitatem sanguinis conservandam & excretiones consuetas promovendas.
5 Instantibus aut fluentibus mensibus abstineant a cibis flatulentis & malæ digestionis, quoniam facile sequitur mensium perturbatio.
6 Panis recens & calidus, potus frigidus, refrigeratio corporis & inpr. pedum, facillime mensium fluxum sistunt.
7 Hoc ipso tempore etiam quam maxime vitent abusum acidorum & animi pathemata graviora.
8 Venæsectiones & Scarificationes tempore æquinoctiali Plethoricis optime conveniunt, quoniam Plethoram & spissitudinem tollunt, atque exinde provenientia mala præcavent.
9 Gravidæ exactam semper servare debent Diætam, ne fœtus lædatur.
10 In principio Graviditatis intemperantia in cibo & potu quam maxime nocet, quoniam per eam Plethora & omnia gravidis alias consueta pathemata augentur: ut taceam ob Plethoram abortum facile sequi.
11 Venæsectio in Plethoricis primo Graviditatis tempore instituta, sæpius consueta symptomata mitigat.
12 Appetitui perverso in principio Graviditatis, non semper indulgendum est.
13 Cibi flatulenti & malæ digestionis, multa Gravidis incommoda pariunt.
14 Quæcunque sanguinem nimis commovent, uti cibi largiter aromatisati, vinum generosum, Liquores spirituosi &c. noxia sunt.
15 Motus moderatus gravidis optime convenit, nimius vero motus abortum producit.
16 Quies nimia consueta symptomata auget, ac arctiori secundinarum cum utero cohæsioni, ac tumoribus pedum œdematosis ansam præbet.
17 Aer nimis calidus sanguinem nimis commovet, frigidus vero colicam flatulentam producit.
18 Animi pathemata graviora non solum nimium sanguinem commovendo ad Abortum, sed etiam, inpr. ira, fœtum ad convulsiones disponunt.
19 Parturientes legitimum tempus partus expectent, & ante illud ad labores non adstringantur.
20 Clysteres emollientes & carminativi, dolores spurios tollunt & partum promovent.
21 Parturientes sint semper in loco calido, aut ad minimum temperato, frigidus enim aer noxius est.
22 Venæsectio in Plethoricis ante partum instituta, interdum insignem habet usum ac nimium lochiorum fluxum præcavet.
23 Tranquillitas animi in partu semper servanda est, per multos enim anxios clamores, dolores magis augentur.
24 Labores in partu non interrumpendi, sed continuandi sunt, ut partus eo melius procedat.
25 Post partum Puerpera tranquillitati animi & quieti corporis studeat.
26 Frigus externum quam maxime fugiatur, quoniam lochiorum fluxus facillime ab eo sistitur.
27 Primis diebus nil nisi jusculа exhibeantur Puerperis & quidem sæpius, cibi vero solidioris consistentiæ & malæ digestionis fugiantur.
28 Aromata quæ sæpius potui Puerperarum ad pellenda Lochia admiscentur, sæpius nimium eorum fluxum producunt.
29 Potus frigidus maxime noxius est & non solum tormina excitat, sed & lochia sistit.
30 Sudores exacto septimo die admodum proficui sunt Puerperis.
31 Alvus in puerperis sit aperta, quem in finem jusculа, mucilago hordei, oleum Amygd. dulc. &c. exhibeantur, ut aliqua laxitas procuretur.
32 Omnes animi commotiones vitentur, quoniam lochiorum fluxum vel imminuunt, vel augent.
33 Lactis proventum optime promovent jusculа ex carne, hordeo &c. Gelatinæ, Emulsiones.
34 Cibi flatulenti & malæ digestionis ut & potus frigidus, ordinarie tormina tam matri, quam infanti conciliare solent.
35 Frigus externum, inpr. si mammæ eidem exponuntur, lactis suppressionem & coagulationem producit.
36 Motus moderatus fluxilitatem sanguinis & lactis conservat.
37 Si mammæ lacte nimis turgent, ac infans id sufficienter extrahere nequeat, emulgeantur.
38 Animi pathemata maxime alterant Lac, unde post illa satius est lac emulgere, quam mammas infanti præbere.

3. *De Diæta respectu Temperamentorum.*

I. *Definitio:* Diæta respectu Temperamentorum est præscriptio certarum regularum unicuique Temperamento convenientium.

II. *Differentia.*
1 Alia respicit homines Temperamenti Sanguinei & Cholerici.

2 Alia

2 Alia vero regulas præſcribit Phlegmaticis & Melancholicis.

III. *Regulæ & Obſervationes.*

1 Sanguineis aer temperatus maxime convenit, nimis enim calidus Plethoram, ad quam præ ceteris proni ſunt, nimium commovet, frigidus vero eoſdem figit & condenſat.

2 Ad Plethoram evitandam in cibo & potu non facile fiat exceſſus, ſed victu ſimplici contenti ſint Sanguinei.

3 Cibi craſſioris conſiſtentiæ magis ipſis conveniunt, quam cibi molliores, quoniam hi laxam conſtitutionem in Sanguineis adhuc laxiorem reddunt.

4 Potus ſpirituoſos & vina generoſa, quoniam Plethoram nimis commovent, fugiant, quare potius vinum mediocre aliaque diluentia pro potu eligant.

5 Somno nimium indulgere non debent, ne major fibrarum ſequatur laxitas & humorum ſpiſſitudo.

6 Quies ipſis non adeo convenit, quare corpus lenis ter moveant ad placidam uſque ſudoris excretionem, ut per motum Plethora ſemper imminuatur.

7 Quamvis Secretiones & Excretiones commode ſatis procedant in Sanguineis, per inordinatam tamen Diætam facile perturbari poſſunt.

8 In animi affectibus mediocritatem ſemper teneant.

9 Cholerici aerem calidum minime bene ferunt, ſed propter commotionem ſanguinis doloribus capitis facile corripiuntur, quare eligant potius temperatum.

10 Cibi aromatici & ſalſi pingues, ipſis minime conveniunt, quoniam nimium calorem excitant, magis E. ipſis ſuadendi ſunt cibi liquidiores ex vegetabilibus, hordeo &c.

11 Potus vini ſanguinem magis inflammat, unde potus maxime diluens & aquoſus aut cereviſia tenuis ipſis, pro potu concedendus eſt.

12 Quamvis ad ſomnum minime ſint proclives cholerici, is tamen ipſis ſuadendus eſt, ut nimius partium & humorum motus aliquo modo infringatur.

13 Quies magis ipſis convenit, quam motus corporis laborioſus, quoniam humores nimium excitat & ſæpius ad morbos inflammatorios diſponit.

14 Cum omnes humores in Cholericis jam in magno ſint motu, excretiones minime ſtimulandæ ſunt, ſed ſufficiunt ipſis ſufficientia diluentia, quibus datis omnes excretiones legitime procedunt.

15 Ira humores adhuc magis commovet, quare tranquillitati animi quantum poſſibile eſt ſtudere debent.

16 Phlegmatici neque aerem frigidum, humores condenſantem, neque calidum nimis eos maxime debilitantem ferre poſſunt, quare moderate calidus ipſis ſuadendus eſt.

17 Cibi ſiccioris conſiſtentiæ, carnes aſſatæ, Salſæ, aromatibus conditæ ipſis proſunt, flatulenti vero & mucoſi ipſis nocent.

18 Vinum generoſum & Liquores ſpirituoſi motus torpidos excitant, ut etiam vinum pro potu magis quam cereviſia & aqua ſuadenda eſt.

19 Somnus & quies torporem fibrarum magis augent, quare a ſomno nimio quantum quidem poſſibile arcendi ſunt.

20 Labor ipſis ſumme proficuus eſt, quoniam fibræ magis firmæ redduntur ac ſanguis ad mucoſitatem pronus optime reſolvitur.

21 Secretiones & Excretiones ob copiam ſeri prompte, imo utpl. in majori copia procedunt, quod vitium facile per cibos aromatiſatos aut exſiccantia præcaveri poteſt.

22 Quo minus ad meditationes ſunt proni, eo magis ad illas ſunt excitandi, ut Natura per illas excitata humores magis commoveantur.

23 Negotia iram & faſtidia creantia, ipſis ſunt optima remedia, quoniam per illa motus aliquo modo excitantur.

24 Melancholici aerem frigidum melius ferunt, quam Calidum quoniam hic tranſpirationem augendo ſanguinem adhuc craſſiorem reddit.

25 Cibi ſiccioris conſiſtentiæ & ſalſi illis minus proſunt, quia ſanguinem magis incraſſant, quare humidis potius fruantur.

26 Victus tenuis nulli magis quam huic competit Temperamento, quoniã ad frugilitatem admodum ſunt proni.

27 Vinum moderate ſumptum excitat motus torpidos, abuſus vero craſſos humores nimis commovendo magna excitat mala.

28 Potus ſufficiens ipſis ſemper eſt concedendus, ut humores eo melius diluantur.

29 Cum Melancholici propter metum & ſuſpicionem ipſis familiarem ad ſomnum minus proni ſunt, ſomnus pauco longior ipſis ſuadendus eſt.

30 Ad labores continuatos præ ceteris proni ſunt, qui etiam ipſis minime nocent, quoniam motus excitantur, dum humores craſſi in continuo ſervantur motu.

31 Ad promovendas excretiones diluentia Melancholicis admodum conveniunt.

32 Melancholicis præ ceteris mediocritas in affectibus animi ſuadenda eſt, quoniam etiam præ ceteris ad exceſſus & defectus magis proni ſunt.

33 In Diæta Temperamentorum mixtorum ad prædominans ſemper reſpiciendum eſt.

SECTIO II.

DE

DIÆTA ÆGRORUM.

I. *Regulæ & Obſervationes generales.*

1 In omni morbo aer temperatus maxime neceſſarius eſt ad promovendas ſalutares excretiones.

2 Aer nimis frigidus condenſat humores & excretiones neceſſarias impedit, calidus vero corpus tranſpirationem & calorem ſanguinis nimium augendo, enervat

3 Aer ſiccus in omni morbo magis convenit quam humidus, qui corpus adhuc magis debilitat.

4 In quovis morbo Diæta tenuis ægrotis quam maxime commendanda eſt.

5 Præſente appetitu proſtrato, ægroti ad cibos nunquam cogendi ſunt.

6 Corpora impura quo magis, in morbis præcipue, nutriveris, eo magis læſeris.

7 In morbis chronicis tantum ciborum concedendum eſt, quantum conſervatio corporis requirit.

8 Cibi ex animali regno deſumpti, plus detrimenti afferunt, quam cibi vegetabilium.

9 Potus ſufficiens in omni morbo eſt optima Medicina, quatenus fluxilitatem ſanguinis conſervat, æſtum ejus temperat & Secretiones promovet.

10 Pro morborum diverſitate potus variis rebus additis, Nitro v. g. Scorzon. Ceraſ. acidis, Succo citri &c. alterari poteſt.

11 Ubi calor jam maxime urget, ibi potus vini noxius eſt, poteſt tamen ejus uſus concedi, ſi medice & modice tantum uſurpatur.

12 Potus nimis nutriens & craſſus, ſanguinem ſpiſſiorem reddit & ſecretiones impedit.

13 Potus frigidus in morbis, ubi diaphoreſi opus eſt, quam maxime vitandus eſt.

14 Quies in omni morborum principio ſumme utilis eſt, quoniam Natura ſub hac quieta corporis continentia eo facilius cauſam morbificam ſuperare & expellere poteſt.

15 In morbis chronicis cum ſanguinis ſpiſſitudine conjunctis, lenis ſed continuatus motus maxime convenit.

16 Si ægroti in morbis non dormiunt, per remedia ſoporifera ad ſomnum minime diſponendi ſunt, ſin vero dolores capitis, æſtus nimius &c. vigilias excitant, ſymptomata hæc urgentia tollenda ſunt, ſic enim facile poſtmodum ſomnus ſequitur.

17 In omni morbo reſpiciendum eſt ad neceſſarias excretiones unicuique morbo convenientes.

18 In quovis morbo alvum apertam habere, quam obſtructam ſatius eſt.

19 Venæſectioni aſſueti eam facilius ferunt in morbis, quam reliqui.

20 In omni morbo tranquillitas animi ſumma eſt Medicina.

II. *Regulæ & Obſervationes ſpeciales.*

1 Uti Hæmorrhagiæ Plethoram præſupponunt, ita intemperantia ad eaſdem maxime diſponit, & cauſam earum regenerat.

2 Omnis potus generosus & spirituosus, aer nimis calidus, motus fortior, ira &c. sanguinem commovendo Hæmorrhagias curatas facile revocant.
3 Motus moderatus ad imminuendam Plethoram summe proficuus est.
4 Venæsectiones legitimo tempore institutæ, Hæmorrhagias præcavent.
5 In omni Hæmorrhagia quies & abstinentia a rebus commoventibus maxime utilis est.
6 Quæcunque ad Hæmorrhagias præservative conveniunt, ea quoque in Doloribus congestoriis locum habent, quare omnis intemperantia, vinum, ira &c. aliaque commoventia fugienda sunt.
7 In Doloribus arthritico spasticis præservationis gratia potus diluens, diæta tenuis & mediocris motus continuatus, promotio excretionum necessariorum, Venæsectiones debito tempore institutæ, animus tranquillus & abstinentia a Venere, optima sunt remedia.
8 In omnibus talibus morbis præsentibus omnia commoventia fugienda sunt; e contra vero quies & calor moderatus transpirationem promovens summe commendandus est.
9 In colica quieta continentia & calor sæpius plus præstant, quam omnia alia.
10 Aer frigidus, cibi flatulenti, potus feculentus &c. maxime disponunt ad colicam, quare fugiantur.
11 Ad præservandum dolorem nephriticum, fugienda sunt omnia commoventia.
12 In malo Hysterico, ubi ordinarie sanguinis spissitudo reperitur, Potus diluens & motus sufficiens optima sunt remedia.
13 In Diarrhœis & Dysenteriis quies & calor maxime conveniunt, e contra vero aer frigidus, cibi & potus fermentantes, ac potus frigidus insigniter nocent.
14 In sudoribus nimiis Diæta temperans, Mucilaginosa, Gelatinosa &c. maxime conveniunt.
15 In omnibus stagnationibus seri, Hydrope, Cachexia &c. potus diluens diureticus & laxans, motus moderatus, & cibi moderate aromatisati maxime proficui sunt.
16 In omni sanguinis impuritate, tam scorbutica, quam scabiosa, cibi laudabilis digestionis, potus diluens, aer temperatus, motus moderatus & continuatus, & promotio excretionum optima sunt remedia.
17 In tussi & asthmate aer frigidus, cibi malæ digestionis, salsi & potus frigidus nocent.
18 Potus calidus, Veronica, Enula, Anisо &c. alteratus, in affectibus pectoris maxime convenit.
19 In convulsionibus juniorum, a scabie suppressa aliisque impuritatibus originem trahentibus, maxime prodest aer moderate calidus diaphoresin promovens.
20 Si spissitudo sanguinis causa est convulsionum in adultis, omnia quæ fluxilitatem sanguinis promovere solent, uti potus & motus sufficiens, maxime proficua sunt.
21 Si adest dispositio ad affectus soporosos & Paralyticos, aer moderate calidus, diæta tenuis, potus & motus sufficiens & animus liber optima sunt remedia.
22 In Melancholia omnia diluentia & motus corporis maxime conveniunt, quoniam spissitudinem sanguinis tollunt.
23 Grassantibus morbis malignis homines abstineant præservationis gratia a carnibus, quoniam magis ad putredinem disponunt.
24 Vegetabilia & acida, utpote putredinem arcentia, tum temporis magis conveniunt.
25 In omnibus morbis malignis diæta tenuis & potus sufficiens, sæpius & moderate datus, maxime proficuus est.
26 Calor moderatus & quieta in lecto continentia transpirationem & excretionem miasmatum malignorum optime promovent.
27 In talibus morbis alvus semper aperta servanda est, id quod optime præstat potus sufficiens emollientibus alteratus.
28 In Variolis & Morbillis omnis calor nimius noxius est, e contra prodest calor moderatus & quies.
29 Si appetitus non est prostratus, ægrotantibus variolis laborantibus, cibi in moderata quantitate concedantur.
30 Potus sufficiens & inpr. calidus excretionem variolarum optime promovet.
31 Alvus, quæ in variolis ordinarie obstructa est, laxantibus non aperiatur, quoniam talis obstructio maturationis tempore, vel eo exacto, sponte cessat.
32 In Febribus continuis & ardentibus eadem diæta ac in malignis locum habet.
33 In Febribus intermittentibus aer moderate calidus sive temperatus optime convenit, quoniam excretionem sudoris finito calore promovet.
34 Abstinentia a cibis multum confert ad faciliorem Febrium intermittentium curationem, si autem appetitus viget, victus tenuis sufficit.
35 Potus sufficiens & inpr. calidus in paroxysmo sæpius datus optime promovet excretiones in Febribus hisce necessarias.
36 Quies in hisce Febribus maxime convenit, quoniam multum ad excretiones per vomitum, alvum & sudorem contribuit.
37 Motus moderatus & continuatus, die intercalari institutus, humores ad faciliorem excretionem disponit,
38 Erumpente sudore fugiatur aer liber, quoniam transpirationem necessariam supprimit.
39 In Febribus lentis & Hecticis aer maxime sit temperatus, quoniam aer calidus calorem febrilem auget, frigidus vero transpirationem impedit.
40 Cibi optime nutrientes, Mucilagines, Gelatinæ, Emulsiones, potus sufficiens, in talibus Febribus sæpius plus præstant, quam ulla alia remedia.
41 Motus corporis moderatus, & quidem equitatio, si Hectica a viscerum abdominis labe dependet, insignem habet usum ad resolvendas viscerum obstructiones.
42 Alvus per alimenta lubricantia v. g. pruna, Passulas, Mucilagines hordei, semper aperta servetur in Febribus lentis.
43 Ira in talibus Febribus maxime fugienda est.

FINIS.

PRA-

PRAXIS SPECIALIS

LIBER I.

DE

HÆMORRHAGIIS.

CAPUT I.

De Plethora.

I. *Definitio.* PLethora eſt exceſſus Sanguinis vel per ſe laudabilis & boni, vel vitioſi quoque, mole corpus gravans & variis morbis occaſionem præbens.

II. *Differentia.* Plethora eſt
- α vel 1 Abundantiæ ubi ſanguis ſimpliciter abundat.
- 2 Exundantiæ, ubi jam congeſtiones & reſtagnationes minatur, aut eruptiones molitur.
- β vel 1 Simplex, ubi ſanguis in ſe bonus, ſed ſuperfluus Naturam onerat.
- 2 Compoſita cum Cacochymia, i. e. dyſcraſia ſanguinis, imprimis ſpiſſitudine ejus conjuncta.

III. *Signa* ſunt:
1. Reliqua ſanitas ſatis illibata.
2. Appetitus bonus, & tolerantia quoque ciborum aſſumptorum optima, bonæ coctionis & digeſtionis index.
3. Somnus bonus & profundus, quietus etiam valde, niſi quod calidiore loco & tempore inquietus, ſeu jactigabundus evadat.
4. Inſomnia anxia, ſive præfigurationes onerum portandorum, incendiorum, effuſionum ſanguinis.
5. Segnities ad paulo laborioſiores motus, aut ſub his repentina fatigatio, præcipue vero inter ambulandum, currendum & ſcandendum per loca acclivia, reſpirationis velox difficultas cum palpitatione cordis.
6. Aſpectus in paulo habitioribus valde rubicundus, in macilentioribus vero, aut ſtrenuo labori aſſuetis, qui utrique valde amplas venas habere ſolent, inſignis harum plenitudo & diſtenſio.
7. Sub levi ſudatione obtingens ſenſus in cute leviſſime punctorius, quaſi hic illic ſeta leviter compungeretur.
8. Vertigo, capitis inclinationem profundiorem excipiens.

IV. *Subjectum*, Plethoræ communiter obnoxii ſunt homines
1. Ætate iuniores.
2. Fœminæ præ viris.
3. Otio dediti.
4. Diæta plena ac lauta utentes.
5. Antea evacuationibus ſanguinis, ſive ſpontaneis, ſive artificialibus largioribus aſſueti, aut vitæ generi laborioſo addicti, qui labores depoſuerunt & tamen lautis utuntur cibis.

V. *Prognoſis.* Plethorici non ſolum variis morbis, v. g. Hæmorrhagiis, febribus continuis, inflammationinibus &c. propter ſanguinis abundantiam ſunt expoſiti; ſed &, ſi alias ob cauſas morbos incurrunt, v. g. vulnera, fracturas, luxationes, febres intermittentes, variolas &c. his ipſis gravius & periculoſius decumbunt.

VI. *Remedia.*
1. Victus parcior & diæta tenuior.
2. Motus corporis laborioſior, non impetuoſus quidem, interim tamen diutius continuandus, frequentius repetendus, quæ phyſice quidem ſatis efficacia, ſed ob mollitiem & deliciam plerorumque ſubjectorum, moraliter fere inutilia ſunt. Reſtat itaque
3. ſincera ſanguinis eductio per Venæ ſectiones & Scarificationes.
4. Laxantia reiterata, inprimis Helleborus niger & Eſſent. Antihyp. Hallenſ. &c.
5. Diaphoretica, Diuretica.

Formulæ Remediorum.

1 Infuſum laxans.

℞. *Rad. cichor. onon. ana.* ℥ß. *Summit. cent. min. mj. Fol. Senn. ſ. ſt.* ʒj. *Fibr. hell. nigr.* ℥ß. *Cort. Citr. Tart. ſolub. ana.* ʒiij. *Inc. includ. nodulo. in men. j. ſ.* ℔. iv. *Vini albi infundendo.*

2 Pilulæ Purgantes.

℞. *Extr. hell. nigr. panchymag. Cr. ā.* ℈j. *Reſ. ſcamm. gr.* iv. *Eſſ. abſinth. q. ſ. M. F. Pil. pro* 2. *vicibus.*

3 Eſſentia laxans.

℞. *Eſſ. antihyp. Hall.* ℥ß. *ſumantur mane hora ſexta, octava & decima gutt.* 40. 50. *pro doſi, ſuperbibendo ad minimum potus, vel infuſi Thee aut juſculorum* ℔. iv. *l. v.*

4 Potio diaphoretica.

℞. *Aq. card. bened. fl. ſamb. ana.* ʒij. ♁ *diaph. Matr. perl. Sal. abſinth. ana.* ʒß. *Sacch. perlat.* ʒij. M. *dentur ſingulis duabus horis cochl.* ij.

5 Mixtura diaphoretico diuretica.

℞. *Eſſ. alexiph. ſuccin. ana.* ʒj. *Tinct.* ♁ii. ʒij. *M. doſis* 30. 40. *gutt. mane & veſperi.*

6 Potio diuretica.

℞. *Aq. Cherefol. petroſel. ana.* ʒij. *Sal. Onon. Tart. Vitriolat. Nitr.* ♁iat *ana* ʒß. *Malv. Junip.* ʒj. M. doſ. ut ſupra.

VII. *Methodus medendi.*
1. Libertas alvi promoveatur & expediatur ante ſanguinis miſſionem.
2. Venæ ſectio in junioribus in brachio, in provectioribus in pede adornetur circa Æquinoctia, luna decreſcente.
3. In fœminis prægnantibus Venæſectio in brachio inſtituatur circa medium geſtationis tempus, quo alias ſanæ hunc fluxum expertæ ſunt.
4. Poſt ventilationem ſanguinis ſubjungi poſſunt Analeptica, ad æqualem ſanguinis diſtributionem promovendam.
5. Eandem quoque æqualem ſanguinis diſtributionem promovet motus moderatus poſt venæſectionem inſtitutus.
6. Hæmophobis ad conſumendum ſanguinem proſunt Noduli laxantes cum Helleboro nigro, quibus ſubjungi poſſunt lenia Diaphoretica & Diuretica.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.
1. Plethorici per Scarificationem inſufficientem, aut Venæſectionem parciorem, facile in febres acutas, affectus arthriticos aliaque mala præcipitantur, ita, ut ſanguinis miſſione plane abſtinuiſſe, quam eandem non ſufficiente quantitate adornaſſe præſtiterit.
2. Plethoricis Alexipharmaca calidiora, præſertim cum regimine ſudorifico data, item diuretica violentiora, olea deſtillata acriora, & quælibet ſanguinem fortiter commoventia, item balnea & pediluvia fervidiora aut frequentiora, repentini & violenti corporis motus, vini generoſioris immodeſtior ingurgitatio, ſumme noxia, quin fere venena ſunt.

3 Venæſectio generalis omnis generis habitus, ſexus & ætatis hominibus convenit; Scarificatio vero non niſi corporis habitui ſpongioſiori, affectibus magis ſurſum ad caput, collum, ſcapulas, humeros &c. vergentibus & chronicam pertinaciam ac repullulationem minitantibus, ætati etiam adhuc vegetiori debetur, & frequentiores repetitiones, ad minimum ſingulis annis quadrantibus, poſcit.

4 Evacuationes ſanguinis aſſuetæ, licet interdum nullum poſitivum uſum habere videantur; neglectæ tamen & omiſſæ poſitivum damnum afferunt.

5 Motus corporis non ſolum frequentius repetendus, ſed etiam ad ſenſibilem uſque ſudoris excretionem continuandus eſt, ut hoc modo ſanguinis portio per motum localem in ſerum converſa, non per ſudorem tantum, ſed & per alia convenientia loca evacuetur.

6 Sit autem ab initio moderatus, poſtea vero magis magiſque intendatur, donec conſueta corporis & actionum alacritas redeat.

Caput Secundum.

De Hæmorrhagiis in genere.

I. *Definitio.* Hæmorrhagiæ ſunt excretiones ſanguinis e variis locis partim a Natura ipſa per motum tonicum ad ſuperfluum ſanguinem e corpore expellendum inſtitutæ, partim vero a cauſis violentis externis, rupturam vaſorum ſanguiferorum producentibus, excitatæ.

II. *Differentia.*

1 Alia ſunt Activæ, Aliæ magis Paſſivæ,
2 Criticæ, Chronicæ,
3 Period. & ſtatæ, Vagæ,
4 Tolerabiles & innoxiæ, Nimiæ

hoc eſt nimis frequenter repullulantes, aut nimis impetuoſe invaleſcentes, quæ proprie hujus loci ſunt.

5 Differunt etiam ratione loci excretionis, dum junioribus Narium Hæmorrhagiæ, juvenibus Hæmoptyſes, viris Hæmorrhoides, & ſenibus Mictus cruentus magis familiares ſunt. In feminis vero ſanguis magis per ventriculum, uterum & varices evacuatur.

III. *Signa.*

1 Antecedunt tonicæ corporis ſtricturæ ad hunc vel illum locum ſanguinem dirigentes.

2 In locis ubi ejuſmodi ſtricturæ fiunt, externe habitus extenuatus pallidus conſpicitur.

3 Urinæ ſudoris & fæcum alvinarum excretiones ſæpiſſime hoc tempore imminuuntur.

4 Venę in cōfiniis, ubi excretiones fieri debēt ſunt inflatæ.

5 Sub levi corporis motu internæ anguſtiæ & oppletiones ſentiuntur.

6 Corpus præterea ad functiones voluntarias peragendas aliquantiſper languidum eſt.

7 Somnus inquietus cum inſomniis de rebus rubris, flammis, de vulneribus, magnis anguſtiis oppletivis, lapſibus in loca profunda, ſtipatus.

8 In locis ipſis ante ejus eruptionem varii ſæpe ſenſus moleſti obſervantur; in naribus quidem prurigines & morſus, in pectore titillationes, in & circa uterum, gravitates, tenſiones & preſſiones, in inteſtino vero recto morſus & teneſmodes irritationes.

9 Multis autem plane tacite atque tranquille, ſine præcedentibus ejuſmodi ſenſationibus, ſanguis ex his vel illis locis erumpit.

IV. *Subjectum.* Hæmorrhagiis facilius & frequentius obnoxii ſunt homines

1 Ætate juniores,

2 Temperamento ſanguineo, vel cholerico, aut melancholico cum his mixto, præditi.

3 Indole animi activiores, iracundi.

4 Statu corporis plethorici, evacuationibus ſanguinis aſſueti.

5 Diætæ lautiori, imprimis vinoſæ dediti.

6 Qui corpus & plethoram uno impetu commovent & aeri calidiori corpora exponunt.

V. *Prognoſis.*

1 Incredibilem fere ſanguinis jacturam homo tolerare poteſt ſine lethali exitu.

2 Hæmorrhagiæ, utut enormes, ſibi vero relictæ, donec illarum impetus ſponte recedat, non tam facile tabidos affectus, hydropicos, aut œdematoſos tumores poſt ſe trahunt, quam quæ variis artificiis, imprimis vero adſtringentibus fortioribus tractatæ & oppreſſæ fuerunt.

3 Hæmorrhagias impetuoſiores, imprimis vero criticas, repente cohibitas, mox graviſſimæ anxietates, imo lipothymiæ, motus ſpaſmodici, aut ſtupor, imo Paralyſis partium conſentientium excipiunt.

4 Omnes hæmorrhagiæ ſæpius recrudeſcentes, refractariæ & vagæ, mali ſemper ſunt ominis: quæ vero contrario modo ſe habent, bonæ ſunt.

5 Hæmorrhagiæ per loca periculoſa, pulmones ſcil. ventriculum & renes, prodeuntes majori periculo exponunt ægrotantes, quam Narium Hæmorrhagiæ ac Hæmorrhoides.

6 Hæmorrhagiæ (a cauſis etiam violentis excitatæ) in ſubjectis diſpoſitis, præſentibus, Plethoram commoventibus, cauſis, facile recrudeſcunt, & in habitum degenerant, atque hinc coram difficulter admittunt.

7 Hæmorrhagiæ, reſpectu ætatis, temperamenti & ſexus, incongruæ, ſemper monſtri quid alunt, & ut plurimum viſcerum labem indicant.

8 Quo magis tacite Hæmorrhagiæ erumpunt congruæ, eo ſunt meliores, quo majora vero eos præcedunt & comitantur incommoda, eo pejoris ſunt ominis.

9 Hæmorrhagias congruas ante ordinarium ætatis terminum ceſſantes, vel ordinarii a tali hæmorrhagia pendentes affectus, vel alii circa eas partes, ad quas juxta naturæ leges fieri debebat ſanguinis tranſlatio, ſed in majori gradu, ſequuntur.

10 Omnes acutorum morborum Hæmorrhagiæ, niſi ætati, morbo, ejuſdemque tempori definito reſpondeant, ac reſpectu ſubjecti in conveniente quantitate contingant, merito ſuſpectæ ſunt.

VI. *Remedia.*

1 Venæſectio extra paroxyſmum præſervationis gratia, in paroxyſmo revellendi intentione, adminiſtrata.

2 Ligaturæ, frictiones, aut quæcunque ſenſibiles alterationes repentinæ partium remotiorum, aut oppoſitarum.

3 Nimiam ſanguinis tenuitatem & agilitatem temperantia, abſorbentia, emulſiones, acida lenia.

4 Turgeſcentiam ejus moderantia: Pulv. Salin. rubeus Stahlii, Pulv. Antiſpaſmod. Hallenſ. Nitr. depur. Lap. prunellæ &c.

5 Antiſpaſtica: Cinnabarina, Spec. & confect. de Hyacinth. Smaragd. præparata.

6 Tonico-Nervina: Salia Volat. Urinoſa, præſertim cum Tinctura Alcalica: v. g. Tinct. Tartari, vel Antimonii Tartariſata ſociata.

7 Sedativa confortantia: Eſſent. Dulc. Hallenſ. Pulv. Solar. Richteri, imprimis Pulv. Niger Hall. & Anodyna: Semen Hyoſcyami, MP. de Cynogloſſa &c.

8 Adſtringentia: Lapis Hæmatites, Corall. rubr. cum acido exhibita, Crocus ♂is ſubtilior, ſolutio Vitrioli ♂is ex minera Halliaca ad Almanrotham.

9 Amuletica & Sympathetica: Bufo exſiccatus, pulvis Sympatheticus Digbæi, lignum ſympatheticum, hoc eſt, lignum fraxini circa Solſtitium æſtivum ante Solis ortum cæſum, item Rad. Papav. rhœad. ipſo feſto D. Johannis inſtrumento aureo effoſſa, ſanguis proprius toſtus & exhibitus.

Formulæ Remediorum.

1 Pulv. Temperans Dn. D. Stahlii.

℞. *Ocul. ♋.* ℈.
Corali. rubr. præp. ana. ℈ſs.
Matr. perlar. præp.
Arcan. duplic. vel
Tart. Vitriolat. ana. ʒj.
Nitri depur. vel

2 Pulv. Antiſpaſmod.

℞. *Tart. Vitriolat.*
Nitr. depur. ana. ʒij.
Lap. prunell. ʒij.
Cinab. ☉ii vel nativ. ʒj.
M. div. in 6. p. æq. doſis una ſingulis vel binis horis exhib. vid. Diſſert. de hæmoptyſi §. 30

Conch. præp. ʒj.
Cinab. Antim. ℈ſs.
M. f. pulv. doſis ℈j.

3 Pul-

3 Pulvis moderate ſiſtens. *M.P. de Cynogl. gr.* iiij.
℞. *Pul. Antiſpamod.* 3.j. *M. div. in* 4. *part. æq.*
Spec. de Hyacint. g. xvi *D. doſ. j. vel ij. circa veſper.*

4 Mixtura Tonico-Nervina, ſive Diuretico diſcutiens.
℞. *Tinct. Sal. Tartar. vel Tinct. Nitri cum Regul.* ♁ij. *Martiali fixati.*
Spir. C. C. mediocriter dephlegmati probe tamen rectificati ana.
M. Doſ. gutt. a 30-40. *bis vel ter de die, tam in ipſo paroxyſmo, quam extra eundem, præſervationis gratia.*

VII. *Methodus medendi.*
In omni Hæmorrhagia attendere decet
1 Sanguinis quantitatem,
2 Craſin & motum ejuſdem,
3 Intentionem Moventis.
α *Sanguinis quantitati* conſulitur, partim etiam intentioni Moventis ſatisfit, per Venæſectionem præſervatoriam extra paroxyſmum, aut fienti jam eruptioni ſanguinis in paroxyſmo aliquatenus indulgendo.
β *Craſin* Sanguinis
1 Tenuiorem corrigunt abſorbentia, emulſiva acidula.
2 Spiſſiorem emendant, potus dilutior & ſimul motus corporis proportionatus, Salia media digeſtiva, Antiſcorbutica temperata.
Motum ejuſdem
1 Turgefactorium compeſcunt Nitroſa & acida lenia.
2 Congeſtorium præoccupant & revellunt, Hirudines, pediluvia, frictiones & ligaturæ extremorum, cucurbitulæ non ſcarificatæ, tandem Tonico-Diuretico-Diſcutientia, Salia Volatilia cum Tinct. Alcalica ſociata.
γ *Exacerbationem* ipſius agentis ſeu principii vitalis demulcent Anodyna, ſedativa e gemmis, Analeptica, Amuletica. Externa vi quaſi reprimit terror tam moralis quam phyſicus.
1 Extra paroxyſmum itaque ejuſdem recurſus præoccupandus Venæſectione præſervatoria, Temperantibus Nitroſis, Tonico-Nervinis & Diuretico-Diſcutientibus, v. g. Tinctura Salina Richteri, Mixtura e Spir. C. C. & Tinct. Tartari. Item Diæta tenuiore, motibus corporis moderatis, evitatione cauſarum occaſionalium, ſanguinem fortiter & repente commoventium, imprimis iræ & potus vini immoderatioris.
2 In Paroxyſmo Temperantibus, Divertentibus, Demulcentibus, Tonicis res gerenda, & non niſi ſumma urgente neceſſitate ad Adſtringentium uſum confugiendum.
3 Poſt Paroxyſmum, Analeptica, Tonica, Diſcutientia ſubjungenda.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.
2 Hæmorrhagiæ non immodicæ, non nimium frequentes, in ætate adhuc juniore, præſente ſenſibili Plethora, cauſarum quoque occaſionalium incitamentis, demum ad eruptionem pertingentes, nullam ſenſibilem fatigationem, ſed ſublevationem potius poſt ſe trahentes, nequaquam ſupprimendæ, imo ne quidem curandæ ſunt.
2 Alterantia in Hæmorrhagiis, ſenſibili Plethora, aut aſſuefactione ſubnixis, abſque prægreſſa aut ſubjuncta imminutione ſanguinis ventilatoria, nihil unquam ſolidi aut conſtantis efficiunt, licet in præſens paroxyſmum compeſcant.
3 Anodyna minus locum habent, ubi ab immateriali potius cauſa v. g. periodo temporis, animi pathematibus, hæreditaria diſpoſitione, conſuetudine, quam materiali aliquo incitamento v. g. Plethora evidente, potu æſtuoſiore, motu vehementiore &c. Hæmorrhagiæ concitantur & exacerbantur.
4 Fatiſcentibus jam propter prægreſſam ſanguinis enormem profuſionem viribus, præſtat ab Anodynis abſtinere, ne major inde virium dejectio ſequatur, & ſolis Analepticis atque Nervinis non nimium acribus inſiſtere.
5 Amuletica & Sympathetica, vel ſub his plane initiis, vel ſub declinatione, non in ⁎⁎μῆ ſeu ſumma exacerbatione adhibenda ſunt.
6 Amuletica ejuſmodi præſentiorem effectum præſtant in ſubjectis ſenſibilioribus, & animi magis penſitabundi, qui vix expectandus eſt in iis, qui indolis torpidioris aut turbulentioris, & impatientis ſunt.
7 Salia Volatilia, præſertim largioribus doſibus exhibita, in ſubjectis habitu ſpongioſiore præditis, ſeu Sanguineis, ubi Plethora concurrens per Venæſectionem, aut ipſum fluxum ſanguinis, nondum aliquatenus imminuta, aut quando febris complicata eſt, præter alia incommoda, tumores œdematoſos plerumque inducunt.
8 Adſtringentibus extra paroxyſmum, ejuſque recurſum his ipſis intercipere & præoccupare velle, plerumque conamen irritum, quin periculoſum eſt. Imo ne in ipſo quidem paroxyſmo ad ea confugiendum eſt, niſi ſumma demum & urgente neceſſitate. Per ſola adſtringentia τὸ nimium fluxus compeſcere, plerumque vanus conatus eſt.
9 Exiguæ adſtringentium doſes fluxum ſæpe augent, largiores vero, aut ſubjectis ſenſibilioribus exhibitæ, fluxum plane ſupprimunt; & facile aliorum viſcerum conſtipationes & graviores læſiones inducunt.
10 Nullibi vero minus efficiunt, quam in Hæmorrhagiis narium interne exhibita, extrinſecus vero naribus injecta aut inſufflata, paulo præſentiorem efficaciam exerunt.
11 Circa Hæmorrhagiam criticam notandum, quod paucum nihil ſit criticum: paucitas enim hic indicat, ægrum eſſe debilem & enervatum, Naturam movere quidem, ſed parum promovere.
12 Talis Hæmorrhagia ſæpius a ſpumeſcentia ſanguinis oritur, unde ægroti Plethorici die 3. vel 5. refrigerantibus tractandi ſunt, ut nimiæ ſpumeſcentiæ occurratur. Cavendum vero ſibi eſt ab uſu Spiritus Salis in febribus, imprimis ſi pectus male ſe habeat, tuſſim enim exaſperat, urinam nimis ſtimulat, & facile obſtructionem hepatis parit.
13 Si vero critica hæc Hæmorrhagia nimis vehemens ſit, interne leniter adſtringentia ſimulque confortantia v. g. Pulv. Solares Richteri & Pulv. Niger Hallenſ. item Corall. præpar. Species de Hyacinth. Smaragd. præpar. & ſi ſumma urgeat neceſſitas Anodyna in refracta doſi uſurpari poſſunt.
14 Externe vero nihil eſt tentandum, alias anxietates repentinæ cooriuntur, præter ligaturas & frictiones, item Spir. Vini Camphoratum leniter crocatum, vertici & temporibus illitum.

Caput Tertium.

De Hæmorrhagia Narium.

I. *Definitio.* Est eruptio ſanguinis ſuperflui & moleſti ut plurimum a Natura ipſa miniſtrante motu tonico per nares producta.

II. *Differentia.*
1 Alia.
α Eſt Chronica & homines de reliquo ſanos affligit; quæ iterum vel periodica, vel anomala; alia
β Morbis acutis ſupervenit, & hæc eſt vel Critica vel Symptomatica.
2 Utraque eſt vel
α Tolerabilis & innoxia:
β Exceſſiva, nimis frequens & vehemens, aut in Criſibus nimis parca.

III. *Signa* fluxus,
1 Imminentis: Congeſtiones verſus ſuperiora & hinc in partibus remotioribus frigus extremorum, alvi adſtrictio, urina tenuis, murmura abdominis, hypochondriorum coarctatio ſpaſtica, ſine dolore tamen.

2 In proximioribus vero & circa partem affectam, pectoris oppletio cum ſpirandi difficultate, colli ejuſque vaſorum inflatio & pulſatio, cervicis dolor, rubor genarum, gravitas & pulſatio in temporibus cum vaſorum inflatione, tinnitus aurium, oculorum hebetudo, rubor, dolor gravativus, imo compunctorius, dolor capitis non tam exquiſite punctorius, quam gravativus, circa naſi radicem magis urgens, pruritus narium, ſomnus turbulentus, inſomnia de vulneribus, ſanguine, incendiis.

IV. *Subjectum.*

1 Hæmorrhagiis narium familiarius expoſita eſt ætas puerilis & adoleſcens ab anno octavo ad decimum octavum vel vigeſimum circiter.

2 Infantes quoque interdum narium Hæmorrhagiis corripiuntur propter diſpoſitionem hæreditariam.

3 Pariter & adulti, in juventute frequentius has Hæmorrhagias experti, poſtmodum vero per evacuationes vicarias, & aliis locis inſtitutas inde ſublevati; his vero jam deſtituti, facile poſtliminio Hæmorrhagias narium patiuntur.

4 Facilius quoque Hæmorrhagiæ narium eveniunt hominibus, qui ſunt temperamenti Sanguinei, aut cum Sanguineo prædominante mixti, item qui poſt potum paulo ſpirituoſiorem, aut motum corporis rubore faciei ſuffunduntur, ac debilitate capitis tentantur.

V. *Prognoſis.*

1 Hæmorrhagiæ narium bene procedentes, non nimis crebræ, neque excedentes, non tantum ſublevant ſubjectum Plethoricum, ſed etiam in perfecta criſi patientem reſtituunt.

2 Nimiæ autem enervant ægrotum & in Cachexiam, Hydropem, Tabem, imo mortem non raro præſentaneam præcipitant.

3 Prognoſticum vulgi, pueros frequentioribus narium Hæmorrhagiis obnoxios, in Phthiſin pronos eſſe pronunciantis, ſæpe ipſo eventu comprobatur, partim quia violenta Hæmorrhagiarum ejuſmodi per adſtringentia imprimis interna oppreſſio, obſtipationem Viſcerum inducere ſolet; partim quia, ſponte ceſſantibus per ætatem Hæmorrhagiis narium, impetus ſanguinis ad pectus & pulmones ruit.

4 Hæmorrhagiæ narium in provectioribus ſemper periculoſiores & majori circumſpectione tractandæ ſunt, quam in junioribus.

5 Hæmorrhagiæ narium adultorum, Hæmorrhoidum aut Menſium ſuppreſſionem inſecutæ, per Adſtringentia ſuppreſſæ, graviſſima mala, Dolores, Inflammationes, Febres acutas, Apoplexiam &c. poſt ſe trahunt.

6 Hæmorrhagiæ narium Hypochondriacorum, Cachecticorum & Hydropicorum mali utplurimum ſunt ominis & morbos graviores reddunt, imprimis ſi e contrario latere ſanguis fluat, v. g. affecto hepate ex nare ſiniſtra, liene vero male ſe habente e dextra.

7 Funeſtæ quoque utplurimum ſunt Hæmorrhagiæ narium in Febribus acutis, malignis, petechialibus & quartanis juxta Hippocr. Aphor. 3. Sect. VIII. tolerabiliores ſunt in Variolis & Morbillis, imprimis in principio eorundem, ubi morbi impetum maxime frangunt.

8 Hæmorrhagiæ narium in junioribus vel ſponte ante ordinarium tempus emanentes, vel malo regimine aut arte ſuppreſſæ variorum dolorum capitis ejuſque partium, Inflammationum, & pectoris etiam præmaturorum morborum fiunt cauſæ.

9 Hæmorrhagiæ narium in ſenibus, antea iiſdem aſſuetis, recrudeſcentes vel ſuppreſſæ, vel ſubito ceſſantes, certiſſime Vertiginem, Apoplexiam & ſoporoſos affectus excitant.

10 Eo certius autem narium Hæmorrhagiæ, tam criticæ, quam ſymptomaticæ, vitæ periculum inferunt in acutis, ſi ſupprimuntur; preſſo enim eaſdem pede vel ſtupores & inflammationes meningum cum deliriis aut convulſionibus, vel translationes ſanguinis ad alias partes, utplurimum funeſtæ, ſequuntur.

VI. *Remedia.*

1 Divertentia: extra paroxyſmum tempeſtivæ ventilationes ſanguinis, item blandæ laxationes, apertio Hæmorrhoidum & promotio fluxus menſtrui.

2 Temperantia: Nitroſa, acidula, emulſiva & gelatinoſa. v. g. Pulv. Antiſpaſmod. Tinct. Flor. Bellid. vel Papav. errat. Decoct. C.C. vel Raſur. eboris (cujus decocti ℔. ij. addi poteſt ʒſs. Tinctur. Bellid. vel Papav. errat.)

3 Anodyna: M. P. de Cynogloſſ. ad gr. 1. vel 2. pulveribus Cinnabarinis addita. vid. de Hæmorrhag. in genere pulv. moderate ſiſtens.

4 Leviter Adſtringentia: Corall. Species de Hyacinth. Smaragd. præparata.

5 Topica: Stercus ſuillum recens verberibus extortum vel fronti calide applicatum, vel vapor ejuſdem, lapidibus calidis impoſiti, excipiendus, vel alias calidum naribus applicandum: item turunda ex Alumine naribus immiſſa: Solutio ſacchari Saturni iiſdem injecta: fuligo tenerior inſufflata: Rad. pſevdoacori ſive Iridis luteæ paluſtris recens ſub lingua detenta, cujus fruſtulum hoc modo uſurpatum Hæmorrhagias refractarias compeſcuit: Spiritus Vini Rectif. toti abdomini & hypochondriis applicatus. Externe collo & temporibus applicari poteſt Epithema ex aceto roſar. Camphor. Nitro & Opio compoſitum. Epithema ex nucleis Perſicorum, vel Amygdalis amaris contuſis & in aceto coctis, collo calide impoſitum: Umbilicus marinus parte plana ſaliva humectatus & interſtitio oculorum, ubi decurrit vena frontis admotus: Crepitus lupi naribus intruſus: Acetum fronti applicatum, aut vapor ejuſdem lapidi calido immiſſi naribus exceptus.

6 Sympathetica: Bufo exſiccatus ſub axillis geſtatus, aut in manu detentus; Lignum fraxini circa Solſtitium cæſum, & fronti ſurſum verſus affrictum, aut in manibus detentum; ſanguinis exſtillantis exceptio pulvere Sympathetico Dygbæano aut ferro ignito facta; Hæmatites in manu detentus donec incaleſcat. Jaſpis item collo appenſus. Lapis carpionum triangularis ſub lingua detentus. Jaſpis genuinus cujus rubedo venulis herbaceis eſt diſtincta, argentoque cinctus, ſi in iſta manu ſub pollice, ex cujus lateris foramine narium ſanguis fluit, tenetur.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans.

℞. *Nitr. depur.*	*M. f. pulv. doſ.* ℈j. *ſingulis dimidiis horis doſis* j. *ad mitigationem uſque mali propinando.*
Arcan. duplic. ana. ʒj.	
Cinnab. ℈ij ℈j.	

2 Potio temperans.

℞. *Aq. Plantag.*	*Syr. e Symph. Fern.* ʒij.
Portulac. ana ʒj.	*M. loco præſcripti pulveris aliquot vicibus uſurpanda.*
Lap. prunell. ʒj.	

3 Pulvis temperans & moderate ſiſtens.

℞. *Pulv. ſupra deſcripti* ʒſs.	*M. Pil. e Cynogl. gr.* ij.
Corall. rubr. præparat. ℈ſs.	*M. div. in 2. part. æq. duabus vicibus in caſu neceſſitatis exhibendus.*
Spec. de Hyac. gr. v.	

4 Sympatheticum externum.

℞. *Aq. font. vel. plantag.* ʒj.	*M. d. ad vaſc. Sanguis eidem inſtillandus & feſtuca lignea ſubagitandus.*
Pulv. Sympath. Digb. ʒj.	

VII. *Methodus medendi.*

1 Hæmorrhagiæ narium non immodicæ, non nimium frequentes, ſanguinem etiam bonæ notæ & ſatis floridum exhibentes, in ætate adhuc juniore, præſente ſenſibili Plethora, & fortiora inſuper cauſarum occaſionalium incitamenta expectantes, nullam ſenſibilem fatigationem, ſed ſublevationem potius poſt ſe trahentes, imo prægreſſam qualemcunque gravitatem, tenſionem Cephalalgiam, ſenſibiliter ſolventes, nequaquam curandæ ſive ſupprimendæ, ſed potius tolerandæ ſunt.

2 Suffi-

2 Sufficit in ejuſmodi caſu diætam convenientem, ſcil. ſufficientem potum, placidum motum, abſtinentiam ab æſtuoſis cibis & potionibus, evitationem æſtus ambientis, ſucceſſum reliquarum debitarum excretionum, animi etiam pathematum moderamen injungere.

3 Quando vero Hæmorrhagiæ vel frequentiores, vel copioſiores eveniunt, vel ob leves (præſertim magis evitandas, & ſæpe occurrentes,) cauſas occaſionales, prorumpunt, ætas inſuper jam adultior, adeoque artificialibus evacuationibus commodior, præſto eſt; ibi & ſecurum & certum remedium præbet Venæſectio, commodo tempore, Verno, vel Autumnali, vel pro re nata utroque inſtituta, & poſtea anniverſariis iſtis periodis continuanda.

4 In ætate vero teneriore, & concurrente, ut plerumque fit, dyſcraſia ſanguinis, ſufficit diætam congruam ordinare, ſucceſſum alvi promovere, (per clyſteres, infuſa laxantia & ſalia aperitiva v. g. Tart. Vitriolat. Sal Cathart. amar. Angl. verum Magneſ. alb. &c. vitando autem aloetica) ſanguinis item tenuitati nimiæ & mobilitati per temperantia & demulcentia, viſciditati ejuſdem per Antiſcorbutica temperatiora occurrere.

5 Præſente Hæmorrhagia & urgente neceſſitate, inſtituatur Venæſectio in brachio aut majoris revulſionis gratia in pede, poſtea exhibeatur pulvis temperans ſingulis binis vel ternis horis, quibus non ſufficientibus aut recrudeſcente Hæmorrhagia, Corall. Spec. de Hyacinth. & MP. de Cynogl. addantur.

6 Quieta continentia ſanguine fluente ſumme neceſſaria eſt, & ſæpius plus præſtat quam reliqua remedia.

7 Immiſſio pedum in aquam calidam ad genua uſque, egregium ſæpius edit effectum.

8 Remedia Topica, Sympathetica & Amuletica, ligaturæ extremorum & aquæ frigidæ aſperſio interdum aliquid præſtant in ſubjectis ſenſibilibus.

9 Viribus per nimiam Hæmorrhagiam dejectis per Analeptica, Gemmata, Eſſ. Dulc. Hall. Concent. & Ordin. parvis & repetitis doſibus, v. g. Eſſ. Dulc. Hall. gutt. 8. vel 10. exhibitam, ſuccurrendum, ab opiatis vero abſtinendum.

10 Viribus aliquantiſper reſtitutis convenit Mixtura Tonico-Nervina D. Stahlii bis vel ter de die ad 30. vel 40. guttas exhibenda.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Adſtringentibus inſolentioribus Hæmorrhagias narium præoccupare, neque integrum, neque tutum eſt.

2 Adſtringentia præſertim interne data, nullibi minoris ſunt efficaciæ, quam hoc loco.

3 Plus fere præſtant extrinſecus applicita: nunquam tamen adhibenda, niſi vere urgente neceſſitate & ſubjunctis Diſcutientibus ſive Diaphoreticis temperatis.

4 Talia quoque adſtringentia & ſiſtentia externa in uſum trahi non debent, niſi præmiſſa ſit Venæſectio & totum corpus æqualiter caleat, alvuſque ſit libera: multo minus ſi pedes frigent, & facies pallet.

5 Cautiſſime quoque uſurpanda ſunt adſtringentia in Hæmorrhagiis criticis, ſive quæ morbis acutis ſuperveniunt; utut enim illæ modum excedant; vix tamen tantum & tam certum periculum inde metuendum, ob ſanguinis jacturam per ipſum fluxum factam, quam ob viſcerum indurationem ſcirrhoſam per adſtringentia inducendam.

6 In ancipiti tali caſu præſtat ſummam negotii Naturæ committere, atque temperantibus Tonicis, & Analepticis inſiſtere, neque ultra Corallor. Specier. de Hyac. Margar. Orient. Smaragd. præp. aut lenium Anodynor. uſum, ligaturas extremorum, applicationem Spir. Vin. Camph. crocati circa verticem & tempora, progredi.

7 Remedia Topica, Sympathetica & Amuletica ſæpius partim infida, partim minus ſecura ſunt.

8 Poſt enormes Hæmorrhagias narium ſuperatas, caput tum a frigore, tum ab æſtu nimio defendat, oculis etiam parcat patiens.

CAPUT QUARTUM.

De Hæmoptyſi.

I. *Definitio.* HÆmoptyſis eſt ejectio ſanguinis ſinceri, floridi & ſpumoſi circa pectus congeſti, vel a Natura ipſa ope motus tonici inſtituta, vel a cauſis violentis externis producta.

II. *Differentia*: differt Hæmoptyſis.

1 A ſputo cruento, quando ſanguis in exigua quantitate poſt fortiorem ſcreatum ſputo mixtus ejicitur.

2 A ſputo cruento Pleuriticorum, Peripneumonicorum & Phthiſicorum, qui vel ſanguinem craſſum, vel pus ſanguine tinctum non ſimul & ſemel, ſed repetitis vicibus cum tuſſi ejiciunt.

3 A Vomitu cruento, ubi ſanguis vel cum cibis & potu commiſtus, vel ſolus, ſub nigricante ſpecie, & in grumos quaſi converſus, per vomitum excernitur.

III. *Signa.*

1 Imminentis: Spaſticæ compreſſiones ſcapularum & humerorum, anguſtiæ, aut titillationis ſenſus in profundioribus faucium. Gravativus item pectoris dolor, flatulentia circa primas vias, frigus extremorum, horror, ſanguinis interdum aſcenſus ſenſibilis ex partibus inferioribus ad ipſa præcordia, anxietas, palpitatio cordis, raucedo &c.

2 Præſentis: expuitio, ſive egeſtio ſanguinis per os floridi & ſpumidi in aliqua copia notabili, cum vel ſine tuſſi præcedente, nunquam tamen abſque eadem comitante, contingens.

IV. *Subjectum.*

Hæmoptyſeos periculo familiarius exponuntur.

1 Juvenes ab anno Vigeſimo ad Trigeſimum quintum circiter.

2 Homines temperamenti Choler. ſanguinei, aut ſanguineo Melancholici ſtaturæ proceræ, habitus gracilioris, collum oblongum & ſcapulas elatas habentes.

3 Perſonæ, quibus neceſſitas multum cum contentione vocis loquendi, cantandi, incumbit &c. aut ſaltationibus, & ſimilibus motibus repentinis indulgentes, item quibus a motu corporis citatiori & præcipiti, mox valde anguſtatur reſpiratio, cum intercurrente irritatione quadam tuſſiculoſa.

4 Homines qui in pueritia & adoleſcentia frequentius narium Hæmorrhagiis correpti fuerunt, quæ poſtea mature emanſerunt: aut qui alias inſigni calidiore coryza cum dolore capitis laborarunt; ut & qui Scarificationes & Venæſectiones aſſuetas neglexerunt.

5 Fœminæ, quibus Menſes ex quacunque cauſa ſuppreſſi ſunt.

6 Ut & Viri Hæmorrhoidibus, conſuete alias fluentibus, ſuppreſſis.

7 Quorum parentes tabidi fuerunt, aut etiam antea hoc morbo laborarunt: Item qui Parentibus podagricis & nephriticis nati ſunt.

8 Literati, vitæ ſedentariæ dediti, Hypochondriaci, corpus ſubito motu fortiori exercentes, imprimis in aere frigidiori.

9 Homines ad iram aut terrorem proni, vino & liquoribus ſpirituoſis abutentes, corpus ventis, maxime Septentrionalibus, refrigerantes.

10 Homines qui ſub aere denſiori ac craſſiori nati & educati, poſtmodum in aere ſubtiliori vivunt, ac Plethoram motu fortiori commovent.

11 Quibus addi poſſunt cauſæ externæ violentæ, plagæ, caſus ab alto, onerum graviorum geſtationes, cum reſpirationis cohibitione, vapores corroſivi &c.

V. *Prognoſis.*

1 Hæmoptyſis omnium Hæmorrhagiarum eſt periculoſiſſima & maxime fontica; ſi non ſtatim in præſenti lethifera, in poſterum tamen exitus funeſti periculum, hoc eſt Phthiſeos, ulceriſque, & nodoſæ indurationis Pulmonum metum inducens.

2 Quæ tamen periodice, & ſtatis veluti temporibus recurrit, nullam quoque tuſſim, aut dyſpnœam ſuſpe-

ſpectam poſt ſe relinquit, minus quidem periculoſa, curationi tamen maxime refractaria exiſtit.

3 Quamvis ubique periculoſa ſit Hæmoptyſis, facilius tamen, quæ a cauſis internis, quam quæ ab externis violentis dependet, curatur.

4 Præ cæteris maxime periculoſa eſt, quæ a vaporibus corroſivis originem traxit.

5 Hæmoptyici a parentibus tabidis nati, omnium facillime in Phthiſin incidunt.

6 Quo majores in diæta commiſſi fuerunt errores, imprimis per vini & liquorum ſpirituoſorum abuſum, eo gravior & periculoſior, ob ſanguinis turgeſcentiam, ſuccedit Hæmoptyſis.

7 Hæmoptyſis morbis chronicis, Hydropi, Scabiei inveteratæ retropulſæ, Ulceribus, quę diu manarunt, ſuppreſſis &c. ſuperveniens, maxime periculoſa & ut plurimum funeſta eſt.

VI. *Remedia*.

α *Curatoria*.

1 Nimii ſanguinis ad pectus ruentis diverſio per Venæſectionem revulſoriam, in pedibus inſtitutam, per ligaturas extremorum, item per fotus calidos, manibus & imprimis quidem plantis pedum applicandos, ut & per clyſteres.

2 Orgaſmi ſanguinis ſedatio per Nitroſa & Cinnabarina, quibus gr. j. vel ij. MP. de Cynogl. caſu magis urgente, addi poteſt.

3 Ipſius eruptionis violenrioris cohibitio per Adſtringentia, v. g. Crocum Mart. Antimoniat. ad gr. vj. vel viij. cum MP. de Cynogl. gr. j. exhibitum, per pulv. Heurnii contra Hæmoptyſin, vid. ejuſdem Comment. in Aphor. Hipp. Lib. V. Aphor. 3. Item Species de Hyacinth. Pil. de Styrace, Pulv. ex raſur. dent. Hippopot. Rhinocer. Unic. animal. Hæmatit. præp. Sem. Hyoſc. & per pulverem Sympathet. Dygbæanum in aqua diſſolutum, cui dein ſanguis egeſtus immittitur.

4 Æqualis ſanguinis per totum habitum corporis diſtributio per Diaphoretica temperata, v. g. doſin moderatam Eſſent. Alexipharmacæ, aut, ſi quid febrilis, uti non raro contingit, ſubſit, pet potiunculas Diapnoicas cum Antimonio diaph.

5 Sanguinis forte congrumati reſolutio & pulmonum reſtauratio per Decocta Pectoralia leniter Abſtergentia, non manifeſto Adſtringentia, aut nimis dulcia, v. g. ex Flor. Bellid. pratenſ. Borrag. Bugloſſ. Papav. rhœad. Herb. Agrimon. Hyſſop. Tuſſilag. Scabioſ. Capill. ♀is Epithym. Virg. Θeæ, Veron. Urtic. min. Heder. Terr. Rad. Pimpin. alb. Irid. Florent. Symphyt. Helen. raſura C.C. vel Eboris parata. Prodeſt quoque hoc in caſu Nitrum & ſanguis hirci pulveribus ſuperioribus mixtus: aut etiam potio ex Vini ℔. j. & Oc. ♀♀. ℥j.

β *Præſervatoria* per

1 Venęſectionem Autumnalem & Vernam, imo Scarificationes preſertim in aſſuetis.

2 Mixturam ex Tinct. Tart. acri & Spir. C. C. ana. vel ex Tinct. Tart. ʒij. & Sal. Vol. Oleos. Sylv. ʒj.

3 Per temperantia & laxantia, quæ nimiam ſanguinis generationem impediunt.

Formulæ Remediorum.

1 Pulv. Anodyno-ſubadſtringens.

℞. *Specier. de Hyac.* *MPil. de Cynogl. gr.* iij.
Corall. præparat. *M. pro* 3. *doſibus*.
Pulv. Chacarill. an. ʒß.

2 Pulv. adſtringens Heurnii.

℞. *Corall. rubr. præp. an.* ʒj. *Sem. papav. alb. ä.* ʒß. *Hyoſcyam.* ℈j.
Lap. hæmatit. *M. detur cum Conſerv. roſ.*

3 Eſſent. Diaphoret. diſcutiens.

℞. *Eſſent. Alexiph. Stahlii.* *Tinct. ♀ii Tartar. ä.* ʒj. M. *doſis gutt.* 30. *bis de die in vehiculo*.

4 Potio Diaphoretica.

℞. *Aq. flor. Samb.* *Card. Mar.* *Galeg. an.* ʒj. *C.C. Citr.* ʒß. ʒii. *Diaph.* *Oc. ♀♀. præp. an.* ʒß. *Syr. acetos. Citr.* ʒß. M. *cochleatim* 2. *vel* 3. *horis propinanda*.

5 Infuſum reſolvens & abſtergens.

℞. *Herb. Agrimon.* *Veron.* *Scabioſ. an. m*ß. *Flor. Bellid. min.* *pap. rh. an. p.* j. *Inciſa infunde in Aq. ferv. & loco potus Thee uſurpentur* 3. *vel quater de die* ʒiv. *ad* ʒvi.

6 Pulv. Temperans.

℞. *Antimon. & lis Cachect.* *Nitr. depur.* *Arcan. dupl. an.* ʒj. M. *div. in* 6. *part. æq. ſingulis diebus mane* 1. *doſis*.

7 Pilulæ reſolventes & laxantes.

℞. *Extract. Rhabarb.* *Fumar.* *Agrimon.* *Cent. min.* *Card. Ben.* *Limat. & is.* *Myrrh.* *Succin. an.* ʒj. *Sal. Succin.* ʒß.

M. fiant Pil. ad pond. gr. j. 12. *pro doſi circa noctem*.

VII. *Methodus medendi*.

1 Excretiones ſanguinis per pulmones omnium eſſe periculoſiſſimas, adeoque quantocyus ſiſtendas, conſentiunt omnes practici; de modo tamen atque mediis diſſentiunt, dum alii Adſtringentia, alii Opiata, alii Venæſectionem ſuadent.

2 Venæſectio in ipſo vigore paroxyſmi nihil juvat, niſi copioſa ſit, emiſſio parcior potius exacerbare videtur affectum.

3 Nitrum cum Abſorbentibus aut Diaphoreticis & Cinnab. junctum omnibus his palmam præripit, dum non ſolum ſatis præſenter (3. vel 4. doſibus) eruptionem ſanguinis cohibet; ſed & tutiſſime & tranquille ſine omni anguſtia & oppreſſione pectoris reſidua hoc præſtat.

4 In malo tamen urgentiori non ſemper ſatisfacit.

5 Poſſunt tunc addi Anodyna & ſubadſtringentia, v. g. Species de Hyac. & MP. de Cynogl. imo in caſu neceſſitatis ad poſitive Adſtringentia confugiendum.

6 Pulvis Digbæi Sympatheticus, ſeu Vitriolum in radiis Solaribus calcinatum, ſi ejus circiter ʒj. in Aqua font. ʒj. diſſolutum patienti pro excipiendo ſputo ſanguinolento offeratur, ipſique, ut aquam hanc ſubinde baculo ligneo agitet, injungatur, aliquoties ſenſibilem opem attulit, dum non ſolum fluxum maxime impetuoſum efficaciter cohibuit, ſed & in futurum conſtanter compeſcuit.

7 Mixtura ſupra laudata Tonico-Diuretica ex Spir. C.C. & Tinct. Tart. part. æq. remiſta non tam præſervative ad recurſum mali præoccupandum, ſed etiam curative, in paroxyſmo leniore, pertinaciter tamen recrudeſcente, tuto, imo cum fructu ad gutt. 30. bis vel ter de die exhiberi poteſt. Non enim æque humores alterat, (ut vulgo creditur) ſed potius tonum partium ſolidarum roborat. Conf. Diſſ. Stahl. de Hæmoptyſi §. 37. item Hoffmann. de Tract. Pract. Hæmorrh. pag. 12.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Sicuti in aliis Hæmorrhagiis, per loca magis periculoſa erumpentibus, repentina per Adſtringentia fluxus ſuppreſſio ſontica damna infert: ita multo magis talis violenta Hæmoptyſeos cohibitio, aut Hecticam ex conſtipatione hepatis, aut Phthiſin ſtricte dictam, ex cruoris retenti putredine prognatam, inducit.

2 Opiata ſæpius quoque effectu deſiderato hic deſtituuntur; imo ipſi quoque eorum Patroni cautelam, ex infauſta procul dubio experientia ſubnatam, addunt: Opiata pectori eſſe inimica.

3 Qui diſpoſiti ſunt ad hunc affectum, omni ſtudio caveant aeris inæqualitatem, præſertim frigidos boreales ventos; item temperent ſibi ſemper ab iracundia, ad quam ordinarie ſolent eſſe paratiſſimi. Hoffmann. l. cit.

CAPUT QUINTUM.

De Vomitu Cruento.

I. *Definitio*. VOmitus cruentus eſt ſanguinis grumoſi utplurimum, qui a vaſe brevi diſru-

disrupto in Ventriculum depositus erat, per superiora ope motus ventriculi tonici ejectio.

II. *Differentia.*
Vomitus cruentus est vel
1 Spontaneus, atque utplurimum periodicus.
2 Violentus magis a causis externis, v. g. a purgantibus & emeticis drasticis, aut Septicis improvide assumptis, proritatus.

III. *Signa.*
1 *Imminentis*: Spastica & Cardialagica pathemata circa præcordia & hypochondria, imprimis in latere sinistro, non perpetua & stataria, sed per intervalla, imo statas interdum periodos recrudescentia; singultuosæ item præcordiorum & hypochondriorum concussiones, interdum cum Vertigine & Deliriis.
2 *Præsentis*: Egestiones sanguinis, utplurimum nigricantis & congrumati per vomitum, interdum a vomibunda torsione & rejectione ciborum incipientes, tandem vero magis sanguinem sincerum excernentes.

IV. *Subjectum.*
1 Fœminis familiarior est hic affectus quam Viris, & ut plurimum quidem illis evenit, quæ fluxus menstrui ataxia, aut plenaria suppressione laborant, aut quibus Menses justo maturius cessarunt.
2 Familiarior quoque est fœminis plethoricis, animi activioris, temperamenti Sanguineo-Cholerici.
3 Frequentius quoque eam experiuntur adultæ, quam juniores.
4 Cessantibus justo tempore Mensibus, Vomitu cruento non amplius corripiuntur mulieres.
5 Viri Hypochondriaci & Hæmorrhoidarii, quibus Hæmorrhoides vel emanserunt, vel suppressæ fuerunt.
6 Qui Venæsectionem in pede assuetam intermiserunt.
7 Quin & ipsæ prægnantes ex Mensibus retentis interdum affliguntur tali vomitu, idque fere sine periculo, conf. Ettmull. T. II. p. m. 95
8 Quibus ulcera antiqua consolidata fuerunt; Ettmull. ibid. conf. historia a D. Nenter Introduct. ad Pathol. p. 30. allegata.

V. *Prognosis.*
1 Raro ita copiosus contingit, ut præsens vitæ periculum ob jacturam sanguinis urgeat.
2 Gravius tamen minatur periculum si ἔντερα, simul sanguis, & quidem vere floridior rejiciatur. vid. Forest. L. XVI. Observ. 24.
3 Minoris periculi est in sexu fœmineo, quam virili, item qui sponte cooritur, quam qui a causis violentis inducitur; denique qui periodicus existit, quam qui incertis intervallis recurrit. Forest. L. XVI. Observ. 25.
4 Facile tamen in consuetudinem degenerat, & Cachexiam tandem inducit.
5 Idque tanto certius, quo violentior & copiosior contingit, aut quando per Adstringentia perperam tractatur. Horum enim abusum Cachexia, Oedemata, Hydrops, Hectica, Colica convulsiva, & alia Hypochondriaco-Spastica Hysterica pathemata satis effera presso pede sequuntur.
6 Vomitus materiæ nigricantis instar Rob Sambuci, (quando nihil aliud quam sanguis congrumatus) in Acutis lethale signum; in Chronicis vero post Quartanas, aut Hypochondriacas passiones, diutius toleratas, melioris spei sunt.
7 In quocunque sanguinis vomitu, sæpius recurrente, Hæmorrhoides supervenientes salutem afferunt morbi certam. Ettmull. T. II. p. 96.

VI. *Remedia.* (*) *in Paroxysmo.*
1 Temperantia: Pulv. Antispasm. ex Nitro, Tart. Vitriol. & Cinnab. factitia paratus, item Pulv. rubeus Salinus Stahlii, aut etiam Nitrum per se datum; Salia reliqua digestiva neutra.
2 Lenia adstringentia: Corallia, Species de Hyac. Margarit. præp. Tinct. Mart. Aperitiv. Tinct. Terr. Catech. Quibus jungi potest M. P. de Cynogl. & Pulv. Chacarill. Crocus ☉iatus Stahlii, Lap. Manati & Dens Hippopot. in forma pulveris.
3 Revellentia: Venæsectio in pede, frictiones pedum, ligaturæ extremorum, cucurbitularum applicationes cum multa flamma ad suras, applicatio Hirudinum, pedum immissio in aquam calidam, injectio clysterum lenientium, Pil. contr. Obstruct. Hallens. aut similium lenium laxantium usus pro referanda alvo.
4 Discutientia: Infusum & Essentia Millefolii vid. Stahlii Dissert. de Motu Tonico Vitali p. 11. item ejusd. Pathol. pag. 740. & 1023. aut Essent. hæc cum Essent. aliqua carminativa temperata, e radicibus Helenii, Cariophyllat. Pimpinell. alb. Gentian. rubr. &c. vel cum Essent. Alexipharm. remixta. Salia item volatilia Urinosa cum modo dictis Essentiis aut Tinct. Tart. vel ☉ii, aut per se exilibus dosibus, sæpius data.

(β) *Extra Paroxysmum.*
1 Sanguinem grumosum ex Ventriculo evacuantia, Rhabarbarum cum absorbentibus mixtum: Vina laxantia ex Rhabarb. Rab. Helen. Gentian. rubr. Rubia Tinctor. Absinth. Cent. min. Millefol. Card. Ben. Flor. bellid. &c. parata.
2 Discutientia superius allegata.
3 Plethoram imminuentia & a Ventriculo sanguinem revellentia, uti Venæsectio in pede, tempore verno & autumnali celebrata, Scarificationes, Pediluvia.
4 Provocatio fluxuum suppressorum, Hæmorrhoidum scil. & Mensium, per remedia consueta, de quibus suo loco.

Formulæ Remediorum.

1 Pulv. Antispasmod.
℞. *Nitr. depur.* *M. div. in 6. part. æqual. singulis duabus horis 1. dosin sumendo.*
Tart. Vitriolat. an. ℥j.
Cinnab. ☉ij *gr.* xviij.

2 Alius.
℞. *Arcan. duplic.* *Cinnab.* ☉ij. *gr.* xv.
Lap. ♋. *M. div. in 3. part. æq.*
Nitr. depur. an. ℈j.

3 Pulv. Temp. adstringens.
℞. *Corall. rubr. præp.* *M. pro 4. dosib. singulis tribus vel quatuor horis dosin, 1. exhibendo.*
Nitr. depur. an. ʒß.
Dent. Hippopot. ℈j.
MP. de Cynogl. gr. iiij.

4 Alius.
℞. *Corall. rubr. præp.* *Cinnab.* ☉ij. ℈ß.
Chacarill. an. ʒß. *M. dentur singulis duab. horis gr.* xv. *vel* 2. *cuspidibus cultri.*
Nitr. depur.
Croc. ♂*is* ☉*iat. an.* ℈j.

5 Alius.
℞. *Corall. rubr. præp.* *Spec. de Hyac.* ℈j.
Arcan. dupl. *MP. de Cynogl. gr.* iiij.
Conch. præparat. ää. ʒß. *M. D. ut antea.*

6 Alius.
℞. *Matr. perlar. præparat.* *Lap. Manat.*
Tart. Vitriolat. *Spec. de Hyac. ää.* ℈ß.
Nitr. depur. *MP. de Cynogl. gr.* iiij.
Pulv. Chacarill. ää. ℈j. *M. D. ut supra.*

Fœminæ cuidam irritis omnibus aliis profuit sequens decoctum.

7 Decoct. subadstringens.
℞. *Rad. Sympbyt.* *Coque in Aq.* ℔. iij. *ad remanent.* ℔. ij. *Colat. adde*
Torment. ää. ʒvj. *Syr. e ros. sicc.*
Herb. Hed. Terr. *papav. rhœad. ää.* ʒij.
Virg. ☉r. *M. de quo sumebat singulis*
Millefol. ää. M. j. *horis aliquot uncias calide.*
Flor. balaust.
rosar. rubr. ää. p. ij.

8 Essentia tonico-resolvens & discutiens.
℞. *Ess. Alexiph.* *M. dosis gutt.* 35. *ad* 30. *ter de die.*
Millefol. ää. ℥j.

9 Alia.
℞. *Ess. Millef.* *Spir. Sal Ammon.* ʒß.
Pimp. alb. ää. ʒj. *M. dosis ut antea.*

10 Alia

10 Alia.

℞. *Eſſ. Milleſol.* *M. doſis ut ſupra.*
Adianth. alb. ää. ʒj.

11 Alia.

℞. *Tinct.* ♁ij. *acris.* *Spir. C. C.* ʒſs.
Eſſ. Alexiph. *M. doſis eadem.*
pimp. alb. ää. ʒj.

12 Pulvis reſolvens & evacuans.

℞. *Lap. Canc. prap.* ʒij. *M. div. in* 3. *part. aq.*
Rhabarb. elect. ʒj.

13 Alius.

℞. *Rhabarb. elect.* ʒj. *Nitr. depur.*
♁. *Diaph.* *Solut. lap.* ♋. *ää.* ʒſs.
Corall. rub. præparat. *M. doſis eſt* ʒſs.
Mum.

14 Infuſum laxans.

℞. *Rad. Gentian.* *Flor. Bellid. ää. m*ſs.
Helen. *Cort. Aurant.*
Rub. Tinct. ää. ʒij. *Tart. Solub. ää.* ʒij.
Rhab. elect. ʒiij. *ad* ʒſs. *Inciſ. d. ad Ch infund. in Vini*
Summit. Cent. Min. *& Aquæ ää.* ℔.j. *vel* ℔.iſs.
Comar. Milleſ.

VII. *Methodus medendi.*

1 *In Paroxyſmo.* Temperantibus, moderate ſiſtentibus junctis, utendum.

2 Egregie hic ſe gerunt Spiritus urinoſi exiliſſimis doſibus (ad gutt. 3. 4.) Eſſent. Carminat. ex rad. Helen. Pimp. alb. Gentian. rubr. remixti. Eſſ. Milleſol. & quæ huic quoad ſpecificam virtutem par eſt, Eſſ. Adianthi albi.

3 Interponantur hæ Eſſentiæ temperantibus & ſiſtentibus.

4 Neque plane contemnendæ ſunt: Tinct. Corall. rubr. cum cera aut Spir. panis, vel ſucco citri, paratæ; aut mitiora Adſtringentia cum anodynis ſociata.

5 Externa Ventriculi regioni applicata inſignem uſum hic non præſtant, niſi quatenus conatum vomitorium in genere ſedare dicuntur. Parum etiam proſunt Frictiones, Ligaturæ & Fotus partium externarum.

6 Alvum adſtrictam eſſe non decet, unde conveniunt Clyſteres lenientes & ſalino ſtimulo imbuti.

7 Ceſſante Vomitu, ſi quid ſanguinis congrumati in ventriculo reſtitare ſuſpicio ſit, lene laxans Rhabarbarinum ſubjungere non inconſultum erit.

8 Ventriculus roboretur per Tinct. Vitriol. Martis Ludov. rite par. aut Tinct. Martis cydoniat. vel pomat. per ſuccum Cydoniorum aliaque acidula.

9 Ad præoccupandum recurſum paroxyſmi Venæſectio in pede & Eſſent. Milleſol. uſus verſus inſtantem fluxus Menſtrui periodum, aut ubi Hæmorrhoidum ſuppreſſio ſubeſt, Hirudinum applicatio ſuadenda eſt.

10 Tempore intercalari medicamenta fluxum Menſtruum & Hæmorrhoidalem placide promoventia ex uſu ſunt.

11 Quibus etiam in aliis caſibus aſſociari poſſunt craſin ſanguinis & lymphæ corrigentia, inter quæ præ ceteris eminet Tinct. ♁ij acris, juxta methodum D. Stahlii parata & cum ejuſdem Eſſ. Alexipharmaca remixta, non neglectis remediis laxantibus, Pilulis v. g. Stahlianis aut vere Polychreſtis.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 In Paroxyſmo abſtinendum ab Adſtringentibus fortioribus, niſi ſumma neceſſitas eorum uſum ſuadeat, ne graviora mala ſequantur.

2 Ad alvum aperiendam, non exhibeantur purgantia interna, minime omnium vero Aloetica, quæ etiam in omnibus ſanguinis eruptionibus ſuſpecta ſunt.

3 Ab Adſtringentibus tanto magis cavendum, quando Vomitus cruentus, ut fere fit, conſueta fluxus Menſtrui periodo contingit, aut a ſuppreſſione Hæmorrhoidum dependet; imo ne ſpecifica ſuperius laudata Milleſolium ſcil. & Adianthum album, tunc locum habent: Subjecta enim remediis talibus tractata facile in Hydropem vel Hecticam incidunt, ſi vel humidiora vel ſicciora fuerint.

4 Cum Vomitus hoc loco minoris conſiderationis ſit, imo quamdiu notabilem quantitatem, aut grumos ſanguinis adhuc excerni videmus, non temere ſiſtendus ſit, abſtinendum eſt a Topicis externis, quoniam Vomitum ſiſtendo, grumorum excretionem impediunt, & ſanguinis putredinem, ac graves cardialgias aliaque mala excitant.

5 In Paroxyſmo quieta continentia maxime prodeſt.

6 Extra Paroxyſmum vitetur motus fortior Plethoram commovens, ut & omnia remedia alia draſtica & imprimis Vomitoria.

7 Diæta ſit tenuis & omnis ciborum infarctus ſummo ſtudio vitetur.

8 In provocatione Menſium & Hæmorrhoidum ſuppreſſorum fugiantur omnia fortiora pellentia, ne Vomitus cruentus revocetur.

Caput Sextum.

De Fluxu Hæmorrhoidali in genere, & in ſpecie de Nimio.

I. *Definitio.* Hæmorrhoides ſunt excretiones ſanguinis per inteſtinum rectum & ſpecialiter per ejus venas Hæmorrhoidales, tam internas quam externas a Natura inſtitutæ per motum Tonicum, ut viſcera infimi ventris a ſanguine ſuperfluo liberentur, & multi morbi exinde oriundi præcaveantur.

II. *Differentia.*

1 Hæmorrhoidum aliæ ſunt *externæ*, a ramo Iliaco originem trahentes & ſanguinem prope Sphincterem ani cum ſcybalis durioribus effundentes: aliæ ſunt *internæ*, e ramo Splenico ortæ, cruorem paulo profundius in inteſtinum rectum vehentes & fecibus jungentes.

2 Aliæ ſunt legitime ſuccedentes, corporis conſtitutioni reſpondentes & ſine inſignibus moleſtiis fluentes. Aliæ contrario modo ſe habent, & vel excedunt, uti nimiæ, vel deficiunt, uti ſuppreſſæ, vel magnos dolores excitant, uti cœcæ.

3 Aliæ ſunt *periodicæ*, ſtatas ſcil. periodos & anni tempora obſervantes: aliæ vero *vagæ* ſunt, quæ nullam ſervant periodum, ſive ſine ullo ordine, modo rarius, modo frequentius homines affligunt.

4 In aliis ſanguis excernitur floridus, quando ſcilicet Hæmorrhoides, ſine ullo impedimento frequentius fluunt: in aliis vero nigricans, ſive obſcure nigricans & craſſus, ubi contrario modo ſe habent Hæmorrhoides.

5 In quibuſdam excernitur ſincerus ſanguis, in aliis vero mucus ſanguine tinctus.

III. *Signa.*

1 *Imminentium.*

a In ætate virili poſt varios ſpaſticos in hypochondriis ſenſus, aliaque Symptomata hypochondriaca, dolor tenſivus & ſpaſticus circa os ſacrum & lumbos.

b Teneſmus & ſenſus rei cujuſdam duræ in ano hærentis, aut quaſi pali infixi oſſi ſacro cum ardore.

2 *Fluentium.*

a Internarum: ubi poſt varia prægreſſa ſymptomata ſanguis ſincerus cum Scybalis alvi durioribus, aut potius poſt illa, durantibus adhuc vacuis illis egerendi conatibus, ſine ullo ſenſu moleſto excernitur. Si vero aliquis mediocris ſenſus concurrit, eſt Teneſmodes, ulteriorem quaſi adhuc excretionem efflagitans, vid. Stahlii Pathol. p. 162.

b Externarum: Veſiculæ molles ſanguinem nigro purpureum contentum ſcalpendo, vel majori niſu diſruptæ, fundentes; quæ poſtmodum in papulas abeuntes, ſanguinem ſub fortiori preſſione & niſu plorant.

3 Cœcarum & ſuppreſſarum vide infra.

4 Ni-

4 Nimiarum.
a Quando Hæmorrhoidum fluxus juſto frequentius v. g. ſingulis octiduis recurrit.
b Quando ſolito diutius, ad duas, tres ſeptimanas, imo ſere continue durat.
c Quando denique nimis largam quantitatem ſanguinis eliminat, ita, ut tantum fere ſingulis dejectionibus egeratur, quantum alias larga Venæſectione educi ſolet, adeo, ut vires inde notabiliter alterentur, gravitas in coxis, crurum imbecillitas, imo Cachexiæ haud obſcura veſtigia appareant.

IV. *Subjectum.*
1 Quamvis fluxus Hæmorrhoidalis omnibus fere ſine diſcrimine temperamentis evenire ſoleat, præ ceteris tamen diſpoſiti ſunt ad eundem, Sanguineo-Cholerici aut Sanguineo-Melancholici, Plethorici.
2 Fluxus Hæmorrhoidalis reſpectu ætatis ordinarie evenire ſolet ætati virili & ſenili.
3 Qui vero ante ordinarium tempus eum experiuntur, in iis vel hæreditaria diſpoſitio vel contagium latet.
4 Junioribus fluxus Hæmorrhoidalis proprie ſic dictus raro contingit, niſi ab hæreditaria diſpoſitione; evenit vero iiſdem aliquando copioſa dejectio ſanguinis per inferiora, poſt prægreſſam in juniore ætate frequentiorem Hæmorrhagiam Narium, & hanc in adultiore inſecuta diuturna pathemata hypochondriaca, quæ genere quidem cum fluxu hæmorrhoidali convenit, modo excretionis tamen ab eodem differt, dum non poſt fæces alvinas, aut cum iiſdem exprimitur, neque ex infimis inteſtini recti vaſis, ſed procul dubio ex ſuperioribus inteſtinis exit, atque uno impetu effunditur.
5 Reſpectu ſexus, frequentior eſt in ſexu virili quam fœmineo, niſi forte geſtatio fœtus, partus laborioſior, Menſium ceſſatio præmatura, diſpoſitionem quandam propiorem inducant.
6 Hæmorrhoidum fluxum facilius experiuntur, qui in pueritia & adoleſcentia Narium Hæmorrhagias, poſtea vero congeſtiones in pectore & circa illud, ac pathemata Hypochondriaca paſſi ſunt.
7 Qui Venæſectiones & Scarificationes conſuetas neglexerunt, iræ graviori indulgent, & corpus diuturno frigori inpr. vero pedes exponunt.
8 Ad Hæmorrhoidum fluxum homines porro diſponunt equitatio paulo fortior, præſertim in Sole: niſus violentior expreſſorius fæcum induratarum ob alvi ſiccitatem familiarem: item abuſus Allii, Aloeticorum & crocatorum, nominatim vero Elix. Prop. Parac. ſine acido & Pilul. Francof. Diæta item acrior aromatica, potus vinorum Auſtriacorum & Hungaricorum, iracundia frequentior, Venus præmatura aut immodica &c.

V. *Prognoſis.*
1 Fluxus Hæmorrhoidalis cum multis affectibus connexionem habet, eoſque legitime ſuccedens vel præcavet, vel, iis ſuperveniens, ſolvit, vel ad eoſdem diſponit, aut actu producit. vid. Raymundi Fortis Conſilia, ubi in Indice primo, ſecundo & tertio Catalogus morborum cum Hæmorrhagiis connexionem habentium reperitur.
2 Fluxus Hæmorrhoidalis raro tanta copia, aut violentia erumpit, ut præſens ob jacturam ſanguinis effuſi vitæ periculum metuendum ſit.
3 Longe major enim, imo vix credibilis ſanguinis copia ſpontaneis hujuſmodi egeſtionibus, abſque adeo notabili noxa, aut certe ſine lethali eventu, excernitur, quam artificialibus emiſſionibus educenda foret. Conf. Stahl. Pathol. p. 754. ſeqq. ubi 4. exempla memoratu digniſſima adducuntur.
4 Hic ipſe fluxus tamen, ſi nimis diu continuet, nimis frequenter recurrat, virium proſtrationem, quin Cachexiam tandem inducit.
5 Majus tamen periculum a repentina Hæmorrhoidum, præſertim vero aſſuetarum, aut poſt pertinacia molimina tandem erumpentium, cohibitione, quam a fluxu earundem, licet immoderato & ſatis copioſo, impendet.

VI. *Remedia.*
1 Antiſpaſmodica & temperantia Salina, præcedente capite laudata orgaſmum ſanguinis ſiſtentia, & in caſu neceſſitatis, cum moderate ſiſtentibus & Anodynis mixta, Spec. ſcil. de Hyacinth. Cinnab. ℈ij, & MP. de Cynogl. præ ceteris vero Pil. Stahlianæ aut Polychreſtæ veræ Beccher &c.
2 Nervino-diſcutientia: Mixtura ex Tinct. ℈ii acri & Spir. C.C. Eſſent. Milleſol. & Adianth. albi.
3 Venæſectio Revulſoria in brachio, immiſſio manuum in aquam calidam.
4 Lenia Diaphoretica fixa, æqualem ſanguinis circulum producentia.
5 Lenia laxantia uſum habent non contemnendum, imprimis Rhabarbarina, quæ biliоſam acrimoniam abſtergunt, adeoque teneſmodem conatum mitigant, dumque egeſtionem alvinam facilitant, niſum illum expreſſorium ſortiorem præoccupant. Nec minus etiam proſunt Pil. contr. Obſtruct. Hall. num. 3. aut 4. ut & Clyſteres.
6 Specifica in ſiſtendo fluxu Hæmorrhoidali efficacia pollent Milleſolium, Adianthum album & Eſs. exinde paratæ, Dens Hippopot. Lap. Manati, Priapus Ceti, Mus-marinus &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans.

℞. *Pulv. Antiſpaſm. Hall.* ℥ij. *div. in 6. part. æq.* — *binis vel ternis horis doſis j.*

2 Alius temperans & ſubadſtringens.

℞. *Pulv. Antiſpaſm.* *Corall. rub. præp. ā.* ℈ij. *Spec. de Hyac. gr. viij.* — *M. div. in 4. part. æq. D. ut ſupra.*

3 Pulvis diapnoico-temperans.

℞. *Pulv. Antiſpaſm.* ℈ij. *Matr. perlar.* ℈. *diaph. ana.* ℈j. *Cinnab.* ℈ij. *gr. xij.* — *M. div. in 4. part. æq. Conf. Formulæ præced. capitibus allegatæ.*

4 Potio laxans.

℞. *Fol. Senn. Or.* ʒiij. *Rhab. elect.* ʒij. *Sal. Abſinth.* ʒj. *Aq. Milleſol. vel alius* — *deſtill.* ʒviij. *Stent. in ſuf. per noctem. doſ. 2. vel 3. Cochlearia hor. matutinis quotidie ſumenda.*

5 Alia Potio laxans

℞. *Rhab. elect.* ʒſs. *Fol. Senn.* *Sal. Abſinth.* — *Card. Ben. ana* ʒj. *Aq. deſtill.* ʒviij. *M. pro j. doſi.*

VII. *Methodus medendi.*
1 Exhibeantur pulveres temperantes, & hiſce ſubjungantur aut interponantur Nervino-Diſcutientia, imprimis Mixtura Tonica ſæpius laudata, aut Eſſent. Milleſ. &c. Aut loco horum ſumantur veſperi per aliquot dies Pilul. Stahlian. num. 15. vel 20. & ſimul uſurpentur Pulv. Antiſpaſmodici aut Pulv. Rubeus Salinus Stahlij aut Tinct. Salina D. Richteri ter de die.
2 Jungatur hiſce Venæſectio in brachio & immiſſio manuum in aquam calidam.
3 Exhibeantur remedia fixa diaphoretica, æqualem ſanguinis diſtributionem promoventia.
4 Sequantur lenia laxantia (vitentur autem purgantia reſinoſa & Aloetica) clyſteres lenientes & abſtergentes, & hiſce omnibus non proficientibus, progreſſus fiat ad Specifica.
5 Quæ ſi præter intentionem ſequatur plenaria ſuppreſſio, tum ventilationibus ſanguinis vicariis per Venæſectiones inpede, circa Æquinoctia inſtituendas, aut ſi pathemata graviora increbeſcant, per Hirudinum applicationem ſuccurrendum. Plura vide cap. ſequente.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*
1 Hæmorrhoidum fluxus, ſi quis alius, circumſpectiſſime tractandus, neque temere ſiſtendus, aut ſupprimendus eſt; certe minime omnium fluxum hunc ſupprimere licet, præſertim
a Ubi fluxus hic poſt longa & vehementia molimina, ſive pathemata Hypochondriaca, Colica, Nephritica, Iſchiadica, ſeſe exeruit.

b Ubi jam diutius assuefactus est.
c Ubi statis fere periodis rediit.
d In habitu corporis spongiosiori &
e Ætate jam consistente, vel seniore.

2 Fœminæ quidem exhibitionem illam facilius ferunt,
a Si in ea sint ætate, qua ipsis Menses adhuc succedunt.
b Si cohibitio illa per externa potius, aut interna illa remedia prorsus extra Mensium tempus exhibita, peracta fuerit.
c Si excretio Hæmorrhoidalis ipsis non a directo molimine, sed ab extrinseco, ut sæpius fieri solet, gravamine, nempe ab Uteri imprægnati incubitu, aut alvi valde siccæ laborioso conatu expressio orta sit.
d Annosioribus tamen, quibus jam Menses cessarunt, aut quæ in illis confiniis constitutæ sunt, non secure cohibentur Hæmorrhoides.

3 Neque etiam traditionibus illis multum fidendum, quasi moderari saltem, non vero penitus supprimere fluxum Hæmorrhoidalem liceat. Longe enim facilius plenaria & pertinax suppressio, quam moderamen ejusdem obtinetur.

4 Specifica, quia sæpius præsentius fluxum Hæmorrhoidalem cohibent, quam sæpe expedit, non nisi cum summa cautela exhibeantur.

5 Par ratio est adstringentium, quamvis enim satis potenter alioquin operentur, v. g. Crocus Mart. Adstring. ad 3j. datus, raro tamen hic aliquid efficiunt, aut si vel maxime cohibitionem præstent, gravissima Hypochondriaco-Spastica, Asthmatodea, Cardialgica, Colica, imo Ascitica, aut Hectica Pathemata presso pede sequuntur.

6 Hæmorrhoidum suppressionem per infausta talia artificia inductam, si Oedemata excipiant, cum abdominis intensa inflatione, sonticum certe est malum, cui neque qualitercunque revocatus fluxus (quod ipsum tamen satis difficulter, & vix cum sufficiente successu obtinetur) effatu dignum solamen affert, nisi in vegetioribus subjectis, & habitus minus diffuse spongiosi.

Caput Septimum.

De Fluxu Hæmorrhoidali deficiente.

I. *Definitio*: Defectus Hæmorrhoidum est vel cessatio fluxus consueti, vel earundem emansio, cum vel sine moliminibus ad fluxum earum tendentibus, a causis vel internis (sanguinis spissitudine, defectu vel insufficientia motuum) vel externis (perverso scil. vitæ regimine aut mala medicatione) ortum trahens.

II. *Differentia*.
Defectus fluxus Hæmorrhoidalis dupliciter considerandus est. Quatenus
1 α emanet, h. e. non succedit, ubi secundum pleraque circumstantias probabiliter expectari debebat.
β Vel jam assuetus iterum cessat, h. e. sponte subsistens, aut arte cohibitus, solitis periodis non redit.
2 Quatenus fluxus suppressus
α Vel adhuc eruptionem molitur, atque hinc circa locum excretorium varia hujus moliminis indicia præbet.
β Vel nulla novæ eruptionis signa edit, verum pristina potius fluxum antegressa, per fluxum vero sublequentem sublata, pathemata, aut alia nova incommoda in partibus remotioribus inducit.

III. *Signa*.
1 Suppressi & deficientis per se patent, defectus scil. consuetæ excretionis, aut molimina imperfecta, quæ nulla excretio sequitur.
2 Imminentis.
a Fluxum Hæmorrhoidalem probabiliter expectare licet, quando in ætate virili, post prægressa varia pathemata Splenetico-hypochondriaca, varii spastici circa regionem ossis sacri & lumbos, dolores, imprimis cum tenesmode conatu egerendi sese exerunt, intercurrente sensu rei alicujus duræ, v. g. nuclei intus in intestino recto hærentis, imo cum actualibus ani protuberantiis dolorificis, quas Hæmorrhoides cœcas vocant, aut cum excretione muci viscidi instar gummi Tragac. soluti.
b Motus Hæmorrhoidalis, eruptionem denuo molientis, proxima signa sunt dolores tensivi, per longitudinem ossis Sacri, & juxta ejus latera in Coxis, item morsus intus in intestino recto prope exitum, sæpe admodum sensibiles: nec non alia symptomata consueta v. g. tussis, fluxum ani antecedere vel comitari solita, circa statas periodos, vel majores anni mutationes, hoc est Verno, vel Autumnali tempore, revertentia.

IV. *Subjectum*.
1 In genere omnes qui alias ad fluxum Hæmorrhoidum dispositi sunt.
2 In specie respectu temperamenti Phlegmatici, Sanguineo-Phlegmatici, Melancholici &c.
3 Senes debiles, torpidi.
4 Plethorici, quorum sanguis simul est spissus.
5 Terrore graviori fluentibus Hæmorrhoidibus perculsi.
6 Qui partes inferiores & inprimis abdomen frigori exposuerunt, ac potum frigidum, & cibos flatulentos assumserunt.
7 Quibus per Specifica & Adstringentia nimius fluxus suppressus fuit.
8 Quibus febres intermittentes per Chinam Chinæ aliaque Adstringentia male curatæ fuerunt.

V. *Prognosis*.
1 Fluxus Hæmorrhoidalis rite succedens, uti a gravibus variis malis, v. g. Melancholia, Nephritide, Mictu cruento, Podagra &c. præservat, imo liberat, teste *Hippocrat. L. VI. Aphor. II.* ita ejusdem suppressio pristina hæc mala utplurimum revocat, vid. Prognost. 1. Tab. præced.
2 Sponte tamen subsistens non ita præsentissimas & gravissimas noxas infert, majorem etiam renovationis spem relinquit, quam arte oppressus.
3 Infausta enim per artem imperitam cohibitio non solummodo dicta incommoda certo certius revocat; sed & nova, imo pejora, v. g. Asthma convulsivum, Catharrhum suffocativum, Vertiginem, quin Apoplexiam, Hecticam, Hydropem, monente jam Hippocrate L. VI. Aphor. 12. inducit.
4 Tolerabilius omnino est, fluxum Hæmorrhoidalem secundum præsentes circumstantias non injuria expectandum, emanere, quam eundem, post factam eruptionem, vel crebriorem, præsertim statis periodis, recursum subsistere, vel incongruis medicamentis supprimi: quorum utrumque etiam in ætate senili nunquam periculo vacat.

VI. *Remedia*.
1 Massam humorum attenuant, atque obstructiones in genere referant Diluentia, Aperitiva amara, Hepatica, & Splenetica dicta v. g. Rad. Helen. Imperator. Pimpm. alb. Caryophyllat. Zedoar. Galang. Gentian. rubr. Ari, Vincetox. Cichor. Apii &c. Ras. lign. Sassafr. Lign. Sanct. &c. Herb. Card. Ben. Cent. min. Absinth. Pont. Fumar. Scolopendr. Scord. Marrub. Melisf. Capill. Qis. Herb. & flor. Bellid. prat. Nasturt. Cochlear. &c. Cort. Citr. Aurant. Winteran. Flor. Stœchad. Arab. Lavend. Anth. &c. Sem. 4. Carmin. Salia neutra, Gummata, v. g. Galban. Ammoniac. &c. & pleraque, quæ alias in Obstructionibus Mensium commendari solent.
2 Motum sanguinis ad inferiora blande invitant, laxantia, præsertim cum modo dictis aperientibus sociata, v. g. Pil. Beccher. ver. vel Tartar. Bontii, de Ammoniaco Quercet. aut aliæ ex Gummat. & Extractis amaris ex tempore paratæ: Folia Sennæ, Rhabarb. in infusis cum prioribus radicibus, herbis, floribus &c.

3 Eru-

3 Eruptionem fortius incitant ſtimulantia tuta interna, v. g. Aloetica, Pil. Francoſ. Elix. Prop. Par. ſ. acid. Colocynthiaca, Helleborina, tum externa v. g. Suppoſitoria acria, frictiones cum foliis ficulneis, querci, vel panno aſperiore, Hirudines, Equitatio &c.

Formulæ Remediorum.

1 Infuſum laxans.

℞. *Rad. Gentian. rubr.*	*Cort. Aur.*
Pimpinell. alb.	*Cinnam. acût. ana* ʒij.
Caryophyll. ā. ʒiij.	*Fol. Senn. Alex. S. S.* ʒj.
Herb. Card. Ben.	*Rhab. elect.* ʒiij.
Cent. min.	*Tart. Solub.* ʒiß.
Meliſſ.	*Inciſ. d. ad Ch.*
Flor. Bellid. ana. p. ij.	

2 Aliud.

℞. *Rad. Cichor.*	*Winteran.*
Apii.	*Cinnam. acut.*
Vincetox.	*Sal. Tartar. ana* ʒiß.
Imperat. ana. ʒij.	*Inciſ. d. ad Ch.*
Herb. Marrub.	*Hiſce ſpeciebus affunda-*
Scolopendr. an. mß	*tur Aq. ſervent.* ℔. j.
Fol. Sen. S. S. ʒvj.	*& poſtmodum* ℔. iij.
Rhab. elect.	*Vini albi, ac bibantur*
Agar. alb. ana. ʒij.	*quotidie mane* ℥vj. *ad*
Cort. Citr. ʒiij.	℥viij.

3 Pulvis incidens atque aperiens.

℞. *Pulv. Stom. Birckm.*	*cujus doſis detur ante*
ʒß. *div. in 6. part. æq.*	*prandium & cœnam.*

4 Alius.

℞. *Pulv. Stom. Birckm.* ʒß	*M. D. ante prandium &*
♄. *& ℓ. Cachect.* ʒiß.	*cœnam aliquot cuſpides*
Cort. Winteran. ʒij.	*cultri.*

5 Alius.

℞. *Pulv. Pimpin. alb.*	*Lap.* ♋. *ana.* ʒij.
Galang.	*Ol. deſt. Aniſ.* ℥ß.
Zedoar. ana. ʒj.	*Sacch. ad pond. omn.*
Ari.	*M. D. ſingulis quatuor*
Cort. Winter. una. ʒij.	*horis 2. Cuſpid. cultri vel*
Tart. Vitriol.	ʒß.

6 Eſſentia incidens & deobſtruens.

℞. *Eſſ. Pimp. alb.*	*M. D. ter de die 30. ad 40*
Cort. Aurant.	*gutt.*
Tinct. ♂ *ij acr. ana.* ʒj.	

7 Alia.

℞. *Eſſ. Alexiph.*	*Myrrh.* ʒß.
Tinct. Tart. ana. ʒiß.	*M. 30. ad 40. gutt. ter de*
Succin. ʒj.	*die.*

8 Pilulæ laxantes & aperientes.

℞. *Pil. Beccher. vel Stahlii* ʒj.

9 Aliæ.

℞. *Pil. Bont. vel Pil. de*	*Mane aut veſperi num. 15.*
Ammon. ʒj.	*vel 20. ſumendæ.*

10 Aliæ purgantes.

℞. *Pil. Polychr. Hall.* ʒj.	*Elix. Prop. P. q. ſ.*
Extr. Hell. nigr. ℥j.	*M. ſ. Pil. ad gr. j. pro 4.*
Colocynth. gr. iiij.	*vel 5. doſib.*

11 Aliæ.

℞. *MP. de Ammon. Querc.*	*Elix. P. P. q. ſ.*
Extr. Helleb. nigr.	*M. ſ. Pil. ad gr. j. 15. vel*
Cent. min. ana. ʒß.	*20. pro doſi.*

12 Suppoſitorium ſtimulans.

℞. *Pulv. jalapp.* ℥j.	*Mel deſpum. q. ſ.*
Sal. Gemm. ℥ß.	*M. P. ſuppoſitorium,*

13 Clyſter ſtimulans.

℞. *Herb. Mercurial.*	*Adde*
Matric. ana. mj.	*Elect. Cathol.* ʒvj.
Rad. Helleb. nigr. ʒij.	*Mel. Mercurial.* ʒj.
Pulp. Colocynth. in pe-	*Sal Gemmæ* ʒiß.
tia lig. ʒj.	*Vit. Ov. num. j.*
Coque in ſ. q. Aq. Colat. ℥x	*M. fiat Clyſter.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Vicariæ ſanguinis ventilationes vix unquam quidem fluxum hæmorrhoidalem ſuppreſſum ſufficienter compenſant; conducit tamen plurimum generalem talem ventilatoriam evacuationem medicamentis præmiſiſſe.

2 Poſtmodum omni ſtudio ſanguinis diluitioni, attenuationi, atque obſtructionum reſerationi operadetur per antea præſcripta remedia reſolventia, præparantia & evacuantia.

3 Tandem, ſi aliqua, aut ſolita circa locum excretionis molimina compareant, modeſte ſtimulantia ſubjungantur, v. g. doſis auctior Pil. Beccher. ver. Clyſteres & Suppoſitoria ſtimulantia, quin & hirudinum applicatio tentetur, & frictiones inſtituantur.

4 Suppoſitoriis, ſi non ſatisfaciunt intentioni, addatur pulv. Euphorb. *Blazer.*

5 Incommoda in partibus remotis ſeſe exerentia, vel motum hæmorrhoidalem eminus ſaltem reſpicientia, temperantibus Nitroſis, blandioribus laxantibus, Vænæſectione præſervatoria in pede, circa Æquinoctia repetenda, imo, ſi importunius urgeant, hirudinum applicatione præcaveantur & leniantur.

6 Irritis omnibus aliis, Pulveres Solares Richt. & Eſſ. Dulc. Hall. tam ordinaria, quam concentrata non ſolum Hæmorrhoides ſuppreſſas, ſed & alios ſanguinis fluxus in ordinem redegerunt, exhibendo quotidie mane & a meridie pulverem ☉rem, intermedio vero tempore & imprimis veſperi datis quatuor doſibus Eſſ. Dulc. ad gutt. 15. vel 20.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Interne omnia Salia Volatilia & gravius commoventia cane & angue pejus fugiantur, quoniam ſanguinem magis ab Hæmorrhoidibus revellunt, & graviora mala, decubitum ad aſias partes, dolores, inflammationes &c. aut majorem infarctum in ipſis valis hæmorrhoidalibus producunt.

2 Opiata vero & marina illa Antiſpaſmodica & ſpecifica alias credita, v. g. Lapis Manati, Dens Hippopotami, Unic. veri, Priapus Ceti &c. exulent. Certe enim hæc ultimo loco allegata virtute pollent fluxum hæmorrhoidalem ſpecifice veluti cohibendi: utinam æque certa innoteſcerent Specifica eundem revocandi!

3 Si in ſuppreſſione Hæmorrhoidum decubitus ſanguinis fiunt ad alias partes, tam propiores, quam remotiores cum variis doloribus in illis partibus ſpaſmodicis, exulent Opiata, quippe quæ excretionem, præter alia incommoda adhuc magis retardant.

4 Motus moderatus corporis uti ad fluxilitatem ſanguinis promovendam, & revocationem Hæmorrhoidum multum confert, ita nimius humores nimium commovendo majoribus turbis anſam præbet.

CAPUT OCTAVUM,

De Fluxu Menſium Nimio.

I. *Definitio.* FLuxus Menſium nimius eſt ſanguinis ſingulis menſibus excerni ſoliti, vel nimia, jutto tamen tempore accidens, vel inordinata & præter conſuetum Naturæ ordinem contingens excretio, comitata cum inſignibus moleſtiis & præſertim magno languore, partim a cauſis internis, partim vero ab externis commoventibus, originem trahens.

II. *Differentia*: Fluxus Menſium nimius differt.

1 Reſpectu impetus, quando inſignis ſanguinis copia cum impetu ſimul & ſemel cum magnis quoque grumis excernitur.

2 Reſpectu durationis, quando ſanguinis effluxus ad longum tempus extenditur.

3 Reſpectu termini ordinarii, quando bis aut ter ſingulis menſibus ſanguis erumpit.

4 Reſpectu ætatis, quando in fœminis ultimo termino proximis, non ſolum irregularis, ſed & nimius Menſium fluxus obſervatur; quod quidem etiam interdum in junioribus contingit ab externis cauſis violentis, quæ ſi non adſunt, ſuſpicio ut plurimum re-

mediorum Menſes & fœtum pellentium ſumptorum, adeſt.

III. *Signa.*

1 Fluxus Menſtruus ille reputari debet nimius, qui vel nimis confertim & copioſe, contingit, atque etiam cum fruſtorum coagulatorum excuſſione conjunctus eſt, vel nimis cito & utplurimum inordinate, revertitur, vel juſto diutius durat.

2 Præcipuum autem Criterium, quo fluxus Menſium nimius a fluxu ſaltim largiori & abundantiori diſtingui poteſt, eſt tolerantia, vel δυσωδία patientum, nimirum, ubi ante fluxum talem largiorem gravativus quidem languor adeſt, quem communiter pro debilitate interpretantur, qui tamen non ſolum non augeſcit, fluxu largiori inſequente, ſed potius miteſcit, ibi nondum exceſſus Menſium agnoſci poteſt.

3 Ubicunque vero hujuſmodi valde largum fluxum & diuturnum aut ſæpius recrudeſcentem non ſolum comitatur, ſed etiam inſuper ſequitur & ſuperſtes manet vera aliqua debilitas, ſive laſſitudo & artuum gravitas imprimis cum malo colore patientis magis magiſque increbeſcente, ac tenſionibus & preſſionibus in abdomine antecedentibus aut fluxum concomitantibus, ibi utique fluxus nimius incuſandus eſt.

IV. *Subjectum.*

1 Menſium fluxus nimius imprimis confertim, & cum impetu factus, raro obtingit junioribus, ſed annoſioribus potius, ſive circa confinia plenariæ ceſſationis Menſium conſtitutis, vel poſt abortum, vel molæ excluſionem, vitium aliquot uteri foventibus.

2 Junioribus quidem Plethoricis, Cholerico Melancholicis iracundiæ, aut ſpeculationibus Venereis indulgentibus, fluxus Menſium largior, imo immoderatior & frequentior evenire poteſt; ſed ſi cum impetu & violentia inſigni erupiſſe dicitur, talis Hæmorrhagia utplurimum abortiva eſt.

3 In quibus hæreditaria adeſt diſpoſitio.

4 Quæ Plethoram, ſaltationibus aut aliis gravioribus corporis motibus, commoverunt.

5 Quæ ad talem fluxum jam aſſuetæ ſunt; in hiſce enim ob leviores cauſas nimia ſtatim ſequitur excretio.

6 Quæ ſæpius abortum paſſæ ſunt, aut etiam quibus aliquid ſecundinarum remanſit.

7 Quæ pellentibus remediis ſæpius uſæ ſunt, quales ſunt, quæ coitum exercentes virgines videri volunt, ſive quæ magis coire, quam parere amant.

8 Quibus vaſa uteri eroſa ſunt.

9 Quæ Venæſectiones & Scarificationes neglexerunt.

10 Diæta calida & aromatica abutentes.

V. *Prognoſis.*

1 Menſium exceſſus, præterquam plane ſummus, quod tamen in menſtruo fluxu proprie ſic dicto revera inauditum quiddam eſt, longe pauciores ulteriores noxas poſt ſe trahit, quam qualiſcunque defectus.

2 Abit tamen facile in aſſuetudinem, & trahit poſt ſe varia incommoda, partim circa concipiendum & geſtandum fœtum, partim circa partum & poſt eundem.

3 Quæ ſæpius abortum paſſæ ſunt, difficulter concipiunt, aut ſi conceperunt, facile abortum denuo patiuntur.

4 Quibus Menſes ob vitium uteri in nimia quantitate fluxerunt, aut quæ ob idem vitium abortui obnoxiæ redditæ fuere, remoto illo vitio ad conceptionem, interdum denuo aptæ reddantur. vid. Stahlii Pathol. pag. 525. & ſeqq. ubi caſus occurrit lectu digniſſimus.

5 Diu durans immodicum uteri profluvium, diſponit corpora ad Cachexiam, Febrem lentam, pedum Oedemata, Hydropem, Tabem, magnamque debilitatem affert toti corpori.

6 Imo mors interdum ſubitanea graviores uteri Hæmorrhagias cum convulſionibus ſequitur.

7 Imprudentem fluxus nimii & ſimultaneam ſuppreſſionem excipiunt interdum Suffocationes Hyſterico-Epilepticæ.

VI. *Remedia.*

1 Orgaſmum ſanguinis generalem temperant pulveres abſorbentes, nitroſi, cinnabarini, Venæſectio.

2 Motum ſanguinis ad uterum ruentis divertunt ligaturæ, & juxta Hippocr. conſilium, cucurbitulæ majoris applicatio ſub mammis. vid. ejuſd. Aphor. 50. L. V.

3 Fluxum ſpecifica quadam energia moderantur Pilulæ Beecher. genuinæ, & ſecurius, ac lenius, Pilul. Stahlianæ, & Balſam. Viſcerales nobis familiares, & in caſu graviori pulv. Niger Hallenſ. confortando & ſiſtendo in omnibus Hæmorrhagiis uteri mira præſtans: ut & Pulv. Solar. tonic. Richteri.

4 Fluxum poſitive cohibent cum anodynis ſociata Adſtringentia, v. g. Pulv. Heurnii, quem in Commentar. ad Hippocr. Aphor. ſup. citato proponit. Item Vitellus ovi ex gallina mactata exſecti cum Nuce Moſchata a Lentilio commendatus in Miſcell. Pract. p. 440. Denique Milleſolium ejuſque Eſſentia.

5 Tonum partium roborant Martialia, vulgo aperitiva dicta. Item Salia volatilia aut Spiritus Urinoſi cum Tinct. Tartari.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans.

℞. *Nitr. depur.* — *M. div. in 4. part. æq.*
Arcan. dupl. — *Singulis duabus vel tribus*
Conch. præparat. ana. ʒß — *horis exhibendo 1. doſin.*
Cinnab. ♂ij. ℈ß.

2 Potio diapnoico-temper.

℞. *Aq. Meliſſ.* — *Matr. perl.*
Milleſol. — *Tart. Vitriol. ana.* ℈j.
C.C. citr. — *Cinnab.* ♂ij. ℈ß.
cord. frig. ana. ʒj. — *Sacch. perlat.* ʒij. *M.*
Nitr. regener. — *dentur ſing. hor. 2. cochlearia:*
♁. *diaph.*

3 Pulvis diapnoico-temperans.

℞. *Nitr. depur.* — *Tart. Vitriol. ana.* ℈j.
Lap. ♋. — *Cinnab. nat. præp. g.* xij.
♁. *diaph.* — *div. in 4. doſ.*

4 Pulvis moderate ſiſtens.

℞. *Nitr. depur. vel Cryſtal.* — *Corall. rub.*
Matr. perl. ana. ʒß. — *Cinnab. nat. ana gr. v.*
Spec. de Hyacinth. ℈ß. — *M. div. in 4. part. æq.*

5 Alius.

℞. *Lap.* ♋. *præparat.* — *Cinnab.* ♂ij. *ana.* ℈ß
Pulv. Chacarill. — *MP. de Cynogl. gr. ij.*
Nitr. depur. ana. ℈j. — *M. div. in 4. part. æqual.*
Spec. de Hyac.

6 Pilulæ laxantes ſpecificæ.

℞. *Pil. Stahlian.* ʒj. *vel* — *dentur mane & veſpe-*
℞. *Pil. Balſ. Viſceral.* ʒj. — *ri 15. vel 20. pro doſi.*

7 Potio ſpecifica.

℞. *Aq. Meliſſ.* ʒiiij. — *Syr. Cort. Aurant.* ʒß.
Pil. Balſ. Viſc. ℈j. — *M. D. ſing. hor. cochlearia 2*

8 Eſſentia ſubadſtringens.

℞. *Eſſ. Milleſol.* — *M. dentur ſingulis 6. horis*
Tinct. ♂is Ludov. an. ʒj — *gutt. 25. ad 30.*

9 Eſſentia tonico-nervina.

℞. *Tinct.* ♂ij. *acr.* ʒij. — *M. ter de die gutt. 30. ad 40*
Spir. C. C. ʒj.

10 Alia ſubadſtringens.

℞. *Tinct. ♂is Ludov.* ʒß. — *doſis ut ſupra.*

11 Emulſio anodyno-temperans.

℞. *Sem. 4. frig. maj.* — *F. l. a. Emulſio cum qua*
Cannab. — *Emulſione detur pulv. tem-*
Agn. caſt. ana. ʒiß. — *perans & leniter adſtrin-*
Hyoſc. alb. ʒß. — *gens ſup. deſcript. aut pulv.*
Aq. Milleſol. — *Heurnii qui hic eſt.*
Plantag. ana. ʒiij.

12 Pulvis Heurnii.

℞. *Corall. rub. præparat.* ʒj. — *Sem. Papav. alb. an.* ʒß.
Lap. Hæmatit. — *Hyoſcyam. alb.* ℈j. *M.*

VII.

VII. *Methodus medendi.*

1 Præsente Plethora, Venæsectio instituatur in brachio, emittendo saltem aliquot uncias & alvus aperiatur: in malo enim tam confertim, quam justo diutius & sæpius infestante, infusa cum epicrasi laxantia, etiam cum vino parata satis commodam operam præstant.

2 Postea dentur remedia orgasmum sanguinis tollentia & æqualem humorum motum producentia, inpr. Nitrosa & Absorbentia acido citri imprægnata: uti Conchæ citratæ, aut solutio Conchar. cum cremore Tartari.

3 Deinde progressus fiat ad specifica, imprimis ad Pilul. Becher. Stahl. & Balsamico-Viscerales, quæ in fluxu Mensium nimio ad justum moderamen redigendo plus præstant, quam ullum medicamentum.

4 Hisce vero deficientibus, dentur remedia orgasmum temperantia & simul leniter adstringentia.

5 Aut in casu graviori, ubi impetus sanguinis nimius, magna quoque jam quantitas excreta est, & gravissima pericula minatur, exhibeantur positive Adstringentia cum Anodynis v. gr. Crocus ♂is ♁iatus Stahlii ad gr. 4. vel 5. cum MP. de Cynogl. gr. j, vel pulv. Heurnii, cui interponi vel jungi potest Emulsio temperans anodyna.

6 Sedato hoc modo fluxu dentur Tonica Uterum roborantia & sanguinem ad Uterum consuetis temporibus nimia copia ruentem, discutientia.

7 In qualicunque nimio fluxu, præservative plurimum prodest Venæsectio, intermedio tempore & juniore adhuc ætate in brachiis, aut sine ullo scrupulo in pedibus instituta.

8 Neque etiam pro diversione affluxus in tali casu contemnendæ sunt Ligaturæ.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Venæsectio in brachio non sit larga, ne nimia ad partes superiores fiat revulsio, & plenaria fluxus sequatur suppressio.

2 Purgantia acria & aloetica magis exasperant malum.

3 Fluxus Menstruus pariter ac Hæmorrhoidalis nimius promptius plenariam suppressionem, quam aliqualem saltem moderationem admittit.

4 Abusus Opiatorum hic utique etiam vitandus, alias, præsertim cum adstringentibus data, modo plenariam suppressionem & Hecticam, aut ad minimum febrem lentam, modo Oedemata, quin Hydropicos tumores invitant. Ubi tamen observandum, quod plenaria fluxus menstrui cohibitio, præter intentionem facta, facilius convenientibus medicamentis corrigi queat, quam Hæmorrhoidum suppressio.

5 Cucurbitulæ majores sub mammis non applicentur nisi præmissa Venæsectione: satius tamen est ipsis substituere Ligaturas.

6 Diæta, tam fluente sanguine, quam intermedio tempore, probe observetur, ac omnes commotiones animi & corporis vitentur.

7 Pariter etiam omnis & inpr. pedum refrigeratio fugiatur.

Caput Nonum.

De Mensium Defectu.

I. *Definitio.* Defectus Mensium est sanguinis in sexu fœminino juxta Naturæ leges singulis mensibus, ex utero fluentis, vel præter consuetum ordinem, tempore quamvis ordinario in junioribus præsente, emansio, vel ejusdem ordinarie fluentis tam parcior fluxus, quam totalis obstructio sive suppressio, vel ante consuetum terminum in annosioribus cessatio, a variis causis ortum trahens.

II. *Differentia.*

Defectus fluxus Menstrui triplicem meretur consideratione, quando

1 Justo tardius erumpit, atque ultra tempus solitum, annum scil. 14. imo ad 20. usque aut per totum vitæ tempus emanet.

2 Maturius quam par erat, hoc est, ante annum 49. cessat.

3 Solito majora intervalla format, h. e ultra tres septimanas subsistit, aut justo parcius, vel brevius fluit.

III. *Signa.*

1 Nulla conspicua sanguinis, præsentibus etiam ad excretionem tendentibus motibus, elapso decimo quarto anno aut legitimo alias tempore, evacuatio.

2 Sanguinis, ultra ordinarium terminum extensa, tardior excretio.

3 Mensium in fœminis largum alias fluxum expertis, & simul Plethoricis, nimis parcus fluxus.

4 Præmatura ante consuetum terminum cessans sanguinis excretio.

5 Plenariæ suppressioni juncta insignis debilitas totiusque corporis gravativa lassitudo, post motus etiam leniores magis increbescens.

6 Palpitatio cordis & respirandi difficultas, motum quemcunque, imprimis per acclivia, sive ascensorium, insequens.

7 Dolores tensivi & gravativi in lumbis, præcordiorum anxietas, motus turbulenti varii in Hypochondriis & abdomine.

8 Appetitus prostratus, vagus, aut major frigidorum & acidorum, quam calidorum appetentia.

9 Capitis dolores gravativi & tentorii in quibusdam, in aliis vero lancinantes spastici aut rheumatici.

10 Crebriores motus tonici in corpore mutationes, sive caloris & frigoris alternationes.

11 Pulsus inordinatus, modo æqualis, modo inæqualis, celer, tardus &c.

12 Excretiones male procedentes, sudores vel nulli, vel multi; alvus modo præter naturam sicca, modo lubrica.

13 Urina in quibusdam pallida, turbida, crassa, in aliis flammea; verbo, insignis a naturali statu recessus, & color, consistentia &c. inconstans.

14 Somnus vel multus, sed insomniis terrificis sæpius interruptus, vel nullus.

15 Tristitia insignis, amor solitudinis, ad lacrymarum profusionem, ob leviorem etiam causam propensio.

16 Facies pallida, labia livida, habitus universi corporis respectu coloris & turgescentiæ diversus, pallidus scil. & in quibusdam turgidus, in aliis constrictus, cum majori vel minori vasorum intumescentia.

17 Aspectus oculorum tristis, absentia fulgoris eorundem, circulus interdum lividus eos ambiens, intumescentia palpebrarum.

18 Dolores varii artuum rheumatici, hinc inde se exerentes.

19 Sanguinis consueto Mensium tempore, per loca insolita excretiones.

20 Inflationes pedum œdematosæ & abdominis tumor aliqualis.

21 Tabida vero in aliis corporis consumptio, cum variis Hecticis symptomatibus.

22 Fluor albus aut excretio muci, plus vel minus spissi, tempore mensium ordinario vel intermedio.

23 Scabies modo sicca, modo humida, utraque vero chronica, & curatu admodum difficilis.

24 Convulsiones circa Novilunium aut consuetum Mensium terminum affligentes.

25 Morbi varii, præsentibus talibus signis affligentes, admodum anomali & nullum ordinem aut typum servantes.

IV. *Subjectum.*

1 Mensium defectus, imminutio, & pedetentim invalescens suppressio familiarius evenit præsertim Plethoricis, spisso tamen sanguine affectis, & mucido lentore seri laborantibus, vitæ sedentariæ deditis, potui parciori assuetis, frigori frequentius

expositis, mœrori, terrori, anxio desiderio, obnoxiis.

2 Repentinam autem oppressionem facile incurrunt, quæ proxime instante, aut jamjam emicante fluxu, largas e partibus superioribus sanguinis emissiones frivole suscipiunt, aut ventriculum emeticis drasticis, aut assumptis dyspeptis, v. g. placentis pinguioribus & calidis, pane recens ex furno extracto turbant & onerant, ac sub illo ipso fluentium Mensium articulo pedes ac partes inferiores aquæ frigidæ immittunt, ibique diutius commorantur.

3 Fœminæ, quibus fluxus Mensium cum phasibus Lunæ conspirat, ita, ut circa Novilunium, vel Plenilunium contingat, illæ plerumque & ordinatiorem & constantiorem fluxum experiuntur; quibus promiscue sine observatione phasium Lunæ, Menses fluunt, & nunquam satis has certas periodos observant, sed communiter, vel anticipant, vel postponunt, donec magis magisque titubando sensim imminuantur, facile postmodum plenaria suppressione corripiuntur.

4 Quibus febres imprudenter per adstringentia febrifuga supprimuntur, aut Mensibus excedentibus fortiora exhibentur sistentia cum Opiatis juncta.

5 Quæ, præsente Mensium fluxu ingenti & subitaneo percelluntur terrore, aut etiam ira nimium excandescunt.

V. *Prognosis.*

1 Mensium defectus longe familiarior est, præsentiora quoque & graviora damna infert, quam eorum excessus. Morbi enim muliebres tantum non omnes defectum Mensium aut causam, aut comitem habent.

2 Mensium defectui, multo magis eorundem suppressioni familiarissime succedunt anguſtiæ sub motibus corporis, præsertim ascensoriis, lassitudo artuum, dyspnœa, palpitationes cordis, pathemata hypochondriaca, suffocationes imo Epilepsiæ hystericæ, spasmi artuum, convulsivi affectus, Paralyses Spuriæ, dolores Arthritici, Vertigines Cephalalgiæ contumaces, Hemicraniæ, Erysipelata, ulcera crurum Cacoethea, denique Hæmorrhagiæ effrenes narium, Hæmoptysis, Vomitus cruentus periodicus, Cachexia, Oedemata, quin Hydrops.

3 Quibus fluxus Mensium, admodum præcox emicat, iis quoque maturius cessat, & vice versa: quibus tardius erumpit, iis minus cito desinit.

4 Quæ fluxum menstruum plane non experiuntur, illæ utplurimum aut sunt steriles aut valetudinariæ.

5 Mensium emansio aut suppressio lente succedens, tanto periculo non exponit mulieres, ac subitanea Mensium fluentium obstructio.

6 Quo citius Menses cessant, eo maturius etiam fœminæ morbis hypochondriaco-hystericis & cognatis affectibus & podagricis malis, a quibus alias, ob Menses fluentes, immunes erant, exponuntur.

7 Vicariæ evacuationes sanguinis naturales, præmaturæ Mensium cessationi supervenientes, cessantes, aut artificiales, iisdem substitutæ, neglectæ, iisdem malis exponunt ægrotantes, ac plenaria Mensium suppressio.

8 Fluxus Menstruus in annosioribus per aliquot septimanas imo menses suppressus, larga sæpissime compensatur iterum evacuatione per 14. dies imo quandoque tres septimanas durante, non absque incommodis ejusmodi personarum.

VI. *Remedia.*

1 Plethoræ ventilandæ inservit, adeoque nimiæ vasorum distensioni, & porro oppletioni succurrit Venæsectio, tempore intermedio, in brachio, instante autem fluxu, in pede instituta.

2 Sanguinem spissiorem attenuant, & seri mucositatem resolvunt.

* Quæ Aperitiva vulgo audiunt, v. g. Rad. Ari, Rub. Tinctor. Curcum. Cichor. Taraxac. Gramin. Herb. fumar. Absinth. Centaur. min. Chamædr. Cuscut. Capill. Ven. Marrub. Abrotan. Gum. Ammon. Galban. Sagapen. & Salia digestiva.

* Pleraque Alexipharmaca & Anticatarrhalia, v.g. Rad. Angel. Pimpin. alb. Helen. Imperator. Vincetox. Petasit. Levist. Marum Verum, Rosmarinus, Serpillum, Costus verus, Cinnamom. Macis, Sem. Anisi, Fœnicul. Myrrhata, Crocata, Succinata.

3 Specifica virtute Emmenagoga pollere creduntur Flor. Calendul. Cheiri, Herb. Meliss. Puleg. Sabinæ, Rad. Bryon. Borrax Veneta. Ol. ex arillis Cynosbati expressum, Pilul. Becceher. & Balsam. Viscer. al. Fuligo tum cruda, tum spiritus & oleum ejusdem.

4 Motum ad locum excretionis debitæ invitant Venæsectio in talo, pediluvia, insessus, laxationes per octiduum continuandæ, sive per Pil. Beccher. Stahlian. Polychrest. nostras Balsam.-Viscerales aut Pil. Polychrestas Emmenagogas Richteri, sive per infusum aliquod, ex supradictis aperitivis, cum Senna & Rhabarb. ac Helleb. Nigr. paratum; tandem applicatio Salis volatilis urinosi, ope instrumenti Glauberiani immediate ad uterum; instruendo præprimis horum subsidiorum apparatum, versus tempora consueta & debita hujus excretionis, aut versus extantiores phases Lunæ, scil. Novi- vel Plenilunium.

5 Blandam Venæ Portæ, & vasorum vicinorum strictura inducunt, hinc que expressionem sanguinis per uterum promovent Martialia, temperatiora tamen, neque acidis fortioribus nimis alterata, v. g. Limat. Martis tenerior, Crocus ♂is cum Sulphure, Crocus ♂is cum Salibus Stahlii, Essent. ♂is cum succo pomorum, Essent. ♂is Helleborat. Wedelii, Tinctura Vitrioli ♂is Ludovici, ut & Zwolfferi; imo huc etiam faciunt Flor. recent. Acaciæ, nec non Essent. Millefolii.

6 Symptomata graviora, v. g. anxietates, dolores & phlogoses intercurrentes, mitigant Nitrosa cum Cinnabari sociata, certe hoc nomine longe præferenda.

Formulæ Remediorum.

1 Infusum attenuans & resolvens.

℞. *Rad. Rub. tinct.* *Sem. Anis. fœnic.*
Cichor. *Cort. Aur. Citr.*
Gramin. ana ʒij. *Cinnam. acut. ana* ʒiß.
Ari. ʒj. *Incis. & contus. gr. m. infund. in Vin.* ℔. *iij. & sumantur quotidie bis vel ter*
Herb. fumar.
Absinth.
Cent. min. ana mß. ʒiv. *pro dosi.*

2 Aliud.

℞. *Rad. Bryon.* *Puleg. ana. mj.*
Angelic. *Flor. Calendul.*
Vincetox. *Cheiri ana. p. ij.*
Petasit. ana. ʒij. *Cort. aurant.* ʒß.
Zedoar. *Incis. infund. in Vin. alb.*
Ari. ana. ʒj. ℔. iv. *dosis ut antea.*
Herb. Meliss.

3 Aliud.

℞. *Rad. Helen.* *Winteran.*
Pimpin. alb. *Cinnam. acut. ana.* ʒiß.
Imperator. *Incis. infunde in* ℔. *iij. vel 4*
Curcum. ana. ʒij. *Vini et usurpetur ut sup.*
Herb. Meliss. *Hisce infusis si sol. Senn.*
Serpill. ʒj. *& Rhab.* ʒij. *vel iij.*
Rosmar. ana mß. *adduntur, laxandi vim*
Cort. Aurant. ʒß. *obtinent.*

4 Essentia emmenagoga.

℞. *Essent. Millef.* ʒiij. *Myrrh.* ʒj.
Succin. ʒij. *M. dos.* 30 *ad* 40. *gutt. bis de die.*

5 Alia.

℞. *Ess. Millef.* ʒß. *Croc. Or.* ℈i.
Succin. ʒij. *M. dosis ut supra.*

6 Pulvis temperans.

℞. *Pulv. Antispasm.* ʒij. *quovis die* 3. *doses. div. in* 6. *part. aq. dentur*

7 Essentia tonico-aperiens.

℞. *Tinct. Vitriol. ♂. Lud.* ʒß. *dosis* 40. *gutt. mane et vesp.*

8 Pi-

8 Pilulæ emenagogæ & laxantes.

℞. *Extract. Card. Ben. fumar.* *Aloes Succotr. ana.* ℈j. *Gumm. Ammon. in Acet. Squillit. solut. & inspiss. ana.* ʒj. *Myrrh. elect.* *Croc. pulver. gr.* xv. *Elix. P. P. q. s. M. f. Pilul. dosis gr.* xv.

9 Aliæ.

℞. *Gumm. Heder. Junip. ana.* ʒvj. *Extr. Absint. Cent. min. Card. Ben. Fumar. Cochlear. ana.* ʒiij. *cnulæ* ʒj. *Aloes gummos. Myrrh. elect. ana.* ʒiijß. *Tereb. Venet. q. s. M. f. Pil. gr.* xx. *pro dosi mane vel vesperi.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Tria potissimum in cura attendenda (1) Plethora, quo magis urget, eo magis ejusdem imminutio reliquæ medicationi præmittenda, (2) debita sanguini fluxilitas concilietur, & viæ expediantur, (3) tum demum motus ad locum excretorium invitetur, leniter stimuletur, revocetur.

2 In Junioribus, infra annum 18. constitutis, sæpe absque Venæsectione, solis aperientibus & leniter stimulantibus adiuta Natura excretionem peragit.

3 Ubi vero tam præsentiora incommoda urgent, quam pro commodiore sanguinis spissiusculi attenuatione, necessario præmittenda videtur, ibi etiam non adeo anxie de Venæsectione dubitandum est.

4 Ante omnia prudens subordinatio medicationum hic est necessaria, ita ut alterantia & quomodocunque aperientia subjungantur debitis ventilationibus, conjungantur vero modestis commotionibus sanguinis per agiliorem vitæ rationem; stimulantia autem, non nisi his præmissis, & sanguine jam ad exitum dispositio, veluti colophonis loco addantur.

5 Hinc, si Menses fluant, non rite tamen nec sufficiente copia, aut consistentia debita, tum omnino placidum eorum successum, per lenia stimulantia promovere licebit.

6 Cessante vero fluxu, diluentibus potius & aperientibus per totum illud tempus intermedium insistendum, ac non, nisi versus periodum excretionis instantis ad emmenagoga recurrendum. Inter quæ eminent Myrrhata & crocata, quibus si conamina ad excretionem laboriosa concurrunt, Ess. Millefol. jungi potest. Vide supra in Formulis.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Venæsectio non instituatur tempore Novilunii & Plenilunii, ne major Mensium sequatur perturbatio.

2 Pellentia & Stimulantia improvide adhibita, h. e. in statu insigniter Plethorico, non præmissa primarum viarum repurgatione & alvi apertione, sanguinis diluitione & attenuatione, familiariter majores obstipationes cum summis angustiis & anxietatibus, aut heteroclitas per loca aliena sanguinis eruptiones, imo hecticas, aut sane lentas extenuantes febriles, phthisicas, cephalalgicas, spasticas, imo convulsivas consecutiones, inducunt; in spongiosioribus vero Cachexiam, imo tandem Oedemata post se trahunt.

3 Idem quoque tenendum est de Martialibus volatilibus, quæ pariter quantitati sanguinis abundanti & qualitati non satis dilutæ plane non quadrant.

4 Vulgata illa opinio in ipsis paroxysmis febrilibus, ut & fluxu menstruo durante, usum remediorum minus fore tutum, error est; siquidem illo ipso tempore exhibita remedia (sed NB. convenientia) longe felicius atque efficacius operantur, quam extra hanc opportunitatem temporis data.

Caput Decimum.

De Hæmorrhagia Uterina.

I. *Definitio.* Hæmorrhagia Uterina est nimia sanguinis per uterum excretio, vel abortum, vel partum legitimum, vel causas externas aut graviores animi commotiones in fœminis plethoricis excipiens.

II. *Differentiæ.*

1 Alia sequitur partum præmaturum sive abortum.

2 Alia observatur post partum legitimum.

3 Alia a causis violentis externis & vasorum ruptura originem trahit.

III. *Signa.*

1 Hæmorrhagia abortiva est, quando fœminæ maritatæ post 3. vel quartam Mensium, hactenus subsistentium, periodum, successivam ventris turgescentiam, & alia imprægnationis signa, sanguis ex utero manare incipit, satis quidem leniter & modeste ab initio, instar legitimi fluxus menstrui, (qualem & gravidis citra abortum contingere posse, Observationes docent,) tandem tamen enormi copia ac violentia erumpit, cum insignibus anxietatibus & lipothymicis, imo syncopticis deliquiis, præcipue post abortum, semel jam, vel iterata vice, & fere circa idem gestationis tempus, factam.

2 Aut quando post vehementiorem Animi corporisque motum, v. g. casum ab alto, iram, terrorem, potum æstuosiorem, pellentium improvidum usum, statim cum impetu enormis sanguinis profusio gravidæ evenit.

3 Partum legitimum non æque frequenter, ut abortum comitatur, ratius antecedit; non ita raro vero insequitur insignis sanguinis profusio, aut fluxus lochiorum nimius, cum anxius, utplurimum torminosis & valde dolorificis spasticis in abdomine, & circa Uterum imprimis, sensationibus, idque fere sub tardiore secundinarum successu, aut portionis earundem avulsæ restitatione in Utero.

IV. *Subjectum.*

1 Hæmorrhagia talis uterina, tam abortiva, quam partum legitimum comitans, aut insequens, facilius evenit Plethoricis, Cholericis, diætæ vinosæ & aromaticæ addictis.

2 Fluxum menstruum largiorem, quin fere nimium, experiri solitis.

3 Venæsectionem medio gestationis tempore negligentibus.

4 Abortum etiam semel, iterumque passis.

5 Atque a puerperio proxime prægresso minus recte expurgantis.

6 Ac præterea gravioribus animi affectibus & inpr. iræ deditis.

V. *Prognosis.*

1 In abortu, quo immaturior est conceptus, eo gravior Hæmorrhagia comitatur ejus elisionem.

2 Hæc ubi admodum jam invaluit, ante abortus exclusionem peractam, nulla speranda est remissio, nedum cessatio.

3 Idem etiam de fluxu Lochiorum nimio sentiendum, ubi secundinæ vel in totum, vel ex parte restitant, scil. nullam, nisi secundinis perfecte excretis, fluxus hujus obtineri posse mitigationem.

4 Fluxus lochiorum nimius, imprimis cum impetu erumpens, fonticum certe periculum minatur, & sæpe intra quadrantem horæ puerperam gravissime exhaurit, imo jugulat.

5 Lentior etiam, diuturnus tamen, & pariter justo copiosior fluxus, vel gravem Mensium perturbationem, vel sterilitatis, aut certe infelicioris gestationis, periculum inducit.

6 Mediocris tamen excessus minoris periculi est, quam notabilis defectus, nedum plenaria suppressio, etiam post fluxum largiorem facta.

VI.

VI. *Remedia.*

1 Metum ejuſmodi Hæmorrh. præoccupant.

α Venæſectio medio geſtationis tempore adminiſtrata, imo ſi reliquæ circumſtantiæ exigere videantur, etiam circa partus inſtantis tempus repetita.

β Blanda laxatio cum Rhabarbaro.

γ Decens item poſt legitimam fœtus & ſecundinarum excluſionem, ligatura abdominis.

δ Quies & tranquilla continentia puerperæ, imprimis abſtinentia a temere affectata orthoſtadia, aut multis ſermocinationibus.

2 Commotionem ſanguinis orgaſticam ſedant pulveres abſorbentes Nitroſi & Cinnabarini, ter vel quater ſingulis diebus exhibiti.

3 Ipſum ſanguinis profluvium cohibent adſtringentia, inter quæ tamen mitiora eligantur, v. g. Corallata, Martialia, v. g. Croc. ♂is ♃ialis ad gr. 5. 6. aut 7. cum abſorbente aliquo, & gr. j. vel ij℈. MP. de Cynogl. item Tinct. Vitriol. ♂is Ludovici, porro Spec. de Hyac. trochiſci de Carabe, tandem Millefol. ſive in forma ℈ſſent. ſive Infuſi, ſive Extracti, adhibendum; præ ceteris vero eminent Pulv. ☉ris tonicus Richteri, & inpr. Pulv. niger Hallenſ.

4 Fluxum ad juſtam mediocritatem reducunt, ſine plenaria ſuppreſſione, Pilul. Stahlii, in robuſtioribus etiam Polychreſtæ Beccherianæ ſed genuinæ.

Formulæ Remediorum.

1 Potio temperans & ſubadſtringens.

℞. *Aq. Milleſol.* ℥iv. *M. D. ſingulis aut duabus*
Pulv. Antiſpaſm. ʒij. *horis duo cochlearia.*
Syr. Corall. ℥ſs.

1 Pulvis anodyno-adſtringens.

℞. *Matr. perl. præparat.* *MP. de Cynogl. gr. iij.*
Corall. rub. præp. ana ʒſs *M. D. 2. cuſpid. cult. ſingul.*
Spec. de Hyac. ℈j. *duab. vel tribus horis.*
Croc. ♂. ♃*int.* ℈ſs.

3 Tinctura ſubadſtringens.

℞. *Tinct. Vitriol.* ♂*is.* ℥ſs. *doſis* 40. 50. *gutt. bis de die.*

4 Eſſentia Tonico-diſcutiens.

℞. *Eſſent. Alexiph.* *M. D.* 30. 40. *gutt. bis vel*
Milleſol. ana. ʒij. *ter de die.*

5 Pulvis adſtringens.

℞. *Lap.* ♋. *præparat.* *Spec. de Hyac.* ℈j.
Corall. rubr. præparat. *M. D. doſis* 2. *cuſp. cultri*
Troch. de Carab. an. ʒſs *ſingulis duabus horis.*

Reliquæ formulæ videantur ſupr. de Nimio Menſium Fluxu.

VII. *Methodus medendi.*

1 Præſervationis gratia inſtituatur Venæſectio in brachio, alvus aperiatur, & remedia orgaſmum ſanguinis præoccupantia, ac æqualem motum ejuſdem producentia exhibeantur.

2 In ejuſmodi caſibus, ubi vehemens talis ſanguinis ex utero imprægnatis profuſio in horas invaleſcit, & præſentiſſimum lethalis eventus metum incutit, præprimis, ubi Lipothymiæ jam prævaluerunt, adeoque nulla fœtus conſervandi ſpes ſupereſt, ibi neque otioſum ſpectatorem eſſe, neque adſtringentibus & roborantibus abortum retardare decet, ſed potius ejuſmodi excluſio maturanda & promovenda eſt, quod fieri poteſt per hepar Anguillæ ad ℈j. in Mixtura analeptica datum.

3 Secundinis aut laciniis illarum reſtitantibus exhibeantur vel idem hepar Anguillæ, vel Pilulæ Stahlianæ num. 15. ad 20.

4 Abortu excluſo & ſecundinis perfecte excretis, moderamen Hæmorrhagiæ Uterinæ tentetur per remedia temperantia & orgaſmum ſanguinis ſiſtentia, ac lenia adſtringentia ut & ligaturam abdominis.

5 Hiſce omnibus tamen palmam præripiunt Pil. Stahlii, quibus tale moderamen facile obtinetur.

6 Urgente Hæmorrhagia, & majus periculum minitante, exhibeantur adſtringentia & ligaturæ extremorum inſtituantur. Aut hiſce omnibus irritis detur Pulv. niger Hallenſ. quem uti alias, ita paucis elapſis abhinc diebus, Hæmorrhagiam a concremento uterino oriundam, & quidem adeo enormem, ut mortem inſtantem frigus extremorum, ſudores frigidi ac graves lipothymiæ, indicarent, paucis elapſis momentis ſuſtuliſſe obſervavimus, adeo ut poſt exhibitas adhuc alias duas hujus pulveris doſes, ægrota, pro deſperata habita, ſine ulteriori remediorum uſu reſtituta fuerit. Similem fere efficaciam obſervavimus in Pulv. Solaribus D. Richteri, cujus quatuor doſes gravem, poſt abortum, Hæmorrhagiam una cum convulſionibus graviſſimis brevi tempore ſupprimebant.

7 Alvo clauſa iniiciatur clyſter emolliens & leniter carminativus.

8 Sedata Hæmorrhagia, diſcutientia interna, qualis eſt Mixtura Tonica ſuperius deſcripta, præſcribantur.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Adſtringentia & roborantia præſentibus ſignis abortus, nullum habent uſum; quamvis enim abortum interdum retardent, facile tamen majori poſtmodum periculo exponunt mulieres.

2 Si partum legitimum impetuoſa ſanguinis lochialis effuſio ſubſequitur, quamdiu ſecundinæ, aut laciniæ illarum reſtitant, irrita ſunt omnia conamina aliter ſubveniendi; medicatio vero per adſtrictionem, etiam actu noxia.

3 Non inconſultum eſt, imprimis poſt abortum, etiam moderamine debito obtento, uſum Pilul. Stahlianarum per dies aliquot continuare, ut uterus rite expurgetur, id quod poſt abortum Natura ſibi relicta, raro ſufficienter peragit, & hinc novi abortus cauſa eſſe poteſt.

4 Adſtringentia non niſi ſumma urgente neceſſitate exhibeantur, ne ſuppreſſio lochiorum, febris acuta, inflammatio uteri &c. ſequantur: quarum tamen periculum, ſummo ſtudio per temperantia, diſcutientia & diaphoretica blanda præoccupandum eſt.

5 Poſt abortum motus moderatus ad æqualem ſanguinis diſtributionem multum confert, nimius tamen facile in novam Hæmorrhagiam uterinam mulieres præcipitat: eundem quoque effectum edunt onerum geſtationes.

CAPUT UNDECIMUM.

De Lochiorum defectu.

I. *Definitio*: DEfectus Lochiorum eſt ſanguinis ordinarie poſt partum ex Utero fluentis, vel parcior excretio, vel præmatura ceſſatio, vel plenaria & ſubitanea ſuppreſſio a variis cauſis tam internis, quam externis orta.

II. *Differentia.*

Alius defectus eſt.

1 Quando in nimis parca quantitate excernuntur Lochia.

2 Quando ante terminum conſuetum ceſſant.

3 Quando fluentes ſubito a variis cauſis ſupprimuntur.

III. *Signa.*

1 Parcior Lochiorum in fœminis Plethoricis largum alias menſium, aut in aliis puerperiis Lochiorum fluxum expertis, excretio.

2 Nimis præmatura ante conſuetum terminum ceſſatio. Fluxus enim Lochiorum legitimus vix intra 14. dies penitus ceſſat, non quod toto hoc tempore ſanguis fluat, rarius enim fluxus ſeptimum diem tranſit, ſed poſt ſincerum ſanguinis fluxum ichor, magis magiſque palleſcens, tandem quantitate quoque indies decreſcens, plane deſinit.

3 Aut ſanguinis debito modo fluentis ſubitanea ſuppreſſio.

4 Anxietates cum variis ſpaſmis & torminibus abdominis.

5 Ab-

5 Abdomen tumen, tenſum & durum.
6 Dolor gravativus, tenſivus, lancinans, cum ſenſu ardoris & pulſationis infimum ventrem & imprimis lumbos & inguina occupans.

IV. *Subjectum.*
1 Imminutionem, quin omnimodam ſuppreſſionem Lochiorum facile incurrunt fœminæ Plethoricæ, mœrori, timori, terrori valde obnoxiæ, refrigerium incaute admittentes.
2 Inordinatum alias Menſium fluxum expertæ, aut ad Menſium ſuppreſſionem pronæ.
3 Spiſſitudine ſanguinis, ob vitam ſedentariam, aut Venæſectiones tempore graviditatis intermiſſas, laborantes.

V. *Prognoſis.*
1 Lochiorum malus ſucceſſus, ſi non ſemper in præſenti, inpoſterum tamen certiſſimum creat periculum.
2 Eo facilius autem gravia ſequuntur incommoda, ſi Lochiorum fluxus ſubito ſuppreſſus fuerit.
3 Suppreſſio Lochiorum ſæpiſſime eſt cauſa febrium acutarum & purpuratarum, aut etiam inflammatoriarum, cum ſummis anxietatibus, reſpirandi difficultate, animi deliquiis, ſudationibus frigidis, deliriis &c.
4 Nulla eſt Hæmorrhagia ſuppreſſa, quam tam certe ſontica excipiunt mala, niſi forſan cum vulnere ſenſibilioris partis conjuncta, quam Lochiorum ſuppreſſio.
5 Lochiorum defectus inpoſterum fœcunditatem & feliciorem conceptionem ac geſtationem non parum turbat, & ſtabiles inflationes abdominis, ac varios ſpaſticos hypochondriaco-hyſtericos affectus poſt ſe trahit.

VI. *Remedia.*
1 Debitum Lochiorum ſucceſſum promovent & conſervant Crocata, v. g. Crocus in cibis, parciſſime tamen ad levem juſculorum tincturam uſurpatus; item Eſſent. Croci ſaturatior, ſed itidem moderatiſſimis doſibus, ad pauculas guttulas cum aliis adhibenda.
2 Fluxum nimis parcum ſtimulant Myrrha, imprimis ejuſdem Eſſentia aliis juncta.
3 Febriles exæſtuationes præoccupant pulveres leniter diapnoici, ex Oc. ♋. vel Matr. perl. p. iij. & ♁. diaph. p. ij.
4 Præſentes exæſtuationes febriles temperat Nitrum, pulveribus Diaphoreticis in minori doſi additum.
5 Idem etiam Nitrum Diarrhœas puerperis alioquin formidabiles præoccupat, & præſentes mitigat.
6 Pilulæ Beccherianæ aut Stahlianæ nec non noſtræ Balſamico-viſcerales hoc in caſu, cuicunque uti vel integrum, vel libitum fuerit, omnibus aliis palmam præripiunt, & hinc commode cæteris ſtimulantibus & pellentibus, utpote minus fidis minuſque tutis ſuperſedere poſſumus.

Formulæ Remediorum.

1 Eſſentia aperiens.

℞. *Eſſ. Scordii per Sp. Vin. rectiſ. paratæ* 3j. *Pimpin. alb. quæ cum Spir. Vin. debiliori extrahi poterit* 3ij. *Croci* ℈j. *M. doſ. gutt.* 35. *bis vel ter de die.*

2 Alia aperiens & pellens.

℞. *Eſſent. Pimp. alb.* 3ij. *Myrrh. Scord. ana.* 3j. *Croci* ℈j. *M. doſis ut ſupra.*

3 Pulvis diapnoicus.

℞. *Matr. perl. præparat.* 3j. ♁. *diaph.* ℈ij. *Cinnab.* ♁ij ℈j. *M. div. in V. part. æq.*

4 Alius diapnoico-temperans.

℞. *Conch. præp.* 3j. ♁. *diaph.* ℈ij. *Nitr. depur.* 3ſs. *M. doſ. 2. cuſp. cultri ſingulis 4. horis.*

5 Pilulæ aperientes.

℞. *Pil. Stahlii* 3j. *doſis 15. vel 20. ſemel aut urgente neceſſitate bis per diem.*

6 Potio aperitiva.

℞. *Aq. meliſſ.* ℥iv. *Pil. Pelychr.* ℈j. *Sir. cort.* ☉*nt.* 3ſs. *M. doſ. ſingul. duab. hor. cochl. ij.*

VII. *Methodus medendi.*
1 Urgente Plethora inſtituatur Venæſectio in pede & quidem ſtatim in principio.
2 Dentur poſtea Mixturæ reſolventis & leniter ſtimulantis mane & a meridie guttæ 35. veſperi vero doſis pulveris diapnoici.
3 Præſente ſanguinis orgaſmo, aut æſtu febrili, ſingulis quatuor horis aut ter de die exhibeatur doſis pulveris temperantis diapnoici.
4 Cui interponantur lenia Alexipharmaca, ſed parciſſimis & moderatis doſibus, conjuncto regimine modeſtiſſime diaphoretico.
5 Alvus obſtructa reſeretur per Clyſteres emollientes, oleoſos & leniter carminativos, cui ſcopo etiam Pil. Beccher. veræ & Stahlianæ aut Polychreſtæ, Hall. aliis ſimul indicationibus ſatisfacientes, inſerviunt.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*
1 Quando Lochia intempeſtive ſubſiſtunt, aut plane ſupprimuntur, nihil magis cavendum, quam ne illorum revocationi opera impendatur per calidiora Caſtoracea, Myrrhata, Aloetica, Uterina, copioſius ingeſta. Vel enim obſtructio augetur, & febres inter gravia abdominis pathemata provocantur; vel Lochiis etiam denuo erumpentibus, inflammatio uteri & febres perdurant.
2 Præſtat potius orgaſmum ſanguinis temperare & cohibere abſorbentibus, diapnoicis ac cinnabarinis, æſtuoſos vero impetus etiam Nitratis, adeoque incommodis potius ex Lochiorum ſuppreſſione metuendis præoccupandis, quam fluxui directe revocando operam dare, præſertim ſi jam ultra ψυχήμερον ſubſtiterit.
3 Regimen ſudatorium febrem magis auget, cum reliquis ſymptomatibus, & hinc fugiendum eſt.
4 Abſtinendum quoque eſt ab omnibus irritationibus ad evacuationes, imprimis per alvum, unde omnia purgantia, alias in Menſium provocatione uſu non carentia, actu hic ſunt noxia.
5 Opiata, ad ſedanda tormina colica & ſpaſticos infimi ventris affectus corrigendos, quibuſdam uſualia, majorem cauſantur Lochiorum ſuppreſſionem, & hinc morbum augent.

CAPUT DUODECIMUM.

De Mictu Cruento.

I. *Definitio*: Mictus cruentus eſt ſanguinis ex venis renum vel vicinarum partium erumpentis cum urina excretio, a præternaturali vaſorum illorum apertura (per motum tonicum auctiorem producta) originem trahens.

II. *Differentia.*
Mictus cruentus verus, a renum vaſis emulgentibus proveniens, differt.
1 a Mictu cruento veſicæ.
2 Ab Hæmorrhoidibus veſicæ, de quibus vide Hiſtor. Morbor. Uratislav. T. I. pag. 283.
3 A Mictu ſanguinis ex varicibus proveniente vid. ibid.
4 A mictu cruento Nephriticorum a calculo aſperiore, renes lædente, oriundo.

III. *Signa.*
1 *Imminentis*: Mictus cruenti ſigna adeo evidentia non dantur, præter levem tenſionem & gravitatem lumborum, aut fatigationem totius corporis: tacite enim plerumque cooritur. Quo vero magis ſenſibilis dolor conjunctus eſt, eo juſtior de Calculi præſentia & concurſu ſuſpicio ſubeſt.
2 Præcedit interdum in quibuſdam dolor fixus & acerbus; vel etiam dolor circa Ilia & inguina gravativus percipitur; interdum horrendus dolor circa pubem præcedere ſolet cruentæ mictioni, dum ſanguis

guis congrumatus ſtagnans in ureterum ductu obliquo circa introitum veſicæ diſtenſionem dolorificam parit. vid. Hoffm. Differt. de Hæmorrhag. p. 19.

3 *Præſentis* ſignum evidentiſſimum eſt ipſa urina non ſolum cruenta, aut ſanguine imbuta, ſed larga ſæpe quantitate liquidi ſanguinis remixta, cui ſenſim coagulaſcenti, & fundum petenti deinde ſupernatat clara.

4 Interdum tamen ſanguis jamjam congrumatus cum urina excernitur, & quidem formam vermis alicujus referens, craſſitiem vero calami ſcriptorii æquans, qui procul dubio in ureteribus ita concrevit.

5 Hæmorrhoidum Veſicæ ſigna ſunt juxta Aurel. pag. 153. cum non coacervata primo fit effuſio, ſed augmentis quibuſdam promota, interjectis defectionibus: quando retento ſanguine dolor pubetenus vexat ac inguina & clunes (i. e. ilia ac forte teſtes) tenduntur, effluente autem iterum ſanguine, ſymptomata hæc omnia ceſſant.

6 Eo certius autem ſanguinem ex Hæmorrhoidibus provenire, concludere licet, ſi fluxus Hæmorrhoidum conſuetus antea fuerit ſuppreſſus, lapilli nunquam antea excreti, nec ulla ruptorum vaſorum indicia præſto fuerint, & tandem ſi ejuſmodi fluxus periodos ſtatas ſervaverit. vid. Hiſtor. Morb. Uratisl. pag. 283. & ſeqq.

7 Si vero ex ipſa veſica vel urethra mictus cruentus originem trahit, non ſine dolore & ardore urina cruenta emittitur, & ſimul ichore vel pure ſanguis ille mixtus eſt.

IV. *Subjectum.*

1 Familiarior eſt ſexui Virili, quam fœminino.

2 Floridiori ætati admodum raro obtingit, niſi violentia calculi aſperioris, vel impetuoſe abrupti, ſubſit, aut caſus ab alto, Cantharidum improvidus uſus, abuſus fortiorum diureticorum ſimileſque cauſæ externæ præceſſerint.

3 Spontaneo autem magis exortu evenit ſenioribus, Plethoricis tamen, & alias floridiore habitu inſtructis.

4 Succedit tamen ſatis ſæpe Hæmorrhoidum alias conſuetarum emanſioni, ſub diæta interim vinoſa & iracundia familiari, concurrente itidem motu corporis ſuccuſſatorio per equitationem vel vecturam, nec non abuſu rei venereæ.

V. *Prognoſis.*

1 Effectus hujus evacuationis nullo modo eſt utilis, quin præponderent incommoda, imo pericula vere ſontica.

2 Eſt enim hoc malum ita obſtinatum, ut, niſi maxime tempeſtive iterum miteſcat, & quidem cum vicariæ ventilationis ſanguinis prudente ſubordinatione, contumaciſſimum & ſenſibiliſſimum ſeſe gerat, tum ad irregulares erumpendi, tum emanendi, exceſſus propendens.

3 Qui in Mictum talem cruentum devolvuntur ſenes, vix diu ſupervivunt, niſi quidem admodum commode, atque libere hic fluxus ipſis ſuccedat.

4 Repente ſi cohibeatur Mictus cruentus, præſertim aſſuefactus, variorum ſpaſticorum, aut rabidorum affectuum pericula omnino ſontica ſuccedunt: imo, uti in pulmonibus ab Hæmoptyſi, immediate ſolum adſtringendo oppreſſa, ulcerationes remanere ſolent, ita a Mictu cruento repente conſtricto facile ulcerationes renum oriuntur, aut loco ſinceri ſanguinis poſt hac mucum ſubcruentum cum urina effundunt: quam muci excretionem ſuppreſſam poſtmodum facile mors non ſine præcedentibus variis anxiis pathematibus ſequitur, quod aliquoties obſervavimus.

5 Hæmorrhoides veſicæ tanti periculi non ſunt, ac Mictus cruentus ex renibus aut veſica originem trahens.

6 Quamvis interdum inſignis ſanguinis copia in Mictu cruento excernatur, non tantum tamen a ſanguine manante imminet vitæ periculum, quantum in aliis Hæmorrhagiis.

7 Uti narium Hæmorrhagia a cauſis violentis primo producta, facile poſtmodum ſpontanea redditur, & in conſuetudinem abit, ita & Mictus cruentus.

8 Mictus cruentus a calculo in junioribus ortus, facilius curationem admittit, quam Mictus cruentus ſpontaneus in ſenilibus.

9 Urina cruenta in Variolis & Morbillis, Petechiis, Peſte, magnum prænuntiat periculum Hoffm. loc. cit.

10 Criticum & ſalutarem fuiſſe Mictum cruentum in vetula, pectoris oppreſſione & gravibus incommodis circa abdominis viſcera afflicta obſervavit Hoffmannus loc. cit.

VI. *Remedia.*

1 Venæſectio revulſoria, etiam paulo largior, in ſuperioribus, ſcil. manu, vel brachio inſtituta, Hirudines item ano applicatæ.

2 Temperantia & orgaſmum ſanguinis ſedantia: Pulv. Nitroſi, Cinnabarini, cum MP. de Cynogl. Coralia &c.

3 Adſtringentia: Succus Urticæ & decoct. Equiſeti, vid. Obſerv. Uratisl. pag. 384. Sang. Dracon. Hirci, Spec. de Hyac. Crocus ♂is Aperit. Zwolff. aut ♃ius Stahlii, Tinct. Vitr. ♂is Ludovici, Tinct. Terr. Catechu, Troch. de Carabe, ut & Tinct. Opii Langelotti, Vitriolum e minera ♂is Haſſiaca cum aqua pluviali extractum, atque a magmate, quod ultimo reſtat, difficulter cryſtalliſabili, & ſumme auſtero, cryſtalliſando ſegregatum, ac denuo in aqua reſolutum, atque in forma liquida, ad ʒij. pro doſi propinatum.

4 Topica: Unguent. Comitiſſæ, Infrigid. Galeni, Emplaſtr. Saponat, Barbetti, abſtinendo tamen a Camphora.

5 Balſamica: Gumm. Maſtich. & Junip. abſtinendo ab acrioribus. imo ipſo Balſamo Peruviano, ſubſtituendo potius ea, quæ alias pulmonum exulcerationi deſtinantur, ſcil. Herb. Hederæ Terr. Alchimill. Sanicul. Pentaphyll. Vincæ pervinc. Hyperic. imprimis vero Virgam Auream Geſneri.

6 Clyſteres & lenia laxantia ex Rhabarbaro, item Serum lactis tamarindinatum &c.

7 Alexipharmaca, poſt ſedatum unum & alterum paroxyſmum, æqualem ſanguinis circulum promoventia.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans.

℞. *Pulv. Antiſpaſm.* ʒij. *div. in 6. p. æq. doſis ſing. tribus horis.*

2 Alius.

℞. *Nitr. depur.* *Lap.* ♋ *ana.* ʒj. *Cinnab.* ♃ij. *gr.* xviii. *M. div. in 6. p. æq. ut antea*

3 Pulvis ſubadſtringens & anodynus.

℞. *Nitr. depur.* *Corall. r. præp. ana.* ʒß. *Spec. de Hyac.* *Cinnab.* ♃ij. *ana. gr.* xv. *MP. de Cynogl. gr. iij. M. div. in 3 q. æq. detur doſis ſingulis 6. vel 8. hor.*

4 Alius adſtringens & anodynus.

℞. *C. C. uſt.* *Corall. r. præp. ana.* ℈j. *Spec. de Hyac. gr.* xij. *Croc.* ♂*is* ♃*iat. gr.* vj. *MP. de Cynogl. gr. ij. M. div. in 3 p. æq. doſis ſing. 4. aut 6. horis.*

5 Potio anodyno-adſtringens.

℞. *Aq. Milleſol.* *Plantag.* *Equiſet ana.* ʒj. *Acet. deſtill.* ʒß. *Corall. r. præparat.* ℈ij. *Sang. Hirc.* ℈j. *Laud. Op. gr. ij.* *Syr. Myrtin.* ʒß. *M. cochleatim ſumenda.*

6 Decoctum adſtringens.

℞. *Decoct. Equiſet.* ʒvj. *Succ. Urtic. min.* ʒij. *M. detur cochleatim.*

7 Emulſio anodyno-adſtringens.

℞. *Sem. 4. frig. maj. an.* ʒiß *Papav. alb.* ʒij. *Aq. Urticæ.* *Milleſol. ana.* ʒiij. *f. l. a. Emulſio adde C. C. uſt.* ʒj. *M.*

8 Infu-

8 Infusum adstringens.

℞. *Herb. Heder. Terr.* *Incis. detur ad Ch.*
Vinc. per Vinc. *Usurpetur ut infusum Thee:*
Virg. Aur. ana. mj.

9 Decoctum adstringens.

℞. *Herb. Veron.* *Colatur. adde*
Equiset. *Syr. de Symph.*
Virg. Aur. ana. mj. *e Ros. sicc. ana. ʒiſs.*
Rad. Symphit. ʒj. *M. dos. ʒiij. sing. 4. hor.*
Coq. in aq. simpl. ℔.ij.iij

10 Essentia subadstringens.

℞. *Tinct. Vitr. ♂is Lud. ʒſs* *dos. 40. gutt. 2. l. ter de die.*

11 Tinctura tonico-nervina.

℞. *Tinct. ♁ij acris ʒij.* *dos. gutt. 30. bis per diem.*
Spir. C. C. ʒj. M.

12 Essent. tonico-discutiens.

℞. *Ess. Pimp. alb.* *Spir. C. C. ʒj. M.*
Tinct. ♁ij acris ana. ʒiſs *dosis ut supra.*

13 Pilulæ laxantes.

℞. *Pil. Stahlii ʒj.* *ad aperiendam alvum,*
dos. xv. pro dosi.

14 Potio laxans.

℞. *Seri Lact. ʒvj.* *Coque. Colat. d. ad. Vitr.*
Tamarind. ʒiſs. *pro una vice.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Mictus cruentus nullo modo tolerandus est, ut assuefiat, sontica enim minatur pericula, hinc omnino sistendus est.

2 Id ipsum tamen moderate fiat, præmissis, si nondum ipso fluxu sufficiens sanguinis copia evacuata fuerit, Venæsectione revulsoria, & orgasmum sanguinis universalem sedantibus, Nitrosis & Cinnabarinis, subjuncta quoque in assuetis, aut manifesto plethoricis, Venæsect. præservatoria in pede, tempore intercalari administrata.

3 Commodissime blanda ejusmodi cohibitio præstatur per supra laudatum medicamentum Martiale in aqua solutum, atque ad ʒj. successivis dosibus propinatum; eidem fini inserviunt supra descripta infusa, ac pulveres adstringentes, ut & Tinct. ♂is Ludov. ac Tinct. Terr. Catechu.

4 Alvum semper expeditam esse convenit, id quod optime per Clysteres & decoctum seri cum Tamarindis & infusa laxantia Rhabarbarina, ut & per Pilulas Stahlianas obtinetur.

5 Præsente ardore & æstu exhibeantur Emulsiones temperantes & anodynæ, quibus adhuc amygdalæ dulces addi possunt. Eundem usum habet oleum amygd. dulc. cum Sperm. Ceti. Item Decoct. Nephrit. Foresti, imprimis si a calculis Mictus cruentus dependet.

6 Si Mictus talis ortus est a remediis fortioribus, stimulantibus, Cantharidibus &c. præter supra laudata temperantia conveniunt lacticinia, cremor hordei &c. in copia assumpta.

7 In Mictu cruento pulveribus temperantibus addatur sanguis Hirci, aut supra descripta potio num. 5. usurpetur.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Omnia adstringentia fortiora & narcotica incaute usurpata, multorum malorum fiunt causæ, inflammationis scil. & ulceris Renum, Vesicæ &c. quare semper mitiora illis præferantur.

2 Balsamica acria & fortiora, uti Balsam. Peruv. de Copaiba, ut & Terebinthinata ac succinata, aliaque hujus generis magis nocent & malum exasperant.

3 Tinctura antinephritica Rothii Lipsiensis in calculosis sæpius Mictum cruentum producit, id quod etiam præstat Balsamum Augustanum dictum, quare eorum usus dissuadendus est, aut si in usum trahi debent, summa id fiat cum prudentia.

4 Præsente dispositione ad Mictum cruentum vitetur equitatio, vectura, motus nimius, Venus, Diæta aromatica, Vini abusus &c.

5 Mictus cruentus criticus, utpote salutaris, non suprimatur. vid. Hoffm. loc. cit. & Ettmuller. Tom. II. pag. 720.

6 Si alvus per alia laxantia & clysteres expediri potest, Pilulæ Polychrestæ aut aliæ his similes non facile in usum trahantur, nisi Plethora imminuta & orgasmus sedatus fuerit.

Caput XIII.

De Hæmorrhagiis Passivis.

I. *Definitio.* Hæmorrhagiæ passivæ sunt excretiones sanguinis præternaturales a vasis sanguiferis, propter causas violentas, vel disruptis, vel dissectis, originem trahentes.

II. *Differentia.*

1 Aliæ magis immediate e vasis capacioribus imprimis arteriosis dissectis, aliæ mediate magis e partibus porosis prorumpunt.

2 Aliæ nudo passivo affluxui ortum debent; aliæ cum activo simul appulsu & affluxu conjunctæ sunt: Illæ in vulnere recentiore, hæ in progressu demum circa quartum diem eveniunt.

3 Aliæ excipiunt evulsionem dentium, & sæpius satis sunt enormes.

4 Aliæ junguntur carni luxurianti seu fungo in vulneribus & ulceribus male tractatis nato, aut ejusdem extirpationem per septica junguntur.

5 Aliæ nonnunquam observantur in mammis aliisque partibus cancrosis, per vices redeuntes, sæpius quoque diu continuantes, ita ut nullis fere remediis curari queant.

III. *Signa.*

Sanguis arteriosus ut plurimum cum subsultu, cum pulsu arteriarum coincidente, prorumpit, venosus vero placide profluit. Ille faciem præ se fert tenuiorem & floridiorem, hic vero paulo obscuriorem.

IV. *Subjectum.*

1 Omnis generis, cujuscunque ætatis & sexus homines, sanguinei tamen Plethorici majorem patiuntur Hæmorrhagiam, quam cholerici, nisi vasa ampliora dissecta sint, illi enim plus sanguinis in poris, hi in vasis habent.

2 Carni luxurianti & exinde provenienti Hæmorrhagiæ magis obnoxii sunt homines temperamenti humidi, quam sicci.

3 Hæmorrhagiam dentium majorem facilius experiuntur homines sanguinis congestionibus versus caput obnoxii, quam alii.

V. *Prognosis.*

1 Hæmorrhagiæ, quæ vulneribus corpori Plethorico, aut homini, in ipso ebrietatis, vel excandescentiæ actu constituto, inflictis superveniunt, si repente & violenter per adstringentia & sanguinem coagulantia reprimantur, plerumque tumores & inflammationes partis læsæ, imo febres vulnerarias, interdum satis æstuosas, post se trahunt, aut majori cum impetu, circa statum recrudescunt.

2 Quo iusto tardius autem Hæmorrhagiæ compescuntur, eo magis virium lapsus & Lipothymiæ expectandæ sunt, præsertim si enormes fuerint.

3 Post immodicas plane sanguinis per partes vulneratas & vasa discissa profusiones, universo corpori cachectica dispositio, vulneratæ vero parti insignis debilitas, tumor œdematosus, aut contra aridura imminet.

4 Homines Plethorici, vinosi, iracundi, Hæmorrhagias largas a vulneribus passi, plerumque anniversario tempore, vel circa ipsa loca affecta, vel circa loca Hæmorrhagiis aliis dicata, spasticos, tumescentes, inflammatorios, quin febriles affectus, qui alias evacuationes sanguinis consuetas suppressas subsequi solent, incurrunt, nisi vel actuali evacuatione artificiali, vel matura talium commotionum præoccupatione Pharmaceutica iis occurratur.

5 Hæmorrhagiæ ex arteriis dissectis ortum trahentes maioris semper periculi sunt, quam quæ e venis originem ducunt, imprimis si maiores fuerint.

6 Eo maiori autem periculo exponunt vulneratos, si e vasis viscerum dissectorum aut læsorum prodit Hæmorrhagia.

7 Hæ-

7 Hæmorrhagiæ partium cancroſarum, ſi non ſummum, huic tamen proximum indicant cancri gradum, & hinc ſumme periculoſæ ſunt.

8 Hæmorrhagia dentium per adſtringentia incaute ſuppreſſa, imprimis ſi in maxilla inferiori fuerit, facile inflammationem & exulcerationem gingivarum, cum maxillæ carie poſt ſe trahit.

9 Quo magis dolet caro luxurians, eo facilius eſt metuenda Hæmorrhagia, quæ etiam facillime ſequitur uſum cauſticorum, quæ ſimul ſanguinem non coagulant.

VI. *Remedia.*

1 Venæſectio revulſoria, compreſſiones & ſtricturæ partium vulneratarum, aut ipſorum vaſorum diſciſſorum Ligaturæ interceptoriæ, vel materiales obturationes.

2 Vaſorum diſciſſorum majorum Cauteriſatio.

3 Partis vulneratæ, in recens mactati animalis adhuc calentis corpus, immerſio.

4 Sanguinem erumpentem coagulantia, parteſque poroſas conſtringentia, & obturantia: Sp. Vin. rectificatiſſimus, Ol. Terebinth. æthereum, Acida concentrata, Solutio Aluminis, Vitrioli, Colcothar ejuſdem, Medulla crepitus Lupi, Farina volatilis, Pulvis ranarum exſiccatarum, & Albumen ovi ſiccatum & pulveriſatum, fuligo pulveriſ. Lap. hæmatit. pulveriſ. Rad. Symphyt. maj. cancri combuſti pulveriſati, Telæ aranearum, Folia vitis ſicca &c. Ex compoſitis celebris eſt liquor ſtypticus Boudeti, cujus mentio fit in Act. Hafnienſ. Vol. II. Obſ. 41. item 133. nec non Vol. III. Obſ. 45. Item liquor ſtypticus Soc. Reg. Angl. in Officina Chymica Staphorſtii deſcriptus; porro liquor ſtypticus Weberi, peculiari tractatulo, Anchora Sauciatorum inſcripto, commendatus, tandem Pulvis Iſchmæus Hildani & Barbette.

Formulæ Remediorum.

1 Liquor Stypticus Weberi.

℞. *Vitrioli Hungar. Alum. ana.* ℔ß. *Phlegmatis Vitrioli* ℔. iv. *Coque tamdiu donec omnia diſſoluta fuerint: liquorem frigefactum filtra, & a cryſtallis ſubinde natis ſepara, adde ſingulæ libræ. Ol. Vitriol.* ℥j. *& ſerva pro uſu. Linteamina quintuplicia liquore hoc ſtyptico probe humectata, vulneri, vel orificio arteriæ vel trunco membri extirpati, ſuperimpone cum adæquata ligatura, & videbis ſanguinem in momento congelatum. Linteamina per aliquot dies ſuperimpoſita relinque, ne cruſta ſanguinis, vel ſanguis incruſtatus ſimul detrahatur & ſanguini via aperiatur, & vulnus nullo alio amplius adhibito remedio perfecte ſanatum reperies.*

2 Aqua Arterialis Caroli Muſitani, *experta in arteriarum vulneribus cujuſcunque conditionis.*

℞. *Colcothar Vitrioli, Alum. uſt. Sacch. Cand. ana,* ℥ß. *Urina junior. homin. Aq. roſar. ana.* ℥ß. *Aq. Plant ag.* ℥ij. *Diu ſimul omnia agitentur in mortario, poſtea phiolæ vitreæ committantur. Tempore uſus liquor decantetur, & mediante linteo eidem imbuto, parti vulneratæ applicetur, manu ſimul impoſita, ut eo citius ſiſtatur.*

3 Pulvis Stypticus Ejuſd.

℞. *Sang. ovill. exiccat.* ℥v.	*Gumm. tragac. ana.* ℥j.
Croci & lis ſubtiliſſ.	*F. Ex omnibus pulvis impalpabilis probe invicem mixtus*
Lap. hæmat. præp:	

4 Alius ejuſd. Auctoris.

℞. *Pulv. ad. ſymph. maj.* ℥iij.	*Cancr. combuſt.* ℥vj.
Vitriol. alb. crud.	*Gypſi* ℥j.
Sarcocoll. ana. ℥ß.	*Terr. ſigill.* ℥iß.
Croc. & lis.	*Lapid. hæmat. præp.* ℥iß.
Fulig. Cam. ana. ℥ij.	*Sang. Drac.* ℥ij.
	M. f. Pulv. ſubt.

VII. *Methodus medendi.*

1 Hæmorrhagiæ, ni præſentiſſimi periculi metus contrarium ſuadeat, quin urgeat, ab initio aliquatenus indulgeatur.

2 Quodſi vero vas capacius arterioſum læſum, adeoque periculum in mora fuerit, quantocyus & quibuſcunque remediis eadem reprimatur, ſive interceptione & ligatura, ſive cauteriſatione, ſive ſanguinis eruſpentis coagulatione.

3 Compreſſio digitis facta egregium ſæpe fert auxilium, præſertim in iis caſibus, ubi vas ſauciatum non admodum profunde delitescit.

4 Quodſi Hæmorrhagia, ex arteria non plane diſciſſa erumpens, pertinaciter quoque ſæpius recrudeſcens alia ſubſidia eludat, tranſverſim penitus diſſecetur, & extremitas ſuperior cauterio tangatur.

5 Tumor partis vulneratæ, aut febris vulneraria ſi repentinæ ſanguinis reſtrictioni ſuperveniat, aut ipſa Hæmorrhagia circa ſtatum cum violentia inſigni recrudeſcat, Venæſectione revulſoria in parte oppoſita, internis antifebrilibus, & externis camphoratis, opus eſt.

6 Factæ nimiæ profuſionis damnis per Analeptica, diætam reſtaurantem, vini generoſioris uſum medicum, partiſque læſæ per nervino-balſamica externa roboratione, ſuccurritur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Compreſſiones & ſtricturæ fortiores partis vulneratæ non ſint nimis fortes, ne exinde oriatur inflammatio.

2 Pars vulnerata ſemper calida ſervanda eſt, & ambiens frigus evitandum, præſtat etiam emplaſtro ſtictico vulnus munitum ſemper conſervare.

3 Cauteriſatio ſæpius infidum eſt remedium, quare remedia fida ſanguinem ſiſtentia eidem ſunt præferenda.

4 Cauteriſatio in partibus tendinoſis ſummo ſtudio eſt fugienda, ne partium motus per eandem lædatur.

5 Liquoribus ſtypticis non ſemper eſt fidendum, quoniam interdum magis nocent quam proſunt. vide *Act. Hafn. Vol. III. Obſ.* 45.

6 Styptica in Hæmorrhagiis partium cancroſarum fugiantur, quoniam malum exaſperant.

7 In vulneribus circa junctūras & partes tendinoſas, acida pro ſanguine ſiſtendo non conveniunt, rectius officio ſuo tum fungetur Ol. Terebinth. æthereum, cum Spiritu Vini Rectificatiſſimo mixtum.

8 Ideoque etiam ipſum Vitriolum album ad albedinem calcinatum, quoquo modo applicatum, in hoc caſu haud convenit, ob periculoſa, quæ exinde ſequi poſſunt ſymptomata.

9 In Varicum apertione admodum caute etiam in reſtrictione ſanguinis procedendum eſt, alias facillime majora inſequuntur mala.

LIBER II.

DE

CONGESTIONIBUS

EORUMQUE EFFECTIBUS.

De Congeſtionibus in genere.

I. *Definitio.* COngeſtiones ſunt compreſſiones (convulſiones) activæ partium, mediante motu tonico, quibus ſanguis, & cum hoc reliqui humores verſus & in certa loca reſtringuntur & recipiuntur, copioſioris ſecretionis, vel hæmorrhagicæ perruptionis gratia. Vel adhuc brevius: Sunt reſtrictiones & detentiones ſanguinis, verſus & in loca, hæmorrhagiis deſtinata. Accidunt circa caput, nares, fauces, pectus, ventriculum, renes, inteſtinum rectum, & occurrunt circa ventriculum, ſive circa Venam portæ.

II. *Differentia.*

1 Ratione *effectus*, vel ſunt *Completæ*, quæ tali in loco contingunt, ubi actualis perruptio ſanguinis ſperari poteſt, v. g. in Naribus, Ventriculo, Vaſis Hæmorrhoidalibus, Pulmonibus, Utero &c. Vel *Incompletæ*, quæ in locis, a viis hæmorrhagicis remotis, a Natura fiunt, v. in Scapulis, Dorſo, Lumbis, Pedibus &c.

2 Ratione *loci* diriguntur vel
a ad *Caput*: unde Cephalalgiæ cum rubore faciei, & infla-

inflatione vaſorum circa tempora, Ophthalmiæ & dolores compunctorii quaſi in intimo meditullio bulbi oculi, cum inflatione exiliſſimorum vaſculorum ſanguiferorum, imo actuali bulbi protuberantia, Otalgiæ, & Anginæ, Aphthæ, affectus delirioſi & comatoſi (quo in caſu jam Antiquiores raptum humorum ad caput accuſarunt,) circa dies criticos, cum urina tenui & pauca, Epileſiæ juniorum cum vehementibus oculorum torſionibus, Apoplexia ſanguinea, Vertigo, profundiori capitis ad terram inclinationi, aut pedum vel præcordiorum refrigerationi ſuperveniens, Memoriæ debilitas.

b Ad *Pectus*: quas Anguſtiæ, reſpirationes oppletivæ, Aſthmata convulſiva periodica ſequuntur.

c Circa *Hypochondria*: unde dolores Cardialgici, tenſorii, lancinantes, vomibundæ torſiones ventriculi, quin univerſa pathematum Hypochondriaco-Hæmorrhoidalium ſcena, imprimis alvi non tam ſimplex ſiccitas, quam actualis ſtrictura, ſenſibiliores tales exacerbationes vel antecedens, vel concomitans.

d Ad *Renes* & *Hæmorrhoides*: unde Varices crurum, variaque Nephritica, Iſchiadica, & Podagrica præludia.

III. *Signa*.

e In parte affecta, occurrit hujus (1) infarctus, (2) inflatio & diſtenſio vaſorum, ita ut exiliſſima viſumque alias fugientia vaſcula in conſpectum prodeant, (3) augmentum caloris & coloris naturalis, (4) dolor quandoque gravativus, quandoque tenſivus & punctorius, arteriarum pulſui reſpondens, (5) partis ita laborantis ad motum ineptitudo.

b In partibus remotioribus vero aut oppoſitis occurrit ſpaſtica quædam ſtrictura & aſpectus quaſi exſanguis & exſuccus, major etiam frigoris ſenſibilitas, aut actualis harum partium refrigeratio.

IV. *Subjectum*.

Congeſtionibus fere cujuslibet ætatis & temperamenti homines expoſiti ſunt, magis tamen ad eas proni ſunt Plethorici & vitæ ſedentariæ, lautæ & vinoſæ diætæ dediti, evacuationibus ſanguinis ſive artificialibus ſive ſpontaneis aſſueti. Non tamen quævis ætas ad quaſvis congeſtiones prona eſt, ſed iis tantum, quæ ab Hæmorrhagiis cuivis ætati competentibus dependent, plerumque exponitur.

V. *Prognoſis*.

1 Congeſtionibus facile complicantur & ſuccedunt tumores, dolores, inflammationes, ulcerationes manantes, ſtupores & debilitates paralytodes partium.

2 Quo magis hujus generis affectus aſſuefiunt, eo promptius etiam, citra materialis, aut occaſionalis cauſæ veram proportionem, facile recrudeſcunt, crebrius inſultant, diutius continuant; imo veluti in jugem habitum tranſmigrant. Idque tanto certius, ſi diæta præpoſtera, animi turbulentis commotionibus, medicamentis & regiminibus calidioribus, intempeſtivo narcoticorum uſu exacerbentur, aut perturbentur.

3 Sanguinis ventilationes in ipſo paroxyſmo adminiſtratæ, non raro in præſens ſenſibile quidem levamen afferunt, ſed, reſtituta eadem ſanguinis abundantia, tanto promptius affectus hi repullulant, tantoque pertinacius idem ſubſidium denuo expoſcunt.

4 Completæ Congeſtiones utplurimum facilius curantur, quam incompletæ.

5 Quo minus Natura ſcopum Hæmorrhagicum attingit, eo magis dolores, ſpaſmi, convulſiones, toni remiſſiones, inflammationes &c. in variis corporis partibus ſunt metuendæ.

6 Congeſtiones ad pectus ſemper majori periculo exponunt ægrotantes, partim propter viſcera nobilia ad vitæ conſervationem ſumme neceſſaria, partim quia evacuatio ſanguinis per pectus difficilior eſt, partim propter metuendas læſiones pulmonum, quæ frequenter hujuſmodi evacuationem per pectus ſequuntur.

VI. *Remedia*.

1 Cauſam antecedentem, ſanguinis nempe abundantiam, tollunt Venæſectio & Scarificationes præſervatoriæ, item hirudinum applicatio congrua.

2 Motus congeſtorios avocant, revellunt, divertunt, pediluvia, frictiones, cucurbitulæ non ſcarificatæ, ſonticuli, rubefacientia ſive Sinapiſmi veterum, Veſicatoria, Setacea, tandem alvi quoque cum aliquo ſtimulo expeditio per clyſteres vel infuſa laxantia.

3 Æqualem univerſæ maſſæ humorum diſtributionem promovent blanda diaphoretica, diluentia, paulo largius calide hauſta, v. g. Infuſa Thee, Coffee, Veronicæ, Salviæ, flor. Lavendulæ &c. Ipſa quoque Alexipharmaca moderatis doſibus, & juſtis temporum opportunitatibus data.

4 Nimiam ſanguinis expanſionem compeſcunt Abſorbentia, Nitroſa.

5 Spaſticam fibrarum ſtricturam demulcent Cinnabarina v. g. Pulvis Antiſpaſmodicus &c.

6 Ipſius moventis exacerbationem demulcent anodyna, emulſiva, gratiora analeptica, Specifica.

7 Sanguinis congeſti & reſtagnantis diſcuſſionem promovent externa Topica, v. g. Spir. Vin. Camphoratus, Epithema ex Semine Carvi, bacc. Juniperi, Sale communi & mica panis fermentati &c. ac his ſubordinata lenia repellentia ex Nitro, Saccharo Saturni, Aceto roſaceo.

8 Tonum partium roborant ſuccinata, Salia Volatilia Urinoſa, v. g. Eſſent. Succini cum Eſſ. lignorum, ſaſſafras, mixtura tonico-nervina ex Spir. C. C. & Antimonii Tinct. vel Salis Tartari.

Formulæ Remediorum.

1 Potio laxans.

℞. *Tamarind.* *In Colat.* ℥iij.
Paſſul. min. ana. ℥ß. *Diſſolv. Sal. Polychr.* ∋ß.
Rhabarb. elect. ʒiß. *Mann. Calabr.* ʒj.
Infund. in ſ. q. Aq. *M. D. ad Vitr.*

1 Pulvis temperans.

℞. *Conch. præparat.* *Cinnab.* ♁ii gr. xxxvj.
Antimonii diaph. *M. f. Pulv. in 22. p. æq. di-*
Tart. Vitriol. *videndus, cujus quotidie 2.*
Nitr. depurat. ana. ʒj. *vel 3. portiones aſſumantur.*

3 Alius Anodyno-temperans.

℞. *Pulv. modo deſcripti* ʒij. *M. f. Pulv. div. in 6. p. æq.*
Maſſ. Pil. e Cynogl. *Quotidie verſus ſomni tem-*
gr. vj. *pus doſin unam porrigendo.*

4 Eſſentia alexipharmaco-diſcutiens.

℞. *Eſſent. Alexiph. Stahlii* *mane & circa meridiem in*
Scord. ana. ʒiß. *juſculo vel alio vehiculo or-*
M. doſ. gutt. 25. *ad* 30. *dinando.*

5 Alia.

℞. *Eſſent. Pimpin. alb.* *tar. ana.* ʒiß.
Tinct. Antimonii Tar- *M. doſis eſt ut præcedentis.*

6 Eſſentia tonico-nervina.

℞. *Tinct.* ♁ii *Tartariſat.* *M. doſ.* 25. *ad* 35. *gutt. bis*
Spir. C. C. rect. ana. ʒiß. *vel ter de die.*

7 Alia.

℞. *Tinct. Tart. acris* ʒij. *M. doſis uſuſque ut præce-*
Eſſ. Succin. ʒj. *dentis.*

VII. *Methodus medendi*.

1 In paroxyſmo ante omnia alvus expediatur per clyſteres, aut blandum aliquod laxans, ſubjungantur abſorbentia, nitroſa, cinnabarina cum diaphoreticis fixis, imo ſi dolorum atrocia, aut affectus vehementia poſtulat, poteſt his lene anodynum verſus tempus ſomni adjungi. Subjungantur denique & interponantur Alexipharmaca temperata, adhibitis ſimul in ſubſidium externis topicis, nec neglectis ubique ſpecificis.

2 Extra paroxyſmum ventilationes ſanguinis præſervatoriæ circa Æquinoctia inſtituantur, aſſuefactæ jam conſtanter repetantur, neque temere negligantur, præmiſſis, interpoſitis, ſubordinatis pediluviis, laxantibus cum epicraſi, ſuccinatis, Salibus Volatilibus, concurrente ſimul conveniente rerum non naturalium uſu, imprimis circa motum & potum ſufficientem.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Veutilationes in ipsa affectus exacerbatione administratæ, non nisi præsenti paroxysmo subveniunt, rebus autem tranquillioribus adornatæ, magis in futurum quoque suam extendunt efficaciam.

2 Anodyna ut & Diaphoretica positiva, sive Alexipharmaca non facile exhibeantur, nisi alvo prius expedita.

3 Si copiosior subsit congestio, & corpus insuper spongiosius, vel suspicio obstructionis viscerum, abstinendum est in incremento & ἀκμῇ affectus, a Salibus Volatilibus, præsertim sæpius datis.

4 In notabili vero declinatione, a paucis imprimis dosibus incipiendo, non male se gerunt.

5 Martialia quoque imprudenter adhibita, absque humorum prius præparatione & discussione, facile insignia damna possunt producere.

6 Durante adhuc restrictione reliquarum partium, adeoque nondum patente reditu e loco suæ restagnationis, & libera distributione sanguinis, ad externa Topica discutientia, vel repellentia, non est properandum: exacerbantur enim inde tensiones & dolores potius, quam leniuntur.

7 In omnibus congestionibus sanguinis ad superiores partes, ubi æstus febrilis abest, multum levaminis afferunt pediluvia, multum quoque confert in tali constitutione, pedes & præcordia densioribus integumentis a frigore præmunire.

8 Pediluvia calidiora, præsertim, si altius pedes immergantur, aut nimis diu immersi detineantur, in corporibus valde Plethoricis, alvi concurrente obstipatione, facile commotiones febriles excitant.

9 Vesicatoria magis in acutis, Fonticuli & Setacea in chronicis humorum ad certas partes restrictionibus & decubitibus locum habent.

10 In pertinacibus Hypochondriaco-Ischiadico Podagrico-Hæmorrhoidalibus congestionibus, peculiaris efficaciæ sunt Hirudines, orificio ani applicatæ, vel spontaneus & sufficiens hæmorrhoidum fluxus.

11 Thermæ & acidulæ in congestionibus pertinacibus usurpatæ, plerumque malum adaugent.

12 Animi pathemata graviora, uti frequentius ebullitionum & congestionum sunt causæ, ita studiose fugienda sunt, partim quia congestionem præsentem exasperant, partim vero quia absentem facile revocant.

13 Amuletica, inter quæ Bufo exsiccatus eminet, non nisi in primo statim principio aut præmissis universalibus & quidem in subjectis sensibilibus locum habent.

SECTIO I.

DE

DOLORIBUS CONGESTORIIS.

CAPUT PRIMUM.

De Cephalalgia Sanguinea.

I. *Definitio.* CEphalalgia Sanguinea est doloris capitis species, quæ a congestione sanguinis vasa cerebri distendentis, & meninges comprimentis ortum trahit.

II. *Differentia*: Cephalalgia

1 Alia est *idiopathica*, alia *symptomatica*, ratione sedis causæ morbificæ, illa scil. est quando sanguis congestus in ipso hærens capite, dolorem producit: hæc vero vel aliis morbis jungitur, v. g. febribus, vel per consensum abdominis oritur.

2 Alia est *periodica*, qualis interdum in sexu fœmineo, circa mensium tempus affligens observatur, alia *Vaga*.

3 Alia respectu *doloris* ipsius est *tensiva* & *premens*, alia *pungens*, *lancinans*, *pulsatoria*.

4 A Cephalæa & Hemicrania facile respectu signorum propriorum inferius recensendorum distingui potest.

III. *Signa*.

1 Dolor vel lancinans, vel pungens, vel premens aliquando tantum caput, ordinarie vero synciput, aut frontem, tempora ac bregmata occupans, cum pulsibus Synchronus.

2 In multis etiam dolor circa radicem nasi, ardor narium, pressionis sensus in osse Ethmoide, cui jungitur sæpius dolor in intimis oculorum bulbis premens, aut punctorius, & calor frontis ac temporum.

3 Facies rubicunda, venæ turgidæ atque inflatæ, præcipue temporales & jugulares.

4 Oculorum rubor & vasorum inflatio, doloris in oculis, si objecta lucida offeruntur, augmentum, tinnitus quoque aurium & interdum in casu graviori vertigo.

5 Strictura reliqui corporis, alvique aliqualis remissio, cum urinæ paucitate.

IV. *Subjectum*.

1 Homines temperamenti sanguinei vel sanguineo-Melancholici.

2 Juniores, quibus consuetæ Narium Hæmorrhagiæ emanserunt.

3 Fœminæ, emanentibus, suppressis vel cessantibus mensibus, aut eorundem fluxu debito modo & ordine non succedente, imprimis vero Hysterico malo obnoxiæ.

4 Viri Hæmorrhoidibus alias obnoxii, aut ad easdem saltem, respectu moliminum ad eas tendentium, proni, post emansionem illarum aut cessationem moliminum.

5 Senes Plethorici ad arthriticos affectus proni, post retrocessionem mali ad interiora & potissimum superiora.

6 Homines diætæ vinosæ atque aromaticæ dediti, aut multis meditationibus & lucubrationibus occupati, ac nimis diu vigilantes.

7 Venæ sectiones & scarificationes consuetas negligentes.

8 Personæ caput nudum calori ignis aut Solis exponentes, aut inferiores partes nimium refrigerantes.

9 Homines corpus motu subitaneo exercentes & plethoram nimium simul atq; semel commoventes, aut iræ graviori indulgentes.

10 Propter hæreditariam dispositionem ad Cephalalgiam proni.

11 Febricitantes in paroxysmis & exacerbationibus.

V. *Prognosis*.

1 Cephalalgiæ sanguineæ ac congestiones sanguinis in capite per Hæmorrhagias narium sæpissime solvuntur.

2 Interdum sponte cessat sine evacuatione sanguinis, id quod promptius in junioribus & viris, tardius vero in fœminis & senibus contingit.

3 Cephalalgia facile degenerat in consuetudinem & vel in Cephalæam transit, vel brevibus periodis revertitur.

4 Quæ in junioribus per Hæmorrhagiam Narium solvitur Cephalalgia, in adultioribus Coryzas graviores, Lippitudines, aut in malo graviori excretiones e naribus & auribus purulentas facile post se trahit.

5 Cephalalgiæ vertiginosæ, in senibus plethoricis Narium Hæmorrhagias recrudescentes insequentes, prodromi sunt Apoplexiæ & Paralysis.

6 Quo major est constrictio inferiorum partium & congestio, post commotam plethoram, ad superiora, eo gravius quoque affligit Cephalalgia.

7 Ex Cephalalgiis pertinacibus & perverse tractatis, decubitus ad oculos & suffusiones facile fiunt.

8 Cephalalgias frequentes sæpius affectus arthritici partium superiorum sequuntur.

9 Cephalalgiæ in acutis admodum pertinaces cum cruditatis in urina signis, Deliria & Phrenitidem portendunt.

9 Alvus adſtricta ſemper exacerbat Cephalalgiam, e contra vero alvi profluvium ſalutare eſt.

VI. *Remedia.*

1 Cauſam principalem imminuentia: ſcarificationis in corporibus ſucculentis, Venæſectionis & hirudinum uſus in macilentioribus, venas majores habentibus, in locis remotioribus celebratus.

2 Congeſtionem in capite factam derivantia: pediluvia & laxationes extra morbos acutos in uſum vocata, in iiſdem vero & extra eoſdem ſinapiſmi, clyſteres, frictiones pedum, & in malo pertinaciori fonticuli, ſetacea adhibita & locis convenientibus applicita.

3 Orgaſmum ſanguinis demulcentia & compeſcentia: Abſorbentia, Nitrata, Salia neutra, gelatinoſa, emulſiva, potus Thee ſufficienter hauſtus.

4 Diſcuſſionem & æqualem circulationem promoventia; quod partim per modo dicta & diaphoretica fixa interne, partim vero per Spir. Vin. Camphor. Crocatum, & Epithemata ex Rad. Rhod. Herb. Verben. rutæ, Bacc. Juniper, Sem. Carvi, Sale communi, & Unguenta anodyno-diſcutientia externe adhibita, fieri poteſt.

5 Tonum fibrarum ſtrictiorem relaxantia atque placantia: Cinnabarina & correcta Anodyna v.g. Eſſent. Dulc. Hallenſ. aut MPil. de Cynogl. grana aliquot pulveribus temperantibus mixta, veſperi exhibita. In caſu pertinaciori inpr. Cephalalgia Vertiginoſa Pulveres Solares D. D. Richteri, uſui Eſſ. dulc. & pulv. antiſpaſmod. interpoſiti, præſentaneum edunt effectum, inpr. ſi aliquandiu continuentur.

6 Roborationem partis læſæ ſeu debilitatem reſpicientia; Cephalica mitiora, ſuccinata, Tinctura Tonico-Nervina Stahlii, Specifica: Pulvis de Gutteta Riverii.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ Cephalicæ.

℞. *MP. e ſucc. Crat. gr.* XII. *ana. gr.* VII.
Extract. Helleb. nigr.
Merc. dulc. vit. par *f. Elix. Propr. f. pilulæ, pro una doſi.*

2 Pulvis diaphor. temperans.

℞. *Oc. ℔. præparat.* *Cinnab.* ℈ *ii* ℈*j.*
℈. *diaph.* *M. div. in 6. aut 7. par.*
Nitr. depur. *æq. ſingul. tribus hor.* 1.
Arcan. duplic. ana. ʒß. *doſis.*

3 Pulvis Anodyno-roborans.

℞. *Pulv. modo dicti* ʒj. *M. f. pulv. div. in* 4. *part.*
Spec. de Hyac. ℈*j.* *æq. doſis* 1. *cubitum eundo.*
MP. de Cynogl. gr. IV.

4 Unguentum Anodyno-diſcutiens.

℞. *Ung. Alabaſtr.* *Opii in Acet. ſolut.* ℈*j.*
Popul. ana. ʒß. *Camph.* ℈ß.
Ol. hyoſc. *Croci gr.* V. M. *ad Ollul.*
Nucl. perſic. ana. ʒß. *ſuperlinteum fronti & temporibus applicandum.*

5 Eſſent. Tonico-Nervina Stahlii.

℞. *Tinct. Antimonii vel* *rectif. ana.* ʒiß.
Sal. Tartar. *M. D. ad Vitr. doſis xxx.*
Spir. C. C. mediocriter *gutt. bis aut ter de die.*

6 Alia.

℞. *Eſſent. ſuccin.* *Doſis eadem.*
Alexiph. ā. ʒij. M.

VII. *Methodus medendi.*

1 In ipſo paroxyſmo cum blando laxante, ſi nullum contraindicans obſit, Curæ initium fiat; imo ſi nullam moram eſſe circumſtantiæ indicaverint, etiam evacuationes ſanguinis in ipſo paroxyſmo celebrare convenit. In Cephalalgiis tamen ſymptomaticis, in febribus acutis occurrentibus, per remedia interna & forſan clyſteris uſum, ſi febris genius illud permiſerit, res peragenda eſt.

2 Interne orgaſmus ſanguinis mitigetur per Nitroſa, abſorbentia, diaphoretica fixa, verſus noctem vero blandum anodynum, ſi neceſſitas illud exigat, exhibeatur.

3 Externe vero in ipſo loco affecto Anodyno-diſcutientia adhibeantur, in remotioribus autem ad revulſionem humorum pediluvia (circa horam ſomni juxta *Bagliv.*) frictiones & ſinapiſmi.

4 Poſt mitigatum & decreſcentem paroxyſmum conducunt roborantia & lenia nervina interne & externe in uſum vocata; hoc quoque tempore ſpecifica energiam ſuam demonſtrant.

5 Extra paroxyſmum evacuationibus ſanguinis conſuetis conſulatur. Hæmorrhoidariis hæ excretiones promoveantur, aut ſuppleantur per hirudinum applicationem. Fœminino ſexui fluxus menſtruus in debito ordine ſervetur, aut ſuppreſſus revocetur; Hæmorrhagiæ narium ſuppreſſæ vices Venæſectio in pede ſuppleat. Optime quoque proſunt laxantia per epicraſin, qualia ſunt vina medicata Venæſectioni ſubjuncta.

6 Inſuper dieta calidior vinoſa, & animi pathemata evitentur, alvus vero ſemper lubrica ſervetur: motus corporis ſit laborioſus & potus ſufficiens.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Opiata niſi circumſpectiſſime exhibeantur, obſtupefaciunt potius ægrotos, quam ut ullum emolumentum iiſdem præſtent; imo in febribus utplurimum hoc in caſu cum detrimento exhibentur.

2 In deſperatis capitis doloribus *Riverius*, *Sennertus*, *Pargus* arteriotomiam commendant, imo *Bagliv.* eandem pro magno ſecreto habet, aſt affectum plerumque impoſterum pertinaciorem reddit.

3 Embrocationes Veterum niſi cum debita methodo & antecedentibus generalioribus evacuantibus in uſum vocatæ fuerint, multum detrimenti cauſari poſſunt, alias tamen uſum habent haud contemnendum.

4 Cucuphæ ſubjectis plethoricis præſertim ſine evacuatione humorum ordinatæ, malum non tantum adaugere, ſed & peſſima inducere poſſunt conſectaria.

5 Pinguia capiti applicata tranſpirationem impediendo malum ſæpius exaſperant, quare etiam Unguento Alabaſtrino ſemper præmittatur uſus Spir. Vini Camph. quod ſi vero malum refractarium ſit, Spiritui Camphorato ſubſtituatur Unguentum modo dictum.

6 Salium Volatilium Oleoſorum aut balſamorum uſus externus, neglecta debita interna medicatione, plus quoque damni quam emolumenti parit, inpr. in ſexu fœminino.

7 Fonticuli & Setacea magis locum habent in Cephalalgiis a cauſa ſeroſa originem trahentibus; & hinc in Cephalalgia ſanguinea non temere in uſum trahantur.

8 Veſicatoria in pedibus applicita in Cephalalgiis Symptomaticis, in febribus acutis cum deliriis ſeſe exerentibus, officium quandoque faciunt.

9 In ſeminino ſexu ſemper ad menſes & infimum ventrem reſpiciendum eſt, habent enim multum commercii cum capite.

10 Imo etiam in Viris Cephalalgiis obnoxiis primarum viarum ataxiæ multum incommodi capiti afferre quotidie conſpiciuntur; unde in curatione ad utrumque malum reſpiciendum eſt.

11 Pilulæ Aloeticæ & inpr. Cephalicæ admodum decantatæ ſæpius majores ebullitionis ſanguinis & frequentiorem Cephalalgiæ recurſum producunt.

12 Venæſectio in ſubjectis junioribus non niſi ſumme urgente neceſſitate, inſtituatur, ſed potius humorum ebullitio per Nitroſa & Cinnabarina ſæpius data mitigetur.

13 Venæſectiones præſervatoriæ ſemper ſint largæ, alias nullius ſunt uſus.

14 Quieta in lecto continentia ſemper eſt utilis, motum vero corporis major ſemper dolorum ſequitur exacerbatio.

15 Martialia a quibuſdam laudata magis nocent quam proſunt & graviora mala facile poſt ſe trahunt, quatenus partes magis ſtringunt & congeſtiones ad caput augent, cum dolorum incremento & metu inflammatoriarum febrium.

CAPUT SECUNDUM.

De Cephalæa & Clavo Hyſterico.

I. *Definitio.* CEphalæa & Clavus ſunt dolores capitis graviſſimi & pertinaciſſimi, continuo fere affligentes, aut ob leviſſimas cauſas recurrentes, a

congeſtionibus ad caput habitualibus, aut ulceribus aliiſque cauſis caput continuo affligentibus, originem trahentes.

II. *Differentia.*

1 Cephalæa alia eſt *Chronica*, continua & curationi refractaria: alia adhuc eſt *recentior* & intermittens.

2 Alia eſt *periodica* certa anni tempora obſervans, aut, etiamſi aliquo modo intermittat, ſtatis tamen periodis recurrens: alia eſt *vaga*, ſæpius quidem affligens, abſque tamen certis periodis.

3 Alia eſt *ſympathica*, uti Clavus Hyſtericus, ſive Ileos Hæmatites Hippocratis, Colicam præcipue anotericam indigitans, & a vitiis ſanguinis menſtrui originem habens, & Cephalæa Hypochondriacorum, alia vero *idiopathica*, uti Cephalæa Scorbutica, Venerea, & quæ ab ulceratione aut carie cranii &c. dependet, de quibus ſuo loco.

III. *Signa Generalia.*

1 Dolor graviſſimus vel premens, gravativus & tendens, vel lancinans, rodens & punctorius.

2 Doloris hujus augmentum poſt promptiorem commotionem corporis & animi,

3 Dolor fixus, pertinax, continuus, vel inſignem capitis plagam, vel parvum tantum ejuſdem ſpatium occupans; qui licet interdum aliquo modo remittat, aut intermittat, frequentius tamen vel recurrit, vel gravius poſtmodum affigit.

Signa Specialia

a Cephalæa Sanguineæ in Viris:

1 Signorum modo recenſitorum plurima.

2 Dolor adeo inſignis, ut ægri neque ullum ſtrepitum ferre, neque loqui, aut lucem ſine doloris exacerbatione videre queant.

3 Evacuationes ſolennes in Viris ſuppreſſæ, aut artificiales conſuetæ neglectæ.

4 Dolor graviſſimus capitis fixus & continuus, varia pathemata hypochondriaca excipiens.

5 Vertiginoſa quandoque concurrens capitis perturbatio, imo ejuſdem quaſi obſtupeſcentia, in declinatione potiſſimum mali ſeſe exerens.

6 Signa manifeſta congeſtionum ad caput, pulſus arteriarum major, venę turgentes, inflatio aliqua faciei & rubor, partium vero inferiorum & alvi ſtrictura.

b Clavi Hyſterici ſive Cephalæa Hiſterica aut Iliaco-Hæmatitica.

1 Signorum antea allegatorum multa.

2 Præcedunt magna præcordiorum anguſtia, & nauſeabundæ adverſitates ad Lypothymiam & ſuffocationem uſque ſe extendentes.

3 Graviſſimi dolores lancinantes dorſi, a lumbis ad os Coccygis tendentes, cum magnis doloribus flatulentis abdominis, Menſium fluxu inordinato, Palpitatione cordis & mœſtitia inſigni.

4 Hiſce ſuccedunt dolor capitis gravativus, diſtenſivus, vellicans cum inflatione capitis exterioris quaſi Eryſipelatode & Vertigine erectionem capitis non ferente, tumor faciei cum vel ſine rubore: Senſus frigoris, aut interdum aquę frigidę fluctuantis circa verticem: vel Clavi quaſi temporibus infixis, a quo ſymptomate nomen aſſumſit affectus, tinnitus aurium & auditus gravitas: dolor interdum per longitudinem dorſi ad nucham & verſus occiput aſcendens, maxime exquiſitus & ſpaſticus, & in nucha nodos quandoq; formans.

5 Appetitus & ſomnus hoc ipſo tempore nullus, laugnor extremus, alvi adſtrictio, horripilatio fere perpetua, cum intercurrente febricula.

6 Recurrit hæc plerumque menſtruis periodis verſus ſolitum Menſium tempus.

c Cephalæa venereæ & ulceroſæ.

1 Multa ſignorum antea enumeratorum.

2 Dolor fixus aut uni tantum loco infixus, rodens & terebrans ſine ullis congeſtionis evidentibus ſignis.

3 Elevatio interdum loci affecti in tumorem minorem durum & ſenſim creſcentem.

4 Exacerbatio doloris tempore nocturno, matutino vero tempore aliqualis ejuſdem remiſſio.

5 Alia ſigna Luem venereamanifeſtantia, ulcera oris, bubones, gonorrhęa, pręgreſſa ſalivatio &c.

6 Indicia ſcabiei malignę, pſoricę vel leproſæ.

7 Prægreſſa cauſę violentæ, vulnera, plagę, ulcera capitis.

8 Effluxus materiæ purulentę ex naribus vel auribus.

9 Signa ſcorbuti manifeſta, maculæ, eruentationes gingivarum, dolores capitis & artuum acuti &c.

IV. *Subjectum.*

1 Plethorici Sanguinei aut potius Melancholico-Sanguinei pręcæteris.

2 Quibus conſuetæ narium Hæmorrhagiæ emanſerunt, aut poſt longinquum tempus recrudeſcentes denuo ceſſant.

3 Adulti magis quam juniores.

4 Frequentius eam experiuntur fœminę quam Viri, imprimis eæ, quæ menſium ataxia laborant, otio, vitę ſedentarię & paſſionibus animi deditæ ſunt.

5 Non tamen immunes ab ea vivunt Viri, præſertim Hypochondriaci, aut Hęmorrhoidibus non rite ſuccedentibus, aut earum plenaria ſuppreſſione laborantes.

6 Lue Venerea, Scorbuto, Pſora aut Lepra affecti, ut & quibus cerebrum eſt ulceroſum.

7 Quibus caput a cauſis externis violentis, caſu ſcilicet, plagis &c. læſum eſt.

V. *Prognoſis.*

1 Cephalæa quęcunque difficilioris ſemper eſt curationis, & curata facile ob leviores cauſas recrudeſcit.

2 Periodica tamen aut nondum adeo inveterata, facilius curatur, quam continua.

3 Quæ cum fluxibus ſanguinis, Menſibus ſcil. Hæmorrhoidibus &c. turbatis connexionem habet, promotis illis fluxibus vel ceſſat, vel inſigniter imminuitur.

4 Clavus hyſtericus cum inflatione capitis, convenienti modo tractatus, facilius mitigatur, quam reliqua Cephalæa, imprimis ſi Vita & Diæta mutentur.

5 Cephalęa diuturnior vertiginoſa aut cum ſopore conjuncta, & a ſanguine potiſſimum originem habens, non raro Paralyſeos & Apoplexiæ prodromus eſt.

6 Cephalæa a carie cranii dependens, difficulter admodum, quæ vero ab ulceroſa cerebri corruptione orta eſt, omnium rariſſime, vel prorſus non curatur.

7 Cephalææ diuturniores interdum tranſeunt in Melancholiam.

VI. *Remedia.*

1 Sanguinem congeſtum revellentia; Veneſectiones, Scarificationes, pediluvia, frictiones pedum, laxantia & Clyſteres: Merc. dulc. Fol. Senn. Pil. Tartar. Pil. *Stahlii* &c.

2 *Eundem temperantia & reſolventia*: Diaphoretica fixa, Diuretica, Salina, Nitroſa, Tinctura Salina Richteri cujus paucæ doſes ſæpius ſufficiunt, Cinnabarina, & inpr. Pulv. Solares cum Eſſentia dulci aliquandiu continuati.

3 Anodyna correcta ut & Topica tam ſopientia, quam diſcutientia & roborantia: Interne Maſſ. pil. e Cynogl. ad gr. j. tempore ſomni pulveribus temperantibus remiſcenda. Externe Epithemata Camphorata, Emplaſtra, Unguenta, Sacculi, Unguentum alabaſtrinum, Spir. Vini Camphorat. &c.

4 Diſcutientia & tonica: Eſſent. Pimp. alb. Succin. Tinct. Antimonii Tart. Spir. C. C.

5 Anticatarrhalia & Alexipharmaco-diuretica fortiora in cauſa magis ſeroſa; rad. Vincetox. Helen. Imperat. Angel. Herb. Capill. Qris Scord. Fumar. Lign. Guajac. Saffafr. Cort. Chacar. Tinct. Qii acrem Eſſent. Succin. non neglectis & hic Topicis externis.

Formulæ Remediorum.

1 Bolus laxans.

℞. *Conſerv. flor. Perſic. ʒj. Merc. dulc. rit. parat. gr. xv. Ref. jalapp. gr. iij. Syr. Roſat. ſol. q. ſ. M. f. Bolus pro j. doſi.*

2 Pilulæ laxantes.

℞. *MP. e Succ. Crat. Extr. Hell. nigr. reſin. ana, ʒj. M. f. pilulæ ad gr. j. doſis xv. ad xx. pro doſi.*

3 Aliæ

Aliæ.

3 ℞. *Pil. Tart.* ℈j. *ad gr.* xxv.
4 ℞. *Pil. de Ammonico* ℈j. *ad gr.* xxv.
5 ℞. *Pil. Stahlii* ℈j.
6 ℞. *Pil. Polychr. Hall.* ℈j. *Dentur singulæ pro una vice & repetantur bis vel ter, sive tertio quovis die.*

7 Essentia laxans.

℞. *Extract. Helleb. nigr.* ʒj. *Spir. Vin. Rectif.* ʒß. *M. dosis 40. ad 60. gutt.*

8 Infusum laxans per Epicrasin.

℞. *Rad. Cichor. Ononid. Gentian. ana.* ʒij. *Herb. Capill.* Q. *Meliss. Summit. Cent. min.* ℵ. m ß. *Fol. Senn. s. st.* ʒj. *Rhab. elect. Fibr. Hell. nigr. ana.* ʒij. *Cort. Citr. Tart. Solub. ana.* ʒiij. *Incis. infund. in vini & aquæ* ℔ iv. *vel* v. *bibantur singulis diebus mane* ʒvj. *vel* viij.

9 Aliud.

℞. *Rad. Apii. Caryophyll. Enul. Pimp. alb. ā.* ʒij. *Zedoar.* ʒj. *Herb. Card. Ben. Rorism. ana.* mj. *Fol. Senn. s. st.* ʒvj. *Fibr. Hell. nigr. Agar. in pet. lig. ana.* ʒiij. *Cort. Aurant. Sal. Tartar. ana.* ʒij. *Incis. infund. in Vin. & aquæ* ℔ iv. *dosis ut supra.*

10 Potio temperans diapnoico-diuretica.

℞. *Aq. Cherefol. frager. ana.* ʒij. *Pulv. Antispasm.* ℈. iv. *Sacch. perlat.* ʒij. *M. Dosis* 2. *cochlear. sing.* 2. *hor.*

11 Alia.

℞. *Aq. Millefol. Card. benèd. ana.* ʒij. *Nitr. depur. Lap. percar. Arcan. dupl.* ♁. *diaph. ana.* ℈j. *Cinnab.* ♁ii. *gr.* xij. *Sacch. Canar.* ʒij. M. *dosis ut supra.*

12 Tinctura temperans.

℞. *Tinct. Salin.* ʒß. *dos.* 40. *gutt. ter quavis die.*

13 Mixturæ discutientes.

℞. *Ess. Pimp.* ʒß. *Succin. Tinct. Tart. ana.* ʒj. *M.*
14 ℞. *Tinct.* ♁ii.
Spir. C. C. ana. ʒß. *M.*
15 *Tinct.* ♁ii. ʒij. *Liq. C. C. Succin.* ℈ij. *M.*
16 ℞. *Tinct.* ♁ii. *Ess. Alexiph. ana.* ʒij. *Succin.* ʒj. *M.*
17 ℞. *Ess. Succin. Tinct. Tartar. ana,* ʒiß. *Spir. C. C.* ʒj. *M.*
18 ℞. *Tinct. Tartar.* ʒij. *Ess. succin.* ʒj. *Sal. Vol. C. C.* ℈j. *M. De his singulis capiantur* 30. 40. 50. *gutt. pro dosi bis vel ter de die.*

19 Linimentum anodynum.

℞. *Ung. Alabast.* ʒiij. *Ol. expr. Nucl. Pers.* M. *inungantur tempora,*

20 Aliud.

℞. *Ung. Alabastr.* ʒiij. *Ol. papav. expr.* ʒß. *Hyoscyam.* ℈j. M. *usus ut supra.*

21 Emulsio externa anodyno-refrigerans.

℞. *Nucleor. Persic.* ʒß. *Sem. papav. alb.* ʒij. *Hyoscyam.* ʒj. *Aq. Verben. flor. Nymph. Plantag. ana. q. s. F. l. a. Emulsio, applicetur cum linteaminibus regioni temporum aut fronti,*

22 Alia.

℞. *Nucleor. Persic. Sem. Aneth. ana.* ʒiij. *papav. alb.* ʒij. *Aq. Verben. Solan. beton. ana. q. s. M. s. l. a. Emulsio ut antea.*

23 Epithema refrigerans & discutiens.

℞. *Aq. Rosar.* ʒij. *Spir. rosar.* ʒiij. *Nitri* ʒij. *Camph.* ʒj. *Ol. lign. Rhod.* ℈iiij. M. *applica capiti tepide,*

24 Aliud.

℞. *Acet. rosac.* ʒij. *Aq. Reg. Hung.* ʒj. M. *Applic. c. linteam tepide.*

25 Aliud.

℞. *Spir. Vin. Camphor.* ʒij. *applica cum linteaminib.*

26 Emplastrum resolvens & discutiens.

℞. *Empl. de Betonic. de Ran. Vig. c.* Q. *ana.* ʒj. *M. & malax. c. Ung. Alabast. induc. alut. & applicetur capiti raso.*

27 Sacculus discutiens.

℞. *Herb. Verben. Beton. ana. mj. Flor. Chamom. Sambuc. ana. p. ij. Milii tosti mij. Salis Commun. tosti* ʒiiß M. *F. 2. sacculi interpassati altern. capiti calide applic.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Cæteris remediis omnibus præmittantur sufficientes laxationes frequentius repetitæ, ut alvus hoc modo semper aperta servetur, & eo major humorum partim revulsio, partim evacuatio contingere queat; aut eorum loco in usum vocentur clysteres emollientes & lubricantes absque stimulo Salino.
2 Hisce in assuetis subjungatur Venæsectio in brachio, aut majoris revulsionis gratia in pede. In subjectis humidioribus & scarificationi assuetis sanguinis missioni hæ substituantur.
3 Ubi vero malum est urgens & a subitanea sanguinis congestione, Mensium & Hæmorrhoidum suppressionem insecuta, ortum traxit, sanguinis per Venæsectionem emissio in pede instituta reliquis præmittatur.
4 Arteriotomia in Cephalæa graviori, testibus Practicis, omnibus aliis remediis irritis, sæpius malum sustulit.
5 Nec incongrdum est hirudines utrisque temporibus aut regioni aurium applicare.
6 Præsente orgasmo exhibeantur remedia temperantia, quibus subjungantur cetera discutientia & æqualem sanguinis motum producentia.
7 Quo peracto in usum trahantur correcta anodyna, & topica externa: Epithemata, sacculi &c.
8 In malo graviori prosunt interdum Vesicatoria nuchæ, aut toti capiti raso instar Cucuphæ applicata, ut & fonticuli, in serosis tamen Stasibus majorem quam in sanguineis utilitatem exerentes.
9 In Cephalæa a sanguinis suppressionibus orta potissimum respiciendum est ad revocationem illorum fluxuum, de qua re alibi jam dictum est.
10 Cephalæa Venerea, aut ab aliis gravioribus morbis ortum trahens, methodo, morbo primario conveniente, tractanda est, adhibendo nimirum in causa magis serosa anticatharrhalia remedia.
11 Trepanatio, in Cephalæa a puris collectione sub cranio orta, a quibusdam cum fructu instituta fuit.
12 In omni Cephalæa alvus semper sit aperta, vitentur etiam animi pathemata, dieta vinosa & aromatica.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Purgantia acria fortiora, imprimis vomitoria, in Cephalæa plus damni quam emolumenti afferunt.
2 Omnia Cephalica calida & volatilia & antiscorbutica maximum damnum inferunt, inprimis si sine præmissis debitis evacuantibus & temperantibus usurpantur.
3 Nephritica, in dolore ossis sacri & lumborum, Clavum Hystericum præcedente, usurpata partim nihil efficiunt, partim Cephalæam sequentem longe graviorem reddunt.
4 Senius ille frigoris in vertice hystericarum minime tractandus est per calidiora, sed temperatiora externa & interna.
5 Martialia quocunque etiam modo præparata, si convenientia remedia eorum usum non præcedunt, Cephalæam ex Hypochondriis ortam exasperant, idque tanto certius, quo magis adstrictoriam habent efficaciam.
6 Opiata pariter tantum post evacuationes temperantibus mixta prosunt.
7 Venæsectio in Cephalæa hypochondriaca nisi in sat larga quantitate instituatur, nullum habet usum, imo interdum majora post se trahit mala.
8 Venæsectio in hoc affectu præservatoria sæpius magis prodest, quam curatoria.
9 Topica externa inprimis acria balsamica, nisi præmittantur convenientia remedia, dolorem augent, & calorem febrilem excitant.
10 Narcotica externa non raro stuporem & vertiginem post se trahunt.
11 Imo ipsa Camphorata, licet optima hoc loco discutientia, non nisi post evacuationes debitas applicanda sunt.

12 Fonticuli & Setacea non niſi in ea Cephalæa proſunt, quæ ab ulceribus inveteratis occluſis, aut perperam conſolidatis originem habet.
13 Niſi maxime probabilia ſigna adſint puris ſub calvaria latitantis, Trepanatio non inſtituatur.
14 Veſicatoria toti capiti applicita in ea tantum Cephalæa proſunt, quæ a nimia congeſtione ſeri ad caput ortum trahit, in malo vero graviori a nimia ſanguinis congeſtione dependente, aut ubi a ſuppreſſione ſanguinis fluxuum dependet, non temere in uſum vocentur.

Caput Tertium.

De Otalgia.

I. *Definitio.* Otalgia eſt dolor aurium exquiſitus, totum non raro caput ſimul affligens, interdum a ſtagnatione ſanguinis, interdum vero ab inflammatione internæ membranæ meatus auditorii dependens.

II. *Differentia.*
Ratione impetus diſtinguitur in *veram*, quæ cum inflammatione & febricula conjuncta eſt, & *nothan* ubi hæ non concurrunt, doloreſque etiam ſatis mites ſunt.

III. *Signa.*
1 Si eſt a ſtagnatione ſanguinis aliorumque humorum, dolor eſt pungens acutus & terebrans.
2 Si vero ab inflammatione, adſunt
a vehementiſſimorum dolorum pulſatoriorum & lancinantium cum ſenſu ardoris in concavo auris ſeſe exerentium perceptio.
b Caloris, ruboris & interdum tumoris ſatis duri externi illius lateris, ad malas & tempora ſeſe extendentis, conſpectus.
c Febriculæ concurſus.
d Pathematum quandoque delirorum & ſyncopticorum conſequentiæ.

IV. *Subjectum.* Expoſiti huic malo ſunt.
1 Plethorici juniores, congeſtiones frequentes ad caput paſſi.
2 Quibus Hæmorrhagiæ narium antea conſuetæ emanſere.
3 Vulnerati, vel a concuſſione externa læſi, aut in quorum aures inſecta ſeſe inſinuarunt.
4 Febricitantes malo regimine adminiſtrationum excretoriarum tractati.
5 Feminæ interdum poſt ſuppreſſionem vel ceſſationem menſium, ut & Viri Hæmorrhoidum ſuppreſſione laborantes.

V. *Prognoſis.*
1 Aurium dolor exquiſitiorem ſenſum conjunctum habet, quam oculorum dolor.
2 Quando inflammatio admodum profunde contingit, & nervum auditorium ſimul affligit, facile ſequuntur deliria & convulſiones, tragœdiam cum morte terminantia.
3 Juvenes periculoſius decumbunt, quam Senes; ſæpius enim ante ſeptimum diem moriuntur.
4 Rarius diſcutitur hæc congeſtio, ſed plerumque ad ſuppurationem vergit, imprimis ſi retro aures tumor & nodus durus conſpicitur.
5 Si ſeptimum igitur diem ſuperaverint ægri, abſceſſus ſperandus eſt, quod ex febris & doloris remiſſione cognoſcitur.
6 Communiter rumpitur abſceſſus intrinſecus, gravior autem eſt ſtatus, ſi extrorſum rumpitur, quia facile ulterior ulceratio contingit.
7 Quandoque tamen etiam inflammatio abſque ſuppuratione per diſcuſſionem ſolvitur.
8 Poſt curatam Otalgiam plerumque gravitas auditus remanet, idque tanto certius, quando ſuppuratio contigit.

VI. *Remedia.*
1 Revellentia & evacuantia: Pil. e ſuccin. Crat. Merc. dulc. Extr. Helleb. nigr. Venæſectio, ſi neceſſitas exigat, aut hirudinum applicatio ad orificium ani in Hæmorhoidariis, frictiones & pediluvia.
2 Diapnoica & diſcutientia
a interna: Oc. ℈. præparat. ♁um diaphor. Arcan. duplic. Tart. Vitriolat. Cinnab. ♁ii. cum tantillo Nitri; item Pulv. Bezoard. Hallenſ. Pulv. Solar. D. Richteri.
b externa: Flor. Chamom. Serpill. Herb. Puleg. Menth. Origan. Roriſmar. Lavend. Rad. Rhod, Ariſtol. rot. Irid. Camphor. Pulv. eryſipelatodes Ludovici, ſub epithematis forma applicitus, Spir. Vin. Camphorat. Emplaſtr. Diaphor. Mynſ. & Empl. e Melilot. camphoratum, aut Eſſ. dulc. concentr. guttæ aliquot cum Ol. amygd. amar. mixta & cum goſſypio auri intruſa.
3 Anodyna: Cinnabarina, Pulvis Antiſpaſmod. cum MP. de Cynogl.
4 Relaxantia & maturantia externe uſurpata: Rad. Altheæ, Fol. Malv. Chamom. Melilot. Brancæ urſin. Sem. fœnugræc. Lini, Cepæ friæ, mellita. medulla panis., vitelli ovor. ſub cataplaſmatis vel fotus forma ordinata.
5 Abſtergentia & mundificantia externa: Tinct. mundificans D. Stahlii ex Tinct. Myrrh. Succin. & pauxillo Spir. Terebinth. Liquamen Myrrhæ, Spir. Sulphur. Terebinth. & Urina pueri deſtillata ab aliquibus celebrata, nec non Succ. Cyclamin., cum lacte muliebri.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ.

℞. *MP. e Succ. Crat. panchym. Croll. Merc. dulc. rit. par. ana. gr. viij.* *Reſin. jalapp. gr. iij. cum Elix. prop. Par. f. pilul. pro 1. doſi.*

2 Potio diapnoico-temperans.

℞. *Aq. fl. ſamb. Card. Mar. ā. ℥iß. C. C. Citrat. ℥ß. ♁ii diaph. Oc. ℈. præparat. ā. ʒß.* *Nitr. depurat. ∋ß. Syr. acetos. citr. q. ſ. M. per binas ad ternas horas cochleati m exhibendo.*

3 Pulvis anodyno-reſolvens.

℞. *Conch. præparat. ♁. diaph. Sang. hirci prepar. Tart. Vitriolat. ana. ʒß.* *MP. e Cynogl. gr. vij. M. f. pulv. div. in 4. part. aq. verſus ſomni tempus 1. doſis.*

4 Sacculus.

℞. *Rad. Irid. flor. Valerian. Ariſtol. rotund. ā. ℥ß. Herb. Puleg. Meliſſ.* *Fl. Chamom. Melilot. ana. Mß. Sem. fœnic. ʒij. Camph. ∋j. Inciſ. contuſ. includ. ſacculis & applicentur calide.*

5 Cataplaſma.

℞. *Rad. alth. Lil. alb. ana. ℥ß. Herb. Malv. Branc. urſin. parietar. ana. Mj. Fl. Chamom. Melilot. ana. Mß.* *Coq. in ſ. q. aq. ad molitiem, trajectis per cribrum adde Farin. Sem. fœn. græc. lin. ana. ℥j. Axung. capon. Butyr. rec. ana. ʒvj. Ol. Oliv. q. ſ. f. Cataplaſ.*

6 Aliud.

℞. *Capar. contuſ. n. ij. Butyr. rec. ℥iij. Croc. ∋j.* *Ol. Oliv. q. ſ. Coq. lento igne ad conſiſtentiam Cataplaſmatis.*

7 Eſſentia externa.

℞. *Eſſent. Succin. ʒij. Myrrh. ʒj. Balſ. de Copaib. vel h. l.* *Spir. Terebinth. ∋j. M. d. ad vitr. guttatim in aures immittende.*

VII. *Methodus medendi.*
1 Si Medicus ab initio advocetur & neceſſitas urgeat, vena in pede, in junioribus vero, ſi ætas permittit in brachio ſecanda eſt.
2 Subjunguntur optime laxantia, niſi febricula & inflammatio gravior potius diaphoreticorum & temperantium uſum ſuadeat; poterunt autem hoc in caſu priorum vices clyſteres ſupplere.
3 Hæc quamprimum ad congeſtoriam ſtaſiu diſcutiendam interne ſunt ordinanda; externe autem epithemata ſicca, & intruſio fruſtuli camphoræ in aures, aut inſtilla-

instillatio quarundam guttarum Spir. Vin. Camph. Crocat. locum habent ; abstinendo in principio ab humectantibus & emollientibus externis.
4 Quando dolores anodynum exposcunt, adhibeatur MP. e Cynogl. & Cinnabaris versus noctem cum absorbentibus & resolventibus sub pulveris forma ordinata.
5 Quod si vero dolor exquisitior & fortis pulsatio discussionem vanam esse indicaverint, ad emollientia & suppurantia procedere convenit, omissis discutientibus.
6 Ruptus abscessus mundificandus est, cui rei præprimis Balsamus mundificans nervinus, D. Stahlio usitatus, ex Ess. Succin. Myrrh. & Spir. Terebinth. inservit.
7 Si malum a suppressis Hæmorrhagiis ortum traxerit, extra paroxysmum revocatio horum fluxuum per convenientia remedia institui debet.
8 Præservationis gratia prosunt Venæsectiones æquinoctiales, scarificationes, per epicrasin laxantia aliaque revellentia, quibus subjungantur discutientia variis in locis jam laudata.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.
1 Purgantia in gravioribus inflammationibus exhibita facile suppurationem expectandam impediunt, quod etiam repetiti clysteres faciunt.
2 Lubricantia & emollientia in principio externe applicita potius ad suppurationem disponunt, quam ut discussionem peragant, imo fibras emolliendo stasin inflammatoriam augent.
3 Vice versa, discutientia versus suppurandi tempus ordinata, hanc actionem impediunt, & nil boni efficiunt.
4 Emplastrum e meliloto singularem in hoc morbo habet efficaciam, discutiendi scopo applicitum. Quodsi autem ex dolorum augmento usus ejusdem individuis certis nocuus observatur, removendum est.
5 Quando abscessus ruptus est, præter mundificantia etiam discutientia adhuc continuanda sunt, alias ulterior ulceratio, præprimis si externe ruptio contigit, expectanda est.
6 In vera Otalgia ab oleis destillatis externe applicandis omnino cessandum est, quia facile Phrenesin inducere possunt; in notha vero faciunt quandoque officium, si ad paucas gtt. Ess. Succin. commiscentur v. gr. Ol. chamom. fœnic. aneth. anis.

Caput Quartum.

De Odontalgia.

I. *Definitio.* Odontalgia est dolor dentium præcipue molarium, vel potius membranæ nerveæ (periostium dictæ) dentium radices circumcingentis, interdum a nimia sanguinis copia dictam membranam premente, interdum vero ab ejusdem inflammatione aut dentium carie ortum trahens.

II. *Differentia.*
1 Alia est *Idiopathica*, quæ ab erosis & carioſis dentibus originem ducit, alia *Symptomatica*, quæ congestioni humorum in gingivis factæ, utplurimum cum cephalalgia conjunctæ, ortum debet,
2 Alia comitem habet dolorem perfecte inflammatorium, alia rodentem.

III. *Signa.*
1 Dolor partis afflictæ exquisitissimus cum manifestis signis congestionum ad caput, rubor scil. faciei cum vasorum inflatione.
2 Dolor interdum pulsatorius, inflammatorio similis, cum tumore quoque & inflammatione non gingivæ tantum, sed & partium vicinarum insigni.
3 Dolor ad aurium interdum interiorem cavitatem se extendens.
4 Sæpissime dentis dolentis caries facile conspicienda.

IV. *Subjectum.*
1 Juniores Plethorici, quibus consuetæ narium Hæmorrhagiæ emanserunt.
2 Adulti, quibus Hæmorrhoides suppressæ fuerunt.
3 Fœminæ inordinato vel suppresso Mensium fluxu laborantes, aut gravidæ.
4 Rarius Viri, quorum uxores gravidæ sunt, quod aliquoties observavimus.
5 Fœminæ pariter ac mares, qui consuetas Venæsectiones & scarificationes neglexerunt.
6 Homines qui hæreditariam ad Odontalgiam, aut alios spasticos affectus habent dispositionem.
7 Qui dentifriciis acrioribus pro dealbandis & mundandis dentibus abutuntur.
8 Quibus dentes a carie sunt excavati, & vermiculi in cavitate illa generantur.
9 Quibus radices post evulsionem, aut cariem dentium in gingivis remansere.

V. *Prognosis.*
1 Odontalgia, ab erosione & carie dentium orta, non nisi palliativam curam admittit, nec etiam plenarie cessat, nisi dente evulso.
2 Odontalgia symptomatica vero facilius curatur.
3 Hæc tamen sæpius recurrens dentium erosioni ansam præbet, ideoque idiopathicam parere potest.
4 In symptomatica interdum dimidia maxilla inflammatur, quæ nisi perite tractetur, facile exulcerationem ejusdemque cariem producere potest.
5 Si tumor in malis oboriatur, Odontalgiæ solutionem indicat.
6 Symptomatica in febribus acutis & malignis cum stridore dentium contingens, mortem portendit.
7 Dentium dolor in fœminis quibusdam contingens, certum graviditatis signum præbet.
8 Qui hæreditariam ad Odontalgiam habent dispositionem, rarissime ab hoc malo penitus liberantur.

VI. *Remedia.*
1 *Generalia*: Venæsectio & Scarificatio in locis inferioribus, laxationes, pediluvia, frictiones, vesicatoria post aures, interne autem antispasmodica, Cinnabarina & lenia catarrhalia.
2 *Specialia* in
a *Idiopathica* Odontalgia & quidem ex fonte pharmaceutico, Apophlegmatizantia : Rad. Pyrethri, Angelic. Lapath. acuti, Imperator. Ol. piper. Caryophyll. Buxi, Succini, Camphor. Tinct. Odontalgic. Mynsicht. Decoctum Nicotianæ, Nitrum denti immittenda, aut secundum quosdam Opiata : Rad. & Sem. Hyosc. Opium interne denti carioso inditum, vel quod securius gutt. aliquot Ess. dulc. gossypio exceptæ & denti applicatæ. Ex Chirurgico vero fonte, ipsa carioſi dentis cauterisatio igne vel actuali vel potentiali, aut ejusdem evulsio.
b *Sympathica*.
1 Discutientia & resolventia : rad. irid. flor. Aristol. rotund. Chelid. maj. Herb. Verben. Agrimon. Persicar. Salv. Flor. Sambuc. Chamom. Camphor. sub epithematis forma malis imponenda, nec non paregorica ex Rad. Alth. lil. alb. Flor. Samb. Chamom. Meliloto, Summit. aneth. Sem. lini. Fœnugræc. Fic. ping. in lacte coquenda & instar fotus immediate dentibus applicanda, vel Decoctum hoc lactis calide in ore detinendum.
2 Sympathetica in utroque casu convenientia : Lignum fulmine tactum D. D. Stahlio usitatum pro dentiscalpio, nec non lignum fraxini in Solstitio collectum, Ossa bufonum rubicundorum eodem modo adhibita, bufones exsiccati malis impositi, dens ex maxilla mortui evulsus cum radice sua dentem dolentem tangens.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ laxantes.

℞. *Extr. Hell. nigr.* ℈ß. *Ess. Absinth. q. s.*
Merc. dulc. gr. viij. *M. f. pilul. pro* 1. *dosi.*
Resin. jalapp. gr. ij.

2 Aliæ.

2 Aliæ.

℞. *Maſſ pil. e ſuccin. Crat.* gr. xxv — *Reſin. Jalapp gr. vj. Eſſ. Succin. q. ſ. ſ. Pil. pro 2. doſ.*
℈ij *dulcor. rit. par. gr. xv.*

3 Pulvis Antiſpaſmodicus.

℞. *Tart. Vitriolat. Nitr. depur. ana.* ʒß. *Cinnab.* ℈ij. *gr. xij.* — *M div. in 3. part. æq. ſing. tribus horis 1. doſis.*

4 Pulvis anodyno-temperans.

℞. *Conch. præparat.* ℈ij. *diaph. Tart. Vitriol. Nitr. depur. ana.* ʒß. *Cinnab.* ℈ij ℈j. — *Maſſ. pil. e Cynogl. gr. vij M ſ. Pulv. div. in vij. part. æq. Quotidie verſus ſomni tempus doſin j. porrigendo.*

5 Tinctura Odontalgica.

℞. *Tinct. Odontalg. Mynſ.* ʒiij. *Lign. Guajac* ʒiß. — *M. cum goſſypio denti dolenti applicanda.*

6 Epithema.

℞. *Rad. Ariſtol. rot. Irid. ana.* ʒß. *Herb. Chamom. Flor. Sambuc. ana.* mß. — *Buſon. exicc. n. 1. Camph.* ℈j. *Inciſ. contuſ. Saccul. includ. maliſque imponantur.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Affluxus humorum revellendus & reducendus eſt; fit hoc optime per laxantia, MP. e Succin. Craton. Extract. Heſſ. nigr. Specif. Jalapp. Merc. dulc. quibus humores κατω ſeu ad inferiora derivantur & ſimul evacuantur.

2 Ubi manifeſta congeſtionis aut etiam ebullitionis adſunt ſigna, exhibeantur Pulveres antiſpaſmodici, circa noctem vero doſis Pulveris anodyno temperantis, aut apud ditiores ſubſtituatur Eſſentia dulcis, quæ tam interne uſurpata, quam externe dentibus applicata, malum ſæpius mitigavit. Ad congeſtionem reſolvendam interne maxime quoque conveniunt Pulveres Solares.

3 Si inſignis concurrat Plethora, aut conſuetudo evacuationum ſanguinis artificialium, Venæſectio aut Scarificatio inſtitui poterit.

4 Imo præſtant revulſoriam hanc evacuationem interdum non ſine ſummo levamine Veſicatoria poſt aures poſita, cum e contra ab emplaſtris, quæ ordinarie pro hoc ſcopo temporibus imponuntur non tam ſenſibilis effectus obſervetur.

5 In Sympathica congeſtoria ſtatis diſcutienda eſt per reſolventia, tam externe malis, quam interne immediate loco affecto applicita. Singulare quid Butonis applicatio pro priori intentione, pro poſteriori autem ſotus, ex rad. Alth. flor. Samb. Chamom. Melilot. Sem. Fœnugr. Fic. & lign. Guajac. in lacte coctis paratus, præſtare videtur.

6 Nihil meſius in hoc caſu eſt, quam evulſio eroſi & carioſi dentis per habilem Chirurgum facta.

7 Ad præſervationem aliquam mali facit quotidiana dentium a ſordibus liberatio & frequens oris collutio. Aſſueti etiam Vernam & Autumnalem evacuationem ſanguinis haud negligant, neque laxationes, ſi res exigere videtur, intermittant.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Sopitio per Opiata in dolore idiopathico plus ordinarie damni quam emolumenti præſtat. Itaque ſecurius ordinantur Olea deſtillata v. g. piper. caryophyll. nec non Rad. acriores: pyrethri Zedoar. imperator. pimpin. alb. dentis cavitati indita, quamvis neque hæc apta ſint malum radicitus tollendi: Olea item acriora in ſanguineis facile excitant eryſipelas faciei.

2 Acida, aluminoſa, nec non oleorum acriorum abuſus dentes carioſos adhuc magis erodunt, imo ſanos etiam frequentiſſime aggrediuntur, ut homines his uſi auxiliis ſenſim ſenſimque uno poſt alterum ſpolientur.

3 Evulſio niſi per habilem Chirurgum fiat, inſignia damna, imo quandoque ipſius maxillæ diſruptiones poſt ſe trahere poteſt. Nunquam autem fiat præſente adhuc tumore.

4 Sympathetica remedia magis vim ſuam in Sympathica quam Idiopathica Odontalgia exerunt, quamvis neque illa ſemper promiſſam efficaciam demonſtrare obſerventur.

5 Dens etiam e mortuo homine evulſus quandoque non abſque periculo applicatur.

6 Idem quoque metuendum eſt a tranſplantatione, quam plerumque in Salice inſtituunt.

7 Aer frigidus, nec non Saccharatorum abuſus dentibus carioſis admodum noxius eſt.

8 Prioris injurias præcavere poteſt fruſtulum plumbi cavitati dentis eroſi inditum.

9 Pro carie præſervanda inſervit frequens collutio oris & dentium poſt aſſumtum cibum expurgatio, nec non ſecurorum dentifriciorum uſus.

CAPUT QUINTUM.

De Cardialgia.

I. *Definitio.* CArdialgia eſt dolor ſeu motus ſpaſmodico conſtrictorius ſiniſtri ſeu ſuperioris ventriculi orificii in conſenſum trahens diaphragma, pericardium ac partes infimi ventris, imprimis vero hypochondriorum viſcera, aliaque cum hiſce connexionem habentia; vel a ſanguine circa ventriculum aut hypochondria nimium congeſto, vel ab humoribus acribus flatulentis in ventriculo contentis originem ducens.

II. *Differentia*: Cardialgia

1 vel *Idiopathice* conſideratur, quando a primarum viarum cruditatibus & ſaburra, nec non vermibus originem trahit malum, quo in caſu a quibuſdam vocari ſolet Cardialgia nauſeoſa.

2 vel *Symptomatice*, ubi a translationibus & molimini bus ſanguinis in Vena portæ, ob Menſes & Hæmorrhoides haud recte procedentes, contingentibus ortum ducit affectus.

III. *Signa*.

1 Spaſtica ventriculi lancinatio ſeu morſus, punctio, & roſio, in quibuſdam compreſſio & tenſio ſub ſcrobiculo cordis non tantum dolorifica, ſed etiam ad utrumque latus ſe extendens.

2 Anxietas præcordialis, ſuſpiria, gemitus cum reſpirandi difficultate conjuncta & ſenſu cinguli quaſi conſtringentis.

3 Senſus doloris atrocis non in anteriore tantum pectoris imi parte, ſed & verſus dorſum affligentis & ſuperiora verſus tendentis, ita ut ægroti interdum de re ſatis moleſta faucibus inhærente conquerantur.

4 Nauſea, inappetentia, frequens ſalivæ in os effuſio, ructus, quandoque actualis excretio materiæ biliosæ & mucidæ per vomitum, qua quidem haud parum ſublevari videntur ægri.

5 Quod ſi vero flatus & vomitus ad exitum haud perveniunt, concurrunt acerbiores dolores cum vertigine & variorum colorum ante oculos obverſatione aut vera Scotomia, Lipothymiæ aut verius ſuffocationes incipientes, ſudoribus frigidis & partium extremorum frigore ſtipatæ, vertiginoſa & ſyncoptica pathemata, quod quidem ultimum ſymptoma Cardialgiam ſic dictam ſyncopticam tunc conſtituit.

IV. *Subjectum*.

1 Homines multas cruditates pituitoſas & biliosas in primis viis foventes, lumbricis laborantes, diæta crudiori, viſcidiori utentes, reliquaſque res non naturales v. g. ſucceſſum alvinum & aeris mutationes minus bene obſervantes.

2 Hypochondriaci & Hyſtericæ Menſium & Hæmorrhoidum vitiis laborantes, turbas ſanguinis in Vena Portæ ſentientes & hinc conſenſualibus primarum viarum pathematibus, imprimis flatulentiæ expoſiti.

3 Qui cibos nimis avide in magna copia ingerunt, & abdomen aeri frigido exponunt.

4 Aut, qui ulcera habent orificio ventriculi propinqua, aut in ipſo ventriculo, vid. *Hild. cent. III. obſ.* 20.

V. *Pro-*

V. *Prognoſis.*

1 Cardialgia extra febres acutas contingens rarius periculoſa eſt: in his vero ſeſe ſiſtens cum ſudoribus frigidis & ſingultu, lethalis fere ominis eſt.

2 Gravius ea laborant, quibus orificium ventriculi ſuperius maxime eſt ſenſibile, & qui ad convulſiones alias ſunt proni.

3 A primarum viarum cruditatibus originem habens, ſeu Cardialgia Idiopathica per vomitum aut mitigatur, aut plane tollitur.

4 Quæ a lumbricis in ſtomacho habitantibus exoritur, peſſima ſæpe habet conjuncta ſymptomata, & periculoſa conſectaria.

5 Cardialgia Symptomatica, contumacior eſt Idiopathica, facile enim habitum aſſumit, & per intervalla redit, aliiſque convulſivis affectibus, præſertim in ſexu feminino, anſam dat.

6 Imminuitur autem aut ſolvitur per Hæmorrhoides vel Menſes, ſi ab horum vitiis originem traxit.

VI. *Remedia.*

1 Materiam crudam, viſcidam & biliоſam in primis viis ſtabulantem corrigunt atque incidunt abſorbentia: Conch. præp. Oc. ♋. præp. Cryſtall. mont. præparat. Salina digeſtiva: Tart. Vitriolat. Arcandupl. Sal. Polychreſt. Glaſ. digeſt. Sylvij. Vegetabilia item reſolventia & aperientia: rad. Ari, Helen. Caryophyll. Pimpin. alb. Vincetox. Zedoar. Galang. Herbæ amaræ. Fumar. Cent. min. Card. ben. Abſinth. Sem. Sinapi, Naſturt. Ex compoſitis Pulv. Stom. Birkm. Quercetan. Eſſ. Amara Hallenſ. Eſſ. Alexiph. Stahlii, Eſſ. Pimp. alb. Tinct. rubra Bontekoe &c.

2 Præparatam evacuant: Rhabarb. Senna, Pilul. Tart. Querc. e Gumm. Ammon. Polychr. Hallenſ. Beccheri & Stahlii, Sal mirabile Glauberi, Tart. Emeticus, Syr. Emet. Ang. Salæ, Clyſteres &c.

3 Staſin ſanguinis in vaſis Venæportæ factam reſolvunt, motumque partium inæqualem in ordinem redigunt Diaphoretica fixa, Cinnabarina, Nitroſa, Salia neutra, Abſorbentia cum interpoſitis Tincturis Alexipharmacis ſecundum D. Stahlii mentem compoſitis, ſufficiens potus, motus corporis continuatus, non neglectis modo commendatis per epicraſin laxantibus & clyſteribus.

4 Sanguinem derivant & imminuunt hirudines ano applicitæ, Venæſectio in pede celebrata, pediluvia.

5 Partibus relaxatis Tonum & robur afferunt partim ſupra laudata ſtomachica, partim etiam martialia & inter hæc præcipue Tinct. Vitriol. ♂is Ludovici rite parata cum Eſſ. Gentian. Cort. Aurant. Abſinth. aut Adianthi albi combinata. Externe vero ſacculi & epithemata ex herb. menth. puleg. matricar. ſambuc. Origan. aneth. abſinth. Sem. aniſ. fœnic. cum camphora loco dolenti impoſita, utpote quæ ſimul dolori imminuendo inſerviunt.

Formulæ Remediorum,

1 Pulv. Stomach-digeſtivus.

℞. *Pulv. Stom. Birkm.* ʒſs. *Sem. Sinapi ana.* ʒj.
Tart. Vitriolat. *M. doſis* ℈j. *ad* ʒſs. *bis vel*
Cort. Aurant. *ter in die.*

2 Pulvis emeticus.

℞. *Rhab. elect. gr. xv.* *Cryſtall. Tart. gr. vj.*
Tart. Emet. gr. ij. vel iij *M. pro* 1. *doſi.*

3 Alius.

℞. *Pulv. rad. Ipecac.* ℈j. *ad* ʒſs. *Sal. Abſinth.* ℈ſs. *M. pro una doſi.*

4 Pulvis temperans.

℞. *Oc.* ♋. *præparat.* *Tart. Vitriol. ana.* ℈j.
ʒij *diaph.* *Cinnab.* ʒij ℈ſs.
Nitr. depur. *M. doſ.* ℈j. *bis vel ter de die*

5 Eſſentia diſcutiens.

℞. *Eſſent. Alexiph. Stahlii.* *M. doſis* 30. 40. *gutt. bis de*
Pimp. alb. ana. ʒiſs *die in juſculo vel Thee.*

6 Alia roborans.

℞. *Tinct. Vit.* ♂*is Lud.* ʒiij *M. doſ. gutt.* 30. *dimid. hor.*
Eſſ. Abſinth. ʒj. *ante prandium & cœnam.*

5 Alia.

℞. *Tinct. Vitr.* ♂*is Ludov.* *M. doſis ut ſupra.*
Eſſ. Amar. Hall. ana. ʒij

8 Epithema Anod-diſcut.

℞. *Theriac. Androm.* ʒj. *Diſſolv. in Aq. Reg. Hung.*
Succin. præparat. ʒſs. *& impone cum linteaminibus loco dolenti.*
Camph. ℈ſs.
Croc. Or. gr. vj.

9 Aliud roborans.

℞. *Cruſt. pan. madefiat* *per. caryophyll. & calide impone.*
Vino rubrocalefacto aſperg. pulv. Cinnam. pi-

VII. *Methodus medendi.*

1 Cum in *Idiopathica* Cardialgia vitium ſemper in primis viis hæreat; ideo materia peccans ante omnia incidenda, corrigenda atque præparanda eſt, quod partim ſecundum temperamenti conſtitutionem vel per ſtomachica temperatiora vel fortiora nimirum ſincerum Piper, Zinzib. Galang. Zedoar. Sem. Sinapi &c. partim per abſorbentia acrimoniam imbibentia atque incraſſantia fieri poteſt.

2 Evacuatio poſt materiæ reſolutionem atque præparationem in uſum vocanda eſt; fit hoc in robuſtioribus & ubi actualis ſaburra in ventriculo hoſpitari cernitur, per ſecurum Emeticum, in valetudinariis vero per laxantia incidentia per epicraſin agentia, nimirum vel nodulos laxativos, vel Pilulas Tartar. Quercet. e gumm. Ammoniac. Stahlii &c. ſubjunctis poſtea per tempus adhuc aliquot ſtomachicis incidentibus atque digeſtivis.

3 Ubi vero juſta vermium ſuſpicio adeſt, adhibeatur laxans mercuriale, aut colocynthiacum & ſubjungantur anthelmintica appropriata.

4 Sanguineo-Cholericis vel ipſis Cholericis, qui turbis Venæportæ, Hypochondriaco-Hyſtericis vexantur, ſuccurritur interne optime per temperantia Nitroſa, abſorbentia, Cinnabarina, Diaphoretica fixa, nec non unum atque alterum clyſterem emollientem vel lenia laxantia.

5 His etiam ſemper conſulendæ & promovendæ ſunt evacuationes artificiales & ſpontaneæ, ſecundum loca per quæ ordinarie fieri conſuevere, non negletis quoque pediluviis.

6 Externe tam pro diſcuſſione, quam mitigatione dolorum in utroque malo locum habent ſacculi & epithemata nec non emplaſtra ex herbis & gummatibus ſtomachicis, diſcutientibus & reſolventibus parata.

7 Poſt materiæ evacuationem & mali mitigationem in uſum trahere convenit roborantia & martialia, Tinct. Vitr. ♂is Lud. Eſſent. Millefol. Cort. Aurant. Abſinth. Lign. Aloes &c.

8 Diætetice commendanda alvi libertas, cibi atque potus laudabiliores, externus calor.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Materia niſi prius mobilis reddita fuerit, inſufficientes & incompletos vomitus poſt ſe trahit, quæ materiæ tantum commovendæ, non vero excernendæ inſerviunt.

2 Minime autem conveniunt Vomitoria Hypochondriacis & Hyſtericis aut qui turbis Venæportæ expoſiti ſunt; hi enim majores flatulentias aut alia mala reportant.

3 Quod ſi calidiora remedia ſtomachica aut carminativa his præſcripſeris, anxietates præcordiales augentur & univerſum malum incrementa potius, quam detrimenta ſumit.

4 Opiata in enormiori etiam dolore non ſemper tuta ſunt, quod ſi tamen circumſtantiæ eorum uſum ſuadeant, combinare eadem præſtat cum Carminativis, Stomachicis & Aromatibus.

Caput Sextum.

De Colica.

I. *Definitio*: Colica eſt dolor ſenſibiliſſimus ab inteſtinorum relaxatorum & a flatibus expanſis inflatorum ſpaſmodica contractione originem trahens.

II. *Differentia*.

1 Ratione materiæ morbicæ eſt vel *flatulenta*, vel *pituitoſa*, vel *biliоſa*, vel *hæmorrhoidalis* ſivè ſanguinea.

2 Ratione loci affecti
a vel *Iliaca*, vel *Colica* ſtrictè ſic dicta;
b vel *Idiopathica*, vel *Sympathica*, uti Nephritica & Hyſterica, de quibus ſuo loco agetur.

3 Ratione gradus, alia eſt leniter tantum *ſpaſtica*, alia *convulſiva*.

III. *Signa Generalia*.

1 Dolores acerbiſſimi infimum ventrem, ejuſque vel ſiniſtram vel dextram, utplurimum vero mediam partem ſupra umbilicum occupantes, modo terebrantem & rodentem, modo gravativum & diſtenſivum, modo urentem & pungentem ſenſum inducentes, & quidem per paroxyſmos quaſi ægrum affligentes.

2 Anxietas & angyſtiæ præcordiorum cum vagis caloribus quandoque etiam intercurrentibus horripilationibus conjunctæ.

3 Murmura flatulenta cum ructibus, quos ſæpius etiam nauſea & vomitus comitantur.

4 Alvus utplurimum maxime conſtricta, quandoque tamen cum Diarrhœa torminoſa ſoluta.

5 Urina utplurimum tincta ac ſpumoſa, rarius ſuppreſſa.

6 In graviori vero malo cardialgica & ſingultuoſa conſectaria.

Signa Specialia.

1 *Flatulentæ* & *pituitoſæ*: turgida ventris inflatio, ructus, flatulentia, borborygmi, dolores tenſivi & gravativi, arctiſſima utplurimum alvi conſtrictio, ut ſæpius ne quidem fiſtulæ clyſteris aditus pateat.

2 *Biliоſæ*: concurſus majoris caloris cum ſenſu quaſi urente in abdomine, torminum atque flatuum cruciatus inſignes pungentes & ſcindentes, abſque tamen tanta abdominis inflatione, imo potius cum ejuſdem conſtrictione, umbilici vero admodum ſenſibili retractione: quo major autem biliоſæ materiæ concurſus adeſt, eo magis alvus ad Diarrhœam torminoſam diſpoſita eſt, ac eo majori etiam æſtu torquentur ægri, ſiti, vigiliis, inappetentia, conatibus vomendi, imo actualibus vomitibus biliоſis, intercurrentibus ſudoribus frigidis, anxietatibus præcordialibus, quos ſæpius ſingultus excipit.

3 *Hæmorrhoidalis* ſive *Sanguinea*: temperamentum ægri Sanguineo-Cholericum, ætas juvenilis, antecedentia hypochondriaco-flatulento-arthritica pathemata, hæreditaria diſpoſitio ad Hæmorrhoides a parentibus contracta, concurrens, cum torminibus admodum exquiſitis, ventris conſtrictio & coarctatio quaſi circa meſenterium & Venamportæ cum conatu teneſmode, imo actuali excretione paucæ materiæ mucidæ ſanguine ſæpius tinctæ.

IV. *Subjectum*.

1 Colicam *flatulentam* facile incurrunt diætam minus obſervantes, nimirum abdomen & pedes liberiori aeri & refrigerationi exponentes, poſt aſſumtos cibos pingues potum frigidiorem avide ingurgitantes, cibis flatulentis, viſcidis, facile fermenteſcentibus aſſueti.

2 *Biliоſæ* vero facile exponuntur perſonæ Cholericæ, iracundæ, poſt ſuſceptam iracundiam ſtatim cibum & potum aſſumentes, & quidem crudiorem, viſcidiorem facile fermenteſcentem.

3 *Hæmorrhoidalem* tandem frequentius experiuntur viri juvenes Sanguineo-Cholerici, Hæmorrhoidum incompleta molimina habentes, vel fluentium ſuppreſſione laborantes, hypochondriaci, arthritici, calculoſi, aut alii quoque Plethorici Venæſectionem in pede negligentes; ut & fœminæ Menſium defectum vel ſuppreſſionem patientes, hyſtericæ, quæ tamen colica magis hyſterica audit.

4 Deinde etiam doloribus colicis facile affliguntur puerperæ a neglecta ligatura abdominis poſt editum partum intumeſcentiam ventris reportantes.

5 Ac tandem Herniоſi, repoſitionem herniæ negligentes.

V. *Prognoſis*.

1 Quo frequentius aliquis Colicis corripitur doloribus, eo citius a leviori cauſa revocantur, & in conſuetudinum quaſi & habitum degenerant.

2 Colica flatulenta ſemper minoris eſt periculi, quam biliоſa & convulſiva.

3 Si colica invadat cum actuali horrore & ſubſequente æſtu, inflammatorium quid vel minatur, vel jam indicat.

4 Vomitus biliоſi, aut alii continui niſi ortum ab ingeſtis traxerint, alvo pertinaciter obſtructa, facile Iliacum affectum producunt.

5 In ſexu fœminino conatus vomendi fortiores, aut etiam actuales vomitus ſimplices, ſequitur quandoque Vomitus cruentus.

6 Quo magis dolor ingens petit inferiora abdominis ſive regionem hypogaſtricam, eo facilius metuenda eſt Paſſio Iliaca.

7 Colicam biliоſam, niſi evacuetur aut temperetur materia acris, facile excipit vera Cholera, aut Cauſodes ventriculi & inteſtinorum inflammatio.

8 Colicam biliоſam ſæpe tollit vomitus vel diarrhœa biliоſa ſtatim ab initio accedens, quatenus cauſam morbificam removet; inflammationi vero jam factæ ſuperveniens conatus vomendi actualis ejectio materiæ nigricantis, mali eſt ominis.

9 Colicam biliоſam interdum excipit Icterus.

10 Nihil facilius Colicæ ſupervenit quam Paralyſis, imprimis poſt abuſum Opiatorum.

11 In colica pertinaci ſi ſudor copioſus & univerſalis ſuperveniat, labefactatis & reſolutis viribus, brevi Paralyſin expectato. *Bagliv.*

12 In Colica biliоſa ſuccedit frequenter Aphonia & vox rauca, & per totum fere morbi decurſum durat. *Idem*.

13 Excrementa non retineri dolorem locum mutare, nec non intermittere, ſalutem brevi promittunt. *Idem*.

14 Dolor colicus quandoque tranſit in abſceſſum, quandoque in Hydropem. *Idem*.

15 Singultus Colicæ citra conſuetudinem ſuperveniens, grave periculum indicat.

16 Colica Hæmorrhoidalis ſalutariter ſolvitur per fluxum Hæmorrhoidum aut excretionem materiæ mucoſæ viſcidæ.

17 Si vero materia regurgitat ad viſcera hypochondriorum, facile ſequuntur Hectici & Aſcitici affectus.

18 Colica ab Arthritide retrograda aut imprudenter ſuppreſſa ortum trahens, mali ſemper eſt ominis, quia inteſtinorum inflammationi facile occaſionem præbet.

19 Colica Hernioſorum facile tranſit in Ileum, nec niſi repoſitis mature inteſtinis ceſſat.

20 Omni Colicæ ſupervenientes convulſiones malæ ſunt.

VI. *Remedia Generalia*.

1 Spaſticam inteſtinorum tenſionem & tractionem demulcent, materiamque morbificam, ſi quæ adeſt, educunt clyſteres carminativi, emollientes, & pro re nata acriores ſtimulantes, nec non laxantia ex ℞ io dulci, Senna, Rhabarb. Sale mirabili Glaub. Cathart. amar. &c.

2 Materialem cauſam diſcutiunt & corrigunt *Interne* vel Carminativa ſtrictè ſic dicta: Eſſent. Carminat. Wedelii, Tinct. Cort. ☉rum, Liq. C. C. Succin. Spir. Aniſ. Fœnic. Salis Ammon. aniſat. vel temperantia: Oc. ♂♁. præp. Cryſtall. mont. Conch. præp. ♁. diaph. Cinnab. ♁ij, Arcan. duplic. Tart. Vitriol. Pulv.

Be-

Bezoard. Hallenſ. Tinct. Salin. D. Richt. Spir. Nitri. dulc. interpoſitis, ſi neceſſitas exigat, gelatinoſis. *Externe* nervina, ſacculi carminativi ex ſpeciebus odoratis: Rad. Ireos, Cyper. rotund. Angelic. Herb. Menth. Matricar. &c. Flor. Chamom. Sambuc. &c. Sem. Aniſ. Aneth. Fœnic. Linimenta item ex Olcoctis: Irino, Caſtor. Chamom. Laurin. Oleis deſtillatis Fœnic. Menth. Carv. Aneth. Abſinth. Chamom. vel Balſamis ex his cum Ol. Nuc. Moſchat. expr. Zibeth. Axung. Caſtor. Emplaſtra Stomachalia, calor & fotus abdominis.

3 Laxatum partium tonum roborant: Salia volatilia, Eſſ. Vitriol. ♂is Ludov. Cort. ⊙nt. aliaque Carminativa & Stomachica temperatiora interne adhibita, externe vero modo dicta nervina & roborantia.

Specialia in Colica flatulenta & pituitoſa.

1 Emollientia, Carminativa & ſi neceſſitas exigat, acriora ſtimulantia, ſub Clyſterum forma ordinata.

2 Laxantia interna: Senna, Rhabarb. Sal. Cathart. amar. vel mirabile *Glauberi*.

3 Diſcutientia & Carminativa calidiora, ſi nihil ſanguinei ſubeſt: Rad. Ari, Helen. Irid. Florent. Gentian. rubr. Pimpin. alb. Imper. Zedoar. Galang. Calam. arom. Acori, Abſinth. Cent. min. Cort. Winteran. Sem. Carv. Aniſ. Fœnic. Sinap. Erucæ, ſincerum Piper, Tinct. Cort. ⊙nt. Spir. Fœnic. Aniſ. Liq. C.C. Succin. Spir. Tart. Eſſent. Dulcis Hallenſ. Ordin. & Concentr. Eſſ. Carmin. Wedelii, vel circumſtantiis ſuadentibus temperatiora abſorbentia, diaphoretica fixa, Cinnabarina cum momento Nitri, ſi æſtus adeſt, jungenda Salia neutra, Spir. Nitri dulc. Mixtur. ſimplex, Tinct. Salin. D. Richt.

In Colica bilioſa.

1 Lenientia, lubricantia, mucilaginoſa pinguia, ſub Clyſterum forma præſcripta, Decocta capitum vervecum aut pedum vituli, vel olea expreſſa tali modo uſurpata.

2 Laxantia ex Manna cum Ol. amygd. dulc. in juſculo exhibita, Senna, Rhabarb. Liq. Terr. fol. Tart. Cryſtall. Tartari &c.

3 Temperantia & abſorbentia ex Nitro, Cryſtall. mont. Matr. perlar. Conch. præp. Oc. ♋. ♄. diaph. Cinnab. nativ. & ♁ij, Spir. Nitr. dulc. in potione Carminativa temperatiori ordinata.

4 Diſcutientia & roborantia leniora: *Interne* Tinct. Alexiph. Stahlii in juſculo, Mixt. Simpl. Aq. fœnic. chamom. ad flat. ſine vino, Syr. Cort. ⊙nt. ♁. diaph. Tinct. Salin. Richteri, quæ temperat. & diſcutit. *Externe* fotus & in tegumenta abdominis, Epithemata ſicca ex avena toſta, flor. Sambuc. Chamom. Matricar. Sem. Carv. bacc. Lauri &c.

In Colica Hæmorrhoidali ſive Sanguinea.

1 Clyſteres paregorici ex flor. Chamom. Verbaſc. Melilot. Ol. Lini, Olivar. Verbaſc. Lacte & Nitro ſæpius repetiti, & ubi neceſſitas requirit, per fortiorem Salis Gemmæ doſin exſtimulati.

2 Affluxum ſanguinis inhibentia & imminuentia; Hirudines ano applicatæ, Venæſectio in pede efficacius & ſecurius in primo principio celebrata.

3 Demulcentia atque temperantia: Ol. Amygd. dulc. in juſculo adhibitum, pulveres Diaphoretico-abſorbentes, Cinnabarini, Nitrati.

4 Diſcutientia: Diaphoretica fixa, Eſſent. Alexiph. Mixt. Simpl. *Externe* fotus calidi, abdomini applicati v. g. Veſica lacte vel aqua calida repleta, catulus vivens, lateres calefacti, Spir. Vin. Camph. Epithemata item & linimenta ex Ol. ſupra dictis ſpeciatim Laurino & Nuc. Moſch. Fotus inteſtini recti ex Ol. Verbaſc. Cataplaſmata ex Verbaſc. & Melilloto, cui inſideant, neceſſe eſt.

5 Lenia Anodyna in malo vehementiori: Maſſ. Pil. e Cynogl. Theriac. Cœl. cum temperantibus pulveribus verſus ſomni tempus exhibita, & imprimis Eſſ. Dulc. Hallenſ. ſæpius data.

6 Tonica poſt remiſſionem mali exhibenda: Tinct. Vitriol. ♂is Ludov. Eſſent. Millefol. Mixt. tonica Stahlii, &c.

Formulæ Remediorum.

1 Clyſter. acrior.

℞. *Spec. Emoll. & Carm.* *Ol. Chamom.* ℥vj.
Fol. Nicot. ana. m℔. *Vitell. ov. num. j.*
Coq. in ſ. q. Aq. font. *Tart. Emet. gr. ij.*
Colat. ℞. ℔. *j. diſſolve.* *M. calide applicandus.*
Elect. Lenitiv. ℥j.

2 Alius Paregoricus.

℞. *Rad. Alth.* ℞. ℔. *j. adde*
Lil. alb. ana. ℥j. *Ol. Olivar.* ℥j.
flor. Chamom. Verbaſc. *Mel. Roſat.* ℥ij℔.
Melilot. ana. m℔. *Vitell. Ov. n. j.*
Coque in ſ. q. lactis, Colat. *Mid. ad Lagenam.*

3 Potio Laxans.

℞. *Paſſul. miner.* ℥ß. *Colat.* ℞. ℥iij. *diſſolve*
Rhab. elect. ℥ij℔. *Mann. Calabr.* ℥j.
Cinnam. acut. ℈j. *Clarificetur pro j. doſi.*
Infunde in ſ. q. Aq. font.

4 Alia.

℞. *Mann. Calabr.* ℥ij℔. *& ſperm. Cet. rec.* ℥ß.
c. Ol. Amygd. dulc. ℥ij. *in juſculo aſſumend.*

5 Eſſent. Carmin. temper.

℞. *Tinct. Salin. Richteri* *horis.*
℥ß. *doſis* 40. *gutt. ſing.* 6.

6 Eſſent. Carminat. fortior.

℞. *Tinct. Cort. ⊙nt.* *vel Tartari* ℥ß. *M.*
Eſſ. Carmin. Wedel. ā. ℥j *bis vel ter de die ad gutt.*
Spir. Sal. Ammon. anis. 30.

7 Alia roborans.

℞. *Spir. Aniſ.* *Muſus & doſis ut ſupra*
Nitr. dulc. ana. ℥ij℔.

8 Alia anodyno-roborans.

℞. *Eſſ. Alexiph. Stahlii.* *M. ſingul. 4. vel 6. horis*
Dulc. Hallenſ. ana. ℥j *gutt. 20.*

9 Potio Carminat. temperata.

℞. *Aq. Fœnic.* *Extr. Cort. Chacar.* ℈ß.
Chamom. ana. ℥iß. *Syr. Cor. ⊙nt.* ℥iij.
ad flat. ſ. v. ℥ß. *M. ſing.* 3. *horis cochlear.*
Spir. Nitr. dulc. *duo.*
Aniſ. ana. ℥ß.

10 Sacculus.

℞. *Herb. Chamom.* *Aven. toſt.* ℥iß.
Menth. criſp. *Sem. Carv.* ℥ß.
Abſinth. *Inciſ. & contuſ. include ſacculis calide ventri imponendis.*
flor. Sambuc. ana. mj.

11 Balſamus Anticolicus.

℞. *Ol. N. M. expr.* ℥iß. *Citri gutt. iij.*
deſtill. Tacamah. ℈ß. *M. Scorbic. Cordis illinendus.*
Menth.
Abſinth. ana. gutt. vj.

12 Linimentum.

℞. *Ol. Chamom.* *Menth. ā.* ℈j. *M.*
Aneth. ana. ℥ß. *inungatur adomini circa*
deſtill. Aniſ. *umbilicum.*
Fœnic.

VII. *Methodus medendi.*

1 In omni Colica præſtat alvum habere apertam, ideoque per Clyſteres primo emollientes & carminativos, poſtea, ſi hi nil juverint, per fortiores ſtimulantes res tentanda eſt.

2 Natura etiam ſemper deorſum ducenda eſt, ne motus periſtalticus invertatur, aut inflammatio inteſtinorum eo facilius contingat, cui rei inſerviunt Purgantia leniora: Mann. Rhabarb. ♀. dulc. Cryſt. Tart. Liq. Terr. fol. Tart. & Emollientia, Ol. Amygd. dulc. Olivar. recens; quæ ſi retineri nequeant, Pil. Cochiæ a *Sydenh.* commendatæ, aut Pil. *Stahlii* in aquis carminativis ſolutæ exhibeantur.

3 Si pituitoſa materia ſubſit, materia incidenda, diſcutienda & corrigenda eſt per Rad. Ari, Helen. Irid. Flor. Zedoar. &c. Tart. Vitriolat. Arcan. dupl. Terr. fol. Tart. & abſorbentia Conch. Cryſt. mont. Oc. ♋. præp. Eſſ. Cort. Ont. Carminat. Wed. Spir. Aniſ. Ceraſ. nigr. Tartari, Liq. C.C. Succin. vinum Malvaticum, Hiſpan. Extract. Pimpin. alb. Cort. Chacarill. nec non Topica externa: Herb. Menth. Abſinth. Chamom. &c. Sem. Carv. fœnic. &c. Spir.

Vin.

Vin. Camph. Linimenta, Balſama, Emplaſtra.

4 Ubi vero bilioſa materia malum fovet, præcipitantia, diluentia & lubricantia locum habent: Conch. Cryſt. mont. præp. Gummi Arab. Tragac. Gelatina C. C. Nitroſa &c. non neglectis internis & externis temperantibus carminativis.

5 Motus febriles, ſi qui concurrunt, imminuendi & demulcendi ſunt per ſalina, ♁. diaph. Bez. mineral. Tinct. Salin. Richteri, Nitrum, gelatinoſa, emulſiva, & interpoſita Alexipharmaca leniora.

6 Dolorum vehementia imminuatur per Laud. liquid. Sydenh. Diaſcord. Fracaſtor. M. Pil. e Cynogl. Pilul. Starckej caute in uſum vocata, impr. vero Eſſent. Dulc. Hallenſ.

7 Tonus partium relaxatarum poſt evacuatam materiam iterum reſtituatur per Rad. Gentian. Herb. Chamom. Rutæ, fol. Bet. interne aſſumta, nec non uſum Tinct. Vitrioli ♂is cum carminativis leniorib⁹ conjunctæ, aliaque Stomachica temperatiora in uſum vocata.

8 Quo magis ſanguinei quid concurrit, eo minus tam curative in principio curationis, quam præſervative extra paroxyſmum Venæſectio in pede negligenda eſt, utpote quæ ſenſibiliſſimum utplurimum edit effectum, ſi malum a Menſibus vel Hæmorrhoidibus locum habuerit.

9 Inæqualis inteſtinorum motus a refrigeratione externa originem habens, in ordinem reducatur per internum hauſtulum Vini Hiſpanici, aut Spir. Fœnic. vel Aniſi: externam vero calidorum laterum applicationem ad plantas pedum & Epithematis ſicci calefacti impoſitionem ventri.

VIII. *Cautelæ Practicæ*.

1 Purgantia imprimis fortiora, alvo per clyſteres nondum aperta, vel nihil operantur, vel per os iterum ejiciuntur, eo minus autem talia præſcribenda ſunt, quo magis jam concurrunt vomitus & febris.

2 Carminativa nunquam commendentur antequam vix per clyſteres vel laxantia ſint reſeratæ; tunc autem locum habere poſſunt in Colica flatulenta & pituitoſa, non item in aliis ſpeciebus.

3 Cave ne Opiata copioſius in Colica exhibeas, ſolet enim poſt Opiata magnus ſudor ſupervenire & exinde Paralyſis. *Baglv.*

4 Ante uſum Opiatorum ſemper enema injiciendum eſt. Diaphoretica etiam cum opiatis mixta feliciſſima ſunt in Colicis. *Idem*.

5 Pectori & ventri omnia frigida ſunt inimica: caveas igitur ab iis in talium partium affectionibus. *Idem*.

6 In Colica bilioſa & ſanguinea quam maxime evitanda ſunt Carminativa calidiora, facillime enim inflammatio inteſtinorum exinde originem ſumere poteſt. Leniſſima igitur methodus hic tutiſſima eſt.

7 Quo magis autem ſubjecta ſunt frigida & malum vel a refrigeratione externa, vel pituitoſa & cruda Diæta ortum habet, eo minus talia nocent, ſed potius uſum habent non ſpernendum.

8 In Colica Sanguinea & Hæmorrhoidali magis ad ſanguinem, quam actualem materiam pituitoſam in inteſtinis hærentem, reſpiciendum eſt; ideoque magis temperantibus quam calidioribus inſiſtere decet.

9 In hac, irritis ſæpe aliis, eximium uſum præſtitere Venæſectio in pede, Hirudinum applicatio ad vaſa hæmorrhoidalia, Clyſteres autem aliquoties antea repetendi ſunt & 3. vel 4. intra 8. vel 12. horas injiciendi; tanto magis, ſi primis vicibus feces craſſiores ſolum eductæ fuerint. Priores autem ſint magis abſterſivi, acriuſculi, ſalini, poſteriores magis emollientes.

10 In fœminino quoque ſexu ſi malum a ſanguine dependeat, Venæſectio in pede haud omittenda eſt, conjunctis Nitroſis & ſpecificis ex Milleſolio.

11 Caſtoreum vero interne aſſumtum anguſtias creat & nauſeam, magis ergo in Hyſtericis convenit, ſed externe.

12 Regimen diaphoreticum, ſine alvi ſolutione in Colica bilioſa, bilem in artus ducit, in cæteris anxietates auget, lenis vero diaphoreſis juvat.

13 In bilioſa quoque & ſanguinea a cibis ſiccioribus aſſatis, aromatiſatis, potu vinoſo abſtinendum eſt, quæ tamen flatulentæ & pituitoſæ ſæpius auxilium præſtant.

Caput Septimum.

De Malo Hypochondriaco-Hyſterico.

I. *Definitio*. Malum Hypochondriaco-Hiſtericum eſt dolor tenſivus atque compreſſorius ſatis acerbus, ſub hypochondriis præcipue occurrens, variis etiam aliis conſenſualibus ſymptomatibus ſtipatus, a congeſtione ſanguinis abundantis & ſpiſſioris, ejuſque inæquali per Venamportæ motu, ortum trahens.

II. *Differentia* ratione ſexus:

a Hypochondriacum malum audit, quando viros aggreditur & Natura ad Hæmorrhoides reſpicit.

b Hyſtericum vero, quando feminæ, quæ pluribus & acerbioribus ſymptomatibus ſunt obnoxiæ, eodem vexantur, & Menſium ataxia ſubeſt.

c Scorbutus non confundendus cum malo hypochondriaco-hyſterico, utpote qui & cauſis & Symptomatibus ſuo loco recenſendis, ab eodem differt.

III. *Signa* (a) mali *Hypochondriaci* ſunt,

1 Frequentes tenſiones & preſſiones, imo interdum acerbiores dolores ſub coſtis, ſæpius tamen in latere ſiniſtro, cum inflatione quandoque Lienis, quam dextro hypochondrio, aut certe in hoc magis tranſitorie, & cum volatico æſtu, imprimis capitis, & rubore faciei ſtipati, aſt

2 Sine formali febre, aut alio conſtanti typo, ſæpe tamen & multum per intervalla infeſtantes, ac præcipue poſt errores diæteticos atque pathemata animi recrudeſcentes,

3 Appetitus vagus, communiter tamen auctior, & ſatis avidus, ad frigida magis quam calida inclinans, cum potu pauciori.

4 Alvus mox fluidior, mox pertinaciter adſtricta, communiter tamen ſtrictior.

5 Urina in paroxyſmis gravioribus emiſſa fere limpida, extra hoc tempus vero cryſtallos Salinas tartareas lateribus vitri affigens:

6 Ructus, borborygmi, flatus ſub paſtu & poſt eundem, cum palpitatione cordis familiares.

7 Frequentia ſuſpiria & anguſtiæ præcordiales, imo ipſius animi angores & non raro deliria anxia.

8 Raro cum exquiſito dolore capitis, ſed potius vertiginoſa & gravativa ejuſdem perturbatione, atque cogitandi, reminiſcendique veluti impotentia conjuncta.

9 Somnus laborioſus & profundus, cum inſomniis anxiis ſtipatus.

10 Laſſitudo membrorum & faſtidium, imo fere ineptitudo ad conſueta negotia.

11 Moleſtiæ circa ſcrobiculum cordis & ſenſus ſatis acerbus compreſſorius in ipſo ventriculo poſt paſtum.

12 Frequens in quibuſdam exſpuitio pituitæ, præcipue jejuno ventriculo, quandoque tamen & eodem repleto.

13 Non raro etiam pertinaciſſimi colici & iliaci, præprimis ſub calidorum carminantium uſu, cruciatus.

14 Solitudinis amor, triſtitia, ſuſpicio ſæpius abſque notabili cauſa intercurrentes.

b *Hyſterici*: ſunt pathemata modo recenſita tantum non omnia, ſed fere acerbiora, &

1 cum ſenſibili, & ſæpe tactu externo perceptibili, volutatione globi in abdomine inferiore, hujuſque ad præcordia & fauces aſcenſione, ac ſi nucleus,

vel

vel res dura œſophago incluſa eſſet, præcedentibus utplurimum pandiculationibus & oſcitationibus ac reſpirationis temporaria interceptione aut ſtrangulatione, ac ſi laqueus collo injectus eſſet, quem ſenſum non raro inſignis ſuffocatio ſequitur, ita ut notabile aliquando tempus ſine pulſu & reſpiratione inſtar mortuarum jaceant.

2 Appetitus vagus quandoque ad abſurda inclinans, plerumque tamen proſtratus, cum intercurrentibus vomitibus, (aut certe vomendi conatibus) materiæ viridis, flavæ, ſeu bilioſæ, ſæpius acidæ, interdum peregrini ſaporis.

3 Graviſſimæ anxietates Cardialgicæ, cum ſpaſticis motus Tonici exacerbationibus veras convulſiones quandoque repræſentantibus, quas vulgo Epilepſiam uterinam vocant, quandoque conjunctæ.

4 Concurrentes dolores capitis vertiginoſi, tendentes ac contuſorii in infimo præcipue occipite, aut fere hemicranici in vertice, aut temporibus, ac ſi clavus infixus eſſet, aut potiſſimum frigoris exquiſiti, exiguam circumferentiam obſidentis, ſenſum inferentes,

5 Evidentioribus Menſium ataxiis, aliiſque uteri vitiis ſtipati.

IV. *Subjectum.*

Facilius & frequentius huic malo obnoxiæ fiunt

1 Perſonæ temperamenti Melancholici, aut Sanguineo-Melancholici.

2 Status corporis plethorici.

3 Vitæ deſidi, ſpeculationibus indulgentes.

4 Potui parciori aſſuetæ, ſatis tamen edaces.

5 Juvenes intra annum 18. & 25. conſtituti, molimínibus hæmorrhoidalibus incompletis obnoxii, aut fluentium ſuppreſſione laborantes.

6 Fœminæ Menſium aut lochiorum varias perturbationes paſſæ aut ceſſationes expertæ, mœrori, aut iracundiæ multum deditæ.

7 Ab agili vitæ genere in otioſum tranſeuntes.

8 Hæreditariam diſpoſitionem a parentibus poſſidentes.

9 Diæta craſſa, flatulenta, viſcida uſi.

10 Animi pathematibus obnoxii v. g. concupiſcentiæ variorum ciborum, terrori &c. nec non ſumma ſenſibilitate præditi; unde fœminæ hyſtericæ ab ardore ſuaviorum, Moſchi, Zibethi, Ambræ, roſarum facile in paroxyſmum incidunt.

V. *Prognoſis.*

1 Pathemata hypochondriaca plerumque plus formidinis, quam periculi afferunt.

2 Majoris vero periculi eſt malum Hypochondriacum in ſenioribus, quam junioribus: quippe ineunte jam virili ætate, præſertim vero mutata inſimul diæta & vita ſedentaria, ſponte eodem liberari ſolent.

3 Fluxum hæmorrhoidalem paſſionibus hypochondriacis ſupervenire bonum eſt; aſt paſſiones hypochondriacas hæmorrhoidibus ſubſiſtentibus, vel ſuppreſſis, ſuccedere, malum.

4 Malo Hypochondriaco facile conjunguntur, vel ſuccedunt infarctus viſcerum & ſcirrhi.

5 Non raro etiam e malo hypochondriaco oritur Scorbutus ſatis diuturnus & rebellis, remediis non facile cedens, niſi mutetur vitæ genus ſedentarium.

6 Hyſtericum malum non ſolum longe gravius affligit, ſed & longe difficilius curatur, quam hypochondriacum.

7 Utcumque malum facile ſequitur Melancholia Hypochondriaca, utplurimum cum lienis infarctu conjuncta.

8 Sicuti hæmorrhoidum fluxus Hypochondriacos inſigniter ſublevat, ita Menſium fluxus ordinatus ad Hyſtericum malum imminuendum, multum contribuit.

9 Quo magis in fœminino ſexu circa lienis confinia pathemata urgent, eo major de Vomitus cruenti eruptione ſuſpicio habenda eſt.

10 Quando vero in inferiore abdomine incommoda magis ſentiuntur, res pro ſexus diverſitate vel ad hæmorrhoides, vel menſes tendit.

11 Quo frequentiores occurrunt vomendi conatus, abſque actualibus vomitibus, eo magis de Vomitione cruenta timendum eſt.

VI. *Remedia.*

1 Generalem ſanguinis imminutionem præſtat Venæſectio in brachio; ſpeciali magis ejuſdem derivationi inſervit Venæſectio in pede: apertio hæmorrhoidum per hirudines: fluxus menſtrui in feminis promotio.

2 Sanguinis ſpiſſioris diluitionem & attenuationem promovent potus largior, & motus proportionatus, ſibi invicem prudenter ſubordinati. Porro remedia aperientia, reſolventia & antiſcorbutica: Rad. Helen. Caryoph. Tarax. Pimpin. alb. Dictamn. Herb. Fumar. Capill. Qis, Card. Bened. Epithym. Cuſcut. Scolopendr. Summit. Cent. min. Abſinth. Cochlear. Naſturt. &c. Succi horum & extracta, Gummata temperatoria: Hederæ, Junip. Ammoniac. Galban. Salia item digeſtiva Tart. Vitriolat. Tart. Tartariſat. Arcan. duplic. Sal Polychr. Glaſeri, Lid. Terr. fol. Tart. Tinct. Tart. acrior, Reſolvens noſtra.

3 Spaſticas partium affectarum ſtricturas demulcent Nitroſa cum Cinnabarinis, nec non gelatinoſis & emulſivis; porro blanda laxantia, & imprimis Eſſent. Antihyp. Hallenſ. & enemata emollientia oleoſa.

4 Ructibus præoccupandis & flatibus diſcutiendis inſerviunt, tum modo laudata Salia digeſtiva & laxantia, in ſpecie vero Pilul. Stahlii, Polychr. Hallenſ. Becchierianæ & Balſam. Viſcerales noſtræ; tum ita dicta Carminativa, v. g. Flor. Chamom. in ſubſtantia, vel infuſo aut decocto uſurpati, Eſſ. Cort. aurant. rad. Pimp. alb. Gentianæ, Spir. Aniſi, vel alia ſpirituoſa & aromatica poſt paſtum modice ſumpta.

5 Legitimum alvi ſucceſſum promovent potus ſufficiens, Tart. Tartariſatus, Terra fol. Tartar. vel Salia digeſtiva verſus paſtum exhibita, Eſſ. Helleb. nigr. ſaturatior ad gutt. 40. interdum aſſumenda, cibi lubricantes, v. gr. pruna Damaſcena, rapæ exſiccatæ & ad mollitiem coctæ, cremor hordei &c. radix Altheæ ſubinde maſticata; porro lenia laxantia v. g. Noduli laxativi, Sal. Cathar. Amar. ſive Epſon. Eſſent. Antihyp. Hallenſ. Pil. Balſam-Viſceral. Argentin. e Gum. Ammon. Tart. Quercet. &c.

6 Tonum fibrarum & vaſorum, per ſanguinem reſtagnantem nimis diſtentorum reſtituunt, ac roborant Martialia, v. g. limat. ♂ is tenerior cum pauco Cinamomo & ſaccharo, occultandi gratia, exhibita, crocus ♂ is apertiv. ♁ iatus, Croc. ♂. Sulphuratus Ludovici, crocus ♂. cum Salibus Michaelis, Tinct. ♂. cydoniata cum ſucco pomor. Borsdorff. parata, Tinct. ♂. Helleb. Wedelii, Tinct. Vitriol. ♂. Ludov. cujus in hoc affectu encomia vid. in Hiſtor. morb. Uratislav. pag. 27. porro acidulæ, & pleraque vulgo ſplenetica dicta, imprimis Eſſent. Adianth. alb. & Millefol. denique Salia volatilia cum Tincturis alcalico-diureticis mixta.

Formulæ Remediorum,

1 Nodul. aperitivo-laxans.

℞. *Rad. Cichor.*
Apii
Polypod. qu. an. ℥ß.
Herb. Capill. Qis.
Cuſcut.
*Fumar. ana. m*ß.
Cort. Cappar.
Tamariſc. ana. ʒij
Fol. Senn. ſ. ſt. ℥j.
Rhab. elect. ʒiij.
Agar. mund.
Fibr. helleb. nigr. an. ʒiß
Cryſtall. Tart. ʒij.
Inciſ. contuſ. cum vino & aqua præparandus doſ. ʒvj *ad* ʒviij.

2 Pulvis temperans.

℞. *Tart. Vitriol.*
Nitr. depurat. ana. ʒj.
♁ij ℈j.
M. ſ. Pulv.
Doſ. ℈j. *bis vel ter in die.*

3 Alius diapnoico-temperans.

℞. *Arcan. dupl.*
Nitr. depur.
♁ij *diaph.*
Conch. præparat. an. ℈ij
Cinnab. nativ. ʒß.
M. ſ. pulv.
Doſ. & uſus ut præcedentis.

4 Essentia Carminativo-discutiens.

℞. *Tinct. cort. ⊙rum* 3ij. *M. dos. gutt.* 25. *ad* 30.
Nitr. dulc. 3ß.

5 Spiritus Carminativo discutiens.

℞. *Spir. Anis. vel fœnic.* 3ij *M. Dos. ut antea.*
Nitr. dulc. 3ß.

6 Electuar. resolv. & aperiens.

℞. *Conserv. borrag.* *Spec. diarrh. Abb. an.* 3j
bugloss. *Syr. cort. citr. q. s. M.*
beton. ana 3j. *Dosis magnit. Nucis ju-*
Diaphoret. ☌ial. *gland. bis vel ter de die.*
Tart. Vitriolat.

7 Aliud.

℞. *Conserv. rosar.* 3iß. *Pulv. Rad. Ari ana* 3j.
viscoral. 3ß. *Syr. capill. Qis q. s.*
Bezoard. Jovial. *Dosis & usus ut supra.*
Arcan. dupl.

8 Tinct. Tonico-aperiens.

℞. *Ess.* 3ss *Hellebor. Wed.* *M. dosis* 25. 30. *gutt. bis*
3iij. *per diem.*
Cort. Aurant. 3j.

9 Alia Hysterico-tonica.

℞. *Ess. Pimpin. alb.* 3ij. *Spir. Sal. Ammon. anis.* 3ß
Millefol. 3j. *M. dosis sicut prioris.*

VII. *Methodus medendi.*

1 In gravioribus pathematum horum exacerbationibus, præsertim cum anxietate præcordiali enormiori, respirandi difficultate, palpitatione cordis, conjunctis & a siccitate, aut potius adstrictione alvi, ut fere fit, exordium nactis, ante omnia alvus aperiatur, id quod commodissime per enema obtinetur.

2 Ipsæ vero spasticæ tensiones & flatulenta pathemata efficaciter & fere certius subjugantur atque sedantur per pulveres Nitrosos & Cinnabarinos, quam Opiata & Carminativa calidiora & acriora.

3 Extra paroxysmos vero ventilatio sanguinis est instituenda per Venæsectiones, circa Æquinoctia repetendas; & tum dilutio & attenuatio ejusdem tentari potest, magis tamen per subsidia diætetica, potum & motum auctiorem, quam per remedia pharmaceutica.

4 Imprimis etiam in utroque sexu ad consuetas excretiones sanguinis respiciendum est, ut quantum possibile est, promoveantur; multum enim hoc ad malum non tantum imminuendum, sed quandoque etiam plenarie tollendum, confert.

5 His præmissis, denique locum habent Martialia & salia volatilia, conjuncto semper & subjuncto potu sufficiente & motu proportionato.

6 Inter varia motus corporis genera præprimis ille hic primatum obtinet, qui per equitationem fit: hoc enim vasa & viscera infimi ventris egregie commoventur, ut sanguis spissescens & stagnans eo citius ad æqualem circulum redire possit.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Plus valet in hoc affectu curando, aut ad minimum mitigando, Diæta, quam Pharmacia.

2 Diæta tamen nimis anxia & scrupulosa nullo modo est suadenda.

3 Ventilationes sanguinis in hoc morbo adeo sunt necessariæ, ut, nisi illæ debito tempore, & sufficiente quantitate adornentur, reliqua consilia, regimina & medicationes plane sint irritæ; tanto magis, si excretiones spontaneæ aut evacuationes artificiales præcesserint.

4 Si pathemata magis circa sinistrum latus, sub costis ejus lateris affligant, cum angustiis & anxietatibus, tam physicis, quam moralibus, mœrore timido &c. præstat in pede venam secare; sin vero in dextro magis latere, aut abdomine molestæ illæ tensiones & pressiones sentiantur, tum potest etiam in brachio Venæsectio celebrari, nisi forte peculiaris dispositio vertiginis circa caput, aut sensibiliorum vitiorum in pectore subsit: tunc enim Venæsectio in pede tutior.

5 Quando affectus jam eo devolutus est, ut excretiones hæmorrhagicas per vomitum, aut mictum cruentum, imo etiam hæmorrhoides, respiciat, abusus Myrrhatorum & Aloeticorum solicite vitandus est.

6 Emetica tam hypochondriacis, quam hystericis male ordinantur, in his etiam facile Vomitui cruento viam parere possunt.

7 Sicuti lenes laxationes usum habent eximium, sic fortiora purgantia maxime nocent: commovent enim humores, antequam sint præparati, & pertinaciori infarctui ansam præbent.

8 Martialia non dentur, nisi
1 præmissa ventilatione debita & dilutione atque attenuatione sanguinis,
2 dosibus minoribus, sed per aliquod tempus continuandis,
3 subjuncto, & conjuncto motu proportionato,
4 neque etiam, ubi calor præternaturalis, aut profundioris labis in viscere aliquo justa suspicio adest.

9 Eadem quoque monita circa acidularum usum tenenda, utpote quæ non, nisi largiori quantitate haustæ, desideratum effectum præstare solent; Phthisicis vero, imo in genere omnibus, qui teneriore & aridiore corporis habitu sunt præditi, certissime nocent.

10 Limatura Martis cruda si quis uti consultum duxerit, attendat, num post ejus usum ructus nidorosi & veluti alliacei surgant, ac spontanea laxatio alvi cum egestione fæcum nigricantium sequatur: hæc enim signa felicis operationis sunt, atque ulteriorem continuationem permittunt.

11 Pessimus quorundam Qlia exhibendi & salivationem excitandi mos omnino rejiciendus, ob mala pejora exinde metuenda,

12 Hypochondriacis vertiginosis, aut de memoriæ debilitate conquerentibus, Cucuphæ illæ, aromaticis & nervinis calidis suffarctæ, raro conferunt, sæpissime vero nocent: magis necessarium est eos monere, ut præcordia, & partes inferiores, imprimis vero pedes a frigore præmuniant.

13 Malum Hystericum in fœminis eadem fere ratione tractari debet, ac malum Hypochondriacum in viris: nisi quod illic primaria ratio Mensium & aliarum Uteri expurgationum per Lochia, secundinarum &c. excretionum habenda est.

14 Dolores capitis, præsertim cum frigoris cujusdam sensu affligentes, nihil æque efficaciter sublevat, quam Spir. Vin. Camph. imprimis post præmissam debitam ventilationem sanguinis, alvo prius expedita, & internum orgasmum temperantibus, & pediluviis conjunctis.

15 Graviores mali Hypochondriaco-Hysterici exacerbationes satis prompte quidem per Opiata sedantur; ast non sine duplici incommodo,
1 ut in posterum tanto citius & vehementius recrudescant, &
2 non solum alias efficaces medicationes, sed & has ipsas per Opiata consopitiones, postmodum aspernentur.

16 Castoreum famosum quidem, sed fumosum nimis medicamentum est, & facile caput obnubilat, atque præcordiorum anxietates auget. Præstat itaque in nauseabundis, vomibundis, & sursum vergentibus anxietatibus, ab eodem abstinuisse.

17 Antiscorbutica facile humores commovent, unde priusquam Venæsectio administrata fuerit, haud sunt propinanda.

18 Salia volatilia hoc non tantum faciunt, sed & in vias agunt adstringendo; unde non nisi Colophonis loco adhibenda sunt.

19 Millefolium specifica quidem, in turbis circa Venamportæ moderandis, efficacia pollet; attamen in hæmorrhoidariis ejus usus consultius omittitur, & rectius in fœminis, ad laboriosiorem Mensium successum promovendum & expediendum, adhibetur.

20 Flatulenta Hypochondriacorum pathemata non per calidiora carminantia tractanda sunt, sed per Salina remedia, nimirum Nitrum cum Sale digestivo & absorbente conjunctum, vel etiam Tinct. Salinam

Rich-

Richteri, alias incrementa ſumunt.
21 Dens Hippopotami & Lapis Manati plerumque etiam plus damni, quam emolumenti præſtitere.
22 In ſuffocatione ſpaſtica Uterina, externa fœtida: ungulæ, cornua, verrucæ aliaque inſufficiens utplurimum ferunt auxilium.
23 Inter laxantia præſtant Noduli & Pilulæ temperatæ: Mannata ſiquidem flatulentiam adaugent.
24 Aloetica, Myrrhata, Camphorata, & quæcunque ſanguinem ſpiſſiorem eximie comovent, angue pejus fugienda ſunt.

CAPUT OCTAVUM.

De Hæmorrhoidibus cæcis.

I. *Definitio.* HÆmorrhoides cæcæ ſunt venæ hæmorrhoidales externæ circa anum ſitæ, a Sanguinis ſtagnantis copia vel tumentes vel turgentes, cum acerbiſſimo dolore, non raro etiam vera inflammatione ſtipatæ.

II. *Differentia.*
Hæmorrhoides cæcæ ſolent diſtingui in *turgentes* & *tumentes:*
a *Turgentes* non ſolum vaſculorum ſanguiferorum infarctum, ſed præſertim etiam ipſius cuticulæ extenſionem inferunt, ita ut veſiculæ ejuſmodi pellucidæ, a ſanguine tranſparente lividæ, tactu mollis, non adeo exquiſite dolorificæ, ſed ſolo ferme ardore moleſtæ, faciem exhibeant.
b *Tumentes*, quæ etiam κατ' ἐξοχὴν cœcæ & dolentes audiunt, verum ſiſtunt tumorem inflammatorium, a ſtaſi ſanguinis in vaſe aliquo hæmorrhoidali conceptum, vehementem non ſolum ardentem, ſed etiam vellicantem, pulſatilem dolorem inferentem, & nihil aliud ſunt, quam verus furunculus in ſenſibili illa, non modo nervea, ſed & muſculoſa tunica inteſtini recti, circa ſphincterem ani collectus, inflammatoria ſtaſi exquiſitiſſimum dolorem afferens.
c Trahunt nonnulli huc alias quoque protuberantias, quin excreſcentias ulceraſcentes circa anum; ſed hæ plerumque contagio, & quidem venereo, natales ſuos debent.
d Diſtinguuntur etiam ratione figuræ, quam ſub varia protuberantia ſæpius exhibent, vel in *morales*, quando fructus mori ſimilitudinem repræſentant. Vel *uvales*, ſi racemoſam quaſi congeriem conſtituunt. Vel *veſicales*, quando extremitates vaſorum inſigniter dilatatas habent. Vel *verrucoſas*, quando veſicalibus ulceratis ſicceſcens duricies & verrucoſa aſperitas, cum venerea tamen non confundenda, ſuccedit; hæc cruſtam, illa vero foramina conſtituit.
e Ab hæmorrhoidalibus internis
1 differunt ratione vaſorum, internæ quippe a Vena portæ, externæ autem a Vena cava originem ſumunt;
2 ratione recurſus: internæ menſtruas magis ſervare ſolent periodos, externæ vero utplurimum vernales vel autumnales.
3 Ratione quantitatis ſanguinis excreti, quæ in internis ſemper major eſſe ſolet, quam externis.

III. *Signa.*
1 Antecedunt varii ſpaſmodici, vibratorii, tractorii, compreſſorii motus, vel ſuperius circa longitudinem dorſi & lumbos, vel inferius circa femur, genua & pedes.
2 Præcipue autem rheumata illa, circa os ſacrum contingentia, ſpecialiter motum hæmorrhoidalem reſpiciunt.
3 Stupores etiam pedum, arthritica, iſchiadica, nephritica & podagrica pathemata ſæpiſſime ob hunc finem fiunt.
4 Cognoſcuntur autem hæmorrhoides cæcæ jam præſentes, per turgeſcentiam vel tumorem venularum hæmorrhoidalium externarum circa anum ſitarum, tactu facile explorandum.
5 Turgentes formant ſenſum quaſi urentem, vel preſſorium, præcipue ſub alvi excretione, quaſi nucleus aut faba ibi deliteſceret, abſque fere ſenſibili dolore; tumentes vero exquiſitiſſimum dolorem, inflammationem, & teneſmoden conatum conjunctum habent.

IV. *Subjectum.*
1 Hæmorrhoides cæcæ rarius in alia corporis diſpoſitione, niſi in temperamento phlegmatico, aut de phlegmatico participante, ſed ſimul Plethorico, occurrunt.
2 Eveniunt etiam turgentes non raro feminis ex partu laborioſiori, vel ultimo geſtationis tempore, præcipue ſi multum deſideant; ex compreſſione inteſtini recti, a fœtu grandiore incumbente.
3 Frequentius quoque obtingunt perſonis Hæmorrhoidalem fluxum patientibus, quam jam diu eidem aſſuetis.
4 Alvi quoque conſtipationi obnoxiis, magno conatu fæces alvinas egerentibus.
5 Equitationi multum aſſuetis, qui ſæpius etiam ab eadem per inquinamentum ephippii infecti mariſcos venereos reportant.
6 Imprimis autem in ætate virili conſtitutis, & hæreditariam diſpoſitionem a Parentibus habentibus.
7 Non raro etiam aromaticis & aloeticis, præprimis Elix. propr. Paracelſi abutentibus.
8 Ventilationes quoque ſanguinis in pedibus negligentes interdum Hæmorrhoides cæcas experiuntur.

V. *Prognoſis.*
1 Hæmorrhoides turgentes ſcalpendo vel alia ratione apertæ, fundunt ſanguinem non ſolum, quem continebant, ſed etiam plus ejuſdem ſucceſſive ſuppeditant, ita, ut non raro ipſius fluxus hæmorrhoidalis initium præbeant.
2 Poſt apertionem vero collabuntur & corrugantur, atque veluti papulas quaſdam formant, quæ dein ſub fortioribus preſſionibus alvi egerendæ, ſanguinem denuo fundunt, idque ſine certo typo, ſive ordine, imo fere aſſiduo.
3 Aut ſi hoc facere deſiſtant, degenerant non raro in ulcuſcula pruriginoſa admodum moleſta, quæ ipſa Serpiginem ſic dictam hæmorrhoidalem conſtituunt.
4 Hæc Serpigo, per artificia externa male tractata, facile affectus arthriticos aut rheumaticos poſt ſe ducit.
5 Hæmorrhoidum cæcarum tumores dolores immanes quidem pariunt, vix tamen vitæ periculum inferunt.
6 Quod ſi tamen ultra tertium vel quartum diem dolor & inflammatio perſiſtit, vix amplius diſcuſſionis ſpes ſupereſt, ſed ſuccedit ſuppuratio: qua facta, ſi apertio & mundificatio negligatur, aut protrahatur, facile fiſtula ani hinc enaſcitur.
7 Hæmorrhoides cæcæ ad apertionem non pervenientes, varia inducere ſolent mala, puta dorſi & lumborum dolores, nephritidem, calculum, pedum ſtupores, iſchiatica, gonagrica & podagrica pathemata.
8 Sicuti autem hæc earum obſtructionem ſequuntur, in legitimus earundem ſucceſſus modo dicta mala imminuit, aut tollit. conf. *Aphor. Hipp. 2. Sect. 6.*
9 Turgentes veſicales diutius ſubſiſtentes facile ulcerantur, quod tamen abſque inſigni dolore fieri ſolet.
10 Ex his ulceratis & iterum exiccatis originem ſumunt verrucoſæ benignæ per intervalla ſæpius manantes.
11 Hæmorrhoides ulceroſæ Cereæ ſæpiſſime contagio ſeſe propagant.
12 Hæmorrhoides non nimium turgentes, per largiſſimum ſudorem circa anum & inguina ſolutas fuiſſe, aliquoties obſervavimus.

VI. *Remedia.*
1 Diſcuſſioni Hæmorrhoidum cæcarum dolentium, ſpecifica virtute inſervire dicuntur infuſum Milleſolii, flor. Sulphur. uſus modeſtus, anticatarrhalia: Eſſ.

Alexiph. Stahlii, Tinct. Tartari, Tinct. ♁ij, tartarisf. Essent Succini &c. Suffimigium ex murib. marinis, radix Telephii, aut Scrophulariæ, amuleti instar gestata & secundum Weisbachium folia recentia Sambuci conquassata loco dolenti aliquoties imposita.

2 Dolores mitigant,

a Interne nitrosa, emulsiva, & in casu necessitatis, anodyna; item blandiora laxantia, mannata & sennata, præsertim cum Auro fulminante.

b Externe emollientia, & simul leniter resolventia, v. g. flor. Verbasci, Linariæ (quibus vis specifica solet tribui) item mucilag. Sem. cydon. psyll. rad. Sigill. Salom. & sputum jejunum &c.

3 Ulcusculum si quod suppurationi succedit mundificant: Balsf. mundif. D. D. Stahlii ex Ess. Myrrh. Succin. Spir. Tereb. parat. item Balsam. Sulph. Terebinth. & similia penetrantia balsamica, interne autem dyscrasiam sanguinis corrigunt lenia laxantia, alexipharmaca & anticatarrhalia, interpositis absorbentibus & diaphoreticis fixis.

4 Præservationi favent Venæsectio in pedibus, applicatio hirudinum ad anum.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ laxantes.

℞. *Pilul. Stahlia. vel Polyc.* *Merc. dul. vit. par. gr. viij.*
Hall. vel Balsf. Visceral. *Elix. prop. P. q. s. fiant*
Argentin. ℈ß. *Pilul. ad pond. gr. j. pro*
Extract. Hell. nigr. gr. vj *j. dosi.*

2 Pulvis diapnoico-discutiens.

℞. *Oc. ℔ß. præparat.* *Flor. Sulphur.*
♁. *Diaph.* *Cinnab. ♁ij. ana.* ßß.
Tart. Vitriol. *M. f. pulvis dosis. gr. xx.*
Nitr. depur. ana. ßj. *bis per diem.*

Linimentum.

℞. *Sem. Psyll. ßj.* *adde album ovor. n. j.*
Rad. Sigill. Sal. ßß. *Camph.* ℈ß.
f. cum Aq. Ros. mucilago *Tinct. Opii* ßß. *M.*

4 Aliud.

℞. *Sem. Psyll.* *cilago adde*
Cydon. ana. ßij. *Vitell. ov. num. j.*
Rad. Sigill. Sal. ßij. *Camph. gr. v.*
fiat cum Aq. rosarum mu- *Opii gr. ij. M.*

5 Aliud.

℞. *Cancr. fluv. rec. n. xiij.* *rec. q. s.*
Contus. coq. in butyr. *Colat. add. Ol. Verbasc. ßiij.*

6 Essentia Anticatharralis.

℞. *Essent. Alexiph. Stahlii.* *dos. 25. ad 30. gutt. bis per*
Tinct. ♁ij. Tart. ā. ßiß. *diem in jusculo vel potu or-*
Essent. Succini ßj. M. *dinar.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Turgentes Hæmorrhoides specialem fere curam haud expolcunt, nisi quod post ruptam vesiculam mundificationis vulneris ratio sit habenda, succedentia autem ulcuscula vulgari modo tractanda sint.

2 In Tumentibus vero ante omnia tentanda est discussio, tum per supra dicta specifica, tam interna, quam externa.

3 Hac vero minus ex voto succedente, maturatio & tandem apertio est promovenda, per cataplasmata emollientia ex cepis assatis, fol. Malvæ, Ol. Lini, Medulla crur. vitulin. &c. Imo tandem apertio chirurgica ope lanceolæ est tentanda. Hac enim peracta, omnis dolor in momento cessat. conf. *Hist. Morb. Uratisl. pag.* 195.

4 Denique mundificatio & consolidatio omni studio est promovenda, tam per externa balsamica, v. g. Ess. Myrrh. Succin. ßj. Ol. laterin. ℈j. Misce. quam interna (præsertim si diutius protrahatur cura) Laxantia scil. & depurationi lymphæ ac sanguinis alias dicata, v. gr. Ess. Amara Hall. Ess. Succin. cum Tinct. ♁ij Tartaris. sociata.

5 Verrucosæ benignæ sæpius manantes cum pruritu vehementiori ægrum divexantes, optime tractantur per lenientia & demulcentia; Ol. Ovor. Ol. Verbas. Liq. flor. Verbasc. cum butyro insulso in linimentum redactus, Ol. flor. calend. &c. non neglectis internis laxantibus & præprimis anticatarrhalibus.

6 Fungosæ & Verrucosæ excrescentiæ venereæ manu chirurgica opus habent, quamvis non facile cedant, nisi per interna remedia corpus rite purgatum & præparatum fuerit. Alias in talibus excrescentiis, quando partes ambientes nondum excoriatæ sunt, bene se gerit nudum Sal Ammoniacum.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Hirudines non conveniunt in Hæmorrhoidibus cæcis tumentibus, neque etiam facile sugunt, ad turgentes vero commode adhibentur, quas etiam prompte arripiunt; pro præservatione tamen hæmorrhoidum tumentium non plane rejiciendæ sunt.

2 Millefolium optime sub infusi forma, recipiendo ad ℔. j. aquæ manip. j. herbæ, ordinatur; illa tamen methodus, qua per integrum mensem, secundum Riverium & Villanovanum, continuatur, haud laudanda est, ob vim, qua prædita est, subadstringente,

3 Turgentes, sanguinem coagulatum in se continentes, aperire lanceola & sanguinem evacuare satius est, quam suppurationem cum metu fistulæ expectare.

4 Unguentum de Linaria, ipsa linaria & chelidonium ab Authoribus passim eximie laudata, promissis utplurimum non respondent, imprimis quando jam actualis inflammatio adest.

5 Radices Scrophulariæ & Telephii in principio & declinatione mali magis effectum aliquem edunt, quam in statu.

6 Mundificatio Hæmorrhoidum suppuratarum non debet fieri per emplastica, sed subtiliter penetrantia balsamica liquoris tenuis instar sese insinuantia.

7 In Hæmorrhoidibus verrucosis per intervalla manantibus abstinendum est ab externo Sulphuris, Terrarum Bolarium, Lithargyrii, Saccb. Saturni usu, facile enim repellitur materia cum insigni patientis damno.

SECTIO II.

DE

DOLORIBUS ARTHRITICO-SPASTICIS.

CAPUT PRIMUM.

De Doloribus Arthriticis in genere.

I. *Definitio:* DOlores Arthritici sunt motus tonici partium solidarum contractorii sive auctiores, propter humores hinc & illic stagnantes, aut impeditius procedentes a Natura excitati, ut hi mediantibus illis ad has vel illas corporis partes dirigantur, & propellantur, intentione primaria superfluum a corpore eliminandi, facile vero per errorem Naturæ in consuetudinem abeuntes.

II. *Differentia.*

a *A Congestionibus* & commotioribus sanguinis hæmorrhagicis simplicioribus.

1 Hæ propius adhuc, illæ vero eminus magis excretiones sanguinis respiciunt & intendunt.

2 Hæ magis ad interiores, illæ vero ad exteriores musculosas partes vergunt.

3 Hæ breviori, illæ vero longiori duratione utplurimum circumscribuntur.

4 Hæ magis poros partis, vel vasa sanguifera ipsa, illæ vero fibras potius musculares sigillatim tendere & affligere videntur.

5 Hæ magis inflammationes vel ulcerationes; illæ potius in rigores, contracturas, vel tabidas extenuationes partium, pronæ sunt.

b *A Spasmis* vulgo sic dictis & Convulsionibus.

1 Hæ, scil. Convulsiones, universum corpus, vel plures musculos simul occupant, eosdemque vel repente contrahunt, vel rigidos & tensos in eadem posi-

poſitura & ſitu tenent, ac utplurimum ſunt vehementes, latius vagantur, & inſtabiles ſunt. Illi vero, ſcil. ſpaſmi, & magis lente contingunt, ſtatarie vel totum muſculum afficiunt, vel portionem tantum illius, nimirum paucas fibras. Unde vel muſculares vel fibrillares audiunt, hi conſtituunt dolores lancinantes & terebrantes, illi dolores tenſivos & gravativos contracturæ productrices.

2 Hæ periculoſi utplurimum ominis ſunt, illi vero minus periculi involvunt.

c *A Rheumatiſmo.*

1 Reſpectu loci, Rheumatiſmus enim partes muſculoſas potiſſimum occupat, ſive interſtitia inter articulos, arthritis vero ipſos articulos.

2 Reſpectu ordinis, quatenus Rheumatiſmus utpl. præcedit, Arthritis vero exinde naſcitur.

d *Ab Arthritide vaga*, quæ ſubito hanc vel illam partem occupat & vage per varios articulos oberrat, v. gr. dum pedes afflixit, paucis elapſis momentis hiſce relictis genu alterutrum ſcapulas, brachia &c. adoritur: Arthritis vero ſtricte dicta fixa in certis partibus hæret, & licet interdum alias quoque partes occupet, antea tamen afflictas non deſerit.

Ratione impetus.

1 Alii affectus ſunt leviores adeoque Arthritidis nomen nondum promereri vulgo creditі, ſed ſola Rheumatum compellatione larvari ſoliti.

2 Alii ſunt graviores, vel generalem arthritidis denominationem jam apertius profitentes, vel pro locorum affectorum diverſitate, diverſis quoque nominibus inſigniti. Sic in capite audiunt dolores Odontalgico-hemicranici: in thorace Pleuritis ſpuria; in lumbis Nephritis ſpuria; in coxis Iſchiadicum malum; in pedibus Podagra; in manibus Chiragra &c. Nonnunquam tamen ſtricte Arthritis pro affectibus ſpaſticis juniores tantum & in ſuperioribus partibus affligentibus ſumitur; Podagræ vero nomen ſenum affectibus ſpaſticis inferiora occupantibus tribuitur.

III. *Signa.*

1 Dolor quandoque tenſivus, liberis artus iſtius, quem occupat, motibus impedimentum ſolummodo afferens, & non niſi ſub conatu movendi evidentius emicans.

2 Quandoque conatus magis lancinans & vibratilis, ſub levi etiam motitatione membri, velut rupturæ periculum afferens.

3 Non tamen jugiter æqualis, ſed per vices remittens, quin interdum intermittens.

4 Sæpe ſine rubore & tumore notabili.

5 Qui, ſi accedat, dolorum ſenſibilem mitigationem plerumque affert.

6 Urina rubra ſedimentum Tartareum poſt refrigerationem in fundo deponens, & lateribus vaſis affigens; quod proinde a fabulo calculoſorum probe diſcernendum, quippe quod ſtatim cum urina emittitur, mox in fundo colligitur, nec lateribus adhæreſcit.

IV. *Subjectum.*

Affectus hi familiares ſunt perſonis,

1 Habitus ſpongioſioris, ſive de temperamento Sanguineo multum participantibus:

2 Evacuationes ſanguinis naturales, vel artificiales expertis, aut certe ob Plethoram promeritis.

3 Indolis animi iracundæ, diætæ lautæ vinoſæ, Veneri deditis.

4 Ætatis non plane juvenilis, ſed conſiſtentis, quin jam ad ſenium tendentis.

5 Parentibus arthriticis, nephriticis, calculoſis, podagricis, hæmorrhoidariis prognatis.

6 Macilentis non, niſi vel externa cauſa vel hæreditaria diſpoſitio, vel febres male curatæ occaſionem dederint.

V. *Prognoſis.*

1 Leniores etiam horum affectuum ſpecies, ſi ſæpius recurrunt, non minus in conſuetudinem abeunt, quam graviores, imo ſucceſſu temporis facile in graviores & fixiores arthriticos dolores degenerant.

2 Si tamen arthritici affectus qui in junioribus ſuperiores occupant partes, non tam pertinaces ſunt, & facilius etiam curationem admittunt quam affectus arthritici ſenum in inferioribus partibus occurrentes.

3 Quo magis ſpaſmi ſunt particulares & in exiguis partibus contingunt, eo minus utilitatis habent, & ad ſcopum Naturæ, nimirum excretionem humorum perveniunt.

4 Qui junioribus annis frequentius & pertinacius ſpaſmos ſimplices experiuntur, augeſcente ætate variis arthriticis affectibus expoſiti fiunt.

5 Quo magis ſunt tendinales ſpaſmi, eo minus doloroſi.

6 Arthritico-ſpaſtici affectus admodum proclives ſunt ad internas inflammationes, præprimis ſi imperite tractati repellantur.

7 Subjecta juniora, ſi ſpaſtico Arthriticis inferiorum partium doloribus mature affliguntur, longe gravius iiſdem decumbunt quam ſenes, imo raro ad ſenium perveniunt, ſed antequam illud attingant, a doloribus iſtis vel nimis ferocientibus & in convulſiones degenerantibus, vel ab iiſdem retrocedentibus, jugulantur.

VI. *Remedia.*

1 Cauſæ antecedenti, ſcil. ſanguinis abundantiæ proſpiciunt ventilationes ſanguinis, partim per promotionem excretionum naturalium, Menſium & Hæmorrhoidum; partim per vicarias evacuationes artificiales, Venæſectiones & ſcarificationes, quin & hirudines.

2 Lentorem atque mucum, aut etiam biliоſas cruditates incidunt, atque evacuant digeſtiva & laxationes per epicraſin, nec non in evemetis lenia vomitoria.

3 Alvum leniter expediunt & ſpaſmos demulcent clyſteres carminativi atque emollientes.

4 Orgaſmum & tenuitatem ſanguinis ſalino-ſulphurei, corrigunt abſorbentia, Nitroſa, emulſiva.

5 Spaſticam fibrarum tenſionem leniunt Cinnabarina.

6 Æqualem humorum diſtributionem promovent Diapnoica ſive Diaphoretica temperata.

7 Motus exacerbationem leniunt.

a Anodyna & ſpecifica.

b Revellunt externe Diuretica, v. g. Salia Volatilia cum Salis Tart. Tinct.

c Externe diſſolvunt eandem Diſcutientia, v. g. Spir. Vin. Camph. Crocatus, Spir. Formicar. Emplaſtrum Saponat. Barbette: In phlegmaticis Ceratum de Galbano, Sacculi ex furfuribus triticeis & Sale toſto, ſuffitus ex flor. Stœchados citrin. Herb. Sabinæ, Thure, Maſtiche, &c. frictiones cum pannis mollioribus calentibus, vel excutia molliore: Motus voluntarii exercitium ſtudio intenſum, & quæcunque ſenſum vel in parte affecta, vel conjugata fortius aut conſtantius alterant, v. g. Acu punctura Japonenſium, Moxa Chinenſium, Veſicatoria, ſcarificationes profundiores in parte immediate affecta.

Formulæ Remediorum.

1 Potio laxans.

℞. *Fol. Senn. S. S. ʒiij. Rhab. Elect. Tart. Solub. ana. ʒj. infund. in Aq. Cichor. ℥vj. vel viij. Stent in digeſtione per noctem, Colat. adde Syr. de pom. laxat. ʒß. M. pro una doſi.*

1 Pulvis laxans.

℞. *Sal. cathart. amar. ʒvj. ſumatur in ſ. q. Infuſi Thee*

3 Pulvis Antiſpaſticus leniter diureticus.

℞. *Oc. ♌. præparat. ♃ij diaph. Nitr. depur. Arcan. duplic. ana. ʒj. Pulv. lumbr. Terr. Cinnab. ♃ij ana. ʒß. M. doſis. ʒj. bis vel ter per diem.*

4 Alius Spasmodico-Anodynus.

℞. *Conch. præparat.* ℥ij *diaph. Tart. Vitriol. Nitri depur ana.* ℈j. *Cinnab.* ℥ij. ℈ß. *MPil. de Cynogl. gr. v. Dosis* ℈j. *in declinatione mali versus somni tempus porrigenda.*

5 Potio diuretico-discutiens.

℞. *Ess. Alexiph. Stahlii Tinct.* ℥ij *Tartaris ä.* ʒiß. *M. dosis gutt. 30. mane in jusculo exhibenda.*

6 Alia diuretico-nervina.

℞. *Tinct.* ℥ij. *acrioris. Spir. C. C. rectif. ana* ʒiß *M. dos. gutt. 30. bis vel ter in declinatione mali per diem exhibenda.*

7 Spiritus discutiens.

℞. *Spir. Vin. Camph.* ʒj. *Formic.* ʒvj. *Lumbr terrest.* ʒiij. *Essent. castor.* ʒiß. *M. quo illinantur partes affectæ.*

VII. *Methodus medendi.*

1 *Extra Paroxysmum.*

a Venæsectiones præservatoriæ circa Æquinoctia, scarificationes profundiores circa Novilunia in parte affecta, vel ejusdem confiniis: item blandæ primarum viarum per leniora cathartica, aut mitiora quoque emetica, evacuationes.

b Motus corporis successivus ad incalescentiam & lenem sudationem usque continuatus.

c Diæta dilutior, haud aromatica & vinosa fortior, moderamen animi pathematum.

2 *In Paroxysmo.*

a Interne temperantia, & æqualem humorum distributionem promoventia, h. e. pulvis antispasmodicus ter vel quater de die exhibitus, cui, si dolorum ferocia id exigat, versus tempus somni lene anodynum addi potest. Præmissis temperantibus subjungi & interponi possunt temperata Alexipharmaca.

b Externe Spir. Vin. Camphor. vel solus, mediantibus linteis multiplicatis, parti dolenti impositis, ac singulis binis, vel ternis horis renovandis, vel etiam cum Emplastr. Sapon. Barbette alternatim applicitus.

3 *In declinatione.*

a Interne Mixtura tonico-nervina ex Tinct. Salis Tart. & Spir. C. C. succinat.

b Externe Spir. Formicarum.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 In ipso Paroxysmo præstat a sanguinis ventilatione, si fieri possit, abstinere, ipsius enim valet præservatoria præoccupatio.

2 Sanguinis evacuationes in ipso paroxysmo institutæ, imprimis per Venæsectionem, plerumque augent pertinaciam affectus, ut inposterum non solum tanto promtius recurrat, & tanto obstinatius recrudescat; sed & tanto obstinatius aliis remediis non cedat, verum potius idem subsidii genus denuo efflagitet.

3 Neque etiam illæ ipsæ in paroxysmo administratæ semper debitum effectum assequuntur, nisi vel circa prima initia, vel circa declinationem demum adornentur.

4 Plus fere semper utilitatis habere videntur, in corporibus non nimium plethoricis, sanguinis evacuationes ex parte immediate affecta, aut conjugata per scarificationem, profundiorem incisionem, hirudinum applicationem.

5 Alvo sua semper constet libertas, fortioribus tamen purgantibus in ipso paroxysmo eandem irritare minime expedit: his ipsis enim facile motus spastici ab exterioribus ad interiora revocantur, non sine vitæ discrimine.

6 Vomitoria lenia in ipsius quandoque paroxysmi initiis, ubi materia cruda in primis viis hæret, nec adsunt magni dolores, locum habent.

7 Repellentia fortiora simili ratione malum ab exterioribus ad interiora retroagunt, & gravissimas respirandi angustias, quin febres inflammatorias utplurimum funestas inducunt.

8 Narcotica & refrigerantia externe adhibita, stuporem, tophos & nodos, quin contracturam parti dolenti plerumque conciliant.

9 Olea destillata v. g. Succini, Juniperi, Petroleum &c. spiritus quoque Oleosi, Balsamo Peruviano, aliisque sic dictis nervinis, largius imbuti, sensum ardori- rosionis, totiusque mali ferociam exasperant, siquidem partes affectæ non tam debilitate aliqua, quam potius nimia activitate laborare videntur.

10 Spiritus Urinosi pariter stupidum rigorem parti laboranti affricant.

11 In doloribus arthriticis magis obfirmatis & inveterascentibus, imo in spasticum rigorem & contracturas jam vergentibus, commodum sæpe auxilium & levamen affert Spir. Formicarum.

12 In malo vero recentiore, ubi sensus urens & lancinans vehementius adhuc affligit, dolores potius exacerbare videtur.

13 Præsentaneum vero effectum quandoque habet Ceratum de Galbano vel Matricale; imprimis quando Venæsect. usus præcessit. Quod si autem ejus impositionem intra 6. vel 8. horas nullum levamen secutum fuerit, sed potius partis inflammatio sese conspiciendam præbet, convenit illud removere & aliis medelis rem peragere.

14 Qui spasmodicis motibus & doloribus afficiuntur, his conducunt quidem Alexipharmaca, sive Bezoardica vel sudorifica, abesse tamen debet regimen sudorificum, alias dolores facile in omnes artus se diffundunt. Post usum sudoriferorum per tres vel quatuor dies continuatum, usurpari possunt lenia anodyna, ut MPil. de Cynogl. ad gr. j. vel ij. Optime quoque conferunt vina laxantia, imprimis ex Helleb. nigro, qui in consumptione sanguinis singulares effectus præstare dicitur.

15 Anodyna interne adhibita in vigore paroxysmi vel subitaneam mortem, vel febres lentas, hecticas, vel in sanguinolentis dolores colicos post se ducunt, cum alvinis semper ataxiis, id est obstipationibus.

16 Imo prælervative, vel versus paroxysmos usurpata, impetu quidem advenientem longius forte duraturum reprimunt, sed citiori recursui ansam præbent, & tandem ad Paralysin disponunt.

17 In refractiori dosi hunc in modum usurpata, varia inordinata, pertinacia pathemata causantur.

Caput Secundum,

De Hemicrania,

I. *Definitio.* Hemicrania est dolor capitis valde acerbus, plerumque dimidiam saltem partem occupans, a sanguine versus superiora congesto, & eminus per nares exitum quærente, originem habens.

II. *Differentia.*

1 Est vel *fixa*, & continuo quasi ægrum affligens, vel *Periodica* per paroxysmos nunc & tunc saltem recurrentes eundem exercens.

2 Distinguitur etiam in *Idiopathicam*, ipsi immediate sanguini abundanti originem debentem, & *Symptomaticam* a vitiis aliarum rerum, nimirum Ventriculi, Mensium & Hæmorrhoidum ortum ducentem.

III. *Signa.*

1 Occupat fere ordinarie unam vel alteram tantum, plerumque tamen sinistram capitis partem, & sæpius ad dentes, maxillas, imo humeros ejusdem lateris sese extendit.

2 Doloris genus est vibrativum & lancinans & ordinarie fere tam enorme, ut ægri sibi caput quasi distrahi & divelli autument.

3 Non autem semper in uno loco hæret dolor, sed mox a superioribus ad inferiora nimirum dentes & maxillas tendit, modo ab his ad superiora redit, plerumque tamen temporum alterutrum ... e quasi tenet.

4 Imo sentiunt quidam dolores in parva tantum calvariæ

variæ parte, eósque maxime acutos & pungentes, ac si telum infixum membranas dissecaret.

5 Præ vehementia doloris sæpius neque leviſſimum ſonitum, neque clariores lucis radios ferre possunt.

6 Dolor interdum sat gravis, etiam in ipso interiore oculi, sive circa ejusdem radicem sentitur.

7 Dum vero in loco sic affecto rubor & inflatio venarum; sic in locis remotis pallor & constrictio observatur, alvi quoque inertiam post se ducens.

8 Urina hoc tempore cruda est, in declinatione vero paroxysmi assumit colorem saturatum, paulo post copiosum deponens sedimentum.

IV. *Subjectum*.

1 Obnoxiæ huic affectui præcipue sunt fœminæ Mensium ataxiis, nec non quandoque viri hæmorrhoidum infausto successu laborantes.

2 Scarificationibus alterutrius saltem lateris assueti, easque dein negligentes.

3 Iracundiæ dediti.

4 Vitæ sedentariæ, diætæ vinosæ & aromaticæ delicias quærentes.

5 Post corporis incalescentiam nimiam incaute sese refrigerantes; imprimis pedes tempore humidiori & frigidiori ab aeris injuriis non bene munientes.

6 Lucubrationibus & nimiis vigiliis caput defatigantes.

7 Hæreditariam dispositionem a parentibus habentes.

8 Arthritici per repellentia imperite tractati.

V. *Prognosis*.

1 Hemicrania nisi perite tractetur, facile varia oculorum pathemata, nimirum inflammationes, visus hebetudines, suffusiones post se trahit.

2 Proclivis quoque est ad alios spastico-arthriticos affectus graviores: nam & ipsa jam ex eorum familia est. Contingit autem hoc eo certius, quo magis incongrua adhibita fuit medela.

3 Periodica & paroxyzans interdum adeo rebellis est, ut fere omnem medelam respuat.

4 In feminis, a subitanea Mensium fluentium suppressione orta Hemicrania, per Mensium fluxum ordinario tempore redeuntem, interdum sponte solvitur, id quod etiam contingit in Viris Hæmorrhoidibus obnoxiis.

5 In annosioribus autem, ubi Mensium negotium jam cessavit, vix amplius spontanee solvitur, neq; plenariam admittit curationem.

6 Per refrigerantia externa incaute tractata hemicrania, inflammatorios internos affectus interdum format, præcipue in junioribus sanguinem orgasticum possidentibus,

7 Pertinacis autem & refractarii hujus affectus eventus infelicior quandoque solet esse hemiplecticus.

8 Signum hujus rei præbet aliquando dolor admodum pertinax ad brachium usque sese extendens illiusque quasi stuporem post se trahens.

VI. *Remedia*.

1 Libertati alvi prospiciunt lenia laxantia: Magnes. alba, Manna, Senna, Tamarindi, Rhabarbarum; specialiter Pil. Stahlii, Polychr. e Succ. Crat. Tart. Quercet. Extract. Hell. nigr.

2 Sanguinem superfluum educunt Venæsectio revulsoria in pedes celebrata, scarificationes, & in hæmorrhoidariis hirudine ano applicitæ.

3 Ebullitionem temperant & spasmos solidarum partium mitigant Pulveres Nitroso-absorbentes diapnoico-Cinnabarini ex. gr. Oc. ℈ℒ. præparat. Antimonium diaph. Nitr. depur. Arcan. duplic. Cinnab. Antimonii vel nativa, Tinct. item Salina Richteri.

4. Nimiæ dolorum ferociæ consulunt interne MPil. de Cynogl. Pil. e Styrace versus somnum cum temperantibus exhibitæ: Externe Ungt. Alabastrin. Camphorat. Ol. Nucleor. Persic. Spir. Vini Camph. Empl. de Betonic. Tacamah. Mastich. Epithemata ex herbis cephalicis temperatioribus cum sale & mica panis parata.

5 Humores revellunt partim supra laudata laxantia & evacuationes sanguinis in infernis partibus institutæ, partim clysteres, partim etiam pediluvia, & in refractaria malo vesicatoria furis applicita.

6 Tono partis affectæ roborando & simul sanguini discutiendo specialiſſime inservit Tinct. Tartari, Antimonii acris, Spir. C. C. anatice mixta.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.

℞. *Magnes. alb.* ℥j. *M. pro una vice.*
Specif. Jalapp. gr. xv.

2 Pilulæ laxantes.

℞. *MP. e Succ. Crat.* *Mercur. dulc. ana. gr.* vj.
gr. xv. *Elix. Prop. Par. f. pil. num.*
Extract. Hell. nigr. 19. *dentur pro una dosi.*

3 Pulvis emetico-laxans.

℞. *Rhabarb. elect. gr.* xv. *Sal. Absinth. gr.* iv.
Tart. emet. gr. ij ß. *M. f. Pulv. pro j. dosi.*

4 Pulvis temperans.

℞. *Conch. præparat.* *Arcan. dupl. ana.* ℥j.
Antimonii diaph. *Cinnab. Antimonii* ℥ß.
Nitr. depur. *M. dosis* ℈j. *bis vel ter per die*

5 Pulvis anodyno-temperans.

℞. *Pulv. Præscript.* ʒij. *M. div. in 6. part. æq. versus*
MPil. e Cynogl. gr. vi. *somni tempus dosis una.*

6 Unguentum anodyno-temperans.

℞. *Ungt. Alabastr.* ℥ß. *Croc. Orient. gr.* v.
Ol. nucl. Persic. ℈ij. *M. fronti & temporib. illinendum.*
Opii in Acet. sol. ℈j.
Camph. ℈ß.

7 Epithema discutiens.

℞. *Rad. Rhod.* *Ror. mar. ana. p. j.*
Valerian. ana. ℥ß. *Camph.* ℈j.
Herb. Verben. M. *f. pulv. grossus include*
Origan. ana. mß. *Saccidis aceto rosaceo vel*
Flor. Lavend. *Spir. Vin. Camph. irrorandis.*

8 Essentia Tonico-Nervina in declinatione mali usurpanda.

℞. *Tinct. Ɔii acrioris.* *M. dos. gutt.* 30. *bis vel* 3.
Spir. C. C. ana. ʒiß. *per diem.*

VII. *Methodus medendi*.

a In Paroxysmo.

1 Primarum viarum saburra eliminanda est per lenia laxantia, imo si iracundia huic affectui ansam dedit, nec lene vomitorium reformidandum.

2 Sanguinis orgasmus temperandus & solidæ partes demulcendæ sunt per Nitroso-absorbentia & cinnabarina, nec non in casu necessitatis anodyna interne adhibita, non neglectis appropriatis externis.

3 Revulsionis causa adhiberi possunt clysteres aliquoties repetendi, pediluvia & in malo vehementiori vesicatoria.

4 Pro partibus solidis loci affecti mitigandis, præscribatur decantata Tinct. Tonico-Nervina D. Stahlii, egregii, circa declinationem morbi, effectus.

b Extra Paroxysmum.

1 Ad consuetas evacuationes sanguinis respiciatur, ut præprimis spontaneæ expediantur, artificiales autem affuefactæ tempore vernali & autumnali continuentur, quod quidem optime revulsionis gratia in pedibus fit, aut in hæmorrhoidariis hirudinum applicatione ad anum.

2 Alvino successui prospiciatur vel per laxationes epicraticas, quæ simul causam aliquo modo eliminant, vel liquorem Terr. fol. Tart. ad 30. vel 40. guttas exhibitum, vel etiam sufficientem potum moderato semper motu interpositio & subjuncto: multum etiam in imminuendo & mitigando hocce malo potest alvi libertas.

3 In fœmininо sexu præprimis Mensium ratio habeatur per remedia secura: Pil. D. Stahlii, polychr. Hall. vel tonico-visceral. Argent.

4 Diæta tenuis atque parca observanda est, fugiendo animi pathemata, vini & aromaticorum abusum, omnes fortiores commotiones corporis, & translationes sanguinis ad superiora præcaveantur.

VIII. *Cautelæ Practicæ*.

1 Evacuationes sanguinis melius extra paroxysmum instituuntur quam in paroxysmo: quia Natura eidem facile assuefit, ita ut malo recurrente, nullis

fere

fere aliis remediis, niſi hæc iterum celebretur, auſcultet.

2 Quando tamen inſignis adeſt plethora cum doloribus admodum vehementibus & pertinacibus, tunc & in ipſo paroxyſmo venam ſecare conſultum eſt.

3 Imo in malo, ab hæmorrhoidibus ſuppreſſis originem trahente, quandoque cum maximo levamine in ipſo paroxyſmo in uſum trahuntur hirudines, locis hæmorrhoidalibus applicitæ.

4 Hirudines ordinarie fere ano & partibus infernis applicantur; Acta autem Nat. Cur. & temporibus applicatas felices effectus præſtitiſſe recenſent.

5 Arteriotomia a multis Auctoribus commendata, momentaneum interdum auxilium præſtat, plerumque autem affectum pejorem & pertinaciorem impoſterum reddit.

6 Vomitoria non facile exhibeantur, niſi ſumma neceſſitas eorum uſum ſuadeat; potius Salia neutra cum Sale Catharct. amar. bilem admodum infringentia & evacuantia iiſdem ſubſtituantur, vel ſaltem cum illis combinentur; in ſtatu autem inſigniter plethorico plane omittantur.

7 Opiata quamvis dolorem aliquo modo interdum ſopiant, nunquam tamen tuta ſunt, niſi temperantia vel præmittantur, vel jungantur, alias enim facile malum gravius reddunt & exaſperant.

8 Mixtura tonico-nervina in augmento mali non eſt exhibenda, ebullitionem enim ſanguinis adauget, ſed in declinatione mali egregie ſe gerit: Poteſt etiam interdum pro præſervando malo in uſum trahi.

9 Externe formulæ aquoſæ vitentur, præſtat eaſdem vel in ſicca, vel ſpirituoſa forma adhibuiſſe.

CAPUT TERTIUM.

De Pleuritide Spuria.

I. *Definitio.* PLeuritis ſpuria eſt affectus rhevmatico-ſpaſticus, a ſanguine verſus pectus translato & in partibus exterioribus muſculoſis ſtagnante, ortum trahens.

II. *Differentia.*

1 Ratione ſymptomatum.

a A vera Pleuritide & Peripnevmonia: quæ cum gravi horrore & ſubſequente intenſo calore incipiunt, ac præterea duritiem pulſus, earum pathognomonicum fere ſignum, nec non dolorem exquiſitiſſimum etiam in interiori pectoris paulo infra mamillam præcipue notabilem, cum pulſu ſynchronum, aliaque acerbiora ſymptomata conjuncta habent.

2 Ratione loci; Pleuritis vera & peripnevmonia, plevram & pulmones pro ſede mali agnoſcunt, ſpuria vero muſculoſas externas pectoris partes.

III. *Signa.*

1 Incipit utplurimum cum horrore levi & ſubſequente mitiori calore, nulla tamen febre certum typum ſervante, ſtipata eſt.

2 Occupat dolor vel ſcapulas vel claviculas, vel coſtas, utplurimum vero latus dextrum, præcipue in reſpiratione ſeſe exacerbans.

3 Reſpiratio præterea eſt difficilis & pectus interdum quaſi compreſſum, non niſi cum ſumma difficultate & inſigni dolore in reſpiratione dilatatur; appetitus proſtratus, ſomnus inquietus, vires languescentes.

4 Concurrit quoque tuſſicula, dolores plus minus exquiſite punctorios, non tamen cum pulſu ut in vera Pleuritide, ſed cum reſpiratione coincidentes, nec etiam ſputa colorata & ſanguinea conjuncta habens.

5 Nulla hic febris exquiſita ut in Pleuritide vera.

6 Pulſus non durus & tenſus eſt ut in vera Pleuritide, ſed mollis ut in partibus carnoſis inflammatis contingere ſolet.

7 Urina ruſſa ſimile ſedimentum tartareum deponens.

8 Ægri ſimiliter ac in vera Pleuritide difficulter & non niſi cum moleſtia in partem ſanam decumbere poſſunt.

9 Sanguis Venæſectione emiſſus, ſimiliter uti in Pleuritide vera, exhibet in ſuperficie cruſtam albam tenacem.

IV. *Subjectum.*

1 Sanguineo-Cholerici & Sanguineo-Melancholici, nec non Melancholico-phlegmatici Plethorici in juvenili ætate præprimis conſtituti, evacuationibus ſanguinis vel ſpontaneis vel artificialibus aſſueti, eaſque ſemel introductas negligentes, iracundiæ obnoxii, poſt uſurpatam diætam aromaticam & vinoſam aeri frigidiori & humidiori ſeſe exponentes, externas fortuitas concuſſiones incurrentes.

2 Congeſtionibus, Rhevmatibus & arthriticis affectibus obnoxii,

3 Perſonæ quibus ſcabies aliaque exanthemata in corporis habitu occurrentia, retropulſa fuerunt.

V. *Prognoſis.*

1 Juſta methodo facile curatur & nullum fere periculum poſt ſe trahit.

2 Quod ſi tamen vel per regimina ſudorifica æſtuoſa vel externa refrigerantia imperite tractatur, facile imprimis in junioribus tranſit in ſcirrhoſitates hepatis vel lienis, ad quas formandas admodum proclivis eſt.

3 Pleuritis ſpuria male tractata, facile degenerat in Pleuritidem veram, frequentius vero in Hepatitidem.

VI. *Remedia.*

1 Sanguinem abundantem in aſſuetis evacuant Venæſectiones.

2 Primarum viarum ſaburram evacuant & alvum expediunt vel vomitoria, vel laxantia: Manna, Caſſia, Tamarind. Senna, Rhabarb. Pil. Beccher. Balſam. Viſcer. clyſteres.

3 Sanguinem ad ſtaſin pronum reſolvunt, diſcutiunt & diluunt Nitroſa, abſorbentia: Oc. ℔. præp. matr. perl. præp. Conch. præparat. &c. Diaphoretica fixa: ♁. diaph. Bez. miner. &c. Alexipharmaca leniora: Eſſ. Alex. Stahlii, Pimpin. Scordii &c. Diluentia & lubricantia, nec non Emulſiones cum Sem. Card. mar. Herbæ pectorales Veronic. Tuſſilag. heder. Terr. Scabioſ. Sperm. Ceti, ſang. Hirci &c. Externe vero Cataplaſmata & Epithemata diſcutientia, camphorata: Spir. Vin. Camph. nec non emplaſtr. de Tacamah. Saponat. Barbette, vel Galban. cum empl. e Sperm. Ceti Mynſ. combinata & large camphorata.

4 Dolorum ferocium mitigant cinnabarina & in ſummo neceſſitatis caſu Anodyna correcta.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis Emeticus.

℞. *Rhabarb. elect.* ℈j. *Tart. emet. gr. ij.* *Sal. Polychr. gr.* iv. *M. pro una doſi.*

2 Potio Laxans.

℞. *Rhab. elect.* ʒiſs. *Paſſul. min.* *Tamarind. ana.* ʒſs. *Cryſtall. Tart.* ℈j. *Infunde in ſ. q. Aq. in Colat.* ʒiij. *diſſolve* *Mann. Calabr.* ʒj. *pro una vice.*

3 Pulvis Laxans.

℞. *Tart. Vitriolat.* ℈ij. *Reſin. Jalapp. gr.* vj. *M. pro j. doſi.*

4 Alius.

℞. *Sal. Cathart. amar.* ʒvj. *detur pro j. doſi.*

5 Pilulæ Laxant.

℞. *Pil. Balſam. Viſceral.* ʒij. *ſumantur* 15. *pro doſi mane vel veſperi.*

6 Liquor Laxans.

℞. *Liq. aperit. miner.* ʒiij. *vel* iv. *pro una vice.*

7 Pulvis diapnoico-temperans.

℞. *Mand. luc. piſc. præpar.* *Dent. apr. præp. ana.* ʒj. *Antimonii diaph.* *Nitr. depur.* *Tart. Vitriol. ana.* ʒſs. *Cinnab. Antimonii* ℈j. *M. doſis* 2. *cuſp. cultri bis per diem verſus veſperam & noctem.*

8 Essent. Alexipharmaco-diuretica.

℞. *Ess. Alex. Stahlii* ʒij. *Scordii*, *Tinct. Antimonii Tartar. ana.* ʒj. *M. mane, & circa meridiem* 30. *gutt. propinando.*

9 Species pectoral. pro Infuso.

℞. *Rad. Pimpin.* ℥ß. *Herb. Veron. Tussil. Scabios. ana. m*ß. *Flor. bellid.* *pap. rh. ana. p. j. Incisa coque in Aq. font. mane & circa meridiem tanquam vehiculum pro præscripta Essentia usurpando.*

10 Mixtura resolvens.

℞. *Ol. Amygd. dulc.* ʒj. *Sperm. Cet. rec.* ʒj. *Syr. Violar. vel Capill. Vener.* ℥ß. M. *bis per diem ad Cochl. j. calide propinando.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Sanguini turgescenti & ad stases prono exitus concedendus est per evacuationem sanguinis artificialem, præprimis in iis, qui vel spontaneis vel artificialibus ejusdem excretionibus sunt assueti.

2 Evacuatio emetica imprimis locum habet, quando iracundia affectui occasionem dedit; quod si vero nil tale occurrerit, laxantia & clysteres laxitati alvi satis prospiciunt.

3 Corpus in continua diapnoe servandum, ut congestoria stasis eo melius discuti & sanguis in priorem circulum æqualem eo citius redire possit, quod præter diaphoretica fixa, per potum tenuiorem & calide propinatum, Emulsiones, absorbentia, resolventia, & discutientia tam externe, quam interne in usum vocata, ac tranquillam corporis continentiam optime obtinetur.

4 Dolores raro anodynum exposcunt, sed cinnabarinis utplurimum facile cedunt, quod si tamen atrociores fuerint, pulveribus diapnoico-absorbentibus versus noctem gr. j. MPil. e Cynogl. mitigari possunt.

5 Tussicula levior concurrens, levamen capit ab herbis pectoralibus, sub infusi forma, nec non sperm. Ceti & Ol. Amygd. dulc. calide usurpatis.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Si necessitas non urget, præstat Venæsectionem intermittere, magis enim prodest præservatorie, quam curatorie.

2 Si vero necessitas eandem urgeat, statim subjungantur remedia supra præscripta fixa.

3 Externa calidiora acria, nec non volatilia absint, ne affectus externam regionem deserat, & viscera interna petat, ad quod valde proclivis est.

4 Multo minus conducunt externa refrigerantia & repellentia, a quorum usu simile quid metuendum.

5 Nil magis juvat, quam quieta corporis continentia; e contra animi pathemata facile novos insultus excitant.

6 Quando a præposterа medicatione jam febricula lenta successit, tum affectus methodum exposcit sibi congruum i. e. aperientem, resolventem & discutientem.

7 Opiata non conveniunt, nisi sedato jam aliquo modo impetu.

Caput Quartum,

De Nephritide Spuria.

I. *Definitio.* Nephritis est dolor dorsi & lumborum plus minus acerbus, a motu sanguinis, ad excretionem hæmorrhoidalem destinati, originem habens.

II. *Differentia.*

A vera *Nephritide*, quæ dolores sistit intimiores in ipsa Renum regione sese exerentes, cum concurrente febricula, conatibus vomendi, gravioribusque Symptomatibus, suo loco recitatis: *Nephritis Spuria* vero ab his Symptomatibus est immunis, solis doloribus tensivis & lancinantibus, magis externe perceptibilibus stipata.

III. *Signa.*

1 Dolores lumbares tensivi & contractorii circa partes musculosas externas sese exerentis, ita ut corpus præ dolore movere nequeant.

2 A motu corporis fortiori, equitatione, vectura, diæta calidiori, insigne augmentum capientes.

3 Alvum strictiorem connexum habentes.

IV. *Subjectum.*

Juvenes provectiores & *Viri* sanguinei, Sanguineo-Cholerici, vel Sanguineo-Melancholici, hæmorrhoidum fluxum vel jam experti, vel ad eundem proclives, a vita agili ad otiosam transeuntes, diætæ vinosæ & aromaticæ dediti, castra venerea admodum frequentantes, motus fortiores per vecturam aut equitationem instituentes, ac evacuationes sanguinis artificiales negligentes.

V. *Prognosis.*

1 Nephritis hæc spuria si cum nephritide vera confunditur, & insuper per medicamenta diuretica acriora tractatur, facillime copiosiorem congestionem & restrictionem sanguinis ad renes post se ducit, adeoque in vera nephritica mala transit.

2 Sicuti vera Nephritis insigne ab Hæmorrhoidibus fluentibus emolumentum capit, ita & hæc non contemnendam ab iisdem utilitatem habet expectandam.

3 Alvus adstricta dolores semper exacerbat.

4 In senibus dolor hic fixus inveteratus, non raro marasmum post se trahit.

VI. *Remedia.*

1 Sanguinem superfluum evacuant Venæsectio in pede & scarificationes in locis inferioribus celebratæ, specialissime vero hirudines locis hæmorrhoidalibus applicitæ.

2 Alvus strictior dolores augens solvitur vel per lenia laxantia: Mannam, Tamarindos, Rhabarbarum, Magnesiam albam &c. vel per clysteres.

3 Commotiones sanguinis temperant Nitrosa, absorbentia, diapnoica, digestiva & cinnabarina cum interpositis diluentibus, emulsivis & gelatinosis.

4 Externe stasin discutiunt, & partem affectam roborant Spir. Vini Camph. Serpilli abstractitius, Spir. formicarum, lenes frictiones, & in graviori & vehementiori sensu Embrocationes; Emplastrum item Saponat. *Barbette* loco affecto imponendum.

5 Revellunt & ad alia loca invitant supra commendatæ evacuationes sanguinis & alvinæ relaxationes, nec non motus corporis successive ad defatigationem & sudorem usque continuatus, cum interposito pediluviorum usu.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.

℞. *Magnes. alb.* ʒij. *d. ad Ch. pro j. vice.*

2 Alius.

℞. *Pulv. Lax. Hallens.* ℈j. *vel ad gr. xxv. pro una dosi.*

3 Potio laxans.

℞. *Tamarind. Passul. min. ana.* ℥ß. *Rhabarb. el.* ʒiß. *Crystall. Tart.* ℈j. *Coque in s. q. aq. Colat.* ℞. ʒiij. *vel* ʒiv. *dissolve Manna Calabr.* ʒj. *Pro una dosi.*

4 Pulvis diapnoico-absorbens.

℞. *Conch. præparat.* ♁ii *diaph. Tart. Vitriolat. Nitr. depur. ana.* ʒj. *Cinnab.* ♁ii ʒß. *M. dosis* ℈j. ʒj. *vel 4. per diem.*

5 Alius Nitroso-temperans.

℞. *Arcan. duplic. Nitr. depur. ana.* ʒij. *Cinnab. Nativ.* ʒß. *Dosis & usus ut antea.*

6 Decoctum Antispasmodicum.

℞. *Rad. Althææ* ʒj. *Liquir.* ℥ß. *Flor. Samb. m.* ß. *Bellid. min. p. j. Sem. Lini.* *Card. Mar. ana* ʒiß. *Incis. & contus. pro aliquot dosibus in sero lactis decoquenda & singulis mane hausius loco Thee.*

7 Emulsio resolv. & discut.

℞. *Amygd. dulc. exc. Sem. Card. mar. Alth. ana.* ʒij. *cum Aq. Chærefol. Card. mar. ä.* ʒvj. *f. l. a. Emulsio edulc. cum Syr. dialth. Fern.* ʒvj. *adde Oc.* ♋ *præparat.* ♁ii *diaph. ana.* ʒß. *Cochleatim propinanda.*

8 Spi-

8 Spiritus Externus diſcutiens.

℞. *Spir. Vin. Camphor.* ℥j. *Formic. ana.* ℥ß.
Serpilli. M. calide illinendus.

9 Alius.

℞. *Spir. Vin. Camph.* ℥j. *Formic. ana.* ℥ß.
Lumbr. Terr. M. uſus ut ſupra.

VII. *Methodus medendi.*

1 Ante omnia ad evacuationes ſanguinis vel ſpontaneas vel artificiales eſt reſpiciendum, ut illæ promoveantur & expediantur, & quidem talibus in locis ubi mali maximum emolumentum ſperandum eſt, quod vel in pedibus per adminiſtratas Venæſectiones & ſcarificationes, vel per applicationem hirudinum circa anum efficaciſſime contingit.

2 Quia adſtrictio alvi ſpaſmos in vicinia coortos adhuc magis fovet, ideo quamprimum ejuſdem lubricitas eſt reſtituenda, quod partim lenia laxantia, partim clyſteres efficiunt.

3 Sanguis vero ſpiſſeſcens & ad ſtaſin pronus diluatur per ſufficientem potum, diætam tenuiorem, gelatinoſa & emulſiva.

4 Ipſis ſanguinis & partium ſolidarum commotionibus conſulunt, præter jam dicta, pulveres Nitroſo-abſorbentes, diapnoici, cinnabarini & ſeri lactis uſus.

5 Ad æqualem circulationem nulla re melius ſanguis diſponitur, quam motu corporis voluntario ſucceſſive inſtituto & ad lenem uſque ſudationem aucto.

6 Revulſionem decubitus in lumbis facti poſt evacuationes ſanguinis & alvi ſupra commendatas peragunt etiam pediluvia.

7 Externe parti affectæ per diſcutientia & nervina temperatiora ſuccurrendum eſt, nec non lenes, frictiones & in vehementiori malo per ſtillicidia, imo lapſus calidarum aquarum.

VIII. *Cautelæ* Practicę.

1 Olea acriora & aromatica nec non volatilia externe uſurpata non conveniunt, partem enim affectam vel admodum ſenſibilem reddunt, vel ad ſtuporem diſponunt.

2 Neque etiam adſtringentia aliquid boni præſtant, ſiquidem tenſiones magis augeſcunt, & ſpaſmos inducunt.

3 Interne omnia calidiora & volatiliora locum haud inveniunt, ob orgaſmum majorem quem excitant.

4 Ipſa vero diuretica acriora in hoc affectu quam maxime vitanda, dum facillime veram Nephritidem poſt ſe trahere ſolent.

CAPUT QUINTUM.

De Malo Iſchiadico.

I. *Definitio.* MAlum Iſchiadicum eſt dolor admodum exquiſitus & vehemens regionem coxendicum occupans, a motibus & contentionibus Naturæ auctioribus ad excretionem ſanguinis per vaſa hæmorrhoidalia tendentibus, ortum habens.

II. *Differentia.*

1 Ab *arthritide*, hæ juniores magis affligit, & ſuperiores corporis partes occupat, illud annoſioribus familiare eſt, & in coxis ſedem habet.

2 A *Chiragra*, *Gonagra* & *Podagra* primo ratione loci affecti, ſecundo & ordinis: nam hæ poſteriores ſunt, illud prius.

3 A *Simplicioribus moliminibus* ad hæmorrhoides tendentibus vehementiæ & pertinaciæ gradu, qui in iſchiadico malo ſatis inſignis eſt.

III. *Signa.*

1 Præcedit aliquando dolor fixus in oſſe ſacro, vel ſubito vel ſenſim coxendices occupans.

2 Dolor vehemens & pertinax coxendices obſidet, in tendinibus circa junctiuras deſinentibus maxime ſæviens.

3 Muſculi totius lateris eximie ſtringuntur, ut præ rigoribus ægrotantes corpus neque flectere & incurvare poſſint abſque ingentibus doloribus, neque incurvatum abſque tali ſenſu erigere.

4 Dolor interdum ad genu, interdum vero ad pollicem pedis ſe extendit.

5 Nonnunquam jungitur etiam vaſorum per crura inflatio.

IV. *Subjectum.*

1 Sanguinei, Sanguineo-Cholerici, Sanguineo-Melancholici, plethorici, ſucculenti, paſſionibus animi & diætæ calidiori dediti, otioſi, præprimis hæmorrhoidum infauſtis ſucceſſibus laborantes.

2 Veneri nimis dediti.

3 Venæſectiones & ſcarificationes aſſuetas negligentes.

4 Rheumaticis affectibus antea obnoxii.

5 Frequentes Narium hæmorrhagias & congeſtiones ad varias partes paſſi.

6 Hæreditariam diſpoſitionem poſſidentes.

7 Fœminæ hyſtericis affectibus obnoxiæ, poſt ceſſationem Menſium.

8 Quibus ſudores pedum conſueti ſuppreſſi fuerunt.

9 Externas injurias & violentias paſſi.

V. *Prognoſis.*

1 Hæmorrhoidum, Iſchiadis, Nephritidis atque calculi renum inter ſe mutuo & cum podagra, non ſimpliciter perpetuæ, tamen multiplices utique & plane communes ſunt ſocietates, communicationes & conſpirationes. D. Stahl.

2 Dolor iſchiadicus inſolentior non ſolum certiſſime, ſed omnino etiam mature in Gonagram & Podagram extenditur. Idem.

3 Hæmorrhoidum fluxus, vel vicaria in locis vicinis ſanguinis evacuatio non tantum mitigat, ſed quandoque præſentiſſime tollit hocce malum.

4 Dolor Iſchiadicus circa os ſacrum longe citius mitigatur, & tollitur, quam ille, qui in junctura femoris innidulatur.

5 Quo magis inveteratum eſt hoc malum, eo difficilius medelam admittit.

6 Quibus longo coxendicis dolore vexatis coxa excidit, & rurſum incidit; iis mucores inſunt *Hipp. Aph.* 59. *S. VI.*

7 Quibus a diuturno coxendicis malo vexatis crus excidit, iis crus contabeſcit, & claudicant ſi non uſti fuerint. Idem *Aph.* 60. *S. VI.*

8 Quo magis movetur pars affecta, eo major exacerbatio metuenda.

9 Dolores locum affectum ſenſim deſerere & ad inferiora magis migrare bonum eſt.

VI. *Remedia.*

1 Abundantiam ſanguinis generaliter evacuant Venæſectiones in pede celebratæ, ſpecialiter hirudines ano applicitę, ut hæmorrhoides, ſi ſubfuerint, vel promoveantur vel revocentur.

2 Sanguinem temperant & dolores mitigant pulveres Nitroſo-abſorbentes ex Oc. ℔. vel Conch. præparat. Nitro depur. Sale digeſtivo, lumbric. terreſtr. & Cinnab. Antimonii, in dolore enormiori verſus ſomnum gr. j. Maſſ. Pil. e Cynogl. vel Pil. Wildeganſ. addendo: potus ſufficiens atque tenuis, Decoctum C. C. Thee, vel aliis herbis diſcutientibus alteratum.

3 Staſin ſanguinis diſſolvunt interne diaphoretica fixa, & lenia alexipharmaca; externe Spir. Vini Camph. Saponatus, Serpilli abſtractitius, lumbricor terreſtr. formicar. Empl. e Galban. Saponat. Barbette, largiter camphorata: Sacculi, ſuffitus, epithemata & ſuffimigia vaporoſa, ex diſcutientibus & roborantibus parata, cum ſubjuncto ſucceſſivo & ſenſim continuato motu.

4 Humores revellunt & ad alia loca invitant lenia laxantia, clyſteres, pediluvia.

5 Tono robur addunt diuretico-nervina Tinct. Antimonii Tartariſ. Tartari & Spir. C. C.

Formulæ Remediorum.

1 Nodulus Laxativus.

℞. *Rad. Cichor. Vincetox.* *Polypod. Qu. ana.* ℥ß. *Herb.*

Herb. Chamædr.
Chamæpyt.
Capill. Ois ana. mj.
Flor. Bellid. min. p. j.
Cort. Aurant. ʒij.
Fol. Senn. Or. ʒvj.
Rhabarb. el. ʒiij.
Hermodact. ʒij.
Fibr. Helleb. nigr. ʒj.
Cryſtall. Tart. ʒiſs.
Inciſ. contuſ. cum ℔. *j. Aquæ & ℔.iij. vini generoſ. infund.*

2 Pulvis temperans.

℞. *Arcan. dupl.*
Nitr. depur. ana. ʒiſs.
Cinnab. ♂*ii* ʒſs.
M. div. in 30. *p. æq.* 3. *vel* 4. *doſes per diem propinando.*

3 Pulvis diapnoico-temperans.

℞. *Pulv. Præcedens.* ʒj.
♁. *diaph.* ʒſs.
M. div. in 6. *p. æq. verſus noctem doſin j. porrigendo.*

4 Alius anodyno-temperans.

℞. *Conch. præparat.*
Lumbr. terreſtr.
Nitr. depurat.
Tart. Vitriol. ana. ℈j.
Maſſ. pil. e Cynogl. gr. j.
M. Div. in 4. *part. æq. Doſis & uſus præcedentis.*

5 Epithema.

℞. *Rad. Angelic.*
Sigill. Salom. ana ʒſs.
Herb. Chamædr.
Origan.
Serpilli ana. mſs.
Flor. Chamom.
Calend. ana. p. j.
Sem. Dauc. Cret.
Fœnic. ana. ʒiſs.
Inciſ. contuſa include ſaccu-lis vino calefacto imbuendis & applic.

6 Suffimigium.

℞. *Maſtich.*
Oliban. ana. ʒij.
Styrac. Calam. ʒj.
Flor. roſar.
Violar.
Stœchad. Citrin.
Lavend. ana. p. j.
Inciſa & contuſa D. ad Ch.

7 Spir. externus diſcutiens.

℞. *Spir. Vin. Camph.* ʒj.
Serpilli abſtract. ʒſs.
M. calide illinendo.

8 Eſſ. Tonico-diuret. interna.

℞. *Tinct. Antimonii vel Tart. acris.*
Spir. C. C. ana. ʒiſs.
30. gutt. bis vel ter per diem.

VII. *Methodus medendi.*

a In Paroxyſmo.

1 Per temperantia humoribus atque motibus auxilium præſtandum eſt, ordinando pulveres nitroſo digeſtivos ad ℈j. 3. vel 4. per diem, & injuncto ſufficiente potu, nec neglecta alvi libertate per clyſteres obtinenda.

2 Pro æqualitate circuli ſanguinis obtinenda addantur his pulveribus verſus noctem aliquot grana Antimonii diaph. ad diaphoreſin per noctem eo melius excitandam, vel in doloribus inſignioribus granulum j. Maſſ. pil. e Cynogl. ſubjunctis etiam poſt aliquot dierum decurſum leniori-bus alexipharmacis.

3 Externe diſcutiendi & leniendi ſcopo applicetur Spir. vini Camphor. Crocatus, & Serpilli, vel adhibeatur Empl. Sapon. Barb. aut e Galban. Camphor. vel etiam epithemata, ſacculi & ſuffimigia.

4 In declinatione mali, pro parte affecta roboranda, laudata Tinct. diuretico-nervina in uſum trahatur.

b Extra Paroxyſmum.

1 Proſpiciatur evacuationibus ſanguinis & ſpontaneis & artificialibus juſto ſemper tempore promovendis & celebrandis.

2 Alvus ſemper aperta ſervetur, quandoque etiam ventriculus & inteſtina repurgentur per nodolum cum epicraſi laxantem.

3 Motus imprimis corporis ſucceſſive in uſum trahendus haud negligatur: eximium enim præſtat levamen.

4 Pars etiam læſa ſemper a frigore muniatur, ne novi decubitus eo denuo fieri poſſint.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Melius ſemper evacuationes ſanguinis extra paroxyſmum in uſum trahuntur, quod ſi tamen vehementia mali contrarium indicat, in paroxyſmo eaſdem celebrare conveniet, quod ſæpius non abſque ſenſibili mali levamine contingit.

2 *Hirudinum* applicationem ad anum, quandoque etiam Venæſectionem in pede celebratam, in hoc affectu ſæpiſſime aliquid ſingulare præſtitiſſe, teſtantur innumeræ Autorum Obſervationes.

3 Uti lenia remedia laxantia ſumme efficua ſunt, ita acria & fortiora malum exaſperant.

4 Regimen diaphoreticum actuale huic affectui haud conducit; ſufficit ſub eruptione madoris matutino tempore lene alexipharmacum exhibuiſſe.

5 Motus corporis voluntarius, ſi aliquid ſenſibile præſtare debet, ſit laborioſior & diuturnior præmiſſa tamen ventilatione ſanguinis, & extra paroxyſmum inſtituendus.

6 Omnia remedia calefacientia, acria nervina, damnum afferunt, & tanto magis interne exhibita.

7 Emplaſtrum Saponatum Barbette, quando dolores non admodum fixi ſunt, egregiam edit efficaciam, in confirmato vero non item.

8 Idem quoque a Cerato matricali expectandum, ſi dolores non nimis ſunt acuti.

9 Balnea nil boni præſtant; ſuffimigia tamen vaporoſa præmiſſis præmittendis, haud abſq; notabili quandoque effectu in uſum trahuntur.

CAPUT SEXTUM.

De Podagra.

I. *Definitio.* POdagra eſt dolor tenſivus, vel rigoris & preſſionis ſenſum continuum & uniformem, vel diſcretum vibratilem & tractorium in paucis fibrillis exprimens, utplurimum cum febrilibus alterationibus conjunctus & a congeſtione ſanguinis hæmorrhoidali externa originem trahens.

II. *Differentia.*

1 *Ab Arthritide.*

a Ratione loci: hæc magis ſcapulas, junctu-ras humeri vel axillas, capita oſſis femoris, illa pedes ſtricte ſic dictos occupat.

b Ratione ætatis & ordinis: hæc juniores aggreditur & podagram antecedit, illa annoſiores corripit, & arthritidem demum excipit.

c Ratione pertinaciæ vel durationis: hæc citius periodum abſolvit, & ſæpius ab uno loco ad alterum vagatur, ubi ſpecialiter vaga audit, illa diutius perſiſtit & fixe quaſi unum locum tenet.

2 A *Chiragra*, malo Iſchiadico & Gonagra fere non niſi ratione loci: Chiragra manus fixe obſidet, malum Iſchiadicum os ſacrum & coxas, Gonagra vero genua.

3 Alia eſt *regularis* & ſtata obſervans tempora, alia vero eſt *irregularis*.

III. *Signa: Podagræ regularis.*

1 Podagra regulariter circa ſolſtitia & æquinoctia homines diſpoſitos invadit.

2 Paroxyſmum generalem fere ſemper præcedit apepſia, eruditas ventriculi, gravitas corporis & intumeſcentia ejuſdem quaſi ventoſa, quæ omnia quotidie ſenſim augentur, donec tandem erumpat paroxyſmus. Bagliv.

3 Antecedit gravativa corporis laſſitudo cum horripilationibus, quandoque vero manifeſto horrore & ſubſequente æſtu vel continuo vel vago.

4 Invadit circa veſperam aut noctem & ſummum gradum adipiſcitur poſt mediam noctem, verſus meridiem vero paroxyſmus pauliſper remittere obſervatur. Quodſi autem gravius animi pathema occaſionem ſubminiſtravit uno quaſi impetu erumpere ſolet.

5 Dolor vel vibratorius, tractorius & vellicatorius, vel obtuſus magis & contuſorius in magis phlegmaticis eſt, occupans vel genu vel longitudinem tibiæ, vel infimum pedem, ejuſque præcipue maximi digiti ſeu pollicis juncturam.

6 Quandoque adeo eſt acutus, ut nec levium linteorum pondus, neque ullum fortiorem ſtrepitum ſine doloris augmento ferre queant: micat, vibrat, palpitat & inſtar pectinis carpit.

7 Quo acrior autem eſt hic dolor, eo minus ulla alteratio externa coloris ſcil. caloris, & tumoris appa-

ret;

ret; in phlegmaticis autem satis manifesta inflatio & tumor partis affectæ conspicitur.

8 Somnus vix est ullus & qui forte post remissionem paroxysmi obrepit, anxiis pavoribus stipatus est; quod quidem præcipue in vigore mali contingere solet.

9 In quibusdam vero ad sudorem dispositis, in malo præcipue mitiori, observatur lenis quidam mador, quem aliqualis doloris mitigatio & somnus utcunque placidus sequitur.

10 Paroxysmus hic singulis revertitur diebus circa vesperam, tempore vero matutino iterum remittit.

11 Ultimi tamen prioribus mitiores sunt respectu durationis & vehementiæ doloris, ac tandem sensim sensimque imminuti, plane cessant.

12 In sanguineis notabilis quoque conspicitur tumor & rubor erysipelas referens, paroxysmo & dolore jam aliquomodo remittente.

13 Appetitus in principio morbi vel omnino prostratus est cum vomendi conatibus & actualibus vomitibus, vel sic satis adhuc viget.

14 Concurrant in priori casu sæpissime hypochondriaco-colica flatulenta; in posteriori vero lumbaria & calculosa pathemata.

15 Conspicua etiam circa principium Paroxysmorum vasorum per crura excurrentium turgescentia, juncta cum gravatione seu potius tensione aliqua partis affectæ & aspectu musculosarum partium compresso pallido, per totum morbi decursum & imprimis circa exitum, observanda.

16 In principio rarissime sudoris, (madoris tamen interdum) eruptio observatur, in morbi vero decremento aliqui experiuntur madorem, aliqui vero largiorem sudorem & præcipue in parte affecta, idque sub finem singulorum paroxysmorum.

17 Urina fere toto morbi tempore pauca est, ita ut æger tertiam tantum potulentorum assumtorum partem per urinam emittat: alvus pariter adstricta est; cessante vero morbi impetu & absoluto generali ambitu alvus lubrica redditur & urina in majori copia excernitur.

18 In vigore mali est rubicunda, valde crassa, pauliper obscura cum sedimento pauciſſimo levi albicante: in decremento vero deponit sedimentum crassius, submucidum roseum; affigit præterea tam parietibus vitri, quam ipsi fundo copiosa granula colore aurum æmulantia.

19 Quando dolores sensim remittunt, succedit tandem stupor & rigor partis affectæ, quem sæpius tumor, in quibusdam in vigore statim mali erumpens, excipit.

20 Aliquando vero secessio materiæ furfuraceæ paroxysmo finem imponit.

21 Secundum Sydenhamii observationem una Podagrica periodus e pluribus constat: quotidie circa mediam noctem incipientibus paroxysmis & fere intra 2. 3. vel 4. septimanas absolvitur, nisi perversa methodo, aut inveterata, mali pertinacia diutius adhuc protrahatur.

Podagræ irregularis.

1 Podagra irregulariter procedens, non fixum in pede affecto servat dolorem, sed modo hunc, modo illum corripit.

2 Grassatur quoque in alias partes & jam genu, alia vice manus, scapulas, cervicem, caput &c. occupat.

3 Digiti manuum incurvantur, & circa articulos apparent nodi tophacei.

4 In flexura cubiti interdum conspicitur tumor subalbus magnitudine ovum gallinaceum æquans, qui frequenter inflammatur cum insigni rubedine.

5 Tumores in pedibus tandem constanter permanent cum insigni membrorum pondere & gravitate & impotentia ad motum, quem non nisi cum summis cruciatibus exercere possunt.

6 Nec etiam regularia observat tempora, sed fere quovis tempore homines aggreditur.

7 Minime vero constantes servat periodos, quæ statis temporibus absolvuntur, sed sæpius per longum satis tempus ægros miserrime excruciat.

8 Interiores quoque partes aggreditur, & modo colicas gravissimas, dolores nephriticos, ac veram Nephritidem calculosam producit.

9 Somnus est admodum inquietus & per frequentes dolores punctorios turbatus, imo sæpius ob dolorum ferociam nullus.

10 Appetitus est prostratus & cruditates cum ructibus nidorosis ægrotos vexant.

11 Molestus pruritus & dolor dorsum & reliquas corporis partes circa somni tempus occupat.

12 Urina in reliqua Podagra pauca & rubicunda, hic decolor est & copiosa, illi quæ in Diabete excernitur, similis.

13 Dolores aliquo modo sedatos animi affectus facillime revocant.

IV. *Subjectum.*

1 Præcipue viri consistentis vel senilis ætatis, plethorici succulenti, spongiosi, temperamenti sanguinei, Sanguineo-Cholerici, Sanguineo-Melancholici, Phlegmatico-Melancholici, dictæ lautæ, aromaticæ, vinosæ dediti, veneris exercitio abusi, animi & præcipue iracundiæ passionibus laborantes, maxime etiam evacuationibus vel spontaneis, vel artificialibus assueti, in provectiore deinde ætate easdem negligentes, & vitam laboriosam cum otiosa commutantes.

2 Rarius graciles, nisi vel ante spongiosi fuerint, vel malum hæreditario modo a parentibus contraxerint.

3 Rarius etiam ætas junior, nisi vel hæreditaria dispositio, vel hæmorrhoides prægressæ, vel vini, iræ & veneris præmaturus abusus occasionem dederint.

4 Rarissime fœminæ, magis hypochondriaco-hysterici & arthriticis vagis pathematibus vel varicibus crurum obnoxiæ, quibus tamen hoc malum contingit, iis vel Mensium fluxus cessavit, vel sunt hæmorrhoidariæ, a quorum fluxuum infausto successu fiunt primo Ischiadicæ, tandem Podagricæ.

5 Infantes nunquam Podagra laborant, sed qui ipsis forte acciderint gemuli dolores, magis pro rheumaticis habendi sunt, a scabie, sudore repulsis, febribus male curatis &c. ortum habentes.

V. *Prognosis.*

1 Fixi spasmodici dolores quo magis a loco excretionis sanguineæ-hæmorrhoidalis ad quam collineant, remoti sunt, eo pertinacius insistunt & Medico minus auscultant.

2 Quo recentior adhuc est affectus, eo magis tam dieteticam, quam Pharmaceuticam medelam admittit.

3 In juvenibus & viris universalis morbi ambitus interdum spatio 14. dierum finitur, in senibus autem sæpius ad aliquot menses extenditur.

4 Inveterata Podagra mitigari, rarissime radicitus extirpari potest.

5 Qui admodum juniores Podagra corripiuntur ad insignem ætatem haud perveniunt, & hoc vel ob complicata hypochondrico-colica & primarum viarum, nimirum vomitus cruenti, lienteriæ, fluxus cœliaci, singultus, pathemata, vel ob facile consequentes inflammatorios internos affectus, nec non hectica, paralytica, apoplectica schemata.

6 Qui vero serius Podagrici fiunt, ad seram usque senectutem communiter vitam protrahunt.

7 Hi magis marasmode vel hydropico-hectico vel paralytico-apoplectico, vegetiores etiam acuto affectu vitam terminare observantur.

8 Omnes fere Podagrici nephriticis vel lumbaribus pathematibus cum calculosis urinæ vitiis simul sunt expositi, aut ad minimum eadem metuere debent.

9 Quicunque hæmorrhoidalibus fluxibus vel motibus obnoxii sunt, post horum ataxia in Podagram facile incidunt.

10 Restitutæ autem hæmorrhoides, vel Naturæ, vel Medici auxilio, Podagram si non tollunt plenarie, eximie tamen mitigant.

11 Inveteratis chiragrico-podagricis passionibus succedunt tandem diuturnæ & stabiles rigores & contracturæ partium affectarum, cui rei præcipue animi pathemata, dictæ & medicaminum vitia inserviunt.

12 Con-

12 Contingunt quoque his circa articulationes digitorum, aut etiam in extremitate ossis cubiti, seu Olecrano nodi quandoque satis insignes, a perverso emollientium & maturantium usu, in tophaceo-corrosivam corruptelam transeuntes.

13 Alias affectus recentior sibi relictus rarius ejusmodi nodos atque tophos, ortum plerumque refrigerantium & coagulantium abusui, concurrente temperamento phlegmatico, debentes, generat.

14 Squamarum quoque atque furfurum secessio admodum rara est, nisi patientes notabiliter fuerint cholerici.

15 Quamdiu pavores sub somno adhuc continuant, periodi podagricæ finis haud expectandus est.

16 Qui tumores in affecta parte post superatum morbum reportant, si diutius persteterint & tardius evanuerint, longius a novo insultu immunes vivunt.

17 Cholerico-Sanguinei non tam tumoribus, quam extenuationi partis affectæ expositi sunt, Sanguinei vero reportant ejusmodi tumores rubicundos, duros, phlegmatici autem magis œdematosos.

18 Podagram ab artubus ad interiora retropulsam vel sequuntur inflammatorii affectus hepatis, lienis, aut ventriculi, & hoc in junioribus, vegetioribus, iracundis, calidiori diætæ assuetis; vel hypochondriaco-colica pathemata cum primarum viarum ataxiis, appetitu dejecto, vomendi conatibus, actuali vomitu cruento, nec non agrypnia, febricula lenta & hectica, & hoc in annosioribus, phlegmaticis, potui haud vinoso, sed aqueo & cibis parum conditis, assuetis.

19 Quo vehementior dolor in paroxysmo fuit, eo brevius quidem terminatur Podagra, sed eo diutius novos paroxysmos protrahit, ac tandem eo certius definit in partis affectæ stuporem, vel stabilem rigidam tensionem.

20 Quo magis Bacchi, iræ & Veneris exercitio delectantur Podagrici, eo frequentioribus Podagræ recursibus sunt obnoxii.

21 Frequentius redeuntes Podagrici insultus, tandem admodum contumaces fiunt, & vehementiam ad jugulum usque protendunt, ubi ægroto parum boni prænunciant.

VI. *Remedia.*

1 Causam antecedentem scilicet Plethoram imminuunt generaliter venæsectio in pede, speciatim hirudinum applicatio ad anum, ut hæmorrhoides promoveantur, vel revocentur; scarificatio in partibus inferioribus, in subjectis habitu spongiosiori præditis.

2 Cruditates primarum viarum & præcipue bilem, motusque spasticos infigniter exasperantem, abstergunt & educunt lenia laxantia: Rhabarbarina, Sennata cum passulis minoribus, specifice Hermodactyli, Salina: Tartarus solubilis, Crystall. Tart, Sal mirab. Glauberi, Liq. Terr, fol. Tart, Magnes. alba &c.

3 Crasin sanguinis commoti & exæstuantis temperant, & partium solidarum strictura demulcent Nitrosa, absorbentia, gelatinosa, emulsiva, acidiuscula, clysteres emollientes & carminativi.

4 Æqualem humorum circulationem adjuvant potus sufficiens & tenuis ex ras. C. C. Ebor. Hord. Infusa ex herbis discutientibus Chamædr. Dulcamara, Hyssop. Verben. Veronic. Alexipharmaca temperatiora: Ess. Alexiph. Stahlii, Antimonii Tart. & in magis phlegmaticis, Succini; Decocta lignorum ex radicibus resolventibus: Sarsapar. Chinæ, Saponar, Pimpinell. Bardan. lign. Guajac. Sassafras &c.

5 Dolorum spasticorum vehementiam mitigant antispasmodica cinnabarina, correcta anodyna MPil. e Cynogl. Theriac. cœl. Pil. Wildegans. genuinæ & imprimis Essent. Dulc. Hallens. concentrata, ordinar. vel extenuata in- & externe usurpata.

6 Stasin in loco immediate affecto resolvunt & discutiunt, partim modo dicta diapnoica alexipharmaca & resolventia, partim lumbrici Terr. Antimonium diaphor. Bezoard. miner. Externe vero Spir. Vin. Camphor. Saponatus, Empl. e Galban, Saponat. Barbette, Sacculi calidi ex herbis Chamædr. Chamepyt. Origan. Serpilli, Puleg. Rad. Angelic. Sigill. Salom. Pimpin. albæ, flor. Verbasc. Calend. Samb. Sem. Anisi, fœnic. Dauci, farin. aven. Croc. in vino cocti vel Spir. Vini aspersi; Spir. acidus formicar. lumbric. serpilli abstractitius, Sapo Venetus in Spir. Vini solutus. Essent. Castor. &c. cum aliis parce mixtus, caseus recens cum pelle leporina, vel panni calentes suffitibus imbuti, frictiones cum excutia molli.

Formulæ Remediorum.

1 Nodulus Laxativus.

℞. Rad. Sarsap. Chinæ. Polyp. qu. ä. ℥ß. Herb. Chamædr. Chamæpyt. Capill. Qis ää. mß. Flor. Sambuc. — Verbasc. ana. p. j. Fol. Sennæ s. st. ʒj. Rhab. elect. ʒiij. Hermodact. ʒß. Crystall. Tart. ʒij. cum ℔. j. aq. fervent. & ℔. iij. Vin. generos. Infusa 3. vicibus assumendo.

2 Pulvis diapnoico-resolvens atque temperans.

℞. Antimonii diaphor. Nitr. depur. Arcan. dupl. — Pulv. lumbric. Terr. ä. ʒj. Cinnab. Antimonii ℈ij. M. dosis ℈j. 2. vel 3. per diem.

3 Pulvis anodyno-discutiens.

℞. Oc. ☉. præparat. Lumbr. terrest. præparat. ana. ʒß. Antimonii diaph. Nitr. depurat. — Arcan. dupl. ana. ℈j. Mass. pil. e Cynogl. gr. xj. M. j. Pulv. div. in vj. p. æq. Quotidie versus somni tempus dosin j. propinando.

4 Essentia diuretico-Nervina.

℞. Ess. Alexiph. Stahl. Tinct. Antimonii Tartaris. ana. ʒiß. — Ess. Succini ʒß. M. dosis gutt. 30. mane in jusculo exhibenda.

5 Alia.

℞. Tinct. Tartar. acr. Spir. C. C. rectif. ana. ʒiß. — M. Dos. gutt. 40. bis vel ter per diem in fine paroxysmi.

6 Spiritus Arthriticus pro usu externo.

℞. Spir. Vini Camphorat. ʒj. Lumbr. Terr. — Formicar. ana. ʒß. M. cum linteaminibus applicandus.

7 Linimentum pro usu externo.

℞. Sapon. Venet. ʒij. Campher. ʒij. Affunde Spir. Vin. q. s. & solve. — Adde Spir. Salis Ammoniac. ʒß. M. calide illinendum.

8 Sacculi discutient.

℞. Rad. Sigill. Salom. Pimpin. alb. ana. ʒj. Herb. Chamædr. Chamæpyt. Serpill. ana. Mj. — Fl. Sambuc. Chamom. ana. mß. Farin. aven. Mj. Incis. Cont. D. ad ch. Includ. Saccul. calide applicandus.

VII. *Methodus medendi.*

In Paroxysmo.

1 Post meridiem & versus noctem pulveres diapnoici, temperantes & cinnabarini bis, ter, vel quater sunt exhibendi, interpositis gelatinosis, diluentibus & emulsivis, nec neglectis externe fotibus & linimentis calidis discutientibus,

2 Mane vero, sudoribus erumpentibus, lene Alexipharmacum in jusculo, vel infusum diaphoreticum ex radicibus & herbis resolventibus est commendandum,

3 Alvus ut respondeat clyster emolliens cum pauxillo nitro injiciendus est, subjunctis deinde ad perpetuam alvi libertatem laxantibus congruis, vel sub nodulorum vel pulverum salinorum forma.

4 Post 14. forte dierum decursum versus vesperam aliquid anodyni correcti pulveribus addi, mane vero Tinctura diuretico-nervina in usum trahi potest.

5 Post superatum paroxysmum ad reliquias morbi profligandas alexipharmaco-diuretica per aliquod tempus adhuc continuare convenit, absque tamen regimine diaphoretico.

Extra Paroxysmum.

1 Pro causa materiali tollenda conducunt Venæsectiones æquinoctiales in pede instituendæ, imprimis

etiam ſcarificationes menſtruæ inſtante novilunio in parte affecta profundius faciendæ, nec non hirudines iisdem locis vel ano applicandæ.

2 Præmittantur aut poſtponantur laxationes per epicraſin, ſi neceſſitas requirat, ſingulis anni quadrantibus repetendæ.

3 Interponantur ad ſanguinis ſtaſin impediendam motus corporis, ſucceſſivus & continuatus, ſufficiens potus calidus diluens, non inebrians & decoctum lignorum, Alexipharmaco-tonica tempore humidiori uſurpanda, nec non pediluvia.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Omnes excretiones in Podagra leniori modo ſunt expediendæ, omnia quippe fortiora & volatilia adhibita paroxyſmos & dolorum vehementiam exacerbant.

2 Neglectus alvi ſucceſſus & diaphoica matoris excretio repulſa, pericula pariunt non contemnenda.

3 Ventilationes Sanguinis in paroxyſmo locum haud habent, niſi in primo ſtatim principio celebrentur: magis vero proſunt hirudines locis hæmorrhoidalibus appoſitæ, nec non ſcarificationes profundius factæ, magno ſatis cum fructu adhibentur.

4 Omnia calidiora, reſinoſa, Sulphurea interne data, ſanguinis orgaſmum adhuc magis adaugent.

5 Opiata largius data, abſque perita corporis laxatione ſubjuncta, facillimè periculoſa mala excitant, imo contracturarum frequentes ſunt authores.

6 Specifica vera admodum rara ſunt in hoc affectu, & quæ pro talibus venditantur, ſæpius vel nullius ſunt utilitatis, vel dolorem mitigando interdum alia gravia mala poſt ſe trahunt. Specificum tamen Hundertmarckii a quibuſdam laudatur.

7 Martialia, Bolaria, Salia volatilia intempeſtive & largius data, viſcera conſtringunt, & hæc ultima ſimul humores exagitant.

8 Remediorum externorum, ſpirituum ſcilicet urinoſorum, volatilium, fumantium, remediorum ſaturninorum, raninorum &c. applicationes, vel momentaneum tantum levamen (quod tamen facile nodi, tophi & contracturæ ſequuntur,) afferunt, vel retroceſſionem mali & hanc ſubſequentem viſcerum inflammationem producunt.

9 Acria nervina, calida olea deſtillata, Balſamus Indicus ardorem intolerabilem efficiunt, & inflammationem partis adaugent.

10 Spir. Vini Camphoratus & ſacculi ſicci optima ſunt remedia diſcutientia in ſubjectis Phlegmatico-Sanguineis, magis tamen proſunt, ſi Venæſectio fuerit præmiſſa.

11 Unctuoſa pinguia poros oblinendo & diaphoreſin impediendo leniunt quidem aliquo modo, ſed ordinarie contumaces contracturas producunt.

12 Emplaſtrum e Galban. Camphorat. præmiſſa Venæſectione in Phlegmatico-Sanguineis præſentiſſimum levamen præſtat maxime ſub initio; ubi tamen intra 2. vel 3. horas nil efficit, iterum auferendum eſt.

13 Spiritus acidus formicarum in paroxyſmo applicitus, dolores adauget, ſub exitu vero morbi pro rigoribus artuum emolliendis & contractura præoccupandis, efficax eſt.

14 Pediluvia emollientia in principio & ſub ipſo inſultu paroxyſmi minime conveniunt, quoniam dolores augent, quare non niſi paroxyſmo plenarie ceſſante ad tumorem tollendum, aut contracturam præcavendam in uſum trahantur.

15 Acidularum uſus cum leni & continuo corporis motu ſociatus, ſpongioſis & robuſtis quandoque levamen præſtat; teneri vero & graciles facile exinde in obſtructiones viſcerum incidunt.

16 Diæta lauta vinoſa, ira, venus, motus graviores, uti ad productionem mali multum conferunt, ita ſtudioſe ſunt vitanda, ne ſedato jam paroxyſmo, novi & graviores nimis cito denuo provocentur.

17 Malum retropulſum per interna diaphoica, temperantia, largiora diſcutientia & clyſteres; externe vero per impoſitionem Empl. e Galban. ſeu matrical. e tantillo Euphorbii revellendi ſcopo, tractandum eſt.

18 Tinctura Antarthritica nobis familiaris, in malo mitiori maxime quidem confert, in caſu vero graviori inſufficiens eſt.

19 In tumore podagrico extra paroxyſmum proſunt ſpecialiter Pilulæ Stahlii, vel noſtræ Balſamico-Viſcerales, præparata e Scylla, Sal mirab. Glauberi, Purgantia leniora, omiſſis opiatis, martialibus, & aliis adſtringentibus, quippe quæ verum œdema hydropicum generant.

20 Moxa Sinenſium a quibuſdam quidem laudatur; plerumque tamen inefficax eſt.

CAPUT SEPTIMUM.

De Rheumatiſmo & Arthritide Vaga.

I. *Definitio. Prioris* ſive *Rheumatiſmi*

Eſt decubitus humorum in variis partibus muſculoſis contingens, ſeu potius congeſtio ſanguinis incompleta generaliter ad hæmorrhagiam aliquam excitandam a Natura facta, ſpeciali vero reſtagnatione dolorem, calorem & interdum ruborem latius quandoque ſeſe diffundentem excitans.

Poſterioris ſive *Arthritidis Vagæ.*

Eſt dolor tenſorius, tractorius & vellicatorius cum ardore & pruritu conjunctus, articulationes corporis noſtri præcipue occupans, & modo ad hunc, modo ad illum locum tranſiens atque recurrens.

II. *Differentia.*

1 Ambo affectus diſtinguuntur ratione temporis & locorum: Rheumatiſmus prior eſt arthritide & muſculoſas partes occupat, arthritis vero corporis articulationes.

2 Ipſe vero *Rheumatiſmus* ratione loci & ætatis, ſubjectorum, vel caput, vel pectus, vel hypochondria, ubi Lumbago rheumatica quorundam notabilis, vel magis inferiora occupat.

3 *Arthritis vaga* ratione locorum, pertinaciæ & temporis, differt a Podagra, Gonagra, & Malo Iſchiadico: hæ quippe locum ſemel occupatum fixe retinent, niſi vi quadam repellantur, illa ſponte modo ad hunc, modo ad alium locum evagatur: Arthritis vaga plerumque prior, illi vero affectus poſteriores ſunt.

III. *Signa.*

a Rheumatiſmi.

1 Evenit plerumque poſt contentiorem corporis motum aut ſubitaneas aeris alterationes cum partis præcipue muſculoſæ aliqua inflatione, gravativo & tenſivo dolore, ardore & leniori inflammatorio rubore, motuſque illius partis impeditione.

2 Rarius incipit cum vero rigore atque horrore, niſi fortior fuerit impetus & major ſanguinis affluxus & reſtagnatio, ubi dolor, rubor, calor, omnia fortiora ſunt.

3 Contingit autem hoc poſterius præcipue in Rheumatiſmis internas corporis partes occupantibus.

4 Concurrunt præter hæc majora interdum incommoda, nimirum univerſi corporis languores, inquietudines, agrypniæ, inappetentiæ, præcordiorum anguſtiæ, in Rheumatiſmis ſcil. diffuſioribus, membris, vel per vim externam, vel febriles apoſtaſes debilitatis & receptui humorum magis aptis.

5 Inflammatio vero, ſi quæ contingit, eſt vel Phlegmonodes, quod quidem rarius, vel Eryſipelatodes, nunquam Apoſtematodes.

b Arthritidis Vagæ.

1 Conjunctum habet dolorem vellicatorium, vibratorium, tenſorium, quandoque etiam compunctorium & ſubtiliter reptilem, quaſi formicæ interiorem partem occuparent.

2 Articulationibus præcipue inſidet, nimirum vel ſcapulis, vel oſſi humeri ſeu axillæ, vel femori, coxis, manibus, genubus aut pedibus.

3 Non

3 Non fixe in uno ſemel loco occupato hæret, ſed recurrit & evagatur modo ad ſuperiora, modo ad inferiora, donec tumores in variis articulis poſt ſe relinquat.

IV. *Subjectum.*

a Rhevmatiſmis obnoxii ſunt Plethorici, Sanguineo-Cholerici, Venæſectionibus & Scarificationibus aſſueti, vitæ otioſæ, diætæ aromaticæ & vinoſæ dediti, aeris mutationes negligentes, a vi externa horum vel illorum membrorum debilitates reportantes, poſt febres in apoſtaſes artuum & horum languores incurrentes.

b Arthritidi Vagæ fere iidem, juniores nempe Plethorici, ſucculenti, iracundi, venerei, vitæ otioſæ dediti, delectamentum diætæ calidioris quærentes, & ob hereditariam diſpoſitionem ad eandem proni.

V. *Prognoſis.*

1 Rhevmatiſmi in exterioribus partibus contingentes, minus ſemper periculi portendunt, quam qui in interioribus fiunt.

2 Latiores quoque qui occupant ambitus, accuratiorem tractationem & obſervationem merentur, quam contrarii.

3 Rhevmatiſmi intra ſpatium aliquot dierum vel diſſolvuntur & diſcutiuntur, vel veram inflammationem poſt ſe trahunt.

4 Inflammatio Phlegmonodes, ſive in Rhevmatiſmo ſive in Arthritide contingat, periculoſior eſt Eryſipelatode.

5 Qui contingunt in partibus externis, a vi externa, vel apoſtaſibus febrilibus, debilitatis, frequentibus & diffuſis recurſibus facile aſſueſcunt.

6 Tam hi quam Arthritides vagæ per inconditum regimen male tractatæ, ad recurſus internos proclives ſunt.

7 Fiunt hi recurſus fere ſecundum ætates ad caput, diaphragma, præcordia, Venam-portæ, & ibi vel inflammatorios febriles, vel ſuffocativo-apoplecticos, vel ſpaſtico-convulſivos effectus exeruut.

8 Ab Arthritide vaga facile fixa, nimirum Malum Iſchiadicum, vel Podagra initium capit.

9 Econtra Podagra male tractata per fortiora ſudorifica quandoque fit vaga, mali plerumque moris.

10 Athritis vaga quæ ſponte evenit, per congruam ſæpius dietam a recurſibus liberari poteſt.

11 Evacuationes ſanguinis vel ſpontaneæ, vel artificiales neglectæ, facile & Rhevmatiſmos & Arthritides vagas poſt ſe trahere poſſunt.

12 Rhevmatiſmi ſæpiſſime cum Arthritide vaga complicantur, aut eandem poſt ſe ducunt.

VI. *Remedia.*

1 Sanguinem abundantem generaliter evacuant Venæſectio, Scarificatio, Hirudines, ſecundum certa & appropriata loca celebratæ & applicatæ.

2 Diſcuſſionem & reſolutionem ſtagnantis ſanguinis peragunt Diapnoica fixa: ♄. diaph. Bezoard. miner. Lumbr. Terreſtr. præparat. Tart. Vitriolat. Arcan. duplic. Tinct. Salin. Richt. & Cinnabarina; item Aquæ Diapnoicæ, lenia Alexipharmaca: Eſſ. Alexiph. Stahlii, Mixt. Simpl. Tinct. Bez. Mich. Eſſ. Scordii. Externe Herb. Chamom. Puleg. Matricar. Flor. Samb. Melilot. Bacc. Junip. Sem. Carvi. Camphora, Spir. Vin. Camphor. Emplaſtr. Sapon. Barbette, Spir. Lumbr. Terr. Formicarum &c.

3 Motum humorum cohibent & partium ſtricturam demulcent, Emulſiva, Gelatinoſa, Abſorbentia: Oc. ♋. præparat. Conchæ, Unic. foſſil. C.C. Philoſ. præparat. Potus ſufficiens diluens, calide propinatus, Clyſteres.

4 Primarum viarum ſaburram & ſanguinis ſuperfluitates ſeroſas evacuant lenia laxantia, Rhabarbarina, Sennata, Tamarindinata, Magneſia alba, Sal Cathart. amar.

5 Nimium æſtum refrenant & dolorum ferociam mitigant Nitroſa, Cinnabarina, acidiuſcula, opiata correcta.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis Laxans.

℞. *Specif. jalapp. gr.* xv. *vel* ℈j. *Magneſ. alb.* ℈ij. *M. pro una vice.*

2 Potio Laxans.

℞. *Tamarind.* ℥ß. *Rhabarb. el.* 3iß. *Cryſtall. Tart.* 3ß. *Infund. in ſ. q. Aq.* *Colat.* ℞. 3iij. *diſſolve.* *Mann. Calabr.* ℈j. *pro una doſi.*

3 Pulvis diapnoico-temperans.

℞. *Arcan. dupl.* *Antimonii diaph.* *Nitr. depur.* *Oc. ♋. præparat. ana.* 3j. *Cinnab.* ♄i. *vel nativ.* 3ß. *M.* ℈j. *bis vel ter per diem.*

4 Pulvis diapnoico-Anodynus.

℞. *Oc. ♋. praparat.* *Bez. miner.* *Nitr. depur.* *Tartar. Vitriolat. ana.* ℈j. *Cinnab.* ♄ii ℈ß. *MPil. de Cynogl. gr.* iv. *M. div. in 4. part. æq. doſis j. verſus noctem in doloribus enormioribus.*

5 Eſſent. diuret. diſcutiens.

℞. *Eſſ. Alexiph. Stahlii.* *Scordii.* *Tinct. Bez. Mich. ana* 3j. *M. doſis gutt.* 30. *mane in juſculo cum regimine diapnoico.*

6 Alia diuretico-Nervina.

℞. *Tinct.* ♄ii *Tartar.* *Tartari ana.* 3iß. *Croci* 3ß. *M. doſ. gutt.* 30. *bis per diem in declinatione mali.*

7 Epithema diſcutiens.

℞. *Herb. Chamom.* *Origan.* *Matric.* *Flor. Samb. ana. mß.* *Bacc. Junip.* ℥ß. *Sem. Carvi* 3ij. *Camph.* ℈j. *Inciſ. contuſ. include ſaeculis.*

8 Spiritus Reſolvens.

℞. *Spir. Vin. Camph.* ℥j. *Lil. Convall.* *Serpill. ana.* ℥ß. *M. pro uſu externo.*

9 Alius.

℞. *Spir. Vin. Camph.* ℥j. *Lumbr. Terr.* *Formic. ana.* ℥ß. *M. pro uſu externo in declinatione mali.*

VII. *Methodus medendi.*

1 *In Paroxyſmo* diſcuſſio & reſolutio reſtagnantium humorum tam externe quam interne peragenda eſt.

2 Alvi libertas vel per clyſteres, vel ſi malum permittit, per lenia laxantia concilianda eſt.

3 Ad humorum ſtagnantium meliorem diſſolutionem & æqualem circulationem potus ſufficiens, tenuis, ſubcalidus in uſum trahendus.

4 Orgaſmus, ſi quis adeſt, compeſcatur per Emulſiones, Nitrata, abſorbentia & gelatinoſa.

5 Rarius Opiatis ad dolores mitigandos opus eſt, ſed plerumque præter nominata, cinnabarina ſufficiunt; ſi quid tamen deſiderabitur Eſſ. Dulc. Hallenſ. per ſe vel granum j. vel alterum MPil. de Cynogl. verſus noctem pulveribus diapnoico cinnabarinis additum, intentioni ſatisfaciet.

6 *Extra Paroxyſmos*, imprimis ad evacuationes ſanguinis tam ſpontaneas quam artificiales aſſuetas reſpiciatur, ut illæ expediantur, hæ vero tempore æquinoctiali bis per annum celebrentur, quod quidem etiam in locis convenientibus fiat.

7 Ob meliorem etiam effectum impetrandum conducet præmiſſio laxationis epicraticæ.

8 Imprimis autem motus corporis ſufficiens, ſucceſſivus & continuatus commendatus ſit, nec non diæta dilutior animi quoque pathematum moderamen.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Medicationes omnes fortiores ſuſpectæ ſunt, facile enim ataxiam morbi poſt ſe ducunt.

2 Idedque neque purgantia fortiora, neque diaphoretica, multo minus emetica in uſum trahere convenit.

3 Ipſæ quoque evacuationes ſanguinis in Paroxyſmo, niſi neceſſitas exigat, haud celebrandæ ſunt; quia facile malum exinde fit rebelle, & in ſubſequentibus recurſibus nulli niſi huic medicationi amplius auſcultat: majqr autem earum eſt efficacia, ſi extra paroxyſmos præſervationis gratia in uſum trahuntur.

4 Omnia insuper aquea absint; ideoque neque ipse Spir. Vini, nisi admodum sit dephlegmatus convenit.
5 Ex eadem ratione Topica melius in sicca semper forma imponuntur.
6 Salia volatilia externe moderata dosi ordinentur, facile enim subtiliores partes materiæ morbificæ repellunt, & crassioribus relictis, tumores stuporesque inducunt.
7 Rhevmatismi quo magis calidiori regimine & medicatione tractantur, eo facilius in affectus arthriticos migrant.

SECTIO III.

DE

INFLAMMATIONIBUS ET FEBRIBUS INFLAMMATORIIS.

CAPUT PRIMUM.

De Inflammationibus in genere.

I. *Definitio.* INflammatio est motus partialis sanguinis auctioris, quo Natura sanguinem in parte aliqua subsistentem, sive motu progressivo privatum & coagulatum, indeque in corruptionem putredinosam pronum vel mature discutere, & rursus fluidum reddere, vel agilioribus fermentativis particulis subtractis, in consistentiam materiæ pulposæ innoxiæ, quam pus appellamus, redigere conatur. Motus hic particularis auctior facillime quoque in universam massam sanguineam diffunditur, & tunc febris inflammatoria appellatur.

II. *Differentia.*
1 Aliæ Inflammationes sunt
a Apostematodes, quæ partes carnosas, vel glandulosas obsident, ac magis in profundum penetrant, & ad suppurationem utplurimum tendunt. Comites hæ habent quandoque, si res minus feliciter procedit, Gangrænam & Sphacelum.
b Erysipelaceæ, quæ partes exsangues & membranaceas afficiunt, & magis in latum superficietenus diffunduntur, ad suppurationem raro pronæ.
c Phlegmonodes, quæ in latum & profundum diffunduntur, & licet insignem ambitum comprehendant, ad suppurationem tamen minus sunt idoneæ.
d Mixtæ, quæ ex stasi sanguinea & seroso-lymphatica simul originem ducunt, & magis ad ulcerosas, quam suppuratorias corruptelas pronæ sunt.
2 Aliæ sunt
1 *Externæ*, ut Tumores inflammatorii Parotidum, Mammarum, Testium &c. Furunculi in variis partibus carnosis emergentes, Erysipelas faciei, brachiorum, manuum, genuum, tibiarum, pedum, Ophthalmia, seu inflammatio tunicæ adnatæ oculorum, imo interdum palpebrarum.
2 *Internæ*, ut *Phrenitis*, sive Inflammatio meningum cerebri, *Angina*, sive inflammatio musculorum & glandularum Laryngis, *Pleuritis*, sive inflammatio Plevræ, *Peripneumonia*, sive inflammatio Pulmonum, *Paraphrenitis*, sive inflammatio Diaphragmatis, *Hepatitis*, sive inflammatio Hepatis, *Nephritis*, sive inflammatio Renum &c.
3 Aliæ oriuntur a causis
1 *Externis*; contusione, lapsu, nisu fortiori, refrigerio repentino.
2 *Intrinsecus*; quæ motu quasi critico certam partem invadunt, ut Phrenitis vel Angina, febribus acutis male cedentibus superveniens, tumor inflammatorius mammarum a terrore incusso, Erysipelas ab ira vel terrore graviore, tumor inflammatorius testium vel glandularum inguinalium a Gonorrhœa intempestive suppressa, Furunculi hominibus Plethoricis & ventilationibus sanguineis assuetis, evenientes.

III. *Signa*, & quidem
1 Inflammationis externæ sunt:
a Tumor, partis alicujus mollis & porosæ haud ita pridem enatus, durus & renitens, rubens etiam, si cutis una affecta sit.
b Ardor, sive calor, naturali major, etiam externo attactu perceptibilis, longe magis tamen ipsi patienti sensibilis, imo
c Dolor punctorius, pulsus micationibus respondens, exquisitior in partibus carnosis, obtusior in locis glandulosis.
d Succedens intra aliquot horas vel dies, pro ratione profunditatis vel amplitudinis ipsius inflammationis varians, vel mitigatio & discussio, vel ipsius tandem stasios corruptio, pro diversitate locorum vel purulentam, vel ulcerosam materiam producens.
2 Inflammationum internarum signa diagnostica utplurimum paulo intricatiora sunt, & minus evidentia, præsertim circa initia, possunt tamen attendi sequentia;
a Color ardens, lancinans in aliqua regione sub qua viscus aliquod delitescit, pro diversa tamen viscerum sensibilitate varians; in pulmonibus enim Pleura, Renibus, ventriculo maxime sensibilis, atque illic cum tussi, isthic cum Ischuria vel Dysuria, hic cum Cardialgia conjunctus, in Hepate vero Liene, Pancreate obtusior.
b Febris acuta cum horrore insigni invadens, æstu vehementissimo interiora præcipue affligens, ac propterea sitim inextinguibilem & magnam faucium siccitatem, potui mox iterum succedentem, excitans.
c Perpetua habitus externi corporis *horripilatio* facillime recurrens, si ægri leviter saltem corpus ventilent.
d Urina rutilans, per moram deponens sedimentum rosei coloris, primis diebus tenerius, circa declinationem vero tenacius & submucidum; quod proinde nonnulli pro pure habuerunt.
e Prægressæ *vehementes* corporis *motiones* cursibus, saltationibus, ponderum graviorum, cum forti nisu, tractationibus, item partu difficiliore factæ, repentinæ, commoto & expanso vehementer sanguine, habitus externi refrigerationes, aut internæ quoque a potu frigido, mox & intemperanter superingesto, sanguinis commotionibus febrilibus repente appositæ medicationes adstrictoriæ, dolorum Arthriticorum aut inflammationum erysipelacearum inconsultæ retropulsiones.

IV. *Subjectum.*
1 Inflammationibus facilius obnoxii fiunt personæ status plethorici, habitus laxioris, porosioris.
2 Rhevmatismis divexati & imperite per medicamenta refrigerantia & repellentia tractati.
3 Excretiones diapnoicas & evacuationes sanguinis assuetas non bene observantes.
4 Iracundiæ & diætæ vinosæ dediti.
5 A vi quadam externa percussi, aut vulnerati.

V. *Prognosis.*
1 Eventus inflammationis est quadruplex, nam vel
1 Resolvitur iterum per discussionem successivam, qui modus omnium optimus est: vel
2 Suppuratur, quod in externis inflammationibus, præterquam in erysipelaceis, etiam tolerabiles: vel
3 Deficcatur in Scirrhum, quod ad minimum in futurum periculosum est: vel
4 Denique abit in gangrænam & sphacelum, quod præsentissimum periculum infert.
2 In inflammatione externa proinde, si tumor, duricies, ardor & dolor punctorius ultra quartum diem perennet, imo jugiter insolescat; non amplius discussio speranda, sed suppuratio expectanda erit.
3 Contingit autem hæc suppuratoria corruptela eo facilius, quo major concursus sanguinis in parte inflammata adest.

4 Quo minor autem ſanguinis quantitas, ſeri vero major proportio ad loca inflammata vehitur, eo certius ulceroſa vel cancroſa corruptela metuenda eſt.

5 Abſceſſuum ſuppuratorum mundificatio & conſolidatio in partibus glanduloſis longe laborioſior eſt, quam in carnoſis; imo ſine ſublidio artis & manuali repurgatione vix perpetranda; imo in viſceribus internis & Naturæ & Arti propemodum impoſſibilis.

6 Si ſtaſis valde ſit magna, fibræ flaccidæ & enervatæ, aut plane laceratæ & contuſæ; nec diſcuſſio, nec juſta maturatio commode fieri poteſt; adeoque facile Gangræna & Sphacelus ſupervenit.

7 Si rubor partis affectæ in colorem ex fuſco atrum aut lividiorem degeneret, cum ſtriis circum circa ex rubro nigrantibus, quas Vibices appellant, & cuticula a cute recedat; aut contra ſi cutis decolor evadat, & puſtulæ hinc inde emergant, ichorem ſubcruentum ſtillantes, Gangræna præſto eſt: cui ſi frigus, partis inſenſibilitas, fœtor ſuperveniat, Sphacelus non tam imminet, quam invaleſcit.

8 Inflammationes internæ omnes periculo ſunt pleniſſimæ.

9 Quæ non perniciter pernicioſæ ſunt, lentas tamen hecticas conſumptiones poſt ſe trahunt.

10 Perniciofiſſimæ ſunt inflammationes Hepatis, poſt has ſtomachi, Inteſtini duodeni, Pancreatis, Uteri; proximæ ab his Spleneticæ; poſtremæ ad perniciem Nephriticæ ſunt; Pleuriticæ & Peripneumonicæ in junioribus non adeo pernicioſæ, magis tamen in annoſioribus.

11 Eximii itidem periculi ſunt inflammationes internæ, externis congeſtionibus Arthriticis, vel Eryſipelaceis retropulſis ſupervenientes.

12 Exitus hujuſmodi Febrium inflammatoriarum eſt, ut ſucceſſive diſſolvantur, communiter tamen diebus criticis, ut vel per hæmorrhagias narium, per ſudores copioſos ſpontaneos, ſive per alvi dejectiones alteratio quædam ſuſcipiatur & ſequatur. Si hoc non fiat, ut criticis diebus, & imprimis primo ſeptenario ſolutio ſequatur, tunc ſuppurationis, vel ſphaceli metus eſt, quorum utrumque ferme æque funeſtum eſt.

13 Urina, ſi circa dies indicatorios, hoc eſt quartum, vel quintum turbetur, & ſedimentum deponat, bonum omen præbet; contra, ſi clara maneat & limpida, aut licet turbetur, nullum tamen ſedimentum demittat, ſed parietes vitri alba, lactea & ſubcœrulea cuticula obducat, æſtu & anxietate interim valde augeſcente, impendens circa dies criticos periculum imo exitium portendit.

14 Supervenit quoque communiter Febribus his inflammatoriis, præſertim circa indicatorios, perpetua veluti ſudatio, ut licet copioſam aquoſitatem non exſudent, leni tamen madore cutis jugiter affecta ſit. Tolerabilius hoc ad minimum, quam ubi perpetua ſiccitate cutis aret, & ſine ulla tranſpiratione largiori decumbunt ægri, longe enim magis ſenſibilem & anxium reddit patientibus æſtum.

15 Summa anxietas cum ingente ardore interno, multa perfrigeratio extremorum, ſyncope anxia, ſingultus contumax ſtatui morbi ſuperveniens, non vero ab externa refrigeratione coortus, ſudationes enormes, non modo non immutato morbo, ſed creſcente inſuper debilitate, infauſta ſunt præſagia.

16 Vomitus nigræ, aut fuſco-nigræ materiæ inſtar Rob Sambuci circa criticos, in talibus febribus propinquæ mortis ſignum; in Chronicis morbis non adeo periculoſus eſt talis vomitus.

17 Imo talis dejectio, aut colorum quoque aliorum inſolitorum excrementa, per alvi fluxum iſto tempore perrumpentia, nullius boni præſagii ſunt.

18 Si dolores admodum urgeant, & indies veluti augeſcant, magna quoque febris & ſumma inquietudo perennet, & poſtmodum ſimul & ſemel omnis dolor evaneſcat, pulſus & vires cadant, febris tamen pergat; ſignum eſt, aut ſphacelum jam invaluiſſe, aut ſuppuratum, aut ruptum eſſe abſceſſum.

VI. *Remedia* & quidem

A *In externis Inflammationibus.*

1 Nimis copioſum affluxum intercipiunt & avertunt Venæſectio revulſoria, repellentia & ſubadſtringentia, item refrigerantia, v. g. Acetum roſaceum, Vinum rubrum ſtypticum, Saturnina, Bolaria & inde parata Epithemata cum albumine ovorum, aut Emplaſtra defenſiva. Facit etiam huc actualis compreſſio, imprimis ferro frigido facta.

2 Sanguinem ſtagnantem & coagulaſcentem diſcutiunt ea, quæ penetrantem acrimoniam citra viſciditatem poſſident: v. g. Rad. Irid. Florent. Sibill. Salom. Bryon. Herb. Hyſſop. Abrotani, Sabin. Sem. Aniſi, Fœnic. Carv. Cumin. Flor. Chamom. Sambuc. Anethi, Melil. Summit. Origani, quæ ſacculis inſui, Vino calido imbui, atque ita leniter rurſus expreſſa applicari poſſunt. Inter hæc omnia tamen principatum fere obtinet Camphora, præſertim in Spir. Vini tenuiſſimo diſſoluta, aut aliis formulis ſuperadſperſa. Ex compoſitis celebria ſunt Emplaſtrum Diaphoreticum Mynſ. item de Sperm. Ceti, nec non Spir. Vin. Camph. crocatus.

3 Tenſionem dolorificam leniunt, emolliunt atque ita ſuppurationem promovent mucilaginoſa & pinguia, e. g. Sem. Lini, Cydon. Plyll. Rad. Lil. alb. Alth. Herb. Branc. Urſin. Parietaria, Flor. Verbaſci, Linar. cum cremore avenæ, aut pane ſimilagineo in lacte vel aqua cocta, atque in formam Cataplaſmatis redacta; quibus & addi poſſunt ficus, item Pinguedo Anſeris, Anatis, Gallinæ, ut & Olea per infuſionem parata. Lil. alb. Chamom. Verbaſc.

4 Ruptionem promovent ea, quæ præſentius & penitius emolliunt, ut Cepæ aſſæ, Pinguedo Leporis, Mel cum farina ſcalina ſubactum, panis mellagineus, Fermentum recens.

5 Ipſam apertionem abſceſſus ſuppurati præſtant Cauteria potentialia, v. g. Magnes Arſenicalis, Cauſticum indolens ZWingeri ex Calce viva, Minio & Sapone nigro, vel actualis inciſio manu chirurgica peracta.

6 Mundificationem & conſolidationem juvant acriuſcula Nervina & Balſamica: Myrrha, Sagapen. Sarcocoll. Decoct. Herb. Vulner. item Eſſent. Balſamica infra in formulis num. 9. deſcripta, & ad gutt. 20. vel 30. inſtillanda.

B *In inflammationibus internis:*

1 Staſin ſanguinis reſolvere & diſcutere traduntur Flor. Bellid. Chærefol. rec. in ſubſtantia uſurpata. Herb. Arnicæ in cereviſia decocta, Sperma Ceti, Mumia, ſanguis Hirci exiccatus, Rad. Rub. Tinctor, Pimpinella alba. Pulv. Solar. D. Richt.

2 Febri complicatæ proſpiciunt Diluentia, præſertim calide hauſta, v. g. Decoct. Rad. Cichor. Schorzon. C. C. Eboris, item Abſorbentia cum acidis ſaturata, v. g. Lap. ♋. & Oſtracodermata in ſucco Citri exhibita; porro Diaphoretica fixa, inter quæ reliquis præſtat ♁. Diaphor. Tandem Alexipharmaca temperata, v. g. Mixtura ſimplex parcius camphorata, Eſſ. Alexiph. cui Eſſ. Scordii largius admixta, aut ſola Eſſ. Pimpin. cum æquali portione Eſſent. Scordii remixta.

3 Sitim & ardorem internum mitigat, ſucceſſum quoque alvi promovet Nitrum, primis tamen diebus frequentius, poſt quartum parcius exhibendum.

4 Dolorum atrociam leniunt Anodyna v. g. Eſſ. Laudan. fermentata Langelotti cum Eſſ. Mumiæ; aut Eſſ. Anodyn. cum Tinct. Corall. & Liq. C.C. ſuccinato, & præ ceteris omnibus, Eſſ. dulc. Hall. cum Pulv. Solar. ſæpius alternatim exhibita. item emulſiones ex Sem. Papav. alb. Card. Mariæ, Aquileg. Amygd. dulc.

Formulæ Remediorum.

1 Potio Resolvens.

℞. *Aq. Scabios.* *Dent. Apr. præp. ana.* ℈ij.
Chæref. *Sang. Hirci.* ℈j.
Fl. Samb. ana. ʒj. *Pulv. Solar. Dos.* iij.
e typh. Cerv. ʒß. *Syr. Card. Bened.* ʒiij.
Mandib. luc. pisc. præpar. *M. cochleatim exhibenda.*

2 Alia Diaphoretico-Temperans.

℞. *Aq. Scordii.* *Antimonii Diaph. ana.*
Galeg. ℈ij.
Ulmar. ana. ʒj. *Spir. Nitr. dulc.* ℈j.
C. C. Citr. ʒvj. *Tab. M. X. Simp.* ʒß.
Oc. ℔. *præparat.* *M. cochleatim porrigenda.*

3 Alia.

℞. *Aq. flor. aeac.* *Antimonii Diaph. ana.*
Scabios. ℈ij.
Card. Ben. ℔. ʒiß. *Nitr. depur.* ℈j.
Succ. Citr. rec. ʒiij. *Syr. acetos. Citr.* ʒß.
Conch. præparat. *M. cochleatim propinanda.*

4 Mixt. Diapn. discutiens.

℞. *Ess. Alexiph.* *Spir. Nitr. dulc.* ℈ij.
Scordii ana. ʒij. *M. dos.* 25. *ad* 30. *gutt.*

5 Alia.

℞. *Ess. Pimpin.* *M. dosis ut antea.*
Scord. ana. ʒij.

6 Emulsio resolvens Anodyna & diaphoretica.

℞. *Sem. Card. Mar.* *F. l. a. Emulsio.*
Aquileg. ana. ʒiij. *Colat.* ℥v. *adde*
Pap. alb. ʒij. *Antimonii diaph.*
Aq. Scabios. *Matr. perl. ana.* ʒß.
Chæref. ana. q. s. *Sacch. fin. q. s. ad gratiam.*

7 Sacculus discutiens.

℞. *Rad. Ireos Flor.* *Flor. Samb. ana.* mß.
Sigill. Salom. *Sem. Anis.*
Pimpin. ana. ʒß. *Fœnic. ana.* ʒij.
Herb. Chamom. *Applicetur vel siccus, vel in*
Chæref. *vino coctus & expressus.*

8 Pulvis discutiens.

℞. *Farin. Fabar.* ʒj. *Camph.* ʒj. *M.*
Pulv. rad. Ir. flor. ʒß. *pro usu externo in inflamma-*
Ceruss. ʒiij. *tione erysipelacea.*

9 Essentia consolidans.

℞. *Ess. Myrrh.* ʒij. *vel* iv.
Succin. ʒj. *M. gutt.* 20. *ad* 30. *instil-*
Ol. Tereb. gutt. iij. *landæ.*

10 Cataplasma emolliens.

℞. *Rad. Alth.* *Fœnugr. ana.* ʒß.
Lil. alb. ana. ʒj. *Coque in s. q. lactis ad consi-*
Herb. Malv. *stet. pultis, trajice, adde Pulp.*
Branc. Ursin. *Caric. ping.*
Parietar. ana. mj. *Pingued. Anser. ana.* ʒß.
Flor. Verbasc. *M. D. ad fictile: S. externe*
Linar. ana. mß. *imponendum pro suppuratio-*
Sem. Lini. *ne promovenda.*

VII. *Methodus medendi.*

1 In Stasibus inflammatoriis externis ante omnia tentanda est discussio.

2 Si affluxus sit vehemens & subjectum plethoricum, Venæsectio revulsoria insuper ex usu est.

3 Quodsi tamen ultra quartum diem Stasis, Tumor, & Dolor perseveret, quin augescat maturatio, tandem apertio & mundificatoria abstersio est necessaria, quibus rite peractis, sponte sequetur consolidatio.

4 In stasibus inflammatoriis internis, unice tentanda est Discussio, placide tamen & successive, non cum impetu & vehementia.

5 Febris conjuncta, cum ipsa quoque hanc discussionem intendat, nullo modo turbetur, aut supprimatur, sed quantum fieri potest per tranquillam continentiam, per temperatum & lecti & conclavis calorem; item per diluentia, Nitrosa, absorbentia cum acidis maritata, & alia diaphoretico-diuretica sublevetur.

6 Ubi dolores admodum insolescunt, & revera urgent, habent usum Anodyna, sed moderatum, ad mitigandum, non vero ad tollendum sensum, in incremento potius, quam circa statum.

7 Alvus servetur aperta, non tamen positive stimuletur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In omni Inflammatione nocet actuale refrigerium, quia sanguinem coagulat: nocet nimia humectatio, quoniam fibras laxat & copiosiori irruptioni locum præbet: nocet intempestiva adstrictio, quia aditum & transitum reliqui sanguinis fluidi, portionem coagulatum resoluturi, intercipit, & scirrhosam indurationem inducit: nocent nimis calefacientia & siccantia, quia ardorem inutiliter augent, & scirrhosam indurationem promovent: nocet præmatura incisio, quoniam suppurationem debitam interturbat.

2 In collectione sanguinis & hinc metuenda Stasi inflammatoria a contusione, dum adhuc fluxilis, imo in fluxu constitutus est sanguis, juvat actualis compressio ferro frigido facta, tamdiu continuanda, donec omnis dolor cessaverit.

3 Si collectio sanguinis per contusionem extravasati nimis sit magna, ita ut tumor non durus, sed tactu mollis occurrat, matura incisione & sanguinis congrumati eductione opus est, antequam accedat Inflammatio: nulla enim justa maturatio, neque etiam discussio tum est speranda.

4 In initio inflammationum conferunt lenia adstringentia saturnina, ubi scilicet materia adhuc fluxilis est; contra vero in inflammationibus obstirmatis copiosius adhibita, ulcera inducunt mali moris.

5 Si Stasis profundius hæret, atque Inflammatio cutim non simul affecit, neque albedo cutis, tanquam signum sufficientis maturationis, neque spontanea apertio est expectanda; sed si aliqualis mollities tactui occurrit, Incisio manu chirurgica est instituenda.

6 Quando Abscessus multum puris continet; non una vice omne est evacuandum, quia fibræ alias nimis flaccescunt.

7 Venæsectio utilis est Inflammatione adhuc fiente, si status sit plethoricus, si copiosior affluxus metuendus, item in Inflammatione interna habet pariter locum, ubi corpus plethoricum, ubi graves commotiones sanguinis per fortiorem motum, æstuosiorem potum, abusum remediorum calidiorum &c. præcesserunt; item ubi in ipso principio statim valde magnus, vehemens & anxius est morbus, cum summo ardore & interlancinationibus imprimis dextræ partis abdominis, præsertim si alvus non sit clausa, vel clysteri prompte responderit, sine sensibili levamine anxietatis & doloris.

8 Anceps, imo noxia est, si non circa prima initia administratur; id quod ob signa diagnostica ab initio obscuriora in plerisque catibus fieri vix potest. Item ubi febris conjuncta typum aliquem, hoc est statas exacerbationes & remissiones observat.

9 Si malum in abdomine hærere suspicio sit, Venæsectioni clyster commode præmittitur.

10 Alvum in omnibus febribus inflammatoriis aut quibuslibet acutis fortius irritare non licet, expedire vero convenit. Abstinendum itaque a fortioribus purgantibus, imo & clysteribus acrioribus. Melius officium faciunt leniissima humectantia & Nitrosa.

11 Sub metu suppurationis, aut ubi motus inflammatorius copiosior necessarius videtur, anodyna minus provide, aut intemperantius adhibita sphacelationem inducunt.

12 Camphorata uti externo usu laudabilem operam navant resolvendo & discutiendo; ita interne adhibita, sanguinem nimis exagitant, æstum & ardorem augent, neque tamen ad ipsam stasin discutiendam & resolvendam multum faciunt.

13 Idem de Myrrhatis & aliis Gummi-Resinis acrioribus monendum.

14 Camphora etiam maturantibus, & suppurationem promoventibus non inconsulte additur, ne inter suppurandum affluxus humorum nimius dolorem exasperet.

15 Inflammatio phlegmonodes & erysipelatodes non con-

confundenda est cum apostematode, quod si enim vel maturantibus vel acribus discutientibus tractaveris illas, gravioribus malis ansam præbebis.

16 Inflammationes Erysipelaceæ turgidiores non solis camphoratis, sanguinem discutientibus sunt tractandæ; sed simul serum fundentia, & tonum partis restituentia adhibenda; alias cito quidem dolor & rubor evanescit, remanet tamen tumor veluti œdematosus discussioni valde refractarius. Præstat itaque Spir. Vin. Camphoratus crocatus, aut pulv. ex rad. Irid. Flor. Farina fecalina, vel Fabarum, cum aliqua portione Cerussæ & momento Camphoræ.

Caput Secundum.

De Phrenitide & Paraphrenitide.

I. *Definitio.* Phrenitis & Paraphrenitis sunt inflammationes internæ, illa propter stasin sanguinis in Meningibus, hæc vero in diaphragmate factam, exortæ & cum delirio conjunctæ.

II. *Differentia.*

1 Utraque est vel Idiopathica, tanquam morbus primarius Meninges vel Diaphragma occupans, vel Symptomatica, aliis morbis v. g. febribus acutis superveniens.

2 Distinguuntur quoque ratione loci: In Phrenitide Meninges sunt inflammatæ, in Paraphrenitide vero diaphragma, quod ob consensum nervorum paris vagi delirio conjuncta habet.

III. *Signa* utrique affectui communia, partim vero *Phrenitidi propria*

1 Febris 2 Molesta agrypnia. 3 Somnus paucus & inquietus, multis phantasiis perturbatus.

4 Capitis, imprimis occipitis & cervicis dolor acutus perennis.

5 In iram pronitas, dentium stridor, oculorum rigor & nonnunquam totius corporis concussiones, cum frigore extremorum.

6 Lingua arida, aspera, nigra, citrina, tremiscens, nullus tamen sitis sensus.

7 Respiratio modo rara, modo magna ex imo quasi pectore deprompta.

8 Oculi torvi involuntarie sæpius lachrymas fundentes, cum venularum turgescentia, ac interdum totius faciei rubore.

9 Pulsus parvus, durus, celer & frequens.

10 Sitis auctior cum oris & linguæ siccitate conjuncta.

11 Urina pauca, alba, tenuis atque pellucida.

12 Mentis abalienatio, deliria cum furibunda quandoque audacia stipata, in plurimis continuo, in paucis per intervalla sese exerentia.

13 Manuum præterea tremores, quibus aliquid colligere velle videntur, & revera colligunt linteamina, floccos &c.

14 Alvus vel adstricta, vel aperta cum dejectionibus albis.

Paraphrenitidi propria

1 Exquisitissima Cardialgia, neque minimum contactum externum absque exacerbatione admittens, externumque præcordiorum tumorem interdum conjunctum habens.

2 Consensualia ventriculi pathemata, ructus, vomitus nigri.

3 Deliria mitiora præ Phreniticis.

4 Impedita respiratio modo parva & frequens, modo rara & cum magno conatu sese exerens, modo inæqualis.

5 Faucium ariditas, similem linguæ faciem connexam habens.

6 Tussis sicca, cum dolore & palpitatione hypochondriorum.

IV. *Subjectum.*

1 Plethorici hæmorrhagiis narium expositi, aut evacuationibus sanguinis artificialibus assueti, illarum suppressionibus laborantes, has vero negligentes, imperito calido regimine in febribus acutis tractati, vim externam ictus aut contusionis passi.

2 Quibus in morbis acutis imprimis superato trigesimo anno inconsulto sanguis e venis mittitur, hi enim circa dies criticos sive in statu morbi facile in Phrenitidem incidunt.

3 Quibus incompletæ in acutis fiunt criticæ narium Hæmorrhagiæ, aut etiam qui symptomaticis corripiuntur hæmorrhagiis.

4 Homines Sanguineo-Cholerici, hæmorrhoidum consuetarum aut mensium suppressione laborantes, aut quibus consueta tantum ad hæmorrhoides molimina subito cessant, quod in studioso observavimus.

5 Qui diu vigilant, lucubrationibus indulgent, aut caput aeri post crapulam frigidiori repente exponunt.

6 Qui vim externam per contusionem, ictum, vulnera passi sunt.

7 Quibus salia volatilia aut spirituosa in acutis imprudenter cum regimine exhibentur.

8 Paraphrenitidi etiam specialiter illi obnoxii esse leguntur, qui morbo Hungarico laborant, vel quibus Angina retropulsa est.

V. *Prognosis.*

1 Phrenitis affectus periculosissimus est, præcipue si ægrum idiopathice aggressus fuerit, tertio enim, vel ad summum septimo die jugulare solet.

2 Paraphrenitis vero tanto periculo non exponit ægros, interim tamen non raro & hæc lethalis est.

3 Urinæ albæ & perspicuæ, continuæ vigiliæ, deliria permanentia, pessima sunt signa.

4 Pejor adhuc erit status, si subcitationes frequentes, stridores dentium, tremores & involuntariæ urinæ & fœcum alvinarum excretiones concurrant.

5 Econtra spem indicant deliria per intervalla tantum & cum risu sese exerentia, signa coctionis in urina circa dies criticos, & sudoris eruptiones, aut etiam hæmorrhagiæ narium, vel parotides circa hoc tempus contingentes.

6 Deliria quæ cum multo conatu eluctatorio, & vociferationibus conjuncta sunt, melioris spei sunt, quam quæ soporoso affectu sunt stipata.

7 Pessimum indicium præbent convulsiones, vox clangosa, lingua tremula & extremorum frigus.

8 Malum si Phrenitis mutatur in Lethargum, non ita si Lethargus in phrenitidem. *Bagliv.*

9 Sudor universi corporis calidus & copiosus, licet non semper optimæ sit indolis, magis tamen proficuus est quam frigidus, imprimis quando signa coctionis in urina apparent.

10 Si superveniat delirio alvi fluxus, præsertim morbo ad coctionem tendente, bonum. *Bagliv.*

11 Subitanea cessatio doloris cum tranquillitate apparente conjuncta, Meningum sphacelum & mortem instantem indicat.

12 Si Paraphrenitidi succedat singultus, cum externo horroris atque frigoris, interno vero summo ardoris sensu, lethale.

13 Paraphrenitidi parotides ad aures, vel apostases ad artus supervenire, bonum est.

14 Quod si vero non discutitur inflammatio, sed in corruptionem abit, æger 7. vel 14. die moritur.

VI. *Remedia.*

1 Affluxum humorum revellunt & imminuunt Venæsectio in brachio & sub lingua, aut loco hujus scarificatio narium, malo a suppressa hæmorrhagia narium pendente, hirudinum applicatio pone aures & ad tempora, aut ad anum in hæmorroidariis, clysteres acriores, strictiones pedum, sinapismi, vesicatoria in pedibus applicata.

2 Stasin sanguinis resolvunt & febrilem materiam discutiunt Cinnabarina, ♁iata fixa, Antim. diaphor. Bez. miner. Pulv. Bezoard. Hall. in specie Pulv. Solar. Richteri, Aquæ diapnoicæ, Sem. Card. Mar. in emulsionibus, Sperm. Ceti, Sang. Hirci, Mandib. Luc. pisc. Dent. Apr. præparat. Alexipharmaca temperatiora: Mixtur. simpl. Ess. Alexiph. Stahl. Externe Spir. Vin. Camph. Epithema & Cucuphæ ex herb. Verben.

ben. Meliſs. Flor. Anagallid. Bacc. Junip. Sem. Carvi, Camph. cum aceto madefacta, animalia viva v. g. Anates & columbæ in medio diſſectæ & loco dolenti applicitæ, Unguentum alabaſtrinum camphoratum, Bufones vertici impoſiti, Emplaſtrum miraculoſum ſcrobiculo cordis in paraphrenitide applicatum.

3 Efferveſcentiam compeſcunt & moderantur, potus ſufficiens, & tenuis, gelatinoſa, Nitrata, abſorbentia, Emulſiones, acidulata ſibi invicem ſubordinata & perite interpoſita.

4 Specificam efficaciam attribuunt in Phrenitide Authores: Herb. Angall. Flor. phœnic.

Formulæ Remediorum.

1 Potio diapnoico-reſolvens.

℞. *Aq. Card. Bened.* *Sang. Hirci* ℈j.
Mariæ. *Tab. M. X. S.* ʒß.
Scorzon. ana. ʒj. *M. ad ternas horas cochleatim propinanda.*
C. C. Citr. ʒß.
Pulv. Bez. Hall. ʒj.

2 Alia ſimul Confortans.

℞. *Aq. Card. Mar.* *Pulv. ⊙ar. num. iij.*
Rub. idæi. *Tinct. Roſar.* ʒiß.
Ceras. nigr. ana. ʒj *Syr. Acetoſ. Citr.* ʒß.
C. C. Citr. ʒß. *M. ſæpius ad aliquot Cochlearia ordinanda.*
Mandib. luc. piſc.
Bez. min. ana. ℈j.

3 Eſſentia diſcutiens.

℞. *Mixt. Simpl.* ʒij. *Doſ.* 25. *ad* 30. *gutt.*

4 Alia.

℞. *Eſſ. Alexiph.* ʒij. *M. Doſ.* 25. *ad* 30. *gutt.*
Spir. Vitriol. ℈ß.

5 Epithema diſcutiens.

℞. *Herb. Meliſſ.* *Bacc. Junip.* ʒß.
Verben. *Sem. Carvi* ʒij.
Anagall. cum flor. *Camph.* ℈j.
*Phœn. ana. m*ß. *Inciſ. & contuſ. D. ad Ch.*

6 Unguentum diſcutiens.

℞. *Ung. Alabaſtr.* ʒß. *Camph.* ℈ß.
Ol. Nucl. Perſ. ℈ij. *M. fronti & temporibus applicandum.*
Opii in + ſol. ℈j.

7 Cataplaſma rubefaciens.

℞. *Rad. pyrethr.* *cum aceto & fermento acerrimo*
Sem. Sinap.
Naſturt. ana. ʒj. *F. Cataplaſma.*
Herb. Rut. *Plantis pedum aliquot vicibus applicandum.*
Lupul. recent.
ana. Mj.

VII. *Methodus medendi.*

1 Congeſtoria ſtaſis imminuenda eſt, cui rei Venæſectio in brachio celebranda ſatisfacit, ſubjungendo deinde in Phrenitide ſectionem venarum raninarum, imo ſi Paraphrenitis ortum forte duxerit ab hæmorrhoidibus ſuppreſſis, Venæſectio in pede, aut ipſa hirudinum applicatio ad anum locum habet. In utroque vero malo, ſymptomatice febres acutas concomitante, hæ evacuationes omittendæ ſunt, quia communiter circa dies Criticos demum ejuſmodi metaſtaſes, methodum magis diapnoicam & temperantem, quam poſitive evacuationem expetentes, fiunt.

2 Si materia peccans in primis viis Paraphrenitidi forte anſam dederit, removenda eadem eſt per exhibita digeſtiva & ſubjunctum emeticum.

3 Affluxus humorum derivandus eſt ad loca inferiora, quod quidem per clyſteres nunc & tunc repetitos partim, partim etiam per frictiones & ſinapiſmos partium extremarum, & in malo pertinaciori per Veſicatoriorum uſum impetratur.

4 Ipſius ſtaſeos reſolutio & diſcuſſio tentanda eſt, cui rei inſerviunt potiones diaphoretico-diſcutientes, aut ſimiles pulveres modeſte uſurpati. Externe vero Epithemata, litus, topica ex reſolventibus & diſcutientibus parata.

5 Ægroto in aliquali tranquillitate conſtituto exhibeatur Mixtura ſimplex aut Eſſent. Alexiph. ſed parvis & repetitis doſibus a gutt. 12. ad 20. 25.

6 Orgaſmus ſanguinis ejuſque nimius motus contemperetur per Pulveres Nitroſos, Gelatinam C. C. Emulſiones dilutiores, ſufficientem potum, Potiones acidulatas, Tinct. roſar. Clyſſ. ℥ij. Spir. Sulph. Vitriol. Syr. acet. Citr. juſte ſibi invicem ſubjuncta & interpoſita.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Sectioni raninarum præſtat ſemper aut præmiſiſſe aut poſtpoſuiſſe Venæſectionem in brachio, quia niſi larga ſit, facile majorem congeſtionem ad ſuperiora poſt ſe duxit.

2 Quod ſi autem admodum profunde ſecantur, hæ venæ, vix amplius compeſci poterit hæmorrhagia.

3 Si Paraphrenitis idiopathica ortum habuit ab iracundia graviori, effectum quandoque edidit vomitorium in principio exhibitum, alias magis noxia obſervata ſunt emetica, quam utilia.

4 Deliria ſymptomatica nullis poſitivis evacuationibus tractanda ſunt, ſed ſaltem per internam & externam methodum diapnoicam & diſcutientem, nec non derivatoriam per ſinapiſmos, frictiones, & ubi neceſſitas requiſiverit, Veſicatoria.

5 Hæc tamen pluribus mulieribus quam viris utilia fuiſſe obſervavit. *Bagliv.*

6 Cucuphæ & epithemata calidiora magis nocent, quam proſunt, eximium etiam damnum afferunt refrigerantia externe applicata.

7 Quidam Authorum interne ad æſtum, motumque ſanguinis refrænandum commendant Opiata, plerumque tamen materiam altius hoc modo infigunt & immobiliorem reddunt, cum ſenſibili morbi exacerbatione.

8 Omnia volatilia quocunque tempore exhibita, maxime ſunt noxia & hinc vitanda.

9 Potus ſufficiens non denegetur, ſed ægri ad largius bibendum potius adigantur.

10 Uti refrigeratio partium inferiorum & jectigationes corporis, lenem diaphoreſin impediunt, calidius vero regimen humores exagitat, ſic quieta continentia & lenis diapnoe ſummum habet uſum.

11 Quando fauces & lingua nimia ariditate torquentur, præter gelatinoſa & ſufficientem potum, gargariſmata Nitrata conducunt.

12 Quidam Auctorum in Paraphrenitide ſpecifice electuarium de Ovo alexipharmaco ſcopo commendant.

13 In eodem malo nunquam frigide, ſed calide & doſibus repetitis magis, quam ſimultaneis bibendum eſt, alias egregiæ noxæ ſequuntur.

CAPUT TERTIUM.

De Ophthalmia.

I. *Definitio*: OPhthalmia eſt inflammatio tunicæ adnatæ oculorum, a congeſtione ſanguinis in vaſculis oculorum ſtagnantis, orta.

II. *Differentia.*

1 Alia eſt *vera*, ubi oculi inſigniter inflammantur, quæ proprie ſanguinea vocatur: alia vero *notha*, ubi non tam inflammatio, quam inſignis ſeri concurſus conſpicitur; unde etiam ſeroſa alias appellatur, cujus levior gradus *Taraxis*, gravior vero cum prurigine oculorum & palpebrarum conjuncta, *Chemoſis* vocatur.

2 Eſt etiam vel *periodica*, certis temporibus iterum recurrens, vel *ſtataria* & fixa magis.

3 Alia eſt profundior, alia ſuperficiaria, & tandem

4 Alia unicum tantum, alia utrumque affligit oculum.

III. *Signa.*

1 Rubedo oculorum.

2 Lachrymarum, & in ſtatu graviori materiæ ſeroſopurulentæ acris effluxus.

3 Dolor urens & pungens.

4 Vaſorum turgeſcentia cum oculorum tumore,

5 Fuga lucis, aut objectorum lucidorum,

IV.

IV. *Subjectum.*

1 Homines Plethorici, Sanguineo-Cholerici, aut Sanguineo-Melancholici, Diætæ aromaticæ & vinosæ dediti, oculis multis lucubrationibus abutentes, Hæmorrhagiarum narium consuetarum suppressione laborantes, scarificationes etiam consuetas negligentes.

2 Oculos aeri frigidiori aut etiam nimio calori exponentes.

3 Infantes, quibus Crusta lactea aliæque capitis exulcerationes retropulsæ sunt.

4 Quibus exhalationes acres corrosivæ oculos enormiter læserunt.

5 Hæmorrhoidarii interdum, quibus post subito suppressas consuetas Hæmorrhoides sanguinis ad caput translatio facta est.

6 Tandem qui Bacchi & Veneris abusu huic stagnationi ansam præbuere.

V. *Prognosis.*

1 Ophthalmia vera sæpissime & fere utplurimum post se trahit Hypopium, Pterygio seu Ungui occasionem præbens.

2 Quæ ab hæreditaria dispositione, vel suppressione Hæmorrhagiarum narium ortum habet, facile recurrere, vel in habitum degenerare solet.

3 Ophthalmia notha facile producit lippitudines.

4 Hæ vero quandoque Corneæ erosioni uveique humoris effluxui ansam dant, cui cœcitas succedit.

5 Quando Cornea læsa iterum cicatrisatur, Clavus oculi emergit.

6 A serosis quoque Ophthalmiis fistulæ lachrymales utplurimum initium habent.

7 Ophthalmia diuturna utplurimum post se trahit visus hebetudinem.

8 Si in Ophthalmia neque derivatio, neque discussio, neque suppuratio locum invenit, sæpius perit oculus.

9 Ophthalmia gravis sæpius recurrens, cœcitatis periculum minatur.

10 Alvi profluvium, aut Hæmorrhoidum suppressarum spontanea apertio, sæpius Ophthalmiam tollit aut imminuit.

11 Graviorem suppurationem vel cæcitas, vel totius oculi corruptio sequitur.

12 Ophthalmia graviores capitis contusiones excipiens, periculosa & non raro funesta est.

VI. *Remedia.*

1 Sanguinem & seri affluxum derivantia & evacuantia: e fonte Chirurgico quidem, Venæsectio & præcipue scarificatio, Vesicatoria, fonticuli & Setacea: e fonte autem Pharmaceutico, lenia laxantia cephalica & Mercurialia v. g. Pilul. e Succin. Crat. Aloephangin. Extract. Hell. nigr. cum Resin. Jalapp. stimulo & Rhabarb. præsertim in subjectis biliosis Mercur. dulc. ex Diætetico pediluvia.

2 Sanguinem stagnantem & seri concursum resolventia & discutientia, & quidem interne ♁iata fixa, Absorbentia & Cinnabarina cum Nitratis mixta, Essent. Alex. Stahlii, Succini, Tinctura Antimon. Tartar. Essent. lignor. aut ipsa ligna sub infusi forma usurpata. Specifica virtute prædita Essent. dulc. Hallens. & Pulv. Solar. Richteri. Externe autem Collyrium ex Aq. flor. Cyan. & Camph. cum amygd. in emulsionis formam redactum, & epithemata sicca ex Rad. Rhod. Valerian. Herb. Verben. Euphras. flor. Cyan. Calcatripp. Samb. Rosar. Sem. Anis. Fœnic. Appensio etiam de collo Camph. Rad. Imperat. Levist. præcipue in infantibus. Lac cum pausillo croci tinctum, tepide instillatum.

3 Tonum Oculi restituentia & influxum nimium reprimentia externe applicita: Essent. dulc. ad oculos, Sacch. Saturni, Vitriolum album, Nitrum in aquis ophthalmicis solutum & guttatim applicatum. Ossa Sepiæ præparat. Tutia, Pompholyx, Nihil, Spod. Mater perlar. præparat. sub Collyrii varia forma ordinata.

4 Heterogenea oculis exterius sese adhærentia, absumunt cum modo dicta exsiccantia & Vitriol. album tum etiam Vitrum ♁ij & Croc. Metallor. nec non Collyria, ex Myrrha, Aloe, & medicamenta e fellibus animalium desumpta; porro axungiæ Viperarum, Anguillæ, Asciæ piscis, D. Weisbachii Collyrium.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ Cephalicæ.

℞. *MP. e Succ. Crat. gr. xv*
Merc. dulc. ℈ß.
Resin. jalapp. gr. iv.
Elix. P. P. q. s.
F. pil. num. xv.
M. pro 1. dosi.

2 Pulv. Temper. & discutiens,

℞. *Conch. præp. ♁. diaph.*
Arcan. duplic.
Nitr. depur. ana. ß.
Pulv. Rad. Valerian. ʒj.
Cinnab. ♁ij ℈j.
M. ℈j. bis vel ter de die sumend.

3 Epithema discutiens.

℞. *Rad. Rhod.*
Valerian. ana. ʒij.
Herb. Euphras.
Verben.
Flor. Cyan.
Calcatrip. ana. p. j.
Sem. Anis.
Fœnic. ana. ʒj.
M. f. pulv. grossus Sacculis includendus.

4 Collyrium D. Weisbach. reprimens & exsiccans.

℞. *Tut. præparat. ʒj.*
Corall. r. præparat.
Camph.
Sacch. Saturn. ana. ß.
Nihil. alb. ʒij.
Vitriol. æris gr. xij.
M. cum butyr. Majali illoti ʒiv.
Ante quietem nocturnam oculis magnitudine pisi immittitur. In omnibus oculorum affectibus, imo ipsa incipiente cœcitate, utiliter adhibetur.

5 Aliud probatum fluidius.

℞. *Aq. flor. Cyan.*
Calcatripp.
Chelidon. maj. ana. ʒij.
Dissolv. Sacch. Saturni.
Vitriol. alb. ana. gr. v.
Filtretur & his vel ter de die guttatim oculis immittatur.

6 Emulsio discutiens externa.

℞. *Camph. cum amygd. excort. trit. gr. vj.*
Calcatrip. ℥ß M.
Guttatim oculis instillanda.
▽. rosar.

7 Collyrium reprimens.

℞. *Aq. Cyan.*
Rosar. ana. ß.
Dissolv. Nitr. depur. ℈ß. M
guttatim tepide instillandum.

VII. *Methodus medendi,*

1 Affluxus humorum deducendus & evacuandus est: Cura itaque merito a leni laxatione per appropriata remedia instituatur: cui subjungi potest, si causa sanguinea præsto sit, Venæsectio aut scarificatio, quamvis alias hæ evacuationes melius præservative, ne affectus exinde pertinacior reddatur, aut in declinatione inflammationis, in usum trahantur. Pediluvia vero semper optimum pro hoc scopo habent usum. Fonticuli autem & Setacea non nisi in malo admodum rebelli adhibeantur.

2 Stasis sanguinis vel seri discutienda est. Faciunt prius optime Absorbentia & ♁iata fixa & pro meliori contemperatione, additio Nitri; posterius vero remedia Anticatarrhalia, Succinata & Alexipharmaca.

3 Specificam hoc in passu adscribunt virtutem Auctores Rad. Valerian. cum interne, tum externe adhibitæ; singularis etiam laus attribuitur Essent. Dulc. Hallens. quæ plane specifice ad morbos oculorum ab Auctoribus hujus remedii commendatur.

4 Externe discussionem peragunt Herbæ Cephalicæ temperatæ cum camphora exterius oculis impositæ, insufflationes etiam halituosæ Sem. Anis. Fœnic. quod præprimis in infantibus locum habet. Spir. Vini quoque Camphoratus palpebris illitus, vel cum linteis eodem madefactis & iterum exsiccatis applicatus aliquid emolumenti præstat.

5 Tonus restituendus & affluxus ulterior inhibendus est per Saturnina & Vitriolacea subadstringente vi prædita. In causa serosa utiliter quandoque adhibentur exiccantia; Mater perlar. præparat. Spod. Os. Sep. præparat. Pomphol. quæ serum affluens absumunt. Acrimoniam vero ejusdem temperant mu-

mucilagines Sem. Pſyll. Cydon. cum aquis Ophthalmicis mixtæ.

6 Quando poſt diſcuſſam inflammationem vel Unguis vel Albugo viſum intercipiens remanet, modo dicta exſiccantia & vitriolacea, quæ lenem vim ſepticam poſſident, uſum etiam habent haud ſpernendum; ut taceamus ſupra laudata medicamenta huic ſcopo convenientia.

Extra Paroxyſmos.

7 Eo etiam reſpiciendum eſt, ut affectus in poſterum præcaveatur, quod optime per reiteratas laxationes & Venæſectionis imprimis vero ſcarificationis diligentem uſum impetratur, illam bis vel ter per annum, hanc vero 4. vel 6. celebrando, non neglecto quoque pediluviorum uſu.

8 Interne vero adhibeantur anticatarrhalia, vel temperantia craſin humorum corrigentia; quodſi vero hæc omnia nil conſtanter juverint, & cauſa fuerit ſeroſa, utilitatem poterunt præſtare fonticuli vel ſetacea.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Niſi univerſalia præmittantur ſpecificis, plerumque voti haud ſimus compotes.

2 Scarificationes utplurimum in oculorum affectibus meliorem edunt effectum, quam Venæſectiones.

3 Acrimoniam tam ſepticorum incaute adhibitorum, quam ipſius ſeri, optime temperant Saturnina & Nitrata.

4 Emollientia in Ophthalmiis parum utilitatis habent, affluxui enim humorum magis anſam præbent.

5 Pinguedines Viperarum, aſciæ piſcis, anguillæ quando recentes adhuc ſunt, emolliunt, quod ſi vero vetuſtæ fuerint, acriores redduntur, & abſumunt teſte Wedelio; unde in Pterygio utiliter adhibentur.

6 Spir. Vini Camphor. cautiſſime applicandus eſt, ſi enim aliquid ipſos oculos tetigerit, inſtar carbonis candentis urit.

7 Veſicatoria pone aures applicita ſæpe malum adaugent, ideoque melius pro revellendis humoribus remotis corporis locis imponuntur.

8 Fonticuli per tempus fluentes, ſi iterum conſolidantur, Ophthalmias cie ratas plerumque pejores quam antea fuerant, reddunt, quod etiam de ſetaceis intelligendum eſt.

9 Quoad Diætam, Venus, Diæta aromatica, abuſus vini, lucubrationes, vapores acres, aer frigidus pariter ac calidus nimis, vitanda ſunt.

Caput Quartum.

De Angina.

I. *Definitio.* Angina eſt inflammatio circa Laryngis aut Pharyngis muſculos, cum febre acuta, ſuffocationis metu & deglutitione impedita, utplurimum ab incompleto molimine hæmorrhagico & inde pendente ſanguinis ſtaſi & corruptione, ortum trahens.

II. *Differentia.*

1 Ratione gradus & impetus eſt vel *vera* quando inflammatio internas magis partes obſidet, vel *notha*, ubi externe circa tonſillas abſque notabili febre tumor conſpicitur.

2 Ratione loci affecti, vel contingit in Laryngis, vel Pharyngis muſculis.

a Laryngis muſculi interni inflammati conſtituunt Cynanchen, nullum tumorem neque externe, neque interne, exquiſitiſſimam tamen febrem habentem, externi vero Paracynanchen, tumorem inflammatorium externe formantem.

b Pharyngis vero interni muſculi inflammati producunt Synanchen, cum magna deglutiendi, minori vero reſpirandi difficultate conjunctam, externi autem Paraſynanchem; adeoque breviſſime vel eſt interna magis, vel externa.

3 Ratione invaſionis alia eſt Epidemica, alia Sporadica.

4 Alia eſt Idiopathica, quæ ſine ullo morbo præcedente a ſanguinis ſtagnatione oritur, alia vero ſympathica, quæ febribus acutis aliiſque morbis ſupervenit.

III. *Signa*

a *Anginæ veræ*:

1 Rigor atque horror.

2 Succedens ingens æſtus cum ſiti.

3 Inflammatio faucium externe vel interne, quandoque vero prorſus non conſpicienda.

4 Impedita deglutitio, ita ut ſæpius deglutita per nares reddant, imprimis potulenta.

5 Reſpirationis difficultas modo major, ita ut ore hiante, canum inſtar, reſpirent, modo minor.

6 Dolor faucium exquiſitiſſimus, nimirum pulſatorius & punctorius, modo in alterutro latere, modo in utroque ad cervicem uſque ſe extendens.

7 Linguæ tumor & rubor, aut livor, nec non tonſillarum intumeſcentia.

8 Venarum colli & raninarum turgeſcentia.

9 Univerſi capitis & interdum colli exterius conſpicienda rubicunda inflatio.

10 Tandem malo ulterius procedente decumbendi difficultas, ſuffocationis periculum & orthopnœa.

11 Vox clangoſa & rauca, cum loquendi difficultate.

12 Oculorum, ut in ſtrangulatis prominentia & rubor, ac torvus aſpectus.

13 Pulſus utplurimum frequens, durus, & inæqualis.

14 Urina ſaturatiſſime rubra.

b *Anginæ nothæ.*

1 Invaſio ſine horrore, frigore atque æſtu.

2 Dolor, rubedo faucium, reſpirandi difficultas multo mitiora.

3 Deglutitio quoque minus impedita.

4 Nullum præterea ſuffocationis periculum.

5 Abſentia febris.

6 Magnus ſalivæ viſcidæ & tenacis in oris cavitatem fluxus.

IV. *Subjectum.*

1 Sanguinei, Sanguineo-Melancholici, juvenes hæmorrhagiis aut congeſtionibus ad caput aſſueti.

2 Diæta vinoſa & aromatica utentes, externas etiam injurias imprimis ab aere frigido poſt nimiam corporis incaleſcentiam paſſi.

3 Clamoribus & vociferationibus dediti.

4 Dyſenterici male tractati, aut quibus fluxus talis nimis cito ſuppreſſus fuit.

5 Feminæ & Viri Hæmorrhoidarii, quibus fluxus tales ſanguinis conſueti ſuppreſſi ſunt.

6 Acute febricitantes, quibus vena imprudenter ſecta fuit, hi enim non raro circa dies criticos Angina corripiuntur.

7 Homines qui conſuetas ſcarificationes & venæſectiones neglexerunt.

8 Perſonæ, quibus vertebra colli introrſum luxata eſt.

9 Proni ad Hæmoptyſin.

V. *Prognoſis.*

1 Cynanche omnium periculoſiſſima eſt, ob nimiam enim inflammationem, aperto plerumque ore aerem petunt ſicut canes. *Vid. Hipp. Sect. 4. Aphor. 34. 35.*

2 Qui ſic moriuntur, plerumque convulſi magis, quam ſuffocati intereunt.

3 Quo majori horrore, rigore & ſubſequente æſtu invaſio incipit, eo gravior morbus metuendus eſt.

4 Spuma ante os cum inſigni reſpirationis anguſtia, ſignum fere lethale.

5 Si nullus tumor & rubor externe conſpiciatur, interne inflammationem, & quidem eo periculoſiorem eſſe, portendit.

6 Econtra Angina correpto, ſi tumor appareat in collo, bonum; foras enim morbus vertitur. *Hippocr. 6. Aphor. 37.*

7 Quæ neque in faucibus, neque exterius tumorem exhibent Anginæ, pernicioſiſſimæ ſunt, imprimis ſi Orthopnœa accedit, hæ enim ſæpius eodem, vel ſecundo, aut tertio die ægrotos ſuffocant.

8 Qui-

8 Quibus ex Angina liberatis ad pulmonem fit conversio, ij intra dies septem moriuntur; si vero hos evaserint, purulenti evadunt. *Hipp.* 5. *Aph.* 10.
9 Quando tumor & rubor, si qui adsunt, subito evanescunt, recursum ad interiora denotat.
10 Angina luxationem vertebrarum colli secuta lethalis. *Hipp.* 4. *Aph.* 35.
11 Anginæ in febribus acutis circa dies Criticos contingentes, perniciosæ.
12 Si Laryngis musculi laborant, difficilior est respiratio, sin vero Pharyngis, deglutitio.
13 Inter omnes species Paracynanche mitissima est.
14 Anginam interdum per narium Hæmorrhagiam, interdum vero per Mensium fluxum solvi, observationum Scriptores testantur.
15 Anginam die quarto Pleuritide superveniente & hanc eodem die accedente alvi fluxu & Febre miliari solutam fuisse observavimus.
16 Quando Angina non discutitur, sed in suppurationem abit, eventus morbi admodum anceps est.

VI. *Remedia.*

1 Turgescentiam sanguinis imminuentia atque temperantia: Venæsectiones, Clysteres, Laxationes Diaphoretica fixa, Cinnabarina, Absorbentia, Gelatinosa, Nitrosa ♁ Diaph. Bez. min. Nitrum depuratum, ♁iatum, perlatum, Cinnab. ♁ij. Oc. ♋. præparat. Conchæ præparat. Gelatina C. C. &c.
2 Sanguinem stagnantem resolventia atque discutientia. Pulv. Solar. & Vital. Hallens. Mandib. luc. pisc. Dens apri præparat. Sperm. Ceti, Sang. Hirci, Sem. Card. Mar. Externe Empl. e Sperm. Ceti, e Melilot. Camphor. Diachyl. simpl. cum Gummat. Cataplasm. ex nido hirund. Spir. Vin. Camph. Crocat.
3 Influxum nimium humorum discutientia & reprimentia: Gargarismata ex subadstringentibus & discutientibus parata, v. g. Rad. Bistortæ, Sigill. Salom. Aristol. utriusque Vincetox. Tormentill. Herb. Prunell. Salv. Agrimon. Hyssop. Pyrol. Auric. mur. Heder. Terr. Flor. Ligust. Sambuc. Melilot. Alumine, additis temperantibus & lenientibus Nitro, Mel. rosat. Rob. Diamor. nec neglecta additione Albi græc. imprimis ubi inflammatio fortior adest.
4 Maturantia, suppurantia & mundificantia: Rad. Alth. Herb. Branc. Ursin. Flor. Chamom. Sambuc. Melilot. Fic. in aqua vel lacte cocta, Vinum calidum cum melle, Decoct. Hordei cum melle, Decoct. Veronic. aut Heder. Terr. cum melle pro gargarisatione.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis diapnoico-temperans.

℞. *Mandib. luc. pisc.* ♁ij. ♃j.
Cinnab. ♁ij.
M. div. in 7. part. æq. ad ♃j
dosis singulis 3. vel 4. horis,
diaph.
Tart. Vitriol.
Nitr. depur. ana. ʒß.

2 Emulsio resolvens.

℞. *Amygd. dulc. excort.*
Sem. Card. Mar. ää. ʒiij
f. c. Decoct. C. C. ℥vj.
Emulsio edulcor. cum
Syr. Dialth. Fernel. ʒß.
adde Dent. apr. præpar.
♁ij. *diaph. ana.* ♃j
Sæpius cochleatim exhibenda

3 Gargarisma discutiens & reprimens.

℞. *Rad. bistort.*
Sigill. Salom. ä. ʒß
Herb. Hyssop.
Prunell. ana. Mß.
Fl. ligustr.
Rosar. ana. p. j.
Coq. in s. q. Aq.
Colat. ℞. ℔. *j.*
Dissolv. Nitr. depur. ʒij.
Alum. ʒj.
Mel. ros. ʒß. *M.*
pro gargarismate.

4 Aliud in majori Inflammatione.

℞. *Rad. Bryon.*
Sigill. Sal. ana. ʒß.
Herb. Malv.
Salv. ana. Mß.
Flor. bellid.
Mellilot. ana. p. j.
Fic. N. ij.
Alb. græc. ʒij.
Coq. in s. q. ▽ *in Colat.* ℔. *j*
Dissolv. Rob. diamor. ʒß
Nitr. depur. ʒij.
Alum. ʒj.
M. pro Gargaris.

5 Emplastrum discutiens & resolvens.

℞. *Empl. Melilot.*
e Sperm. Cet. ä. ʒß.
Camph. ♃j.
Extend. super alut. & calide imponatur.

VII. *Methodus medendi.*

In Angina vera.

1 Ante omnia sanguinis turgescentia atque ebullitio est diminuenda, quod per Venæsectionem largam in brachio tentari potest, hac vero non sufficiente, vena ranina pertundenda est. Multum etiam pro adimplendo hoc scopo facit repetita clysterum imprimis acriorum injectio, quod etiam ante Venæsectionem fieri potest. Interne vero remedia temperantia, Nitrata nimirum Cinnabarina atque absorbentia, optime cum diaphoreticis fixis & aquis diapnoicis exhibentur.
2 Ipsa Staseos resolutio præter hæc interna discutientia & temperantia tentetur per Gargarismata resolventia & externam colli obtectionem, nec non Emplastrorum & Cataplasmatum resolventium applicationem.
3 Ut vero affluxus nimius sanguinis reprimatur & inflammatio ulterior faucium inhibeatur, subjungenda vel interponenda, aut commiscenda etiam sunt alteris illis Gargarismata subadstringentia, sensim in usum vocanda, & pro circumstantiarum ratione magis magisque quoad vim augenda.
4 Si quarto aut quinto die ex dolore pulsatorio suppurationem imminere cognoscitur, ab adstringentibus & discutientibus cessandum, eorumque in locum emollientia & suppurantia Gargarismata ordinanda sunt, apertus vero deinceps abscessus per mundificantia tractandus est.
5 Suffocationis periculum quidam Auctores per Laryngotomiam evitare docent, alii vero per institutum vomitum.
6 *Angina notha* rarissime opus habet Venæsectione & clysteribus. Sufficiunt plerumque Gargarismata & lenis laxatio, nec non usus alicujus pulveris Diaphoretico-temperantis.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Nisi in Angina vera vena secetur & larga sanguinis evacuatio fiat, omnia interna & externa medicamenta fere incassum exhibentur & applicantur.
2 Nisi Raninarum sectioni Venæsectio in brachio præmittatur, illa nullum habet usum, sed potius majorem ad fauces affluxum sanguinis promovet.
3 Largissima tamen evacuatio, qualem Sydenham & Lindanus aliique celebravere, non semper proficua est.
4 Venæsectionem in pede majoris utilitatis esse, quam in brachio, experientia & ratio dictitat.
5 Album græcum nunquam absque fructu gargarismatibus additur.
6 Rob diamor. in Angina vera, rob vero dianuc. in notha utilius.
7 Emollientia ab initio parum emolumenti externe afferunt, præstat potius rem peragere per discutientia, aut ad minimum cum his illa combinare.
8 Reprimentia in minori primum dosi sunt adhibenda, deinde, si ægrotus bene eadem fert, in majori reliquis discutientibus addenda sunt.
9 Gargarismata non uno impetu injicienda sunt, sed sensim sensimque, ut eo melius penetrent, & minus pruriant.
10 In casu necessitatis, loco Vegetabilium adstringentium saltem sumi potest terra Catechu & in aqua solvi, quæ Gargarismatis vices optime implet.
11 Nitrum & album Græcum præ omnibus aliis medicamentis in Gargarismatibus optime se gerunt, unde in casu ancipiti nunquam omittenda.
12 Peculiarem etiam adscribunt Auctores Rad. Bistort. virtutem discutientem in Gargarismatibus adhibitæ.
13 Quando abest inflammatio conducit Emplast. Diachyl. Simpl. collo imponendum.
14 Quod si vero inflammatio cum ardore magis observatur, prodest Empl. diachyl. cum Gummat.
15 Ubi vero ardor & inflammatio admodum urget, applicari potest Sp. Vin. Camph. crocatus.

16 Pul-

16 Pulverulenta interne exhibita, nisi admodum tenuia sint, titillationem admodum ingratam in faucibus excitant.
17 In suffocationis metu & Vomitoria & Laryngotomia ancipitia remedia sunt, imprimis tamen prius,
18 Vomitoria, quæ Agricola, Riverius aliique in principio morbi suadent, nec non fortiora purgantia, pericula potius quam emolumenta parere possunt. Nec locum habent ipso suppurationis tempore, melius enim Naturæ totum negotium committitur.
19 In Angina symptomatica, quæ febribus acutis supervenire solet, neque Venæsectio, neque laxationes conducunt, unice huic rei per interna lubricantia, gelatinosa, antispasmodica & gargarismata discutientia resistendum est. Bufo etiam in Spir. Vini maceratus & calide vertici impositus, singulare quid præstare dicitur.

Caput Quintum.

De Pleuritide & Peripneumonia.

I. *Definitio.* Pleuritis & Peripneumonia sunt inflammationes a stagnante sanguine, illic intra pleuram & venam azygos, hic vero intra membranam pulmonum substantiam cingentem, factæ.

II. *Differentia.*
1 Utraque est vel *vera*, quæ febrem acutam & inflammatoriam conjunctam habet, vel *notha*, ubi neque febris, neque pulsus duritiei, sed saltem dolor vel in scapulis, vel regione pectoris superioris sese exerens, æstusque satis mitis observatur. Illa dolores format æquales cum pulsu correspondentes; hæc inæquales, nullam connexionem cum pulsu habentes.
2 Alia est *occulta* magis, sensum doloris obscurum satis conjunctum habens, alia *manifesta* & contrario modo se habens.
3 Alia respectu loci affecti *ascendens*, alia *descendens*,
4 Ratione indolis alia est benigna, alia maligna.
5 Alia est simplex, uti Pleuritis vel Peripneumonia simplex, alia composita, uti Pleuropneumonia.
6 Ratione invasionis alia est *vaga*, alia *periodica*, quæ scilicet certis anni temporibus idem subjectum affligit.

III. *Signa Communia.*
1 Horror atque rigor insignis, conatus vomendi, actuales quandoque vomitus post se ducens.
2 Subsequens æstus acutus atque continuus.
3 Difficilis respiratio anhelosa frequens, parva, quæ tamen major in peripneumonia est.
4 Tussis.
5 Dolores lancinantes sive punctorii in pectore continuo quidem affligentes, sed inter tussiendum præcipue sensibiles.
6 Rubor genarum, inflatio faciei cum aliquali oculorum prominentia & dolore capitis.
7 Linguæ siccitas atque ariditas.
8 Sitis intensa.
9 Vigiliæ.
10 Pulsus durus.
11 Alvi adstrictio.
12 Urina admodum rubicunda, & versus dies criticos copiosum sedimentum roseum præbens.

Specialia Pleuritidis.
1 Tussis in principio quidem morbi sicca, postmodum vero humida, cum ejectione materiæ serosæ tenuis & spumosæ.
2 Dolor magis in dextro latere sub mammis.
3 Pulsus parvus, celer, frequens, durus & interdum intermittens.
4 Signa generalia antea recensita.

Specialia Peripneumoniæ.
1 Excretio Sanguineo-purulentæ materiæ circa tertium vel quartum diem.
2 Dolor per totum fere pectus extensus, gravativus, profundus, ad spinam dorsi usque se extendens.
3 Æstus magis anxius.
4 Respiratio admodum laboriosa cum stertore, & suffocationem minitans, adeo ut ægroti erecto corpore respirare cogantur.
5 Linguæ tumor & faciei major, quam in Pleuritide.
6 Aliquando dolor nullus, quam quando tussis adest.

IV. *Subjectum.*
1 Homines præsertim in ætate juvenili constituti, hæmorrhagiarum spontanearum vel artificialium successum negligentes.
2 Iracundiæ dediti.
3 Externa repellentia & saturnina, in morbis arthriticis vel scabiosis præpostere usurpantes.
4 Personæ quæ post motum graviorem & Plethoræ commotionem corpus subito aeri frigido exponunt, aut potum nimis frigidum hauriunt.
5 Potu item vinoso aut spirituoso abutentes.
6 Qui diu in aere & vento frigidiori adverso versantur.
7 Quibus Dysenteria imprudenter suppressa fuit.
8 Qui per externas pectoris concussiones restagnationibus humorum occasionem præbuere.

V. *Prognosis.*
1 Pleuritidis varius est exitus, vel enim solvitur salutariter per sudores criticos & narium hæmorrhagias, vel suppuratur & transit in Empyema, vel degenerat in Sphacelum.
2 Juniores, infra tricesimum annum adhuc constituti, facilius has inflammationes superant, quam annosi.
3 Urina circa diem quartam turbida, & sedimentum deponens, morbum die 7. vel 11. sudore solutum iri indicat.
4 Quando die 7. vel 11. nulla critica sudoris eruptio contingit, sed febris uno quasi tenore continuat, eventus anceps esse solet.
5 In Pleuritide vera non est expectandum sputum cruentum, nisi pulmones sint simul affecti; materia enim in membrana satis densa hæret.
6 Quo magis ascendit Pleuritis versus superiores Thoracis partes, eo majori periculo exponit ægrotantes, & contra.
7 A Peripneumonia Phrenitis, malum. *Hipp. 7. Aph.* 12.
8 Quo major est stagnatio sanguinis in pulmonibus, & quo profundior est inflammatio pulmonum, eo gravior & periculosior est Peripneumonia, & contra.
9 Sputum cruentum, coloratum, non nimis viscidum, tertio & quarto die contingens præsentibus coctionis signis in urina, optimum signum.
10 Econtra in pulmonis inflammatione, quibus circa initium urinæ crassæ sunt, deinde ante quartum tenues evadunt, mors impendet. *Hipp. in Coacis.*
11 Sputi cruenti præmatura suppressio non periculosa tantum, sed etiam sæpius funesta est.
12 Dolor punctorius in Pleuritide pristinum locum deserens & contrarium occupans, majorem inflammationem factam, majusque periculum indicat.
13 Male cum ægris agitur, ubi nihil exspuunt, aut enim circa criticos dies moriuntur, aut morbum hunc superantes in phthisin incidunt.
14 Bona respiratio in pleuritide & peripneumonia semper bonum indicat, difficilior vero semper timenda.
15 Erectum sedere velle in morbis acutis pulmonum pernicioſum atque ferme lethale, præ ceteris si adsit sibilus in aspera arteria & difficultas excreandi sputi. *Bagliv.*
16 Pleuriticos, quibus in interiore auris dolor & exinde abscessus & pus superveniebat, omnes sanatos vidit *Bagliv.*
17 Quo gravior & quo magis acuta est febris Pleuritidi & Peripneumoniæ juncta, eo periculosius etiam decumbunt ægrotantes.
18 Si dolore inflammatarum partium cessante febris adhuc perseveret vel augeatur, cum pulsu parvo intermittenti, frequenti, sudore frigido &c. malum;

ar-

arguitur enim inflammationem jam terminasse in Gangræam *Bagliv.*

19 Sanata Pleuritide, si remaneat tussicula quædam & circa vesperam blandus calor per universum corpus excitetur, aut pleuritidis recrudescentiam aut suppurationem prognosticato adstantibus *Bagl. ex Aretæo.*

20 Qui semel Pleuritide aut Peripneumonia fuerunt correpti, ii facile eandem denuo ob leviores etiam causas incurrunt.

21 Ut Pleuritis bene solvatur, debet prius cessare febris & postea dolor affecti lateris, quodsi vero cessante dolore febris adhuc persistat, vel augeatur cum aliis Symptomatis, grave malum imminet ægrotanti *Bagliv.*

22 Pleuritide recidivantes omnes fere sunt lethales *Hipp.*

23 Alvi fluxus in Pleuritide sunt pernicioſi.

VI. *Remedia.*

1 Nimium affluxum imminuentia & avertentia; Venæsectio & Clysteres.

2 Ebullitionem sanguinis temperantia & diluentia Nitrata, Absorbentia, gelatinosa, potus sufficiens. Pertinent huc Nitr. depur. ℈iatum. Oc. ℔. præparat. Conch. præparat. cum acidis saturata, Gelatina C.C. Decoct. hord. C.C. Eboris, Scorzonera.

3 Stasin resolventia & discutientia: Sperm. Ceti, Mandib. luc. pisc. Dens apri, Mumia, Sang. Hirci, Rad. Pimpin. Helen. Cort. Schacar. Herb. Chæref. Geran. maj. Scordii, Flor. Bellid. Sem. Card. Mar. ♁. diaph. Cinnab. ℈ij, Aqua Scord. Scabios. Samb. Card. Ben. Ess. Alexiph. Stahlii. Externe Spir. Vin. Camphor. cum linteis applicatus.

4 Spasticam strictura demulcentia & relaxantia, Gelatinosa, Emulsiones, Ol. Amygd. dulc. Jusculæ vel Decocta ex Scabiosa, tussilag. rapis, flor. Papav. rh. Violar. frequenter exhibita. Externe Ol. Lini Ungt. dialth. illita.

5 Abscessum, si quis sequitur, abstergentia & mundificantia: Decocta ex herb. Veron. Heder. terr. Chæref. Virg. Aur. Scabios. flor. Bellidis.

Formulæ Remediorum.

1 Potio diapnoico resolvens.

℞. *Aq. Flor. Samb.* *Sang. Hirci* ℈j.
Card. Mar. ää. ℥iß. *Syr. tussilag.* ℥ß.
et yph. Cerv. ℥ß. *M. dosis 2. cochlearia per 3. aut 4. horas.*
Mandib. luc. pisc.
♁. *diaph. ana.* ℥ß.

2 Pulvis diapnoico-temperans.

℞. *Oc.* ℔. *præparat.* *Arcan. dupl. ana.* ℥ß.
Dent. Apr. præparat. *Cinnab.* ♁ij ℈j.
♁. *Diaph.* *M. div. in 10. part. æq. per 3. aut 4. horas dosis j.*
Nitr. depur.

3 Emulsio resolv. & discut.

℞. *Sem. Card. Mar.* *Mandib. luc. pisc.*
Pinear. mund. ana. ℥iij. ♁. *diaph. ana.* ℈j.
cum Aq. Card. Mar. *pro dolorum punctoriorum*
Chæref. an. ℥iij. *mitigatione sæpius cochleatim propinando.*
F. l. a. Emulsio edulcor.
Syr. Tussil. adde

4 Essentia discutiens.

℞. *Essent. Alexiph. St.* *ante meridiem in jusculo*
Scord. ana. ℥iß. *propinanda.*
M. Dos. gutt. 25. ad 30. bis

5 Alia.

℞. *Mistur. simpl.* *M. Dos. & usus ut præcedentis.*
Essent. Cort. Schacar.
ana. ℥iß.

6 Species emollientes atque Anodynæ pro decocto.

℞. *Rad. Alth.* *Pap. rhœad. ana. p. j*
Liquir. ana. ℥ß. *Incis. D. versus suppurationis tempus 2. vel 3. de die.*
Herb. Tussil. *Aqua simpl. vel jusculo decoctæ.*
Scabios. ana. m ß.
Flor. Violar.

7 Aliud Anodyno-resolv.

℞. *Ol. Amygd. d. rec. expr.* ℥ij *Syr. Viol.* ℥vj.
Sperm. Ceti ℥iß. *M. 2. vel 3. per diem cochl. j.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Affluxui nimio resistendum est per Venæsectionem in principio statim ante tertium large, vel bis etiam, ubi necessitas suaserit, usurpatam. Alvi quoque solutio per Clysteres non tamen admodum frequenter repetitos, huic scopo eximiam affert utilitatem.

2 Si gravis iracundia, quod quandoque fit, affectui ansam præbuit, præstat materiam biliosam in primis viis stagnantem, ante vel post celebratam Venæsectionem, per exhibitum vomitorium evacuare.

3 Deinde resolutioni atque discussioni opera præstanda est, quod optime per pulveres aut diapnoico-resolventes potiones peragitur, non neglecto ad diem usque tertium vel quartum, si temperamentum admodum Cholericum fuerit, Nitro.

4 Pro doloribus atque respirandi difficultate mitigandis nihil præstantius est Semine Card. Mar. sub quacunque forma usurpato.

5 Quod si die tertio vel quarto sputum purulento-sanguineum appareat, a discutientibus & diaphoreticis paulisper cessandum est, & magis insistendum relaxantibus, emollientibus, mitigantibus, cui scopo partim decocta ex Alth. scabios. rapis, tussilagine, flor. Pap. rh. Violar. partim Ol. Lini, Amygd. dulc. Spermate Ceti ordinata inservire possunt, non neglectis tamen diapnoicis, subjungendis vel interponendis.

6 Post morbum solutum præscribantur mundificantia vegetabilia, bis de die sub infusi forma usurpanda.

7 Quod si autem ex Pleuritide formatum empyema ejus apertionem suadeat, ex Chirurgia pro eodem auxilium petendum.

8 Pleuritides nothæ post celebratam Venæsectionem aut scarificationem compescuntur per lenia laxantia, Nitroso-absorbentia & diaphoretica, nec non temperata discutientia & Alexipharmaca.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Venæsectio per se necessaria haud est, in statu tamen Plethorico & temperamento calidiori non negligenda.

2 Si in sanguine e vena secta extracto non appareat in superficie crusta alba, pro pessimo signo a Practicis habetur.

3 Qui versus dies criticos demum Venæsectionem celebrant, sputum facillime supprimere & in lethalem possunt projicere statum ægrotantem.

4 Idem quoque malum emergit ex purgantibus præpostere usurpatis.

5 E contrario diaphoretica fortiora exhibita, deliria aliaque capitis gravissima mala producunt.

6 Salia volatilia minus bene in larga dosi ordinantur; meliorem effectum edunt diaphoretica fixa cum lenibus resolventibus exhibita.

7 Nitrum etiam pro æstu imminuendo ad diem usque tertium vel quartum potest concedi.

8 Versus suppurationis autem tempus tam ab hujus, quam frequenti diapnoicorum & discutientium usu aliquatenus cessandum, & potius insistendum relaxantibus, emollientibus atque lenissimis vulnerariis.

9 Externe Camphorata ad diem usque quartum discussionis scopo optime applicantur, ubi vero ad suppurationem affectus inclinare appareat, eorum loco emollientia in usum vocanda sunt.

10 Opiata admodum ancipitia sunt in his morbis, nam facillime sputum supprimunt.

11 Corticem Chacarillæ ad irritationem pectoris leniendam & materiam discutiendam egregium esse, Experientia docuit.

12 Papaveris erratici vis specifica consistit in leni anodyna & demulcendi efficacia.

Caput Sextum.

De Hepatitide & Splenitide.

I. *Definitio.* Hepatitis & Splenitis sunt inflammationes, illa a Stasi sanguinis in hepate, hæc vero in liene facta, ortum habentes.

II. *Differentia.* Differunt Hepatitis & Splenitis inter se
1 Ratione loci affecti.
2 Ratione Symptomatum mitiorum vel graviorum, quæ quidem in Hepatitide nunquam non sunt enormiora.
3 Ipsa Hepatitis vel occupat partem convexam, vel concavam Hepatis.
4 Splenitis vero, vel externam membranaceam, vel ipsam parenchymaticam substantiam infestat.
5 A Pleuritide uterque affectus differt febre remissiori, respiratione & dolore infra diaphragma.
6 Splenitis a Nephritide renis sinistri, partim ratione loci affecti, dum dolor in Splenitide magis anteriorem, in Nephritide posteriorem magis partem occupat partim vero respectu doloris, qui in Nephritide major est, quam in Splenitide.

III. *Signa.*
a *Communia:*
1 Invasio cum horrore insigni & diuturno.
2 Succedens æstus, maxime intensus.
3 Sitis gravissima.
4 Prostratio virium.
5 Agrypnia.
6 Pulsus celer & frequens.
7 Angustia præcordiorum cum spirandi difficultate conjuncta.
8 Dolor gravativus in hypochondriis ad jugulum sese extendens.
b *Propria Hepatitidi.*
1 Paroxysmi nulla notabilis remissio, nisi malum levius fuerit.
2 Intercurrens tamen frigoris sensus, quoties levissimus aer admittitur.
3 Mador etiam qui erumpit facile refrigescens.
4 Interdum autem æstus insignis absque ullo madore, magna vero anxietate cardialgica stipatus.
5 Dolor circa scrobiculum cordis sub costis spuriis dextri lateris magis gravans, quam pungens, cum tumore sæpius ejusdem regionis conjunctus.
6 Decubitus in latus dextrum difficilior, cum doloris augmento.
7 Urina subrutila circa quartum diem pallido-rubellum deponens sedimentum, consistentiam quasi mucidam & purulentam referens.
8 Tussis pauca & arida, respiratio difficilis, aliaque signa quasi pleuritica, quæ quidem observantur si gibba aut convexa hepatis pars diaphragma respiciens est inflammata.
9 Si vero simam vel concavam Hepatis partem occupat inflammatio, præter signa generalia observatur.
10 Cardialgia gravis, anorexia, nausea &c.
11 Conatus vomendi & utplurimum actualis vomitus materiæ biliosæ.
12 Singultus gravis vel continuo, vel frequenter affligens.
13 Diarrhœa interdum biliosa.
14 Sæpius etiam color corporis mutatur in subflavum, qui in oculis præcipue notabilis est.
15 Quando inflammatio abit in abscessum, omnia symptomata exacerbantur cum intercurrentibus rigoribus.
16 Hunc vero, si rumpatur, subsequitur dolorum quidem remissio, sed succedit virium prostratio cum Febre Hectica, abdominis quandoque inflatione ab effuso pure, & intercurrente lipothymia.
c *Propria Splenitidi.*
1 Dolor in hypochondrio sinistro sub costis spuriis gravativus & pulsatorius, cum tumore utplurimum lienis satis perceptibili conjunctus.
2 Febris in exacerbatione sua typum quasi quartanarium servans.
3 Urinæ crassæ & subnigræ.
4 Linguæ succedens nigredo.
5 In hypochondrio sinistro concurrentes borborygmi.
6 Si forte narium Hæmorrhagia contingit, stillicidium e parte sinistra fit.
7 Extremorum frigiditas, quoties aeri liberiori corpus exponitur,

IV. *Subjectum.*
1 His morbis expositi sunt personæ evacuationum sanguinis spontanearum successum, per præposteram adstringentium usum impedientes, vel febricitantes Naturæ motus prius, quam par est, cohiberi concedentes.
2 Potum nimis frigidum post magnum motum & Plethoræ commotionem in larga quantitate assumentes, aut corpus sudore madidum aeri frigidiori exponentes.
3 Iracundi & potu spirituoso abutentes.
4 Externas violentias, contusiones, plagas, casus ab alto &c. passi.
5 Quibus Scabies Erysipelas &c. suppressa fuerunt.
6 Topica frigida externe regioni hepatis vel lienis applicantes.
7 Qui fortioribus corporis motibus, cursibus, saltationibus &c. stasi sanguinis ansam præbuere.

V. *Prognosis.*
1 Hepatis quam maxime est periculosa; nisi enim stasis congestoria discutiatur, plerumque moriuntur ægri.
2 Si concava Hepatis pars inflammata est, in majori periculo versantur ægrotantes, quam inflammatio est in gibba ejus parte.
3 Et quo magis profunda est inflammatio, eo minus discussioni obedit & eo certius lethalis est.
4 Hepatis & lienis inflammationes non raro abeunt in scirrhos.
5 Pessima signa in hepatis inflammatione sunt febris ardens, sitis ingens, lingua scabra, refrigeratio extremorum, internorum vero ardor summus.
6 Quæ ab internis causis excitata est, matutino tempore invadit, & præter febrem ardentem magno utplurimum periculo stipata est.
7 Ventris intumescentia cum sensu ardoris & gravitatis, sudor frigidus, præcipue circa collum & faciem, & lipothymiæ mortem instantem indicant.
8 Vomitus nigri circa dies criticos contingentes, pessimi sunt præsagii, & eo magis, quando urinæ crudæ concurrunt.
9 Si succedat singultus, actum de ægro est.
10 Diebus vero Criticis, sudorem copiosum, vel Diarrhœam, vel Hæmorrhagiam e nare dextra succedere, salutare,
11 Quando morbus in suppurationem abit, quod ex dolore & æstu majori, difficiliori respiratione & succedente imminutione doloris, debilitate patientis, pulsu languido & duriori cognoscitur, utplurimum lethale, nisi suppuratio contingat in gibba Hepatis parte, ubi ustio aut sectio quandoque officium præstare posset. Conf. *Hipp. Aphor.* 45. *Sect.* 7.
12 Etiamsi vero post factam suppurationem morbus superetur, utplurimum tamen succedit hectica.
13 In Hepatis inflammatione, si sub morbi cursu post usum nitrosorum sequitur largum urinæ profluvium, bonum est.
14 Urinam circa dies criticos sedimentum deponere copiosum subrubicundi coloris, bonum.
15 Cruda vero limpida, vel etiam turbida absque sedimento, cuticulam tenuem lacteam parietibus vitri adhærens, mali præsagii.
16 Sudores admodum copiosi, extra dies Criticos contingentes, non adeo utiles.
17 Dolores cito remittere, Febrem tamen adhuc cum magna virium jactura continuare, necrosin partis affectæ indicant.

18 Lie-

18 Lienis inflammatio rarius contingit, nunquam tamen absque periculo.
19 Facilius abit in scirrhum, quam suppurationem.
20 Vomitus nigri in Splenitide circa criticos dies fientes magis salutares, quam noxii.
21 Dejectiones ex atro rubentes in Febre petechiali cum lienis inflammatione conjuncta, die decimo quarto salutares observavimus.
22 Hæmorrhoidum fluxus in assuetis circa eadem tempora sese manifestans, optimum quoque signum.
23 Eundem quoque usum habet Hæmorrhagia narium e nare sinistra, imprimis si die critico cum signis coctionis contingit.
24 Si inflammatio superficiem lienis tantum occupat, citius dissolvitur; quod si vero in interna magis substantia sedem habet, in apostema vel scirrhum abit.

VI. *Remedia.*

1 Sanguinem congestum derivantia & evacuantia: Venæsectiones, Clysteres, suppedanea.
2 Stasin factam resolventia: Radices & Herbæ attenuantes, discutientes & resolventes, Radix Cichor. quæ specifice in Hepatitide laudatur, Pimpinell.alb. Vincetox. Helen. Dictamn. albi, Taraxac. Herb. Scord. Geran. maj. Capill. ♀ris, Heder. Terr. cum Flor. Bellid. arvens. Sem. Card. Mar. nec non Sperm. Ceti, Mumia, Dens apr. præparat. ossa capitis lucii piscis, Externe Empl. de Sperm. Ceti, Diaphoret. Mynsi. e Cicuta, singula bene camphorata, ipse Spir. Camphoratus, Sacculi calidi sicci ex Herbis resolventibus, Rad. Bryon. Sigill. Salomon. Irid. Flor. Herb. Hyssop. Samb. Chamom. Farina Secalina, Fabarum parati.
3 Febriles motus mitigantia & discutientia: Oc. ♋. præparat. Conch. præparat. aciditate Citri vel Spiritu nitri saturata, ♂. diaph. Bezoard. Min. Cinnab. ♂ij, Nitr. depur. Sal. Prunell. Gelatinosa, Emulsiones e Sem. Card. Mar. Aquileg. Pineis, Amygdal. addito in progressu mali Sem. Pap. alb. paratæ, potiones diaphoreticæ acidulatæ, sufficiens potus ex Rad. Scorz. Gramin. Passul. min. interpositæ Essentiæ alexipharmacæ temperatæ, Stahlii, Pimpinellæ albæ Scord. Mistur. simpl.
4 Auxilia Chirurgica per ustionem aut sectionem in Hepatitide.

Formulæ Remediorum.

1 Potio diapnoico-resolvens.

℞. *Aq. Scord.* / *Flor. Samb.* / *Geran. ana.* ℥j. / *C. C. Citr.* ℥ß. / *Mand. luc. pisc. præpar.* / *Dent. apr. præparat.* / ♂ij *diaph. ana.* ℈j. / *Syr. Bellid.* ℥ß. / *M. duo cochlearia* 3. *vel* 4. *horis.*

2 Species resolventes.

℞. *Rad. Cichor.* / *Vincetox ana.* ℥ß. / *Herb. Scord.* / *Geran.* / *Flor. Bellid. ana.* m ß. / *Incis. Coq. in aq. simp. vel sero lactis, mane & vesp. sub infusi forma usurpand.*

3 Emulsio anodyno-discutiens.

℞. *Sem. Card. Mar.* / *Aquileg.* / *Amygd. dul. exc. ana.* ℥ij. / *cum Aq. Geran.* / *Card. mar. Aa.* ℥iij. / *F. l. a. Emulsio edulcor.* / *Syr. Flor. Bellid.* ℥ß. / *adde Mand. luc. pisc.* / ♂ij *diaph. ana.* ℥ß. / *Sæpius ad aliquot cochlearia propinanda.*

4 Pulvis diapnoicus.

℞. *Oc.* ♋. *præparat.* / *Tartar. Vitriol.* / *Nitr. depur.* / *Antimon. diaph. ana.* ℈j. / *Cinnab. Antimon.* ℈ij. / *M. f. Pulv. Dos.* ℈j. *ter de die.*

5 Essentia discutiens.

℞. *Essent. Alexiph. Stahl.* / *Scord. ana.* ℥ß. / *M. dos. gutt.* 25. / *mane in infuso vel jusculo propinanda.*

5 Fotus externus discutiens.

℞. *Rad. bryon.* / *Sigill. Salom Aa.* ℥j / *Herd. Chamom.* / *Fl. Samb. ana. Mj.* / *Fœnic. Secul. M ß.* / *Incis. & ad th. Saccul. includend. calide applicand.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Inflammatio nimia inhibenda est per Venæsectionem in primo statim principio celebratam, imo si circumstantiæ suaserint, repetitam, quod absque mora in pedibus fieri posset. In hæmorrhoidariis quoque applicatio hirudinum ad anum locum haberet.
2 Pro nimio affluxu humorum derivando & æstu aliquantisper imminuendo utiles sunt clysteres emollientes & humectantes, nunc & tunc, si alvus adstricta est, repetendi.
3 Interne ad stasin resolvendam & æstum febrilem discutiendum præscribenda sunt temperata resolventia alexipharmaca & diapnoica, ordinando illa mane, hæc vero versus & post meridiem.
4 Externe quoque discutientia & resolventia haud negligi debent, vel sub Epithematum vel Emplastrorum bene Camphoratorum forma loco affecto imponenda.
5 Emulsiones etiam ex semine Card. Mar. versus noctem in usum vocare convenit: habet enim hocce semen in omnibus inflammationibus internis specificam efficaciam.
6 Quod si æstus intensior foret, potiones diaphoreticæ debent esse subacidæ; cavendo tamen deinde, ne statim emulsionibus, aut hæ illis subjungantur.
7 In doloribus enormioribus pulveribus diapnoicis lene anoydnum vel Emulsionibus Sem. Pap. alb. addi potest, quod saltem in incremento, non vero in statu morbi fiat.
8 Ubi suppuratio in gibba Hepatis parte contingit, tutissimum, inter reliqua, auxilium est sectio & evacuatio puris, quanquam neque hæc ægrum semper a morte liberet,

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Venæsectio utplurimum utilis magis, quam noxia est; in Splenitide vero si Hæmorrhoidum obstructio subest, majorem habent utilitatem hirudines ano applicitæ.
2 Vomitoria locum non habent, nisi gravis iracundia affectui ansam dederit, quo in casu statim ab initio illa exhibere convenit.
3 Purgantia quoque, imprimis fortiora, nullam habent utilitatem, quia potius sanguinem magis in orgasmum projiciunt, discussionemque impediunt.
4 Idem etiam de positive diaphoreticis, id est, fortioribus intelligendum est, quippe quæ enormes æstus, deliria, convulsiones, utplurimum parturiunt.
5 Lenis autem diapnoe apprime suadenda, quia æqualis per eandem circulatio sanguinis & expressio materiæ noxiæ obtinetur.
6 Clysteres toties injiciendi sunt, quoties necessitas eosdem exigit, & quidem emollientes & carminativi potius quam acres, ne ad Diarrhœas symptomaticas disponant.
7 Chærefolium, Sambuc. Fl. Bellid. tanta elogia non merentur, qualia iisdem in inflammationibus internis vulgo attribuuntur.
8 Neque etiam a dentibus apri vel maxillis lucii piscis miracula expectanda sunt.
9 Spir. Vini Camphoratus ab initio magis, quam in statu locum habet. Conveniunt tunc fotus sicci.

Caput Septimum.

De Inflammatione Ventriculi & Inteſtinorum.

I. *Definitio.*
Eſt inflammatio admodum dolorifica & periculoſa, a ſtagnante ſanguine, vel in venulis ventriculi, vel inteſtinorum, variis cauſis ortum debente, excitata.

II. *Differentia.*
a *Ventriculi.*
1 *a Cardialgia*: hæc nullam febrem comitem habet, nec tam exquiſitum, certum ventriculi locum fixe tenentem, dolorem, mitioribus præterea ſtipata eſt ſymptomatibus.
2 *Ratione* ipſius *loci*: Quandoque totus ventriculus inflammatur, quandoque vero vel fundus, vel dextra vel ſiniſtra ſaltem ejuſdem pars.
3 *Ratione cauſæ*: eſt vel idiopathica, quæ primario a ventriculo originem habet, vel ſymptomatica, quæ febribus acutis, podagræ retropulſæ, aliiſque morbis ſupervenit.
b *Inteſtinorum*.
1 *Ratione loci*, vel tenuia inteſtina inflammantur, quod quidem fere ordinarie fit, vel craſſa, quod admodum rarum, niſi vis externa occaſionem dederit.
2 *Ratione cauſæ* itidem vel idiopathica, vel ſymptomatica.

III. *Signa*
a *Ventriculi* inflammationis
1 Adeſt febris cum ſiti magna & clamoſa quaſi, vigiliis, pulſu primo duro & frequenti, poſtea inæquali.
2 Concurrunt dolores & ardores acerbiſſimi circa præcordia & ſpecialiter ſcrobiculum cordis præcipue notabiles.
3 Jungit ſeſe utplurimum maxima anxietas & inquietudo.
4 Aſſumta, ſive liquida, ſive ſolida, nunquam non inſignem pariunt moleſtiam, cum dolorificis, quanquam vacuis, vomendi conatibus conjunctam.
5 Accedit ſiccitas oris & faucium moleſtiſſima, quæ a liquidorum aſſumtione momentaneam quandoque refocillationem accipit, aſt plerumque ſi paululum largior fuerit, cardialgico-lipothymica, imo quandoque ſyncoptica pathemata poſt ſe trahit.
6 Alvus utplurimum eſt adſtricta, urina vel flammea, vel ſubruffa, pauca & craſſa, diuturna mora turbidior evadens.
7 Subſequuntur facillime horripilationes & refrigerationes externæ cum intenſo æſtu interno atque deliriis, utplurimum lipothymico-ſyncopticos vel ſemiconvulſivos, nec non ſingultuoſos effectus comites habentibus.
b *Inteſtinorum*.
1 Tormina acutiſſima & contractiones dolorificæ circa umbilicum, cum acuta febre conjuncta.
2 Vomendi conatus & actuales utplurimum vomitus, præcipue in repletioribus.
3 Conſtrictio alvi firmiſſima, rarius ejuſdem lubricitas, niſi in ſymptomatica dyſenteriæ ſuperveniente.
4 Pulſus non adeo durus, ſed frequens.
5 Agrypnia cum ſuccedentibus deliriis, extremorum frigore, interno vero ardore.

IV. *Subjectum*.
a Inflammationi *Ventriculi* expoſiti ſunt
1 Iracundi, immediate poſt graviorem iracundiam cibos in larga quantitate & quidem fermenteſcente efficacia inſtructos, aſſumentes.
2 Frigidam avide ingurgitantes, corpore adhuc intenſe calente.
3 Venenis corroſivis, emeticis & purgantibus fortioribus uſi.
4 Podagrici, Rheumatici, Arthritici male per externa refrigerantia & repellentia tractati.
5 Febribus acutis & malignis laborantes, & ab iiſdem in faucium affectus prunellodes incidentes.
6 Ventriculi vim externam paſſi.
b *Inteſtinorum* inflammatione facile laborant.
1 Hernioſi.
2 Hæmorrhoidarii.
3 Bilioſi.
4 Colicæ ſanguineæ & bilioſæ frequenter obnoxii.
5 In externas injurias violentas infeliciter incidentes.

V. *Prognoſis.*
1 Uterque affectus periculoſiſſimus eſt & brevi tempore ægrum jugulare poteſt.
2 Ventriculi quidem orificium ſi occupat inflammatio, periculoſiſſima eſt, & teſte *Foreſto*, Jovis filii dicendi ſunt, qui evaſerint.
3 Tetræ atque fœdæ dejectiones quinto & ſexto die ſupervenientes, raro levamen, ſed plerumque majorem virium proſtrationem afferunt.
4 Aſſumta liquida ſi mox regurgitent ad os, peſſimum ſignum, denotat enim vel œſophagi & ventriculi impotentiam paralyticam, vel nimiam harum partium ab inflammatione pendentem ſtricturam.
5 Frequentes Lipothymiæ admodum ſunt ſuſpectæ, ſubſequens vero ſingultus lethalis fere ominis.
6 Imprimis autem in utroque affectu externæ refrigerationes cum ſudoribus frigidis, æſtu interno per pulſum notabili, admodum ſunt funeſtæ.
7 Inflammatio Ventriculi curata quandoque in febrem lentam & hecticam in ſiccioribus, in humidioribus vero in Oedemata & Aſciticos tumores, præcipue ſi incongrua medicamenta adhibita fuerint, migrat.
8 Inflammationes inteſtinorum cum excretione fæcum alvinarum anoterica conjunctæ, peſſimi ſunt indicii.
9 Si exterius in abdomine, ubi ſedes dolorum erat, maculæ & veſiculæ livido-rubræ conſpicuæ ſunt, lethale ſignum.
10 Dolores ſubito evaneſcentes, qui antea admodum exquiſiti erant, partis affectæ necroſin indicant.

VI. *Remedia.*
1 Sanguinem abundantem in Plethoricis evacuat Venæſectio in pedibus celebrata.
2 Staſin reſolvunt & diſcutiunt diaphoretica fixa ♁. diaph. Bezoard. Miner. Cinnab. ♃ij & nativa; Aquæ Diapnoicæ Flor. Samb. Card. Mar. &c. Sem. Card. Mar. in emulſionibus, vel etiam in ſubſtantia uſurpatum, Lenia Alexipharmaca: Eſſ. Alex. Stahlii temperatior, Scordii, Mixt. Simpl. Cortex Chacarill. ejuſque Extractum in moderatiori doſi, Salia incidentia: Arcan. duplic. Tart. Vitriolat. &c. Externe Camphorata, Sacculi ex herbis aromaticis, nervinis & diſcutientibus: Puleg. Matricar. Origan. Rutæ, Abſinth. &c. Sem. Carv. Fœnic. Camphora.
3 Sanguinem diluunt & ſtricturam ſolidarum partium inflammatoriam demulcent, potus tenuis, gelatinoſus, lubricans calide ſumtus, Gelatina C. C. eboris, cremor hordei, decoct. hord. avenæ; Emulſiones, Nitroſa cum commendatis Cinnabarinis, clyſteres emollientes & in alvo ſtrictiori magis ſtimulantes.
4 Motum nimium ſanguinis remorantur & craſin humorum vitiatam acriorem corrigunt abſorbentia: Oc. ♋. præparat. Unic. Foſſil. & imprimis Cryſtall. mont. præparat Acidiuſcula: Acetos, Citri ejuſque Syrupus, Tinct. Roſar. & Violar. &c.
5 Materiam correctam evacuant lenia laxantia Tamarindi, Rhabarbarum, Manna.
6 Corroſivam & draſticam venenorum indolem demulcent & corrigunt partim oleoſa: butyrum recens, Ol. Amygd. dulc. Olivar. in ſufficiente quantitate aſſumta, partim acida vegetabilia cum anodynis correctis in ſicca vel liquida forma uſurpata, partim etiam diluentia & lubricantia: lac calidum cum Ol. Amygd. dulc. copioſe ſumtum, Gelatinæ calidæ, cremor

mor hordei, Mucilag. Sem. Cydon. Pſyllii, Tragacantha, Gummi Arab. Omnia & ſingula ſecundum cauſarum circumſtantias & diverſitates exhibita.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans.

℞. *Cryſtall. mont. præp.* ʒj. ♁ij ʒj. *Nitr. depur.* *Arc. duplic. ana.* ʒſs. — *Cinnab.* ♁ij ʒj. *M. doſis eſt* ʒj. 3. *vel* 4. *per diem.*

2 Alius.

℞. *Mandib. luc. piſc. præp.* *Cryſtall. mont. præp. ā.* ʒj *Tart. Vitriolat.* — *Nitr. depur. ana.* ʒſs. *Cinnab. Nativ.* ʒj. *M. doſis ut ſupra.*

3 Emulſio temperans & diſcutiens.

℞. *Sem. Card. Mar.* *Amygd. dulc. ex. ana.* ʒiij *cum Aq. Flor. Samb.* *Card. Mar. ā.* ʒiij. *F. l. a. Emulſio. edulcor.* — *Syr. Flor. Bellid.* ʒſs. *adde Mand. luc. piſc.* ♁ij *diaphor. ana* ʒſs. *M. Cochleatim propinanda.*

4 Potio temperans & diſcutiens.

℞. *Aq. Flor. Samb.* *Scord.* *Card. mar. ana.* ʒj. *Acetos Citr.* ʒſs. *Cryſtall. mont. præp.* ʒſs. ♁. *diaph.* — *Nitr. depur. ana.* ʒſs. *Extract. cort. Chatar.* gr. viij. *Syr. acetos Citri* ʒſs. *M. Ternis vel quaternis horis cochleatim exhibenda.*

5 Eſſentia diſcutiens.

℞. *Eſſ. Alexiph. Stahlii.* *Scordii ana.* ʒiſs. — *M. doſis gutt.* 30. *mane in juſculo propinanda.*

6 Alia.

℞. *Mixtur. Simpl.* *Tinct. Bez. Mich. ā* ʒiſs. — *M. doſis ut antea.*

7 Potio Laxans.

℞. *Tamarind.* ʒj. *Rhab. elect* ʒiſs. *Cryſtall. Tart.* ʒj. *Coque in ſ. q. Aq. Colat.* — ℞. ʒiij. *diſſol. Mann. Calabr.* ʒj. *pro una vice.*

8 Sacculus.

℞. *Herb. Chamom.* *Matric. Ruta.* *Flor. Samb. ana. m*ſs. *Lavend.* — *Ror. mar. ana. p. j.* *Camph.* ʒſs. *Inciſa Sacculis includenda.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Turgeſcentia ſanguinis ejuſque ebullitio, ſi quæ adeſt, imminuitur per Venæſectionem in pede in morbi ſtatim principio celebrandam.

2 Saburra biliosa, ſi hæc originem dederit inflammationi ventriculi, evacuatur quandoque optime per ſecurum emeticum, in primis ſtatim initiis ordinatum.

3 Inflammatio tam ventriculi, quam inteſtinorum fortior impedienda eſt tum per diluentia, lubricantia, gelatinoſa, Nitroſa, ſubacida, tum lenia laxantia, clyſteres, alvum apertam conſervantia.

4 Staſis vero inflammatoria jam facta temperatur atque diſcutitur tum per hæc, tum per diaphoretica fixa, Aquas diapnoicas, emulſiones, digeſtiva, lenia Alexipharmaca & Cinnabarina, externe vero per linimenta & epithemata diſcutientia.

5 Addatur ſi acrimonia biliosa ſubeſt, ad eandem corrigendam cryſtallus montana, non neglectis & aliis abſorbentibus e. g. Oc. ♋♋. præparat. matr. perl. &c.

6 Hæc vero ita ſunt ordinanda, ut in augmento & ſtatu morbi Nitroſa, aquæ diapnoicæ, abſorbentia cum diluentibus & lubricantibus uſurpentur, in ipſius vero decremento, ſi ad lentam quaſi remiſſionem vergit, magis diuretico-Alexipharmacorum uſui inſiſtatur; hæc quidem mane & circa meridiem, illa vero verſus & per noctem ordinando.

7 Quod ſi malum a fortiori forte emeſi vel catharſi ortum habeat, tunc uſum præſtare poterunt Anodyna correcta, cum Alexipharmacis & diapnoicis conjuncta.

8 Arſenici vero vel Mercurii ſublimati aut ſimilium aſſumtorum vis corroſiva & deleteria optime diluitur & infringitur lacte, cum oleis expreſſis conjuncto, & large epoto, donec nimirum vomitus huic rei ſolennes ceſſarint.

9 In inflammatione inteſtinorum, ab hernia incarcerata originem habente, chirurgicum ſimul auxilium implorandum, & prolapſus inteſtinorum reponendus eſt.

10 Quæ Dyſenteriæ ſuccedit, in ſpeciali capite hujus libri tractationem & curationem invenit.

11 Inflammationes ventriculi ſymptomaticæ, febribus malignis quandoque ſuperveniens, ſolis tractantur diapnoicis, gelatinoſis, lubricantibus, ſubacidis, diluentibus.

12 A Podagra vero retropulſa originem habentes, deſiderant cum hæc, tum evacuationem ſanguinis, nec non lenia laxantia & clyſteres.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Venæſectio non conducit, niſi in primo ſtatim principio celebretur.

2 Vitanda quoque ſunt omnia fortiora purgantia, vomitoria acriora inflammationem exacerbantia; ubi tamen biliosa ſaburra in ventriculo præſto eſt & malum fovet, tunc in principio exhibitum vomitorium uſum habere poteſt.

3 Opiata niſi admodum prudenter & juſto tempore exhibeantur, facillime ſphacelum inducere poſſunt.

4 Lenia laxantia non ſunt reformidanda, inteſtina enim eluunt, & ſtricturam inflammatoriam demulcent, adde quod per alvi apertionem eandem imminuant.

5 Quod etiam de clyſteribus tenendum, quibus in principio quando alvus pertinaciter conſtricta eſt, ſufficiente ſtimulo Salis proſpiciendum eſt, ſubjunctis deinde tantum mollientibus & leniter carminativis, acres tamen clyſteres nocent.

6 Omnia calidiora interna cum injuncto regimine ſudorifico locum haud habent; inflammatio enim exinde augmenta capit: ſufficit regimen diapnoicum.

7 Externe oleoſa acria fugienda ſunt: quia dolorum ferociam exacerbant.

8 Cum ſenſus in utraque inflammatione ſit exquiſitiſſimus & aſſumta facile rejiciantur, vel magnam ſaltem moleſtiam pariant, ideoque præſtat medicamenta in minori doſi, ſed eo frequentius exhibere.

9 Omnia frigida hiſce inflammationibus ſunt inimica, ideoque potus calide & in parca quantitate aſſumatur, ſed eo frequentius repetatur.

Caput Octavum.

De Paſſione Iliaca ſive Volvulo.

I. *Definitio*: Paſſio Iliaca eſt dolor acerbiſſimus, præcipue inteſtini Ilei, utpl. cum inflammatione ſæcumque alvinarum per os excretione conjunctus.

II. *Differentia.*

1 *A Colica* vel ratione loci, cum hæc magis epigaſtricam regionem occupet; Iliaca vero paſſio Hypogaſtricam; vel ratione ſymptomatum, in Iliaco enim affectu multo vehementiora tam reſpectu ructuum, flatuum, torminum & febriculæ, quam ipſorum vomituum occurrunt ſymptomata, quæ quidem & in Colica ſimplici ſunt obſervanda, ſed non in tanto gradu, nec cum vomitibus fæculentis conjuncta.

2 *A ſe ipſa* ratione differentiæ cauſarum: Alia enim ab intruſione inteſtinorum, quam convolutionem alii vocant, originem habet, alia herniæ incarceratæ, alia denique obſtructioni alvi diuturniori ortum debet.

III. *Signa.*

1 Pertinax alvi adſtrictio per plures dies, neque continuans, neque ordinariis clyſteribus emollientibus & carminativis obediens.

2 Dolores exquiſitiſſimi punctorii atque lancinantes, præcipue infra umbilicum ſe exerentes, ægrumque

que sæpius ita exercentes, ut quorsum se vertat, nesciat.

3 Frequentes ructus, murmura intestinorum flatulenta cum intercurrentibus & concurrentibus Cardialgiis, præcordiorum anxietatibus.

4 Abdominis præterea aliqualis distensio, fastidium ciborum, febricula, sitis, vigiliæ &c.

5 Succedentes conatus vomendi & actuales vomitus, primo contentorum ventriculi, postea malo ulterius procedente, intercurrentia animi deliquia, sudores frigidi, tenuium intestinorum chymosæ materiæ, tandem ipsarum alvinarum fæcum per os ejectiones, quæ demum ipsum Miserere mei constituunt.

IV. *Subjectum.*

1 Hæmorrhoidum incompleto molimine, magis vero consuetarum suppressione laborantes.

2 Hernioſi, intestinorum prolapsorum repositionem negligentes.

3 Alvinis obstructionibus ex variis causis expositi.

4 Vulnerati.

5 Feminæ post cessionem mensium aut suppressionem subitaneam.

6 Puerperæ lochiorum suppressione laborantes.

V. *Prognosis.*

1 Passio Iliaca, quæ cum fæcum alvinarum excretione anoterica conjuncta est, nunquam fere non lethalis, quosdam tamen ad septimum usque diem vomitu stercoreo laborantes evasisse observavimus.

2 Mutuus intestinorum ingressus per ascensum curabilis est, per descensum vero incurabilis. *Ettmuller.*

3 Passio Iliaca ab Hernia incarcerata originem trahens, admodum periculosa est.

4 Iliacam passionem ob herniam incarceratam per sectionem & restitutionem intestinorum restitutam fuisse, novimus.

5 Licet hernia interdum restituatur, nihilominus tamen Passio Iliaca continuante vomitu lethalis evadit, quod in lotrice observavimus, quæ licet Hernia restituta esset, omnia tamen assumpta, imo ipsos quoque injectos clysteres vomitu ad mortem usque, rejiciebat.

6 Quo magis inversus est motus peristalticus, eo periculosior est Passio Iliaca.

7 Quo magis acuti ac punctorii sunt dolores cum frequentibus horroribus, eo facilius inflammatio intestinorum lethalis metuenda est, quod aliquoties observavimus.

8 Frigus extremorum pulsusque exigua vel nulla perceptio in Passione Iliaca, funestum est.

9 Parotidem Passioni Iliacæ cum vomitu stercoreo supervenisse observavimus, sed cum altera die, licet alvi libertas restituta esset, subito retrocederet, sequebatur inflammatio faucium & mors.

10 Passionem Iliacam gravissimam, sine tamen vomitu stercoreo per Diarrhœam purulentam & cruentam per plures dies continuantem, cum euphoria solutam fuisse, aliquoties in feminis vidimus.

11 Iliaca Passio, quæ contingit saltem ex alvi obstructione simplici, meliorem spem præbet, quam quæ ex aliis causis ortum habet.

12 Dolor acutissimus subito evanescens, necroseos indicium est.

13 Ab Ileo vomitus aut singultus, aut convulsio, aut desipientia, malum. *Hipp. 7. Aph. 10.*

14 Quo major est adstrictio alvi, minusque hæc clysteribus auscultat, eo periculosior est status.

15 Si frigidi sequuntur sudores dolorum remissionem, lethale est.

VI. *Remedia.*

1 Materiam induratam emolliunt, & tonum fibrarum demulcent absorbentia, Diaphoretica fixa, Cinnabarina, Nitriata, Gelatinosa, emulsiva; clysteres primo emollientes & carminativi, deinde magis stimulantes e Fol. Tabaci, Sapone Veneto &c. Externe autem Olea & Unguenta emollientia ventri illinenda.

2 Emollitam & præparatam educunt: Purgantia sub solida potius quam liquida forma exhibenda, quo pertinent Pilul. Coch. ad imitationem Sydenham. ordinatæ, nec non laudati clysteres, qui si nihil effecerint, addatur Colocynth. aut fol. Nicot. Senn. vel Tart. emet.

3 Æstum febrilem mitigant & discutiunt: Diaphoretica fixa, Nitrata & absorbentia cum pauco semper vehiculo exhibenda, Venæsectio in pede administrata, præcipue si malum ab Hæmorrhoidum malo successu originem traxerit. Externe autem Spir. Vini Camph. Crocati cum linteis calefactis, aut Epithematum discutientium applicatio.

4 Involuta sibi invicem intestina, si malum exinde dependeat, in naturalem ordinem restitui creduntur a globulis plumbeis vel aureis deglutitis, aut ♀io vivo in larga quantitate cum Ol. Amygd. dulc. assumto, a folle orificio ani applicato.

5 Prolapsa intestina in hernioſis restituunt & reponunt post clysteres emollientes & carminativos, Epithemata & fotus ex speciebus emollientibus & carminativis in lacte coquendis parati, nec non in absentia inflammatorii tumoris Cataplasmata emollientia sæpius calide applicita, supinus corporis situs, cum auxiliatrice manuum ministerio.

6 Herniæ inveteratæ, medicamentis non auscultanti, succurrit operatio Chirurgica.

Formulæ Remediorum.

1 Purgans Sydenhamii *in Passione Iliaca post febres acutas ab obstructione alvi nimia contingente.*

℞. *Pil. Coch.* ℥j. *Dissolv. in* ▽. *Ment. q. s. pro una vice, roborato prius ventriculo per exhibitionem Sal Absinth. & frequentem* ▽ *Menth. usum externam vero catuli viventis ventri imponendi applicationem.*

2 Clyster emoll. & Carmin.

℞. *Dec. emoll. & Carmin. pro Clyster.* ℥ix. *Elect. diacath.* ℥j. *Ol. Chamom.* ℥vj. *Vitell. Ov. num. j. Sal Gemmæ* ʒj. *M. f. clyster calide applicandus.*

3 Alius acrior.

℞. *Spec. emoll. Fol. Nicot. ana. Mj. Coq. in s. q.* ▽ *& lact. an. Collat.* ℞. ℥ix. *dissolv. Elect. lenit.* ℥j. *Ol. Sambuc.* ℥vj. *Sal Gemm.* ℥j. *M. calide applicandus.*

4 Pulvis diapnoico-temperans.

℞. *Conch. præparat.* ♁ij. *Diaph.* ♁ij. *Tart. Vitriolati Nitr. depur. ana* ℥j. *Cinnab.* ♁ij. ʒſs. *M. f. pulv. dosis* ℈j. *bis vel 3. per diem propin.*

5 Pulvis Joelis.

℞. *Flor. Chamom. lut. Sem. Malv. ana* ℥j. *M f. pulv. in tepido decoct. Flor. Anethi exhibendus.*

6 Modus ♀ exhibendi Welschianus.

℞. *Ol. Amygd. dulc.* ℥iſs. ♀ij *crud. purgat.* ℥iij. *Sacchar. cand. alb.* ℥j. *M. Bis terve dosis agro tuto propinari potest.*

VII. *Methodus medendi.*

1 In fæcum alvinarum induratione vehementiori successus alvi est promovendus per emollientes clysteres, qui, si nil juverint, reiterandi addito stimulo per Colocynth. Senn. aut Tart. emet. inprimis vero Fol. Nicot. Pertinent etiam huc laxantia in solida potius, quam liquida forma assumenda. Externe ad promotionem hanc alvinam facit etiam aliquid illinitio ventris per Unguent. aut linimentum emolliens.

2 Febrilis commotio & stasis sanguinis in intestinorum venulis discutienda, temperanda & resolvenda est per pulveres diapnoico-absorbentes, Gelat. C. C. Nitrata &, si circumstantiæ illud permittunt, emulsiva. Melius autem semper sicciores ordinantur formulæ, quam liquidiores, facile enim hæ rejiciuntur. Imo ipsius potus assumptio ob hanc causam magis successive quam simul & largioribus dosibus fieri debet. Externe vero discussioni inserviunt epithemata carminativa, Spir. Vin. Camphor. cum linteaminibus applicatus. Imprimis pro hac intentione eo melius exequenda, quandoque Venæ-

sectio

sectio in pede in primis diebus celebrata eximium usum habet, præcipue in iis, qui ab hæmorrhoidum vel mensium vitio in hunc affectum incidere.

3 Spastica fibrarum strictura demulcenda, doloresque exinde exorti mitigandi sunt per Cinnabarina, Essent. Dulc. Hallens. & lubricantia interna. Externe vero emollientia, fotus, cataplasmata, stercus suillum, vaccinum recens cum Ol. Olivarum subactum & calide ventri impositum, Omentum vervecinum calide applicitum, catulos viventes ventri impositos &c.

4 Intestina, si sibi invicem intrusa sint, ita ut inferius in superius sese insinuaverit, Auctores globulos plumbeos vel aureos, aut etiam Hydrargyri usum commendant, ut gravitate sua intestina in pristinum ordinem redire cogantur; quod quidem in involutione ἄνω versus factum, aliquando processisse observationes testantur, inprimis si juxta Autorum commendationem fortior desuper institutus fuerit motus. Quando autem superius in inferius sese insinuavit, & magna adest inflammatio, tunc minus hæc methodus votis respondebit.

5 Iliacus affectus ab intestinorum prolapsu originem trahens, expetit ante omnia intestinorum prolapsorum repositionem; ut autem hoc eo melius fieri possit, præparatio per clysteres, fotus, cataplasmata, linimenta emollientia præmittenda est, tunc mediante justo, id est supino corporis situ, natibus paulisper elevatis, capite vero declinato repositio manuum opera administranda est. Interne vero ad inflammationem arcendam, & si quæ jam adest, discutiendam, propinentur diapnoico-absorbentia Cinnabarina, Nitrata, lubricantia & gelatinosa & præ cæteris Pulv. Solar. D. Richt.

6 Quod si autem inveterata hernia per omentum aut Mesenterii portionem processibus peritonæi adhæreat, ita ut repositio supra recensito modo haud obtineri possit, imminens affectui Iliaco periculum haud alia ratione præcaveri poterit, quem actuali Chirurgica operatione.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Vomitoria in hoc affectu angue pejus fugienda sunt: Vomitus enim dolorem & inflammationem certissime augent.

2 Purgantia etiam, imprimis fortiora, plerumque malum exasperant, nisi ventriculus prius roboratus fuerit.

3 Laxantia his præferenda sunt: debent autem ita comparata esse, ne ob nimiam molem a ventriculo iterum rejiciantur.

4 Opiata, ob dolorum mitigationem ordinata, inflammationem exacerbant, & ad gangrænam viam parant.

5 Mercurius non debet exhiberi, nisi per emollientia prius præparatum fuerit corpus, cui rei inservit Oleum Amygd. dulc. vel Olivar. ad aliquot uncias assumtum. Post deglutitionem Mercurii opus est motione corporis, ut hic vias intestinorum eo melius penetrare possit.

6 Hernia inveterata nulla vi debet reponi, alias, si alicubi adnata est, facile convolutio intestinorum & exinde secutura inflammatio metuenda est.

7 Quodsi in incarcerata hernia externe tumor jam inflammatorius appareat, ab operatione Chirurgica cessandum est.

8 Quando fæculentæ materiæ excretiones ἄνω jam contingunt, a clysteribus præcipue fortioribus, cessandum est, alias & hi per eandem viam excludentur.

Caput Nonum.

De Nephritide.

I. *Definitio.* Nephritis est inflammatio a stasi sanguinis in renibus, utplurimum propter hæmorrhoides externas minus bene succedentes facta, originem trahens.

II. *Differentia.*

Nephritis simplex distinguenda

1 *a Calculosa*: hæc enim

a In urina sabulum non adeo rubicundi coloris statim postquam emissa est, vel post breviorem saltem moram ad fundum demittit; cum e contrario Nephritis in urina Crystallos teneras pellucidas rubicundas, demum postquam refriguit lateribus vitri sese adhærentes, sicut alii quoque arthritici affectus, exhibeat.

b Calculosa sub quieto corporis statu mitescit, Nephritis vero exinde exacerbatur, & potius a leniori motu emolumentum capit.

c Porro dolor in Calculosa acutissimos cruciatus refert, in Nephritide vero est magis premens & tendens.

d Illa denique vix unquam sui curationem admittit, cum hæc, si ipsi justa & matura methodo succurratur, percurari iterum possit.

2 *Ab Ischiadicis doloribus* externas magis musculosas partes afficientibus, qui in Nephritide magis sunt profundi, quamvis interdum dictu difficile sit, utrum dolores occurrentes sint Nephritici, an vero Rhevmatico-Ischiadici.

III. *Signa.*

1 Dolores primo tendentes & prementes, & sub liberiori motu contusionis quasi sensum exhibentes, circa lumborum maxime regionem, vel in utroque latere, vel sæpissime in sinistro tantum latere, & quidem frequentius, sese exerentes.

2 Deinde subsequentes magis acuti, ardoris, inflammationis & lancinationis exquisitum sensum inferentes, cum anxia inquietudine.

3 Concurrentia primarum viarum vitia: appetitus prostratio, nausea, & quandoque actuales vomitus, cum torminibus ventris gravissimis.

4 Concomitantes febriles utplurimum motus, nimirum vel veri horrores, vel vagæ saltem horridulæ percursationes, cum succedente non tam æstu actuali, quam calore molestissimo aerem quendam ardorem conjunctum habentem.

5 Juncta præterea Agrypnia, Cephalalgia obtusa quasi, aut aliquantisper vertiginosa, siticulositas, prostratio virium.

6 Alvus utplurimum sicca, urina etiam parcior, tenuis, communiter cum frequenti mingendi desiderio, vel si obtusi magis sunt dolores circa renes, admodum crassa, filamentis quasi mucidis imbuta.

7 In nonnullis quoque vasorum spermaticorum ad testes procedentium consensuales dolores & tumores, vel etiam rigores & stupores femoris, cujus latus affectum est.

IV. *Subjectum.*

1 Ætas juvenilis & virilis, habitus laxi, spongiosi, succulenti, temperamenti sanguinei sinceri vel prædominantis, hæmorrhoidum moliminibus, vel earundem suppressionibus, obnoxia.

2 Frequentius sexus virilis ob Hæmorrhoidum vitia, rarius sexus fœmininus, nisi Mensium ataxiis manifeste laboret.

3 Personæ in incondito rerum non-naturalium usu versantes, nimirum vini generosioris, Veneris libidinibus, motui fortiori per equitationem aut vecturam insolitam addictæ, nec non

4 Diureticis & balsamicis fortioribus utentes.

5 Porro quę Podagricis, Ischiadicis incommodis aut hæreditariam dispositionem e parentibus habent, in quo casu etiam infantes ab hoc malo divexari observantur, aut

6 Quæcunque ætas, vim externam in regione lumbari patiens.

V. *Prognosis.*

1 Inter omnes inflammationes internas Nephritis fere pro levissima habenda est: cum, quia perfluens urina corruptionem inhibet & renes perpetuo abstergit, tum, quia rarissime uterque Ren, sed plerumque unus saltem, isque finister inflammatione corripitur.

2 Quo frequentius tamen & acrius paroxysmi redeunt,

eo plus

eo plus periculi minantur, & vel calculum renalem, vel ex ulcerationem renum, vel mictum cruentum, imprimis ſub incongrua methodo, poſt ſe trahunt.

2 Quod ſi autem mature Nephritidi medicamentis congruis ſuccurratur, non ita difficulter tollitur, imprimis, ſi nondum calculoſa ſit, utpote quæ difficillime curam admittit.

4 Sicuti Nephritides pro eventu quaſi Arthritico-Iſchiatico-Hæmorrhoidalium motuum & molimina habendæ ſunt, ita inſigne emolumentum ex Hæmorrhoidum eruptionibus capiunt, ſecundum *Hipp. Aphor.* 11. *Sect.* 6. Nephriticis Hæmorrhoides ſupervenire bonum.

5 Juniores ſemper vehementius quam ſenes hoc affectu corripiuntur, majoribus etiam præ his periculis ſunt expoſiti, ob ſanguinis turgeſcentiam, qua adhuc gaudent.

6 Quo copioſius calidiora diuretica in uſum trahuntur, eo pertinacius affectus perſiſtit, & eo certius Calculus renalis, Hectica, eundem comitari ſolent.

7 Motus ſanguinis verſus renes facile ſequuntur Congeſtiones, Stagnationes, Staſes inflammatoriæ, Apoſtemata, Ulcera, Calculi & Hecticæ.

VI. *Remedia.*

1 Orgaſmum humorum ad Renes congeſtorum temperant atque demulcent Nitroſa in potu, potus item tepidus dilutus, leviter acidulatus, ſerum lactis, decoctum ex Scorzonera, hordeo C. C. Ebore, Gelatina C. C. Emulſiones, Ol. Amygd. dulc. cum Sperm. Ceti vel Manna exhibitum, decoctum Nephrit. Foreſti, quod in omni Nephritide plus quam ulla alia præſtat remedia. Externe vero Ungt. Dialth. Ceruſſ. refrig. Galeni &c.

2 Staſin inflammatoriam diſcutiunt & febriles motus efficaciter ſublevant interne: Pulvis Antiſpaſmod. bis vel ter per diem exhibitus, cum interpoſito ♁ii diaph. uſu, Eſſent. quoque Alexiph. Stahlii aut Bezoard. Michael. vel Mixtura ſimplex mane in juſculo exhibenda; potiones Diapnoicæ, Sem. Card. Mariæ, vel in ſubſtantia, vel ſub emulſionis forma ordinandum. Externe ſacculi ſicci ex herba Chamom. Flor. Sambuc. Melilot. Sem. Anethi, Fœnu græc. Lini &c. Emplaſtr. Saponat. Barbette, Spir. Serpilli abſtractitius & formicarum.

3 Congeſtionem inflammatoriam divertunt & ſpaſticam fibrarum ſtricturam quodammodo leniunt clyſteres oleoſi, ſpecifice ex Veronica, Ol. Olivar. vel Chamom. & pauco Nitro. E longinquo, quamvis non tanta efficacia, ſubveniunt ligaturæ & frictiones extremarum partium, efficaciſſime autem hoc faciunt hirudines locis Hæmorrhoidalibus applicatæ, vel Venæſectio in pede celebrata, quæ tunc imprimis locum habent, quando malum admodum increbeſcit, & Iſchuria jam præſto eſt, alias magis præſervative in uſum vocandæ ſunt.

4 Tonum partis affectæ relaxatum reſtituunt in priſtinum robur, Salia volatilia cum Tincturis alcalinis combinata, Liq. C. C. ſuccinatus in magis Phlegmaticis.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis Antiſpaſmodicus.

℞. *Nitr. depur.* *Cinnab.* ♁ii ℈ij. *M.*
Tart. Vitriol. 2. *Cuſp. cultr.* 2. *vel* 3. *de*
S. C. ana. ʒj. *die.*

2 Potio diapnoico-diſcutiens.

℞. *Aq. Scabioſ.* *Antimonii diaph. ana.*
Fl. Sambuc. ℈j.
Chæref. ana. ʒj. *Sang. Hirc.* ℈ß.
e Typh. Cerv. ʒß. *Syr. Fl. Bellid.* ʒß.
Oc. ♎. *præparat.* *M. cochleatim exhibenda.*

3 Emulſio temperans.

℞. *Sem. Card. Mar.* *F. l. a. Emulſio edul.*
Milii Solis. *Syr. dialth. Fern.* ʒvj.
Amygd. dulc. exc. ää ʒij. *adde Mand. luc. piſc.*
cum Aq. Chæref. ♁. *diaph. ana.* ʒß.
Card. Mar. ää ʒvj. *M. cochleatim aſſumenda.*

4 Decoctum Foreſti.

℞. *Sem. Alth.* *Sebeſten. num.* vij.
Malv. ana ʒij. ʒiij. *Rad. liquirit. raſ.* ʒvj.
Cicer. rubr. ʒiij. *Coque in Aq. ſimpl.* ℔. iij.
4. frig. maj. ana ʒij. *ad dimidiæ partis conſump-*
Hod. mund. ʒij. *tionem,*
Caric. ping. num. viij. *Colat. det. ſapius calide.*

5 Unguentum mitigans.

℞. *Ungt. de Alth.* *Applicetur regioni renum*
Anodyn. ana ʒvj. *calide, quod tamen magis*
Ol. Scorpion. *in Nephritide calculoſa pro-*
Petrol. ana ʒij. *M.* *deſt.*

6 Sacculus diſcutiens.

℞. *Herb. Chamom.* *Sem. Lin.*
Matricar. ii. Mj. *Aneth. ana* ʒij.
Fl. Melilot. *Incif. contuſ. includ. Saccul.*
Sambuc. ana Mß. *applic. calide.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Turgeſcentia ſanguinis & ſpaſtica ſolidarum partium ſtrictura temperanda atque delinienda eſt interne per antiſpaſmodica, diapnoica, diluentia, lubricantia perite ſibi invicem ſubordinata, clyſteres ano immiſſas & aliquoties repetitas. Externe vero in caſu neceſſitatis per applicatas hirudines, aut vicarias ventilationes ſanguinis in pede celebratas.

2 Stagnatio in renibus facta, reſolvenda atque diſcutienda eſt, ne calculus renalis vel ulceratio contingat, quod quidem partim per reſolventia, Mand. luc. piſc. Sperm. Ceti, Sang. Hirci, Sem. Card. Mar. Eſſ. Alexipharm. Stahlii, partim per Diaphoretica fixa obtinetur, non neglectis externis diſcutientibus.

3 Affluxus humorum impediatur per externam applicationem Emplaſtr. Saponat. Barbette, & Ungt. Comitiſſæ, nec non frictiones & ligaturas.

4 Tandem poſt paroxyſmum mitigatum conveniunt tonica, moderatis doſibus & in vehiculis convenientibus aſſumta.

5 Subjungendum deinde colophonis loco laxans Rhabarbarinum, vel Mannatum, ut renes ab omnibus corruptelis forſan relictis repurgentur.

6 Imo præſtat renum ulceri & calculorum proventui, Nephriticis recurſibus admodum familiari, occurrere per vulneraria & conſolidantia leniora, Heder. Terr. Lamium Plinii, Veron. Virg. aur. Geſneri, Scabioſ. ſingulis mane in forma Thee uſurpanda.

7 Præſervative vero Venæſectio in pede vel ſcarificationes, aut adhuc efficacius hirudines uſum habent eximium, ſingulis Æquinoctiis in uſum vocatæ.

8 Alvi præterea ſucceſſus ſemper eſt obſervandus, & ab equitatione, nimia vectura & Veneris abuſu, nec non cibis aromaticis & vino generoſiori ceſſandum.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Sanguinis ventilationes præſervative ſemper majorem exerunt utilitatem, quam curative celebratæ; quod ſi tamen neceſſitas prius indicare videbitur, eandem omittere haud conveniet.

2 Nimirum, ubi inſignis adeſt turgeſcentia & conſuetudo evacuationum artificialium, ibi commode in paroxyſmo, & quidem in pede, poterit inſtitui.

3 Omnes acres & calidæ medicationes ſanguinem nimium commoventes incommoda, quin pericula pariunt; pejora vero ſunt hodie uſitata diuretica, maxime oleoſa, Ol. deſtill. Terebinth. Pini, Junip. Succin. Spir. Tartari empyrevmaticus, Spir. Nitri ſimplex & Clyſſiformis, imo etiam dulcificatus ſub largiori uſu, Millepedes, raphanus ruſticanus, baccæ juniperi, alkekengi, arill. Cynosb. Amygd. amar. in ſenſibilioribus etiam Aq. fragor. petroſelin. &c.

4 Salia volatilia & imprimis oleoſa ſanguinem inſigniter turgefaciunt, & inflammationum dolores adaugent; unde in augmento & ſtatu morbi eadem vitare oportet; in declinatione autem mali, priora ad tonum roborandum haud ſunt ſpernenda.

5 Refrigerantia atque adſtringentia externe impoſita, ſtaſin Inflammatoriam ſæpiſſime magis adaugent, unde eorum loco lenia diſcutientia & paregorica in

facculis vel ficca, vel in vino coquenda, applicari poſſunt.

6 Emplaſtica etiam non ſemper tuta ſunt, quia poros obſtruunt, & diſcuſſionem remorantur; emplaſtrum tamen ſaponatum Barbette præſentis eſt effectus, cum hac cautela, ne ultra 12. horas in lumbis relinquatur; alias tumor teſtium ſuccedit.

7 Camphora in omnibus quidem aliis inflammationibus externe uſum habet haud contemnendum; aſt in Nephritide ob ſtimulantem diureticum effectum præſtat illius uſui ſupersedere, niſi forſan cum refrigerantibus velimus combinare.

8 Purgantia fortiora pro reſeranda alvo in uſum vocata, malum exaſperant; unde res potius per clyſteres, lubricantia, diluentia & nitroſa eſt peragenda.

9 Primarum viarum oneratio, ob ſingularem harum cum renibus conſenſum, Nephritidi admodum noxia eſt; omnia igitur dyſpepta, flatulenta, leguminoſa, caſei uſus nimius, carnes induratæ, piſces duriores exulent; concedi vero poteſt vini & aromatum uſus Medicus, i. e. parcus, pro meliori ciborum digeſtione.

10 Diuretica quoque culinaria, nimium petroſelinum, aſparagus, apium, ciceres rubri, Cepæ, allium, raphanaceum, ob effectum ſtimulantem evitentur.

11 Lamium Plinii in forma Thee uſurpatum, eximium quibuſdam præſtitiſſe uſum, ſcimus.

12 Alias fere omnia, quæ in pectoris vitiis proſunt, & in Nephritide habere uſum, conſtat.

13 Excipiendus tamen hic eſt motus corporis, imprimis per vecturam aut equitationem, utpote qui Nephriticis haud adeo ſalutaris eſſe quotidie obſervatur.

Caput Decimum.

De Inflammatione Uteri.

I. *Definitio.* Uteri inflammatio eſt febris inflammatoria graviſſima, vel a ſtaſi ſanguinis in venis Uterinis retenti, vel a graviori Uteri vulneratione ortum habens.

II. *Differentia.*

1 *Ratione loci* inflammati: vel enim inflammatio *collum* tantum *Uteri* occupat, ubi dolor & ardor in lumborum regione magis percipitur. Vel totum *Uteri fundum* tenet, ubi dolor & ardor paulo infra umbilicum urget cum tumore ipſius Uteri, contactum non bene ferente; Symptomata etiam graviora concurrunt, nimirum reſpiratio difficilis, dolores acerbiores ad ſuperiora etiam ſeſe extendentes, febris admodum acuta, cum communibus eandem comitantibus ſymptomatibus.

2 Diſtinguenda etiam inflammatio Uteri eſt *a doloribus poſt partum* acerbioribus; hi enim inferunt ſenſum lancinantem & diſtendentem abſque ulla febre, vel ſaltem leviori concurrente: illa vero conjunctos habet dolores ardentes & pulſatiles & febrem ſatis ſenſibilem.

III. *Signa.*

1 Febris acuta cum exquiſitiſſimo dolore urente & pulſatorio in regione pubis, lumborum & locorum muliebrium ſeſe exerente.

2 Os Uteri clauſum, atque digitis contactum, ardoris ſenſum imprimens.

3 Tumor & diſtenſio circa Uteri regionem quandoque apparens, cum gravitate quadam locorum muliebrium conjuncta.

4 Tumor & extenſio abdominis ſenſim increſcens, cui interdum jungitur inflatio mammarum earumque dolor.

5 Pulſus frequens & parvus, cum cephalalgia, ſiti, ſiccitate oris.

6 Reſpiratio quandoque difficilis cum exacerbato dolore, ad dorſum & ſcapulas uſque ſeſe extendente, imprimis quando totus Uteri fundus inflammatus eſt.

7 Non raro etiam urinæ & fæcum alvinarum imminutiones & ſuppreſſiones.

8 Lochiorum ſuppreſſio & effluxus ſeri corrupti ex Uteri vagina.

9 Suffocatio interdum imminens.

10 Hiſce accedit nonnunquam febris Lipyria.

IV. *Subjectum.*

1 Plethoricæ puerperæ in ſuppreſſionem lochiorum incidentes.

2 Puerperæ aeri frigidiori ſe exponentes & animi affectibus gravioribus indulgentes.

3 Quibus dolores poſt partum per opiata & narcotica tam externa, quam interna ſopiuntur.

4 Quibus lochia nimia credita, per adſtringentia ſuppreſſa fuerunt.

5 Vulnerationem Uteri ex laborioſiori partu, aut ab aliis cauſis violentis, reportantes.

V. *Prognoſis.*

1 Inflammatio totum Uterum occupans, periculoſiſſima eſt, facileque exanthematicum quid format, ſive purpuram poſt ſe trahit.

2 Minoris periculi cenſetur, quæ in collo uteri tantum ſit.

3 Diſcuſſio hujus inflammationis ſemper præferendæ eſt ſuppurationi.

4 Suppuratio Uteri facile in ulcera ſordida ac chronica, Hecticam vel Hydropem invitantia degenerat.

5 Inflammatio interdum in ſcirrhum abit, quem Hydrops ſequitur. Scirrhus talis dignoſcitur, ſi remittente dolore, ardore, aliiſque ordinariis ſymptomatibus remittentibus, tumor & inflatio abdominis tactui renitens, cum gravitate hypogaſtrii ac crurum impotentia remanet.

5 Effluxus ichoris ex flavo viridiſcentis & fœtidi, remanentibus reliquis febris inflammatoriæ ſymptomatibus, imo per momenta incrementa capientibus, utplurimum funeſtus eſt.

6 Quo magis Lochiorum excretio eſt impedita, eo magis & inflammatio & periculum incrementa ſumunt.

8 Urinæ tenues & albæ perniciem minantur.

9 Quo major reſpirationis anguſtia, ſitis, cephalalgia concurrit, eo magis de ægrota timendum eſt.

10 Succedentes rigores cum intenſiſſimo interno æſtu, animi deliquiis, ſudoribus frigidis, necroſin affectæ partis indicant.

VI. *Remedia.*

1 Sanguinis affluxum derivantia & imminuentia: Venæſectio in pede, clyſteres lenientes.

2 Expurgationem uteri reſpicientia: Pil. Balſam. Stahlii, Polychr. Hall. Beccheri, Balſ. Viſcer. Argentinenſ.

3 Staſin diſcutientia & reſolventia: Aquæ diapnoicæ, diaphoretica fixa, Oc. ♁♂. præparat. Mandib. luc. piſc. Sang. Hirci, Sperm. Ceti, Tart. Vitriolat. Arcan. duplic. & imprimis Pulv. Solar. Hallenſ. Externe Epithemata diſcutientia ex Rad. ir. Flor. Sigill. Salom. Herb. Chamom. Matricar. Flor. Sambuc. Melilot. Sem. Lini, Anethi, Fœnic. Camph. Spir. Vin. Camphor.

4 Æſtum ſanguinis temperantia, tum dicta abſorbentia, tum Nitroſa cum ſufficiente potu diluente, Emulſiva.

5 Motuum partium ſolidarum moderantia, & dolores mitigantia: Cinnabarina & correcta anodyna e. g. Eſſent. Dulc. Hallenſ.

Formulæ Remediorum.

1 Potio diapnoico-reſolvens.

℞. *Aq. Charef.* *Fl. Samb.* *Card. Mar. ana.* ℥j. *C. C. Citr.* ℥ß. *Oc.* ♁. *præparat.* *Antimonii diaph. ana.* ℈ij. *Sang. Hirci* ℈j. *Tab. M. X. ſimpl.* ʒiij. *Cochleatim propinanda.*

2 Mixtura reſolvens.

℞. *Ol. Amygd. dulc. rec.* ℥j. *Sperm. Cet. rec.* ʒj. M. *Tribus vicibus calide aſſumenda.*

3 Emul-

3 Emulsio cardiaco-resolvens.

℞. *Amygd. dulc. exc.* *Sem. Card. Mar. ana.* ʒiij. *C. decoct. C. C.* ʒvj. *F. l. a. Emuls. edulcor.* *Syr. dialth. Fern.* ʒß. *adde Aq. Cinamom.* ʒvj. *Mandib. luc. pisc. præp. Antimon. Diaph. ana.* ℈j. *M. cochleatim assumenda.*

4 Pulvis Anodyno-temperans.

℞. *Oc.* ℔. *præparat. Antimon. diaph. Tart. Vitriolat. Nitr. depur. ana.* ℈j. *Cinnab. Antimon.* gr. xv. *Mass. Pil. de Cynogl.* gr. v. *M. exacte div. in* 5. *p. æqual. vers. nectem dosis una.*

5 Epithema discutiens.

℞. *Fl. Chamom. Sambuc. Melilot. ana.* mj. *Sem. anethi.* *Fœnic. ana.* ʒß. *Camph.* ℈ß. *Incis. contus. regioni Uteri in sacculis applicandum.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Quando ex retentione Lochiorum malum originem habuit, optime curæ initium, si res adhuc sit in principio, fit per Venæsectionem in pede, ut sic restagnatio sanguinis imminuatur; in illo tamen casu locum haud habet, quando in prægressa vulneratione graviori Uteri jam multum sanguinis est effusum.

2 Pro impediendo inflammationis augmento, injiciendus est unus atque alter clyster leniens, toties repetendus, quoties circumstantiæ suaserint.

3 Imprimis ad Lochiorum etiam successum respiciendum est, ut, si possibile, suppressa ad excretionem iterum instigentur: quod quidem securius nil præstat quam Pilul. Stahlii, Becher. Balsam. Viscer. Argent. quæ per aliquot dies mane aut vesperi ad gr. xv. exhiberi possunt.

4 Eodem tamen tempore & restagnatio sanguinis & febris concurrens, resolvenda & moderanda est, partim per resolventia, partim per absorbentia, Diaphoretica & Nitrosa, quæ vel combinari, vel sibi invicem dextre subjungi possunt, interposito semper & Emulsionum & sufficientis potus diluentis & refrigerantis usu.

5 Dolorum ferocia per granum unum vel alterum MPil. e Cynogl. vel Theriac. Cœl. pulveribus diapnoico-absorbentibus additum, versus noctem ordinatum mitigatur, quam quidem mitigationem & Cinnabaris Antimonii vel nativa idque securius, quamvis non tam sensibiliter præstat.

6 Viribus quoque, imprimis si malum a vulneratione ortum habuerit, est prospiciendum per analeptica, imprimis Essent. Dulc. Concentrat. Hallens. & jusculà Vitulina & Gallinacea tenuiora.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Venæsectio locum non habet, quando inflammatio jam ultra 3. vel 4. dies subsistit.

2 Imprimis vero in illo casu est evitanda, quando aliquid Exanthematici concurrit.

3 Si acida præscribuntur, cavendum ne emulsiones statim subordinentur, alias facile in stomacho coagulantur, & molestiam eidem creant.

4 Ad promovenda lochia calidiora medicamenta imprimis Myrrhata, Aloetica, Castorina, Succinata, Salia Volatilia, Elixiria Uterina, &c. haud sunt præscribenda; inflammatio enim exinde augmenta capit.

5 Clysteres ordinati non sint acriores aut stimulantes, neque plus quam opus est injiciantur, ne diarrhœa puerperis plerumque admodum periculosa, exinde originem habeat.

SECTIO IV.

DE

INFARCTIBUS, SCIRRHIS & EXULCERATIONIBUS VISCERUM.

CAPUT PRIMUM.

De Infarctibus, Scirrhis & Exulcerationibus Viscerum in genere.

I. *Definitio.*

1 *Infarctus* sunt inflationes viscerum a sanguine, ab hujus nimio impulsu congestorio originem trahentes.

2 *Scirrhi* sunt indurationes viscerum, a nimio sanguinis infarctu & diuturna stagnatione dependentes.

3 *Exulcerationes* vero sunt viscerum corruptiones vel partiales, vel totales quoque, Inflammationes graviores vel Scirrhos excipientes.

II. *Differentia.*

1 Respectu *loci affecti*, alii horum affectuum occurrunt in hepate, alii in liene, alii in pulmonibus, alii in renibus &c.

2 Respectu *causæ morbificæ*, alii a sanguine puro, alii ab humoribus aliis sanguini admixtis, plus vel minus ad motum progressivum ineptis originem trahunt.

3 Respectu *durationis*, alii sunt recentes, alii inveterati.

4 Respectu *affectuum prægressorum*, alii a simplici, aut diuturna congestione originem habent, alii vero affectus chronicos sequuntur.

III. *Signa.*

a Infarctuum.

1 Oppletiones viscerum, ægrotis & Medicis sensibiles.

2 Tensiones & pressiones, plus vel minus pro diversitate locorum affectorum dolorificæ.

3 Languor universalis corporis major vel minor.

4 Actionum vitalium sensibilis remissio, appetitus prostratus, sitis vel nulla vel aucta.

5 Pulsus a naturali statu deflectens, inæqualis palpitatorius &c.

6 Respirandi difficultas, imprimis post motum corporis, aut ascensum per acclivia.

7 Excretiones alvi, sudoris, urinæ &c. turbatæ.

8 Somnus frequenter interruptus & insomniis anxiis turbatus.

9 Congestiones frequentiores ad certas partes prægressæ.

b Scirrhorum.

1 Signa jam recensita præcedentia conjuncta, sed in majori gradu.

2 Notabilis durities tactui renitens in certis partibus.

3 Tumor oculis & tactui sensibilis.

4 Dolor obtusus pressorius in parte affecta.

5 Respirandi difficultas cum tussi vehementi sicca, chronica.

6 Calor hecticus, cum consumptione corporis.

7 Anxietates & angustiæ præcordiorum.

8 Interdum habitus corporis cachecticus, œdemata pedum.

c Exulcerationum.

1 Dolor plus vel minus sensibilis in parte affecta.

2 Febris hectica ab initio mitis satis, postmodum vero sensim increbescens.

3 Excretiones purulentæ.

4 Pulsus inæqualis.

5 Interdum respirandi difficultates.

6 Insigne tædium omnium rerum & ad iram proclivitas.

7 Suc-

7 Succedentes ſudores & diarrhœæ colliquativæ.
8 Signorum antecedentium multa & alia inferius in tractatione ſpeciali recenſenda.

IV. *Subjectum.*

1 Homines utplurimum adulti ſanguinei, aut ſanguineo-Melancholici, Plethorici, Hæmorrhagiarum ſpontanearum ſuppreſſiones experti.
2 Perſonæ conſuetas ſanguinis artificiales evacuationes negligentes.
3 Otio, iracundiæ & intemperantiæ dediti.
4 Veneri nimium indulgentes.
5 Corpus calidum aeri frigido exponentes.
6 Frigidum potum corpore exæſtuante in nimia quantitate aſſumentes.
7 Hypochondriaci & feminæ Hiſtericæ.
8 Homines febres quartanas chronicas experti.
9 Hæreditariam diſpoſitionem ad hoſce affectus habentes.
10 Injurias externas & viſcerum læſiones paſſi.

V. *Prognoſis.*

a Infarctuum.

1 Infarctus recentiores longe felicius curantur, quam inveterati & chronicos morbos ſecuti.
2 Longe quoque difficilius curantur ſcirrhi, ab adſtringentium uſu in febribus chronicis orti, quam qui a ſimplici ſanguinis congeſtione originem trahunt.
3 Infarctus facile tranſeunt vel in inflammationes, vel in ſcirrhos, ſi in principio negligantur.
4 Infarctus in Melancholicis difficilioris ſunt curationis, quam in ſanguineis.

b Scirrhorum.

1 Omnes Scirrhi, difficulter curantur, imprimis vero inveterati.
2 Scirrhi licet in principio nullum ingens periculum inferant, facile tamen impoſterum Exulcerationes & Hecticas febres poſt ſe trahunt.
3 Scirrhi Pulmonum & Hepatis majus periculum minantur, quam quidem Scirrhi Lienis.
4 Scirrhos ſæpius excipit Icterus niger incurabilis.
5 Si Scirrhos Hectica non ſequitur, Cachexiam tamen & Hydropem producunt.

c Exulcerationum.

1 Quo graviores & profundiores viſcerum ſunt exulcerationes, eo magis etiam de reſtitutione deſperandum.
2 Graviores tales exulcerationes neque Natura, neque ars reſarcire poteſt.
3 Quo magis invaleſcunt febres Hecticæ exulcerationibus junctæ, eo citius etiam ad mortem properant ægroti.
4 Sudores & diarrhœæ colliquativæ morbis hiſce ſupervenientes, mortem præ foribus eſſe indicant.
5 Renum exulcerationes facilius ferunt ægrotantes, quam reliquorum viſcerum labem.

VI. *Remedia.*

a Contra infarctus viſcerum.

1 Sanguinem abundantem evacuantia & a viſceribus infarctis revellentia, Venæſectio in pede, ſcarificationes partium inferiorum, hirudines.
2 Viſcera obſtructa reſerantia, aperientia & ſanguinem ſtagnantem reſolventia & diſcutientia: Rad. Gentian. Ari, Cichorii, Tarax. Pimpin. albæ, Helenii, Vincetox. Bardan. &c. Herb. Cent. min. Card. Bened. Fumar. Abſinth. Marrub. Hyſſop. Chæref. Cochlear. &c. Gumm. Sagapen. Ammoniac. Pil. Beccher. Stahlii, Ballam. Viſcer. nobis familiares, Tartar. Bontii, Schrœd. &c. Eſſentiæ ex antedictis amaris paratæ & Tinct. Antimonii acri aut Tart. junctæ. Salia neutra: Tart. Vitriol. Arcan. dupl. Tart. Solubil. Pulveres Solares Richt. Externe Emplaſtr. Splenet. de Cicut. Hyoſcyam. Sperm. Ceti, Diaphor. Mynſ. de Ammoniaco &c.
3 Sordes primarum viarum ac materiam correctam evacuantia ſcil. clyſteres, Infuſa laxantia ex Helleb. nigr. Pilulæ ex gummatibus paratæ &c.
4 Viſcera debilitata roborantia & infarctus recidivam præcaventia, præter ſcil. antea recenſita amara, Rad. Caryoph. fragar. Rub. Tinct. Herb. Agrimon. Scolopendr. Flor. Spic. Roſar. rubr. Tinct. Vitriol. & is Tartaris. Ludovici &c.

b Contra Scirrhos Viſcerum.

1 Sanguinem in ſtatu Plethorico imminuentia, Venæſectio, ſcarificatio & hirudinum applicatio.
2 Antea recenſita remedia reſolventia & ſanguinem cacochymicum corrigentia.
3 Humores ſuperfluos evacuantia: Infuſa laxantia, Pilulæ &c.
4 Externa emollientia & reſolventia: Emplaſtr. de Melilot. de Ammoniac. de Cicuta &c.
5 Ac tandem diſcuſſa & reſoluta materia morbifica, remedia tonica, Martialia &c.

c Contra Exulcerationes Viſcerum.

1 Lenia laxantia & ſordes primarum viarum abſtergentia, Manna, Folia Sennæ, Tamarindi, Rhabarbarum, Merc. dulcis rite uſurpatus.
2 Viſcera ulcerata abſtergentia & mundificantia, ac ſimul maſſam ſanguineam depurantia: Herb. Hyſſop. Bellid. Marrub. albi, Virg. Aur. Scabioſ. Rad. Pimpin. alb. Vincetox. Bryon. Ari, Ariſtol. Gumm. Ammoniac. &c.
3 Conſolidationem promoventia Balſamica & Adſtringentia: Balſ. Peruv. de Copaiba, Gumm. Sarcocoll. Oliban. Terebinth. cocta Herb. Sanic. Pyrol. Veron. Heder. Terr. Hyperic. Millefol. Coſtæ, Extract. Hyperic. &c.

Formulæ Remediorum ad *Infarctus & Scirrhos.*

1 Infuſum incidens & reſolvens.

℞. *Rad. Gentian.* *Bellid. ana. p. ij.*
Cichor. *Cort. Aurant.*
Pimp. alb. *Citr.*
Bardan. ana ʒij. *Tart. Solub. ana. ʒij.*
Herb. Cent. min. *Inciſ. infunde in Vin. alb.*
Marrub. ana. mj. *Mj. ſeu ℔. iv. doſis hauſtus.*
Flor. Stœch. Arab.

2 Infuſum incidens & laxans.

℞. *Rad. Brion.* *Rhab. elect.*
Gentian. *Fibr. Helleb. nigr. ana ʒij.*
Enulæ. *Cort. Citr. ʒiij.*
Taraxac. ana. ʒij. *VVinteran. ʒiſs.*
Ari. ʒj. *Tart. Solub. ʒij.*
Herb. fumar. *Sal. Abſinth. ʒj.*
Card. Ben. ää. mſs. *Inciſ. inſ. in Vin. alb. ℔. iv.*
Fol. Senn. O. ſ. ſt. ʒj. *ſumantur quotidie ʒvj. mane.*

3 Pilulæ aperientes & laxantes.

℞. *Pilul. Tartar. Bontii ʒj.* ℞. *Pil. Balſ. Viſcer. ʒj.*
℞. *Pilul. de Ammoniac.* *Doſis de hiſce 15. vel 20.*
Querc. ʒj. *ſingulis diebus mane vel veſperi.*
℞. *Pil. Beccheri. ʒj.*

4 Eſſentia roborans & Tonica.

℞. *Tinct. Antimonii acr.* *Eſſ. Pimpin. alb.*
Spir. C. C. ana. ʒj.

5 Alia.

℞. *Tinct. & is Ludov. ʒiſs.* *M. gutt. 30. 40. bis vel ter*
Eſſ. amar. Hall. ʒij. *per diem.*

Formulæ contra Exulcerationes.

6 Potio laxans.

℞. *Decoct. Fl. & fr. ʒiij.* *Cryſtall. Tart. ʒſs.*
mane in eo diſſolve
in quo fervente infunde *Mann. elect. ʒiſs. D.*
Rhab. elect. ʒj. *Colat. calide pro una vice.*

7 Alia.

℞. *Tamarind. ʒiſs.* *in colat. diſſolve*
Coq. in ſ. q. Aq. *Mann. el. ʒiſs.*
ſimpl. *Colat. detur calide.*

8 Infuſum Abſterg. & conſolidans.

℞. *Herb. Hyſſop.* *Rad. Vincetox.*
Marrub. *Pimp. alb.*
Scabioſ. *Bryon. ana. ʒſs.*
Virg. Aur. ana. mj. *Inciſ. ad Chartam.*

9 Aliud.

℞. *Herb. Sanic.* *Rad. Biſtort.*
Pyrol. *Torment. ana.* ʒiij.
Millefol. *Inciſ. d. ad Ch. ſpecierum harum man.* ij. *infunde in aqua fervent.* ℔. ij. *bulliant leniter.*
Veron.
Hed. Terreſt.
Sumit. Hyperici ā. m ſ.

10 Tinctura Abſtergens.

℞. *Tinct. Antimonii* ʒij. *Eſſ. ſuccin.* ʒj. *M.*

11 Tinctura mundific. & conſolidans.

℞. *Tinct. Antimonii acris* ʒiij. *Balſ. Peruv. anna.* ℈ij. *M.*

Eſſ. Succin. *Doſis utriuſque eſt a guttis* 20. *ad* 25.

VII. *Methodus medendi.*

a In Infarctu Viſcerum.

1 Venæſectio in hoc caſu optimum ſemper eſt remedium, præſertim in ſubjectis Plethoricis, Hæmorrhagiis, Venæſectionibus & Scarificationibus aſſuetis, & hinc hæcce reliquis præmitti poteſt remediis, poſtea vero Scarificationes, ubi neceſſitas eas requirit, ſubjungantur in partibus inferioribus, aut in Hæmorrhoidariis hirudines ano applicentur.

2 Facta ſufficienti revulſione & Plethoræ imminutione, opera danda eſt, ut ſpiſſus & ſtagnans ſanguis reſolvatur, & diſcutiatur convenientibus remediis, infuſis ſcil. radicum & herbarum cum vino, Pilulis ex Gummatibus paratis ac Eſſentiis incidentibus.

3 Quoniam vero in præcedente ſanguinis ſtagnatione multæ partes ineptæ & inutiles redditæ fuerunt, hiſce incidentibns vel conjungantur, vel ſubjungantur remedia per epicraſin laxantia.

4 Tandem viſceribus, antea infarctis & hinc debilitatis, proſpiciatur per remedia roborantia & tonica.

b In Scirrhis Viſcerum.

1 Proſunt eædem ſanguinis imminutiones in ſubjectis diſpoſitis.

2 Quibus ſubjungi debent reſolventia & per epicraſin evacuantia.

3 Ut Scirrhi eo melius reſolvantur, externe imponantur emplaſtra v. g. de Cicuta, Hyoſcyam. Melilot. &c. cum ol. Chæreſol. malaxata.

4 Tonus partium debilitatarum reſtituatur quantum fieri poteſt per remedia tonica, virtutem ſimul incidentem & abſtergentem poſſidentia, inter quæ potiſſimum eminet Mixtura tonica Stahlii &c.

c In Exulcerationibus Viſcerum.

1 Laxantia ceteris remediis præmittantur, ut hoc modo non ſolum ſordes primarum viarum abſtergantur, ſed etiam uberior humorum vitioſorum ad partem affectam affluxus intercipiatur.

2 Poſtea exhibeantur abſtergentia & mundificantia, eáque diu continuentur.

3 Ac tandem progreſſus fiat ad conſolidantia, pariter diu uſurpanda.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

a In Infarctu Viſcerum.

1 Niſi evacuationes ſanguinis in ſatis larga quantitate inſtituantur, nunquam ſufficiens fit revulſio, & hinc etiam parum proſunt.

2 Hirudines nunquam applicentur, niſi præmiſſa ſit Venæſectio revulſoria.

3 Omnia remedia incidentia ſemper diu continuanda ſunt, alias nullus inde ſperandus eſt laudabilis effectus.

4 Purgantia fortiora actu ſemper hic nocent, & quamvis vomitoria interdum ſenſibile levamen afferant, malum tamen facile recurrit, quoniam per tales fortiores motus viſcera magis debilitantur.

5 Tonica remedia nunquam exhibeantur, niſi ſufficiens præceſſerit evacuatio & diſcuſſio, ac tumor viſceris diſparuerit cum ſymptomatibus ab eo provenientibus.

b In Scirrhis Viſcerum.

1 Eædem cautelæ locum habent, remedia tamen omnia diutius hic continuari debent, quam in Infarctibus.

2 Niſi in utroque caſu diæta exacte obſervetur, & motus ſufficiens continuatus remediis jungatur, vix ſperandus eſt laudabilis effectus. Ceteris motuum ſpeciebus merito præfertur equitatio & vectura.

c In Exulcerationibus Viſcerum.

1 Omnia draſtica purgantia & acria in hoc caſu cane & angue pejus ſunt fugienda.

2 Abſtergentia & mundificantia fortiora, ut & balſamica acriora, myrrhata, aloetica, camphorata &c. nimiam ebullitionem humorum excitant, & hinc poſitive nocent.

3 Nunquam adſtringentia & traumatica uſurpentur, niſi diuturnus mitiorum abſtergentium uſus præceſſerit.

4 Motus fortior, animi pathemata graviora, dicta calida aromatica, vini & Veneris abuſus, in hoc caſu venena ſunt.

Caput Secundum.

De Infarctu Pulmonum.

I. *Definitio.* Infarctus, Pulmonum eſt nimia eorum oppletio, a ſanguinis congeſtione ejuſque ſpiſſitudine ortum trahens, cum inſigni ſpirandi difficultate conjuncta.

II. *Differentia.*

1 *Ab Aſthmate,*

1 In quo reſpiratio fit cum ſibilo ac tuſſis ſimul jungitur, quæ utraque in hoc affectu deſunt, imo reſpiratio in hoc longe eſt difficilior quam in Aſthmate.

2 Reſpectu reliquorum Symptomatum huic affectui familiarium, quæ in Aſthmate non reperiuntur.

3 *A Congeſtione*, quæ ad paucum tantum tempus extenditur, & ſine inſigni ſanguinis ſpiſſitudine eſt, cum e contra Infarctus diutius duret, & ſanguinem ſpiſſiorem conjunctum habeat.

III. *Signa.*

1 Reſpiratio admodum difficilis, laborioſa & frequens cum ſuffocationis metu, ſine tuſſi.

2 Palpitationes cordis frequentes, reſpirandi difficultati junctæ, ſub motu corporis incrementum capientes.

3 Facies rubicunda, inflata, vaſa turgida in collo præcipue & lacrymæ interdum involuntariæ.

4 Stupor capitis cum vertigine.

5 Partium inferiorum ſtrictura cum vaſorum detumeſcentia & frequentibus horroribus.

6 Spaſticæ ſtricturæ in hypochondriis & cardialgicis pathematibus frequentibus.

7 Alvi ſiccitas & urina tenuis ac pauca.

8 Inſignis laſſitudo totius corporis & impotentia ad motum.

IV. *Subjectum.*

1 Homines ſanguinei, Sanguineo-Cholerici Plethorici, juvenes & Viri Hæmorrhagias alias paſſi.

2 Feminæ menſium ataxiis laborantes.

3 Hæmorrhoidarii poſt ſuppreſſionem Hæmorrhoidum, aut quibus molimina ad Hæmorrhoides ſubito ceſſarunt.

4 Qui frequentes congeſtiones ad pectus paſſi ſunt.

5 Qui Venæſectiones & Scarificationes conſuetas neglexerunt.

6 Vitæ ſedentariæ dediti, & ſanguinis ſpiſſitudine laborantes.

7 Homines ſudoribus ſpontaneis matutinis aſſueti, poſt eorum vel ſuppreſſionem, vel ceſſationem.

V. *Prognoſis.*

1 Infarctus pulmonum invaleſcens, ſuffocationem facile poſt ſe trahit.

2 Huncce infarctum ſequuntur etiam tubercula, ſive nodi Scirrhoſi pulmonum, Phthiſin minitantes.

3 Si ſanguis in pulmonibus ſtagnans corrumpitur, vel gra-

graves Peripneumoniæ, vel pulmonum exulcerationes exinde oriuntur.

4 Naſcuntur quoque exinde Aſthmata varii generis, tam convulſiva, quam humida.

VI. *Remedia.*

1 Cauſam antecedentem ſive Plethoram removentia, Venæſectio in pede & urgente neceſſitate in brachio, ſcarificationes repetitæ in partibus inferioribus, hirudinum applicatio.

2 Sanguinem ſpiſſum reſolventia, incidentia & diſcutientia: Rad. Pimp. alb. Vincetox. Helen. Irid. Flor. Ari, Herb. Chæref. Hyſſop. Marrub. Gummata & Pilul. ex illis paratæ.

3 Evacuantia, derivantia, æqualem motum ſanguinis producentia & affluxum humorum ad pectus intercipientia, Purgantia ſcil. incidentibus juncta, diaphoretica, diuretica, pediluvia, veſicatoria ſuris applicita, clyſteres emollientes & acres &c.

4 Partem affectam roborantia, Mixtura tonico-nervina, Infuſa ex herbis pectoralibus, diſcutientibus & leniter adſtringentibus: Herb. Hyſſop. Marrub. Virg. Aur. Veron. Scabioſ. Heder. Terreſtr. Pyrol. Sanic. Rad. Pimpin. &c. parata.

Formulæ Remediorum.

1 Infuſum incidens & diſcutiens.

℞. *Rad. Pimpin. alb.* — *Bellid. c. flor. ana.*
Vincetox. — *m ſs.*
Enul. — *Sem. Aniſ.*
Irid. Flor. ana. ℥ſs. — *Fœnic. ana.* ʒiij.
Herb. Hyſſop. — *Inciſ. & contuſ. Infunde in*
Scabioſ. — *Aq. ferventis* ℔ ij. *ſpecier.*
Pulmon. macul. — *m. ij. bulliant leniter & Colatura ſæpius bibatur calide.*
Coſtæ.

2 Tinctura incidens & reſolvens.

℞. *Tinct. Ӯi acris* ʒij. — *ana.* ʒj.
Eſſ. Alexiph. — *M. doſis* 30. *gutt.* 2. *vel* 3.
Adianth. alb. — *per diem.*

3 Alia.

℞. *Tinct. Tart.* — *Succin.* ʒj.
Eſſ. Pimpin. alb. ana. ʒij. — *M. doſis ut ſupra.*

4 Vinum Medicatum.

℞. *Rad. Pimpin. alb.* — *Fol. Senn. ſ. ſt.* ʒj.
Vincetox. — *Fibr. Rad. Hell. nigr.* ʒiij.
Cichor. — *Sem. Aniſ.*
Gentian. ana. ʒij. — *Fœnic.*
Herb. Marrub. — *Tart. Solub. ana.* ʒij.
Hyſſop. ana. m ſs. — *Inciſa & contuſa infunde*
Flor. Bellid. — *Vin. alb.* ℔ iv. *vel* vj. *&*
Cichor. — *bibantur ſingul. dieb. mane*
Stœch. Arab. ää. p. ij — ℥vj. *vel* ℥viij.

5 Aliud.

℞. *Rad. Enul.* — *Rhab. elect.* ʒij.
Taraxac. ana. ʒiij. — *Cort. Aurant.* ʒiij.
Zedoar. — *VVinteran.*
Ari. ana. ʒj. — *Cinnam. acut. ana.* ʒj.
Summit. cent. min. — *Tart. Solub.* ℥ſs.
Herb. Bellid. c. flor. ää. m j. — *M. d. ad Ch. Infuſio & doſis*
Fol. Senn. ſ. ſtip. ʒvj. — *ut antea,*
Fibr. Helleb. nigr. ℥ſs.

6 Bolus laxans.

℞. *Conſ. flor. Perſic.* ʒij. — *Reſin. Jalapp. gr.* iv.
Syr. Roſar. ſolut. q. ſ.
Mercur. dulc. gr. xv. — M. *fiat Bolus.*

6 Pilulæ incidentes & laxantes.

℞. *MP. Balſam. Viſceral.* ʒj. — *Eſſ. Alexiph. q. ſ.*
Extract. Hell. nigr. ℥ſs. — *M. f. Pil. ad gr. j. doſis num.* 15. *vel* 20.

8 Potio diaphoico-diuretica.

℞. *Aq. Chæref.* — *Sal. Geniſt.*
Scabioſ. ana. ʒij. — *Matr. perl. præp. ana.* ʒj.
℥. *diaph.* ℥ſs. — *Syr. flor. Bellid.* ℥ſs.
Tart. Vitriolat. — *M. cochleat. ſæpius ſumenda.*

9 Alia.

℞. *Aq. Hyſſop.* — *Arcan. duplic. ana.* ʒj.
Card. Benedict. ʒij. — *Cinnab.* ℥ii ℈ſs.
Lap. percar. præparat. — *Sacch. perlat.* ʒij.
Bezoard. miner. — *M. ut ſupra.*
Sal. Abſinth.

10 Tinctura diſcutiens & roborans.

℞. *Tinct. Antimonii acris.* — *Spir. C. C. ana* ʒiſs. *Doſis* 25. *vel* 30. *gutt.*

11 Alia.

℞. *Eſſ. Milleſol.* — *M. doſis ſicut antea.*
Tinct. Antimon. ana. ʒij.

12 Infuſum roborans & Pectorale.

℞. *Rad. Biſtort.* — *Veron.*
Torment. — *Virg. Aur. ää. m j.*
Pimpin. ana. ℥ſs. — *Inciſ. infunde ſpecierum mu-*
Herb. Sanic. — *nip. ij. in Aq. fervent.* ℔ *ij.*
Pyrol. — *& colatura bibatur calide.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Cæteris omnibus remediis facile palmam præripit Venæſectio larga in pede revulſionis gratia, aut urgente ſuffocatione in brachio inſtituta.

2 In viris Hæmorrhoidum ſuppreſſione laborantibus, hirudines poſt ſanguinis miſſionem ano applicentur.

3 In malo mitiori, Venæſectioni ſtatim ſubjungantur potiones diaphoretico-diureticæ ſupra deſcriptæ, ut maſſa humorum æqualiter diſtribuatur.

4 Ubi vero malum inveteratum eſt, in uſum trahantur remedia ſanguinem incidentia & reſolventia, quibus interponantur Pilulæ ex gummatibus paratæ, aut Pil. Becch. Stahlian. Balſamico-Viſcer. mane vel noctu ſumendæ.

5 Quodſi vero horum uſum ſufficiens evacuatio & reſolutio non ſequatur, exhibeantur ægrotis infuſa incidentia & laxantia, ac diu continuentur.

6 Hiſce ſubjungantur remedia tonica diu ſatis uſurpanda, ut pars affecta eo magis roboretur, & novus infarctus præcaveatur.

7 Extra Paroxyſmum Venæſectiones præſervatoriæ inſtituantur, laxantia ſumantur, & Menſium ac Hæmorrhoidum fluxus ubi deficit, promoveatur.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Evacuationes ſanguinis in minori quantitate inſtitutæ nil conferunt ad infringendum paroxyſmum & malum imminuendum, quare larga ſit, oportet.

2 Niſi Venæſectioni ſtatim ſubjungantur remedia incidentia & diaphoretica, varii anomali motus & turbæ in œconomia animali ob ſanguinis ſpiſſitudinem ſequuntur.

3 Purgantia fortiora, quia nimios motus excitant, nonniſi cum ſumma prudentia uſurpentur.

4 Volatilia remedia in principio data, malum exaſperant, declinante vero paroxyſmo admodum ſunt proficua.

5 Adſtringentia remedia, non niſi in declinatione morbi conveniunt, in principio vero, aut nondum ſufficienter reſoluto & diſcuſſo ſanguine data tubercula pulmonum ſcirrhoſa producunt.

6 Vita ſedentaria & otioſa maxime eſt noxia, quare motus ſufficiens & continuatus ſemper eſt ſuadendus.

7 Aer frigidus & humidus pariter noxius eſt, dum inſpiratus humores reſolutione indigentes magis condenſat, & humorum recurſum, habitum corporis ſtringendo, ab exterioribus ad interiora promovet.

Caput Tertium,

De Infarctu Lienis.

I. *Definitio.* Infarctus Lienis eſt nimia ejuſdem oppletio & intumeſcentia, a congeſtione inſigni ſanguinis Venæportæ hujuſque ſpiſſitudine, dependens.

II. *Differentia.*
1 *A Congestione*, quæ tamdiu non durat, sive citius solvitur, quam infarctus; adde quod Congestio sit causa, infarctus vero effectus sive productum.
2 *A Scirrho*, tam respectu reliquorum symptomatum, quam potissimum respectu duritiei.
3 *A doloribus Nephriticis* lateris sinistri, quatenus hi sunt profundiores & ad lumbos se extendentes, dolores vero ex infarctu Lienis magis anteriora petunt.

III. *Signa.*
1 Dolor premens obtusus hypochondrii sinistri, sive sub costis spuriis.
2 Respiratio sat difficilis & laboriosa, sub motu corporis incrementum capiens.
3 Tumor & inflatio interdum valde sensibilis in Hypochondrio sinistro.
4 Insignis virium lassitudo & torpor ad actiones quascunque, animi mœror, morositas.
5 Appetitus utplurimum prostratus.
6 Ventriculi quoque interdum inflatio, quam frequentes ructus solvunt.
7 Palpitationes cordis & sæpius etiam motus palpitatorius insignis in ipso Liene, cum præcordiorum angustia.
8 Interdum jungitur etiam tussis sicca periodica.

IV. *Subjectum.*
1 Homines Plethorici Melancholici, aut Melancholico-Sanguinei consistentis ætatis, frequentes in juniore ætate narium Hæmorrhagias passi.
2 Viri Hæmorrhoidarii, quibus minus bene per Hæmorrhoides successit sanguinis fluxus, Hypochondriaci.
3 Fœminæ, Mensium stillicidio, aut earundem suppressione laborantes, Hystericæ.
4 Artificiales sanguinis evacuationes negligentes.
5 Tristitiæ & mœrori obnoxii.
6 Vitæ sedentariæ frequentibus meditationibus dediti.
7 Diæta crassiori utentes, sufficientem vero potum negligentes & otio insuper indulgentes.
8 Remediis Adstringentibus, imprimis vero China-Chinæ, sine præmissa sufficiente præparatione & evacuatione in febribus intermittentibus, nimiis vero refrigerantibus aut volatilibus in acutis tractati.

V. *Prognosis.*
1 Infarctus Lienis recens facile quidem per sanguinis missionem & remedia convenientia curatur; inveteratus vero sæpius diu fatigat ægrotantes.
2 Infarctus Lienis neglectus, aut perverse tractatus, facile degenerat in Scirrhum.
3 Infarctui Lienis facile etiam succedit vel jungitur infarctus Hepatis.
4 In feminis non raro talis infarctus per vomitum cruentum solvitur, quod etiam in Viris Hæmorrhoidariis observavimus.
5 Si diu hæserit sanguis spissus in Liene, tandem exinde oritur vomitus nigrorum, sive morbus niger Hippocratis.
6 Infarctui tali febrem Petechialem gravissimam supervenisse, hanc vero una cum infarctu, excretione sanguinis coagulati nigri & fœtentis per alvum solutum fuisse, vidimus.
7 Non raro etiam hujusmodi infarctum Hectici & Hydropici affectus sequuntur.

VI. *Remedia.*
1 Venæsectio revulsoria in pede, ut & Scarificationes repetitæ, ac Hirudinum applicatio, Plethoram imminuentes & causam antecedentem removentes.
2 Sanguinem spissum & ad motum ineptum incidentia & resolventia: Rad. Ari, Pimpin. alb. Vincetox. Caryophyllat. Apii, Graminis, Bardan. Herb. Cent. min. Chærefol. Fumar. Card. Bened. Absinth. Nasturt. Cochlear. Hyssop. Capill. Veneris. Tartar. Vitriol. Arcan. dupl. Gumm. Ammon. Sagapen Bdell. Externe Emplastra resolventia, de Ammoniaco, Splenet. Saponat. Barbett. de Cicuta, Ol. Cappar. Chamom. Unguent. de Althæa.
3 Evacuantia lenia, Resolventibus & Incidentibus prioribus vel conjuncta, vel subjuncta, Fol. Senn. Rhabarb. Fibr. Rad. Helleb. nigr. Pil. Polychr. Hall. cum stimulo quodam, ☿. dulc. Extract. Panchym. Croll. Sal. Cathart. amar. Magnes alb. &c. Diaphoretica, Diuretica &c.
4 Tonica, impr. ♂lia, Tinct. ♂is Ludovici, Zwelff. Croc. ♂is Stahlii, Mixt. Tonico Nerv. Stahlii, infusa ex Cort. Cappar. Tamarisc. Fraxin. Rad. Caryoph. Rub. Tinctor. Herb. Millefol. Adianth. alb. Cuscut. Epithymi, Scolopendr. Ceterach.

Formulæ Remediorum.

1 Infusum incidens.

℞. *Rad. Gentian.* *Cent. min. aa.*
Taraxac. Mß.
Cichor. ana. 3ij. *Cort. Tamarisc.*
Ari. *Aurant.*
Zedoar. ana. 3j. *Vinteran. ana. 3iß.*
Herb. Card. Ben. *Incisa infunde in* ℔ iv. *Vin.*
Fumar. *alb.*

2 Infusum laxans & resolvens.

℞. *Rad. Bardan.* *Fol. Senn. s. fl. 3j.*
Gramin. *Fibr. Hell. nigr. 3ß.*
Helen. *Cort. Tamarisc.*
Vincetox. ana. *Fraxin.*
3ij. *Tart. Solub. ana. 3iij.*
Herb. Cent. min. *Incis. Include nodulo, Vin.*
Chæref. ana mß. *alb.* ℔ iv, *vel* v. *infundendo.*

3 Pilulæ incidentes & laxantes.

℞. *MP. de Ammon.* *Colocynth. gr.* iv.
Quere. *Tinct. Tart. q. s.*
Extract. Hell. nigr. *M. fiant Pilul. pro* 2.
ana. ℈j. *dos.*

4 Aliæ.

℞. *Extract. Panchym.* *Resin. Scammon. gr.* iv.
Croll. *Tinct. ♂ii q. s.*
☿. dulc. rit. par. ana ℈j. *M. f. Pilul. pro* 2. *dosib.*

5 Aliæ.

℞. *MP. Polychr.* *Resin. Jalapp. gr.* vj.
Extract. Hell. nigr. *Elix. Prop. Par. q. s.*
ana. 3ß. *M. f. Pil. ad gr. j. pro* 3. *dos.*

6 Pilulæ aliæ.

℞. *Gum. Ammon. in* *Aloes gummos. ß.*
+ sol. *3ß.*
& inspiss. 3ij. *Colocynth. gr.* xv.
Extr. Helleb. nigr. *Ess. Absinth. q. s. M.*
Absinth. *Fiant Pilul. ad gr. j. Dos.* 20.
Fumar. *quavis hebdomade.*

7 Mixtura incidens & laxans.

℞. *Mixt. simpl. 3iij.* *M. dos.* 40. 60. *gutt. cum*
Extr. Panch. Croll. 3j. *multo vehiculo.*

8 Mixtura incidens, diapnoico-diuretica.

℞. *Tinct. ♂ii acris.* *Succin. 3j. M.*
Tartar. *Dosis gutt.* 30. 40. *mane &*
Ess. Alexiph. Stahl. ß. 3ij *vesp.*

9 Mixtura Tonica & incidens.

℞. *Tinct. Tart.* *Dos.* 30. 40. *gutt. mane &*
♂ii. *vesperi.*
℥ C. C. ana. 3j. M.

10 Alia.

℞. *Ess. Adiant. b. alb.* *aa. 3ij.*
Tinct. ♂is Ludov. *M. dosis eadem.*

11 Alia.

℞. *Ess. Millefol.* *ana. 3ij.*
Adianth. alb. *M. dosis ut supra.*

12 Emplastrum resolvens.

℞. *Empl. de Hyosc.* *Malax. cum Ol. Cappar.*
Ammoniac. aa. 3ß. *& Chærefol. aa.*

13 Aliud.

℞. *Empl. de Galban.* *M. malaxetur ut supra.*
Ammoniac. ß. 3iij.

VII. *Methodus medendi.*

1 In subjectis Plethoricis, aut ubi Infarctus hic a Mensium vel Hæmorrhoidum suppressione originem trahit, Venæsectio & Scarificatio in pedibus reliquis remediis præmittantur, & in Hæmorrhoidariis hirudines insuper ano applicentur.

2 Ubi vero a febribus male curatis originem ducit obstructio Lienis, aut Plethora non urget, commode statim ab initio præscribuntur Infusa incidentia & laxantia, utpote quæ non solum leniter revellunt, sed etiam febres male curatas revocant. Aut hisce substitui possunt Pilulæ antea præscriptæ. Vices etiam laxantium optime quandoque supplent Clysteres, aliquoties repetendi.

3 Subjectis calidioribus summo cum fructu ordinentur succi ex Rad. Cichor. Tarax. Herb. Heder. Terr. Flor. Bellid. &c. cum jusculo calido sumendi: quibus usus Pilularum ex Gummatib. paratarum interponi potest.

4 Hisce ad meliorem resolutionem & discussionem subjungantur Essentiæ supra notatæ incidentes & resolventes, earumque usui interponatur Essent. Antihypochondr. Hallens. aut Mixtura ex Mixt. Simpl. & Extr. Panchym. Croll. Ceteris tamen resolventibus remediis facile palmam præripiunt Pulveres Solares D. Richteri, præmitti tamen debent, ubi opus est, universalia.

5 Tandem ♂lia & tonum roborantia in usum trahantur, quæ ipsa quoque, ubi humores jam aliquo modo resoluti sunt, ceteris interponi possunt.

6 Toto curationis tempore Emplastra resolventia Lienis regioni imponantur, ut resolutio Infarctus eo melius procedat.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In Infarctu Lienis, nisi remedia diu aut ad minimum spatio aliquot hebdomadum continuentur, irrita sunt omnia, etiamsi optima fuerint remedia.

2 Martialia in principio usurpata majorem producunt infarctum, & ad faciliorem Scirrhi generationem disponunt; unde prius non comedenda sunt, quam signa sufficientis resolutionis in Urina appareant.

3 Qui tamen Martialia cum resolventibus & laxantibus perite combinare aut iisdem interponere sciverit, nulla damna exinde metuenda habebit.

4 Opiata sedandorum dolorum causa exhibita, magis relaxant fibras, majoremque ipsis conciliant torporem & hinc infarctum augent.

5 Fortiora resolventia & discutientia v. g. Rad. Bryon. in principio mali usurpata, simul atque semel sanguinem spissum, Lieni impactum, commovent, ac hinc eo facilius Lienis exulcerationem producunt.

6 Omnia evacuantia fortiora impr. resinosa malum magis exasperant, omnium vero maxime nocent vomitoria.

7 E contra methodus lenta, per plures septimanas continuanda, in hoc morbo optimum habet usum.

8 Acidulæ virtute adstrictoria Infarctum magis promovent. Thermæ vero nisi Venæsectio, resolventia & evacuantia præmissa fuerint, ad faciliorem Lienis exulcerationem disponunt.

9 Quando in exulcerationem, quæ se per alvum aut urinam aut Vomitum manifestat, abit affectus, consolidantia simul in usum trahenda sunt.

10 Cibi moderate aromatisati, & vinum modice sumptum, sunt quidem remedia, sed eorum immodicus usus instar veneni est, impr. in subjectis calidioribus, quibus cibi leniter aromatisati & capparibus largiter conditi optime conveniunt.

11 Motus nimius humores infarctos nimium commovet, & omnia symptomata exasperat, lenis vero, continuatus, usui remediorum junctus, sæpius plus præstat, quam multa remedia.

12 Ira uti hic nimium commovendo nocet, ita tristitia & terror obstructionem augent.

13 In fœminino sexu semper ad Mensium negotium respiciendum est, ut suppressi per convenientia remedia revocentur.

CAPUT QUARTUM.

De Infarctu Hepatis.

I. *Definitio.* INfarctus Hepatis est oppletio ejusdem aut obstructio a sanguine, nimia copia e vasis Venæ-Portæ meseraicis reliquisque ingesto & congesto, aut etiam Hepatis præternaturali constrictione, sanguinem congestum ibidem detinente, ortum trahens.

II. *Differentia.*

1 *Alius* Infarctus Hepatis *cum insigni* & palpabili *tumore* ac inflatione conjunctus est, uti id contingit in junioribus, *alius* vero hacce *inflatione destitutus* constrictionem Hepatis comitem habet.

2 A *Scirrho*, ratione tensionis & gravitatis majoris, ac respectu duritiei aliorumque infra recensendorum symptomatum.

III. *Signa.*

1 Dolor gravativus & obtusus sub costis spuriis in Hypochondrio dextro, interdum pulsans cum calore.

2 Angustia præcordiorum cum appetitus prostratione.

3 Tumor Hypochondrii dextri impr. in junioribus adhuc, visu & tactu discernendus.

4 Augmentum doloris post Hypochondrium digitis attactum.

5 Lassitudo insignis & gravitas totius corporis & artuum, cum flacciditate & consumptione corporis.

6 Somnus admodum inquietus & anxius variis insomniis & doloribus turbatus.

7 Sitis, siccitas oris ejusdemque amarities, Tussis sicca.

8 Phlogoses, impr. post pastum cum rubore faciei & calore insigni in volis manuum.

9 Urina tenuis & pauca, postea vero rubra & turbida.

10 Alvus utplurimum sicca, reliquarumque actionum tardior successus.

IV. *Subjectum.*

1 Homines Plethorici in ætate consistente constituti, Hæmorrhoidum & Mensium suppressione laborantes, evacuationes artificiales negligentes.

2 Iracundia gravi post pastum affecti, post iram pallidi fientes.

3 Hypochondriaci & Hystericæ, congestione sanguinis in Vena-Portæ laborantes.

4 Potum frigidum in majori copia post magnum corporis motum & incalescentiam assumentes.

5 Remediis adstringentibus in intermittentibus, volatilibus vero in acutis abusi.

6 Quibus remedia topica, frigida, adstringentia in Hæmorrhagiis gravioribus Hepatis regioni applicata fuere.

7 Piscibus, carnibus salitis & fumo exsiccatis, aliisque crassioribus nutriti.

V. *Prognosis.*

1 Infarctus Hepatis majus portendit periculum, quam Infarctus Lienis, & majori etiam cum difficultate curatur.

2 Ex Infarctu Hepatis facile prodit ejusdem Scirrhus.

3 Non raro etiam sequitur Infarctum Cachexia icterica.

4 Quo magis inveteratus est Infarctus, eo facilius eum excipiunt Scirrhi ac Hectici & Hydropici affectus.

5 Infarctus Hepatis cum inflatione visceris conjunctus, facilius curatur, quam qui a nimia Hepatis constrictione originem trahit, quem etiam Hectica familiarius sequitur.

6 Hæmorrhoides, Infarctui Hepatis, a sanguine congesto oriundo, supervenientes, sæpius malum solvunt.

7 Quo magis ægroti iræ indulgent, eo gravior fit affectus & eo diutius etiam protrahitur cura.

VI. *Remedia.*

1 Causam antecedentem, abundantiam scil. sanguinis

tollentia ac revellentia, Venæſectio & Scarificatio in pedibus in utroque ſexu, in Hæmorrhoidibus vero ſuppreſſis Hirudinum ad anum applicatio.

2 Spaſticam Hepatis ſtricturam relaxantia, Pulv. Antiſpaſm. Hallenſ. aut ſimili modo ex Nitro depur. Tart. Vitriolat. Arcan. duplic. Conchis, Cinnab. &c. parati pulveres, aliaque interne relaxantia, emollientia & lubricantia.

3 Incidentia & Reſolventia mitiora, ac ſimul alvi laxitatem procurantia, Rad. Cichor. Gramin. Taraxac. Ononid. Apii, Polypod. Herb. Capill. ℞is, Bellid. Acetoſ. Acetoſell. Flor. Bellid. Borrag. Bugloſſ. Hepat. nobil. Fol. Sennæ, Rhab. elect. Manna, Tamarindi, Pil. de Ammoniac. Querc. Tartareæ, Schręd. Bontii, Balſam. Viſceral. Polychreſt. &c. Clyſteres emollientes & leniter laxantes, Reſolventia externa ſive Topica, Empl. de Melilot. Diachyl. cum & ſine Gummat. Diaphoret. Mynſ. de Sperm. Ceti ejuſdem, de Ammoniac. de Cicut. de Hyoſciam. &c.

4 Craſin ſanguinis corrigentia, Rad. Bardan. Pimpin. alb. Vincetox. Enul. Sarſapar. Chinæ, Lign. Sanct. Saſſafr. Herb. Hyſſop. Veron. Capill. ℞is, Cent. min. Marrub. &c. Salia neutra, Gummata & ex his paratæ Pilulæ variæ, Tincturæ reſolventes & diureticæ &c.

5 Tonum viſceris relaxati reſtituentia: Rad. Caryoph. Rub. Tinct. Herb. Scolopendr. Agrimon. Flor. Schœnanth. Spic. Roſar. &c. Tinct. ♂is, Mixt. Tonico-Nervina Stahlii.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis Antiſpaſmodicus,

℞. *Nitr. depur.* *M. div. in 6. part. æq. ſumatur ſingulis 3. vel 4. horis doſ. j.*
Tart. Vitriolat. ana. ʒj.
Cinnab. ♁ii gr. xviij.

2 Alius.

℞. *Nitr. depur.* *Cinnab. ♁ii gr. xviij.*
Arcan. duplic. *M. div. in 6. part. æq. doſis*
Solut. Conch. ana. ℈ij. *& uſus ut ſupra.*

3 Nodulus incidens & laxans.

℞. *Rad. Cichor.* *Fol. Senn. ſ. ſt. ʒj.*
Gramin. *Rhab. elect. ʒiij.*
Taraxac. ā. ʒiij. *Tart. ſolub. ʒij.*
Herb. Capill. ℞is. *Inciſa include nodulo ℔. iv.*
Bellid. ana. mſs. *vini albi affund.*

4 Infuſum laxans & M. S. purificans.

℞. *Rad. Bardan.* *Fol. Senn. ſ. ſt. ʒvj.*
Pimp. alb. *Fibr. Helleb. nigr.*
Taraxac. *Rhab. elect. ana. ʒiij.*
Enul. ana. ʒij. *Cort. Aurant.*
Herb. Scord. *Lign. Saſſafr, ana. ʒij.*
Hyſſop. *Sal. Tart. ʒj.*
Marrub. *Inciſ. Infund. in Vin. albi ℔.*
Bellid. ana. p. ij. *iv. vel v.*

5 Potio Laxans.

℞. *Tamarind.* *Fol. Senn. ſ. ſt. ʒij.*
Paſſul. min. ana. ʒvj. *Rhab. el. ℈ij.*
Coque in ſ. q. aq. ſimpl. in *Cryſt. Tart. ʒſs.*
colat. fervente ʒv. infund. *Colat. bibatur calide.*

6 Pilulæ laxantes & craſin ſanguinis corrigentes.

℞. *Pil. Balſ. Viſcer. vel* *Querc. ʒj.*
℞. *Pilul. de Ammoniac.* *Sumant. 15. vel 20. pro doſi,*

7 Infuſum roborans.

℞. *Rad. Caryoph.* *Schœnanth.*
Rub. Tinct. ana. ʒſs *Roſar. ana p. ij.*
Herb. Scolopendr. *Inciſ. infund. in Vini albi ℔.*
Agrim. ana. mj. *iij. vel iv. doſis ʒiij. ter vel*
Flor. Spic. *4. per diem.*

8 Mixtura roborans.

℞. *Tinct. ♂is Ludov. ʒſs.*

Alia.

℞. *Eſſent. Adianth. alb.* *Tinct. ♂is Lud. ana. ʒiij.*

9 Alia.

℞. *Tinct. Tart.* *M. doſis 30. 40. gutt. bis vel*
Eſſ. Succin. *ter ſingul. diebus.*
Spir. C. C. rectif. aa. ʒiſs.

VII. *Methodus medendi.*

1 In corporibus Plethoricis, aut ubi malum a ſuppreſſis Hæmorrhagiis originem traxit, evacuationes ſanguinis ſumme neceſſariæ ſunt, ſemper tamen inſtituantur in partibus inferioribus, majoris revulſionis gratia.

2 Hiſce interdum commode præmittuntur laxantia per epicraſin, quando Cacochymia ſimul peccat, aut quando febres prægreſſæ, male curatæ fuerunt, hæc enim pariter ac Pilulæ ex Gummatibus paratæ febres revocando, morbum ſimul imminuunt.

3 Si malum eſt a nimia conſtrictione Hepatis, evacuationibus ſtatim ſubjungantur Antiſpaſmodica & relaxantia. Externe vero imponatur regioni Hepatis Emplaſtr. Diachyl. de Melilot. de Ammoniaco Foreſti &c.

4 Sin vero ſanguis nimium congeſtus Hepar tumidum reddiderit, poſt laxans lene & Venæſectionem, ſi ea opus fuerit, Incidentia, Diſcutientia & Diuretica cum laxantibus mixta & diu uſurpata, conveniunt.

5 Tandem ad roborandum Hepar remedia Tonica, tam ſub Infuſi, quam Mixturarum forma in uſum trahantur, externe vero applicetur Emplaſtrum Santalinum.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Venæſectiones in partibus ſuperioribus rariſſime aliquem habent uſum, ſed potius damnum inferunt.

2 Purgantia acriora pariter hic ac in Lienis Infarctu noxia ſunt.

3 Niſi alvus ſemper ſit aperta, parum profunt reliqua remedia, imo malum ſub adſtrictione alvi augetur.

4 Diſcutientia acriora & volatilia Hepatis ſtricturam & infarctum augent.

5 Cichorium ſicuti in omnibus hepatis affectibus, ſic etiam in hoc eximiam habet efficaciam.

6 Niſi in Infarctu Hepatis, ab ejuſdem relaxatione orta, revellentia præmittantur, Diſcutientia parum profunt.

7 Opiata & Adſtringentia tam interna, quam externa, imprimis fortiora, Infarctum augent & Scirrhum alliciunt.

8 Diæta craſſa noxia eſt, e contra vero cibi lubricantes, emollientes, gelatinoſi & potus ſufficiens, cum motu corporis, admodum conveniunt Infarctu Hepatis laborantibus.

Caput Quintum.

De Infarctu Glandularum Meſenterii & inde dependente Atrophia.

I. *Definitio.* Atrophia eſt ſucceſſiva partium & habitus corporis contabeſcentia, ab Infarctu glandularum Meſenterii & denegato hinc chyli per eaſdem tranſitu, originem trahens.

II. *Differentia.*

1 Ab *Hectica*, quoniam in hacce plerumque viſcerum, Hepatis, Lienis &c. exulceratio cum febre aliiſque ſymptomatibus, ſuo loco recenſendis, ſubeſt, in Atrophia autem infarctus ſaltem aut Scirrhus glandularum deprehenditur, Ut taceam quod Hectica vera utplur. pubertatem ſupergreſſos, Atrophia autem juniores magis affligat.

2 A *Phthiſi*, reſpectu partis affectæ & reſpectu cauſæ, Pulmonis ſcil. & exulcerationis ejuſdem: cum e contra in Atrophia infarctus tantum in glandulis meſeraicis deprehendatur.

3 Ab *Infarctu & Scirrho Hepatis & Lienis*, qui partim reſpectu loci affecti, partim ſymptomatum paulo ante enarratorum intuitu ab Atrophia ſive infarctu glandularum differunt.

4 A *Rhachitide*: in qua quidem partes quædam contabeſcunt, ſed ſimul tumores hinc inde partes deformantes & incurvantes enaſcuntur: cum e contra tale quid in Atrophia non occurrat: cui adde quod Rhachitis ſit productum Atrophiæ.

5 Ab

5 Ab *aridura partium*, quæ in quodam tantum membro se manifestat: Atrophia autem totum corpus occupat.
6 A *Macie*, ubi pinguedo tantum consumitur: in Atrophia vero ipsæ quoque partes musculosæ contabescunt.

III. *Signa*.
1 Lassitudo insignis & flacciditas totius corporis indies invalescens.
2 Languor animi, fastidium omnium rerum, ac ad iram proclivitas.
3 Coloris faciei floridi in pallidum mutatio, cum aliquali faciei in quibusdam inflatione, & labiorum pallore.
4 Oculi nitore pristino destituti, cum palpebris interdum post somnum inpr. matutino tempore tumidis.
5 Corporis & inpr. partium externarum contabescentia.
6 Tumor abdominis insignis, interdum satis durus, interdum vero aliquo modo mollis, ita ut glandulæ mesenterii tumidæ tactu deprehendi queant.
7 Respiratio laboriosa cum anxietate.
8 Appetitus vagus & inconstans, & frigidorum major appetentia.
9 Si vero a vermibus nutrimentum consumentibus originem trahit Atrophia, appetitus solito est major, imo admodum voraces sunt infantes, ac ventriculo cibis repleto melius se habent, quam eodem vacuo.
10 Nulla post cibos resocillatio, sed respirandi difficultas, cum tensione in hypochondriis ac inflatione ventriculi.
11 Sitis multa, calor internus, phlogoses, siccitas oris.
12 Digestio fere nulla, ita ut cibi sæpius tantum semidigesti per alvum excernantur.
13 Alvus inconstans modo lubrica, modo sicca & obstructa.
14 Febris lenta cum pulsu celeri, noctu potissimum affligens, postmodum vero incrementa capiens & ad hecticum calorem tendens, cum augmento reliquorum symptomatum.
15 Somnus brevis & sæpius turbatus.
16 Urina utpl. crassa imo chylosa est, successu vero temporis, ubi ad Hecticam fit transitus, magis tincta & rubra appareat.

IV. *Subjectum*.
1 Infantes, præcipue ablactati aut huic ætati propiores.
2 Infantes qui statim post somnum corpore a sudore madido aëri frigido expositi fuerunt.
3 Quibus excretiones consuetæ per caput suppressæ fuerunt, ita ut exinde glandularum infarctus circa collum reportarint, qui præ ceteris ob lymphæ & seri mucositatem denegatamque depurationem in glandulis facile in Atrophiam, facta ad glandulas inferioris ventris humorum depositione, incidunt.
4 Potui nocturno frigido, transpirationem in somno impedienti, dediti.
5 Quibus labes post morbos vel acutos, vel chronicos prægressos in visceribus relicta fuit.
6 Cibis viscidis & malæ digestionis, ut & frigidis nutriti, ac hinc glandularum mesaraicarum infarctus reportantes.
7 Voraces nimium, sive adiphagia laborantes.
8 Quibus diarrhœæ per adstringentia aliaque inconvenientia remedia suppressæ fuerunt.
9 Vermibus, materiam nutritiam absumentibus & conspurcantibus, afflicti.
10 Pueri Hæmorrhagiis narium nimiis & frequenter repetentibus exhausti, & collapsu viscerum laborantes.
11 Infantes & pueri per fascinationem, aut veneficia ad Atrophiam dispositi.
12 Pueri, quibus Febres per Chinam Chinæ aliaque adstringentia, suppressæ fuerunt.

V. *Prognosis*.
1 Atrophia recens a glandularum infarctu orta, brevi & facile curatur, inveterata autem non nisi magna difficultate.
2 Ab Atrophia, nisi mature convenientibus remediis tractetur, facilis est ad Hecticam transitus, quando nimirum infarctus glandularum in Scirrhum & exulcerationem degenerat.
3 Quo magis sunt adulti Atrophia correpti, eo facilius jungitur Hectica.
4 Adulti Atrophia laborantes, facile etiam Hydrope corripiuntur.
5 Atrophia morbos Hæmorrhagias scil. & Febres male curatas excipiens, pejoris semper est consequentiæ, quam quæ a diætæ vitio originem trahit.
6 Atrophia a vermibus orta, nunquam feliciter cessat, nisi vermes per convenientia remedia remoti fuerint.
7 Pessima omnium ea est Atrophia, quæ ab incantationibus ortum traxit.
8 Quo magis urget diarrhœa in Atrophia, eo citius pereunt ægrotantes.
9 Urina antea crassa & pallida, postea vero rubicunda ac flammea reddita, ac frequentes æstus ac phlogoses post pastum, præsentiam Hecticæ indicant.
10 Atrophiam per Febres intermittentes feliciter sublatam fuisse, aliquoties observavimus.
11 Atrophiam inveteratam interdum excipit Rhachitis morbus curationem utpl. omnem respuens.
12 Tumorem & inflationem abdominis per vomitus cum ejectione copiosæ materiæ admodum tenacis, spatio aliquot horarum sublatum fuisse observavimus, sed Febris acuta ac elapsis aliquot diebus accedentes convulsiones nihilominus ægrotum jugulabant.

VI. *Remedia*.
1 Lenia laxantia & primas vias abstergentia: Merc. dulc. Tart. Vitriol. Sal. Cathart. amar. Arcan. duplic. Nitr. Antimoniat. Sal. Polychrest. Syr. de Cichor. cum Rhabarb. Syr. Domest. sive de Spina Cervina, Manna, Magnes. alba &c.
2 Incidentia & Resolventia uti sunt antea laudata salia neutra, Sal. Absinth. Cent. minor. aliaque fixa, Rad. Pimpin. alb. Ari, Caryophyllat. Zedoar. Galang. Vincetox. Petasit. Imperator. Levist. Squilla, cujus succus adultioribus cum convenienti vehiculo, infantibus vero cum oxymelle exhiberi potest. Gumm. Ammon. &c. Tinct. ♃ii acris, Tartari, Liq. Ter. Fol. Tart. Bal. Samech. Paracelsi & Tinct. aperit. nobis familiaris, Ess. Succin. Alexipharm. D. Stahlii. Tinct. Resolv. nobis usualis &c. Pil. Stahl. Polychr. &c.
3 Tonica, qualia sunt Tinct. Vitriol. ♂t. Tartarisata Ludovici Salia neutra, Crocus ♂tis Antimoniatus, Tinct. Tonic. Stahl.
4 Specifica: Succus Hederæ Terrestr. Heder. arbor. contactus manus tabe mortui, quem quidam tanquam specificum in Scrophulis & Infarctu glandularum laudant.
5 Topica: Emplastr. Sapon. Barbett. de G. Ammon: Ungt. de Alth. Ol. Laur. Lumbr. Terrestr. Cappar. Ceræ &c. Pulmentum illud quod vertex ferreus rotæ molaris inter movendum colligit, extra illitum.
6 Nutrientia, Jusculæ hordeaceæ, Lacticinia, Emulsiones, Gelatinæ cum Amygdalis &c.

Formulæ Remediorum.

1 Bolus laxans.

℞. *Conserv. rosar.* ℈j. *Syr. Rosar. sol. q. s.*
Merc. dulc. *M. F. Bolus pro infante* 3.
P. Jalap. a gr. v. *vel* 4. *annor.*

2 Pulvis laxans.

℞. *Magnes. alb.* ʒß. *D. infanti* 6. *vel* 8. *annor.*

Alius.

℞. *Sal. Cathart. amar.* ʒiß. *pro* 1. *dos. infanti* 7. *vel* 8. *annor.*

3 Potio laxans.

℞. *Aq. Chærefol.* ℥iij. *D. singulis duabus horis ex.*
Magnes. alb. ℈ij. *ebl. j. ij.*
Sacchar. Canar. ʒij. M.

4 Alia.

℞. *Aq. Scorzon.* ℥ij. *Syr. de Cich. c. Rhab.* ʒß.
Diacyd. luc. Jalap. ʒij. *M. pro una vice.*

5 Infusum incidens & laxans.

℞. *Rad. Cichor.* *Apii. ana.* ʒij.

℞. *Ari.* ʒj. *Herb. Abſinth. Cent. min. Fol. Senn. ſ. ſt.* ʒß. *Rhab. elect.* ʒj. *Cort. Citr. Tart. ſolub. ana.* ʒiſß. *Inc. affund. Aq. fervent.* ℔ß. *poſtea adde Vini alb.* ℔.iſß.

6 Aliud.

℞. *Rad. Pimp. alb. Vincetox. ana.* ʒij. *Ari* ʒj. *Summit. Cent. min. Origan. Fl. Stœchad. Ar. Mil. p. ij. Fol. Senn. ſ. ſt.* ʒvj. *Rhab. elect. Fibr. Helſ. nigr. ana.* ʒj. *Cort.* ☉*ant. VVinteran. Sal. Anglic. ana.* ʒiſß. *F. Infuſ. ut antea.*

7 Pulvis abſtergens & reſolvens.

℞. *Arcan. dupl.* ʒj. *div. in* 3. 4. 6. *doſ. pro ratione ætatis.*

8 Alius.

℞. *Pulv. Stomach. Birckm.* ʒß. *Doſ.* 1. 2. *cuſp. cultr. bis vel ter quovis die.*

9 Pulvis reſolvens & tonicus.

℞. *Arcan. duplic.* ℈ij. *Matr. perl. præparat. Antimon.* ♂*le. Lud.* ana. ℈j. M. *Div. in* 4. 6. 8. *part. æq. pro ratione ætatis.*

10 Alius.

℞. *Tart. Vitriolat.* ℈ij. *Conch. præparat. Nitr. depur. ana.* ℈j. ☉. ♂*l. Lud. gr.* xv. *Croc.* ♂*t.* ☉*iat. gr.* iv. M. *Div. ut antea.*

11 Tinctura Tonico-reſolvens.

℞. *Tinct.* ♂*t. Lud.* ʒij. *Doſ.* 15. 20. 25. *gutt.* *pro ratione ætatis bis per diem.*

12 Alia.

℞. *Tinct.* ♂*t. Lud. Eſſ. Adianth. alb.* ana. ʒiſß. M. D. *ut antea.*

13 Alia.

℞. *Mixt. Tonic. Stahlii* ʒij. *D. ut antea.*

14 Unguentum emolliens & reſolvens.

℞. *G. Ammon. in* + *ſol.* ʒij. *Tereb. Aloes ana.* ʒj. *Sevi Cerv. Butyr. rec. ana. q. ſ. M. F. Unguent. externe abdomini calide applicandum.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Curatio hujus affectus, ſi multum materiæ viſcidæ hæret in primis viis, inſtituatur per lenia evacuantia, quo in caſu optime ſe gerit Merc. dulc. quippe qui & incidit ſive reſolvit, ac ſimul evacuat. Eidem fini etiam inſerviunt antea præſcripta Infuſa laxantia & incidentia: junioribus autem infantibus exhibeantur Syrupi laxantes de Manna, de Cichor. cum Rhabarb. &c.

2 Quibus ſubjungantur, aut etiam iiſdem præmittantur Pulveres vel Potiunculæ incidentes & abſtergentes, ut hoc modo infarctus glandularum ſenſim ſenſimque tollatur.

3 Si curæ initium fit per Incidentia & Abſtergentia, hiſce repetitis vicibus interponantur blanda laxantia, ut hoc modo illud quod reſolutum fuit, ſenſim evacuetur.

4 Reliquis incidentibus remediis jungantur Tincturæ Antimoniales acres cum Eſſentiis ex radicibus incidentibus paratæ, uti ſunt Eſſent. Pimpin. alb. Alexiph. Stahlii, Scordii, Succini.

5 Affectus hic ſæpius feliciſſime ſolo Arcano duplicato & Tinct. ♂tis Ludov. tollitur, ſi nimirum veſperi aliquot grana Arcani dupl. mane vero moderata doſis Tinct. ♂t. pro ætatum ratione exhibentur, & aliquandiu continuantur.

6 Si calor febrilis Atrophiæ jungitur, exhibeantur Pulveres ſupra præſcripti cum Nitro.

7 Topica emollientia & reſolventia Balnea, ſtatim quando interna exhibentur, applicentur, ut reſolutio eo citius & felicius ſuccedat.

8 Quando Unguentum ſupra deſcriptum in uſum trahendum eſt, ante inunctionem ſemper irroretur Oldeſt. Aniſi.

9 Facta ſufficiente reſolutione & evacuatione, in uſum trahantur tonica ſive robur partium reſtituentia, inter quæ eminet Mixtura Tonica Stahlii, quæ ſimul inſignem diſcutiendi virtutem poſſidet.

10 Ac tandem agmen claudant nutrientia ſive alimenta multum laudabilis chyli largientia.

11 Si a vermibus originem trahit Atrophia, præter Merc. dulcem exhibeantur quoque alia Anthelminthica.

12 In Atrophia ab Hæmorrhagiis nimis orta, præ ceteris proſunt nutrientia & gelatinoſa.

13 Si Febres intermittentes male curatæ produxerunt Atrophiam, præſcribantur præter laxantia, Salia neutra aut in adulteribus Pilulæ Stahlianæ, quæ Febrem revocare ſolent, quo facto, eo facilius poſtmodum Atrophia curari poteſt.

14 In Atrophia ab incantamentis orta, quidam laudant Balnea cum Hyperico, Antirrhino, Formicis &c. parata.

VIII. *Cautelæ* Practicę.

1 Purgantia fortiora affectum huncce magis exaſperant & ad Hecticam facile diſponunt, inpr. ſi ſubjecta fuerint ſenſibiliora.

2 Mercurius dulcis majori doſi aut ſæpius exhibitus, facile vomitus excitat, & dum per vomitus fortiores materia nondum reſoluta nimium commovetur, facile majora mala ſequuntur.

3 Arcanum duplicatum, niſi optime ſit præparatum, infarctum glandularum auget, ac præterea anxietates præcordiorum ac vomitum excitat.

4 Martialia, a pleriſque aperitiva credita, ſine præmiſſis Incidentibus & Reſolventibus exhibita, infarctum glandularum minime tollunt, ſed potius augent, ac hinc Hecticam eo magis invitant.

5 Doſes omnium remediorum minores in hoc affectu ſumme proficuæ ſunt, majores vero inſignem operationem ſtatim edentes, noxiæ.

6 Volatilia remedia ſine præmiſſa ſufficienti reſolutione & evacuatione exhibita, materiam profundius in glandulas impellunt, ac Febrem augent, ita ut facile in Hecticam degeneret.

7 Nutrientia in principio mali male præſcribuntur, quoniam obſtructionem augent: idem judicium eſto de lacticiniis, corpore nondum præparato, exhibitis.

8 Frigus externum humores magis ad interiora pellit, & infarctum promovet.

9 Potus frigidus humores condenſat, & hinc ſumme noxius eſt.

10 Omnes cibi difficilioris digeſtionis, acidi, potus feculentus, panis calidus &c. inſigniter nocent in hoc affectu.

Caput Sextum.

De Tuberculis ſive Nodis Scirrhoſis Pulmonum.

I. *Definitio.* Tubercula pulmonum ſunt concretiones Scirrhoſæ, e congeſtione ſanguinis aut infarctu pulmonum originem trahentes.

II. *Differentia.*

1 Alia ſunt *cruda*, quæ ex materia ad ſuppurationem inepta ſcil. muco generantur, & ſine febre comitante ægros ob ſolam magnitudinem ſuffocant.

2 Alia ſunt *ſuppurata*, quæ ex ſanguine generata, ſucceſſu temporis ſuppurationem ſubeunt.

3 Alia hærent *in ſuperficie* pulmonum, alia *in* ejus *ſubſtantia* interiori, alia vero *in* ipſa *aſpera arteria* reperiuntur.

III. *Signa.*

Minora talia tubercula ſæpius admodum latent, & vix uila ſigna manifeſta diagnoſtica præbent, ſi vero majora & ad vomicam prona, ſequentia obſervantur.

1 Tuſſis ſicca & levis ab initio, poſtea vero ſenſim majora capiens incrementa.

2 Spirandi difficultas in principio minoris momenti, tandem tamen major, ita ut erecta cervice reſpirare cogantur ægroti.

3 Pectoris oppreſſio & gravitas Hypochondriorum.

4 Vox interdum rauca & clangoſa.

5 Sub motu corporis aut ſitus mutatione major reſpirationis difficultas, cum ſenſu doloris.

6 Progreſſu temporis doloris augmentum, ſive tranſitus a leviori in acutum, pectus & latera occupantem.

7 Inappetentia ſitis, & inſolita ad iram pronitas.

8 In quibuſdam poſt motum aut tuſſim fortiorem glo-

globulorum lividorum, cœruleorum &c. pus vel materiam viscidam continentium, per asperam arteriam ejectio.

9 Accedit tandem Febris, quo ipso tempore omnia symptomata, inpr. Tussis, spirandi difficultas ac dolor augentur.

10 Excretio per tussim purulenta, factæ suppurationis index.

11 Capitis in quibusdam dolor anteriore in parte circa palpebras potissimum affligens.

12 Interdum aliqualis visus læsio.

13 Subfulvus faciei & habitus corporis color.

14 Lingua vel arida, vel lentore obducta.

15 Urina progressu morbi magis magisque tincta.

16 Macies insignis totum corpus occupans.

17 Somnus turbulentus & a tussi sæpius interruptus.

IV. *Subjectum.*

1 Homines, inpr. vero Adolescentes & Juvenes macilenti sive Temperamenti Cholerico Melancholici.

2 Congestiones sanguinis ad pectus passi, nulla subsecuta cruoris excretione, aut ejusdem plenaria discussione.

3 Tussi laboriosa humida, cum materiæ tenacis ejectione, antea affecti, & quibus pars hujus materiæ in pulmonibus remansit.

4 Hypochondriaci, Hystericæ aliique sanguinis spissitudine laborantes.

5 Scorbutici, quorum sanguis ad grumosas concretiones & corruptiones pronus est.

V. *Prognosis.*

1 Tubercula e sanguine nata in suppurationem facile abeunt, & Vomica Pulmonum exinde oritur.

2 Ex tuberculi intusruptione, exolutio, vomitus (sive ejectio per superiora) & animi deliquium fit, 7. *Aph.* 8.

3 Tuberculum si quam citissime maturuerit, & eruperit, & pus sursum vertatur, ac totum exspuatur, & ventriculus (cavitas) in quo fuerat pus, contrahatur ac resiccetur, penitus sanus evadet. *Hipp. Lib. I. de Morbis XIV.* 5. 6.

4 Si vero ruptum fuerit quam celerrime, & maturatum ac repurgatum, verum penitus resiccari non poterit, sed ipsum tuberculum a se ipso pus produxerit, & a capite sane tunc itemque reliquo corpore pituita ad tuberculum defluens putrescit & pus fit, ac exspuitur, per quod homo perimitur. Perimitur autem a ventre fluente, ab his quæ antea relata sunt. *ibid.* 7. 8. 9. 10.

5 Quod si multo tempore rumpi non possit neque sua sponte, neque a medicamentis, consumitur debilitatus a doloribus vehementibus, & inedia, & tussi, & febribus, & utpl. perimitur. ibid. Ubi adhuc plura huc pertinentia occurrunt, Vid. infra de *Vomica Pulmonum & Empyemate.*

6 Tubercula talia suppurata utpl. Phthisin post se trahunt.

7 Tubercula in pulmonum substantia & ex sanguine nata, pejoris semper sunt consequentiæ, quam quæ in aspera arteria & ex pituita generantur,

8 Si una cum vomitu pus sequatur, siquidem pus fuerit album & fibræ in ipso subcrumentæ fuerint, effugit: si vero lividum & cum virore pallidum ac graveolens, moritur. *Hipp. Lib. II. de Morb. LV.* 20. 21. 22.

VI. *Remedia.*

1 Venæsectio revulsoria sanguinis effluxum uberiorem ad pectus impediens, inpr. præservationis gratia circa æquinoctia in pede instituta.

2 Blanda evacuantia: Manna, Tamarindi, Magnesia alba, Sal Catharticum amarum. Fol. Senn. Rhabarbarum,

3 Tussim mitigantia & temperantia: Absorbentia, Lap. ♋. Conch. præparat. Mat. Perl. Nitrosa exiguis dosibus exhibita.

4 Lenia discutientia & abstergentia: Rad. Pimpin. alb. Caryoph. Ari, Herb. Scabios. Veron. Hyssop. Chærefol. Hepat. nob. Virg. aur. Flor. Tussilag. Anth. Stœch. Arab. & in robustis fumus Antimonii puri, Flor. Sulph.

5 Anticatarrhalia nimium seri fluxum ad pectus intercipientia, uti sunt præter antea recensita Lign. Sassafr. Ess. Alexiph. Scord. Succin. Tinct. ♁ij.

6 Tonica pectus debilitatum roborantia, ubi inprimis convenit Mixtura Tonica Stahlii.

Formulæ Remediorum.

1 Potio laxans.

℞. *Decoct. Tamarind.* ℥v. *in quo dissolve. Mann. elect.* ʒiß. *Colat. D. ad Vitr. pro una vice.*

2 Alia.

℞. *Aq. Cichor.* ℥vj. *Fol. Senn. s. s.* ʒij. *Rhab. elect.* ʒj. *Tart. solub.* ♁ij. *Stent in digest. per noct. Colat. adde Mann. elect.* ʒj. *M. pro una vice.*

3 Pulvis laxans.

℞. *Magnes. alb.* ʒß. *div. in 6. p. æq. D. mane & vesperi dosis.*

4 Alius.

℞. *Sal cathart. amar.* ʒß. *solvatur in* ℥vj. *vel viij. Inf. Thee & sumatur.*

5 Pulvis absorbens & temperans.

℞. *Lap.* ♋. *Matr. perl.* ♁. *diaph. ana.* ʒß. *Nitr. depur. gr. xv. M. pro 4. vel 5. dos.*

6 Alius.

℞. *Conch. præparat.* ʒj. *Tart. Vitriolat. Nitr. depur. ana.* ♁ß. *M. pro dos. 4.*

7 Infusum pectorale resolvens & abstergens.

℞. *Rad. Pimp. alb. Vincetox. ana.* ʒiij. *Liquirit. Tussilag. ana.* ℥vj. *Herb. Scabios. Veron. Virg. ♁ar. M. mj. Inc. D. ad Ch. Usurpentur ut infus. Thee.*

8 Aliud resolvens & expectorationem promovens.

℞. *Rad. Vincetox. Pimp. alb. Caryoph. ana.* ʒij. *Ari.* ʒj. *Liquirit.* ℥j. *Herb. Veron. Chærefol. Hep. nob. ana. m*ß. *Sem. Anis. Fœnic. ana.* ʒiß. *Ras. L. Sassafr.* ʒß. *Passul. min.* ʒiß. *Hurd. excort.* ʒiij. *Inc. Cont. g. m. Coq. in Aq. simpl.* ℔. iv. *vel v. et bibantur bis vel ter per diem* ℥iv *vel vj. calide.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Si tubercula sunt minora & sui aliquod indicium præbent, ac suspicio sit, ea ex congestione sanguinis, vel post Hæmoptysin in pulmonibus generata fuisse, Venæsectio locum habet in pedibus, ut hoc modo sanguis revellatur, magis tamen prodest præservationis, quam curationis gratia.

2 Maxime quoque conducunt lenia laxantia, quæ non solum humorum affluxum ad pectus intercipiunt, sed etiam sanguinis depurationi, dum partes serosæ multæ per inferiora evacuantur, inserviunt: & talia etiam laxantia cum prudentia exhibita, eo magis prosunt, si corpora fuerint phlegmatica & catarrhalibus affectibus obnoxia.

3 Cum vero potissimum labes in pulmonibus hæreat, exhibeantur infusa supra præscripta pectoralia ex incidentibus & resolventibus vegetabilibus parata, quæ sæpius insigne levamen afferunt in eo quoque casu, ubi tubercula jam exulcerata & aperta sunt, inprimis si Pulveres solares D. Richteri ipsis junguntur, quorum usum continuatum in Scirrhis & læsionibus, viscerum salutarem deprehendimus.

4 Si tussis urget, vel continuentur modo dicta infusa, vel iisdem interponantur Pulveres absorbentes & Nitrosi.

5 Si subjecta sunt pituitosa, anticatarrhalia remedia supra laudatis infusis addita vel interposita, insignem sæpius habent usum & ulteriorem pulmonum læsionem satis diu impediunt.

6 Si præmissis hisce omnibus signa consolidationis pulmonum apparent, quando scil. supra recensita symptomata molesta sensim sensimque imminuuntur,

exhi-

exhibeantur tandem remedia tonica. Reliqua vide infra de *Vomica Pulmonum*.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Quamvis lenia Purgantia in hoc affectu admodum proficua sint; fortiora tamen & acriora, resinosa, summe noxia sunt, quoniam humores nimis commovent & æstum in corpore augent.

2 Præstat hoc in affectu lenibus remediis, & excretiones placide promoventibus curam aggredi, quam multis remediis ægrotos obruere.

3 Prudens tamen remediorum abstergentium & resolventium continuatio maxime commendanda est.

4 Expectorantia remedia hoc in casu parum prosunt, sed potius humorum affluxum augent, & corruptionem inceptam promovent: si tamen cum prudentia abstergentibus interponuntur, usum habent non contemnendum.

5 Balsamica & traumatica acriora nocent in hoc affectu, ut & adstringentia.

6 Frigus externum morbo hocce affectis minime prodest, quatenus aer frigidus inspiratus, labem pulmonum auget.

7 Omnia diætetica calida, acria, aromatica, hic summe quoque sunt noxia, pariter ac motus immoderatus & Venus.

Caput Septimum.

De Scirrho Lienis.

I. *Definitio.* Scirrhus Lienis est induratio ejusdem vel totalis, vel partialis, a sanguinis in eo hærentis nimia spissitudine, infarctu & successiva exsiccatione fibrarumque Lienis nimia vel debilitate & relaxatione, vel earundem constrictione originem trahens.

II. *Differentia.*

1 Alius Scirrhus *totum viscus*, alius vero *partem* tantum ejusdem occupat.

2 Alius conjunctus est cum insigni *inflatione*, ut tactu deprehendi possit, in alio vero hæc abest, *durities* vero major observatur.

3 Alius est *recens*, alius *inveteratus*.

5 Alius a *causis externis*, alius vero ab *internis* ortum trahit.

III. *Signa.*

1 Sensus pressionis aut ponderis in hypochondrio sinistro sub costis spuriis.

2 Sensibilis tumor aut durities oblonga in eodem loco versus latus & lumbos se extendens.

3 Angustia præcordiorum constans, cum insigni respirandi difficultate, imprimis sub motu corporis & ascensu per acclivia.

4 Tussis sicca, vehemens & pertinax nunquam non, maxime vero noctu affligens, in malo scil. graviori.

5 Exacerbatio difficultatis respirandi & tussis, quando ægroti in latus dextrum decumbunt.

6 Appetitus vel nullus aut nauseabundus, vel interdum satis bonus & avidus.

7 Repletio aut potius inflatio Ventriculi post sumptos cibos & sensus pressionis.

8 Alvi vel pertinax segnities, vel inconstans excretio.

9 Urinæ paucitas, livor, viror ad nigredinem aliqualem tendens.

10 Pallor faciei & reliqui corporis cum flavedine ad fuscum vergente & aliquo modo nigricante, oculorum altior recessio, cum circulo livente eosdem ambiente.

11 Languor corporis insignis, torpor animi, morositas, taciturnitas & anxietas sine manifesta causa.

12 Intumescentia pedum per diem, noctu iterum disparens, postea vero Oedema pedum & impr. sinistri constans.

13 In aliis Hydropicus corporis tumor, in aliis vero insignis macies.

IV. *Subjectum.*

1 Melancholici aut alii ad hocce temperamentum proni, in ætate virili aut consistente constituti.

2 Præ ceteris vero Hypochondriaca & Hysterica inveterata passione laborantes, & Hæmorrhoidum ac Mensium ataxias experti.

3 Diætæ crassiori, vitæ sedentariæ ac mœrori nimium indulgentes.

4 In febribus intermittentibus, impr. vero quartana perverse per Adstringentia tractati.

5 Congestionibus aut Infarctu Lienis antea affecti.

6 Potum nimis frigidum majori copia in acutis assumentes.

V. *Prognosis.*

1 Scirrhum Lienis, facile etiam Hepatis, Pancreatis & glandularum Meseraicarum induratio, sequitur.

2 Scirrhus Lienis recentior rite tractatus, curationem admittit, inveteratus nunquam.

3 Lienis induratio sæpius sine periculo per plures annos durat, per emollientia vero applicata, sonticum facile fit malum.

4 Scirrho Lienis inveterato sæpius sinistri femoris, & pedis intumescentia dura lividi coloris, cum dolore interdum urente contusorio jungitur.

5 Scirrhus recentior, interdum in feminis per vomitum cruentum solvitur.

6 Si Hectica aut Cachectico-Ascitica symptomata Scirrhum Lienis sequuntur, desperatum est malum.

VI. *Remedia.*

1 Plethoram ceu causam antecedentem & soventem removentia: Venæsectio in pede, Scarificationes & Hirudinum in Hæmorrhoidariis ad anum applicatio.

2 Cacochymiam tollentia, evacuantia per alvum, sæpius continuanda, ex Fol. Sennæ, Rhabarb. Fibr. Rad. Helleb. nigr. Pil. ex Extract. amaris & gummatib. paratæ, Beccherianæ, Stahlianæ & Balsam. Viscerales nobis usuales, Clysteres.

3 Sanguinem spissum ceu causam Scirrhi continentem resolventia, potus sufficiens, motus corporis, inpr. equitatio, diæta humida, Rad. Apii, Chin. Helen. Sarsapar. Pimp. albæ, Eryng. Polypod. Vincetox. Tarax. Caryoph. Cichor. Herb. Abrotan. Bellid. min. Cochlear. Fumar. Capill. ♀is, Matrisylvæ, Beccabung. Marrub. Origan. Flor. Anth. Calendul. Stœch. Arab. Cent. min. Genist. Ononid. Semina Petrosel. Fœnic. Gum. Ammoniac. Galban. Sagapen. Salia fixa & neutra, ♀. dulc. Emulsiva, Tincturæ & Essentiæ resolventes &c. Externe Unguenta & Emplastra emollientia, Ungt. de Alth. Ol. Cappar. Lil. alb. Rutac. Empl. de Ammoniaco, de Galbano, Saponat. Barbette, de Cicuta, de Hyoscyam &c. Cataplasmata.

Formulæ Remediorum.

1 Infusum laxans & resolvens.

℞. *Rad. Apii.* *Cichor.* *Caryoph.* *Gent. rubr. ää. 3ij.* *Herb. Abrot.* *Scolopendr.* *Cap. ♀is. ana. mß.* *For. Calend.* *Aneth. ana. p. j.* *Fol. Senn. f. ſt. 3j.* *Fibr. Hell. nigr. 3ij.* *Sem. Petrosel.* *Tart. Solub. ana. 3iß.* *Incisa infund. in Vin. alb.* ℔. v. *sumantur quotidie mane jejuno stomacho 3vj.*

2 Aliud.

℞. *Rad. Bardan.* *Vincet.* *Tarax.* *Helen. ana. 3ij.* *Summit. Cent. min.* *Origan.* *Cuscut.* *Cochlear.* *Flor. Stœch. Arab. ää p. ij.* *Fol. Senn. f. ſt. 3vj.* *Rhab. electi.* *Fibr. Hell. nigr. ana 3ij.* *Cort. Aurant.* *Tart. Solub.* *Sal. Genist. ana. 3iß.* *Incis. infund. in Vin.* ℔. v. *dosis ut antea.*

3 Pilulæ resolventes & laxantes.

℞. *Gumm. Ammon. in + to. solut. & inspiss. 3ij.* *Sagapen.* *Galban.* *Extr. Cent. min.* *Card. Ben.* *Cochlear.* *Hell. nigr. ana 3j.* *Aloes gummos.* 3ß. *Tinct.*

Tinct. Tart. q. s. *ad 20. singulis hebdomadibus bis vel ter.*
F. Pilul. ad gr. j. dosis xv.

4 Aliæ.

℞. *Gumm. Ammon.* ℥ *sol.* ʒij. *Tinct.* ♁ij. *q. s.*
Pil. Polychr. Hall. *M. f. Pil. ad gr. j. dosis ut antea.*
Extr. Hell. nigr. ana ʒj.

5 Aliæ.

℞. *MP. de Ammon. Querc.* *Pil. Polychr ana* ʒj. *Ess. Succin. q. s.* *M. f. Pil. dosis ut supra.*

6 Essentia resolvens & laxans.

℞. *Ess. Antihyp. Hall.* ʒß. *Dos.* 40. 60. 80. *gut. cum multo vehiculo.*

7 Essentia resolvens.

℞. *Ess. Alexiph.* *Tinct. Tart.* ♁ij *ana.* ʒj. *M. dosis* 30. 40. *gutt.*

8 Alia.

℞. *Tinct. Tart.* ʒij. *Liq. Tart. Tartarisat. ä.* *M. dosis ut præcedentis.*

9 Liquor resolvens & diureticus.

℞. *Liq. Tart. Tartarisat.* ʒß. *Dosis* 40. 50. *gutt. bis de die.*

10 Balsamum.

℞. *Balsam. Samec. Parac.* ʒß. *dosis eadem.*

11 Emulsio resolvens.

℞. *Amygd. dulc.* *Sem. Card. Mar. ää.* ʒiß *Aq. Chæref. q. s.* *Colat.* ℥vj. *vel viij. adde Matr. Perl. præparat.* ʒj.

12 Linimentum emolliens & resolvens.

℞. *Ol. Lil. alb.* ʒj. *Cappar.* ʒiij. *Laur.* *Destill. Fœnic. ä.* ʒiß. *Camphor.* ʒj. *Misce.*

13 Unguentum emolliens.

℞. *Ungt. de Alth.* ʒj. *Ol. Cappar.* ʒß. *Rutac. Laur. ana* ʒij. *M.*

14 Cataplasma resolvens.

℞. *Farin. & furf. hord. ä.* ʒij. *Sterc. Caprill.* ʒiij. *Melilot.* *Chamom. ää.* mß. *cum s. q. Lixivii et Sapæ F. Catapl. adde Ol. Aneth.* ʒij. *M. & applicetur Scirrho.*

15 Emplastrum emolliens & resolvens.

℞. *Empl. Diach.* *Gumm. Ammon.* ℥ *sol. & inspiss. Galban.* *Succ. Cicut. ana.* ʒß. *M. f. Emplastrum.*

16 Aliud.

℞. *Empl. de Ammon.* *Cicut. ana.* ʒj. *Ol. Cappar.* *Chæref. q. s. ad malaxandum.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Venæsectiones aliæque evacuationes sanguinis, tam præservatoriæ quam curatoriæ sollicite, ubi opus est, instituantur.

2 Ubi malum hocce originem traxit a Mensium vel Hæmorrhoidum suppressione, quantum fieri potest, fluxus hi per convenientia superius, ubi de hisce affectibus actum fuit, laudata remedia in ordinem redigantur.

3 Quodsi vero Febres intermittentes male curatas secutus fuerit Scirrhus, Infusa incidentia & Laxantia, ut & Pilulæ ex Gummatibus amaris paratæ, diu continuentur, ut Febris, si quidem possibile est, revocetur, & hoc modo concurrente Natura, Scirrhus resolvatur.

4 Si ex tumoris mollitie & imminutione successiva Scirrhum mitigatum aliquo modo esse apparet, tandem in usum trahantur Tonica, non sepositis tamen internis & externis resolventibus & laxantibus.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Nisi Medicus sollicite respiciat ad causas Scirrhi, iisque cum summa prudentia remedia opponat, frustraneæ sunt omnes medicationes.

2 Omnes fortiores evacuationes, fluida nimium detrahentes, actu hic noxia sunt.

3 Sanguinis evacuationes in Scirrho Lienis a febribus male curatis oriundo, non solum nil prosunt, sed Naturam magis debilitando eo facilius ad affectus, a Scirrho originem trahentes, disponunt.

4 Omnia commoventia, quæcumque demum illa sint, in Scirrho Lienis plus damni, quam emolumenti afferunt.

5 Martialia remedia, ut & Acidulæ, nisi convenientia remedia præmissa fuerint, malum augent.

6 Gummi Ammoniacum sub forma pilulari, nec non Rad. Cichorii speciale quid in hoc morbo peragunt.

7 Nimia vero emollientia remedia externa, sine præmissa convenienti medicatione interna, Scirrhum ad exulcerationem disponunt.

8 Stomachica etiam calida remedia, ut & carminativa, nunquam sine periculo exhibentur.

9 Absorbentium abusus Scirrhum magis contumacem reddit.

10 Diæta crassa malum auget, & Venus magis exsiccat, prodest e contra motus corporis ac diæta emolliens.

11 In Febribus intermittentibus ab abstringentibus imprimis fortioribus sedulo cavendum sibi est: sæpissime enim ejusmodi Scirrhi præposteræ febrium medendi methodo, originem debent.

Caput Octavum.

De Scirrho Hepatis.

I. *Definitio.*

Scirrhus Hepatis est induratio ejusdem, a sanguinis infarctu, aut nimia ac sublitanea Hepatis constrictione, originem habens.

II. *Differentia.*

1 Scirrhus Hepatis alius est *totalis*, alius vero *partialis*.

2 Alius *a congestione* & infarctu sanguinis, in Hypochondriacis præcipue, alius *a causis externis* magis oritur.

3 Differt a *Scirrho Lienis* ratione loci & symptomatum, quæ acerbiora & periculosoria sunt in Scirrho Hepatis.

III. *Signa*

1 Tumor Hypochondrii dextri interdum satis conspicuus, cum majore vel minore, tactu non raro perceptibili duritie, conjunctus.

2 Gravitas, tensio & dolor obtusus in eodem Hypochondrio, quem decubitus in latus sinistrum auget.

3 Respirandi difficultas insignis, cum tussi aut Asthmate sicco, noctu & interdiu sub motu corporis magis urgentibus.

4 Appetitus admodum prostratus, & post sumtos in minore quantitate cibos subitanea satietas, cum insigni sensu pressionis circa Ventriculum, & respirandi difficultate majore.

5 Febris lenta, imprimis malo augescente, insigni corporis superioris contabescentiæ, juncta.

6 Tumor pedum Oedematosus & ascitica corporis inflatio.

7 Facies cachectica, pallida, icterica, subfusca.

8 Alvi segnities, urina panca, pallida, turbida, postea vero rubra & crassa.

IV. *Subjectum.*

1 Homines Plethorici, Melancholico-Cholerici aut Melancholico-Sanguinei, Hæmorrhoidum suppressioni obnoxii, aut consuetas sanguinis evacuationes negligentes.

2 Infarctu Lienis & Hepatis laborantes & in Febribus quartanis chronicis perverse tractati.

3 Quibus in Hæmorrhagiis nimia adstringentia remedia exhibita fuere.

4 Aut quibus externe topica refrigerantia in Hepatis regionem frequentius sunt imposita.

5 Qui corpore æstuante potum frigidum in nimia quantitate assumserunt.

6 Personæ Plethoricæ acidulis adstringentibus, aut etiam remediis volatilibus abusæ.

7 Vehementioribus animi pathematibus commotæ.

V. *Pro-*

V. *Prognoſis*.

1 Scirrhus Hepatis inveteratus omnem curationem reſpuit, recens vero ab infarctu natus, eam adhuc, quamvis difficulter, admittit.

2 Si Lienis Scirrhum Hepatis induratio ſecuta eſt, malum utpl. incurabile, imo funeſtum eſt.

3 Pedum Oedemata & Aſciticus abdominis tumor Scirrhum incurabilem indicant.

4 Alvus lubrica, aut frequentes etiam Diarrhœæ, morbos alios, Scirrho ordinarie ſupervenientes, diu ſæpius præcavent.

5 Quo magis ſucceſſive generatur Scirrhus, eo magis conſtanter omnem medicationem recuſat.

6 Indurationem Hepatis in ſubjectis Cholericis aut ſiccis Hectica magis, in humidioribus vero Hydropes utpl. ſequuntur.

7 Non raro quoque Scirrhus Hepatis exulcerationem incurabilem poſt ſe trahit.

8 Ictterus interdum antecedit Scirrhum, interdum vero eandem ſequitur, imprimis niger.

9 Hepatis Scirrhum interdum ſequuntur febres acutæ periodicæ. (Obſervavimus id ſuperiori anno in puella octo annorum, prima hujus febris periodus abſolvebatur die ſeptimo cum inſigni euphoria: die octavo recrudeſcebat febris, cui jungebatur aphonia: die decimo quarto ceſſabat altera periodus itidem cum euphoria, ſed aphonia continuabat: die decimo quinto tertia periodus incipiebat, & ad vigeſimum uſque cum aphonia durabat: die vigeſimo primo, Diarrhœa cum materiæ nigricantis ejectione morbum leviorem reddebat: cum vero hæc die vigeſimo ſecundo ſubito ceſſaret, ſequebatur inflatio pedum & abdominis, ſudor colliquativus, & ſequenti die mors.

VI. *Remedia*,

1 Hic pariter ac in Scirrho Lienis cauſam antecedentem ſive Plethoram in ſubjectis diſpoſitis removent evacuationes ſanguinis artificiales, per Venæſectionem, Scarificationem & Hirudines.

2 Primas vias & ſordes Scirrhum foventes evacuantia: Folia Sennæ, Rhabarbarum, Fibrillæ Rad. Helleb. nigri, Sal Catharticum amarum Epſonienſe, Tartarus Vitriolat. Arcan. duplic. Sal Polychreſtum, Nitrum ☽iatum, Tart. Tartariſatus, Magneſia alba, Decoctum Tamarindorum, Paſſularum, Manna, Pilulæ Beccherianæ veræ &c. Clyſteres.

3 Incidentia & Reſolventia varia, ſupra ſub Infarctibus viſcerum & Scirrho Hepatis laudata, imprimis vero pulveres Solares Richteri.

4 Antiſpaſtica & temperantia reliquis interpoſita, Nitroſa, Cinnabarina &c.

5 Tonica remedia & ſimul Diſcutientia: Mixt. Tonica Stahlii, Tinct. ♂t. Ludov. Tinct. ♂is Helleborata.

Formulæ Remediorum.

1 Decoctum Laxans.

℞. *Decoct. Tamarind.* ℥jv. *Tart. Tartariſat.* ℥j. *M.*
Mann. elect. ℥ij. *Colat. d. pro j. doſi.*

2 Aliud.

℞. *Decoct. paſſular.* ℥iv. *Rhab. el.* ʒß.
Colat. fervent. inf. *Tart. Tartar.* ♃ij. *bulliat.*
Fol. Sennæ ſ. ſt. ʒij. *leniter Colat. d. pro j. doſi.*

3 Infuſum laxans & incidens.

℞. *Rad. Apii.* *Fol. Senn. ſ. ſt.* ʒvi.
Petroſel. *Rhab. elect.* ʒiij.
Cichor. *Sem. Dauci.*
Bardan. ana. ʒij. *Fœnic.*
Herb. Abrotan. *Tart. ſolubil. ana.* ʒij.
Capill. Qis. *Inciſa infunde in Vin. alb.*
Bellid. ℔. *rv. vel v.*
Flor. Stœch. Arab. ā. p. ij

4 Aliud magis incidens reſolvens & laxans.

℞. *Rad. Caryoph.* *Cent. min. ana.* m℥.
Vincetox. *Flor. Bellid.*
Gentian. ana. ʒiij. *Calend. ana. p. ij.*
Herb. Scord. *Fol. Senn. ſ. ſt.* ℥j.
Cochlear. *Fibr. Rad. Hell. nig.* ʒiij
Sem. Petroſel. *Sal. Tart. ana.* ʒij.
Siler. mont. *Infunde ut antea.*
Cort. ☉nt.

5 Pulvis abſtergens.

℞. *Tart. Vitriolat.* *Div. in 6. part. æq. detur*
Nitr. ☽iat. ana. ʒj. *ſingul. 4. horis doſ. j.*

6 Alius.

℞. *Sal. Cathart. amar.* *Div. in 4. part. æq. mane et*
Arcan. duplic. ana. ʒj. *veſperi.*

7 Decoctum Reſolvens.

℞. *Rad. Cichor. rec.* *Cancr. fluviat.*
Taraxac. ana. ʒij. *contuſ. num. iv.*
Herb. Bellid. rec. *bulliant in juſculo carnis,*
Charefol. *colatura detur calide.*
Cochlear. ana. m℥.

8 Aliud,

℞. *Rad. Apii.* *Triſol. Fibr. ā. m℥.*
Taraxac. *Sem. Carvi. Siler. mont.*
Cichor. ana. ʒß. *Crem. Tartari. an.* ʒiß.
Herb. Veron. *Harum ſpecierum m℥.*
Hed. Terreſtr. *Coque in Aq. ſimpl.* ℔. *j. colat. bibatur calide.*
Charefol.

9 Pulvis reſolvens.

℞. *Pulv. ☉ar. Richt. doſ.* *D. ſingul. diebus. 2. vel 3.*
xii.

10 Pulvis Antiſpaſmodicus.

℞. *Nitr. depur.* *Cinnab. ☽ij. gr. xviij.*
Arcan. duplic. *M. div. in 6. part. æq.*
Conch. citrat. a. ♃ij.

11 Alius.

℞. *Tart. Vitriolat.* *Cinnab. nativ. gr. xxiv.*
Nitr. regenerat. ana. ʒj. *M. div. in 6. part. æq.*

12 Tinctura Tonica & reſolvens.

℞. *Tinct. ♂is Helleb.* ʒß. *& veſperi.*
Doſ. 40. 50. *gutt. mane*

13 Alia.

℞. *Tinct. ♂t. Ludov.* *M. doſis eadem.*
Liq. Terr. fol. Tart. ā. ʒß.

Reliquæ formulæ vid. capit. præcedentibus.

VII. *Methodus medendi*.

1 Sanguinis miſſiones imprimis præſervatoriæ abſolute neceſſariæ ſunt, eæ tamen, quæ in pedibus inſtituuntur, magis proſunt, quam Venæſectiones partium ſuperiorum.

2 Hirudinum quoque ad anum applicatio, impr. in ſubjectis Hæmorrhoidariis, multum prodeſt ad removendam cauſam antecedentem.

3 Evacuationibus ſanguinis vel præmittatur, vel ſubjungatur lenis laxatio; imo repetatur etiam, præſertim quando ægroti ad alvi adſtrictionem admodum proni ſunt.

4 Majorem adhuc uſum præſtant laxantia, ſi remedia incidentia & reſolventia ipſis junguntur.

5 Ad relaxandam nimiam Hepatis ſtricturam, remediis reſolventibus ſemper interponantur Antiſpaſmodica, quæ præterquam quod ſtricturam tollant, alvum etiam lubricam ſervant.

6 Facta reſolutione Scirrhi, remediis reſolventibus ſubjungantur Tonica roborantia, cum Reſolventibus mixta.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Venæſectio in pede ſemper præmitti debet Hirudinum applicationi.

2 Venæſectio præſervatoria circa Æquinoctia ſemper præferenda eſt ei, quæ intermediis temporibus inſtituitur.

3 Evacuantia & Reſolventia niſi diu uſurpentur, parum juvant.

4 Vitentur tamen omnia acria Reſolventia & Purgantia, quippe quæ ad faciliorem exulcerationem ſubjecta ſanguinea & calidiora diſponunt.

5 Martialia, ſine præmiſſis Reſolventibus & Laxantibus data, malum exaſperant, ſive Scirrhum graviorem reddunt.

6 Idem etiam Opiata præpoſtere ad dolores ſedandos exhibita, præſtant.

7 Parem noxam Acidulæ & Thermæ adſtringentes pariunt.
8 Diæta craſſa nullius in hoc malo eſt utilitatis, e contra vero cibi lubricantes cum ſufficiente potu proſunt.
9 Ira, terror & triſtitia ſtudioſe fugienda ſunt, quia Scirrhum augent, aut medicationem jam inceptam turbant.
10 Motus nimius ſymptomata omnia graviora reddit, moderatus vero & continuatus ad Scirrhi reſolutionem aliquid confert, huic tamen poſtea ſucceſſive alii motus fortiores, impr. equitatio, ſubjungi poſſunt.
11 Topica externa parum plerumque faciunt, ut tamen nihil intentatum relinquatur, reſolventia emollientibus commixta uſurpari poſſunt.

Caput Nonum.

De Vomica Pulmonum.

I. *Definitio*: Vomica Pulmonum eſt abſceſſus, materiam purulentam continens, quo tandem rupto, illa per pulmones cum inſigni periculo effunditur, vel in thoracis cavitatem infunditur.

II. *Differentia.*
1 A *Tuberculis pulmonum* ſolius magnitudinis reſpectu.
2 A *Phthiſi*, quæ eſt ulcus pulmonum apertum, vomica vero clauſum.
3 Ab *Empyemate*, quod extravaſationem ſive effuſionem materiæ purulentæ in cavitatem pectoris denotat: vomica vero materiam purulentam in pulmone incluſam, ſignificat.

III. *Signa.*
1 Tuſſis ab initio ſicca, minime tamen gravis, quæ poſtmodum humida fit.
2 Cui vel ſtatim, vel ſucceſſu temporis jungitur ſpirandi difficultas.
3 Nonnulli ſentiunt quoque hoc ipſo tempore dolorem in pectoris quadam parte obtuſum.
4 Inſignis hiſce jungitur ſimul corporis laſſitudo.
5 Corpus etiam ſenſibiliter marceſcit, ac facies modo rubet, modo pallet.
6 In nonnullis etiam obſervantur inſignes anxietates.
7 In non paucis frequentes occurrunt lipothymiæ cum contractione habitus corporis, frigore extremorum, ac ſudore frigido.
8 Alii ſudoribus copioſis corripiuntur.
9 Febris lenta ordinarie hiſce juncta eſt, qua corpus magis magiſque extenuatur.
10 Tandem vel tacite & ſubito, vel ob cauſas externas riſum, clamorem, tuſſim, ſternutationem, motum corporis fortiorem, rumpitur abſceſſus & materia purulenta ejicitur, vel in thoracis cavitatem infunditur.

IV. *Subjectum.*
1 Homines quibus congeſtio ad pectus facta non plenarie diſcuſſa fuit.
2 Plethorici, qui motu fortiori Plethoram nimis commoverunt, ac poſtmodum corpus, præcipue vero pectus, ſubito aeri frigido expoſuerunt.
3 Perſonæ quibus tuberculum in pulmonibus natum eſt, ex quo aucto & ſuppurato, abſceſſus pulmonum ſucceſſive originem traxit.
4 Homines quibus Hæmorrhagiæ narium, aut Hæmoptyſes per adſtringentia imprudenter ſuppreſſæ fuerunt, aut qui conſuetas ſanguinis evacuationes neglexerunt.
5 Homines vitæ ſedentariæ dediti & ſanguinis ſpiſſitudine laborantes.
6 Qui tranſlationem ſanguinis Hæmorrhoidalis, ob fluxum ejus ſuppreſſum, ad pectus paſſi ſunt.
7 Injurias externas, vulnera pectoris, plagas aliaſque læſiones paſſi.
8 Tuſſi graviori antea afflicti.
9 Qui defluxionibus catarrhalibus habitualibus diu laborarunt.

V. *Prognoſis.*
1 Vomica minor ex tuberculo orta, ſæpius diu ſine multis & magnis incommodis in pectore latet, major vero & a ſubitanea ſanguinis ad pectus congeſtione producta, gravius ſtatim affligit, & majori etiam periculo, dum brevi tempore rumpitur, ægrotantes exponit.
2 Quo magis profunde vomica in pulmonibus hæret, eo facilius dum rumpitur, ægrotos ſuffocat, aut eo graviorem poſt rupturam pulmonum minatur corruptionem.
3 Quæ in exteriore pulmonum ſubſtantia hærent vomicæ, minoris quidem periculi, dum minora ipſis junguntur ſymptomata, videntur eſſe, ſed reſpectu empyematis, quod facile earundem rupturam ſequitur, nihilominus ſumme periculoſæ ſunt, quatenus empyema, niſi materia purulenta mature per paracenteſin e pectoris cavitate educatur, ægrotos brevi tempore jugulat.
4 Si vomicæ majores rumpuntur, ægroti ſæpius ſub ipſa puris excretione ſuffocantur.
5 Abſceſſus ad aures & pedes boni in Vomica pulmonum. *Bagliv. ex Hippocr.*
6 Si rupto abſceſſu nihilominus reſpiratio inſigniter eſt laborioſa, quamvis inſignis quantitas materiæ purulentæ ejecta fuerit, indicat pulmonum inſignem exulcerationem brevi mortem inferentem, quod aliquoties in Vomica poſt Pleuritidem obſervavimus.
7 Si Vomica diutius perſiſtit in pectore ac non rumpitur, accedente ſudore frigido, frigore extremorum ac lipothymiis, lethalis eſt.
8 Quo minus cocta eſt materia purulenta per ſuperiora ejecta & quo magis fœtet, eo certius pulmonum corruptio, brevi mortem inferens, expectanda eſt.
9 In corporibus cacochymicis, ob affluxum materiæ ſalſo ſeroſæ, conſolidatio ulceris poſt rupturam vix ſperanda eſt.
10 Major vero ſpes affulget, ſi corpus alias fuerit ſanum & ſi ſanguinis aditus ad partem affectam eſt liber, quoniam hoc modo partes ulceroſæ facilius eluuntur, & ulcus ſenſim ſenſimque exſiccatur & conſolidatur.
11 Si poſt ruptum abſceſſum febris cum reſpirandi difficultate continuet, ac corpus magis magiſque extenuetur, cum inſigni & quotidie invaleſcente virium lapſu, funeſtum utpl. eſt.

VI. *Remedia.*
1 Blanda laxantia & alvum apertam ſervantia, Manna, Magneſia alba, Tamarindi &c. ut & Clyſteres emollientes, carminativi & leniter ſimul alvum aperientes.
2 Venæſectio revulſoria in pedibus aut etiam ſcarificationes ibidem inſtitutæ.
3 Abſtergentia, diſcutientia & ſimul expectorationem promoventia uti ſunt Rad. Ari, Bardan. Pimp. alb. Vincetox. Tuſſilag. Herb. Hyſſop. Scabioſ. Bellid. Chærefol. Sem. Carmin. Liquir. Paſſul. Ficus &c.
4 Mundificantia & Balſamica; Terebinth. inpr. cocta, Balſ. Ind. alb. & Peruv. Thus, Maſtix &c.
5 Traumatica Rad. Symphyt. Plantag. Tormentill. Herb. Veron. Virg. Aur. Hed. Terr. Piloſell. Sanic. Pyrol. Plantag. Fl. Hyper. Roſ. rubr. &c.
6 Febrem & Tuſſim mitigantia; Lap. ♋. Conch. præparat. Mat. Perl. ♁. diaph. Nitrum, Eſſ. Alexiph. Scordii ſaturata, MP. de Cynogloſſa Pulveribus abſorbentibus & nitroſis admixta & veſperi exhibita.
7 Sitim mitigantia: præter Nitroſa ante dicta, Succi aciduli, inprimis vero ſuccus Citri præ ceteris pectori amicus, Emulſiones &c.
8 Tonico-diſcutientia, uti Mixt. Tonica Stahlii ex Tinct. ♁ij aeri & Spir. C. C. parata.
9 Nutrientia & vires corporis reſtaurantia & maciei occur-

occurrentia? jusculæ, mucilago hordei, Emulsiones, Gelatinæ &c.

Formulæ Remediorum.

1 Potio laxans.

℞. *Aq. Veron.* *Mann. elect.* ℥ij. M.
Tussilag. ana. ℥ij. *pro una vice.*

2 Alia.

℞. *Decoct. Passul.* ℥iv. *Syr. violar. ana* ℥j. M.
Mann. elect. *pro una vice.*

3 Pulvis laxans.

℞. *Magnes. alb.* ʒij. *D. singulis diebus mane*
Div. in 3. *p. æq.* *dos. s.*

4 Infusum pectorale abstergens.

℞. *Rad. Liquirit.* ʒvj. *Sem. Anis.*
Vincetox. *Fœnic.*
Pimpin. alb. ā. ʒß. *Card. Mar. ana* ʒij
Ari ʒij. *Inc. Cont. usurpentur ut*
Herb. Capill. Q. *Infus. Thee, bulliant tamen aliquandiu.*
Hyssop.
Scabios. ana. mj.

5 Infusum Traumaticum & discutiens.

℞. *Rad. Vincetox.* *Sem. Hyperic.*
Pimpin. alb. ā. ʒß. *Card. Mar. ā.* ʒij.
Ari ʒiß. *Coq. in* ▽ *simpl.* ℔. *iij. ad*
Herb. Veron. *remanent* ℔. *ij. Colat. adde*
Virg. ☉r. *Syr. Viol.*
Scabios. *de Alth. ā.* ʒvj. *bibatur vitrum ter vel quater*
Sanic. *per diem.*
*Hed. Terr. ää. m*ß.

6 Aliud.

℞. *Rad. Cichor.* *Raf. Sant. r.*
Vincetox. ana ʒß. *Sem. Anis. ana* ʒj.
Ari. *Liquir.* ʒß. *Incis.*
Helen. *Coq. in* ℔. *iij.* ▽ *ad con-*
Petasit. ana ʒij. *sumpt. tert. partis.*
Herb. Veron. *Colat. adde*
*Hed. Terr. ää. mi*ß. *Syr. de Alth.*
Sumit. Hyper. mj. *Symph. ā.* ʒvi. M.
Cent. min. *D. ut antea.*
Millefol. ana. mij. *Blazer, ex Stahlio.*

7 Potio abstergens & temperans.

℞. *Aq. scabios.* *Tart. Vitriolat. ana.* ʒj.
Chærefol. *Sacch. perlat.* ʒij. M.
Veron. ana ʒiß. *dos. Coehl. ij. singulis* 6.
Conch. citrat. *vel* 8. *horis.*

8 Potio diapnoico-temperans.

℞. *Aq. Scord.* *Tart. Vitriolat. ana.* ʒj.
Hyssop. *Nitr. depur.* ʒß.
Chærefol. ana. ʒij. *Tab. M. Chr. s.* ʒß. M.
Lap ♋. *citr.* *D. ut antea.*
♁ *diaph.*

9 Emulsio diapnoico-temperans.

℞. *Sem. Card. Mar.* *adde Dent. apr. præparat.*
Hyper. *Mandib. luc. pisc.*
Soph. Chirurg. ā. ʒß. ♁ *diaph. ana.* ʒß.
Aq. Chærefol. Scabios. *Sacch. Canar.* ʒvj. M.
Card. Ben. ana, ʒij. *D. sæpius cochlearia ali-*
Fl. a. Emulsio. *quot.*

10 Emulsio consolidans balsamica.

℞. *G. Junip.* *Scabios. Veron.*
Mastich. ana. ʒj. *Hyssop. ā.* ʒij. l. a.
Tereb. cōct. *Emulsio. Colat. adde*
Balsam. Peruv. ana. gr. xv. *Sacch. perlat.* ʒj. M.
Terantur cum Amygd. dul. *Dos. cochl. j. vel ij. sing.* 2.
excort. ʒj. *ac F. c.* *vel* 4 *horis.*
Aq. Chærefol.

11 Bolus mundificans & consolidans.

℞. *Conf. ros. antiq.* ʒj. *Balsam. Peruv. gutt. iv.*
G. Junip. *Syr. de Alth. q. s.*
Mastich. una. gr. xv. *M. F. Bolus pro una vice,*

VII. *Methodus medendi.*

1 Primaria intentio in hoc affectu semper esse debet matura absterssio apostematis aperti, & evacuatio materiæ purulentæ in Pulmonibus hærentis; cum vero humorum affluxus sæpius tantus sit, ut licet absterssio sufficiens fiat, nihilominus semper nova materia corrupta generetur, ac biliosæ partes in corpore remanentes Febrem augeant, exhibenda sunt remedia lenia evacuantia; quæ etiam toto curationis tempore ad alvum apertam servandam reliquis interponenda sunt.

2 Fortius adhuc revellit & præsentius etiam auxilium affert Venæsectio in pede instituta, si subjecti conditio eam permittit: quatenus per hancce non affluxus tantum imminuitur, sed etiam ingravescens Febris sensibiliter imminuitur.

3 Quo vero eo magis affluxus impediatur, post Venæsectionem statim exhibeatur Essent. Alexipharmaca ex Radic. & larga quantitate Scordii parata, quæ & egregie discutit, & respectu Scordii putredini & ulteriori exulcerationi resistit, ut taceam quod diaphoresin & diuresin promoveat.

4 Cui jungantur vel postponantur supra laudata Infusa abstergentia & discutientia, sæpius calide sumenda.

5 Egregium quoque abstergendi usum habent mellita, uti mel despumat. rosac. quæ modo dictis Infusis admisceri possunt. Talia mellita adhuc majorem abstergendi vim obtinent, si Terebinthina cocta, Mastiche aliaque Gummata mitiora ipsis adduntur.

6 Infusis antea laudatis semper addatur Rad. Ari, quippe quæ insigni incidendi, resolvendi & abstergendi vi pollet, & hujus respectu fere omnibus aliis præferri meretur.

7 Si ulcus sufficienter mundificatum est, tam per Infusa calida, quam per Emulsiones supra præscriptas, quæ in ulceribus internis & mitiganda quoque Febre egregie se gerunt, iisdem infusis addantur lenia traumatica, ita quidem ut abstergentia dosi superent; ut hoc modo ulcus mundificatum sensim consolidetur. Consultum tamen est ab usu abstergentium hisce interponendorum non desistere.

8 Hoc in casu etiam maxime laudatur Conserva Rosarum inprimis antiqua diu usurpata, quæ abstergit & consolidat, inpr. si ex ea cum supra laudatis temperatis balsamicis parati Boli exhibentur ægrotantibus.

9 Ad mitigandum æstum febrilem fiant Julepi ex Aquis pectoralibus & abstergentibus, cum succo Citri & sufficienti quantitate sacchari. Nitrum eandem efficaciam habet, sed moderatis & repetitis dosibus exhibitum.

10 Febrem mitigant, & affluxum ad pectus impediunt Potiunculæ diapnoicæ cum Nitro, inprimis si in ultimo casu parum MP. de Cynogl. ipsis additur, hoc enim modo tussis maxime affligens, simul mitior redditur.

11 Tandem egregium habet usum Mixtura Tonica Stahlii, quæ facta consolidatione Pulmones roborat, & novum affluxum ad pectus discutiendo impedit.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Si ullibi, in Vomica sane Pulmonum caute procedendum est, ne perversa methodo ægroti summo in periculo versantes, in majus præcipitentur.

2 Quare abstinendum est partim a fortioribus Purgantibus, partim ab aliis quoque commoventibus & imprimis volatilibus, quæ & vires frangunt & Febrem augent, ac sæpius expectorationem summe necessariam supprimunt.

3 Nisi reliquæ Excretiones corporis in sua integritate conserventur, propter remanentes in corpore sordes & affluxum ad pectus, curatio hujus affectus utplurimum est frustranea, vel multis difficultatibus subjecta.

4 Si Venæsectionis usum status Plethoricus, consuetudo & Febris non urgent, ea consultius intermittitur, magis enim prælervatorie quam curatorie prodest.

5 Expectorantium dulcium & emollientium abusus quam maxime vitandus est, quoniam affluxum humorum ad pectus & corruptionem auget.

6 Adstringentia & traumatica fortiora caute sunt usurpanda, quoniam non raro expectorationem supprimunt.

7 Opiata nisi caute usurpentur, eandem efficaciam habent, ac vires simul inligniter frangunt.

8 Ni-

8 Nitrum quamvis æſtum Febrilem optime temperet, cum prudentia tamen, rarius & parvis doſibus exhibendum eſt, quatenus tuſſim auget.
9 Balſamica & abſtergentia acriora, niſi refracta doſi exhibeantur, facile Febrem intenſiorem reddunt; inprimis vero Myrrhæ cautus ſit uſus, quia non ſolum Febrem auget, ſed etiam graviter humores commovendo ſanguinis eruptionem per Pulmones excitat.
10 In Diæta vitentur animi Pathemata graviora, Vinum, motus nimius &c.

Caput Decimum.

De Empyemate.

I. *Definitio.* Empyema eſt collectio puris in pectore, ſive ejuſdem effuſio in cavitatem pectoris a Vomica rupta, inflammatione, ſanguine extravaſato &c. originem trahens, reſpirationem & cordis motum inſigniter & non ſine vitæ periculo turbans.

II. *Differentia.*
1 A *Vomica*, quæ eſt puris in viſcere quodam collectio, empyema vero eſt ejuſdem in cavitatem quandam & inprimis thoracem effuſio.
2 Ab *ulcere pulmonum*, quod vel materiam in aſperam arteriam infundit, vel ſi orificium ejus in cavitatem pectoris hiat, Empyema producit, adeoque ordine prius eſt, ſive ulcus interdum eſt cauſa, Empyema vero productum.
3 Ab *Hydrope pectoris*, cujus materia eſt ſerum, Empyematis vero materia purulenta. Reliquas differentias vide infra de *Hydrope Pectoris*.
4 Ipſum etiam Empyema differt *ratione cauſarum*.
a Aliud enim oritur a *vomica pulmonum*, ſuperficiem obſidente, rupta.
b Aliud *inflammationem Pleuræ* & pulmonum, & abſceſſum exinde natum ac diſruptum ſequitur.
c Aliud *Anginam* in pectus ſe extendentem *excipit*.
d Aliud *extravaſationem ſanguinis* a cauſis violentis, vulneribus, plagis &c. ortam tanquam cauſam *agnoſcit*.

III. *Signa.*
1 In Pleuritide, Peripneumonia, Angina, Vomica ſubitanea doloris, vel acuti, vel obtuſi ceſſatio.
2 Et hanc excipiens inſignis reſpirandi difficultas, cum tuſſi ſicca continuo affligente.
3 Augetur hæc difficilis reſpiratio, ſi ægroti in latus ſanum decumbunt.
4 Nonnunquam, quando ægroti corpus profundius declinant, ſuffocationis periculum imminet, quod erecto corpore, aut quando ægroti decumbunt, ceſſat.
5 Senſus gravitatis ac ponderis in diaphragmate circa coſtas nothas.
6 Senſus materiæ in cavitate pectoris fluctuantis, inprimis quando ſitus corporis mutatur, cujus materiæ fluctuatio non raro etiam ſonum excitat, ita ut ab adſtantibus audiri poſſit.
7 Ceſſatio Febris acutæ in Pleuritide & huic ſuccedens Hectica, Febris interdiu mitior, noctu vero gravior.
8 Succeſſiva imo maxime invaleſcens corporis & inprimis faciei extenuatio, ac virium proſtratio.
9 Sputum aliquando etiam purulentum obſervatur.
10 Accedunt hiſce frequentes anxietates, palpitationes cordis & lipothymiæ.
11 Interdum ſentiunt ægrotantes vaporem calidum e pectoris cavitate ad os aſcendentem.
12 Alii in malo graviori percipiunt ſaporem putridum in ore.
13 Sudores nocturni multi ſunt, ſed inutiles, & corpus magis fatigantes & extenuantes.
14 Facies rubet inpr. eo in latere, in quo abſceſſus ruptus fuit, nonnunquam vero phlogoſes tantum adſunt.
15 Tandem facies magis magiſque contabeſcit, oculi fiunt concavi.
16 Pulſus, inpr. in latere affecto eſt celer, ſed ſæpius intermittens.
17 Nonnunquam ungues curvi & puſtulæ in thorace obſervantur.
18 Sæpius quoque pedes fiunt tumidi & in pectoris latere affecto obſervatur cutis inflatio ac tumor, vid. *Hippocr. Prognoſt. XVI.* 12. *& ſeq.*

IV. *Subjectum.*
1 Homines qui Pleuritide, Peripneumonia, Angina & exinde enato abſceſſu, aut qui Vomica ex aliis cauſis laborarunt.
2 Quibus pectus vulneratum & ſanguis in ejuſdem cavitatem effuſus, ac ſuppuratus fuit.
3 Aut etiam quibus chylus ob læſum ductum thoracicum in thoracis cavitatem effuſus fuit.

V. *Prognoſis.*
1 Empyema gravis affectus eſt, & maxime periculoſus, quatenus materia purulenta viſcera corrodendo ulterius corrumpit, niſi vel a Natura, vel manu chirurgica, ſive per Paracenteſin evacuetur.
2 Empyici ſuperſtites manent, ſi febris eoſdem eodem poſt eruptionem die dimiſerit: & qui cibos cito appetiverint & a ſiti liberati fuerint: & ſi venter parva & compacta egeſſerit, & pus album & læve & ejuſdem coloris fuerit, & a pituita liberum, & citra dolorem ac tuſſim fortem repurgetur. *Hippoc. Prognoſt.* XVII. 9. *& ſeq.*
3 Intereunt vero hi, quos febris non dimiſerit, aut ubi ipſos dimiſiſſe putata fuit, rurſus recaleſcens apparuerit: & qui ſitim quidem habuerint, cibos autem non appetiverint, & ſi venter liquidus fuerit, & pus pallidum ſive viride & lividum expuerint, aut pituitoſum aut ſpumoſum. Si hæc omnia contigerint, pereunt. *ibid.*
4 Quibus vero ex his quædam acceſſerint, quædam non, horum aliqui intereunt, aliqui in multo tempore ſuperſtites evadunt. *ibid.*
5 Quicunque ex Pleuritide ſuppurati fiunt, ſi in quadraginta diebus repurgati fuerint, ab ea die qua ruptio facta fuerit, liberantur. Si vero non, ad tabem tranſeunt. *Hippocr.* 5. *Aphor.* 15.
6 Non pauci Authores, materiam purulentam interdum per vias urinarias cum euphoria evacuari, teſtantur: qua de re vid. *Sennert. Prax. Lib. II. Part. II. Cap. XVI. Quæſt.* 5. quomodo autem hocce fieri poſſit, obſcurum eſt.
7 Quicunque ſuppurati uruntur aut ſecantur, ſiquidem pus purum fluat & album, evadunt. Si vero ſubcruentum & cœnoſum ac graveolens, pereunt. *Hippocr.* 7. *Aph.* 44.
8 Quicunque ſuppurati ſecantur aut uruntur, hi pure acervata effluente, omnino moriuntur. *Hippocr.* 6. *Aphor.* 27.
9 Quo magis invaleſcit Febris Hectica cum extenuatione corporis & virium jactura, eo magis metuendus eſt funeſtus exitus.
10 Suppuratio, quæ utramque thoracis partem occupat, periculoſior eſt, quam quæ unicam. *Ettmull.*
11 Purulentos moderatius habentes, ſi ſputa graveolentia conſequuntur, recidiva interimit. *Sennert. ex Hippocr. Coac.*
12 Quibus ſpecillum a pure, velut ab igne coloratur, ij fere moriuntur. *ibid.*
13 Ex ſuppurationibus, quas Pulmonum morbi excitarunt, fere ſenes moriuntur, ex ceteris vero juvenes. *ibid.*
14 Quibus in magna puris copia, intra thoracem & pulmonem collecta, totus thorax in reſpiratione attollitur, celerrime ſuffocantur. ibid. ex *Galeno* 4. *de Loc. affect. Cap.* 7.

VI. *Remedia.*
1 Paracenteſis, ſive matura materiæ purulentæ e Pectoris cavitate evacuatio.

2 Impedimenta Paracenteſeos removentia : & quidem
- a Blanda laxantia : Manna, Tamarindi, Magneſia, Clyſteres &c.
- b Nimium affluxum humorum impedientia, diſcutientia ſcil. ſuperioribus caſibus laudata, Venæſectio &c.
- c Febrem mitigantia : Abſorbentia, Diaphoretica fixa, Salia neutra, Nitroſa blanda acida &c.
- d Vires deperditas reſtaurantia : Analeptica, Confortantia, Emulſiones, juſcula, &c.
- e Sanguinem congrumatum vel reſolventia, vel ejuſdem ſuppurationem promoventia : Rad. rub. tinct. Caryophyll. Pimpin. alb. Herb. Scabioſ. Chærefol. Hyperic. Bellid. min. Hyſſop. Arnic. cum toto, in aqua vel cereviſia cocta, Sem. Aniſ. Fœnic. Card. Mar. Hyper. &c.

3 Abſtergentia & Mundificantia, inpr. vero decocta ex iiſdem parata, partim hauſta, partim vero per Syringam injecta.

4 Conſolidantia, Traumatica pariter in Decoctis in- & externe uſurpata.

Formulæ Remediorum.

1 Potio laxans.

℞. *Tamarind.* ℥iſ℈. *Mann. Calabr.* ℥ij.
Coq. in ſ. q. Aq. *Colat. D. calide pro una*
in Colat. ℥v. *diſſolv.* *vice.*

Alia.

℞. *Fol. Senn. ſ. ſ.* ʒij. *Aq. ſcabioſ. q. ſ.*
Rhab. elect. ʒj. *Colat.* ℥vj. *adde*
Sal Tart. ʒſ℈. *Syr. roſar. ſolut.* ʒvj. *M.*
infund. per noct. in

2 Emulſio analeptica & diſcutiens.

℞. *Aq. Scabioſ.* *Colat.* ℥viij. *adde*
Scord. *Aq. Cinnam. Bugloſſ.* ʒj
Charefol. ana. q. ſ. ♁ *diaph.* ℈ij.
Amygd. dulc. ʒiij. *Tab. M. X. ſ.* ʒſ℈. *M.*
Sem. Card. Mar. ʒſ℈. *D. ſæpius cochleatim.*
Fl. l. a. Emulſio.

3 Pulvis confortans & abſtergens.

℞. *Pulv.* ☉*ar. Richt. doſ.* *D. ſingulis 3. vel 4. horis*
vj. *doſ. j.*

4 Potiuncula diapnoico confortans.

℞. *Aq. Scabioſ.* ℥iv. *Pulv.* ☉*ar. doſ. iij.*
Cinnam. cydon. ʒvj *Tab. M. X. perl.* ʒij. *M.*
♁ *diaph.* *D. ſingulis 4. vel 5. horis*
Matr. Perl. ana. ʒſ℈. *cochleatim.*
Nitr. perlat. gr. xv.

Alia confortans.

℞. *Aq. Borrag.* *Eſſ. dulc. Hall.* ʒj.
Bugloſſ. ana. ʒij. *Conſ. alk. inc.* ʒiſ℈. *M.*
Cinnam. cyd. ℥j. *D. ſæpius cochleatim.*
Succ. citr. rec. ʒij.

5 Eſſentia diapnoico diſcutiens.

℞. *Eſſ. Alexiph.* ʒij. *Doſ.* 25. *gutt. ſemel vel bis*
Scord. ʒj. *M.* *per diem.*

Alia ſimul confortans.

℞. *Eſſ. Alexiph.* *Doſ.* 20. *gutt. bis vel ter*
Dulc. ana ʒj. *M.* *per diem.*

Alia.

℞. *Eſſ. Dulc. concentr.* ʒj. 2. 4. 6. *horis in ſumma vi-*
Doſ. 5. *vel* 6. *gutt. ſingulis* *rium debilitate.*

6 Decoctum mundificans internum.

℞. *Rad. Pimp. alb.* *Scord. ana.* mſ℈.
Bardan. *Caric. Pingu.*
Vincetox. *Paſſ. maj. exacin. ää* ʒiſ℈
Chin. *Hord. mund.* ℥iij.
Ariſtol. rot. ää ʒiij. *Coq. in Aq. ſimpl.* ℔. iij. *ad*
Liquirit. ʒvj. *remanent.* ℔. ij.
Herb. Veron. *Colat. adde*
Virg. ☉*r.* *Syr. de ſymph.* ℥iij. *M.*
Capill. ♀. *D. ſæpius calide.*

7 Decoctum mundificans & conſolidans externum.

℞. *Rad. Symph.* *Pyrol.*
Ariſtol. rot. *Plantag. ana.* mſ℈.
Bardan. *Coq. in Aq.* ℔. iij.
Biſtort. ana. ʒſ℈. *Colat. adde*
Herb. Agrimon. *Solat. Myrrh.* ʒiſ℈.
Hed. Terreſt. *M. injiciatur ſæpius cum*
Scord. *Syringa calide.*
Sanic.

VII. *Methodus medendi.*

1 Si purulentam materiam in pectore contentam eſſe omnes circumſtantiæ indicant, non datur tutius remedium, quam Paracenteſis, ſive matura ipſius materiæ evacuatio : per quam ulterior Pulmonum corruptio præcavetur. De Empyematis Chirurgica tractatione agemus prolixe in Chirurgia.

2 Præſtat tamen, niſi aliæ circumſtantiæ urgeant, eidem præmittere blandam laxationem, ac Venæſectionem.

3 Commode etiam poſt laxationem exhiberi poſſunt lenia Diaphoretica & Diſcutientia, partim ad Febrem mitigandam, partim ad majorem affluxum ad Pectus præcavendum.

4 Facta evacuatione, locum habent injectiones per Syringam ex Herbis abſtergentibus, traumaticis & pectoralibus, cui balſamica addantur, ad mundificandum atque abſtergendum ulcus.

5 Eidem fini etiam inſerviunt abſtergentia & Balſamica, ſub forma decoctorum ſumpta, quæ mundificationem & conſolidationem ulceris optime promovent.

6 Cum vero affluxus humorum ad locum affectum abſterſionem & conſolidationem maxime impediat, affluxus ille intercipiatur partim per Laxantia, partim per Diaphoretica & Diſcutientia, ut & per lenia Diuretica.

7 Si Febris adhuc urget, mitiganda eſt per Diaphoretica fixa, Abſorbentia, Nitroſa, Emulſiones &c.

8 Viribus proſpiciunt ſupra præſcripta Analeptica & Confortantia, inpr. vero Pulveres Solares, quæ præter inſignem, quam poſſident, confortandi vim, ſimul ulcus Pulmonum abſtergunt, & conſolidant.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Niſi materia mature e Pectore evacuetur, fruſtra poſtmodum inſtituitur Paracenteſis, imo curatio quoque poſt nimis tardam evacuationem, utpl. fruſtranea eſt.

2 Materia purulenta non ſimul atque ſemel, ſed potius repetitis vicibus ſive ſucceſſive evacuetur, juxta præceptum Hippocratis & ſolertiſſimorum Chirurgorum.

3 Si ægroti vires nimium fractæ ſunt, fruſtra inſtituitur Paracenteſis & ægroti eo facilius moriuntur.

4 Si Pulmones aliaque reſpirationis organa ita corrupta ſunt, ut nulla reconvaleſcentiæ ſpes ſuperſit, fruſtra æger cruciatur ſectione vel uſtione, veteribus uſuali.

5 Nitroſa aliaque Salina, ad imminuendam Febrem alias ſatis proficua remedia, niſi parva manu exhibeantur, & tuſſim & exulcerationem augent.

6 Opiata minus proficua ſunt in hujus affectus curatione, quoniam exulcerationem promovent, imo ſphacelo viam ſternunt.

7 Aer frigidus in hoc affectu ſemper noxius eſt, ſive per aſperam arteriam in Pulmones, ſive per apertum Pectus in ejus cavitatem ingrediatur, quare ſummo ſtudio vitandus eſt.

8 Fugienda quoque ſunt in Diæta omnia calida, & animi pathemata graviora, Febrem aliaque ſymptomata exaſperantia.

Caput Undecimum.

De Exulceratione Pulmonum ſive Phthiſi.

I. *Definitio*: Phthiſis, ſtricte dicta, eſt ulcus Pulmonum, a vomica, vel alia ſtaſi corruptoria, ortum trahens, inſigni corporis contabeſcentia, Tuſſi, Febre, Hectica aliiſque ſymptomatibus ſtipata.

II. *Differentia*.

1 Alia eſt *recens* ſive incipiens, ubi ſcil. diſpoſitio, ſive nodi ſcirrhoſi, vel ex ſanguine, vel ex mucida tenaci materia orti, tuſſim Phthiſicam excitant: alia vero *inveterata*, ſive confirmata, ubi actualis exulceratio Pulmonum Phthiſeos eſt cauſa, quando ſcil. antedicti nodi ſcirrhoſi actualem conceperunt putredinem, & Pulmonum ſubſtantiam ſimul corruperunt.

2 Alia eſt *ſine Febre Hectica*, aut levis tantum hujuſmodi Febris eidem jungitur, uti incipiens, alia *eandem* comitem individuum *habet*, uti confirmata.

3 Alia *brevi tempore* ægrotos jugulat, v. g. Phthiſis juniorum, alia vero non niſi *longo* elapſo *tempore* funeſta fit, uti Phthiſis ſenum.

4 Alia *a cauſis internis*, congeſtione ſcil. ſanguinis & ſtaſi corruptoria dependet: alia vero a *cauſis externis*, vulneribus, lapſu, potu frigido poſt inſignem corporis incaleſcentiam &c. originem trahit: illa frequentior eſt, hæc vero rarior.

5 Phthiſis differt a *Vomica* Pulmonum

a Reſpectu eſſentiæ, *Vomica* enim eſt abſceſſus in Pulmonibus latens, *Phthiſis* vero eſt ulcus ſordidum, Pulmones ſenſim depaſcens.

b Reſpectu *partis affectæ*: quamvis enim uterque affectus Pulmones affligat, Vomica tamen vaſa, Phthiſis vero ſubſtantiam magis Pulmonum occupat.

c Reſpectu *durationis* & periculi: Vomica enim citius, Phthiſis vero tardius ægrotos jugulat.

d Reſpectu *ordinis*, quoniam Vomica ſæpius præcedit, Phthiſis vero ab eadem ſæpius originem trahit.

6 *Ab Hectica*, varias viſcerum abdominis læſiones comitante, partim ratione ſubjecti, partim reſpectu ſignorum ſuo loco recenſendorum: præcipue vero differentia in eo conſiſtit, quod in Phthiſi Pulmonali poſt profundiorem inſpirationem, tuſſis & reſpiratio difficilis maxime intendatur, quod in reliquis Hecticæ ſpeciebus non obſervatur: cui adde, quod Febris in vera Phthiſi nonnunquam abſit, quæ tamen viſcerum abdominis læſiones ordinarie comitatur.

7 *Ab Atrophia*, partim reſpectu ætatis, Atrophia enim junioribus magis eſt familiaris, Phthiſis vero adultis: partim ratione partis affectæ.

III. *Signa*.

a *Incipientis*.

1 Tuſſis ſicca ſive arida, in quibuſdam per intervalla repetens, in aliis vero continua fere, quæ a levioribus cauſis, reſpiratione ſcil. profundiore, aere frigido &c. facile exacerbatur, ac noctu gravius affligit: cum materiæ vel paucæ, aut nullius vel multæ excretione.

2 Reſpiratio difficilis, frequens & inſignis anguſtia cum ſenſu rei cujuſdam pectus comprimentis.

3 Siccitas oris & glutinoſitas ſalivæ, ſitis cum inappetentia, aut ſaltem appetitu frigidorum.

4 Tuſſis poſt paſtum major & continua cum rejectione ciborum per vomitum, poſt quem tuſſis mitior redditur.

5 Vox rauca & clangoſa & reſpiratio anheloſa, ſub motu corporis citatiore.

6 Senſibilis conſumptio corporis, cum increſcente indies majori virium lapſu.

7 Calor hecticus poſt prandium magis affligens, cum pulſu celeriore, in partibus exterioribus, inprimis vero in manuum volis ſe exerens.

8 Somnus a tuſſi ſæpius interruptus, aut ob eandem cauſam continuæ vigiliæ: aut etiamſi dormiant interdum ægrotantes, nullam tamen exinde ſentiunt refectionem, ſed potius majorem laſſitudinem.

9 Urina ſæpius ſanorum urinæ ſimilis, in aliis vero ad rubedinem vergens, & ſpumam diu durantem in ſuperficie exhibens.

10 Facies rubicunda & turgida, præcipue creſcente hectico calore.

b *Confirmatæ*.

1 Febris aucta, aut juxta alios nova Peripneumonica, putrida, intermittens.

2 Tuſſis incrementum, cum ejectione materiæ modo crudæ, modo coctæ, purulentum, ſtriis ſanguineis diſtinctum, ſæpius putridum, ac carbonibus injectum fœtorem inſignem ſpargens, coloris non raro cineritii & ſubnigri.

3 Pulſus celer, durus, fortis & interdum ſerratus ac inæqualis.

4 Agrypnia pertinax, ſudores nocturni, indies augmentum capientes, ac tandem colliquativi.

5 Major virium dejectio, cum præcipiti non ſolum totius corporis, ſed etiam faciei conſumptione.

6 Urina interdum intenſe rubra, interdum vero colorem urinæ Febrium intermittentium æmulans, contentis plena & frigori expoſita ſedimentum farinaceum album, aliquando etiam ſubrubrum deponens.

7 Diarrhœa colliquativa, Aphthæ in quibuſdam, defluvium capillorum, facies Hippocratica.

IV. *Subjectum*.

1 Homines juniores ab anno decimo octavo ad trigeſimum quintum circiter, ſanguinei Plethorici, poſt Hæmorrhagiarum narium conſuetarum ceſſationem.

2 Feminæ facilius & frequentius quam viri, ob menſium quam ſæpius experiuntur, ſuppreſſionem.

3 Viri Hæmorrhoidibus laborantes, quibus poſt earum ceſſationem vel ſuppreſſionem ſanguinis ad pectus fiunt translationes.

4 Homines gracilioris texturæ in diæta lauta viventes, otioſi.

5 Homines iracundi, Venere abutentes, ut & meditationibus ac lucubrationibus nimium indulgentes.

6 Quibus pectus eſt conſtrictum, collum longum & humeri alati, aut quibus pectus alias eſt male conformatum.

7 Perſonæ a parentibus Phthiſicis natæ.

8 Congeſtiones ſanguinis frequentiores ad pectus, aut Hæmoptyſin quoque experti, inpr. ſi ſanguinis grumoſi vel extravaſati pars in pulmonibus remanſit.

9 Perſonæ quoque Phlegmaticæ, quibus multum ſeri ad pectus translatum & ibidem corruptum fuit.

10 Qui coryza acriori cum defluxione ad pectus, aut etiam Tuſſi chronica laborarunt.

11 Quibus Pulmones a Pleuritide, Peripneumonia, Tuberculis, Vomica, autetiam a miaſmate poſt Variolas vel Morbillos relicto, exulcerati fuerunt.

12 Quibus Hæmorrhagiæ conſuetæ, aut etiam Febres per adſtringentia ſuppreſſæ fuerunt.

13 Homines, quibus ſcabies retropulſa, aut ulcera antiqua manantia imprudenter conſolidata, aut ſudores conſueti, per remedia adſtringentia, vel aerem frigidum ſuppreſſi fuerunt.

14 Perſonæ, quæ corpore inſigniter æſtuante, potum nimis frigidum in majori copia aſſumſerunt.

15 Quibus Pulmones per exhalationes corroſivas corrupti fuerunt, ut &

16 Qui externas injurias, lapſus ſcil. & ictus violentos in pectore paſſi ſunt.

17 Qui aeri autumnali, præſente jam ad Phthiſin diſpoſitione, corpus ſæpius expoſuerunt.

V. *Prognoſis.*

1 Omnis Phthiſis difficilis eſt curationis, recens tamen adhuc aliqualem medelam, eamque vel veram, vel palliativam admittit. Et hinc quæcunque de Phthiſeos veræ curatione proferuntur, uni fere ex ſequentibus innituntur fundamentis.

a Vel enim ſola fuit tuſſis & fluxio catharrhalis in aliquem habitum deducta, & inpr. craſſum illum, pulpoſum atque viridem veluti mucum, præcipue ſub incraſſantium uſu, proferens.

b Vel Febris potius lenta ſimplicior, cum repentina contabeſcentia & nimiis ſudoribus tali Febri familiaribus.

c Vel e lenta tali pullulans adhuc recentior Hectica.

d Vel aſthmatica ſolum pectoris affectio.

e Vel ſuperveniente, minori alicui ſcirrho vegeta aliqua ſuppuratione, cum ancipiti periculo evaſit æger.

f Vel ſimplicior adhuc Hæmoptyſis pro Phthiſi venditata.

g Vel denique non ſolum plane peculiare, ſed & pro ejus temporis peculiaribus circumſtantiis adhuc ſpelialius auctum, robur Naturæ, vir inter mille alia exempla pari conſtitutione expectandum. Vid. *D. D. Stahlii Diſſert. de Phthiſi Cap. V. p. 26.*

2 Phthiſis imminens difficulter cognoſcitur, ſed facile curatur: incipiens aliquo modo facilius in ſenſus incurrit, ſed curationem non facile admittit: confirmata a plebejis etiam dignoſcitur, ſed omnem medelam reſpuit.

3 Quo ſicciora & calidiora ſunt ſubjecta, eo facilius a Phthiſi & Febre Hectica jugulantur, quo humidiora vero, eo tardius & interdum poſt aliquot annorum decurſum moriuntur.

4 Adoleſcentes & Juvenes ab anno decimo octavo ad trigeſimum quintum circiter citius, quam Senes Phthiſi pereunt.

5 Feminæ facilius quidem propter ſuppreſſionem menſium incidunt in Phthiſin, quam Viri, ſed quoque facilius redeuntibus menſibus reſtituuntur, quod ſi vero pertinaciter durat illa menſium ſuppreſſio, minime evadunt.

6 Phthiſis mariti facile communicatur uxori, non autem illa uxoris facile marito communicatur. *Cheſneau.*

7 Phthiſis ab Hæmorrhoidibus ſuppreſſis orta, utpl. exitialis eſt, niſi mature per redeuntem earum fluxum imminuatur.

8 Phthiſis hæreditatia & a mala pectoris conformatione ortum trahens, incurabilis & funeſta eſt.

9 Phthiſis vernalis in ſubjectis vegetioribus facilius quam autumnalis curatur.

10 Autumnus tabidis malus. *Hipp. 3. Aph. 10.*

11 Si exigua tantum pulmonum portio exulcerata eſt, & pus vel benignum, vel peculiari folliculo incluſum eſt, vita, accurata obſervata diæta & prudenti medicamentorum appropriatorum uſu, diu protrahi poteſt: valetudinarii tamen ſunt, & facile in febrem putridam incidunt tales ægrotantes.

12 Quo magis invaleſcit Febris Hectica, exulcerationi Pulmonum juncta, eo certius & citius etiam pereunt ægrotantes.

13 Tuſſis cum Febre pertinax, non cedens remediis, tabem affert: etiamſi non ſpuatur ſanguis.

14 Quo majorem materiæ putridæ copiam ejiciunt cum tuſſi Phthiſici, eo citius moriuntur.

15 A ſanguinis ſputo, ſi puris ſputum ſequatur, ulceratus eſt pulmo & tabes ſequitur.

16 A Phthiſi liberati facile iterum ab eadem ob leviſſimas etiam cauſas corripiuntur.

17 Si expectoratio ſive ejectio purulentæ materiæ ſubito ſupprimitur, ægroti ſuffocantur.

18 Qui tabe infeſtantur, ſi ſputum quodcunque tuſſiendo rejecerint, grave olet, dum prunis injicitur ac capilli de capite defluunt, lethale eſt. *Hippocr. 5. Aph. 11.*

19 Quibuſcunque tabe laborantibus capilli de capite defluxerint, hi alvi profluvio accedente, moriuntur. *ibid.*

20 A tabe occupato, alvi profluvium accedens, lethale eſt. *ibid.*

21 Sudores colliquativi, & facies Hippocratica mortem inſtantem indicat.

22 In tabidis in tumorem elevata præcordia, peſſima ſunt. *Hipp. Coac. Prænot. III. 264.*

23 Tumor pedum œdematoſus Phthiſi ſuperveniens, lethale ſignum eſt.

VI. *Remedia.*

1 Revellentia, derivantia & affluxum humorum uberiorem ad pectus intercipientia, V. S. revulſoria in pede, Scarificationes, Pediluvia, Laxantia lenia, Magneſia alba, Sal cathart. amar. Rhabarb. Tamarind. Manna, Fol. Senn. &c.

2 Temperantia & orgaſmum ſanguinis ſiſtentia Tart. Vitriolat. Arcan. duplic. Abſorbentia Lap. ♋. Mat. Perl. &c.

3 Diſcutientia & Reſolventia, Rad. Ari, Enul. Irid. Florent. Ariſtol. Ari, Bryoniæ, Pimp. alb. Vincetox &c. Herb. Veron. Marrub. alb. Hyſſop. Heder. Terreſtr. Bellid. Cuſcut. Epithym. Capill. ♄. Gumm. Ammon. Galban. Sagapen. Junip. &c.

4 Abſtergentia & Mundificantia: uti ſunt ante laudata Salia neutra, Nitrum, Abſorbentia cum acidis ſaturata, v. g. Solut. Conchar. Conch. citrat &c. Herb. Hyſſop. Chærefol. Scabioſ. Veron. Virg. aur. Geſner. Matriſylv. Pulmon. earumque Aquæ deſtill. & ex his cum ſeminibus reſolventibus & temperantibus, Amygd. dulc. v. g. Sem. Card. Mar. &c. paratæ Emulſiones, Liquor Veronicæ in vino maceratæ & deſtillatæ. Vid. *D. Stahlii Diſſert. de Affect. Pect. p. 47. §. 53.* ubi eum admodum commendat,

5 Conſolidantia: Herb. Veron. Hed. Terreſtr. Sanic. Pyrol. Piloſell. Summit. Hyper. ejuſque Eſſentia ſaturata ac Extractum, Balſ. Peruv. Terebinth. Maſtiche, Rubin. Sulph. Beguini Pulv. Sympathet. Conſerv. Roſar. &c.

6 Nutrientia & Analeptica: Cremor hordei, juſcula avenacea, Gelatinæ cum Amygdalis, Emulſiones ex iiſdem.

7 Roborantia: Mixt. Tonica Stahlii.

8 Tuſſim mitigantia: Succ. Liquirit. cum MPil. de Cynogloſſa.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.

℞. *Magneſ. alb.* ʒſs. *D. mane & veſperi doſ. una*
Div. in 8. p. æq.

2 Alius.

℞. *Rhab. elect.* ℈ij. *D. pro j. doſi.*

3 Alius.

℞. *Sal cathart. am.* ʒſs. *Io vel Infuſo Thee.*
D. pro una vice in juſcu.

4 Potio laxans.

℞. *Decoct. Tamarind.* ʒiv. *pro j. doſi.*
Mann. elect. ʒiſs. *M.*

5 Infuſum laxans.

℞. *Decoct. ſcabioſ. ſerv.* ʒiv *Sal cathart.* ʒj. *Col. adde*
in quo infund. per noct. *Mann. elect.* ʒj. *M.*
Rhab. elect. ʒiſs. *D. pro una vice.*

6 Potio temperans.

℞. *Aq. Scabioſ.* *Nitr. depur.* ℈j.
Hyſſop. ana. ʒij. *Sacch. perlat.* ʒij. *M.*
Lap. ♋. ℈ij. *D. ſingulis 3. vel 4. horis*
Tart. Vitriol. ʒſs. *cochlearia aliquot.*

7 Emulſio temperans & diſcutiens.

℞. *Amygd. dulc.* ʒvi. *Plantag. ana.* ʒij.
Sem. Card. Mar. ʒſs. *F. l. a. Emulſio adde*
Aq. Chærefol. *Matr. perl. præp.* ʒj.
Scord. *Sacch. perlat. q. ſ. M.*
Scabioſ. *D. ſæpius cochlearia aliquot.*

8 Decoctum reſolvens.

℞. *Rad. Vincetox.* *Liquirit.* ʒj.
Pimpin. alb. an. ʒſs *Herb. Hyſſop.*
Ari. ʒij. *Marrub.*

Cha-

Chærefol. *simpl.* ℔.iv. *bibatur sæpius*
Scabios. ana. ℥ß. *calide & edulcoretur mel-*
Inc. bulliant leniter in Aq. *le.*

9 Pulvis abstergens.

℞ *Conch. citrat.* ʒj. *Tart. Vitriol. an.* ʒß. *M.*
☉. *diaph.* *Dosis* ʒß *mane & vesperi.*

10 Sirupus abstergens.

℞. *Sir. Scabios.* ʒij. *Dosis dimidium cochleare.*
de Nicot. ʒß *M.*

11 Decoctum abstergens & consolidans.

℞. *Herb. Scabios.* *Pulmon. ana.* mj.
Veron. *Inc. infund. in Aq. fervent.*
Virg. aur. *& infusum ter vel quater*
Bellin. min. *quotidie calide sumatur.*

12 Aliud consolidans.

℞. *Herb. Sanic.* *Alchimill.*
Pyrol. *Vinc. per Vinc.* ää mj
Virg. ☉*r.* *Inc. usurpentur ut antea.*

13 Electuarium mundificans & consolidans.

℞. *Rad. Helen.* *Succin.*
Bardan. *Thuris.*
Vincetox. ää ʒiij. *Tereb. coct. ana.* ʒß.
Ari. ʒj. *Pulveris. adde Mellis q. s.*
Herb. Vinc. per Vinc. *M. F. Electuarium.*
Sanic. *Dosis* ʒj. *vel ij. bis vel ter*
Pyrol. *quovis die.*
Fl. Hyper. ana. ʒij.

14 Aliud.

℞. *Conf. ros. antiq.* ʒj. *Balf. Peruv. ana.* ʒß.
Lap. ♋ *præparat.* ʒj. *Sir. Hed. Terrest. q. s.*
Succin. præparat. *M. F. Elect. Dosis* ʒj.

15 Sequentem emulsionem usu confirmatam commendat *Blaz. p.* 91.

℞. *Rubin. Sulph. gr. vj.* *Scord. ana.* ʒj. *M.*
Balf. Peruv. gr. xv. *Edulcorentur vel Saccharo*
Amygd. excort. N. xx. *vel cum Sir. de Symph. Fer-*
Aq. Hyssop. *nel. q. s. ad gratiam.*
Scabios. Tussilag. *Dos. sing. duab. hor. cochl. j.*

16 Mixtura tonica.

℞. *Tinct.* ☉ij *acr.* ʒij. *Dosis* 25. 30. *gutt. mane &*
Spir. C. C. ʒj. *M.* *vesperi.*

17 Pilulæ anodynæ.

℞. *Succ. Liquirit.* ʒj. *M. F. Pil. ex* ☽j. x.
MP. de Cynogl. gr. vj. *Dosis* 5. 6. *vesperi,*
Ess. Myrrh. q. s.

18 Gelatina nutriens.

℞. *Rasi C. C.* ʒiv. *contundantur in mortario,*
Coq. in Aq simph. ℔.ij. *us-* *ac linteo imponantur: dein-*
que ad remanentiam dimi- *de trajiciatur Decoctum C.*
diæ partis, postea *C. cum forti expressione. D.*
℞. *Amygd. dulc. excort.* ʒiv *calide ad uncias aliquot.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Si Plethoricus ægroti status postulat Venæsectionem, revulsionis gratia ea instituatur in pede, aut si temperamenti conditio magis scarificationis usum suadet, hæc Venæsectioni substituatur.

2 Quod si vero ægri debilitas aut sanguinis defectus ejusdem missionem dissuadeant, statim præscribantur lenia laxantia superius laudata, & pro circumstantiarum conditione repetantur.

3 Quo facto exhibeantur per aliquod tempus supra præscripta resolventia, discutientia & abstergentia.

4 Si vero calor febrilis urget, hisce vel præmittantur, vel interponantur temperantia Salina & Nitrosa, quippe quæ insignem simul abstergendi vim possident.

5 Eidem fini etiam inserviunt Emulsiones, inprimis quando inter alia semen Cardui Mariæ ipsas ingreditur, quod in inflammationibus & exulcerationibus egregie discutit, & simul abstergit.

6 Insignem quoque opem præstant Gummata, Ammoniacum, Galbanum &c. vel in Pilulas redacta, vel in Aquis aliisque liquoribus convenientibus soluta.

7 Hisce remediis semper jungantur nutrientia, qualia sunt jusculà consummata, Gelatinæ &c. partim ut vires vel conserventur, vel restaurentur, partim ut calor hecticus aliquomodo temperetur.

8 Si remedia hæcce diu continuata fuerunt, ipsis substituantur Consolidantia & Traumatica, ut hoc modo ulcus abstersum, quantum possibile, consolidetur.

9 Quo facto & si mitior ægroti status apparet tandem in usum trahantur Tonica, quæ simul discutiendi vim possident, uti supra præscripta Mixtura tonica D. D. Stahlii, ut hoc modo pulmones debilitati partim roborentur, partim vero humores a pulmonibus removeantur, ac id quod noxium est, per convenientia loca evacuetur.

10 In hocce morbo insignem quoque laudem merentur Pulveres Solares D. Richteri, quippe qui, præmissis prius universalibus, resolvendo, abstergendo & roborando laudabilem edunt effectum, uti id aliquoties in Phthisi pariter ac Hectica observavimus, quare, ut reliquis quoque interponantur remediis, suademus.

11 Novimus quoque Balsamum mineralem cum fructu Phthisico cuidam ab amico exhibitum fuisse.

12 Si Tussis admodum urget, lenia anodyna versus noctem exhibeantur, aut detur una vel altera dosis Essentiæ dulcis concentratæ, quam in tali casu admodum efficacem deprehendimus. Singularem quoque in compescenda tussi efficaciam habere Extractum Tabaci legitime paratum, Authores nonnulli testantur, quocunque etiam tempore exhibeatur.

13 Cum vero Phthisis hoc modo mitigata facile denuo redeat, præservationis gratia vena pedis circa æquinoctia aperiatur, ac largior sanguinis quantitas evacuetur: hoc enim modo affluxus sanguinis ad pectus optime præcavetur.

14 Eidem fini inserviunt in subjectis succulentis scarificationes partium inferiorum repetitæ, aut si malum ab Hæmorrhoidibus suppressis fovetur, Hirudinum ad anum circa æquinoctia applicatio.

15 Pediluvia quoque post peractas sanguinis evacuationes repetitis vicibus usurpata, suo non carent usu.

16 Si malum a suppressis evacuationibus sanguinis, Mensium scil. & Hæmorrhoidum ortum traxit, omni ope eo allaborandum est, ut revocentur & in ordinem redigantur.

17 Præservationis gratia usurpari quoque possunt lenia laxantia, quæ alvum aperiendo revellunt, & materias vitiosas alias ad pectus debilitatum rituras, evacuant.

18 Et ut talis affluxus humorum ad pectus præcaveatur, convenit subinde aliquot dosis Mixturæ tonicæ in infuso Thee, aut ex Herbis discutientibus parato, sumere. Cui fini etiam inservire poterit Mixtura ex Essentia Alexipharmaca D. Stahlii, Essentia Succini & Tinctura Antimonii parata.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Venæsectio debito tempore instituta, tam curatorie quam præservatorie quidem prodest, ast si præsente jam Febre instituitur, non solum nihil juvat, sed potius nocet.

2 Omnia Purgantia acria & fortiora in Phthisi actu noxia sunt: nec etiam Mercurio dulci, licet mitius operetur, ob metum majoris exulcerationis, fidendum est.

3 Traumatica fortiora nullum in hoc morbo usum habent, sed potius nocent, quatenus non solum materiæ purulentæ abstersionem & discussionem impediunt, sed & respirationem difficiliorem reddunt, ut taceam, quod efficaciam suam adstrictoriam ad alia viscera extendendo, secretiones & excretiones reliquas, ad quas tamen in hoc morbo quam maxime respiciendum est, impediant & sic majorem humorum ad pectus affluxum producant.

4 Et ex hoc ipso fundamento etiam Tinctura antiphthisica Gramanni teste experientia magis nocet, quam prodest.

5 In antihectico Poterii vulgari nunquam deprehendere potuimus, quod vulgo ipsi adscribitur, & hinc

potius eorum accedimus ſententiæ, qui ejus uſum in Phthiſi rejiciunt.

6 Balſamica acriora & inpr. Myrrha, quatenus ſanguinem commovendo Febrem vel invitant, vel augent, non niſi ſumma cum prudentia exhibenda, imo potius fugienda ſunt.

7 Nitrum, etſi humorum æſtum optime temperet, non tamen largioribus & repetitis, ſed potius minoribus doſibus reliquis interponatur remediis.

8 Emulſiones ex ſeminibus frigidis & amygdalis dulcibus paratæ, quamvis ad temperandum æſtum convenire poſſint, vitentur, quoniam ventriculum nimis refrigerando, flatus, tormina, aliaque incommoda in inferiore ventre producere ſolent.

9 Opiata, quantum quidem poſſibile eſt, fugiantur, niſi enormis tuſſis illorum uſum poſtulet, alias enim tuſſim ſedando & hoc modo excretionem neceſſariam impediendo, gravia damna producere ſolent.

10 Tonica ante ſufficientem diſcuſſionem, abſterſionem, conſolitionem, & caloris febrilis mitigationem exhibita, noxia ſunt.

11 Niſi remedia abſorbentia & conſolidantia diu uſurpentur, fruſtraneus in malo, alias medelam vix vel prorſus non admittente, utpl. eſt labor.

12 Multitudo tamen remediorum eorumque continuus uſus minime ſuadendus eſt.

13 Quæ vulgo de ſpecificis quibuſdam, ac ſi eorum ope Pulmones conſumpti iterum regenerari poſſint, circumferuntur, ad aniles pertinent fabulas.

14 Pulvis Haly contra Phthiſin recens obtundit aliquo modo acrimoniam ſalſam, ſed ad reliquam curationem nomine magis quam re ipſa confert.

15 Pulvis Sympatheticus ſputo purulento admixtus, teſte experientia, interdum quidem profuit, ſæpius vero nullum edit effectum.

16 Extractum Tabaci, niſi legitime præparatum fuerit, vomitus excitat, & hinc malum gravius reddit.

17 Expectorantia dulcia & emollientia, expectorationem quidem promovent, ſed ſimul affluxum humorum ad pectus augent, quare vel cautiſſime uſurpanda, vel reſolventia, & diſcutientia ipſis admiſcenda ſunt.

18 Acida omnia, excepta acetoſitate citri, inprimis mineralia & præcipue ex horum cenſu ſpiritus Salis, etſi ad temperandum æſtum febrilem alias admodum proficua ſint, pectori quam maxime inimica ſunt, ac tuſſim inſigniter augendo, malum pejus reddunt.

19 Martialia & Acidulæ ob vim adſtrictoriam, qua mediante expectorationem ſupprimunt, pariter noxia ſunt.

20 Nec etiam Thermas, niſi admodum temperatas, facile quis ſuaſerit, ſemper tamen eorum uſum univerſalia, Venæſectiones ſcil. & Laxantia ſive lenia Purgantia præcedere debent.

21 Quoad Diætam, omnia ſalſa & acida tuſſim vel augentia, vel expectorationem ſupprimentia, fugienda ſunt.

22 Aromata febrem præſentem augent, nondum vero præſentem invitant.

23 Venus in tali caſu ſumme quoque noxia eſt & febrem auget, ac ſimul inſigniter debilitat.

24 Equitatio, quam Sydenham & Stahlius commendant, teſte experientia, utilis eſt, pariter ac motus moderatus: nimius tamen calorem augens, fugiatur.

25 Cura lactis magis præſervative, quam curative convenit.

26 Animi affectus graviores & inpr. ira, malum ſemper exaſperant.

CAPUT DUODECIMUM.

De Exulceratione Hepatis & Lienis.

I. *Definitio.* EXulcerationes horum viſcerum ſunt corruptiones ſubſtantiæ eorum, a ſanguinis in iiſdem ſtagnationibus, corruptionibus ac inflammationibus originem trahentes & Febrem Hecticam comitem habentes.

II. *Differentia.*

1 Reſpectu *originis*, aliæ a Scirrhis, aliæ ab inflammationibus, aliæ a læſionibus externis originem trahunt.

2 Reſpectu *magnitudinis* aliæ ſunt majores, aliæ minores.

3 Reſpectu *loci affecti*, aliæ hepar, &c. & hujus partem modo gibbam, modo cavam occupant, aliæ vero in liene reperiuntur.

III. *Signa.*

1 Prægreſſæ inflammationes harum partium, Infarctus & Scirrhi.

2 Dolor ulceroſus in hypochondrio vel ſiniſtro vel dextro magis vel minus ſenſibilis.

3 Tuſſis arida modo continue, modo per intervalla affligens.

4 Reſpiratio difficilis.

5 Decubitus tam in latus affectum, quam oppoſitum difficilis.

6 Conſumptio corporis quotidie invaleſcens.

7 Si hepar eſt inflammatum color faciei eſt icteritius & interdum quoque puſtulæ parvæ in eadem efflorescunt.

8 Jungitur hiſce Febris Hectica ſenſim ſenſimque incrementa capiens.

9 Accedunt interdum dejectiones alvi purulentæ, interdum cruentæ, nonnunquam etiam carunculæ excernuntur.

10 Interdum materia quoque purulenta teſtibus Authoribus cum urina evacuatur.

11 Urina ordinarie eſt pinguis & graveolens.

12 Appetitus eſt proſtratus, adeſt nauſea, inpr. carnis, & frigida magis appetunt ægroti, quam calida.

13 Sitis adeſt continua cum ſiccitate oris.

14 Halitus utpl. eſt fœtidus.

15 A ſomno nullam ægrotantes ſentiunt reſtaurationem, ſed potius fatigationem.

16 Hiſce accedunt interdum ſudores & Diarrhœæ colliquativæ.

17 Ultimo tempore pedes intumeſcunt.

18 Deliquia frequentia in morbo graviori obſervantur.

19 Tandem accedit defluvium capillorum & facies Hippocratica.

IV. *Subjectum.*

1 Homines Plethorici, ſanguinis evacuationibus tam ſpontaneis, quam artificialibus aſſueti, poſt earum vel ſuppreſſiones, vel emanſiones, vel malas medicationes.

2 Feminæ præ viris, propter inordinatum aut ſuppreſſum menſium fluxum.

3 Viri Hæmorrhoidum ſuppreſſione laborantes.

4 Infarctibus aut Scirrhis viſcerum antea laborantes.

5 Qui viſcerum inflammatione antea laborabant, quam poſtmodum excepit abſceſſus.

6 Viſcerum atonia, vel propter enormes Hæmorrhagias, vel Hypercatharſes, laborantes.

7 Injurias externas, plagas, vulnera &c. horum viſcerum paſſi.

8 Nimiis meditationibus, & mœroribus animi dediti. Reliqua vid. de *Infarctu & Scirrhis* horum viſcerum.

V. *Prognoſis.*

1 Omnia ulcera Hepatis, niſi admodum exigua & ſuperficiaria ſint, ac ſtatim in principio curentur, lethalia ſunt.

2 Exul-

2 Exulcerationes hepatis, quæ ejuſdem inflammationes ſequuntur, ſemper citius jugulant quam eæ, quæ ſucceſſive contingunt.

3 Quo magis in interiore hepatis ſubſtantia eſt ulcus, eo periculoſior eſt ſtatus.

4 Color faciei ictericus, febris continua, inappetentia & nauſea, in exulceratione hepatis lethalia ſunt ſigna.

5 Si inflammatio & hanc excipiens abſceſſus eſt in gibba hepatis parte, Pleuritica ſymptomata magis urgent, ſin vero in cava, ſtomachica: ultimus tamen ſtatus periculoſior eſt priori.

6 Materia purulenta ex rupto abſceſſu fluens frequentiſſime per alvum, aliquando per urinam, rarius per vomitum, rarius adhuc per ſputum & tuſſim ejicitur, omnium vero rariſſime per metaſtaſin transfertur ad ſuras.

7 Si ſtatim a ruptione abſceſſus Febris diſcedit, vel mitеſcit, appetitus redit, pus eſt album, parum olens, alvus naturaliter ſecedit, brevi ſanatur. Contra ſi contraria eveniant. *Bagliv.*

8 Si rupto abſceſſu venter intumeſcit, ac ſudor frigidus circa collum & faciem obſervatur, ac lipothymiæ ægrotos affligunt, mors in propinquo eſt.

9 Peſſimum quoque eſt, ſi ſumme emaciato corpore pedes intumeſcunt.

10 Quicunque hepar ſuppuratum uruntur, ſi quidem pus purum fluat & album, evadunt. In tunica enim his pus ineſt. Si vero velut amurca fluat, pereunt. 7. *Aphor.* 45.

11 Lienis exulceratio non adeo periculoſa eſt, ac hepatis.

12 Materia purulenta per vaſa brevia vel deponitur ad ventriculum & vomitu rejicitur, vel in inteſtinorum cavitatem injicitur, & per alvum evacuatur: interdum etiam cum urina excernitur.

13 Exulceratio recens curationem interdum admittit: inveterata vero utpl. incurabilis eſt, & lento gradu ad mortem certiſſimam properat.

VI. *Remedia.*

1 Abſceſſus rupturam promoventia, cataplaſmata emollientia hepatis vel lienis regioni impoſita, tuſſis, jactationes corporis, apertio artificialis per inciſionem aut uſtionem.

2 Puris excretionem promoventia, clyſteres, lenia Laxantia, Diuretica, Expectorantia.

3 Abſceſſum apertum mundificantia & abſtergentia, qualia ſuperioribus Tabulis de Vomica & Phthiſi allegata fuere.

4 Ulcus conſolidantia, lenia, adſtringentia ſuperius l. a. laudata.

5 Nutrientia, Emulſiones, Gelatinæ, juſcula avenacea, hordeacea &c.

6 Viſcerum tonum roborantia & vires reſtaurantia, Eſſ. dulc. Hall. ordinaria & concentrata, Pulveres Solares D. Richteri, Mixtura Tonica D. Stahlii.

Formulæ Remediorum,

1 Decoctum abſtergens.

℞. *Herb. Scabioſ.* *Hepat. nob. ana. mj.*
Chærefol. *Inciſ. infund. in Aq. ſervent.*
Veron. *& uſurpentur inſtar Infuſ.*
Pulmon. mac. *Thee.*

2 Decoctum laxans.

℞. *Decoct. Tamarind.* *Mann. Calabr.* ʒiſs. M.
ʒiij. *Colat. D. calide.*

3 Potio diuretica.

℞. *Aq. Chærefol.* *Oxymell.* ʒj. M.
Petroſel. ana. ʒij. *D. ſingulis duabus horis co-*
Tart. Vitriolat. ʒj. *chlearia aliquot.*

4 Decoctum Diureticum, quod tanquam optimum laudat *Ettmull.*

℞. *Raſ. L. Junip.* ʒij. *Raſ. C. C.* ʒvj.
Saſſafr. ʒj. *Coq. invicem ad caſum ter-*
Macerentur per noctem in *tiæ partis vel medietatis,*
℔.iv. ∇. *comm. mane adde* *Colat. adde*
Herb. Veron. *Sir. de Symph. Fern.*
Hed. terr. *Hyſſop. ana. q. ſ.*
Alchimill. ana. mj. *pro gratia ſapeis M.*

5 Decoctum conſolidans.

℞. *Rad. Ariſtol. rot.* ʒj. *Coq. in* ℔.iij. *Aq. ſimpl. ad*
Herb. Agrimon. *conſumpt.* ℔.ij. *Colat. edulc.*
Scabioſ. *Sir. e roſ. ſicc. q. ſ. & D. ca-*
Summit. Hyper. ana. mj. *lide.*

6 Pulvis abſtergens, conſolidans & roborans.

℞. *Pulv. Solar. doſ.* xii. *D. ſingulis diebus doſes tres.*

7 Eſſentia confortans.

℞. *Eſſ. dulc. concentr.* *Doſis gutt.* vj. *vel* viij. *ter*
ʒj. *vel quater ſingulis diebus.*

8 Emulſio temperans & diuretica.

℞. *Sem. Violar.* ʒſs. *adde Sacch. q. ſ.*
Aq. fragor. *Doſ. cochlearia aliquot ſin-*
Chærefol. ana. ʒij. *gulis duabus horis.*
F. l. a. Emulſio.

VII. *Methodus medendi.*

1 Si abſceſſus ſponte aut propter tuſſim non rumpitur, hepatis vel lienis regioni imponatur cataplaſma emolliens, ex Rad. Alth. Lil. alb. Cepis, Herb. Malv. Flor. Verbaſc. &c. paratum: aut Hypochondria illinantur Oleis emollientibus, aut Unguentis ex illis paratis.

2 Si ex ſignis Pleuriticis abſceſſum in gibba hepatis parte hærere, ac ſimul tumor apparet, quidam ſuadent ejus inciſionem, vel cauterii potentialis applicationem, aut juxta Veteres uſtionem, ut hoc modo aperto ulcere pus educi queat.

3 Quando materia purulenta fluxit in inteſtinorum cavitatem, conducunt blanda laxantia & inpr. Rhabarbarum; Clyſteres quoque blande emollientes & abſtergentes hic ſuam quoque habent utilitatem, pariter ac Salia neutra & inpr. Nitroſa.

4 Quo facto poſtmodum uſurpentur decocta abſtergentia & mundificantia, partim hoc in caſu, partim ſuperius commendata.

5 Quibus deinde ſubjungantur conſolidantia, ut, quantum poſſibile eſt, ulcus curetur.

6 In tali caſu optime quoque conveniunt Pulveres Solares, quæ in internis exulcerationibus jam ſæpius cum fructu exhibiti fuere: & quamvis non ſemper malum funditus extirpaverint, magnum tamen ſolatium attulere, inpr. ſi Eſſentiæ dulcis uſus ipſis junctus fuit.

7 Ad roboranda viſcera optime confert Mixtura tonica D. Stahlii, majorem autem adhuc habent efficaciam Pulveres Solares tonici D. Richteri, ſi diu uſurpantur, uti partim obſervationes communicatæ, partim propria experientia in ſimilibus caſibus nos docuerunt.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Purgantia acriora hic cane & angue pejus fugienda ſunt, quoniam omnia ſymptomata exaſperant, & in præſens vitæ periculum conjiciunt ægrotantes.

2 Inciſio horum abſceſſuum non niſi ſumma urgente neceſſitate inſtituatur, ne ſi res male cedat in caſu jam ſatis deſperato. malus eventus poſtmodum operationi magis, quam ipſi morbo adſcribatur.

3 Niſi omnia remedia abſtergentia & conſolidantia diu uſurpentur, fruſtraneus omnis eſt labor.

4 Reliquis remediis ſemper interponi debent remedia confortantia & nutrientia, ut vires, & conſerventur, & reſtituantur, alias irrita ſunt omnia.

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

De Exulceratione Renum & Veſicæ.

I. *Definitio.* EXulcerationes renum & veſicæ ſunt eroſiones & corruptiones harum partium, cum ſubſtantiæ earum deperditione ac efluxu materiæ purulentæ, ab inflammatione, calculis aſperis, corroſivis &c. originem trahentes.

II. *Differentia.*

1 *Alia* unicum tantum renem, & teſtibus obſervationum ſcriptoribus, frequentius ſiniſtrum, *alia* utrumque occupat.

2 *Alia* eſt major, *alia* vero minor.

3 *Alia*

3 *Alia* inflammationes, *alia* calculum aſperiorem, *alia* aſſumta corroſiva, Cantharides v. g. *alia* læſiones externas ſequitur.
4 *Alia* eſt recens, *alia* inveterata.

III. *Signa.*

a Exulcerationis renum.
1 Prægreſſa inflammatio renum, dolores nephritici, mictus cruentus & calculus renum.
2 Dolor rodens in alterutro lumborum vel in utriſque, plus vel minus gravans.
3 Excretio materiæ purulentæ in vaſe urinario fundum ſtatim petentis.
4 Carunculæ & veluti pili cum urina exeuntes, juxta *Hipp. 4. Aph. 76. Quibus in urina craſſa exiſtente, caruncula parvæ, aut veluti pili ſimul exeunt, his de renibus excernuntur.*

b Exulcerationis Veſicæ.
1 Tenſio, durities, ardor, tumor ac dolor gravis in pectine ſive regione pubis, tactum ſine exacerbatione non ferens & quoties ægri mingunt, gravior.
2 Urinæ modo ſuppreſſio, modo eandem excernendi difficultas, quæ duo ſigna Veſicam ſimul adhuc inflammatam eſſe indicant.
3 Jungitur hiſce teneſmus & interdum membri virilis erectio.
4 Cum urina prodit ſanies ſuberuenta.
5 Urina deponit ſedimentum furfuraceum, juxta *Hippocr. 4. Aphor. 77. Quibus in urina craſſa exiſtente, furfuracea quædam minguntur, his veſica ſcabie affecta eſt.*
6 Si ulcus eſt ſordidum, urina fœtida mingitur.
7 Si materia purulenta præcedit urinam, urethra ulcere affecta eſt.
8 Si dolor in pectine ſentitur, ſignum eſt fundi exulcerati, ſi prope ſphincterem aut in urethra, dolor ſemper major eſt inter mingendum.

IV. *Subjectum.*
1 Senes Plethorici mictum cruentum antea paſſi.
2 Qui Nephritide ſive renum inflammatione laborarunt.
3 Hæmorrhoidarii ſive Hæmorrhoidum ſuppreſſione laborantes.
4 Feminæ menſium imminuto fluxu, aut eorundem plenaria ſuppreſſione afflictæ.
5 Homines qui corroſiva aſſumſerunt, aut injurias externas, plagas, ictus &c. paſſi ſunt.
6 Quibus liquores corroſivi ad confringendum calculum in veſicam injecti fuerunt.
7 Quibus a calculo aſperiori renes vel veſica læſi ſunt.

V. *Prognoſis.*
1 Exulceratio renum periculo non vacat, ac ordinarie omnem medelam reſpuit, inprimis ſi inveterata eſt.
2 Si exulceratio dependet a rebus erodentibus, ſemper periculoſior eſt ea, quæ ab aliis cauſis originem trahit, ac lente ſive ſucceſſive fit.
3 Quo gravior & major eſt exulceratio renum, eo citius ad mortem diſponit.
4 Si exulceratio utrumque occupat renem, eo gravius & periculoſius eſt malum.
5 Recentior renum exulceratio, curationem interdum admittit.
6 Ulcera veſicæ graviora ſunt, quam ulcera renum & longe etiam difficilius, vel prorſus non curantur.
7 Uti veſicæ & renum ulcera in ſenibus difficilius curantur, ita inflammationes harum partium, ob majorem ſanguinis turgeſcentiam, in junioribus periculoſiores ſunt.
8 Exulceratio veſicæ quæ a calculo aſperiori dependet, non, niſi remoto prius calculo, curari poteſt.
9 Quo magis invaleſcunt renum & veſicæ ulcera, eo citius hecticam corporis conſumptionem poſt ſe trahunt.
10 Quo magis dolor in tali caſu urget, eo pejor eſt ſtatus, & eo certius & citius etiam mors ſequitur.
11 Exulceratio veſicæ a corroſivis orta, pejor eſt ea quæ ab aliis cauſis dependet.
12 Exulcerationem renum utplur. ſequitur calculus renalis, qui etſi excernatur, ſemper tamen ob renum ulcus regeneratur.

VI. *Remedia.*
1 Sordes primarum viarum evacuantia, Manna, Tamarindi, Magneſia alba, Sal catharticum amarum, Folia Sennæ, Rhabarbarum &c. clyſteres.
2 Acrimoniam corrigentia, eorundemque orgaſmum temperantia Abſorbentia, Matr. Perl. Lap. Cancr. citrat. Lap. Percar. Nitroſa, Cinnabarina &c.
3 Affluxum humorum ad renes & veſicam intercipientia & revellentia, Venæſectio in brachio. Diaphoretica &c.
4 Ulcus renum & Veſicæ abſtergentia, Herb. Agrimon. Scabioſ. Chærefol. Fragar. Heder. terr. Hyſſop. Capill. Vener. Rad. Liquirit. Fragar. Summit. Hyperic. Decoct. Hord. Cicer. ſerum lactis, Sem. Hyperic. Terebinth. Pulv. Solar. Tinctura Reſolvens nobis uſualis &c.
5 Ulcus conſolidantia: Rad. Conſolid. maj. Tormentill. Biſtort. Herb. Sanic. Pyrol. Polygon. &c.
6 Tonum renum & veſicæ reſtituentia, Mixtura Tonica aliaque ſuperioribus Tabulis laudata.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.
℞. *Magneſ. alb.* ʒſs. *aq. D. mane & veſperi. in 4. vel 6. part.*

2 Alius.
℞. *Sal. cathart. amar.* ʒſs. *Sumatur in infuſo Thee vel alio ſufficiente vehiculo.*

3 Potio laxans.
℞. *Decoct. Paſſul.* *Tamarind. ā.* ʒij. *Mann. elect.* ʒiſs. *M. Colatura ſumatur calide.*

4 Pulvis temperans & abſtergens.
℞. *Lap.* ♋. *citrat.* *Percar. ana.* ʒj. *Nitr. depur.* ʒſs. *M.* *Doſ.* 1. *cuſpid. cultr. ſingulis quatuor horis.*

5 Alius.
℞. *Conch. citrat.* *Tart. Vitriolat.* *Nitr. depur. ana.* ʒſs. *M. D. ut antea.*

6 Potio temperans & diaphoretica.
℞. *Aq. ſcabioſ.* *Chærefol. ana.* ʒij. *Lap.* ♋. *citrat.* ♁. *diaph.* *Tart. Vitriolat. ana.* ʒſs. *Sacch. perl.* ʒij. *M. D. ſingulis duabus vel tribus horis cochlearia aliquot.*

7 Decoctum mundificans.
℞. *Herb. Agrim.* *Scabioſ.* *Fragar. ana. mj.* *Summ. Hyper. mſs.* *Coq. in Decoct. Cicer.* ℔. ij. *Colat. adde* *Sir. de Alth.* ʒiv. *M. D. quotidie* 3. *vel* 4. *ad* ʒiv. *vel* vj. *calide.*

8 Eſſentia abſtergens.
℞. *Tinct. reſolv.* ʒſs. *D. bis vel ter per diem* 40. *ad* 50. *gutt. in decocto abſtergente.*

9 Alia.
℞. *Tinct. Reſolv.* ʒſs. *Balſ. de Capayb.* ʒj. *M.* *Doſ.* 40. *gutt. mane & veſper.*

10 Emulſio abſtergens & mundificans.
℞. *Terebinth.* ʒij. *Vit. Ov. N. j.* *Mell.* ʒiij. *Aq. Chærefol. q. ſ. M. D. ſingulis duabus vel tribus horis cochlearia aliquot.*

11 Pilulæ.
℞. *Succ. Liquir. depur.* *Succin.* *Thuris ana q. v.* *Terebinth. Cypr. q. ſ. M. F. Pil. Doſis* 3ſs. *mane & veſperi.*

12 Aliud ſimul conſolidans.
℞. *Herb. Agrim.* *Fl. Hyper. ana. mj.* *Lign. Maſtich.* ʒiſs. *Sem. Hyper.* 3iij. *Inciſ. Contuſ. g. m. infund. in Vini q. ſ. ſive* ℔. ii. iij. *Doſ.* ʒiv. vj. 2. *vel* 3. *quotidie.*

13 Injectio conſolidans.
℞. *Ramul. Equiſet.* *Fol. Plantag.* *Sem. Hyper. ana. mj.* *Rad. Conſolid. maj.* *Biſtort.* *Torment. ana.* ʒj. *Cort. Granat.* ʒiij. *Coq. in Aq. ferrar.* ℔. j. *in Colat. diſſolv.* *Trochiſc. alb. Rhaſ. ſ. opio* ʒſs. *Bol. Armen.* ʒj. *M. inſpiciatur calide.*

14 Electuarium abstergens & consolidans.

℞. *Conserv. rosar.* ℥j. *Sem. Hyper.* ℥ß. *Sir. de symph. q. s.* — *M. F. Electuarium. Dosis* 3j. *ter vel quater per diem.*

15 Injectio abstergens.

℞. *Rad. Liquirit.* ℥j. *Fabar.* | *Sem. Cicer. rub. ana.* ℥ß. *Fol. Plantag.* mj. *Coq. c. Aq. s. q. s. addendo parum lixivii in* — *Colat.* ℔. j. *dissolve Terebinth. in melle dissolut.* 3vj. *Ungt. Ægypt. q. s. injiciatur cum Syringa in vesicam.*

16 Aliud.

℞. *Herb. Alchimill. Hed. terrest. Vinc. per vinc. ā.* mj. *Summit. Hyper.* mß. *Rad. Consol. Sarrac. cum toto M. ij.* — *Liquirit. rasa.* ℥iß. *Inc. Contus. Coq. in s. q. Aq. simpl. Colat.* ℔. ij. *adde Sir. de Symph. Fernel.* ℥iv. *M. D. quotidie* ℥iv. *bis vel ter.*

17 Mixtura Tonica.

℞. *Tinct. Qii acr.* ℥ß. ℈ *C. C.* ℥ij. *M.* — *Dos.* 30. *gutt. bis quovis die.*

VII. *Methodus medendi.*

1 In hoc affectu curationis initium fiat cum Purgante leni, ut hoc modo non solum primarum viarum sordes removeantur, sed & affluxus sanguinis ad partes affectas aliquo modo intercipiatur: cui fini etiam inserviunt clysteres lenientes & carminativi.

2 Si orgasmus humorum præsens est, exhibeantur temperantia superius præscripta & inpr. absorbentia cum acido citri saturata, quæ non solum egregie temperant, sed simul abstergunt.

3 Hisce etiam commode vel interponuntur, vel junguntur Nitrosa, inpr. si orgasmus febrilis urget.

4 Venæsectio insignem quoque usum habet in subjectis Plethoricis, quatenus hoc modo affluxus uberior ad partes affectas impeditur.

5 Venæsectioni subjungi possunt lenia diaphoretica temperantibus mixta, ut sanguis a partibus interioribus ad peripheriam corporis pellatur.

6 Quo magis vero ulcera urgent, quod ex materiæ copiosiori fluxu & doloribus gravioribus colligi potest, eo citius exhiberi debent abstergentia, & per puris absersionem ulterior partium corruptio præcaveatur.

7 Ad ulcerum absersionem optime conferunt Terebinthinata, item Pulveres Solares D. Richteri diu usurpati, & inpr. Tinctura Resolvens nobis usualis, quam in variis ulceribus & præcipuæ vaginæ uterinæ & urethræ sæpius admodum salutarem deprehendimus, præsertim quando sub finem curationis Terebinthinam aut Balsa. Indicum addidimus.

8 Præmissis ita abstergentibus subjungantur consolidantia, ut horum ope, dum pori constringuntur, ulcera sensim exsiccentur & consolidentur.

9 Quem in finem & ut consolidatio eo citius succedere queat, fiant injectiones per Syringam in vesicam, si enim remedia ipsam statim aggrediuntur partem affectam, eo major de bono eventu spes est.

10 Tandem exhibeantur remedia tonica quæ simul discutiendi & abstergendi vim possident, ut hoc modo affluxus humorum ad partes impediatur &, si quid adhuc ipsis inest puris, abstergatur, quem in finem optime proderit Mixtura supra præscripta.

11 Præservationis gratia convenit Venæsectiones tempore æquinoctiali in pedibus instituere & alvum semper apertam servare.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Omnia drastica remedia, Vomitoria, Purgantia acria, volatilia, &c. in hocce affectu nullum habent usum, sed potius, affectum exasperando & humores nimium commovendo, actu nocent.

2 Omnia diuretica fortiora, licet abstergant, humores nimium ad renes pellendo noxia sunt.

3 Venæsectio curatorie & revulsionis gratia melius instituitur in brachio, quam in pede, ast præservationis gratia posterior magis prodest.

4 Diaphoretica fortiora minus prosunt in hoc affectu quoniam orgasmum humorum excitant, & ita Hecticam vel invitant, vel præsentem augent.

5 Marrubium album etsi in aliis internis exulcerationibus prosit, hic tamen nullum habet usum, quoniam teste experientia malum exasperat.

6 Terebinthinata & succinata, quamvis sint optima mundificantia, non nisi cum summa prudentia & minori dosi, aut repetitis vicibus exhibeantur, abusum enim eorum facile damna sequuntur.

7 Myrrhata pariter hoc in affectu noxia sunt, quoniam nimiam humorum ebullitionem excitant.

8 Abstergentia & mundificantia remedia, nisi diu usurpentur, nullum edunt effectum, quare usus continuatus est suadendus.

9 Adstringentia remedia præpostere usurpata supprimunt quidem aliquo modo materiæ purulentæ effluxum, sed hoc ipso exulcerationem augent.

10 Omnes cibi difficilioris digestionis, salsi, acidi, &c. uti & vinum generosum fugiantur.

11 Motus vehemens dorsum concutiens & inpr. equitatio vitentur, quoniam malum gravius reddunt.

12 Venus cane & angue pejus fugiatur, quoniam vires imminuit & humorum affluxum ad renes & vesicam auget.

CAPUT DECIMUMQUARTUM.

De Calculo Renum & Vesicæ.

I. *Definitio.* CAlculi sunt concretiones modo duræ modo friabiles, ex materia mucosa, salsa & terreitri in renibus & vesica generata, varias molestias comites habentes.

II. *Differentia.*

1 Alius calculus est *Renum*, qui ordinarie est minor, friabilis, senibus familiaris & continuo regeneratur, licet plures jam excreti fuerint, & ulcus renum conjunctum habet & præsupponit.

2 Alius est *Vesicæ*, qui magnitudine renalem maxime superat, admodum compactus est, & ex multis lamellis, instar ceparum, materiam fabulosam continentibus constat. Ordinarie porro unicus tantum est, & dispositionem hæreditariam, nisi forsan ex renali majore, in vesica retento, ortum trahat, præsupponit: junioribus etiam magis, quam senibus familiaris est. Utplurimum quoque lævis est, interdum tamen insignes in eo occurrunt asperitates, maximos dolores excitantes.

3 Interdum tota vesica interius materia calculosa obducta est, qua remota per injectiones, statim alia regeneratur, cujus rei exemplum hic habemus in viro quodam, cui per Chirurgum jam ter vel quater talis materia remota fuit, ast nihilominus denuo eodem malo laborat.

4 Nonnunquam materia crassa mucosa cum urina excernitur, quæ brevi tempore aeri exposita lapideam acquirit duritiem.

5 Dolorem lumborum rheumaticum a nephritico per hoc certissimum signum distinguere poteris: Pete ab ægro, an dum in terram incurvatur & exinde erigitur, cum difficultate erigatur, adeo ut per medium quasi scindi videatur; si hæc adsint, pro certo habeto, dolorem illum non esse nephriticum, sed rheumaticum. *Bagliv.*

III. *Signa.*

a *Calculi renum.*

1 Dolor insignis in lumbis, fixus acsi paulus infixus esset gravans, tendens, profundus, vel in uno, vel in utroque, frequentius tamen in sinistro latere.

2 Qui tamen in sanguineis magis, quam in Phlegmaticis, propter horum laxiorem fibrarum structuram & ad motus spasticos ineptitudinem, urget.

3 Paroxysmum sæpius tormina colica gravissima, in multis etiam vomitus graves & diu continuantes præcedunt.

4 Ordinarie etiam tempore Paroxysmi subjecta Plethorica sanguinea variis motus tonici alterationibus & inde dependentibus horroribus & phlogosibus corripiuntur.
5 In nonnullis etiam ubi calculus in alterutro tantum rene hæret, stupor femoris & retractio vel restrictio testiculi ejusdem lateris concurrit.
6 Quando calculus e renibus exit, & ureteres ingreditur, dolor interdum insigniter in quibusdam augetur, inpr. si calculus est major, & ad regionem ossis ilii & ad vesicam usque se extendit.
7 Urina ante paroxysmum & in paroxysmo est pauca & tenuis, insigniter tamen acris.
8 Ordinarie cum insignibus doloribus in pauca quantitate emittitur aut guttatim saltem, interdum quoque plane supprimitur.
9 Nonnunquam etiam plus vel minus cruenta, interdum admodum rubicunda & perspicua est, interdum vero materiam mucosam & sabulum in se continet.
10 In paroxysmo erecti esse nequeunt ægrotantes sed incurvati incedere coguntur.
11 Interdum etiam tenesmus in paroxysmo valde urget.
12 Nonnunquam etiam ægrotantes dolorem titillantem in glande penis sentiunt.
13 Accedit in nonnullis gravis nausea, anxietas præcordiorum, appetitus prostratus, difficilis respiratio ac sensus constrictionis costarum spuriarum.
14 Pulsus sæpius observatur durus.
15 Convulsiones quoque patientes in Paroxysmo afflixisse observavimus.
16 Motus corporis semper exasperat dolores, quies vero eosdem mitiores reddit.
17 Nonnunquam calculi in renibus diu absque ullo dolore latent, ac non nisi post mortem dissectis renibus apparet, homines renum calculo laborasse.

b Calculi Vesicæ.

1 Continuus ad mingendum stimulus cum tenesmo.
2 Inter mingendum subitanea urinæ suppressio, aut stillicidium, aut mingendi difficultas.
3 Pondus & dolor obtusus, aut, pro ratione calculi asperioris, insignis in perinæo, qui sub finem mictionis exasperatur.
4 Quo major vero est calculus, eo magis pondus illud sentitur una cum dolore.
5 Dolor & punctura in anteriore parte vesicæ circa regionem pubis, dum ægroti se inclinant, aut humo aliquid attollere volunt.
6 Dolor & pruritus in glande penis, ita ut ægri interdum putent, calculum hærere in urethra.
7 Accedit huic interdum continua erectio & tensio membri virilis.
8 Sub fortiori motu corporis perceptio motus calculi in vesica & major dolor.
9 Cum urina interdum, copiosus mucus excernitur, aut sedimentum mucosum furfuraceum cum sabulo.
10 Sub ipsis doloribus corporis inquietudo varia adest, qua ægroti præprimis crura exagitant, & transversim complicant, coxas & pubem comprimunt, abdomen ad humum flectunt, imo si calculus major fuerit, vix recti stare, equitare, aut per salebrosa loca ambulare possunt. *Etmull.*
11 Signum omnium certissimum calculi in vesica latentis, est ejusdem contactus a cathetere factus, reliqua fallunt etiam peritissimos. *Bagliv.*

IV. *Subjectum.*

a Calculi renalis.

1 Viri & Senes Plethorici Temperamenti sanguinei, habitus corporis laxioris sive porosi.
2 Rarius feminæ & quidem post cessationem mensium, interdum tamen propter dispositionem hereditariam fluentibus adhuc mensibus calculo corripiuntur.
3 Viri Hæmorrhoidum consuetarum suppressione laborantes, & quando sanguis alias excerni solitus ad renes deponitur.
4 Frequentes congestiones sanguinis ad renes & mictum cruentum passi.
5 In mictu cruento perverse & meris adstringentibus & opiatis, missis sanguinis ventilationibus tractati.
6 Arthritici & Podagrici, aut diuturno Malo Ischiatico laborantes.
7 In Nephritide simplici Terebinthinatis, succinatis, Juniperinis aliisque calidioribus remediis tractati.
8 Vino & Venere abutentes, ac iræ dediti.
9 Injurias externas, lapsus, plagas, contusiones &c. in lumbis passi.
10 Consuetas sanguinis ventilationes negligentes.
11 Frequentes succussiones corporis aut vectiones curru, aut equis patientes, præsente inprimis Plethora.
12 Dispositionem hæreditariam habentes.
13 Renum exulcerationem passi.

b Calculi Vesicæ.

1 Infantes & pueri magis quam adulti & senes.
2 Inprimis, si hæreditaria subest dispositio: maxime tamen etiam confert in tantum voracitas, & dieta falsa nutricum.
3 Si adulti vesicæ calculo laborant, hic originem traxit a calculo renum majori, in vesica retento & sensim aucto.

V. *Prognosis.*

a Calculi renum.

1 Calculus renum rarissime plenarie curatur, sed, licet malum aliquo modo mitigatur, facile iterum recrudescit.
2 Calculus renum major & acutus facile ulcera sinuosa sive fistulosa incurabilia & Hecticam aut Febres acutas post se trahentia, excitat.
3 Quo magis asperi sunt calculi, eo graviores motus spastici summe dolorifici, imo convulsiones ipsæ producuntur.
4 Calculus renum amplitudinem, sive capacitatem ureterum superans, nunquam curatur.
5 Renum calculus, hæreditariam dispositionem presupponens, prorsus curari nequit.
6 Eo difficilior autem est cura, si calculus senes aut maxime jam debilitatos affligit: Conf. 6. *Aphor.* 6.
7 Dolor Nephriticus, quem nulla mitigant remedia, plerumque funestus est, & quidem eo magis, quando extrema frigent, & sudor frigidus in facie erumpit.
8 Dolor Nephriticus maximus subito cessans, sine excretione calculi, aut sine sensu motus ejus ad vesicam, sphacelum renum & mortem indicat.
9 Urina in dolore Nephritico clara, turbida & crassa evadens ac simul sabulum deponens, paroxysmi finem & calculi resolutionem indicat.
10 Feminæ calculo renum frequenter laborantes, si gravidæ reddantur, facile moriuntur, aut abortum patiuntur. *Etmull. ex Panarollo.*
11 Uti in Phthisi pulmonali, non obstante Pulmonum ulcere, ita quoque in exulceratione renum calculosa homines diu superstites manent.

b Calculi vesicæ.

1 Calculus vesicæ malum est curatu difficile & ordinarie omnia remedia Pharmaceutica respuit, quare non nisi per sectionem tolli potest.
2 Calculus vesicæ per sectionem remotus, facile renascitur.
3 Calculi vesicæ in mulieribus facilius excernuntur, quam in viris.
4 Calculus propriæ tunicæ inclusus, & vesicæ adhærens, per sectionem tolli nequit.
5 Sectionem calculi ordinariam facile sequuntur fistulæ.
6 Quo grandiores sunt calculi vesicæ, eo difficilior, imo interdum prorsus impossibilis est calculi extractio.

VI. *Remedia.*

1 Calculi commoti excretionem promoventia, clysteres

ſterés emollientes & oleoſi, Unguenta, emollientia, Balnea: Emollientia & lubricantia interne ſumpta, Oleum Amygd. dulc. Emulſiones, Juſcula hordei, Decoct. Alth. Diluentia, potus Thee, Decoct. Nephrit. Foreſt. Lithontriptica blanda, Fraga, Nucl. Perſic. Fructus Cynosb. Emulſ. ex Nuc. Avell. Bacc. Hoder. Semen Milii ſolis, Violarum, Urticæ, Bardan. Decoct. Cicer. rubr. Succus Raphani, Salia neutra, Arcan. dupl. Tart. Vitriolat. Nitr. &c. Rad. & Herb. Chærefol.

2 Dolores & motus ſpaſticos mitigantia, Opiata legitime correcta, Tinct. Anodyna Langelotti, Ther. cœleſt. Maſſa Pil. de Cynogl. Cinnabarina, Nitroſa.

3 Motus febriles temperantia, ſalia neutra, Nitroſa, Lap. ♋. Percar. ☉. diaph. Eſſ. Alexiph. D. Stahlii, Emulſiones &c.

4 Calculi regenerationem impedientia, Herbæ traumaticæ, Veron. Hed. terr. Sanic. Pyrol. Vir. ☉. aliaque ſuperius de *Exulcerationibus* commendata.

Formulæ Remediorum.

1 Clyſter emolliens.

℞. *Decoct. emoll.* ℥ix. *Elect. lenit. ana.* ʒß.
adde Ol. Lil. alb. *Vitell. Ov. N. j. M.*

2 Alius.

℞. *Herb. Malv.* *Coq. in ſ. q. Aq. ſimpl.*
Pariet. *adde Ol. Chamom.*
Veron. ana. mj. *Terebinth. ana.* ʒß.
Flor. Chamom. mß. *Vitell. Ov. N. j. M.*

3 Decoctum Nephriticum Foreſti.

℞. *Sem. Malv.* *Sebeſt. N.* vij.
Alth. ää. ʒij. *ad* ʒiij. *Rad. Liquirit.* ʒvj.
Cicer. rubr. ʒiij. *Coq. in Aq. ſimpl.* ℔. iij. *ad*
4. frig. maj. ää. ʒij. *dimidiæ partis conſumptio-*
Hord. mund. ʒij. *nem Doſis* ʒiij. iv. *ſingulis*
Carie. pingu. N. viij. *2. vel 3. horis.*

4 Aliud.

℞. *Rad. Alth.* *Dactyl. ana. N.* v.
Liquir. ana. ʒvj. *Sem. Viol.* ʒj.
Herb. Malv. mj. *Coq. in ſ. q. Aq. hord. Colat.*
Carie. pingu. *D. calide ſæpius.*

5 Linctus emolliens.

℞. *Ol. Amygd. dulc.* ℥iß. *Sperm. cet.* ʒij. *M.*
Sir. violar. ʒvj. *D. tertia pars quavis hora.*

6 Species pro Balneo emolliente.

℞. *Herb. Malv.* *Includ. duobus ſaculis &*
Parietar. *coquantur in ſ. q. Aq. pro*
Chamom. c. ſter. *Balneo.*
Flor. Sambuc. ana. miij.

7 Unguentum emolliens.

℞. *Ungt. Dialth.* ʒj. *applicetur calide regioni lum-*
Ol. Scorp. *borum.*
Petrol. ana. ʒij. *M.*

8 Aliud.

℞. *Unguent. Dialth.* ʒj. *applicetur ut antea.*
Anod. ʒß. *M.*

9 Pulvis temperans.

℞. *Pulv. Antiſpam.* ʒij. *D. ſingulis duabus vel tri-*
Div. in 6. part. æq. *bus horis doſ. j.*

Alius.

℞. *Lap. Percar.* *Cinnabar.* ☉ii gr. xij. *M.*
Arcan. dupl. *Div. in 6. part. æq. D. ut an-*
Nitr. depur. ana. ℈ij. *tea.*

10 Pulvis temperans & anodynus.

℞. *Pulv. Antiſpam.* ʒij. *Div. in 6. part. æq.*
Spec. de Hyac. gr. xviij. *D. ſingulis tribus vel qua-*
MP. de Cynogl. gr. iij. *M.* *tuor horis.*

11 Potio temperans & leniter pellens.

℞. *Aq. Chærefol.* *Malvat. Junip.* ʒvj. *M.*
Veron. ana ʒij. *D. ſingulis 3. vel 4. horis co-*
Pulv. Antiſp. ʒij. *chl. ij.*

12 Potio temperans & anodyna.

℞. *Aq. Fragor.* *Teſt. Ovor. calc. ana.* ℈j.
Chærefol. ana. ʒij. *Ther. cœl. gr.* iij.
Lap. Percar. *Sacch. Perl.* ʒij. *M.*
Tart. Vitriolat. *D. ut antea.*
Nitr. depur.

13 Emulſio Lithontriptica.

℞. *Sem. Viol.* ʒß. *Colat.* ʒv. *adde*
Mil. ☉is. *Lap. Percar.*
Pap. alb. ana. ʒiß. *Teſt. Ov. calcin. ana.* ʒß.
Aq. Fragor. q. ſ. *Sacch. q. ſ. ad grat. M.*
F. l. a. Emulſio. *D. ſæpius cochlearia ali-*
quot.

14 Alia.

℞. *Amygd. dulc.* ʒß. *Colat.* ʒvj. *adde*
Sem. Mil. ☉. *Lap.* ♋. *præparat.* ʒj.
Violat. ana. ʒij. *Sacch. perlat. q. ſ. M.*
Aq. Veron. q. ſ. *D. ut antea.*
F. l. a. Emulſio.

15 Decoctum abſtergens.

℞. *Herb. Veron.* *Pimp. alb.*
Virg. ☉r. *Vincetox. ana.* ʒß.
Hed. Terreſtr. *Inciſ. Contuſ. Coq. in Aq.*
Sanic. *ſimpl.* ℔. iv.
Pyrol. ana. mj. *Doſis* ʒvj. *ter vel 4. quo-*
Rad. Liquirit. ʒj. *tidie.*

16 Tinctura abſtergens.

℞. *Tinct.* ☉ii *acr.* ʒij. *Doſ. 30. 40. gutt. mane &*
Eſſ. Succ. ʒß. *M.* *veſperi.*

17 Alia.

℞. *Tinct. reſolv.* ʒß. *ficienti vehiculo.*
Doſ. 40. 50. gutt. in ſuf-

18 Alia.

℞. *Tinct. Tart.* ʒiij. *D. ut antea.*
Eſſ. ſuccin. ʒj.

VII. *Methodus medendi.*

1 Cum calculus ſit res toto genere p. n. ante omnia in Paroxyſmo eo reſpiciendum eſt, ut calculus quantocyus e corpore expellatur, & dolores maximi hoc ipſo tollantur. Huic fini potiſſimum inſerviunt Clyſteres emollientes, quoniam horum ope partes interiores emolliuntur, & relaxantur, ut hoc modo calculus non ſolum eo commodius egredi queat, ſed etiam ſpaſmi mitigentur.

2 Eidem fini inſerviunt quoque Unguenta emollientia & anodyna regioni lumborum & abdomini parti inferiori ſecundum tractum ureterum calide, & ſæpius applicata.

3 Inſignem quoque opem præſtant Balnea emollientia artificialia, ſive ſemicupia, ſi iiſdem ægroti ad umbilicum aut ad ſtomachum uſque inſident, & quidem inpr. ſi Herbæ emollientes duobus ſaculis includuntur, & horum alter regioni lumborum, alter vero abdomini in balneo applicatur. Qui ſaculi quoque, ſi balneum quis reſpuit, in aqua vel lacte cocti dictis partibus imponi poſſunt.

4 Interne conveniunt quoque emollientia & lubricantia & inpr. Oleum Amygdalarum dulcium cum ſpermate Ceti ſæpius calide ſumptum.

5 Emolliendi & leniter pellendi fine ceteris remediis facile palmam præripit Decoctum Nephriticum Foreſti, inpr. ſi Pulvis Antiſpaſmodicus ipſius uſui interponitur, quod ſæpius obſervavimus.

6 Pellendi fine his quoque commendari meretur ſuccus Raphani, qui ſine promotione æſtus egregie pellit, inpr. ſi cum Decocto Nephritico Foreſti patientibus exhibetur.

7 Quoniam autem æſtus febriles utpl. concurrunt, ſupra præſumpta temperantia ſummo cum fructu reliquis remediis interponuntur.

8 Si vero dolores ſimul nimium urgent, commode talibus temperantibus admiſcentur opiata temperata, aut iiſdem in ſenibus ſubſtituuntur Emulſiones præſcriptæ, aut ad earum imitationem paratæ.

9 Excreto calculo, eo potiſſimum reſpiciendum eſt, ut renes abſtergantur, atque uberior calculorum regeneratio impediatur: quo in caſu omnia conveniunt remedia illa, quæ ſuperius ſub Abſtergentium nomine in Tabulis de Exulcerationibus commendata fuerunt, inprimis vero Decocta illa travmatica

ca & abſtergentia, ut & Tincturæ alcalinæ abſtergentes & Diureticæ.

10 Quibus tandem ſubjungantur talia remedia, quæ nervorum tonum reſtituere ſolent, inter quæ potiſſimum eminet Mixtura Tonica Stahlii, quæ ſimul Ventriculo, per vomitus labefactato, proſpicit.

11 Et cum ipſa alvi adſtrictio malum hocce ſæpius inſigniter augeat, eo potiſſimum reſpiciendum eſt, ut alvus præſervationis gratia continuo aperta ſervetur per lubricantia atque lenia laxantia, inpr. talia, quæ humorum motum aliquo modo temperare valent.

12 Tandem etiam præſervationis gratia inſignem habet uſum Venæſectio in pede, inprimis æquinoctiali tempore inſtituta, ut & ſcarificationes in ſubjectis ſuccolentis repetitæ, quatenus hoc modo humores, alias ad partem affectam ruentes & calculi regenerationem promoventes, revelluntur, & non ſolum dolores a congeſtionibus oriundi præcaventur, ſed etiam ulterior labes, (quoniam fere ordinarie partium, inpr. renum exulceratio conjuncta eſt) impeditur.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Quamvis alvus aperta tam curative, quam præſervative optima ſit, nunquam tamen ad acriora purgantia progrediendum eſt, quatenus calculum jam commotum ulterius movent, & hoc modo omnia ſymptomata una cum motibus febrilibus graviora reddunt,

2 Irritis omnibus aliis, Venæſectionem in pede inſtitutam optimo cum ſucceſſu fuiſſe, aliquoties obſervavimus, quod tamen ulteriori experientiæ commendamus.

3 Lithontriptica remedia ſumma cum cautela ſemper ſunt præſcribenda; ſi enim calculus eſt major, majora ſemper ab hiſce remediis, commoto jam calculo, metuenda ſunt mala.

4 Omnia volatilia remedia, Succinata, Terebintinata, Juniperina, non niſi cum ſumma cautela, præſcribantur, quoniam non ſolum humorum affluxum ad renes, ſed motus febriles augent, ac dolores longe acerbiores reddunt, imo ſæpius mictum cruentum excitant.

5 Specifica Lithontriptica calculum frangentia & comminuentia laudabilem raro edunt effectum, niſi calculus admodum friabilis fuerit.

6 Interim tamen negari nequit, dari poſſe remedia calculum revera comminuentia: ſive ea per os aſſumantur, ſive per ſyringam in veſicam injiciantur, ſi enim dantur menſtrua minime corroſiva, metalla varia, gemmas, perlas &c. ſolventia facile concludi poteſt, non impoſſibilem eſſe talem calculorum diſſolutionem.

7 Quoniam vero talia menſtrua pauciſſimis ſunt cognita, noſtris temporibus magis uſualis eſt Lithotomia, in qua tamen inſtituenda magnis cautelis opus eſt, de quibus in Chirurgia agemus.

8 Opiata in ſiſtendis doloribus Nephriticis minus proficua ſunt, quare non niſi refracta doſi exhibeantur.

LIBER III.

DE VITIIS SERI ET LYMPHÆ

AC

VARIIS INDE DEPENDENTIBUS AFFECTIBUS IN GENERE.

I. *Definitio.*

1 *Seri.* SErum eſt humor excrementitius per varia colatoria a reliquis humoribus laudabilibus ſeparari & excerni ſolitus, quantitate & qualitate multis morbis anſam præbens.

2 *Lymphæ.*
Lympha vero eſt humor laudabilis nutritioni corporis inſerviens, rarius quantitate, frequentius vero qualitate varios affectus producens.

II. *Differentia.*

1 *Reſpectu materiæ*, ſerum conſtat ex partibus aquoſo halituoſis, bilioſis, terreo-ſalinis & mucoſis: lympha vero ex aqueo-gelatinoſis & pinguibus.

2 *Reſpectu morborum* ab iis dependentium, alii a ſeri & lymphæ quantitate, alii vero ab eorum qualitate dependent.

III. *Signa*

1 *Efluxus* ſeri copioſus per conſueta ſeri excrementa cum variis moleſtiis conjunctus: ut in *Coryza*, *Lippitudine*, *Salivatione*, *Tuſſi & Aſthmate humido*, *Vomitu*, *Diarrhœa*, *Cholera*, *Lienteria*, *Fluxu cœliaco & Hepatico*, *Dyſenteria benigna*, *Incontinentia Urinæ & Diabete*, *Pollutione nocturna*, *Gonorrhœa & Fluore albo ſimplici ac Sudore nimio*.

2 *Suppreſſiones* conſuetorum ſeri fluxuum, variis ſymptomatibus ſtipatæ, uti in *Gravedine* & huic ſæpius juncta *Cephalalgia catarrhali*, *Salivæ defectu* ac *Oris ſiccitate*, *Raucedine*, *Tuſſi ſicca*, *Sudore ſuppreſſo*, *Ictero*, *Obſtructione alvi*, *Flatibus*, *Dyſuria*, *Iſchuria & Stranguria*.

3 *Stagnationes* & *Staſes* ſeri in variis partibus v. g. in *Oedemate*, *Cachexia & Chloroſi*, *Leuco-phlegmatia*, *Anaſarca*, *Aſcite*, *Tympanite*, *Hydrocephalo*, *Hydrope Pectoris*, *Uteri*, *Hydrocele & Hydromphalo*.

4 Variæ *Corruptiones* & *Exulcerationes*, uti in *Scabiei variis ſpeciebus*, *Scorbuto*, *Gonorrhœa virulenta*, *Lue Venerea*, *Fœtore Oris & Sudoris*. Reliqua ſub affectibus ſpecialibus occurrent.

IV. *Subjectum.*

1 *Ratione ætatis* Pueri & Senes magis quam reliquarum ætatum homines.

2 *Ratione Sexus*, feminæ præ viris.

3 *Ratione Temperamentorum* Phlegmatici & Sanguinei magis, quam Cholerici ac Melancholici.

4 Laute viventes & otio dediti.

5 Potui nimium indulgentes.

6 Variis aeris alterationibus obnoxii.

7 Neceſſarias Secretiones & Excretiones negligentes.

8 Quibus ſerum vel per cauſas internas, vel per miaſmata externa inquinatur. Ut alia de quibus in affectibus ſpecialibus ſermo erit, ſilentio prætereamus.

V. *Prognoſis.*

1 Quo magis invaleſcunt fluxus ſeri & lymphæ, eo difficilius poſtmodum curantur.

2 Fluxus ſeri ſemper meliores ſunt, quam ſtagnationes & corruptiones.

3 Uti Hæmorrhagiæ, ita & ſeri ac lymphæ fluxus in conſuetudinem facile abeunt, atque certa & periodica obſervant tempora.

4 Fluxus ſeri imprudenter tractatos aut ſubito ſuppreſ-

preſſos graviſſima ſequuntur mala.

5 Quo magis acre eſt ſerum, eo facilius partium, per quas excernitur, excoriatio jungitur vel ſequitur.

6 Serum admodum mucoſum, aut pituitoſum facile partium obſtructiones & corruptiones producit.

VI. *Remedia.*

1 Serum nimis fluxile incraſſantia & corrigentia: Mucilago hordei, Gelatinæ, Radix Althææ, Liquiritiæ, Nitroſa, Abſorbentia &c.

2 Serum nimis ſpiſſum reſolventia & attenuantia, uti ſunt Radices Ari, Angelicæ, Pimpinellæ albæ umbelliferæ, Vincetoxici, Gentianæ, Enulæ, Galangæ, Zedoariæ, Ulmariæ, Imperatoriæ, Leviſtici, Tinct. Tart. Antimon. Tartariſat. Eſſ. Pimpin. alb. Eſſ. ſucc. Eſſ. alexiph. Salia fixa & Neutra, Tart. Vitriolat. Nitr. Antimoniat. Tart. ſolub. Sal. Onon. Geniſt. Gumm. Ammon. Heder. Junip. Extr. Cochlear. Fumar. centaur. min. &c.

3 Serum correctum evacuantia, uti ſunt Purgantia, Diaphoretica, Diuretica, Salivantia, Expectorantia.

4 Particulas ſeri corruptas corrigentia & evacuantia, uti ſunt, præter antea recenſitas Radices alexipharmaco diureticas, omnia anti-catarrhalia, Decocta Lignorum, Mercurialia &c.

5 Partibus læſis ſive exulceratis proſpicientia, eaſque mundificantia, uti ſunt remedia varia Balſamica, abſtergentia, exſiccantia, conſolidantia. Ungu. Mercurialia, Ungu. alb. & rubr. camphorat. Balnea abſtergentia &c.

6 Partes interne roborantia: Tinct. ♂tis Ludovici, Crocus ♂tis Stahlii, Pulvis cachect. Ludovici, Mixtura Tonica.

Formulæ Remediorum:

1 Decoctum incraſſans.

℞. *Hord. mund.* *Dactyl. ñ. N.* IV.
Rad. Alth. *Paſſul. min.* ʒvj.
Liquirit. *Inc. coq. in Aq. ſ. q. ſ.*
Polyp. a. ʒj. *Colat. D. ſæpius calide.*
Fic. pingu.

2 Oleum incraſſans.

℞. *Oleum Amygd. dule.* *Sperm. cet.* ʒij. *M.*
ʒj. *pro* 3. *vel* 4. *doſ.*

3 Emulſio incraſſans.

℞. *Amygd. dulc.* ʒiſs. *Colat. adde*
Decoct. hord. mund. q. ſ. *Sacch. canar. q. ſ. M.*
F. l. a. Emulſio. *D. ſæpius.*

4 Infuſum reſolvens.

℞. *Rad. Pimp. alb.* *Cent. minor a.* mſs.
Vincetox. a. ʒſs. *Cort.* ⊙*nt.*
Ari. *Citr. a.* ʒij.
Zedoar. a. ʒj. *Cinnam. ac.*
Herb. Meliſſ. *Sal. Abſinth. a.* ʒj.
Menth. *Inc. infund. in Vin. alb.*
Roſmar. ℔. IV.

5 Infuſum reſolvens & laxans.

Adde prædictis ſpeciebus. *Fibr. hell. nigr.*
Rhab. elect. a. ʒj.
Fol. ſenn. ſ. ſ. ʒj. *infund. in Vin. q. ſ.*

6 Decoctum mundificans externum.

℞. *Decoct. Calc. viv.* ʒIV. ♀. *dulc.* ʒj. *M.*
Aq. Plantag. ʒij. *applicetur calide cum linteaminibus locis exulceratis.*
Sacch. Saturni ʒij.

7 Unguentum mundificans.

℞. *Ungt. rubr. camph.* ʒſs. ♀. *præcip. rubr.* ʒj. *M.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Serum nimis fluxile ſalſum & acre ante omnia eſt incraſſandum, ne acrimonia ſua falſa partes, quas præterlabitur, erodat, uti id ſæpius contingit in Coryza & Tuſſi.

2 Si vero ſerum eſt nimis mucoſum & ſpiſſum per incidentia & reſolventia ad excretionem faciliorem præparari debet.

3 Poſtea vero excretio ſeri ad partes congeſti, quantum quidem fieri poteſt, promoveri debet, ne ſub diuturniori ſtagnatione noxam partibus inferat.

4 Cum vero ſæpius affluxus ſeri ab aliis partibus nimius ſit, hic intercipiendus & ſerum per alia convenientia loca evacuandum eſt, quod pro diverſitate affectuum præſtant Laxantia ſelecta, Diaphoretica, Diuretica, quæ reliquis incraſſantibus & reſolventibus commode interponuntur.

5 Partibus internis per diuturnum affluxum debilitatis per remedia tonico-diſcutientia proſpiciatur, partim ut fibrarum partium tonus reſtituatur, partim ut ſeri ad haſce partes nova regurgitatio præcaveatur.

6 Si in partibus externis læſio quædam a ſeri corruptione nata eſt, applicentur pro diverſitate affectuum varia unguenta, pulveres &c. de quibus hinc inde variis Tabulis ſermo erit.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In incraſſandis humoribus ſemper eo reſpiciendum eſt, ne per abuſum eorum fibræ partium nimis relaxentur & hoc modo humorum propter dilatatos poros affluxus augeatur.

2 In nimia ſeri fluxilitate & acrimonia uſus Alexipharmacorum, inpr. calidorum, pariter noxius eſt, quare temperantia lenia & incraſſantia provide hiſce interponenda ſunt.

3 In ſeri nimia mucoſitate fortiora reſolventia nocent, quare initium ſemper fiat a mitioribus.

4 Abſtinendum quoque eſt a Purgantibus acribus & draſticis in ſeri affectibus, ſi vero morbi vel ſubjecti conditio eadem admittit vel poſtulat, cum debitis cautelis exhibeantur.

5 Diſcutientibus & tonicis in affectibus ſeroſis nullus eſt locus, niſi præparantia & evacuantia præmiſſa fuerint. Reliquas cautelas vide hinc inde in variis affectibus.

SECTIO I.

DE

FLUXIBUS SERI & LYMPHÆ PRÆTERNATURALIBUS.

CAPUT PRIMUM.

De Coryza humida.

I. Definitio. COryza eſt ſeri plus vel minus mucidi & ſalſi, per nares & ſæpius etiam per fauces, ut plurimum cum ſternutatione, conjuncta excretio, a ſeri cum ſanguine verſus caput congeſtione orta.

II. *Differentia.*

1 Coryza *humida* differt a *ſicca*, quod in hac, etſi facta ad caput congeſtione, nihil excernatur, cum e contra in ea, de qua hic ſermo eſt, inſignis ſeri mucoſi copia excernatur.

2 Alia eſt *recens*, alia *habitualis*.

3 Alia eſt *vaga*, alia *periodica*, certi anni tempora obſervans.

III. *Signa.*

1 Efluxus ſeri primo limpidi & aliquo modo mucidi per nares & fauces.

2 Frequentes ſternutationes & haſce præcedentes narium titillationes moleſtæ.

3 Narium, ſi ſerum eſt nimis acre & ſalſum, eroſiones ſuperficiariæ.

4 Fluxus ſeri ex canthis oculorum & inpr. internis, cum viſus aliquali hebetudine ac oculorum dolore, inpr. ſi lumini vel ſoli exponuntur.

5 Stupor capitis & ſenſus gravativus inpr. ſupra oculos & circa radicem naſi.

6 Tuſſis interdum cum raucedine conjuncta, inpr. ſi materia ſeroſa acris copioſius ad fauces fluit.

7 Frequentes horrores & toni habitus corporis alterationes ſive horripilationes, cum aliquali calore ſæpius alternantes.

8 Aurium tinnitus pro ſubjectorum conditione frequenter repetentes.

9 Effluxus poſtea muci admodum ſpiſſi & tenacis, qui non niſi fortiori emunctione e naribus prodit.
10 Olfactus ut plurimum nullus, interdum vero ſenſus inſignis fœtoris.
11 Sapor vel depravatus, vel nullus, cum appetitu proſtrato.
12 Sitis in quibuſdam ſatis quidem gravis, ut pl. tamen cum potulentorum averſatione conjuncta, in quibuſdam quoque ejuſdem defectus.
13 Somnolentia, ſomnus vero turbulentus vires non reſtaurans, ſed potius corpus fatigans.
14 Laſſitudo inſignis totius corporis & torpor in actionibus animalibus.
15 Alvus ut pl. ſegnis, urina pauca cum ſudoris emanſione aut ſuppreſſione.

IV. *Subjectum:*
1 Homines temperamenti Phlegmatici aut Phlegmatico-ſanguinei, Plethorici.
2 Juniores præ adultis, poſt ſuppreſſam tranſpirationem per refrigerationem corporis.
3 Feminæ præ Viris.
4 Adulti etiam & Viri quibus adhuc congeſtiones ad caput ſine ſuccedente Hæmorrhagia fiunt.
5 Senes catarrhalibus affectibus antea ſæpius obnoxii.
6 Homines quibus conſuetæ ſeri evacuationes, Sudores ſcil. & Diarrhœæ ſpontaneæ ſupprimuntur aut emanent.
7 Qui purgationes, venæ ſectiones & ſcarificationes conſuetas circa æquinoctia negligunt.
8 Qui pulveribus ſternutatoriis abutuntur, aut ab horum pulverum ac fumi tabaci conſueto uſu ſubito deſiſtunt.
10 Qui nimio ☉ris exercitio vigore ſanguinis ſpoliati ſunt.
11 Qui in aere frigido humido, aut humido calido verſantur.
12 Homines torpidi & ſomno nimium indulgentes.

V. *Prognoſis.*
1 Coryza humida per ſe periculo caret, imo ſtatis temporibus inpr. circa æquinoctia repetens ſalutaris eſt, & a multis affectibus ſeroſis capitis præſervat, quatenus non ſolum multæ partes mucoſæ ſalinæ acres excernuntur, ſed etiam per frequentiores ſternutationes, totum corpus omneſque partes inſigniter commoventes, reliqui mucoſi humores magis reſolvuntur, & e partibus ubi ſtagnationes & excoriationes moliuntur, excutiuntur, ac per convenientia loca expelluntur.
2 Nimis diu tamen durans facile habitualis fit, & nimius humorum ſeroſorum decubitus ad caput facile variis malis a ſero oriundis viam ſternit.
3 Coryza chronica facile tollit olfactum.
4 Colluvies illa ſeroſa acris, ſi non ſufficienti copia per nares excernitur, facile deponitur ad fauces & pectus cum metu eroſionis aut exulcerationis Pulmonum Phthiſicæ.
5 In ſenibus frequentes coryzæ, ſi effluxus muci non rite procedunt, ſæpius ptodromi Apoplexiæ ſeroſæ & Paralyſis ſunt.
6 Sin vero relicta conſueta via in hiſce aut alias debilitatis, humorum ſeroſa mucidorum ad pectus deſcenſus fit, non tantum aſthmata chronica, ſed etiam interdum catarrhi ſuffocativi ſequuntur.
7 Coryzæ humidæ facile jungitur febris catarrhalis, infantibus non raro funeſta.
8 Quo magis acris eſt materia, eo facilius metuenda eſt membranæ narium interioris eroſio.
9 Eroſionem hancce interdum ſequuntur ulcera narium & Ozænæ, inpr. ſi corpus antea fuit inſigniter cacochymicum.

VI. *Remedia.*
1 Materiam acrem tenuem incraſſantia, Abſorbentia: Lap. ♋. Mat. perl. ♁. diaph. Nitroſa, ſalia digeſtiva, neutra, Anodyna: M. P. de Cynogloſſa.
2 Spiſſam reſolventia, uti ſunt anticatarrhalia: Radix Angelicæ, Pimpinellæ albæ, Ari, Vincetoxici, Bardanæ, Petaſitidis &c. Eſſentiæ ex his paratæ, v. g. Eſſentia alexipharmaca, Scordii, Pimpinellæ albæ, ut & Eſſentia ſuccini, Lignorum, Tinctura Tartari, Antimonii acris, Liquor. C. C. ſuccin. &c. externe odor ſpir. Salis Ammon.
3 Nimium ſeri affluxum ad caput intercipientia & ad alia loca derivantia, uti ſunt Diaphoretica & Diuretica, anticatarrhalibus, ubi hiſce opus eſt, vel juncta, vel interpoſita, Laxantia ex Mercur. dulc. Extract. Panchymag. Crollii, Eſſ. helleb. nigr. Pilulæ Stahlianæ, Becherianæ, Balſamicæ viſcerales, antirhevmaticæ, pediluvia.
4 Externa reſolventia & diſcutientia capiti & temporibus applicata, cucuphæ, &c. inprimis vero camphorata.
5 Tonica ſive caput roborantia, quorſum potiſſimum pertinet Mixtura Tonica D. Stahlii.
6 Præſervantia: Venæ ſectiones, ſcarificationes & purgationes tempore æquinoctiali inſtitutæ.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans & diapnoicus.

℞. *Matr. perl.* *M. P. de Cynogl. gr. iſſ. M,*
♁. *diaph.* *div. in 3. p. æq.*
Nitr. depur. a. ℈j. *D. ſingulis 3. vel 4. horis.*

2 Alius.

℞. *Lap.* ♋. *Spec. de hyacinth. a.* ℈ſſ.
Tart. Vitriolat. *M. P. de Cynogl. gr. ij. M,*
Nitr. depur. a. ℈j. *div. in 4. p. æq.*
Bez. min. *D. ut antea.*

3 Mixtura reſolvens.

℞. *Eſſ. alexiph.* ℥ij. *Doſ.* 25. 30. *gt. bis vel ter*
ſuccin. ℥j. *M.* *per diem.*

4 Alia.

℞. *Eſſ. pimpin. alb.* ℥ij. *Tinct.* ☉*ii acr. a.* ℥j. *M.*
ſucc. *doſis eadem.*

5 Epithema.

℞. *Aq. Reg. Hung.* *a.* ℥vi. *M.*
Spir. Vin. camph. *pro uſu externo.*

6 Pilulæ.

℞. *Pil. balſam. viſc.* ℥j. *doſ.* 15. 20. *mane aut veſperi.*

7 Aliæ.

℞. *Pil. antirhevmat.* *doſis* 3. *vel* 5. *veſperi in*
N. xv. *quocunque vehiculo.*

8 Bolus laxans.

℞. *Conſerv. roſar.* ℈ij. *Ref. Jal. gr. iij.*
☽. *dulc. gr.* xii. *Sir. roſ. ſol. q. ſ. M.*

VII. *Methodus medendi.*
1 Materia nimis tenui exiſtente exhibeantur remedia, abſorbentia, nitroſa &c. eam incraſſantia & corrigentia, ad præcavendam narium & faucium excoriationem.
2 Ubi vero plus juſto ſpiſſior eſt materia excernenda, remediis incidentibus, quantum quidem poſſibile, reſolvatur: cui fini vel Mixturæ præſcriptæ, vel decoctum lignorum, quod majoris hic, quam eſſentiæ ex lignis paratæ, eſt efficaciæ, vel infuſa herbarum & radicum anticatarrhalium temperatarum, inſervire poterunt.
3 Hiſce pro circumſtantiarum conditione vel præmitti vel interponi poſſunt remedia laxantia ex Mercurio dulci, Maſſa Pil. de Succino &c. inpr. quando affluxus materiæ catarrhalis nimius eſt ad caput, hoc enim modo materia ad partes inferiores derivatur & per alvum evacuatur, ac incommoda in capite & pectore metuenda præcaventur. Huc pertinent quoque Pilulæ veræ Becherianæ, quæ aliis incidendo roborando & evacuando palmam facile præripiunt. Nec minoris ſunt efficaciæ Pilulæ noſtræ anthirhevmaticæ, quæ omnem mucoſitatem ſpatio paucorum dierum incidunt, & per alvum educunt.
4 Tempore veſpertino reliquis remediis jungantur pediluvia, ut hoc modo relaxatis partibus inferioribus caput eo magis a nimio affluxu ſeri mucidi liberetur.
5 Reliquis remediis interponantur diapnoica lenia remedia, hæc enim remediis incidentibus juncta coryzam brevi quoque tollunt.
6 Si coryzæ acriori inſignis accedit capitis dolor, eum, præparata prius materia, nitroſa, cinnabarina cum momento MP. de Cynogl. optime leniunt, inpr. ſi tempore veſpertino exhibentur.

7 Ma-

7 Materia ſufficienter inciſa & reſoluta, aut legitime præparata, in uſum trahantur quoque externa, & inprimis camphorata, quæ in hoc caſu præ ceteris ſunt proficua.

8 Præſervationis gratia, in ſubjectis ad coryzam maxime diſpoſitis inſtituantur Venæ ſectiones circa æquinoctia, quibus incidentia, laxantia & diapnoica mucoſitatem ſeri tollentia, quantitatem ejuſdem imminuentia atque hoc ipſo ſeri mucidi ad caput affluxum intercipientia, jungantur: imo ipſa venæ ſectio mature in Plethoricis ſubjectis inſtituta, curationem coryzæ maxime promovet, inpr. ſi incidentia & reliqua remedia ſtatim ſubjunguntur.

9 Cibi, ſi largiter aromatibus condiuntur, phlegmaticis maxime conveniunt.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Si materia nimis calida & acris fuerit, vitentur remedia anticatarrhalia calida, quæ materiam magis acrem reddendo ac malum exaſperando, non ſolum majori affluxui ad caput, ſed etiam depoſitioni materiæ ad fauces & pectus cum metu exulcerationis harum partium anſam præbent.

2 Eundem ſæpius effectum edunt pilulæ cephalicæ, quas purgantia acria ingrediuntur.

3 Aer frigidus & humidus uti coryzam ſæpiſſime, humores condenſando & tranſpirationem impediendo, producit, ita etiam eam jam factam non ſolum diutius fovet, ſed longe graviorem reddit, quare talis aer ſummo ſtudio fugiendus & temperate calidus potius eligendus eſt.

4 Externa diſcutientia nunquam, niſi præmiſſis materiæ vitioſam qualitatem corrigentibus, applicentur: hoc enim neglecto, materia, vel ad alias partes diffunditur, vel in majorem motum concitata affectum una cum reliquis ſymptomatibus exaſperat: hoc in paſſu præ cæteris male audiunt vapor aceti calidi, ſuffimigia ex ſaccharo, ut & ex Maſtiche, Thure &c. naribus excepta. Ipſa quoque ſalia volatilia urinoſa, utut in coryza, a materia mucoſa craſſiore dependente, quoad uſum externum proficua ſint, in acriore tamen & a tenui materia originem trahente malum gravius reddunt & narium excoriationem promovent.

5 Omnia calida externe applicata, uti ſunt cucuphæ ex herbis & radicibus aromaticis paratæ, ac Balſama cephalica in ſanguineis cholericis, & Plethoricis cephalalgiam vel augent, vel producunt, quare non niſi Phlegmaticis, ſi præparantia præmiſſa fuerint, præſcribantur.

6 Pulveres errhini & ptarmici, quibus quidam ad profligandam coryzam utuntur, ſæpius malum gravius reddunt & ad coryzam habitualem diſponunt.

7 In coryza habituali Fonticuli & Setacea raro laudabilem edunt effectum, frequentius vero, inprimis ſi iterum clauduntur, graviora mala poſt ſe trahunt, quare iiſdem interna methodica curatio per frequentiores Laxationes, lenes Diaphoreſes, aut Diureſes longe eſt præferenda.

CAPUT QUARTUM.

DE

Lippitudine ſive Ophthalmia ſeroſa.

I. *Definitio.* LIppitudo eſt ſeri plus vel minus acris & fluxilis ex glandulis oculorum cum vel ſine dolore continuus effluxus, a congeſtione humorum ſeroſorum ad oculos & glandularum relaxatione originem trahens.

II. *Differentia.* Differt Lippitudo

1 Ab *Ophthalmia vera*, quæ ſignis vere inflammatoriis ſe manifeſtat, rubore ſcil. ardore & dolore fatis inſigni, quæ tamen ſigna in Lippitudine, de qua nobis ſermo eſt, ut plurimum non reperiuntur.

2 Ab Ophthalmia ſicca reſpectu fluxus lacrymarum in hac deficientis, in noſtra vero excedentis.

3 Differt etiam gradibus Lippitudo.

a Quando lympha tantum ſeroſa & inſipida e glandulis effluit.

b Quando materia illa eſt ſalſa, acris.

c Quando oculi rubedine inflammatoria cum dolore mordicante afficiuntur.

d Quando eroſio ſuccedit cum conſumptione glandulæ lacrymalis & ſuccedente fiſtula lachrymali.

4 Alia brevi tantum tempore affligit, quando ſcil. humorum catarrhalium ad oculos ſubitanea fit congeſtio: alia vero eſt chronica & habitualis, quæ præter continuum humorum ſeroſorum affluxum inſignem quoque glandularum laxitatem conjunctam habet.

III. *Signa.*

1 Effluxus ſeri ex glandulis lacrymalibus involuntarius.

2 Rubedo interdum oculorum inflammatoria.

3 Viſus aliqualis hebetudo, cum dolore oculorum magis vel minus mordicante, præſentibus inprimis objectis lucidis.

4 Eroſio nonnunquam glandularum lacrymalium levior in ſenſus incurrens.

5 Serum effluens modo fluidum, modo ſpiſſum palpebras conglutinans, inpr. tempore nocturno.

6 Lympha ſalſa per ipſas quoque nares interdum vel cum, vel ſine ſternutatione effluens.

7 Materia purulenta in quibuſdam canthum oculi interiorem obſidens, effluens & vicinas partes arrodens.

IV. *Subjectum.*

1 Homines reſpectu ætatis juniores, quibus congeſtiones fiunt ad caput: non excluſis tamen ſenibus, catarrhalibus capitis defluxionibus obnoxiis.

2 Phlegmatici aut Phlegmatico-Sanguinei præ Cholericis & Melancholicis, quorum corpora magis ſunt ſicca & hinc ad ſeri fluxus minus prona.

3 Qui frequentius coryza humida laborarunt aut quibus coryza tam habitualis, quam periodica per imprudentem medicationem ſuppreſſa fuit.

4 Quibus cruſta lactea aliæque capitis exulcerationes per remedia inconvenientia ad interiora repulſæ fuerunt.

5 Quibus conſuetæ narium Hæmorrhagiæ eman ſerunt, aut per adſtringentia ſuppreſſæ fuerunt, præſentibus tamen adhuc moliminibus ad eas inſtituendas.

6 Quibus fonticuli & ſetacea propter capitis & oculorum affectus excitata, neglecta interna ſufficienti medicatione exſiccata fuerunt.

7 Qui aeri nimis frigido, aut etiam nimis calido, aut vaporibus corroſivis oculos expoſuerunt.

8 Feminæ & viri poſt Hæmorrhoidum & menſium ſuppreſſionem varias ad caput congeſtiones experti, aut conſuetas ſanguinis ventilationes negligentes.

V. *Prognoſis.*

1 Lippitudo infantum tanti momenti non eſt, & ſæpius ſuccedentibus annis ſponte ceſſat.

2 Inveterata tamen facile fiſtulam lacrymalem poſt ſe trahit, inpr. ſi ſerum effluens eſt maxime acre & ſalſum.

3 Quo magis inveterata eſt Lippitudo, eo magis rebellis eſt & difficulter admodum curationem admittit.

4 Lippitudo cum lacrymali fiſtula conjuncta non niſi hac curata ceſſat.

5 Lippitudo ſemel curata facile præſentibus cauſis internis & concurrentibus externis recurrit.

6 Lippitudo in acutis occurrens ordinarie malum eſt ſignum.

7 Lippitudo nimis ſubito per adſtringentia externa ſuppreſſa vel viſus debilitatem, vel decubitum ſeri ad partes vicinas, vel inflammationem poſt ſe trahit, aut denuo recrudeſcens longe gravius affligit.

VI. *Remedia.*

1 Laxantia, ſordes primarum viarum & ſuperfluum ſerum evacuantia, ac ſimul nimium ſeri ad caput fluxum invertentia, quorſum ſpectant inpr. Mercur. dulc. Jalappa, Pilulæ Becherianæ, Balſamicæ viſce-

rales, antirhevmaticæ, Magnesia alba rite præparata, Sal Catharticum amarum.

2 Incidentia, Resolventia, Diaphoretica & Diuretica: Radices anticatarrhales supra sub coryza allegatæ Essent. Pimp. alb. Alexipharm. Succini, Lignorum, L. sassafr. Tinct. Tart. Antimonii, resolvens, Liqu. C. C. succin Antimon. diaph. Bez. miner. Nitr. depur. Tart. Vitriolat. Cinnab. Antimonii &c.

3 Revellentia, præter Purgantia scil. Pediluvia, Venæsectiones & scarificationes in pedibus, si ætas & temperamentum eorum usum permittit: fonticuli in suris excitati, aut vesicatoria iisdem locis, aut etiam nuchæ applicata.

4 Discutientia & leniter adstringentis externa, partemque affectam roborantia, spir. Vin. Camph. Camphora collo appensa, Tutia, Vitriol. alb. Sacchar. Saturni, Crocus &c.

5 Cauterisatio glandulæ per ignem vel potentialem vel actualem dextre instituta, ac postea remedia mundificantia & consolidantia.

Formulæ Remediorum.

1 Bolus purgans.

℞. *Conserv. flor. Persic.* ℈ij. *Ref. jalap. gr. iij. Sir. ros. sol. q. s.* *Merc. dulc. gr.* xv. *M. F. Bolus.*

2 Alius.

℞. *Conf. rosar.* ℈ij. *Sir. fl. persic. q. s.* *Merc. dulc.* *M. F. Bolus.* *Jalap. a. gr.* xii.

3 Pilulæ.

℞. *Pilulæ Stahlii* ℥j. *dos.* xv. xx.

4 Aliæ.

℞. *Pil. Balsam. vise.* ℥j. *dosis eadem.*

5 Aliæ.

℞. *Pil. antirhevmat.* ℥j. *dos.* v. vii.

6 Esl. incidens.

℞. *Ess. alexiph.* ℥ij. *dos.* 25. 30. *gt.* *succin.* ℥j. *M.*

7 Alia.

℞ *Ess. Pimp. alb.* *succin.* *L. Sassafr. a.* ℥j. *M.* *dosis eadem.*

8 Alia.

℞. *Ess. Pimp. alb.* ℥ij. *Liq. C. C. succin.* ℥j. *M.* *dosis eadem.*

9 Alia.

℞. *Tinct. Antimonii* ℥ij. *Spir. C. C.* ℥j. *M.*

10 Potiuncula Diuretica.

℞. *Aq. rub. id.* ℥v. *Pulv. antispasmod.* ℈vi. *Sacch. perlat.* ℥ij. *M. dos. cochl. ij. singulis 2. vel 3. horis.*

11 Alia diaphoretico-diuretica.

℞. *Aq. fragar.* *fl. acac. a.* ℥ij. *Antimon. diaph.* *Nitr. depur. a.* ℈ij. *Cinnab. Antimonii gr.* xv. *Sacch. perlat.* ℥j. *M.* *D. ut antea.*

12 Pulvis diaphoretico-diureticus.

℞. *Antimonii diaph.* *Crysl. mont. ppt.* *Nitr. depur.* *Tart. Vitriolat. a.* ℈j. *Cinnab. Antimonii gr.* xii. *M.* *div. in 4. p. aq.* *D. singulis 4. horis.*

13 Alius diureticus.

℞. *Lap.* ♌. *Percar.* *Tart. Vitriolat.* *Nitr. Antimoniat. a.* ℈j. *M.* *div. in 4. part. aq.* *D. ut antea.*

14 Collyrium.

℞. *Aq. fenic.* *Euphras. a.* ℥j. *Tut. ppt. gr.* xv. *Croc. or. gr. ij. M.*

15 Aliud.

℞. *Aq. fl. cyan.* *calcatrip. a.* ℥vj. *Vitriol. alb. gr. vj.* *Tut. ppt.* ℈ß. *M.*

16 Aliud.

℞. *Aq. Rosar.* *fl. Cyan.* *Plantag. a.* ℥vj. *Rad. torment.* ℥ij. *Alum. gr.* v. *M.*

17 Aliud.

℞. *Aq. Euphras.* *Calcatrip. a.* ℥j. *Vitrioli alb. gr. vj.* *Sacch. Saturni* ℈ß. *M.*

18 Aliud.

℞. *Tut. ppt.* *Sarcocoll. a.* ℈j. *Vitrioli Roman.* *Semen Sumach. a.* ℈ß. *ligata in nodulo infund. in Aq.* *Euphras.* *Rosar.* *Fœnic. a.* ℥j. *quæ agitata invicem pro Collyrio oculis instilla aut his etiam oculi fomententur. Vid.* Ettmull. Tom. II. p. 656. *ubi plures tales formulæ satis elegantes & experientia probata occurrunt.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Ante omnia removeantur sordes primarum viarum & serum superfluum per repetitas purgationes cum Merc. dulci aut remedia ex Jalapa parata, inpr. per specificum Jalapinum aut per Magnesiam albam spatio sex vel octo dierum ad ℈ij. vel ℥j. exhibitam, evacuetur.

2 Quo facto ad dyscrasiam humorum tollendam exhibeantur antea præscriptæ Mixturæ Diaphoretico-Diureticæ & discutientes, iisque interponantur Potiunculæ ex Aquis destill. Antimon. diaph. Nitro &c. paratæ.

3 Eo melius autem tota curatio procedit, si antea allegatis discutientibus vel præmittuntur vel interponuntur Pilulæ Stahlianæ, Balsamicæ viscerales aut antirhevmaticæ, quippe quæ corrigendo, incidendo & evacuando per alvum & urinam reliqua remedia facile hoc in morbo superant.

4 Facta sufficienti Massæ sanguineæ depuratione & humorum discussione, externe, ad constringendas partes relaxatas, collyria tonica & leniter adstringentia applicentur.

5 Hisce vero, ut & pediluviis Venæsectionibus & scarificationibus (quæ mature institutæ, inprimis si malum a congestionibus sanguinis originem trahit, sæpius malum hocce admodum mitigant) nihil proficientibus, Vesicatoria emplastra vel nuchæ, vel brachiis vel suris applicentur, aut in malo habituali fonticuli brachiis vel suris inurantur, ut hoc modo humores ad caput fluentes, versus hasce remotas partes deriventur.

6 Morbo curato ejusdem recursus præcaveatur in subjectis plethoricis per Venæ sectiones æquinoctiales ac scarificationes, ut & per blandas laxationes eodem tempore institutas, alvi enim laxitas curative & præservative prodest.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Omnia fortiora purgantia & acria, inpr. vero vomitoria, quia Massam sanguineam nimium commovent, fugiantur.

2 Nec etiam reliqua laxantia aut lenia purgantia, nisi simul discutientia & resolventia fuerint, nimis diu continuentur, ne malum cum dyscrasia humorum interim nimis altas agat radices.

3 Nihilominus tamen remedia præcipue resolventia discutientia & per alia loca evacuantia diu continuanda sunt, ut malum, si fieri potest, radicitus tollatur: quod si negligatur, medicatio ut plurimum palliativa magis quam curativa est.

4 Remedia volatilia discutientia in principio morbi nocent, quatenus cacochymiam nimium commovendo translationem humorum ad caput, maxime augent, aut aliis adhuc gravioribus malis portam pandunt: quare non nisi præmissis evacuationibus & Massam sanguineam depurantibus remediis præscribantur.

5 Adstringentia fortiora aut etiam lenia, sine præmissa sufficiente evacuatione & discussione malum non solum exasperant, sed & humores acres in poris incarcerando exulcerationi glandularum ipsorumque oculorum ansam præbent: imo interdum materiam acrem repellendo labem partium internarum, tam proximarum, quam aliquo modo remotiorum, in primis vero pulmonum producunt.

6 Vesicatoria nuchæ aut pone aures applicata interdum quidem aliquem, si aliquandiu apertæ servantur, sed ut pl. magis temporaneum, quam constantem habent usum: imo si nullo habito ad subjecta, præcipue temperamenti, respectu, applicantur, sæpius majorem, partibus acribus salino-causticis dyscrasiam humorum augendo, edunt noxam: quare in

hisce

hiſce ancipitibus remediis ſuadendis Medicus admodum cautus ſit neceſſe eſt.

7 Idem fere judicium de fonticulis, in malo gravi chronico & jam habituali excitatis, eſt ferendum, quamvis enim interdum aliqualem habeant uſum, quando ſcil. diutius fluunt & materia acris ad illos derivatur atque evacuatur, raro tamen conſtans hæc eſt curatio: quam primum enim, ſi ægri eorum pertæſi ſunt, clauduntur, non ſolum priſtinum malum recrudeſcit, ſed & graviora incommoda poſt ſe trahit: quare interna continuata medicatio, niſi ſumma neceſſitas horum uſum aliquo modo permittat, iis ſemper præferenda eſt. Et ſi propter varia incommoda, præcipue vero quoniam ſubjecta juniora maxime debilia reddunt, fonticulos claudere animus eſt, iiſdem clauſis evacuantia & diſcutientia Diaphoretico-Diuretica ſubjungantur.

8 Alliacea, porracea, raphanacea, ſalita, largiter aromatiſata aliaque acria aerimoniam humorum augentia aut oculos interne & externe lædentia fugiantur.

9 Aer frigidus humores condenſando fibraſque glandularum conſtringendo ac hoc ipſo humores acres in oculis incarcerando, ob metuendam exinde inflammationem & exulcerationem vitetur.

10 Aer nimis lucidus objectaque lucida pariter oculos offendunt, & hinc ab iiſdem lippi ſibi caveant.

11 Ægroti quoque omnia, quæ quocunque modo humorum commotioni &, exinde dependente majori ad caput congeſtioni anſam præbere ſolent, fugiant, uti ſunt Balnea, Vina, Venus, motus graviores, lucubrationes &c.

12 Cauteriſatio aut ſepticorum applicatio in fiſtula lacrymali provida manu fiat, ne oculus lædatur, & viſus vel depravatio, vel abolitio ſequatur.

13 Sternutatoria a quibuſdam commendata, etſi aliqualem humorum faciant ad nares derivationem & evacuationem, non niſi ſumma cum prudentia exhibeantur, quatenus utpl. majoribus congeſtionibus anſam præbent.

CAPUT TERTIUM.

DE

Salivatione ac Ptyaliſmo.

I. Definitio. SAlivatio eſt lymphæ ſalivalis ordinarie alias per ductus ſalivales ad os fluentis præternaturalis & nimia excretio, vel a viarum laxitate, vel ab humorum circa caput congeſtorum quantitate, quam Natura expellere nititur, dependens.

II. *Differentia.*

1 Salivatio differt a Ptyaliſmo, non quidem ratione materiæ, quæ ejicitur, ſed reſpectu modi: Ptyaliſmus enim indicat frequentem ſputationem, ſive abundans adſit materia, ſive non, & ſæpius ſoli conſuetudini innititur: Salivatio autem nimiam ſalivæ & quidem præternaturalem in oris effuſionem denotat, quæ vel ſponte ex ore effluit, vel exſpuitur, vel deglutitur.

2 Deinde etiam ipſa Salivatio gradibus differt:

a Alia enim eſt levior, qualis infantibus dentitionis tempore familiaris eſt.

b Alia hacce aliquo modo gravior, obſervatur interdum in adultis, & a cauſis internis, ac quidem præcipue vitio hypochondriorum dependet: talem obſervavimus ante aliquot annos in ſtudioſo 19. annorum ex familia hæmorrhoidaria orto, qui (poſt graves in hypochondriis incipientes dolores & cum maxima anguſtia & anxietate præcordiorum lipothymiis ac reſpirandi difficultate, ſuffocationem ſæpius minitante, conjunctos) quotidie uſque ad duas libras ſalivæ viſcidæ ejiciebat & licet reſtitueretur, duobus tamen inſequentibus annis in eundem affectum circa æquinoctium vernum incidebat.

c Alia graviſſima eſt & a cauſis externis, Mercurio ſcil. excitatur, qualem obſervamus in curatione Luis Venereæ.

III. *Signa.*

1 Continuus & præter naturalis oris mador ac ſalivæ plus vel minus viſcidæ effuſio.

2 Tumor in infantibus ut plurimum gingivarum, earundemque ac partium interiorum oris interdum excoriationes ſuperficiariæ.

3 In hypochondriacis varia ſymptomata circa præcordia, conſtrictiones ſpaſticæ, anorexia, ructus inſipidi, murmura abdominis, alvi adſtrictio &c. præcedunt, quibus poſtea jungitur capitis dolor ac Ptyaliſmus.

4 In ſalivatione mercuriali, præter jugem & frequentem ſalivæ excretionem, tumor colli, gingivarum & linguæ eandem præcedentia ſigna, ulcera interna oris, vacillatio dentium, dolor inſignis ac fetor materiæ excretæ, concomitantia ſigna. Plura de hacce vid. infr. de Lue Venerea.

IV. *Subjectum.*

1 Infantes, quamdiu expoſiti ſunt dentitioni, frequentius ſalivationem, quam adulti experiuntur, quoniam gingivæ, ut dentes eo melius erumpere queant, emollitione opus habent.

2 Reſpectu temperamenti humidioribus præ ſiccioribus magis familiaris eſt, utpote quorum corpora ſero cum lympha abundant, ac poris quoque majoribus exitum faciliorem humoribus concedentibus prædita ſunt: ut ſilentio præteream, quod ob laxiorem talium corporum conſtitutionem fibræ ad laxitatem præternaturalem magis pronæ ſint.

3 Hypochondriaci aut Lienoſi, obſervante id jam Hippocrate, juxta quem hi ſunt ſputatores, quoniam in hiſce ſubjectis propter hypochondriorum conſtrictionem ſanguinis motus ad ſuperiora ſemper eſt major, ac ſanguis ſimul ſpiſſior, unde etiam in partibus ſuperioribus eo facilius ſeri a ſanguine fit receſſio.

4 Lue Venerea affecti poſt uſum remediorum Mercurialium, tam internorum, quam externorum; aut alii quoque, quibus in morbis gravioribus curandis Mercurialia exhibentur, aut per remedia lenia maſticatoria & ſalivantia lenis excitatur ſalivatio.

V. *Prognoſis.*

1 Salivatio infantum, niſi ſit enormis, raro periculoſa eſt, quoniam uti paulo ante monitum fuit, ad dentitionem neceſſaria eſt.

2 Non raro tamen, ubi ſaliva acrior eſt, & ab infantibus deglutitur, Diarrhearum fit cauſa.

3 Majorem meretur attentionem, ſi excoriationes partium oris internarum ipſi junguntur, nimiam enim ſalivæ acrimoniam, a qua varia metuenda ſunt mala, indicat.

4 Salivatione tali imprudenter ſuppreſſa & facta humorum acriorum ad pectus translatione, funeſta non raro ſymptomata, tuſſis gravior, febres catarrhales, reſpiratio difficilis, aſthmata & inflammationes internæ metuendæ ſunt.

5 Majoris momenti eſt Ptyaliſmus adultorum & Hypochondriacorum, non quidem reſpectu excretionis ſalivalis, ſed potiſſimum ratione congeſtionum ad caput, faces & pectus & inde metuendorum affectuum.

6 Quo magis enormis eſt ſalivatio, eo magis etiam ob continuam ſeri & lymphæ excretionem reliquum corpus, cum metu ſubſecuturæ tabis exſiccatur.

7 Sputatio critica in morbis chronicis interdum admodum ſalutaris eſt. vid. *Hiſtor. Morb. Uratislav.* Tom. I. p. 224.

8 Salivatio Mercurialis, quocunque etiam inſtituatur modo, teſte experientia, nunquam periculo vacat, & ſæpiſſime eſt remedium gravius ipſo morbo.

VI. *Remedia.*

1 Lenia laxantia ſerum a partibus ſuperioribus revellentia, Magneſia alba, Mercurius dulcis cum ſtimulo jalapino, Pilulæ Becheri vel per ſe, vel in Aqua quadam deſtillata appropriata ſolutæ, Diacydon. lucid. jalap. Sirupi laxantes, de Cichor. cum Rhabarb. de Pomis laxativ. &c.

2 Præcipitantia ſive abſorbentia, Diaphoretica fixa cum Diureticis, Lap. ♋. Percar. Conch. ppt. ♁. diaph. Magiſter. & flor. Sulphuris Nitr. depur. ♁iat. Arcan. duplic. Tart. Vitriolat. &c.

3 Diſcutientia & Balſamica Eſſ. alexiph. ſuccin. Myrrh. Tinct. ♁ii, Tart. Spir. e.c.

4 Partes interiores referantia & obſtructiones tollentia: Tinct. ♁ii acris, Tart. Tinct. reſolvens, Pilulæ Becheri, Stahlii, Balſamicæ viſcerales, antirheumaticæ &c.

5 Partes nimis laxas in ore & ductus ſalivales conſtringentia, Gargariſmata, collutiones oris ex adſtringentibus paratæ.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.

℞. *Speciſ. Jalap. gr. XXV.* *D. pro 1. doſi.*

2 Alius.

℞. *Tart. Vitriolat.* ʒß. *D. ut antea.*
Reſp. Jalap. gr. vj. M.

3 Alius.

℞. *Magneſ. alb.* ʒß. *D. mane & veſperi.*
div. in 6. p. æq.

4 Potio laxans.

℞. *Aq. rub. id.* ʒiß. *Sir. roſar. ſol.* ʒiij. *M.*
cinnam. ʒj. *D. mane.*
Diacyd. luc. Jalap. ʒij.

5 Alia.

℞. *Aq. meliſſ.* ʒiij. *Sir. Cort. ♌ut.* ʒß. *M.*
Pil. polychreſt. gr. XV. *D. ut antea.*

6 Sirupus laxans.

℞. *Sir. roſar. ſol.* ʒij. *D. ut antea.*
Eſſ. Jalap. ʒj. ℔ij. *M.*

7 Bolus laxans.

℞. *Conſ. gratiol.* ℈ij. *Sir. fl. perſic. q. ſ.*
♁ *dulc. gr. XII.* *M. F. Bolus.*
Reſ. Jalap. gr. IV.

8 Pilulæ laxantes & reſolventes.

℞. *Pil. Becher.* ʒj. *doſ.* 15. 20.

9 Aliæ.

℞. *Pil. antirheumat.* ʒß. *D. veſperi No. V.*

10. Pulvis diureticus.

℞. *Arcan. duplic.* *div. in 6. p. æq.*
Sal geniſt. *D. ſingulis* 3. *vel* 4. *horis.*
Lap. ♋. *a* ℈ij. *M.*

11 Potio Diapnoico-Diuretica.

℞. *Aq. Cherefol.* *Conch. ppt. a* ʒß.
ceraſor. nigr. a ʒij. *Sacch. perlat.* ʒij. *M.*
♁ *diaph.* *D ſingulis 2. horis cochl. ij.*
Tart. Vitriol.

12 Mixtura reſolvens.

℞. *Eſſ. alexiph.* *doſis variat pro ratione ætatis adultis* 30. 40. *gt. junioribus* 6. 12. 15, 20.
ſuccin.
Tinct. ♁ii *a* ʒj. *M.*

13 Mixtura reſolvens & diſcutiens.

℞. *Tinct. Tart.* ♎ C. C. *a* ʒj. *M.*
♁ii *a* ʒiß. *D. ut antea.*
Eſſ. ſucc.

14 Gargariſma adſtringens.

℞. *Rad. biſtort.* *Coq. in ſ. q. Aq. ſ.*
Plantag. a ʒß. *in Colat.* ℔ß.
Herb. prunell. *Diſſolv. Mel. deſpumat.*
agrimon. *Nitr. crud. a* ʒij.
Fl. liguſtr. Mß. *Alum.* ʒj.

VII. *Methodus medendi.*

1 Laxantia Mercurialia aut etiam fortiora purgantia, ſi neceſſitas horum uſum ſuadet, reliquis ſemper præmittantur, ut hoc modo nimius feri ad ſuperiora fluxus aliquo modo intercipiatur & ſuperfluum per inferiora evacetur.

2 Quibus pro rei neceſſitate etiam repetitis præcipitantia & diaphoretica fixa cum diureticis jungantur, ut hoc modo, materia ſeroſa ad alia colatoria promota, ſalivatio eo facilius ceſſare queat. Hoc in caſu inſigniter etiam proſunt pulveres Solares D. Richteri bis vel ter quotidie exhibiti, qui confortando æqualem humorum diſtributionem producunt, & modo per alvum, modo per renes, modo per cutim ſerum evacuant, & a glandulis oris revellunt: imo in ſalivatione etiam Mercuriali & poſt eandem Mercurium in corpore reſtitantem vel ſenſibiliter per varia emunctoria, vel inſenſibiliter expellunt.

3 Poſtea in uſum trahantur Eſſentiæ Diapnoico-Diureticæ & diſcutientes, ut hoc modo & partes roborentur & facilis mali recurſus præcaveatur.

4 Diſcuſſa & revulſa materia Gargariſmata, leniter adſtringentia & glandulas ſalivales cum ductibus excretoriis roborantia, inſignem habent uſum.

5 In adultis hypochondriacis pro temperamenti conditione ſanguinis miſſiones per Venæ ſectionem, ſcarificationes & Hirudinum applicationes, Purgantibus vel præmitti, vel poſtponi poſſunt.

6 Si talis Ptyaliſmus a vitio hypochondriorum dependet, Pilulæ Becherianę optimæ quidem ſunt, ſi aliquando continuantur, majoris tamen ſunt efficaciæ Pilulæ antirheumaticæ, ut pote quæ omnes obſtructiones brevi referant, & viſcerum infarctum tollunt: imo in ſcirrhis etiam nondum inveteratis optimum quoque edunt effectum, eoſque ſenſim ſenſimque emolliunt & reſolvunt.

7 Reſolutis obſtructionibus ad roborandum & diſcutiendum uſurpentur Mixturæ tonico diſcutientes, inpr. vero Mixtura tonica Stahlii.

8 De moderatione ſalivationis Mercurialis vid. infra de Lue Venerea.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Quamvis Laxantia & Purgantia inſignem in hoc affectu habeant uſum, Vomitoria tamen, translationem humorum ad ſuperiora augentia, vitanda ſunt.

2 Gargariſmata adſtringentia in principio mali vitentur, quoniam ductus ſalivales conſtringendo facile translationem humorum ad alias partes & inpr. ad pectus cauſantur.

3 Cinnabarina, licet optima ſint anodyna & antiſpaſtica, in Ptyaliſmo Hypochondriaco, non niſi doſibus minoribus cum aliis exhibeantur, ne ſalivationem ob Mercurium contentum augeant.

4 Niſi alvus in eodem Ptyaliſmo continuo ſit aperta, fruſtra reliqua exhibentur remedia.

5 Volatilia remedia, niſi præmittantur ſufficientia evacuantia, inſignes in corpore excitant turbas, & Salivationem ſæpius augent.

6 Martialia in Ptyaliſmo Hypochondriaco, propter vim adſtrictoriam quam in Hypochondriis exerunt, minime conducunt, poſt alia vero convenientia remedia prudenter exhibita, roborando & tonum partium reſtituendo, ſuo non carent uſu.

CAPUT QUARTUM.

DE

De Tuſſi Humida.

I. *Definitio*: TUſſis humida eſt motus pectoris excuſſorius fortior, ſub exſpiratione contingens, quo mediante Natura materiam quandam plus vel minus mucoſam & tenacem in bronchiis hærentem & reſpirationem inſigniter intercipientem, pluribus & repetitis vicibus expellere nititur.

II. *Differentia.*

1 Reſpectu *loci affecti*, tuſſis hæc eſt

a *Pectoralis*, quando multa vel pauca materia, plus vel minus acris, aut etiam inſipida in bronchiis hærens reſpirationem impedit.

b *Stomachalis*, quando multa materia mucoſa in ſtomachum ſenſim deponitur, vel ibidem colligitur, quam Natura utpl. poſt paſtum, quia digeſtionem turbat, per motum talem excuſſorium eliminare nititur, unde etiam cibi aſſumpti ſæpius ſimul ejiciuntur.

2 Ratione *temporis* aut *durationis*.

a Alia eſt *recens*, quæ a muco, a quacunque cauſa in bronchia recenter depoſito, originem trahit.

b Alia eſt *chronica* aut *habitualis*, quando ſcil. materia

ſero-

ſeroſo mucoſa per malam conſuetudinem in bronchia & pectus deponitur.

3 Reſpectu *quantitatis materiæ* quæ excernitur.

a Majorem copiam ejuſdem ejiciunt ſubjecta humidiora, juniora ac ſenes.

b Minorem vero ſubjecta ſicca.

4 Reſpectu aliorum *affectuum conjunctorum*.

a Alia eſt *complicata*, quando vel coryza, vel raucedo vel etiam phthiſicum quid ipſi junctum eſt, aut quando tuſſis pectoralis & ſtomachalis ſimul idem ſubjectum corripiunt.

b Alia eſt *ſimplex*, quæ ſolum ab humoribus in bronchiis hærentibus originem trahit.

5 Reſpectu *cauſarum*.

a Alia a *cauſis internis* congeſtione ſcil. humorum ad pulmones ortum ducit.

b Alia a *cauſis externis* aere frigido, fumo Sulphuris, potu frigido &c. originem trahit.

6 Reſpectu *temporum anni*.

a Alia eſt *vernalis*, quæ utpl. levior eſt.

b Alia eſt *autumnalis*, quæ & gravius affligit & diutius etiam durat.

III. *Signa*, Tuſſis.

1 *Pectoralis*.

a Titillatio modo major, modo minor, vel in faucibus, vel in ſuperiore aſperæ arteriæ, vel in ejuſdem inferiore parte.

b Inſpirationis vel levior, vel gravior interceptio.

c Motus excuſſorius quaſi convulſivus totius pectoris cum majori vel minori excretione muci plus vel minus viſcidi & interdum aliquo modo ſpumoſi.

d Qui motus etſi aliquandiu ceſſet, frequentius tamen ob inſpirationis impedimenta recurrit.

e Jungitur etiam ſonitus interdum in ſummo, interdum vero etiam in infimo pectore.

f Non raro quoque accedit raucedo ac dolor inſignis in aſpera arteria, qui continuante excretione a ſuperiore aſperæ arteriæ parte interdum magis magiſque deſcendit, ita quidem, ut interiora quaſi exulcerata eſſe appareat.

2 *Catarrhalis*.

a Si talis tuſſis humida ſimul eſt catarrhalis, eam ſæpius præcedit coryza & hinc frequentes junguntur ſternutationes cum ſtupore & ſæpius dolore inſigni capitis, inprimis circa radicem naſi, aut ſupra oculos & quidem eo in loco, ubi ſinus frontales ſunt.

b Accedunt interdum leviores inflammationes, aut ſaltem tumidæ inflationes circa fauces.

c Sentiunt etiam ægroti deſcenſum materiæ cujuſdam per infundibulum in fauces, quem ſtatim tuſſis excipit.

d Materia quæ excernitur ſæpius aut potius ordinarie eſt ſaporis ſalſi, & ab initio tenuis magis, poſtea vero ſpiſſior evadit.

e Tuſſis hæc utplurimum magis affligit quam ſimplex humida, inpr. vero tempore nocturno, ubi ſomnum, dum materia acris per infundibulum in fauces deponitur, maxime turbat.

f Ipſe quoque ſomnus variis inſomniis gravioribus interpellatur, unde etiam, inpr. ſi tuſſis & catarrhus eſt gravior, nulla poſt ſomnum corporis ſequitur retocillatio, ſed eo exacto caput magis ſtupidum eſt, membraque ſunt laſſa & fatigata.

g Appetitus ordinarie eſt proſtratus & guſtus depravatus, ac licet ſitis ſæpius jungatur, potulenta tamen tanquam inſipida aut tetri ſaporis reſpuunt ægrotantes.

h Frequentes quoque interdum in hac tuſſi obſervantur horripilationes & phlogoſes, imo non raro circa veſperam febris catarrhalis ei jungitur.

3 *Stomachalis*.

a Pertinacior, fortior ac diuturnior thoracis motus excuſſorius poſt paſtum potiſſimum affligens.

b Major vel minor dolor in ſcrobiculo cordis, aut ſaltem titillatio moleſta in eo occurrens.

c Appetitus utplurimum proſtratus, aut ſi aliquo modo viget, nulla tamen ciborum digeſtio contingit.

d Inflatio interdum Ventriculi, aut ſenſus rei cujuſdam eundem gravantis.

e Sputum multum viſcidum poſt paſtum in faucibus hærens.

f Vomitus ſive rejectio ciborum cum muco viſcido poſt paſtum tuſſim graviorem excipiens, quo facto aliquo modo mitior evadit tuſſis.

4 *Habitualis*.

a Tuſſis continuo affligens & ſpatio plurium ſeptimanarum imo menſium durans.

b Copioſa materiæ mucidæ plus vel minus viſcidæ, utpl. coloris albicantis, interdum vero flaveſcentis & virideſcentis ejectio.

c Laſſitudo utpl. inſignis & torpor omnium partium, ſine tamen inſigni contabeſcentia earum.

d Quibus ſæpius multa antea recenſitorum ſymptomatum junguntur.

IV. *Subjectum*.

1 Reſpectu *ætatis*, juniores & ſenes frequentius laborant tuſſi humida, quam reliquarum ætatum homines.

2 Reſpectu *temperamenti* Phlegmatici & ſanguinei ob humidiorem corporis conſtitutionem præ ceteris ad eam ſunt diſpoſiti.

3 Nec etiam immunes ſunt ab hac tuſſi Adoleſcentes & Juvenes, qui frequentibus ſanguinis congeſtionibus ad pectus corripiuntur, quatenus ſub hac aliquali humorum ſtagnatione in pectore & circa illud copioſa interdum ſeri fit ſeceſſio & in pulmones depoſitio, quam Natura poſtea per tuſſim eliminare

4 Homines etiam ſenſibilioris Naturæ, inprimis ſi hunitiur.

mida concurrit conſtitutio facile, quoque tuſſim humidam incurrunt, ſi corpus aeri frigidiori & humido exponunt.

5 Ob eandem quoque aeris conſtitutionem multi hominum, præcipue ſenes, ad muci generationem & affectus catarrhales præ ceteris jam proni & diſpoſiti, tuſſi humida ac præcipue catarrhali corripiuntur.

6 Qui coryza ſæpius laborant, facilius quoque in tuſſim humidam incidunt.

7 Qui potum frigidum æſtuante corpore ingurgitant, aut illud ſudore madidum, præcipue pectus, collum & caput aeri frigido exponunt, aut etiam congeſtionibus ad pectus obnoxii, pedes ſubito refrigerant.

8 Qui ſudoribus ſpontaneis dediti eoſdem vel negligunt, vel per imprudentem medicationem ſupprimunt.

9 Qui conſuetas ſanguinis evacuationes, per venæ ſectionem & ſcarificationes, aut etiam aſſuetas laxationes intermittunt.

10 Quibus ſanguinis fluxus vel emanſerunt, vel ſuppreſſi fuerunt.

11 Infantes præ aliis tuſſi ſtomachali ſunt obnoxii.

V. *Prognoſis*.

1 Tuſſis humida pectoralis recens prorſus nihil periculi involvit, ſed ſæpiſſime excuſſa materia ſponte ceſſat.

2 Imo in quibuſdam ſubjectis, quæ eam temporibus æquinoctialibus experiuntur, interdum beneficium Naturæ eſt, quæ corpus per hancce excretionem a multis partibus mucoſis liberat, vernalis tamen ſemper magis ſalutaris eſt, quam autumnalis.

3 Si talis tuſſis conſueta ordinariis temporibus a Natura non excitatur, nec materia per alia loca evacuatur, varia alia mala ſequuntur.

4 Si autem corpora impura ſunt, ac muco multum ſalis acris admixtum eſt, pulmonum eroſio metuenda eſt, præſertim ſi tuſſis talis diu continuat.

5 Quo magis eſt viſcida materia excernenda in pectore hærens, eo diutius durat tuſſis.

6 Quo magis vero tenuis & acris ea eſt, ac raucedo cum dolore faucium & aſperæ arteriæ jungitur, eo facilius phthiſicum quid accedit.

7 Hoc eo facilius metuendum eſt in tuſſi catarrhali, quan-

quando humores acres frequentius & in majori copia ad fauces & pectus deponuntur, ibidemque acrimonia sua tumidas inflammationes, aut etiam exulcerationes superficiarias producunt.

8 Periculo quoque non vacat tussis catarrhalis, si febris circa vesperam ipsi jungitur, nisi enim hæc perite tractetur, facile graviora symptomata sequuntur.

9 Tussis a causis externis orta non adeo reformidanda est ac ea, quæ ab internis originem trahit.

10 Tussis stomachalis, etsi respectu loci affecti tantum periculi non involvat, semper tamen gravior est, & diutius etiam durat, ac non raro infantes ad Atrophiam disponit.

11 Uti tussis pectoralis infantem, quando scil. materiam e pulmonibus excussam deglutiunt, facile in stomachalem transit, ita etiam stomachali, si aliquandiu duravit, postea accedit pectoralis, ita ut composita evadat.

12 Quando in tussi habituali tandem materia purulenta cum muco ejicitur, aut hic sanguine tinctus est, ac viribus insigniter decrescentibus totum corpus quoque contabescit, pessimum est signum, quia tussim phthisicam esse indicat.

13 Tussis humida, subito in siccam degenerans, ob denegatam partium excrementitiarum excretionem facile pulmonum exulcerationem aut Phthisin & non raro etiam suffocationem post se trahit.

14 Tussis humida expectorantibus & emollientibus perverse tractata, majoribus congestionibus ad pectus ansam præbet & facile in habitualem, ex hac vero in phthisicam transit.

VI. *Remedia* Tussis.

1 *Pectoralis*.

a Affluxum humorum ad pectus intercipientia, & ad alia loca commoda excretoria, præcipue vero ad alvum derivantia: Mercurius dulcis, Pulvis & Resina Jalappæ, Mechoacanna, Specif. jalap. Pilulæ ex Gummatibus & Purgantibus paratæ, Pilulæ Bucheri aut Stahlii cum stimulo quodam, Pilulæ antirheumaticæ, Extract. Helleb. nigri, Extr. Colocynth.

b Materiam in pulmonibus hærentem ad faciliorem excretionem disponentia, quod fit

α Materiam nimis tenuem & acrem demulcendo: id quod præstant (1) *Ostracodermata*, Mater Perlarum, Lap. ♋. Conch. ppt. &c. (2) *Emulsiva*, Emulsio amygd. dulc. Nucl. Pini, aliæque ex seminibus paratæ. (3) *Mucilaginosa*, uti sunt Decoct. Hord. Decoct. Rad. alth. Liquirit. Mucilag. Cydon. sem. Psyllii &c. (4) *Gelatinosa*, Gelat. C. C. cum Amygd. dulc. Gelat. pedum vitul. (5) *Oleosa* & *pinguia*, Ol. Lini, Oliv. Amygd. dulc. Sperm. Ceti. (6) *Glutinosa*, Mastiche, G. Arab. Tragac.

β Nimis mucidam resolvendo & incidendo, quod fit per *Radices*. Ari, Angelic. Pimpinell. alb. Helen. Irid. Flor. Zedoar. Vincetox. Galang. *Herb.* Scabios. Veronic. Bellid. Tussilag. Hyssop. Marrub. alb. Sem. Anis. Fœnic. Gumm. Ammon. Galb. Tinct. ♂ii acrem, Pectoralem nobis familiarem, Ess. alexiph. Stahlii, Succini, Sirup. de Nicot. Capill. Veneris, de Erysim. Lobelii, Oxymel simpl. & scyllit.

γ Tenacem vero & viscidam & resolutioni refractariam volubilem reddendo: quod peragunt Fructus dulces, Ficus, Passulæ, Dactyli, Sebesten, Siliqua, Radix Liquiritiæ ejusdemque Succus, Mucilagines, Emulsiones &c. antea allegatæ.

c Motus nimios excussorios sopientia, uti sunt Cortex chacarillæ & opiata legitime correcta, M. Pil. de Cynoglossa &c.

d Pulmones debilitatos roborantia & ulteriorem affluxum prohibentia, inter quæ primas tenet Mixtura tonico discutiens Stahlii, Tinctura ♂ii acris, Ess. Succini & Aqua Veronicæ Vinosa, quam ceu specificum laudat *D. Stahlius Dissert. de Affect. Pectoris. pag.* 47.

2 *Stomachalis*.

a Materiam mucosam incidentia & abstergentia: uti sunt supra recensitæ Radices anticatarrhales, ut & Essentiæ ex iisdem paratæ, Essent. scil. alexipharm. Pimp. alb. it. Ess. Succini.

b Eandem materiam blande evacuantia: ☿. dulc. Pil. ex Gummatibus & Extractis amaris paratæ, aliaque de quibus sub Tussi Pectorali dictum fuit.

c Roborantia & Discutientia antea recensita.

3 *Habitualis*.

Jam laudata remedia incidentia, derivantia, evatia & roborantia.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis purgans.

℞. *Specif. Jalap. gr. XXV.* *D. pro 1. dosi.*

2 Aliud.

℞. *Magnes. alb.* ʒß. *Tart. Vitriol. gr. viij. M.*
Res. jalap. gr. iv. *D. ut antea.*

3 Bolus purgans.

℞. *Conf. fl. bellid.* ♃ij. *Syr. ros. sol. q. s.*
☿. *dulc. gr.* XII. *M. F. Bolus.*
Res. jal. gr. v.

4 Pilulæ purgantes.

℞. *Extr. Panchym gr.* XII. *Arcan. dupl. gr. iv.*
☿. *dulc. gr. viij.* *Tinct.* ♂*ii. q. s.*
Res. jalap. gr. ij. *M. F. Pil. pro 1. dosi.*

5 Aliæ.

℞. *M. P. Becher.* ♃j. *Elix. P. P. q. s.*
Extr. coloc. gr. ij. *M. F. Pil. D ut antea.*

6 Aliæ.

℞. *Pil. antirheumat.* ʒß. *D. 5. pro dosi noctu.*

7 Aliæ.

℞. *M. P. de Ammon. gr.* XII *Elix. pectoral. q. s. M.*
Extr. agar. gr. viij. *F. Pilulæ pro 1. dosi.*
Res. jal. gr. iij.

8 Aliæ.

℞. *G. Ammon. in* ☽ *sol & inspiss.* *Extr. Troch. Alb. gr. ij. Elix. P. P. q. s. M.*
Extr. Panchymag. a ♃ß *F. Pilulæ D. ut antea.*

9 Pulvis incrassans.

℞. *Matr. perl.* *dos. 2. cusp. cultr. sing.*
Lap. ♋. *4. horis.*
Mastich. el. a ʒß. *M.*

10 Alius.

℞. *Conch. ppt.* ʒiß. *Sperm. cet. a* ʒß. *M.*
G. Arab. *D. ut antea.*

11 Linctus incrassans.

℞. *Ol. amygd. dulc.* *Sperm. Cet. rec.* ʒij. *M.*
Sacch. cant, alb. ā. ʒß. *D. Sæpius calide.*

12 Rotulæ incrassantes.

℞. *Succ. liquirit.* *Sacch. in* ▽. *Papav. rh.*
Spec. diatrag. frig. ā. ʒj. *Sol. q. s. M. F. Rotulæ.*

13 Emulsio incrassans.

℞. *Amygd. dulc.* *F. l. a Emulsio.*
Nucl. Pini. *Colat.* ʒvj. *adde.*
Pistac. a ʒiij. *Conch. ppt.* ʒj.
Aq. Nymph. *Sacch. q. s. M.*
Scabios. q. s. *D. Cochleatim.*

14 Decoctum incidens.

℞. *Rad. Pimp. alb.* *Bellid.*
Vincetox. ā. ʒß. *Virg.* ☉*r. ā. mj.*
Ari. ʒij. *Inc. D. ad Chart.*
Herb. Hyssop. *Decoct. vel Infus.*
Scabios. *bibatur calide.*

15 Aliud.

℞. *Rad. Helen.* *Cheresol. ā. mj.*
Angel. *Sem. Anis.*
Imperat. a ʒiij. *Fœnic. a.* ʒij.
Herb. Capill. ♀. *Inc. cont. g. m. D. ad Ch.*
Marrub. *usurpetur ut antea.*

16 Pulvis incidens.

℞. *Rad. Pimp. alb.* *Flor. Sulph.* ʒj.
Ari. *Sacch. ad pond. omn.*
Ir. Flor. *M. Dos. 2. cusp. cultr.*
Sem. Anis. *sing. 3. vel 4. horis.*
Fœnic. a ʒij.

17 Alius

17 Alius.

℞. *Lap.* ℈ß. *Sacch. can.* ℥ß.
Rad. Ari. *Ol. deſt. Aniſ. gt. vj. M.*
Flor. Sulph. *M. ut antea.*
Cinnam. acut. a. ℥j.

18 Potiuncula incidens.

℞. *Aq. Hyſſop.* *Sir. nicot.* ℥ß. *M.*
Scabioſ. a ℥ij. *D. ſingulis* 3. *vel* 4. *horis cochl. aliquot.*
Aſthmat.
Oxym. Squillit. ä. ℥j.

19 Alia.

℞. *Aq. Fœnic.* *Nicot.*
Veron. *de Eryſim. Lob. ä.*
Tuſſilag. ä. ℥iß. ℥iij. *M.*
Sir. violar. *D. ut antea.*
Hyſſop.

20 Alia.

℞. *Aq. Scabioſ.* *ſol.* ℥iß.
Veron. *Sir. Nicot.*
Aſthmat. ä. ℥iß. *Hyſſop. ä.* ℥ß. *M.*
G. Ammon. in + *Squil.* *D. ut antea.*

21 Alia.

℞. *Aq. aſthmat.* ℥iij. *M.*
Tinct. Reſolv. ℥j. *Doſ. cochl.* 1. *ſing.* 4. 6. *horis.*
Sir. de Eryſim. Lob. ℥ß.

22 Tinctura reſolvens.

℞. *Tinct. Pector.* ℥ß. *veſperi in decocto incidente.*
D. 25. 30. *gt. mane &*

23 Alia.

℞. *Tinct. Reſolv.* *D. ut antea.*
Pector. a. ℥ij. *M.*

24 Alia.

℞. *Eſſ. Alexiph.* *Tinct.* ☉ *ii acris a.* ℥j. *M.*
Succin. *D. ut antea,*

25 Decoctum expectorationem promovens.

℞. *Decoct. pector.* ℔. *ij.* *ris* ℥iv. *calide.*
D. ſingulis 4. *vel* 6. *ho-*

26 Aliud.

℞. *Decoct. flor. et fruct.* ℔. *ij* *D. ut antea.*

27 Pilulæ anodynæ.

℞. *Succ. Liquirit.* ℥j. *M. F. Pil. ad pond. gr. ii.*
M. P. de Cynogl. gr. vj. *D.* 5. *vel* 6. *veſperi.*
Sir. pap. ſimpl. q. ſ.

VII. *Methodus medendi.*

1 *Tuſſis pectoralis.*

a In omni tuſſi humida in principio ſtatim optime conveniunt Purgantia non tantum lenia, ſed etiam aliquo modo fortiora, quæ ſcil. ſimul in humores quoque agunt, eoſque colliquant & evacuant: hoc enim ipſo humores mucoſi ad inteſtina derivantur atque nimius ad pectus eorum affluxus optime intercipitur. Mercurius dulcis hoc in caſu optimus eſt, & aliquoties exhibitus tuſſim leviorem ſæpius ſolus tollit.

b Venæ ſectiones & ſcarificationes in principio inſtitutæ, præſente Plethora, aut quando Tuſſis a congeſtionibus, ſuppreſſas Hæmorrhoides & menſes, aut neglectas ſanguinis miſſiones inſecutis, ortum traxit, inſignem habent uſum, quando ſcil. revulſionis gratia in partibus inferioribus inſtituuntur, quoniam congeſtionem ſanguinis ad pectus & hoc ipſo Tuſſim propter talem congeſtionem excitatam inſigniter imminuunt.

c Poſtea reſpiciatur ad materiam tuſſis, an ſcil. incraſſatione, an vero inciſione opus habeat? Si nimis tenuis eſt, & acris exhibeantur incraſſantia ſuperius indigitata, hæc enim materiam illam acrem quaſi involvunt, ita ut tantam irritationem excitare nequeat. Præ ceteris autem commendari meretur ſperma ceti recens, quod in omni ſeroſa acrimonia egregios edit effectus, inpr. quando juſcula hordeacea aut Emulſiones ejus uſui interponuntur.

d Si vero mucoſa eſt materia, ſupra præſcripta reſolventia & anticatarrhalia ægrotis dentur, e quorum numero laudem merentur Gumm-reſinæ, utpote quæ non ſolum inſignem incidendi, ſed etiam laxandi vim poſſident, inprimis quando aliqualis ipſis additur ſtimulus.

e Si nimia tenacitate & viſciditate peccat mucus excernendus, volubilis reddendus eſt, ut eo commodius excerni queat, id quod præſtant ſub Lit. γ.) allegata remedia: quibus etiam flores Sulphuris accenſeri merentur, qui egregium hoc in caſu edunt effectum.

f Evacuata ſufficienter materia, Diaphoretica inſignem quoque habent uſum, quatenus æqualem humorum motum producunt, ac hoc ipſo illapſum ſeri novum in pulmones præcavent, ſi tamen ſufficientia diſcutientia antea incidentibus mixta fuerint remediis, talibus diaphoreticis ſæpius carere poſſumus.

g Si nihil amplius materiæ mucoſæ reſtitat in Pulmonibus, ac nihilominus Tuſſis adhuc urget, remedia motus hoſce ſopientia dentur: quo in caſu optimum eſt remedium cortex chacarillæ, utpote qui non ſolum egregie diſcutit, ſed etiam motus tales tuto ſopit. Eundem effectum edunt opiata legitime correcta, uti Maſſa Pilularum de Cynogloſſa, ſi pauca ejuſdem grana aliis convenientibus admiſcentur remediis.

h Cum vero per tales frequentes motus excuſſorios pulmones ut plurimum magnopere debilitentur, tandem etiam, præmiſſis hactenus dictis remediis, tonica ſive tonum Pulmonum reſtituentia exhibeantur, quod inprimis præſtant Aqua Veronicæ Vinoſa juxta mentem D. Stahlii parata, quæ ad unam aut alteram unciam mane & veſperi ſumpta, & per plures dies continuata, in tuſſi etiam chronica ſpecificam habet efficaciam: inſignem quoque tonico diſcutientem effectum habet Mixtura tonica D. Stahlii, de quo ſæpius jam dictum fuit.

2 *Catarrhalis.*

a In hac tuſſi potiſſimum eo reſpiciatur, ut materia quæ partim in bronchiis generata, partim per infundibulum decidens & aſperam arteriam afficiens, utplurimum nimis acris & tenuis eſt, mitigetur & præparetur, uti ſupra jam dictum fuit.

b Si vero aliqualis occurrit ſpiſſitudo, incidentia & reſolventia uti in reliqua tuſſi uſurpentur.

c Hiſce remediis vel interponantur vel jungantur laxantia ſupra præſcripta, partim ut affluxus humorum intercipiatur, partim ut mucoſitas imminuatur.

d Inſignem quoque in hac tuſſi edunt efficaciam Tincturæ alcalinæ reſolventes & diſcutientes ac ſimul Diureſin cum Diaphoreſi promoventes.

e Quibus omnibus peractis exhibeantur motus ſopientia ac tonum reſtituentia.

3 *Stomachalis.*

a Cum cauſa hujus tuſſis ordinarie in Ventriculo hæreat & pectus in conſenſum trahat, hæc matura removenda eſt per laxantia repetita, Mercurialia aliaque ſupra præſcripta, inprimis vero per Pilulas Becherianas, quæ incidunt, abſtergunt, evacuant & roborant, atque hoc modo ſæpius ſolæ ſufficiunt: ubi vero hæ non reperiuntur, ſubſtituantur aliæ ex Gummatibus & Extractis amaris paratæ, aut Mercurialia in uſum trahantur & præcipue ☿ dulcis.

b Laxantibus talibus interponantur incidentia & diſcutientia, non præſentem tantum mucum tollentia, ſed etiam ulteriorem ejuſdem generationem impedientia, quo in caſu optimæ ſunt Tincturæ alcalinæ vel ſolæ, vel cum Eſſentia Alexipharmaca Stahlii, Pimpin. alb. Helen. mixtæ. Egregium quoque habet uſum Pulvis ſtomachicus Birckmanni aliique, quorum compoſitionem Radix ari in paulo largiori quantitate ingreditur.

c Eidem ſcopo inſerviunt cibi bene aromatibus conditi, & vinum generoſum, quæ digeſtionem promovent & cruditatum viſcidarum generationem præcavent. Conducunt etiam Liquores Gallorum ſpirituoſi poſt cœnam ſumti, Spiritus anisatus, &c.

d Tandem ſupra præſcriptis Tincturis addatur Spiritus

ritus C. C. vel Mixtura Tonica Stahlii ad reſtituendum Ventriculi tonum aliquandiu uſurpetur.

4 *Habitualis.*

a In hac tuſſi laxationes frequentius quam in reliqua repeti debent, ut hoc modo humores ſenſim ad alia loca deriventur & evacuentur.

b Ipſa quoque incidentia & diſcutientia diutius continuanda ſunt, ut mala illa conſuetudo, juxta quam humores in nimia copia ad pectus ruunt, ſucceſſive tollatur: præ cæteris hic ſe commendant Succus Squillæ a ʒi. ad ij. cum Spiritu Vini ſumptus, Oxymel Squilliticum, Radix Ari, Tinctura pectoralis nobis uſualis, quotidie bis vel ter etiam ad 25. guttas ſumpta, & Aqua Veronicæ Vinoſa Stahlii.

c Tandem etiam ſopientia, quando ſcil. convenientia præmiſſa fuerunt remedia, ac poſtea tonica exhibeantur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Purgantia draſtica in cura tuſſis cujuſcunque vitentur, quatenus nimium humores commovendo ſæpius magis nocent, quam profunt.

2 Vomitoria, quæ a quibuſdam ad promovendam expectorationem laudantur, non niſi cum ſumma prudentia exhibeantur, & ſemper refracta doſi aliis addantur remediis, ac quidem magis in ſtomachali quam pectorali tuſſi. Ex talium vomitoriorum numero præcipuum fere eſt Oxyſaccharum emeticum Ludovici, quod ſæpius in tuſſi infantum ſtomachali cum fructu aliis Sirupis incidentibus addidimus.

3 A purgantibus, niſi reliquis remediis, præſertim ubi humorum copia & conſuetus jam eorum affluxus ad pectus præſto eſt, frequentius interponantur, nihil ſolidi ſperandum eſt.

3 Mercurialia caute ſemper uſurpentur, iiſque, nimirum mitioribus, uti eſt ☿ dulcis, ſufficiens ſemper ſtimulus addatur, ne humores nimium colliquando majori ad ſuperiora affluxui anſam præbeant.

5 Si tuſſis humida originem a fluxibus ſanguinis ſuppreſſis originem traxit, ſemper ad eorum revocationem reſpiciendum eſt: id quod etiam in artificialibus ſanguinis evacuationibus obſervandum eſt: hoc enim neglecto, Medicus ſæpiſſime Tuſſis curationem fruſtra ſuſcipit.

6 Quando vero ſudores matutini ſpontanei neglecti congeſtioni ad pectus anſam dederunt, eo ante omnia reſpiciendum eſt, ut ſudor revocetur, quod per diaphoretica diſcutientibus mixta facile obtineri poteſt: ſi autem humorum ſtatus eſt nimis mucoſus, incidentia & evacuantia diaphoreticis ſemper ſunt præmittenda.

7 Nunquam tamen regimini ſudorifero coacto, fortioribuſque diaphoreticis locus concedendus eſt, quoniam humores commovent: cum vero nimiam hancce commotionem non ſemper ſtatim ſequatur evacuatio per ſudorem, variis humorum ſeroſo ſalino-mucidarum translationibus ad alia loca, variiſque inde dependentibus affectibus anſam præbent.

8 Multo minus id ſuadendum eſt, ſi tuſſis fuerit catarrhalis, hæc enim remedia fortiora facile motus febriles excitant, ſive febrem catarrhalem producunt, quæ etſi, ſi benigna eſt, periculo careat, facile tamen, ſi talia remedia continuantur, in pejorem degenerat ſtatum.

9 Expectorantia in quavis tuſſi non niſi ſumma cum prudentia exhibeantur: cum enim talia pulmones inſigniter relaxent, ad majorem humorum affluxum, Tuſſim habitualem & hinc metuendam pulmonum exulcerationem viam ſternunt, quare laxantia & diſcutientia iiſdem ſemper interponantur.

10 Nec etiam facile vulgo ſic dicta pectoralia travmatica præſcribantur, niſi enim ſufficiens præmiſſa fuerit humorum evacuatio & præparatio, humores in copia adhuc præſentes incraſſantur, qui poſtea facile labem pulmonum producunt, ſi vero cum diſcutientibus, & reſolventibus & quidem in moderata doſi miſcentur, ſuo non carent uſu.

11 Si Febris quædam catarrhalis accedit, vitetur abuſus Nitroſorum & Salium, ne ob humorum acrium incarcerationem & majorem pulmonum irritationem phthiſicum quid ſequatur. Magis hoc in caſu proſunt abſorbentia acido citri ſaturata, quæ blande abſtergunt & æſtum febrilem temperant. Nitri tamen moderatus uſus promovendæ expectorationis gratia minime eſt reformidandus.

12 Abſorbentia quoque, quoniam humorum incraſſationem & majorem muci copiam producunt, caute præcipue in Tuſſi chronica uſurpentur.

13 Opiata, niſi prudenter exhibeantur, utplurimum noxia ſunt, quamvis enim motus ſiſtant, ſimul tamen materiam mucoſam incraſſant & ad tuſſim habitualem diſponunt: adeoque non niſi evacuata materia uſurpentur.

14 Sulphur non in quavis Tuſſis humidæ ſpecie, ſed in catarrhali & ea quæ a ſcabie retropulſa originem trahit, convenit, quando ſcil. cum aliis in forma pulveris miſcetur, fumus tamen ſulphuris non ſemper tutus eſt. Majorem efficaciam fumo ♃ii in crucibulo fuſi & halitu attracto adſcribit D. Stahlius.

15 Semen aniſi in decoctis magis prodeſt in Tuſſi humida, ſi ſcil. aliis ſpeciebus pectoralibus admiſcetur, quam ejus oleum, quod nimis calidum & acre eſt, ac propterea facile calorem febrilem excitat.

16 Omnia acria, ſalſa, acida, frigida &c. tuſſim partim augent, partim materiam incraſſant, quare ſummo ſtudio vitentur.

17 Unguenta pectoralia in ſubjectis poroſis & junioribus diſponunt quidem materiam ad exitum, ſive expectorationem promovent: quoniam vero pulmones ſimul relaxant, majori affluxui humorum ad pectus viam ſternunt & pulmonum infarctum augent: ut taceam, quod, ſi febrile quid complicatum fuerit, materiæ repercuſſionem & non raro inflammationes faucium & pulmonum producant: imo interdum Lipothymiæ tales inunctiones ſtatim ſequuntur, quod plus ſimplici vice obſervavimus.

Caput Quintum,

de

Aſthmate Humido.

I. *Definitio.* Asthma humidum eſt ſpecies reſpirationis difficilis, a nimia humorum viſciderum in pulmonibus & inprimis bronchiis hærentium copia originem habens, cum ſibilo aut ſonitu conjunctum.

II. *Differentia.*

1 Reſpectu *durationis*,

a Aliud eſt *recens*, quod vel a cauſis externis, vel a cauſis internis, humorum ſcil. mucoſorum congeſtione natum eſt, & nondum adeo graviter affligit.

b Aliud eſt *chronicum* aut *habituale*, quod per plures ſæpius menſes durat & gravius ægrotantes affligit.

2 Reſpectu *gradus*.

a Aliud eſt *mitius*, quod *Dyſpnœam* vocant.

b Aliud eſt *gravius* uti *Aſthma* ſtricte ſic dictum, cum ſibilo & ſonitu ſe manifeſtat.

c Aliud eſt *graviſſimum*, quando ægroti non niſi erecto collo reſpirare poſſunt, quod *Orthopnœa* audit.

3 Reſpectu *motuum*

a Aliud ab actualibus humorum congeſtionibus ad pectus originem trahit, quale interdum etiam in junioribus obſervatur.

b Aliud ab actualibus humorum congeſtionibus ad pectus originem trahit, quale interdum etiam in junioribus obſervatur.

c Aliud vero a pulmonum & pectoris debilitate dependet, unde humores mucoſi eo facilius in pulmones deponuntur, uti in Aſthmate ſenum humido.

4 Reſpectu *partis affectæ*.
a Aliud eſt *pectorale*, quando cauſa morbifica hæret in pulmonibus.
b Aliud eſt *ſtomachale*, aliud *hypochondriacum*, quando cauſa latet in ventriculo aut hypochondriis.
c Aliud eſt *compoſitum* ſive *ſtomachico-pectorale*.
5 Reſpectu *periodi*.
a Aliud eſt *periodicum*, quod certa tempora anni, v. g. æquinoctia obſervat.
b Aliud vero eſt *vagum*, quod incertis temporibus homines affligit.
c Aliud eſt *diurnum*, aliud *nocturnum*, aliud *continuum*.
6 Differt porro a
a *Tuſſi humida*, quod hæc ordinarie ſit abſque ſonitu & ſibilo, ac reſpirandi difficultas tanta non ſit ac in Aſthmate: adde quod plus etiam materiæ ejiciatur in tuſſi, quam hoc affectu.
b Ab *Aſthmate ſicco* reſpectu muci, qui in hac ordinarie deficit, in humido vero abundat.

III. *Signa* Aſthmatis
1 *Pectoralis*.
a Reſpiratio frequens & difficilis.
b Sonitus ſive ſibilus perpetuus tam in inſpiratione, quam exſpiratione ſe manifeſtans.
c Anxietas præcordiorum, ita ut, quo ſe vertant, ſæpius neſciant.
d Conjungitur ordinarie tuſſis, a qua tamen, licet aliquid muci excutiatur, plane non ſublevantur, niſi forſan Aſthma magis ad tuſſim humidam tendat, aut ab hac originem traxerit.
e Raucedo inſignis, aut ſaltem notabilis vocis aſperitas fere perpetuus ejus eſt comes.
f Præterea ſymptomata hæc continuo ſine notabili remiſſione perennant.
g Tempore pluvioſo & frigido omnia ſymptomata, inpr. reſpirandi difficultas, ſunt graviora.
h Tandem in malo graviori erecto collo reſpirare coguntur ægrotantes.
2 *Stomachalis*.
a Signa antea recenſita pleraque.
b Major anxietas circa præcordia, quam in Aſthmate pectorali.
c Reſpiratio difficilis, quæ, uti in præcedente, tempore nocturno magis augetur.
d Exacerbatio ſymptomatum poſt motum corporis fere ſemper obſervatur.
e Eadem quoque accidentia moleſta poſt paſtum magis augentur.

IV. *Subjectum*.
1 Phlegmatici vitam ſedentariam agentes & obeſi facile hocce malum incurrunt.
2 Senes, alias catarrhalibus & mucoſis affectibus obnoxii, facilius quoque hoc affectu corripiuntur.
3 Juniores quoque ſucculenti, quibus ſcabies aut capitis exanthemata per externa inpr. unguinoſa retropulſa fuerunt.
4 Juvenes, ob cauſas externas, vapores, pulveres corroſivos, aerem frigidum, humidum &c. interdum hoc malo corripiuntur.
5 Iidem & viri quibus Hæmorrhoides ſuppreſſæ fuerunt, aut qui conſuetas ſanguinis ventilationes neglexerunt.
6 Nonnunquam etiam ob hæreditariam labem Aſthma juniores corripit.
7 Venerei male curati, frequenter quoque non ſolum dolore pectoris fixo, ſed etiam Aſthmate cum multæ materiæ ejectione corripiuntur: ita vir quidam ante viginti & quod excurrit annos in Lue venerea male tractatus, ſingulis annis eo circa æquinoctium autumnale corripiebatur, donec tandem hoc ipſo anno ope Tincturæ reſolventis & Tincturæ pectoralis ab eo liberaretur.
8 Hypochondriaci & Hyſtericæ, aut alii humidioris conſtitutionis, qui frequentes ad pectus & hypochondria humorum congeſtiones paſſi ſunt.

V. *Prognoſis*.
1 Aſthma humidum tam pectorale, quam ſtomachale eſt malum admodum pertinax ac diuturnum, ita ut non raro ad plures annos ſe extendat.
2 Si materia in bronchiis hærens acrimoniam concipit, pulmonum exulcerationem ſive Phthiſin poſt ſe trahit.
3 Aſthma interdum in Peripneumoniam, ſive pulmonum inflammationem tranſit.
4 In ſubjectis humidioribus, quorum corpora copioſo repleta ſunt muco, facile in Cachexiam aut Hydropem degenerat.
5 Aſthmata juniorum, a ſcabie retropulſa originem nacta, ſuffocationem minantur & actu etiam eandem producunt, quod aliquoties obſervavimus.
6 Quo magis tenax & viſcida eſt materia morbifica, eo facilius graviora metuenda ſunt mala, & eo difficilius etiam curatur affectus.
7 Quo magis inveteratum eſt Aſthma, eo minus ſperanda eſt curatio.
8 Aſthma mitigatum vel etiam curatum facile ob Diætæ errores recrudeſcit.
9 Quo major Aſthmati jungitur tuſſis cum excretione materiæ mucoſæ, eo citior ſperanda eſt curatio, & contra.
10 Aſthma ſtomachale, cum vitio Hypochondriorum junctum ſæpius difficilioris eſt curationis, quam pectorale.
11 Hæmorrhoides Aſthmati ſupervenientes malum ſæpius maxime mitigant: id quod eo certius contingit, ſi affectus ab earum ſuppreſſione ortum traxit.
12 Orthopnoea Aſthma excipiens utplurimum brevi tempore funeſta fit.
13 Aſthma hæreditarium nunquam curatur.
14 Aſthma Venereum nonniſi ſublato morbo primario curationem admittit.
15 Aſthma quodcunque in febribus acutis periculoſum eſt.
16 Qui gibbi ex Aſthmate aut Tuſſi fiunt ante pubertatem, pereunt.
17 Quo magis debiles ſunt Aſthmatici, eo certius metuendum eſt periculum,
18 Quo magis attollitur pectus cum ſcapulis in Aſthmate, eo periculoſior eſt ſtatus.

VI. *Remedia*.
1 Materiam tenacem reſolventia: Rad. Angelic. Ari, Apii, Ariſtol. Pimpinell. Helen. Imperat. Vincetox. Zedoar. Bardan. Petaſit. &c. Herb. Marrub. Capill. Ven. Hyſſop. Chærefol. Fumar. Naſturt. Triſol. Fibr. Eryſim. Sem. Anif. Fœnic. Dauci. Lign. Saſſafr. Guajac. Junip. G. Ammon. Galb. Elem. Carann. Tinct. Oii acris, Eſſ. Alexiph. Succin. *Conſ. Tab. præcedens*.
2 Materiam reſolutam evacuantia: qualia ſunt laxantia & purgantia præcedente Tabula præſcripta: quorſum etiam pertinent pulveres nitroſi tempore veſpertino exhibiti.
3 Tonica diſcutientibus mixta, vid. caput. antecedens.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ incidentes & laxantes.

℞. *M.P. de Ammon. gr.* xv
℥ *dulc.* ℈ß.
Extr. coloc. gr. ij.
Tinct. Tart. q. ſ.
M. F. Pil. ad pond. gr. j.
D. pro 1. *doſi.*

2 Infuſum laxans, & incidens.

℞. *Rad. Angelic.*
Bardan.
Pimp. alb. a. ʒiij.
Ari.
Zedoar. a. ʒj.
Herb. Hyſſop.
Capill. ℥.
Marrub. a mß.
Fel. ſenn. ſ. ſ. ʒj.
Fibr. hell. nigr.
Rhab. elect. a ʒij.
Cort. ☉*nt.*
Sem. anif.
fœnic. a. ʒiß.
Inc. infund. in Vin. alb. M. j. ſive ℔ß. *iv. D.* ʒiv. *vel vj. pro doſi tempore matutino.*

3 Infuſum incidens.

℞. *Rad. Ariſtol.* ☉
Imperat.
Irid. Flor.
Vincetox. a. ʒß.
Ari. ʒij.
Hebd. Scord.
Veron.
Roſmar. a. mj.
Flor. Lavend.
Scabioſ. a. p. ij.
Sem.

℞. *Sem. Fœnic.*
Dauci.
Cinnam. ac. a ʒiſs.
Inc. Contuſ. infund. in vin. alb. ℔. *iv. D. mane & veſperi* ʒjv.

4 Potiuncula incidens Brunneri.

℞. *G. Ammon.* ʒj. *ad* ʒij. *ſolv. in Vin. Rhenan.* ʒij. *adde*
Aq. Hyſſop. ʒiv.
D. pro 1. *vel* 2. *doſ.*

5 Alia.

℞. *G. Ammon.* ʒiſs. *ſolv. in Acet. Squillit.* ʒvj. *adde Aq. Hyſſop.*
Veron. Æ. ʒiſs.
Oxym. ſquillit. ʒj. *M.*
D. ut antea.

6 Alia.

℞. *Aqu. flor. vapar.* ʒiij.
Aſthmat. ʒj.
Spir. Zedoar. ʒſs.
Oxym. ſquillit. ʒvj. *M.*
D. cochlearia aliquot.

7 Alia.

℞. *Aq. Hyſſop.*
Veron.
Aſthmat. Æ. ʒiſs.
G. Ammon. in + *ſol.* ʒj.
Oxym. ſquillit.
Sir. de Eryſim. Lob. Æ. ʒſs. *M.*
D. ut antea.

8 Extractum incidens liquidum *D. Stahlii.*

℞. *G. Ammon.* ʒj.
Galban.
Sagapen. Æ. ℈ij.
Myrrh.
Elemi.
Carann. a. ʒſs.
Rad. Helen.
Pimp. alb.
Angel. a. ʒj.
F. Pulvis extrahatur cum Spir. Vin. Extractum, denuo extrahatur & ſolvatur in Spir. Sal Ammon. urinoſ. q. ſ. Doſ. 30. 40. *gt. Reliquas remediorum incidentium & reſolventium formulas vid. cap. præced.*

VII. *Methodus medendi.*

Aſthmatis.

1 *Pectoralis.*

a Cum materia Aſthmatis morbifica ſit admodum tenax & viſcida hinc ſtatim probe incidenda & reſolvenda eſt per remedia ante præſcripta, e quorum numero potiſſimum commendari meretur Radix Ari in majori etiam doſi & repetitis vicibus exhibita. Singularem quoque habent efficaciam Gummata & inprimis Ammoniacum, quippe quod non ſolum potenter reſolvit, ſed etiam alvum liberam ſervat. Nec etiam ſine fructu uſurpari poteſt *Extractum liquidum Stahlii* antea ex *Blazero* p. 285. allegatum, quod ex meris fere Gummatibus conſtat. Eandem ſi non majorem habet vim Tinctura Pectoralis nobis familiaris, cujus continuato uſu aliquot curavimus aſthmaticos: eo facilius autem ſperatum edit effectum, ſi Tinctura reſolvens ipſi jungitur aut ejuſdem uſui interponitur.

b Si malum a ſuppreſſione ſanguinis fluxuum originem traxit, ceteris remediis mature interponatur Venæ ſectio in pede, aut etiam reliquis præmittatur, ac poſtmodum cura ad revocationem Hæmorrhoidum dirigatur, quem in finem hirudines venis ani cum fructu applicari poſſunt. Hoc in caſu optimum edunt effectum Pilulæ veræ Becherianæ ut & Balſamicæ viſcerales nobis familiares, inpr. vero Pilulæ anti rhevmaticæ, quarum ope ſæpius Menſes & Hæmorrhoides ſubſiſtentes revocavimus.

c Si materia ſufficienter inciſa atque præparata fuerit, ſubjungantur evacuantia, ut hoc modo materia mucoſa, quæ per malam conſuetudinem ad pectus continuo fertur per inferiora evacuetur & uberior fluxus verſus ſuperiora intercipiatur: addantur autem ſemper incidentia & reſolventia, quo materia evacuanda ad excretionem faciliorem eo magis diſponatur. Huic fini inſerviunt partim Infuſa, partim Pilulæ antea laudatæ, quæ reſolvunt, diſcutiunt & evacuant.

d In Aſthmate ſtomachali præmiſſis prius incidentibus & reſolventibus vomitoria interdum inſignem habent uſum, imo teſte experientia, talia Aſthmata irritis omnibus aliis per ſola vomitoria curata fuere. vid. Ettmull. Tom. II. p. m. 235.

e In Aſthmate humido a nimia pulmonum debilitate & flaccidităte reliquis remediis incidentibus & diſcutientibus confortantia vel jungenda vel interponenda ſunt: in tali caſu inſigni cum fructu dedimus Mixturam ex Tinct. Reſolv. ʒſs. & Eſſ. dulc. ʒij. cui interpoſuimus Pulveres ſolares D. Richteri aut etiam Pulveres vitales. Egregium quoque uſum in tali caſu habet Aqua veronicæ vinoſa D. *Stahlii*, Eſſentia Helenii, aut ejus Infuſum cum vino generoſo paratum.

f In Aſthmate a ſcabie retropulſa orto, Mercurius dulcis cum aliquo ſtimulo exhibitus optimum edit effectum, quatenus humores viſcidos diſſolvit, atque per alvum evacuat. Huic ſubjungantur incidentia & diſcutientia, Decocta ſcil. Lignorum & Radicum alexipharm, aut Tincturæ & Eſſentiæ ex his paratæ & cum Tincturis alcalinis Diaphoretico-Diureticis maritatæ.

g Si vero Aſthma a male curata Lue venerea dependet, modo allegata remedia uſurpentur, iisque Mercurius dulcis in bolo aut Pilulis frequenter interponatur, ut hoc modo latens virus, reſoluta materia viſcida, ſenſim ſenſimque e corpore expellatur.

h Si materia reſoluta in pulmonibus hæret, a Natura vero per tuſſim, ob virium ſufficientium defectum expelli nequit, circa veſperam detur pulvis Nitroſus, qui tuſſim validam excitat & materiæ excretionem promovet.

i Reſoluta tandem & evacuata materia tonica & roborantia in uſum trahantur, ut hoc modo, conſtrictis partibus & coarctatis poris, novus materiæ illapſus novumque Aſthma præcaveantur: commode hoc præſtant Volatilia, Mixtura Tonico nervina *Stahlii* jam ſæpius laudata, Aqua Veronicæ Vinoſa, diu uſurpata &c.

k Diæta aromatica & vinum generoſum in Aſthmate humido inſignem habent utilitatem.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 In omni Aſthmate humido remedia incidentia & evacuantia diu uſurpentur, cum enim malum ſit chronicum, continuatus etiam remediorum requiritur uſus, quo neglecto, fruſtra laborat Medicus in hoc morbo.

2 In Aſthmate humido uſurpentur ab initio lenia reſolventia, poſtmodum vero potentiora; cum enim hæc ultima utplurimum ſimul ſint vel Diuretica vel Diaphoretica, metuendum eſt, ne ſublata portione ſeri ſubtiliori, relictæ craſſiores & mucidæ curationem difficiliorem reddant, *Conf. Septalii Animadv. de Difficili reſpiratione.*

3 Vomitoria Aſthmaticis interdum quidem proſunt, ubi tamen reſpiratio nimis eſt difficilis & materia copioſa & adhuc viſcida in pulmonibus hæret, ob metuendam ſuffocationem ab eorum uſu abſtinendum eſt: multo autem minus in ipſo conveniunt paroxyſmo, in quo ægrotos ſæpius in præſens vitæ periculum conjiciunt.

4 Mercurialium quoque remediorum abuſus vitetur, quoniam humores nimium colliquando & ad ſuperiora commovendo, majorem affluxum ad pectus producere ſolent, quare ſemper ſufficiens ipſis ſtimulus addatur, & eorum uſui diſcutientia interponantur.

5 Remedia nimis calida fugiantur, ne Aſthma humidum in ſiccum mutetur, (quod poſtea gravius affligit, & longe etiam difficilius curatur) aut prorſus in inflammationem degeneret.

6 Remedia expectorantia diu continuata pulmones nimium emolliunt, & majorem decubitum ad pectus producunt cum metu ſuffocationis aut exulcerationis pulmonum.

7 Eadem mala producunt unguenta emollientia exterius pectori nimium applicata.

8 Expectorantia tamen reſolventibus mixta excretionem materiæ promovent, & hinc etiam in uſum abſque metu trahi poſſunt.

9 In Paroxyſmo cavendum eſt a Diaphoreticis inprimis aliquanto fortioribus, quoniam humores nimium commovendo reſpirandi difficultatem augent & ſuffocationem facile provocant.

10 In Paroxyſmo ſatius eſt interdum abſtinere a remediis

mediis quam iisdem morbum graviorem reddere: optima medicatio est, quæ extra Paroxysmos instituitur: si autem suffocationis periculum urget, blanda incidentia & expectorantia inpr. vero sperma ceti in jusculo calido ægrotis exhiberi possunt.

11 Sirupus & Extractum Tabaci optima quidem sunt remedia resolventia tam in Tussi quam in Asthmate humido, semper tamen ipsis jungantur discutientia, ut major ad pectus affluxus præcaveatur: caute etiam danda sunt remedia ex Nicotiana, ubi nimius pulmonum a copiosis humoribus est infarctus, quoniam enim materiam illam nimis cito resolvunt & aliqualem hoc modo ipsi conciliant turgescentiam, facile, nisi matura sequatur excretio, in suffocationis periculum ægrotantes conjiciunt, præsertim cum minus bene præparata vomitum ordinarie excitent.

12 Cum motus corporis fortior respirationem difficilem in asthmaticis semper augeat, vitetur: moderatus tamen & continuatus, quatenus resolutionem humorum promovet, maxime iis convenit: & hinc etiam sublevationem & mitigationem symptomatum in Asthmate, quam *Baglivus Prax. Med. p. m.* 107. sperare jubet, magis motui corporis continuo & aeri liberiori, quam effluviis terræ nitrosis adscribendam esse, probabile videtur.

13 Aer frigidus & humidus, uti Tussim & Asthma producere solet, ita etiam actu asthmaticis, quatenus materiam spissiorem reddit, dissuaderi debet.

14 In quocumque Asthmate cibi glutinosi, frigidi, malæ digestionis &c. noxii sunt.

15 Omnia salsa tum medicinalia, quam culinaria, asthmaticis parum conveniunt.

16 An Fonticuli & Vesicatoria suris applicata aliquod solamen in asthmaticis afferat, ulteriori experientiæ relinquimus.

Caput Sextum,

DE

Vomitu,

I. *Definitio*. VOmitus est rerum heterogenearum in Ventriculo contentarum & Naturæ insensarum, per motum Ventriculi & vicinorum intestinorum inversum, ejectio.

II. *Differentia*. Vomitus variæ dantur differentiæ.

1 Respectu *materiæ* alius est *biliosus*, alius *pituitosus*, alius *cruentus* (de quo supra) alius *stercoreus &c.*

2 Respectu *temporis* alius est *periodicus*, stata & inpr. æquinoctialia observans tempora, alius *vagus*.

3 Respectu *loci affecti*, sive sedis causæ morbificæ, alius est *idiopathicus*, de quo potissimum hic est sermo, quando scil. materia hæret in Ventriculo: alius est *Sympathicus*, uti vomitus *Nephriticorum*, *Hypochondriacorum*, *Hystericarum*, *Vulneratorum & Gravidarum*.

4 Respectu *causæ* vomitum excitantis alius est *spontaneus*, quam Natura sine externarum causarum concursu instituit, v. g. vomitus in tertiana, criticus in acutis aut etiam alii vomitus spontanei in subjectis facile vomentibus: alius est *coactus*, per assumpta scil. emetica aut faucium irritationem.

III. *Signa*.

1 *Imminentis*.

a Nausea insignis cum cardialgia & anxietate præcordiorum.

b Salivæ in os effusio cum frequentibus horroribus.

c Tremor labii inferioris & vertigo cum tinnitu aurium.

d Lassitudo & in quibusdam tremor corporis.

2 *Præsentis*.

a Ejectio variarum rerum heterogenearum, sanguinis, bilis, pituitæ &c.

b Repetitio interdum eorundem motuum spasticorum admodum sensibilium cum nova materiæ ejectione.

3 *Idiopathici*.

a Actualis excretio alimentorum, aut aliarum rerum Ventriculum onerantium.

b Cessatio vomitus remota materia gravante.

4 *Sympathici*.

a Excretio nulla vel pauca materiæ contentæ, Ventriculo inpr. a cibis vacuo.

b Aut si hic cibis repletus est, ejectio primo eorum, postmodum vero continuatio motuum excussoriorum.

c Signa alium morbum præsentem & vomitum fovantem manifestantia, Calculum scil. Malum hystericum, Passionem Iliacam, Læsiones capitis &c. aut etiam Graviditatem, de quibus suo loco.

IV. *Subjectum*.

1 Homines sensibilioris Naturæ, ad iram & nauseam alias proni: quorsum pertinent potissimum Cholerici, qui tamen ad vomitum biliosum magis inclinant.

2 Personæ temperamenti Sanguineo-Phlegmatici, quorum corpus multis humoribus mucidis repletum est.

3 Infantes præ adultis ob muci copiam & nimiam sensibilitatem.

4 Fœminæ ob eandem causam, scil. sensibilitatem, magis quam viri, præcipue tempore graviditatis.

5 Hypochondriaci, Hysterici, Nephritici, ad Colicam proni, Tertianarii &c.

6 Qui multis alimentis Ventriculum onerarunt.

7 Qui cibos cum nausea assumserunt.

8 Qui multas in Ventriculo cruditates, tam biliosas, quam mucosas habent.

9 Qui nec navi, nec curru vehi consuevere.

10 Hernia incarcerata & volvulo sive ileo laborantes.

11 Capite læsi.

V. *Prognosis*.

1 Vomitus spontaneus post assumpta nauseosa, aut nimiam quantitatem ciborum, Ventriculum onerantium, salutaris est.

2 Pariter salutaris est Vomitus spontaneus, per quem cruditates biliosæ & mucosæ a Ventriculo removentur.

3 Quo maturius & facilius Vomitus in Tertianariis succedit, eo facilius quoque universa Febris vel imminuitur, vel cessat.

4 Idem quoque de Vomitu critico, in acutis legitimo tempore contingente & non excedente, censendum est.

5 E contra vomitus talis in acutis continuans cum ejectione materiæ variegatæ & graveolentis mali semper est ominis.

6 Vomitus matutinus materiæ viscidæ pituitosæ facile in consuetudinem abit, cujus rei memorabile exemplum habet *Hildanus Cent. IV. Obs.* 32. de quadam Religiosa, quæ per 31. annos singulis diebus pituitam viscidam bile intermixtam, evomuit.

7 Ex Volvulo Vomitus, aut singultus, aut convulsio, malum. 7. Aphor. 10.

8 Ex Vomitu Singultus & oculi rubicundi, malum. 5. Aphor. 3.

9 Vomitus & Surditas volvulosis, malum. *Coac. Prænot. III.* 303.

10 Vomitus stercoreus in volvulosis pessimus est.

11 Vomitus paucus & laboriosus in acuta Febre, malus. *Riverius*.

VI. *Remedia*.

1 Materiam viscidam & tenacem incidentia & resolventia, uti sunt Salia digestiva neutra vel sola, vel cum fixis remixta; Arcan. duplic. Tart. Vitriolat. Sal polychrest. Digestiv. Absinth. Cent. min. &c.

2 Lenia Vomitoria, inpr. Rad. Ipecac. minori dosi cum salibus exhibita.

3 Materiam biliosam corrigentia, sive nimirum ejus impetum infringentia, Cryst. mont. Nitrosa, Salia neutra Absorbentia &c.

4 Lenia Adstringentia & Acida: Coralia rubra, Cort. Chacarill. C.C. ust. Succ. Cydon. Citr. &c.

5 Anodyna & Alexipharmaca: Theriac. Androm. Cœ-

lest. cum Adstringentibus lenibus exhibita: Essent. Alexipharm. Helen. Pimpin. alb. Tinct. Bezoard. Mixt. simpl. Essent. Cinnam. &c.

6 Amara aliaque Stomachia, earumque tam Essentiæ quam Extracta: Herb. Absinth. Cent. min. Rad. Gentian. Galang. Zedoar. Cort. Ont. &c. & inpr. Pil. Stahlianæ, aut Balsam. viscer. nobis familiares &c.

7 Topica, Discutientia, Roborantia: Spir. Vin. Camph. aliique ex aromaticis radicibus & herbis parati; Balsama ex Oleo Nucistæ expresso cum oleis destill. aromaticis parata: Empl. Stomach. Crat. de Crusta panis: Theriaca externe applicata, Crusta panis vino & aromatibus impregnata & calide Ventriculo imposita: Sacculi &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis abstergens.

℞. *Sal cathart. amar.* ʒj. — *D. singulis duabus horis div. in* 3. *p. æq.* — *dosis.*

2 Alius.

℞. *Tart. Vitriolat.* ʒj. — *Div. & D. ut antea.*

3 Alius.

℞. *Arcan. dupl.* — *div. & D. ut antea.*
Sal absinth. a. ʒß. *M.*

4 Pulvis temperans.

℞. *Lap.* ♋. — *Tart. Vitriolat. a.* ℈j. *M.*
Cryst. mont. — *div. in* 4. *p. æq.*
Nitr. depur. — *D. ut antea.*

5 Alius.

℞. *Conch. citrat.* — *Tart. Vitriol. a.* ℈j. *M.*
Nitr. depur. — *div. in* 3. *p. æq.*

6 Pulvis emeticus.

℞. *Rad. ipecac. gr.* xv. ℈j. — *D. pro una vice.*
Sal absinth. ℈ß. *M.*

7 Pulvis adstringens.

℞. *Corall. r. ppt.* — *div. in* 3. *p. æq.*
Pulv. chacarill. — *D. singulis* 3. *vel* 4. *horis.*
C. C. ust. a ℈j. *M.*

8 Pulvis adstringens & anodynus.

℞. *Corall. r. ppt.* — *M. Pil. de Cynogl. gr.* iij. *M.*
Pulv. Chacarill. a. ʒß. — *div. & D. ut antea.*
Spec. de Hyac. gr. xxv.

9 Potiuncula adstringens.

℞. *Aq. Menth.* ℥iv. — *Sir. Corall.* ʒß. *M.*
Corall. rubr. ppt. — *D. singulis duabus horis*
Pulv. chacarill. a. ʒß. — *cochlearia aliquot.*
Terr. Sigill. ℈j.

10 Alia.

℞. *Aq. Meliss.* — *Spir. Nitr. dulc.* ℈j.
Rub. id. ℥ ʒiß. — *Sir. Corall.* ʒß. *M.*
Cinnam. — *D. ut antea.*
Succ. Cydon. a. ʒvi.

11 Alia anodyna.

℞. *Aq. Menth.* — *Ther. Androm.* ℈ij.
Meliss. — *Sir. Papav. rh.* ʒiij. *M.*
Mastich. ℥ ʒj.

12 Mixtura roborans & discutiens.

℞. *Ess. Alexiph.* ʒij. — *D.* 30. *gutt.*
Cinnam. ʒj. *M.*

13 Alia.

℞. *Ess. Myrrh.* ʒj. *M.* — *D. ut antea.*

14 Alia.

℞. *Ess. Absinth.* ʒiß. — *Cinnam.* ʒß. *M.*
Cent. min. ʒj. — *D. ut antea.*

15 Alia.

℞. *Ess. amar. Hall.* ʒß. — *D. ut antea.*

16 Alia.

℞. *Ess. Pimp. alb.* ʒij. — *D. ut antea.*
Myrrh. ℈ij.

17 Alia.

℞. *Mixt. simpl.* ʒij. — *D. ut antea.*

18 Alia.

℞. *Ess. Absinth. comp.* — *Succin.* ʒiß. *M.*
Gentian. ℥ ʒij. — *D. ut antea.*

19 Pilulæ anodynæ.

℞. *Ther. cæl. gr.* iv. — *D. pro una dosi.*
F. Pil. nō. iv. *detur.*

20 Pilulæ adstringentes & anodynæ.

℞. *Extr. Torment. gr.* xii. — *F. Pil. nō.* xv,
Ther. cæl. gr. iij. *M.* — *D. ut antea.*

21 Balsamum roborans.

℞. *Ol. N. M. express.* ʒiß. — *Caryoph. a gt.* iv. *M*
dest. Menth. — *F. Balsam.*
Fœnic. a gt. xv, — *applicetur scrobiculo cor-*
Cinnam. — *dis,*

22 Aliud.

℞. *Ol. N. M. express.* ʒij. — *Succin. a. gr.* viij.
dest. Menth. — *Cinnam.*
Macis, — *Caryop. a gt.* iv, *M.*
Major. a. ℈ß. — *F. Balsam.*
Rutæ. — *Applicetur ut antea.*

23 Emplastrum roborans.

℞. *Empl. de Crust. pan.* ʒj. — *Ol. Cinnam.*
Tacamah. ʒß. — *Caryoph. ℥ gt.* v.
Balsf. Peruv. q. s. M. — *Applicetur alutæ inductum*
F. Emplastr. inroretur, — *regioni stomachali.*

24 Aliud.

℞. *Empl. stomac. Crat.* ʒvj. — *Ol. Aneth. q. s. adde.*
Tacamah. — *Camph.* ℈ß. *M.*
Caranna. — *F. Scutum stomachale,*

VII. *Methodus medendi.*

1 Si materia in vomitu est admodum tenax & viscida ita ut vix ac ne vix quidem ejici queat, uti id sæpius contingit, exhibeantur ad hanc materiam incidendam & excretionem ejusdem promovendam Pulveres Salini abstergentes & incidentes, quibus etiam Radix Ari addi potest, utpote quæ non solum potenter incidit, sed etiam roborat. Egregium quoque tali in casu habent usum Gummata eorumque præparata incidendo & abstergendo materiam tenacem.

2 Nonnunquam etiam lene vomitorium exhibeatur, quando materia mobili motus & conatus vomendi ad excussionem sive expulsionem materiæ non sunt sufficientes, aut quando etiam cruditates copiosæ, aut cibi malæ digestionis in ventriculo hærent. Tali in casu Radicem Ipecacuanhæ minori dosi cum Sale Absinthii sæpius cum fructu dedimus, Sal enim modo dictum optime incidit & excretionem materiæ, virtutem radicis exaltando, promovet: ipsa autem Ipecacuanha propter lenem vim adstrictoriam Ventriculum simul roborat.

3 In Vomitu bilioso, ubi non raro bilis admodum acris nimiam irritationem nimiumque vomitum producere solet, pulveribus illis Salinis addi possunt Absorbentia, Nitrosa, & inprimis Crystall. mont. quæ nimiam acrimoniam bilis ejusque motum compescunt.

4 Si materia excernenda acida est aut nidorosa, eadem Absorbentia, aciditatem tollentia, prosunt pariter ac Martialia dictis remediis admixta: nec etiam sine fructu exhibentur Gummata inprimis Arabicum & Tragacantha.

5 Continuante vomitu Adstringentia cum Theriacalibus aliisque Anodynis mixta, ut & acida, aut præ ceteris Pilulæ Stahlianæ vel Becherianæ, in Aqua Melissæ & Cinnamomi solutæ in usum trahantur, quæ etiam insignem habent usum, quando materia copiosa & viscida in Ventriculo hæret optime enim abstergunt, incidunt & excretionem materiæ promovent.

6 Hisce subjungantur ad roborandum Ventriculum Stomachica varia, amara, aromatica & Martialia rite parata, Essent. amara Hall. cum vel sine additione Essentiæ dulcis, Mixtura Tonica Stahlii, Essent. Cort. Citr. Aurant. Aqua Cinnamomi aut hujus Essentia: Essent. Absinth. simpl. & compos. Tinct. ♂t. Lud. quæ legitime præparata, si aliquid remansit, abstergit, & Ventriculi flaccidatem tollit.

7 Hisce jungi possunt externa superius laudata, quæ etiam pro vomitus conditione, statim ab initio applicari possunt, quoniam Ventriculum roborando cruditatum expulsionem adjuvant.

8 In Vomitu Sympathico (1) Nephriticorum respiciendum est ad alvi libertatem, quam præter lubricantia assumta temperant clysteres emollientes & oleosi, aut etiam mucilaginosi: quibus jungantur Salia neutra, Nitrosa aliaque lenia diuretica pro usu interno.

(2) In

(2) In Hypochondriaco præservationis gratia Venę Sectio mature instituta convenit : curative vero prosunt modo dicta Salia & tot in locis a D. Stahlio laudata Eff. Millefolii, aut ejusdem infusum ad sedandos motus in vena portæ & circa eandem ortos. (3) De Vomitu Gravidarum vid. de *Morbis Gravidarum*.

VIII. *Cautelæ Practicæ*.

1 Adstringentia fortiora in principio vomitus cujuscunque fugiantur, quatenus materiam incrassando ejusque excretionem impediendo graves anxietates & cardialgias producunt.

2 Si subjecta ad vomitum cruentum aut ad congestiones sanguinis in Hypochondriis prona sunt, Vomitoria nullo modo præscribenda sunt, quoniam Vomitum cruentum facile provocant.

3 Nec etiam tuta sunt Vomitoria in Vomitu Hypochondriacorum & Hystericorum, quatenus non solum Vomitum augent, ejusque citiorem recursum producunt, sed etiam majores circa Venam Portæ edunt turbas.

4 Ubi Ventriculus jam satis est debilis, Vomitoria ejus debilitatem magis augent.

5 Vitetur quoque Vomitoriorum usus, si subjecta ad Hæmoptysin prona sunt, aut aliis affectibus pectoris laborant.

6 Volatilia & Carminativa in Vomitu pituitoso interdum, si legitimo tempore exhibentur, suo quidem non carent usu, in Vomitu vero bilioso, quatenus materiam acriorem reddunt ac motus augent, noxia sunt & malum gravius reddunt : post vomitum autem ad roborandum Ventriculum conveniunt.

7 In eodem vomitu bilioso Topica, Balsamica, acria & spirituosa scrobiculo cordis applicata vomitum & anxietates cardialgicas augent, quare non, nisi sedato aliquo modo Vomitus impetu, applicentur.

8 Opiatorum usus in Vomitu cautus esse debet, ne relaxato Ventriculi tono motus nimis subito sopiantur & [illegible] noxia excernenda cum corporis damno in Ventri[illegible] remaneat.

9 Nisi qu[illegible]ta continentia corporis atque aer temperatus jungantur remediis, sæpius omnia quamvis optima remedia, irrita sunt : nihil enim vomitum magis quam jactigatio corporis promovet.

Caput Septimum,

D E

Diarrhœa.

I. *Definitio*. Diarrhœa est frequens alvi depositio a motu peristaltico auctiori originem trahens, eum in finem a Natura instituta, ut beneficio hujus motus materiæ crudæ mucosæ & biliosæ chylificationem turbantes e Ventriculo removeantur.

II. *Differentiæ*.

1 Respectu *materiæ*, quæ repetitis vicibus excernitur.

a Alia est *mucosa*, quando partes mucosæ, tam in intestinis, quam in humoribus hærentes per alvum evacuantur.

b Alia est *biliosa*, in qua partes acres biliosæ in intestinis habitantes frequentiore motu peristaltico expelluntur.

c Alia est *cruenta*, uti in *Dysenteria* & *Fluxu Hepatico*, de quibus postea.

d Alia est *alimentosa* & *chylosa*, quando assumpta vel prorsus non, vel parum tantum alterata & digesta excernuntur, uti id contingit in *Lienteria* & *Fluxu Cœliaco* de quibus pariter paulo infra agemus.

e Alia est *alba*, quam etiam *Jetericam* vocant, quando excrementa fluida, propter hepatis obstructionem & denegatum bilis ad intestina fluxum, nullo colore tincta sunt flavo.

2 Respectu *status hominis*.

a Alia contingit in *statu sano*, scil. spontanea, qua interdum homines quoad cetera sani circa æquinoctia corripiuntur, & quæ utpl. euphoriam post se relinquit : hæc si stata æquinoctiorum observat tempora, vocatur etiam periodica.

b Alia observatur in *statu morboso* & hæc est

α Vel *Critica*, quando Natura materiam præparatam & digestam die critico per alvum cum morbi vel imminutione, vel plenaria sublatione evacuat.

β Vel *Symptomatica*, quæ vel in morbis exanthematicis, vel diebus non criticis contingit, ita ut morbus in pejus ruat. Huc etiam *Diarrhœa* Phthisicorum & Hecticorum *colliquativa* pertinet.

3 Respectu *causarum*

a Alia dependet a *causis externis*, assumptis scil. fructibus horræis aliisque fermentescentibus, refrigeratione pedum, suppressione sudoris, scabiei, consolidatione ulcerum antiquorum &c.

b Alia originem trahit a *causis externis* : uti sunt variæ antea recensitæ species Diarrhœarum spontanearum, criticarum, symptomaticarum &c. quorsum etiam spectat Diarrhœa infantum verminosa.

III. *Signa*.

1 Murmura abdominis, vel borborygmi excretionem sæpius antecedunt.

2 Quibus non raro junguntur tormina potissimum circa umbilicum.

3 Quæ postea sequuntur excretiones liquidæ diversarum materiarum.

4 Appetitus sub hac ipsa frequenti dejectione prosternitur, excepta Diarrhœa, spontanea, ubi utpl. in integro permanet statu.

5 Sitis vero notabiliter augetur, quo magis scil. Diarrhœa urget.

6 Vires ob continuam excretionem insigniter prosternuntur.

7 Accedit etiam ordinarie capitis gravitas & debilitas.

8 Calor internus indies augetur cum reliquis symptomatibus.

9 Tenesmus, inpr. ubi excretio materiæ acris diu continuat, tandem accedit.

10 Malo auctiori jungitur præcordiorum anxietas insignis.

11 Tandem partes extremæ frigent, calore interno interim magis aucto.

12 Quibus præsentibus facile superveniunt Lipothymiæ cum sudore frigido inpr. circa frontem.

13 Quæ ultimo loco mors excipit, nisi mature convenientia exhibeantur remedia.

IV. *Subjectum*.

1 Homines temperamenti humidi, Phlegmatici scil. & Sanguinei, qui præ ceteris ad Diarrhœam mucosam sunt proni.

2 Cholerici, qui biliosam frequentius experiuntur Diarrhœam.

3 Juniores, ob teneram constitutionem & humorum mucositatem.

4 Qui alimenta fermentescentia mustum, cerevisiam recentem, fructus horræos &c. assumserunt.

5 Qui sudores spontaneos neglexerunt & corpus aeri frigido statim exposuerunt.

6 Quibus scabies aliæque efflorescentiæ cutis retropulsæ fuerunt.

7 Qui pedes nimium refrigerarunt.

8 Hæmorrhoidarii ob impeditiorem Hæmorrhoidum fluxum.

9 Febribus laborantes & ad alvi libertatem alias proni, uti præ cæteris sunt sanguinei.

V. *Prognosis*.

1 Diarrhœa periodica, circa æquinoctia inprimis affligens utpl. periculo vacat & sæpius corpus a morbis multis præservat.

2 Si tamen septimum transcendit diem, vires prosternit, sitim graviorem comitem habet, noctes diesque affligit, ac tandem tormina cum motibus febrilibus accedunt, vel nimium humorum vitiosorum apparatum, vel visceris cujusdam malum statum indicat, & ad Febrem lentam ac Atrophiam disponit.

3 Si Diarrhœa ulcera antiqua conſolidata aut Scabiem retropulſam ſequitur, etiamſi interdum ad multos dies extendatur, nihil periculi, ſi ſimul vires conſtant, portendit.

4 Diarrhœa a rebus fermenteſcentibus orta facile tranſit in Dyſenteriam.

5 Si in Diarrhœa bilis crocea, rubigini ferri diſſolutæ, aut lateris rubri non abſimilis, cum virium & pulſus debilitate excernitur, ſæpius indicium eſt Diarrhœæ malignæ. *Vid. Cheſneau Obſerv. p.* 290.

6 Si materia, quæ in Diarrhœa excernitur, nimium eſt bilioſa & acris, facile jungitur excoriatio ani.

7 In Diarrhœa, ſi appetitus viget, bonum eſt: quo magis vero hic proſternitur, eo pejor eſt ſtatus.

8 In Diarrhœis ſudor copioſus & largum urinæ profluvium ſuperveniens ſolvit morbum.

9 Omnes Diarrhœæ per Adſtringentia & Opiata imprudenter ſuppreſſæ majoribus malis exponunt ægrotantes, quam ſi ſibi relinquantur: translationes enim fiunt ad alias partes internas tam vicinas, quam remotiores & exinde diverſi etiam pro ratione partium oriuntur affectus.

10 Diarrhœas bilioſas ſuppreſſas facile ſequuntur Febres bilioſæ cum inflammatione inteſtinorum.

11 Si Diarrhœæ criticæ in acutis per imprudentem medicationem ſupprimuntur, funeſtus utpl. ſequitur eventus.

12 Omnis Diarrhœa in principio acutarum & exanthematicarum Febrium accedens mala eſt, quoniam materiæ præparationem & evacuationem per Diaphoreſin impedit. In Morbillis tamen ante aliquot annos graſſantibus Diarrhœam & narium Hæmorrhagiam adeo ſalutarem obſervavimus, ut, qui excretionibus talibus non affligerentur, & diutius decumberent & reſpirandi difficultate aut ſcabioſis etiam affectibus diu, ſuperatis Morbillis, laborarent.

13 Quamvis juxta *Hippocr.* 5. *Aphor.* 34. *Mulieri in utero gerenti, ſi alvus multum fluxerit, periculum ſit, ne abortiat:* interdum tamen quædam reperiuntur, quæ eam diu ſine fœtus detrimento patiuntur: imo in quibuſdam Diarrhœam menſtruam, eo ſcil. tempore, quo alias menſibus laborare ſolebant, ſine noxa contingentem obſervavimus.

14 A Pleuritide aut Peripneumaria detento alvi profluvium ſuperveniens bonum. *Hyppocr. 6. Aphor.* 16.

15 Ex morbo diuturno alvi defluxus malum. 8. *Aphor.* 5.

16 A diuturno alvi profluvio detento, ſponte ſuperveniens vomitus, alvi profluvium ſolvit. *6. Aphor.* 15.

17 Ophthalmia laborantem ab alvi profluvio corripi, bonum. *6. Aphor.* 17.

18 Si a Leucophlegmatia detento vehemens Diarrhœa ſuperveniat, morbum ſolvit. 7. *Aphor.* 29.

19 Ab Hydrope detento, ſi aqua ſecundum venas in alvum fluxerit, ſolutio fit. *6. Aphor.* 14. Si autem non juvat, peſſima eſt: pravam enim in viſceribus diſpoſitionem oſtendit. *Cheſneau. Obſerv. p.* 288.

20 In diuturnis alvi profluviis, crepitus ſine materia erumpens, bonum. *Idem.*

21 Omnium periculoſiſſima eſt Diarrhœa colliquativa, Hecticæ confirmatæ ſuperveniens, mortem enim inſtantem indicat. Vid. *Hippocr.* 5. *Aphor.* 12. 14.

22 Quo magis a naturali ſtatu recedunt excrementa, eo periculoſior eſt Diarrhœa. Plura Vid. *in Semiotica de ſignis ex fecibus alvinis. p.* 212.

VI. *Remedia.*

1 Materiam mucoſam ad excretionem præparantia: qualia ſunt Salia tam *fixa* v. g. Sal. Tartari, Abſinthii, Centaurii minoris, Geniſtæ &c. quam *neutra* Tart. Vitriol. Arcan. duplic. Sal polychreſt. Tart. ſolub. ſive Tartariſat. Liq. Terr. fol. Tart. Nitr. ☽iat. abſorbentia cum acidis mixta, uti Conch. citrat Lap. cancror. cum acido Tartari ſaturata. Huc pertinent vegetabilia incidentia & reſolventia, Radix Pimpinell. alb. Vincetox. Ari, Gentian. Enulæ Galang. Zedoar &c. Herb. Cent. min. Card. Benedict. Abſinth. Sem. Aniſ. Fœnic. reliquaque carminativa. Cort. Aurant. Citr. Winteran. Gummi Ammon. Junip. Heder. Extracta amara varia & ex hiſce paratæ, Pilulæ, uti Becherianę, Stahlianę &c.

2 Materiam præparatam blande evacuantia: Magneſia alba, Rhabarbarum, Sirupus de Cichor. cum Rhabarb. Pilulæ Becherianæ, Stahlianæ, Polychreſtæ Hallenſium, Balſamicæ viſcerales nobis uſuales, Clyſteres carminativi aut abſtergentes ex furfuribus triticeis cum Terebinthina parati.

3 Motum nimium humorum ad inteſtina impedientia & ſpaſticos motus ſiſtentia: uti ſunt Opiata, Theriaca Andromachi, Cœleſtis, Diaſcord. Fracaſt. M. P. de Cynogloſſ. Eſſent. Opii. Eſſ. dulc. Hallenſ. Adſtringentia, Abſorbentia & Gemmata: Corall. rubr. ſpec. de Hyacinth. &c.

4 Inteſtina debilitata roborantia: Mixtura Tonica Stahlii, Tinctura ♂tis Ludovici vel per ſe, vel cum Eſſent. Lign. aloes remixta. Eſſentia ♂tis Balſamica Wedelii, ex eadem Eſſent. L. aloes & liquore ♂tiali parata. Huc pertinent etiam Elixiria varia aromatica & amara item Eſſentiæ Cinnam. Cort. Ont. Alexiph. Stahlii &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis incidens.

℞. *Pulv. ſtomach. Birckm.* ℈ß. — *D. ſingulis 4. horis* ℈j. *cuſp. cultr.*

2 Alius.

℞. *Conch. citrat.* — *div. in 6. p. æq.*
Tart. Vitriolat. — *D. ſingulis 4. horis.*
Sal abſinth. a ℈ij. *M.*

3 Pulvis temperans.

℞. *Conch. citrat.* — *div. in 6. p. æq.*
Cryſtall. mont. ppt. — *D. ſingulis tribus vel quatuor horis.*
Tart. Vitriol. a ℈ij.
Nitr. depur. gr. xxiv. *M.*

4 Pulvis evacuans.

℞. *Rhab. elect.* ℈ß. ℈ij. — *D. pro una doſi.*

5 Alius.

℞. *Magneſ. alb.* ℈iv. — *D. mane & ſequente die; div. in 2. p. æq.*

6 Pilulæ evacuantes.

℞. *Pil. Becher.* ℈j. — *vel* 20. *D. mane aut veſperi* 15.

7 Clyſter carminativus & abſtergens.

℞. *Decoct. Carmin.* — *Vitell. Ov. nō. j. M.*
Furf. tritic. ā. ℥v. — *F. Clyſter.*
Terebinth. ℈ß.

8 Pulvis ſiſtens.

℞. *Lap.* ♋. *ppt.* — *div. in 4. p. æq.*
Corall. rubr. ppt. a. ℈ij. — *D. ſingulis 4. vel 6. horis.*
Ther. cœleſt. gr. iv. *M.*

9 Potiuncula anodyna.

℞. *Aq. Meliſſ.* — *Sir. Pap. rhœad.* ℈ß. *M.*
Menth. ā. ℥iß. — *D. ſingulis 3. vel 4. horis*
Maſtich. ʒvj. — *cochl. ij.*
Theriac. Androm. ℥iß.

10 Pilulæ adſtringentes & anodynæ.

℞. *Extr. torment.* ℈j. — *M. F. Pil. no. xxv.*
Ther. cœleſt. gr. v. — *D. veſperi 5. pro doſi.*

11 Mixtura incidens & confortans.

℞. *Eſſ. Alexiph. Stahlii* ℥ij — *doſ.* ʒj. *30. gt. bis vel ter*
Cinnam. ʒj. *M.* — *per diem.*

12 Alia.

℞. *Eſſent. Cinnam.* — *D. ut antea,*
Cort. ♌nt. a ℥ij. *M.*

13 Alia.

℞. *Eſſent. amar. Hall.* ℥ij. — *D. ut antea,*
dulc. ʒj. *M.*

14 Mixtura Tonica.

℞. *Tinct.* ☽ii *acris* ℥ij. — *D. ut antea,*
Spir. C. C. ʒj. *M.*

15 Alia.

℞. *Tinct. ♂t. Ludov.* — *D. ut antea.*
Eſſ. L. Aloes a. ℥ij.

VII. *Methodus medendi.*

1 In omni Diarrhœa eo reſpiciendum eſt, ut materia excernenda ad excretionem ita diſponatur, ut ſine magnis incommodis excerni queat. Si E. Diarrhœa eſt mucoſa, incidentia in principio exhibeantur, ut hoc modo materia magis mobilis reddita eo melius par-

partim a Natura, partim per laxantia evacuari queat. Præſtant autem talem reſolutionem pro ſubjectorum diverſitate modo Salia tam fixa, quam neutra, modo reliqua ſuperius recenſita vegetabilia acria & amara.

2 Si Diarrhœa eſt bilioſa, præparantium loco inſervire poſſunt Nitroſa, inpr. vero Nitrum depuratum & regeneratum, Cryſtallus montana cum abſorbentibus & ſalibus neutris mixta, hæc enim bilis acrimoniam optime corrigunt, ac inde metuendas læſiones præcavent.

3 Præmiſſis hiſce laxantia & abſtergentia lenia, materiam reſolutam ſine inſigni commotione evacuantia, exhibeantur: quo nomine potiſſimum ſe commendat Rhabarbarum in ſubſtantia datum, quod facta evacuatione leniter adſtringit, atque hoc ipſo nimium humorum ad inteſtina affluxum impedit. Melius adhuc ſe gerunt Pilulæ veræ Becherianæ, quarum aliquot ſaltem doſes Diarrhœam quamcunque utplurimum brevi tollunt.

4 Præparata & evacuata materia poſtea motus ſpaſtici ſopiantur per optiata legitime præparata, qualia ſunt Theriacalia & Tinct. Opii Langelotti per fermentationem cum ſucco cydoniorum parata, Maſſa Pilularum de Cynogloſſa: quibus interponantur vel jungantur lenia adſtringentia & abſorbentia ſuperius laudata. Huc pertinet etiam Nux Moſchata, cujus pulvere cum vitello ovi aliquo modo ad duritiem cocto vulgus Diarrhœas ſæpius feliciter ſiſtit: eundem uſum habet Nux Moſchata ſi cum vino rubro ſumitur, cum fructu quoque uſurpantur pyra & cydonia exſiccata, meſpila immatura, Dyacidonium cum & ſine aromatibus, Semen Plantaginis exſiccatum ad 3j. cum cereviſia vel ovo ſorbili exhibitum. Inſignem pariter laudem meretur Cortex Chacarillæ ejuſque Extractum, utrumque enim remedium tam in Dyſenteria quam in Diarrhœa quacunque, præmiſſis convenientibus aliis remediis non ſine fructu exhibetur.

5 Hiſce omnibus peractis tandem remedia tonum Ventriculi & inteſtinorum reſtituentia exhibeantur, quod partim remedia adſtringentia modo recenſita, partim ſupra allegata tonica præſtant.

6 Si tormina inſigniter urgent, uti id interdum in Diarrhœis contingit, externa quoque locum habent: uti ſunt Spiritus Vini Camphoratus, Aqua Reginæ Hungariæ, Theriaca, Emplaſtrum de Tacamahaca, cum Stomachico Cratonis mixtum, Olea carminativa & aromatica &c. abdomini applicata,

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Satius interdum eſt in Diarrhœa legitime procedente a remediis abſtinere, quam eandem imprudenter per adſtringentia & alia artificia ſupprimere.

2 Eo magis autem ab adſtringentibus abſtinendum eſt, ſi Diarrhœæ fuerint periodicæ & æquinoctiales, nam Natura per eas ordinarie corpus a multis humoribus vitioſis liberare ſolet, & hinc etiam eo promptius earum ſuppreſſionem gravjora damna ſequuntur.

3 Potius circa tale tempus exhibeantur remedia ſaburram humorum eliminantia & hoc modo Diarrhœas præcaventia: aut ſi fluxus alvi jam præſto eſt, conatus Naturæ præparando & blande evacuando Medicus adjuvet, abſtineat tamen ſemper ab evacuantibus fortioribus.

4 Si Nitrum in Diarrhœis bilioſis aliiſque ab æſtu ſanguinis ortis adhibendum eſt, præſtat id minoribus & repetitis doſibus, quam majoribus, exhibere: commode tamen ſemper cum præcipitantibus & ſalibus neutris miſcetur.

5 Opiata præmature exhibita ſiſtunt quidem alvi fluxum, materiam tamen morbificam cum damno retinent; quare non niſi præmiſſis præparantibus & evacuata materia præſcribantur. Tutius longe eſt egregium illud Hallenſium anodynum remedium Eſſentiæ dulcis, quæ confortando materiæ evacuationem promovet & alvi fluxum ſucceſſive ſiſtit: eandem efficaciam habent Pulveres Vitales & Solares.

6 Uti frigus ſæpius multum ad Diarrhœarum productionem confert, ita durante alvi fluxu corpus ab eadem ſedulo muniendum eſt.

7 Potus quoque frigidus noxius eſt & Diarrhœam auget, calidus autem excretionem materiæ mucoſæ promovet, partesque bilioſas temperat, adeoque ægrotis commendandus eſt.

Caput Octavum.

De

Cholera Humida.

I. *Definitio*: Cholera eſt humorum bilioſorum acrium & corroſivorum aliorumque corruptorum, in Ventriculo & inteſtinis contentorum, per ſuperiora & inferiora ejectio, gravibus ſymptomatibus utplurimum ſtipata.

II. *Differentia*.

1 *Reſpectu gradus*.

a Alia eſt gravior, quæ graviorem & acriorem cauſam præſupponit & hinc etiam gravioribus ſymptomatibus ac motibus febrilibus ſtipata eſt.

b Alia vero eſt mitior, quæ ſatis quidem gravis eſt, tantum tamen periculi non involvit ac prior, & febris expers eſt.

2 *Reſpectu cauſarum*.

a Alia a cauſa interna, bile ſcil. nimium acri & corroſiva dependet.

b Alia cauſam externam venena ſcil. Purgantia draſtica aliaque corroſiva aſſumpta aut cibos fermenteſcentes in Ventriculo corruptos ſequitur.

3 Reſpectu vomitus aliarumque excretionum per inferiora: a quibus facile reſpectu ſignorum & excretionis per ſuperiora & inferiora diſtingui poterit.

III. *Signa*

1 Quamvis nonnunquam ſubito & uno quaſi impetu malum hocce oriatur, frequentius tamen præcedunt ſigna vomitum alias indicantia, appetitus ſcil. proſtratus, nauſea, horror, vertigo &c.

2 Hiſce junguntur inſignes anxietates præcordiorum cardialgicæ cum gravibus & lancinantibus doloribus abdominis.

3 Frequentes occurrunt horripilationes.

4 Accedit gravis hypochondriorum & dolorifica tenſio ac abdominis inflatio aut extenſio.

5 Sitis adeſt anxia & interdum inexplebilis, poſt potum tamen inprimis frigidum dejectiones augentur.

6 In faucibus, œſophago & ano ſentiuntur moleſti ardores quos non raro dictarum partium excoriationes ſequuntur.

7 Lipothymiæ ordinarie hiſce accedunt ſymptomatibus, quæ quo magis ſubjecta ſunt ſenſibilia & bilis acris, eo gravius urgent.

8 Corporis continua adeſt jactigatio & inquietudo ac vires magis magiſque franguntur.

9 Pulſus eſt celer & frequens & ſæpius parvus.

10 Ingraveſcente malo extrema frigeſcunt, cum unguium livore, interna vero uruntur ac ſimul anxietates præcordiorum una cum ſiti reliquiſque ſymptomatibus circa Ventriculum augentur.

11 In partibus extremis, inprimis circa frontem ſudor frigidus obſervatur.

12 Tandem ſingultus & convulſiones mortis inſtantis indices ſuperveniunt.

IV. *Subjectum*.

1 Homines adulti præ junioribus.

2 Feminæ magis quam viri.

3 Cholerici & Cholerico ſanguinei ad iracundiam maxime proni.

4 Qui fermenteſcentia aut difficilioris digeſtionis alimenta aſſumſerunt, uti ſunt mala perſica, melones, cucumeres, cibi pingues, dulces, miſtum, cereviſia novella, fungi, ova barbi piſcis, vinum acidum, potus frigidus &c.

5 Qui poſt aſſumptos tales cibos ira exeandeſcunt.

6 Quibus venena, purgantia draſtica, corroſiva &c. exhibita fuerunt.
7 Qui decubitum humorum vitioſorum ad ventriculum patiuntur.
8 Qui corpus & inprimis pedes calentes ſubito frigori exponunt aut frigidæ immergunt.

V. *Prognoſis.*

1 Cholera grave & peracutum eſt malum, quod, niſi prompte ſuccurratur, paucis diebus aut citius, 24. ſcil. horarum ſpatio, utplurimum ægrotos jugulat.
2 Cholera, quæ abſque cauſis manifeſtis ſubito ægrotos affligit ſemper periculoſioris eſt indolis, quam ea quæ aſſumpta fermentefcentia aut iram ſequitur.
3 Qui cholera affecti fuerunt, facile ejuſdem recidivam patiuntur.
4 Aſſuetis id malum minus periculoſum eſt, ex quo aquam evomunt. *Foreſt. Lib. XVIII. Obſerv. 46. in Scholiis.*
5 Qui eam frequenter incurrunt, facilius eam tolerant, materia non exiſtente tam copioſa aut maligna: qui vero raro, difficulter ſanantur ex cauſis contrariis; & ideo infantes citius curantur. *ibid.*
6 Quo magis lipothymiæ & cardialgia aliaque pathemata circa ventriculum urgent, eo periculoſior eſt ſtatus.
7 Cholera in morborum malignorum principiis occurrens fere ſemper funeſta eſt.
8 Quo impeditius procedit excretio humorum in cholera, eo magis metuenda eſt Ventriculi inflammatio.
9 Quo magis horror in extremis urget, eo citius cholera in Ventriculi & inteſtinorum inflammationem tranſit.
10 Sudores frigidi cum unguium livore & ſingultu inflammationem factam & mortem inſtantem utpl. indicant.
11 Cholera interdum tranſit in cœliacam paſſionem. vid. *Foreſt. l. c. Obſ.* 20. interdum quoque in Dyſenteriam. vid. *Muſit. Tratin. Med. Lib. III. Cap.* 10.

VI. *Remedia.*

1 Humores corruptos, biliioſos &c. corrigentia: Nitrum, Cryſtall. mont. Lapid. ℔. Mater Perl. Conch. ppt. aliaque abſorbentia vel per ſe, vel cum acidis ſaturata: *acida*: Succ. Citri, Sirup. acetoſ. Citr. Berber. Ceraſ. acid. Cydon. Spiritus acidi: Salia neutra Arcan. duplic. Tart. Vitriolat. &c.
2 *Motus ſiſtentia*: Species de Hyac. Corall. rubr. ppt. M. P. de Cynogloſſ. Theriac. cœleſt. Androm. Laud. Opiat. Laud. liquid. Sydenham. Tinct. Anod. Langelott. Opiata Bezoardica Timæi. Extract. torment. Eſſent. dulc. ordinaria & concentrata externe; aromatica.
3 Ventriculum & inteſtina roborantia, ſive tonum eorum reſtituentia: Mixtura tonica D. D. Stahlii. Tinct. ♂t. Ludov. &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans.

℞. *Nitr. depur.* *div. in 6. p. æq.*
Cryſt. mont. *D. ſingulis 2. 3. horis.*
Tart. Vitriolat. a. ℈ij. M

2 Alius.

℞. *Nitr. regener.* *Conch. citrat. ā. ʒj. M.*
Cryſtall. mont. *Div. D. ut antea.*

3 Potiuncula temperans.

℞. *Aqu. Plantag.* *Lap. ℔. a. ʒj.*
C. C. Citr. ā. ʒij. *Sir. acetoſ. Citr. ℥ß. M.*
Nitr. depur. *D. ſingulis horis coch. ij.*

4 Alia.

℞. *Aqu. Rub. id.* *Spir. Vitriolat. gt. v.*
Portulac. a. ʒij. *Sir. herb. ʒvj. M.*
Succ. citr. rec. ʒiij. *D. ut antea.*

5 Potiuncula temperans & ſiſtens.

℞. *Aq. Menth.* *Diaſcord. Fracaſt. ʒij.*
Aq. Meliſſ. ā. ʒij. *Sir. acetoſ. citr. ʒvj. M.*
Cinnam. cyd. ʒvj. *D. ut antea.*
Spir. Vitriol. ℈ß.

6 Eſſentia confortans & ſiſtens.

℞. *Eſſ. dulc. Hall. ʒj.* *D. ſingulis horis 15. 20. gt.*

7 Alia.

℞. *Eſſ. amar. ʒij.* *D. ſingulis 2. vel 3. horis*
dulc. ʒj. M. *gt. 20. 25.*

8 Pulvis ſiſtens.

℞. *Corall. r. ppt. ʒj.* *M. Div. in 3. p. æq.*
Spec. de Hyac. gr. XXIV *D. ſingulis 2. 3. horis.*
MP. de Cynogl. gr. iij.

9 Alius ſimul temperans.

℞. *Pulv. antiſpaſmod. ℈iv* *M. P. de Cynogl. gr. iij.*
Corall. r. ppt. ℈ij. *M. div. in 6. p. æq.*
Spec. de Hyac. ʒß. *D. ut antea.*

10 Bolus ſiſtens.

℞. *Ther. Androm. ʒß.* *Sir. pap. rh. q. ſ.*
Pulv. chacar. ℈j. *M. F. Bolus.*

11 Pilulæ ſiſtentes.

℞. *Extract. torment. ʒß.* *M. F. Pil. XXXVI.*
Ther. cæleſt. gr. vj. *D. ſingulis 6. horis.*

12 Tinctura tonica.

℞. *Tinct. ♂t. Lud. ʒß.* *D. ter per diem gt. 30. 40.*

13 Alia.

℞. *Tinct. ♁ii act. ʒij.* *D. ut antea.*
Spir. C. C. ʒj. M.

VII. *Methodus medendi.*

1 Cum materia utplurimum ſit corrupta & maxime acris optime præparanda eſt & corrigenda ut a Natura eo melius & ſine noxa evacuari queat, cui fini inſerviunt remedia ſupra præſcripta quæ & corrigunt & abſtergunt.
2 Præparationis gratia mucilaginoſa & gelatinoſa uti Decoctum C. C. reliquis præparantibus & corrigentibus ad mitigandam humorum acrimoniam interponi poſſunt.
3 Si cholera a venenis corroſivis ortum traxit, frequenter ad obtundendam corroſivitatem dentur pinguia & oleoſa, uti Lac, Oleum amygdalarum dulcium & juſcula pinguia.
4 Si vero purgantia draſtica in culpa ſunt Theriacalia aliaque Opiata legitime correcta inſignem præſtant uſum.
5 Si magna humorum corruptorum ſaburra hæret in Ventriculo blanda evacuantia, ad promovendam excretionem, interdum conducunt, uti Rhabarbarum cum abſorbentibus exhibitum, quod ſemper lenem adſtrictionem poſt ſe relinquit: imo aliquoties Radicem Ipecacuanhæ ad ℈j. Sal Tart. ℈ß. ſummo cum fructu dedimus.
6 Clyſteres abſtergentes hic interdum etiam optimum exerunt effectum.
7 Facta ſufficienti præparatione & correctione humorum acrium in uſum trahantur Theriacalia, opiata correcta & adſtringentia ſuperius laudata, ut nimii & excedentes motus ſopiantur.
8 Nullum datur præſtantius in cholera remedium quam Eſſentia dulcis tam ordinaria quam concentrata, cujus quinque doſibus choleram graviſſimam in femina, duabus etiam non ita gravem & tribus iterum aliam, omiſſis omnibus aliis remediis, feliciter ſuſtulimus.
9 Tandem ad reſtituendum tonum detur Tinctura Martis Ludovici aut Mixtura tonica D. Stahlii, quarum prior & temperat & leniter fibras roborat, altera vero fibras non tantum ſtringit, ſed & diſcutit, adeoque ulteriorem humorum ad primas vias fluxum metuendum præcavet.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Quoniam malum hocce eſt admodum acutum & grave, ideo etiam mature convenientibus remediis ipſi occurrendum eſt, neglecto enim morbi principio, reliquus morbi curſus utpl. male cedit.
2 A calidis remediis hic omnino abſtinendum eſt, quoniam materiam, jam ſatis acrem, magis efferam reddunt, ac febrem periculoſam inflammatoriam facile producunt.
3 Theriacalia ſola ſtatim ab initio exhibita noxium edunt effectum.
4 Abſorbentia quidem acrimoniam optime temperant, nunquam tamen ſola præſcribantur, ſed Nitrum,

tan-

tanquam optimum bilis corrigens ipſis addatur.

5 Potus ſufficiens ægrotis nunquam denegetur, quoniam Natura ipſa per ſitim auctam materiæ biliosæ dilutione per potum opus eſſe, demonſtrat, frigidus tamen cane & angue pejus fugiatur, quoniam ſingultum excitat, ac reliqua ſymptomata graviora reddit.

6 Vomitoria & purgantia non facile exhibeantur, ſi per alia curatio inſtitui poteſt; ſi vero inſignem ciborum corruptorum ſaburram in Ventriculo hærere certo conſtat, interdum locum habere poſſunt, ſi in minori doſi exhibentur.

7 A manna etiam laxandi fine in hoc morbo abſtinendum eſt, & abſtergentibus ex melle, ſtatim enim in corruptelam trahuntur & bileſcunt. *Septalius*. Magis convenit Pulpa aut Decoctum Tamarindorum.

8 Jectigationes & frigus maxime nocent cholericis, quare calor & quies ipſis commendentur.

Caput Nonum,

de

Fluxu Cœliaco & Lienteria.

I. *Definitio.* 1 Fluxus cœliacus eſt Diarrhœæ ſpecies, in qua excrementa liquida cineritia aut albicantia, ob chylum admixtum, excernuntur.

2 Lienteria eſt itidem ſpecies alvi fluxus, ubi aſſumpta prouti ingeſta fuerunt, ſine ſenſibili eorum alteratione per inferiora egeruntur.

II. *Differentia.*

1 Quomodo Lienteria & Fluxus cœliacus inter ſe differant, ex modo dictis apparet.

2 Quomodo vero a reliquis alvi fluxibus diſtingui debeant, ex ſupra dictis patet & ex infra dicendis patebit.

III. *Signa.*

1 In fluxu cœliaco cibi quidem aliquandiu retinentur & aliquatenus digeruntur, nulla tamen chyli fit ſecretio & excrementa hinc chylo permixta deprehenduntur.

2 Ciborum paulo poſt eorum aſſumptionem ſine notabili alteratione ejectio.

3 Quam murmura abdominis & frequentes, ſed obſcuræ conſtrictiones ſpaſmodicæ in inteſtinis ſe exerentes præcedunt.

4 Adeſt appetitus fere plenaria proſtratio & nauſea inſignis ciborum.

5 Non raro quoque hiſce cardialgicæ ſtricturæ junguntur.

6 Sequitur corporis totalis emaciatio.

IV. *Subjectum.*

1 Infantes tenerioris conſtitutionis magis, quam adulti hiſce affectibus corripiuntur.

2 Phlegmatici & feminæ facilius quoque iiſdem laborant quam Viri & aliorum temperamentorum homines.

3 Qui pinguibus & lubricantibus, fermenteſcentibus aut etiam aliis corruptis abuſi ſunt.

4 Qui frequentes Diarrhœas, aut Dyſenteriam paſſi ſunt.

V. *Prognoſis.*

1 Uti Cœliaca a Lienteria gradu tantum differt, ita facile in eam tranſit, niſi mature convenientibus remediis tollatur.

2 Lienteria ſemper curatu difficilior eſt paſſione Cœliaca.

3 Utrumque malum, quoniam nutrimentum corpori ſubtrahitur, Atrophiam, Hecticam, Cachexiam, Hydropem &c. poſt ſe trahit.

4 Lienteria, cicatriſationem inteſtinorum poſt Dyſenteriam excipiens, curatu difficillima, aut plane incurabilis eſt.

5 Lienteria morbis tam acutis, quam chronicis ſuperveniens, quoniam vires per præcedentem morbum jam fractæ ſunt, periculoſa eſt.

6 Lienteria & Cœliaca in gravidis ob metuendum abortum ſunt periculoſæ.

7 Uterque affectus, quamvis ſemel curatus fuerit, propter malam diætam facile recurrit.

VI. *Remedia.*

1 Humores blande reſolventia, & vias obſtructas reſerantia: Radix Ari, Galang. Zedoar. Acor. Herb. Cent. min. Abſinth. Salia neutra & fixa, abſorbentia, Gummata aliaque ſuperius in Diarrhœa laudata.

2 Blande humores evacuantia: Rhabarb. Magneſ. alb. Pilulæ ex Extractis amaris & Gummatibus cum leni ſtimulo, Pilulæ Becherianæ, Stahlianæ &c.

3 Lenia adſtringentia & anodyna ſive opiata legitime correcta, vid. ſupra l. a.

4 Tonum Ventriculi & inteſtinorum reſtituentia: Tinctur. ♂t. Ludov. Mixt. tonica D. Stahlii, Eſſent. dulc. Hall. Pulv. ⊙res tonici D. Richteri.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis incidens & præparans.

℞. *Conch. ppt.* *Rad. Ari ppt.* ʒſs. *M.*
Tart. Vitriolat. *D. aliquot cuſp. cultr. ſingulis*
Cinnam. acut. a. ʒj. *4. 6. horis.*

2 Alius.

℞. *Pulv. ſtomach. Birckm.* *D. ut antea.*
ʒſs.

3 Pulvis laxans.

℞. *Rhab. elect.* ʒſs. *D. in juſculo.*

4 Alius.

℞. *Magneſ. alb.* ʒj. *D. ut antea.*

5 Infuſum præparans & laxans.

℞. *Rad. Gentian.* ʒij. *Cort. ⊙nt.* ʒiij.
Galang. *Sem. Aniſ.*
Zedoar. a. ʒiſs. *Fœnic.*
Ari ʒj. *Cinnam. ac. a.* ʒij.
Herb. Abſinth. *Sal. abſinth.* ʒj.
Centaur. minor. a. mſs. *Inc. Cont. g. m. infund. in Vin. generoſ.* ℔. *ij. tij.*
Rhab. elect. ʒſs. *D. ſingulis diebus mane* ʒvj.

6 Pulvis adſtringens & anodynus.

℞. *Lap.* ♋. *Spec. de Hyac.* ʒſs.
Corall. r. ppt. *MP. de Cynogl. gr.* vj. *M.*
Cort. Chacarill. a. ʒj. *D. ſing. 6. horis 2. cuſp. cultr.*

7 Pulvis tonicus.

℞. *Pulv. ⊙. tonic. Richt. doſ.* vj. *D. ſingulis 4. 6. horis deſis* ʒ.

8 Mixtura roborans.

℞. *Eſſ. amar.* ʒij, *M. D.* ʒo. *gt. ter quovis die.*
dulc. ʒj. *Reliqua vid. ſupra.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Si malum utrumque conjuncta habet multa excrementa pituitoſa, incidentia & reſolventia ſuperius laudata non ſine fructu exhibentur, quatenus non ſolum materiam ad excretionem diſponunt, ſed etiam obſtructiones vaſorum lacteorum referant.

2 Hiſce ſubjungantur blanda laxantia inpr. vero Rhabarbarum, quod in hoc morbo, uti in aliis Diarrhœis, egregie ſe gerit, evacuando ſcil. & leniter poſtea adſtringendo. Optimo quoque cum effectu exhiberi poſſunt Pilulæ Stahlianæ aut Polychreſtæ Becherianæ.

3 Si multæ cruditates mucoſæ in Ventriculo hærent, vomitus per lenia vomitoria excitatus, Lientericis interdum, ſi alia non obſtant, prodeſt.

4 Remotis, quæ removeri debebant, adſtringentia quoque atque opiata locum habent, ut hoc modo nimia humorum evacuatio ſenſim ſenſimque ſiſtatur.

5 Tandem tonico diſcutientia locum habent, partim ut tonus partium debilitatarum in priſtinum ordinem redigatur, partim ut humores nimia copia ad inteſtina ruentes ad alia loca deriventur & per eadem lento gradu evacuentur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Niſi in fluxu cœliaco incidentia & reſolventia & quidem præcipue amara ex Regno Vegetabili diu

uſur-

usurpentur, frustra utpl. laborat Medicus, mucus enim viscidus intestina obsidens & poros obstruens utpl. hujus affectus est causa.

2 Uti lenia laxantia resolventibus mixta insignem in hisce affectibus habent usum, ita e contrario fortiora & acria affluxum augendo insigniter nocent, & hinc fugienda sunt.

3 Adstringentia, uti in aliis alvi fluxibus, caute sunt usurpanda, quo neglecto aliis gravioribus malis, infarctui viscerum, Hecticæ, Hydropi aliisque portam pandunt.

4 Opiata nimium quidem & auctiorem peristalticum intestinorum motum aliquo modo sopiunt, si tamen cum aliis leniter sistentibus provide non miscentur & exhibentur, stasin humorum circa intestina producunt & multis inde dependentibus affectibus ansam præbent.

5 In Lienteria omnia nimis acria, calida & stimulantia incidentia & resolventia remedia exulent.

Caput Decimum.

de

Fluxu Hepatico,

I. *Definitio*. Fluxus hepaticus est species Diarrhœæ sive alvi fluxus, in quo excrementa liquida & instar loturæ carnis rubentia excernuntur.

II. *Differentia*. Differt.

1 A *Dysenteria*, quod in hac excrementa mucosa, utpl. rubicunda, interdum vero alba, cum torminibus & tenesmo, in *Fluxu hepatico*, fluida & leni tantum rubore tincta, sine dolore aliisque gravioribus Symptomatibus sæpius ejiciantur.

2 A *Diarrhœa* stricte sic dicta, in qua excrementa fluida quidem frequentius excernuntur, colore tamen rubicundo minime tincta sunt, uti in fluxu hepatico.

3 Ab *Hæmorrhoidibus*, in quibus sanguis sincerus cum excrementis, debita utpl. consistentia præditis, excernitur, cum e contra in hocce fluxu excrementa sint liquida & instar loturæ carnium.

4 A Lienteria & Cœliaca respectu signorum supra recensitorum.

5 Juxta veteres Fluxus hepaticus est vel *verus*, vel *spurius*: *ille* est quando serum tinctum solummodo excernitur: *hic* vero, quando partes acres biliosæ aut aliæ feculentæ ac corruptæ excrementis admiscentur, adeo ut excretio propter mordacitatem eorum cum molestia & dolore contingat.

III. *Signa*.

1 Frequens excretio sine insigni molestia, quam

2 Ordinario varii motus in abdomine & murmura præcedunt,

3 Quibus interdum titillationes & lenes morsicationes in intestino recto junguntur.

4 Excrementa fluida sive serosa sanguine leniter tincta.

IV. *Subjectum*.

1 Adulti & impr. juvenes & viri magis quam juniores.

2 Viri molimina varia ad Hæmorrhoides sentientes, aut earundem suppressione laborantes.

3 Feminæ mensium imminutione aut suppressione afflictæ.

4 Infarctibus & Scirrhis viscerum & glandularum infimi ventris laborantes.

5 Homines a Dysenteria male curati & excoriationem adhuc in intestinis habentes.

V. *Prognosis*.

1 Fluxus hepaticus utpl. chronicum est malum & hinc curationem difficulter admittit.

2 Si malum est recens & subjecta adhuc sunt juniora ac vegeta, interdum curatur, in senibus vero ac morbo jam inveterato nulla curationis spes est, præsertim si labes, quod sæpissime contingere solet, in viscere quodam infimi ventris hæret.

3 Utpl. si nimis diu durat, in Cachexiam & Hydropem in aliis vero in Tabem sive Hecticam degenerat.

VI. *Remedia*.

1 Blanda laxantia: inprimis vero Rhabarbarum, Pilulæ Becherianæ, Stahlianæ, polychrestæ, balsamicæ viscerales.

2 Abstergentia, uti sunt Salia neutra & fixa cum absorbentibus mixta, Arcan. duplic. Tart. Vitriolat. Nitr. Antimoniatum, Sal Absinth. Cent. min. Conch. citrat. Lap. ℔. Mat. Perl. &c.

3 Tonico discutientia: Mixt. Tonica Stahlii, vel sola, vel cum Essent. Pimpin. alb. vel Adianth. albi mixta. Radices resolventes & Herbæ amaræ, Rad. Pimpin. alb. Ari, Angel. Summit. Absinth. Cent. min. Card. Bened. &c.

4 Huc referri etiam merentur lenia diaphoretica, serum ad cutim derivantia: Antim. diaphoret. Bezoard. miner. Essent. alexipharm. D. Stahlii.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.

℞. *Rhab. elect.* ʒiß. *D. pro 1. dosi.*

2 Pilulæ laxantes.

℞. *Pil. balsam. Stahlii* ʒj. *D. 15. vel 20. vesp.*

3 Pulvis temperans.

℞. *Concb. citr.* *drv. in 6. p. aq.*
Tart. Vitriolat. *D. singulis 4. hor. dos. j.*
Sal Absinth. a. ℈ij. *M.*

4 Potiuncula diapnoico-temperans.

℞. *Aq. Scorzon.* *Tart. Vitriolat. a.* ʒiß.
Meliss. a. ʒij. *Succ. citr. rec.* ʒiß.
Antimon. diaph. *Sacch. canar.* ʒij. *M.*
Lap. ℔. *D. singulis 2. hor. coobl. ij.*

5 Infusum resolvens & roborans.

℞. *Rad. Levist.* *Cort. Citr.*
Pimpin. alb. a. ʒiij. ⊙*nt. a.* ʒiß.
VVinter. ʒj.
Ari. ʒj. *Inc. infund. in Vin. alb.* ℔. *ij.*
Summit. cent. min.
Herb. Fumar. a. mj. *D. sing. 6. hor.* ʒiv.

6 Mixtura Tonico discutiens.

℞. *Tinct.* ℥ii *acr.* *Spir. C. C. a.* ʒj. *M.*
Essent. Adianth. alb. *D. 30. gt. mane & vesp.*

7 Alia.

℞. *Tinct. ♂t. Lud.* *a.* ʒij. *M.*
Ess. Adianth. alb. *D. ut antea.*

VII. *Methodus Medendi*.

1 Exhibeatur Rhabarbarum in convenienti dosi, utpote quod non solum optime laxat, sed etiam ob lenem adstrictionem, quam post se relinquit, facilem affectus promittit curationem. Majoris tamen efficaciæ sunt Pilulæ Becherianæ, aut hisce adhuc meliores Stahlianæ, quæ solæ repetitis vicibus exhibitæ totum malum brevi sine ullo noxæ metu tollunt.

2 Hisce subjungantur vel interponantur lenia abstergentia & temperantia ad infringendum humorum æstum & acrimoniam ac mucositatem abstergendam. Ad eundem finem etiam tendunt remedia ex incidentibus & amaris parata, quæ humores vitiosos optime corrigunt.

3 Tandem curæ finem imponant discutientia, quæ simul etiam humores vitiosos alterant, & ad alias partes derivant, uti ex Mixtura Tonica D. Stahlii, quæ præter discussionem & humorum correctionem lenem quoque excitat diuresin. Essentia alexipharmaca huic sociata disponit ad Diaphoresin, quæ hoc in affectu optima est. Si harum usui succedit Tinctura Martis Ludovici, eo melior sperandus est curæ successus.

4 Si fluxus hepaticus a suppresso quodam sanguinis fluxu originem traxit, Venæsectio interdum locum habet, si subjecti conditio eam permittit.

VIII. *Cautelæ Practicæ*.

1 Cautelæ quæ in cura Hæmorrhoidum propositæ fuerunt, hic quoque locum habent.

2 Laxantia aloetica hic nullius sunt usus, quia malum exasperant: idem quoque judicium ferendum est de Purgantibus resinosis & acribus.

3 Adstringentia, quamvis fluxum hunccce brevi sup-

pri-

primant, multa tamen incommoda poſt ſe trahunt, & hinc fugienda ſunt. Vid. *Tab. de Hæmorrhoidibus.*

4 Opiata, uti in multis aliis fluxibus, ita & hoc loco admodum ſuſpecta ſunt, & ideo non niſi præmiſſis convenientibus remediis cum debita cautela exhibeantur.

CAPUT UNDECIMUM.

DE

Hæmorrhoidibus Seroſo Mucoſis & ſudore circa anum Hæmorrhoidali.

I. Definitio. EST ſpecies excretionis Hæmorrhoidalis, in qua Natura materiam ſeroſo mucoſam in Hæmorrhoidibus hærentem, modo per internas ſub forma ſeri mucoſi, modo per externas ſub ſudoris ſpecie expellit.

II. Differentia. Differt fluxus hic.

1 Ab Hæmorrhoidibus veris reſpectu materiæ excretæ, in illis enim ſanguis, in hoc vero materia mucoſo ſeroſa excernitur.

2 A Diarrhœæ variis ſpeciebus, ratione quantitatis materiæ, quæ in illis magna in copia, in hoc vero parcius evacuatur.

3 A Dyſenteria, uti a quibuſdam appellatur, alba, reſpectu ingentium torminum & teneſmi, quæ ſymptomata in noſtro affectu ordinarie non reperiuntur.

III. Signa.

1 *Hæmorrhoidum Mucoſarum.*

a Habitus corporis conſtrictus, ac faciei pallor.

b Debilitas pedum & ſenſus ſtrictura ac frigoris in pedibus.

c Reſpirandi difficultas cum vertigine inpr. poſt motum corporis, ſub quo etiam abdominis tenſio augetur.

d Motus tenſivi, ſpaſtici varii, interdum ſine, interdum vero cum doloribus ſatis gravibus, in hypochondriis & potiſſimum in abdomine ſe exerentes.

e Borborygmi, flatus, ructus.

f Preſſio in lumbis & circa os ſacrum.

g Lenis teneſmus cum punctura ani.

h Frequentes dejectiones in principio fecum molliorum, poſtea vero muci cum aliquali ſibilo prodeuntis, quas preſſionis circa lumbos & os ſacrum remiſſio, & reliquorum ſymptomatum ceſſatio excipit.

2 *Sudoris Hæmorrhoidalis.*

a Preſſiones lenes circa os ſacrum.

b Pruritus inſignis circa anum, in perinæo & ſcroto.

c Qui tamen fluente copioſius ſudore in confiniis ani ceſſat.

IV. Subjectum.

1 Homines temperamenti ſanguineo-phlegmatici, in ætate virili & conſiſtente conſtituti, & plethorici.

2 Potu abutentes & vitam ſedentariam amantes.

3 Veneri dediti.

4 Plethoram uno impetu commoventes, inpr. quando jam antea ad talem evacuationem diſpoſiti fuerunt.

5 Sudores matutinos avtocraticos negligentes & urinam nimis diu retinentes.

6 Venæ ſectiones & ſcarificationes conſuetas negligentes.

V. Prognoſis.

1 Uti Hæmorrhoides, ita & excretiones, de quibus hoc loco ſermo eſt, a multis infimi ventris morbis præſervant, eoſdemque præſentes tollunt, adeoque ſunt ſalutares.

2 Si vero negliguntur, abdominis inflationes, tormina colica &c. poſt ſe trahunt.

3 Si per malum regimen, aut per adſtringentia ſupprimuntur, tumoribus pedum œdematoſis, Hydropi aliiſque affectibus ſeroſis anſam præbent.

4 Interdum, ſi excretio poſt varia molimina eſt vel nulla, vel inſufficiens, ſeri mucoſi ad pectus fit translatio, unde tuſſis humida cum multa excretione originem trahit.

5 Si poſt nullam vel inſufficientem excretionem, incommoda adhuc ſuperſunt, larga urinæ vel ſudoris excretio ea tollit.

6 Sudorem & pruritum nimium, ſæpius partium circa anum excoriatio ſequitur.

VI. Remedia.

1 Evacuantia, ſerum copioſum imminuentia: uti ſunt Purgantia, Magneſia alba, Rhabarbarum, Jalapa, Specificum jalapinum, Folia Sennæ, Fibr. Helleb. nigr. Salia neutra in majori copia data, Infuſa laxantia & diuretica.

2 Serum ad alia loca derivantia, Diuretica & Diaphoretica: Sal. Tart. Geniſt. onon. Tart. Vitriolat. Arcan. dupl. Conch. ppt. ♁. diaph. Bez. miner. Eſſ. Alexiph. Mixt. ſimpl. Tinct. ♁ii, Reſolvens, Tartari &c.

3 Tonum partium, per quæ fit excretio, roborantia, humoreſque diſcutientia: Tinct. ♂t. Ludov. Mixt. Ton. D. Stahlii, Pulveres Solares tonici D. Richteri &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.

℞. *Magneſ. alb.* ℥j. *D. pro* 1. *doſi.*

2 Alius.

℞. *Rhab. elect.* ʒij. *D. pro* 1. *doſi.*

3 Alius.

℞. *Specif. jalap.* ʒß. *D. ut antea.*

4 Infuſum laxans & diureticum.

℞. *Rad. onon.* *Fol. Senn. S. S.* ℥j.
pimp. alb. *Rhab. elect.* ʒij.
vincetox. a. ʒiij. *Cort. Ont.*
Herb. bellid. *Tart. ſolub. a.* ʒiß.
Chæreſol. *Inc. Inf. in Aq. fervent.* ℔.ij.
Capill. ♁. *a.* *adde Vin. alb.* ℔ij. *D.* ℥vj.
mß. *vel* viij. *mane.*

5 Potiuncula diuretico-diaphoretica.

℞. *Aq. ſcabioſ.* ♁. *diaph.*
Chæreſol. a. ℥ij. *Lap.* ♋. *a.* ʒj.
Sal. Onon. *Sacch. canar.* ʒij. *M.*
Tart. Vitriolat. *D. ſingulis bihoriis cochl. ij.*

6 Tinctura diaphoretico-diuretica.

℞. *Tinct.* ♁ii. *ſucc.* ʒj. *M.*
Eſſ. alexiph. a. ʒiß. *D. mane & veſp.* 30. *gt.*

7 Tinct. roborans.

℞. *Tinct.* ♂t. *Lud.* ʒiß. *D. mane & veſp.* 40. *gt.*

8 Mixt. tonico diſcutiens.

℞. *Tinct. Antim. Tartariſat.* ʒij. *Sp. C. C.* ʒj. *M.* *D.* 30. *gt. mane & veſp.*

VII. Methodus medendi.

1 Cum corpora talia utpl. multis humoribus ſeroſo mucoſis repleta ſint, farrago humorum excrementitiorum removeatur per modo laudata laxantia, aut exhibeantur ſingulis ſeptimanis aliquoties Pil. Becherianæ, Stahlianæ aut Balſamicæ viſcerales, utpote quæ majoris ſunt efficaciæ, quam reliqua laxantia.

2 Hiſce ſubjungantur diuretica & diaphoretica, quo hoc modo ſeri pars per alia loca evacuetur, & ejus uberior ad hæmorrhoidales venas affluxus intercipiatur.

3 Cum venæ hæmorrhoidales propter frequentem muci effluxum admodum laxæ reddantur, adeoque talis fluxus facilius recurrat, ad roborandas haſce partes, Tinctura ♂tialis legitime præparata, uti eſt Tinct. ♂t. Lud. detur, ut tono roborato, ſive fibris aliquo modo conſtrictis, eo melius poſtmodum per Mixturam tonicam D. Stahlii ſerum cum ſanguine diſcuti queat.

4 Præſervationis gratia lenes laxationes frequentius repetitæ, Scarificationes & interdum Venæ Sectio, ſi ſubjecti & Temperamenti conditio eam permittit, aliaque humores ſuperfluos partim imminuentia, partim eorum craſin corrigentia, inſignem uſum præſtant.

VIII.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Fortiora Purgantia inpr. nimis acria nullum hic habent locum, utpote quæ partes affectas nimis ſtimulando affluxum humorum augent: magis E. proſunt lenes laxationes repetitæ,

2 Uti in hæmorrhoidibus legitime fluentibus, ita & in hiſce adſtringentia noxia ſunt, nunquam enim ſimul & ſemel ſupprimantur, ne graviora earum ſuppreſſionem ſequantur mala.

3 Si cum talibus hæmorrhoidibus conjunctus eſt ſimul ſudor in partibus vicinis, internas & externas hæmorrhoides conſpirare indicat: in tali caſu vitentur Diaphoretica calida, ne internis in mere externas mutatis, partium externarum ſequatur exulceratio, quæ facile in fiſtuloſum abit ulcus, uti id in duobus obſervavimus ſubjectis.

4 Nec etiam in tali caſu fortiora diuretica uſurpentur, ne hæmorrhoides mucoſæ plane ſupprimantur, & facta humorum nimia congeſtione horum exulceratio & calculus ſequatur, quod eo facilius contingit, ſi Maſſæ humorum multæ inſunt partes excrementitiæ.

5 Cibi flatulenti, potus nimius, vita ſedentaria & mœſtitia maxime augent malum, quare fugiantur.

6 Motus vero corporis placidus & continuatus, & potus leniter diureticus in tali caſu conducunt.

CAPUT DUODECIMUM.

DE

Dyſenteria Benigna.

I. *Definitio.* DYſenteria benigna eſt Diarrhœa plus vel minus cruenta, magnis torminibus ſtipata, a materia fermentativa contagioſa originem trahens, quam Natura auctiori motu periſtaltico & intercurrentibus motibus febrilibus, per alvum expellere conatur.

II. *Differentia.*

1 Alia eſt *maligna*, (de qua inferius ſub *Febribus*) alia vero eſt *benigna*, (de qua hoc loco) Hæc differt.

2 Ab aliis alvi fluxibus, quod patet.

a Ex epidemica certo anni tempore graſſatione.

b Ex torminum & reliquorum ſymptomatum ferocia.

c Ex excretorum ſubcruenta & mucida conſiſtentia tunicæ interioris villoſæ inteſtinorum abraſionem referente.

3 A fluxu hæmorrhoidali, impeditius & cum torminibus ſenſibilioribus emicante, in eo præcipue differt, quod in hoc ſanguinis excretio augeſcens morbi & præſertim torminum impetum minuat, in Dyſenteria vero exaſperet.

4 Alia reſpectu materiæ excretæ, eſt *alba*, alia *rubra*.

5 Alia eſt *ſporadica*, alia eſt *epidemica*.

III. *Signa.*

1 Ordinarie incipit cum horrore modo majori, modo minori.

2 Sæpius vero nullus febrilis horror obſervatur, ſed ſtatim ingens cruciatus, inteſtinorumque depreſſio cum dolore & moleſtiſſimo viſcerum omnium quaſi deſcenſu adeſt, vid. *Sydenh.*

3 Quos fluxus alvi frequens & ſtimulans excipit.

4 Excrementa ſunt ordinarie mucoſa varii coloris, admodum acria & hinc locis per quæ tranſeunt, infeſta.

5 Interdum etiam in principio vomitus obſervantur, in aliis vero & quidem frequentius cardialgia & nauſea, quæ etiam reliquo morbi curſu continuant.

6 Poſtea ſenſim ſenſimque ſanguine tinguntur excrementa.

7 Interea appetitus proſternitur, vires labaſcunt & ſitis urget.

8 Teneſmus individuus hujus mali comes reliquis jungitur ſymptomatibus.

9 Parum tamen eſt, quod urgente teneſmo excernitur, imo ſæpius irritus eſt excernendi conatus.

10 Urinæ fluxus eſt impeditior, ita ut vel parum ejus excernatur, vel interdum prorſus ſupprimatur.

11 Vigiliæ continuo urgent, nec ullus eſt ſomno locus.

12 Variæ etiam toto morbi curſu febriles obſervantur commotiones.

IV. *Subjectum.*

1 Qui fructibus horræis facile fermenteſcentibus abutuntur & potum frigidum ſuperingerunt.

2 Otioſi, gulæ dediti multaſque cruditates a mala digeſtione ortas in ſe habentes.

3 Temperamento ſanguineo aut cholerico præditi, inpr. ſi ſimul ſunt plethorici.

4 Quibus fermentum acre ex Atmoſphæra in corpus illatum fuit.

5 Corpus calidum aeri frigidiori exponentes, aut in aere continuis mutationibus ex calido in frigidum & viceverſa obnoxio verſantes.

6 Quibus ulcera antiqua pedum conſolidantur. vid. *M. N. C. D.* 2. *Ann.* 2. *Obſ.* 213.

V. *Prognoſis.*

1 In viris Dyſenteria ordinarie magis eſt periculoſa, quam in feminis.

2 Adulti gravius affliguntur quam juniores, inpr. lactantes, interdum tamen multi quoque infantes dyſenteria interimuntur. Vid. Hiſt. morb. Uratisl. T. I. p. 73.

3 In Senibus Dyſenteria pariter maxime eſt periculoſa.

4 Cholerici, ad iram proni ſanguinei & Plethorici ſemper etiam gravius laborant quam Melancholici & Phlegmatici.

5 Quo magis ſanguis eſt corruptus, eo facilius quoque Dyſenteria ægrotos jugulat.

6 Phthiſici & quibus occulta in viſceribus hæret labes, aut qui a morbis præcedentibus contagioſis inſigniter ſunt labefactati, pereunt in Dyſenteria.

7 Venerei per ſalivationem curati maxime diſpoſiti ſunt ad Dyſenteriam, ſed eam ægerrime ferunt.

8 Dyſenteria a contagio orta magis eſt periculoſa, quam ea quæ a fructibus horræis dependet.

9 Quamvis Dyſenteria benigna non adeo periculoſa ſit, periculoſa tamen facile fit.

10 Duratio Dyſenteriæ non eſt adeo certa, ob ſubjectorum, cauſarum, aliarumque circumſtantiarum diverſitatem, ordinarie tamen ad aliquot ſeptimanas extenditur.

11 Quo graviora in principio ſtatim ſunt ſymptomata, eo citius quoque ad finem, ſed utpl. lethalem, properat & contra.

12 Curatio ſpontanea, uti in aliis morbis, hic parum loci habet, ſed fere ſemper artis concurſus requiritur, alias ægrotantes jugulat.

13 Dyſenteria alba ſive mere mucoſa gravioribus ſemper ſtipata eſt ſymptomatibus & hinc etiam magis periculoſa eſt quam cruenta.

14 Quo magis excrementa Dyſentericorum ſunt ſtercorea, eo minora ſunt tormina, quo vero magis mucoſa, eo graviora & eo periculoſius quoque eſt malum.

15 Quo magis urget teneſmus, eo majoris tenacitatis & acrimoniæ muci eſt indicium & hinc periculum portendit.

16 Tormina fortiora ſubito evaneſcentia, præſentibus adhuc reliquis Dyſenteriæ ſymptomatibus, ſemper mali ſunt ominis.

17 In longis Dyſenteriis appetitus proſtratus, malum, & cum febre, pejus. *Hipp. 6. Aphor.* 3. Appetitus vero adhuc aliquo modo vigens aut rediens cum ſomno & aliquali remiſſione doloris, bonum præbet ſignum.

18 Si Dyſenteriæ ructus vel crepitus ventris ſuperveniat, bonum. *Sennertus.*

19 Dyſenteria tenuia affligens inteſtina periculoſior eſt ea, ubi craſſa afficiuntur.

20 Sanguinem ſincerum in Dyſenteria effluere malum eſt.

21 Inflammatio inteſtinorum Dyſenteriæ ſuperveniens mala eſt, eo pejor vero ſi extrema frigent, interna vero uruntur.

22 Sin-

22 Singultus Dyſentericorum peſſimus & utpl. convulſionum prodromus eſt.

23 Vomitus in ſtatu morbi affligens malus, & læſionis in Ventriculo ſignum eſt, in principio vero ſi aſſumpti fructus horræi rejiciuntur, bonus, quatenus, ſi ſufficiente quantitate antequam alvus turbetur, contingit, totum malum præoccupat.

24 Si in Dyſenteria adhibueris Opiata & altero mane color oculorum ægri eſt mutatus, certe non ſuperabit morbum. Si vero color oculorum non mutatus viſitur, indicio eſt ægrotum poſſe reconvaleſcere - Waldſchmid. Reliqua Vid. *Tab. de Dyſenteria maligna*.

VI. *Remedia*.

1 Abſtergentia & evacuantia, Rhabarbarum in ſubſtantia datum, vel in infuſo ſaturatiore, Pil. Polychr. Becheri vel Balſamicæ Stahlianæ, Clyſteres ex ſero lactis, vel Decocto furfurum tritici.

2 Humores acres biliioſos fermenteſcentes temperantia & obtundentia Abſorbentia, Cryſtall-montana, Corall. præparata &c. Nitrum, Gummi Arabicum, Lac aqua largius dilutum, Ol. Amygd. dulc. vel Lini, Vitelli ovorum in juſculis, Decocta Gelatinoſa ex Raſ. Eboris, C. C. Rad. Scorzon. Clyſter. ex Lacte, aut ex Decocto Flor. Verbaſci, Sambuci, Linariæ parati cum pluribus vitellis ovorum & Terebinthina in his ſoluta.

3 Dolorificas fibrarum inteſtinalium convulſiones demulcentia, Anodyna, Theriaca Androm. Ther. cœleſt. M. P. de Cynogl. Pil. Wildeganſ. Pil. antidyſent. VValdſchm. Laud. cydon. Langelotti, item Carminativa v. g. Decoct. Sem. Carvi calide hauſtum: tandem Sacculi, Fomenta, Cataplaſmata, Linimenta & Epithemata calida ac nervina, v. g. Balſ. Scherzerian. umbilico & ſcrobiculo cordis inunctum, Spir. Vin. Camphoratus cum linteis toti abdomini impoſitus, Empl. de Cruſta panis cum Ol. deſt. Macis & Menthæ vel ſtomachico Cratonis malaxatum, vel Emplaſtrum de Tacamahac, Balſam. Peruv. ſaturatum & regioni epigaſtricæ atque umbilicali applicitum, ſacculo calente ex avena uſtulata deſuper impoſito.

4 Tonum Ventriculi & inteſtinorum roborantia: Vinum generoſum Tragææ ſtomachicæ ex fruſto panis ſimilaginei toſto, pulvere aromatico conſperſo, & Vino Hungarienſi vel Canarienſi irrorato, item fructus Sorbi majoris exſiccati, Miva Cydoniorum, & alia Cydoniata, item Cinamomum maſticatum & deglutitum.

5 Specifica Hepar. Serpent. Priapus Cervi, Smaragd. præp. Cruor. lepor. exſicc. & quæ nuperius famam aſſecuta ſunt, Radix Ipecacuanhæ, & Cortex Chacarillæ.

6 Externa: Theriaca, Emplaſtra, Balſama, Sacculi, Epithemata &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.

℞. *Rhab. elect.* ℈ij. *D. pro* 1. *doſi.*

2 Alius.

℞. *Rhab. elect.* ℈ij. *D. ut antea.*
Nitr. ℈ß. *M.*

3 Pulvis emeticus.

℞. *Rad. ipecac.* 3ß. *D. ut antea.*

4 Bolus emeticus.

℞. *Conſ. roſar.* 3j. *Sir. Fl. perſic. q. ſ.*
Pulv. ipecac. gr. xxvj. M. F. Bolus.

5 Pil. laxantes.

℞. *Pil. polychr.* 3j. *D.* 15. 20. *mane.*

6 Potiuncula diapnoico-temperans.

℞. *Aq. Card. Bened.* *Nitr. depur.* 3ß.
Flor. acac. a. ℥ij. *Sacch. perlat.* 3ij.
℧. *diaph.* *D. ſing.* 2. *vel* 3. *horis cochl. ij.*
Lap. ♋. *a.* ℈ij.

7 Potio diapnoico anodyna.

℞. *Aq. Menth.* *Theriac. Androm.* 3ß.
Meliſſ. a. ℥ij. *Antimon. diaph.*
Maſtich. 3j. *Matr. perl. a.* 3ß.
Sir. Papav. rhœad. ℥ß. *M. D. verſus veſperam ſingulis* 2. *vel* 3. *horis* 2. *cochl.*

8 Pulvis diapnoico ſiſtens.

℞. *Antimon. diaph.* *Theriac. ecl. gr. iij. M.*
Lap. ♋. *D. a meridie ſing.* 4. *horis*
Pulv. Chacarill. a. 3j. 2. *cuſp. cultr.*

9 Pilulæ anodyno adſtringentes.

℞. *Extract. Torment.* 3ß. *F. Pil. ad pond. gr.* j.
Ther. cœleſt. *D. veſperi* 6. *vel* 8.
L. O. a. gr. iij. M.

10 Balſamum Stomachicum.

℞. ℧ *N. M. expr.* 3iß. *Tacamah. a.* ℈ß.
℧*t. Abſinth.* *Caryoph. gt.* vj.
Menth. *Balſam. Peruv.* ℈j. *M.*

11 Aliud.

℞. *Maſtich.* *Irror.* ℧ ℧*t. Caryoph.*
Tacamah. a. q. ſ. ſ. Empl. *Applicetur abdomini.*

12 Emplaſtrum roborans.

℞. *Empl. de cruſt. pan.* 3j. *Malax.* ℧ *deſt. Menth. & ſtomach. Crat. q. ſ.*

VII. *Methodus medendi*.

1 Cum in hoc affectu materia corrupta inteſtina ſtimulans eaque præter naturam afficiens potiſſima ſit cauſa, ad eam removendam tutiſſimum & multiplici experientia probatum Rhabarbarum & quidem in ſubſtantia magis, quam alio modo alteratum, tempore matutino exhibeatur, & ſpatio aliquot dierum continuetur.

2 Si materia corrupta ex fructibus horræis vel Diæta incondita nata in primis viis hæret, ea quantocyus eliminanda eſt, id quod præ cæteris præſtat Ipecacuanha, cui præter vim emeticam ſpecifica adhuc antidyſenterica virtus a multis Recentioribus adſcribitur.

3 Veſperi ſubjungatur uſus Anodyni alicujus ſelectioris v. g. Theriac. Androm. ℈j. idque ad mentem Sydenhamii etiam poſtero die repetatur. Vel exhibeantur mane Pilulæ Balſamicæ & binæ doſes Pulv. chacarillæ ℈ß. idque eodem die adhuc ſemel repetatur a meridie. Proximo die denuo doſis Pilul. Balſam. & binæ doſes Pulv. Chacarillæ aſſumantur, quod raro ultra tertiam vicem repetendum erit.

4 Miteſcente ſenſim dolorum ferocia, dejectionum, que frequentia, ac redeuntibus paulatim viribus, poteſt ad roborandum Ventriculum ſubadſtringentium ex ſorbis vel cydoniis uſus eſſe, non tamen abſoluta neceſſitas.

5 Cum Dyſenteriæ ſemper jungantur commotiones febriles, inpr. ſi a contagio orta eſt, ad expellendas particulas acres lenia alexipharmaca, uti Eſſ. alexiph. D. Stahlii, & diaphoretica fixa cum regimine moderate diaphoretico ægrotis exhibeantur.

VIII. *Cautelæ Practicæ*.

1 Vomitorium ſi adhibere conſultum videatur, fiat hoc viribus conſtantibus, in initio morbi & ubi juſta cruditatum in Ventriculo hoſpitantium ſuſpicio ſubeſt.

2 Pertinet huc ſpecificum iſtud decantatum Rad. Ipecac. quod non ſolum pro hac intentione, ſed etiam in allegatis circumſtantiis commodiſſime datur: contra vero in malo provectiori, & præſertim ubi Febris inflammatoria jam valde invaluit, raro voto & expectationi ſatisfacit.

3 Inter Purgantia Scammoniata & Aloetica, præprimis largiora exulent.

4 Nitroſa cum Abſorbentibus data non ſolum ſine damno, ſed etiam cum eximio levamine inter initia exhiberi poſſunt: at vero in malo provectiore & graviore, ubi non injuſta ulcerationis inteſtinorum præſentis ſuſpicio adeſt; præſtat ab iis abſtinuiſſe.

5 Anodyna ſive Opiata non adhibeantur, niſi viribus nondum exhauſtis, cum Alexipharmacis ſive lenibus diaphoreticis juncta, & potiſſimum circa tempus conſuetum ſomni, intempeſtive enim data ſphacelum inducunt.

6 Adſtringentia in malo, mox a primo impetu graviore, & citra materialem cauſam, ex nudo contagio coorto, aut altius jam radicato, præprimis vero

febri

febri evidentiore ſtipato, certiſſime noxia, imo in hoc morbo plane non ſunt neceſſaria.

7 Ægrotus ob frequenter, ſurgendi neceſſitatem, & hinc refrigerationis facillimam occaſionem, veſtimentis laxioribus (*mit einem Schlaff-Rock*) & tibialibus indutus, decumbat. Sellæ foricariæ aqua calida ſupponatur.

8 Omnis refrigeratio nocet & exaſperat malum: calor vero, ſin minus totum malum directe, certe tamen impetum ejus minuit & mitigat.

9 Quieta corporis continentia lenit & placat; agitatio auget incommoda.

10 Potus quilibet fovet ad minimum, communiſſime vero exaſperat malum, idque tanto certius, quo magis frigidus.

11 Præſtat tamen legitimo febris complicatæ decurſui per ſufficientis potus ſubminiſtrationem, etiam cum aliquali fluxus præjudicio conſulere, quam cum febris præjudicio fluxui per adſtringentia obſiſtere. Calidus tamen ſit potus, v. g. Decoctum Carvi, juſcula cum ovo.

12 Moderatus potus vini, inprimis generoſioris, morbo huic non modo non obeſſe, ſed familiariter, etiamſi febris complicata ſit, prodeſſe obſervatur. Reliqua Vid. *Tab. de Febre Dyſenterica*.

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

DE

Incontinentia Urinæ.

I. *Definitio.* INcontinentia Urinæ eſt involuntaria ejuſdem interdum diu & noctu, interdum vero per intervalla, affligens excretio, vel a ſphincteris veſicæ relaxatione aliaque læſione, vel a mala conſuetudine dependens.

II. *Differentia.*

1 Ratione *cauſarum*.

1 Alia a ſphincteris relaxatione aliaque læſione originem trahit.

2 Alia in dormientibus propter malam ſolum conſuetudinem obſervatur. Huic adde incontinentiam urinæ ebriorum, qui urinam poſt præfigurationem mictionis in ſomno involuntarie emittunt.

2 Ratione *temporis excretionis*.

1 Alia continuo affligit, ita ut urina ſemper guttatim effluat, ut id contingit in paralytica aliiſque ſphincteris læſionibus.

2 Alia per intervalla contingit, uti in dormientibus propter malam conſuetudinem.

3 *Stillicidium urinæ* differt a Stranguria in qua quidem urina guttatim ſed cum inſigni dolore prodit, cum e contra in hoc affectu ſine ullo dolore emittatur.

III. *Signa.*

Involuntaria ſine ullo doloris ſenſu contingens excretio, eaque vel continua vel per intervalla repetens.

IV. *Subjectum.*

1 Senes & infantes magis quam reliqui, propter fibrarum laxitatem.

2 Quibus ſphincter veſicæ Paralyſi affectus fuit.

3 Puerperæ & inpr. primiparæ jam annoſiores partum difficilem perpeſſæ, aut quibus imperita obſtetricantium manus ſphincterem læſit.

4 Quibus poſt calculi ſectionem ſphincter læſus fuit.

5 Hæmorrhoidum ſuppreſſione laborantes, aut quibus poſt varia & diuturna molimina Hæmorrhoides non ſuccedunt.

6 Diureticis fortioribus tractati (obſervavimus hoc in femina, quæ poſt ceſſationem menſium gravibus in oſſe ſacro affligebatur doloribus: cum vero Medicus eam nephriticam crederet, & hinc Therebinthinata, Juniperina, ſuccinata aliaque in copia ad expellendum calculum præſcriberet, tandem Urinæ incontinentia affligebatur. Et quamvis alius Medicus poſtea dolores hoſce moliminibus potius hæmorrhoidalibus quam ſabulo ac calculo adſcriberet ac per convenientia remedia fluxum Hæmorrhoidum provocaret, urinæ tamen incontinentia omnibus remediis irritis ad finem uſque vitæ durabat.)

7 Ulceribus veſicæ colli fiſtuloſis tam propter cauſas internas, quam externas violentas laborantes.

8 Apoplexia fortiore afflicti.

V. *Prognoſis.*

1 Stillicidium Urinæ in ſenibus raro curationem admittit.

2 Quo magis inveterata eſt ſphincteris relaxatio, eo difficilius curatur.

3 Si vero adhuc eſt recens, convenientibus & penetrantibus remediis, quamvis non ſine difficultate, cedit.

4 Stillicidum urinæ a ſphincteris exulceratione, ſectione calculi, aut læſione in partu difficili dependens, fere nunquam plenariam admittit curationem.

5 Involuntaria urinæ excretio in Apoplecticis mortem inſtantem utpl. indicat. Idem cenſendum eſt de eadem emiſſione plagas capitis fortiores excipiente.

6 In Febribus acutis ſine delirio contingens urinæ involuntaria excretio peſſima & mortis prodromus eſt.

7 Incontinentia urinæ recens in ſomno convenientibus tractata remediis equidem ſæpe curatur, inveterata vero non raro ad mortem uſque durat. *Interdum tamen per incrementum annorum ſubinde ſponte ceſſat, ſcil. intra annum vigeſimum quintum. Ettmull. ex Timæo.*

VI. *Remedia.*

1 *Interna.*

1 *Nervina* antepileptica aromatica & adſtringentia: Cinnab. Antimonii & nativa, Nux Moſchata, Cubebæ, Caryophylli, Cardamomum, Piper, Zingiber, Macis, Rad. Galang. Zedoar. Ari, Pimpin. alb. Cort. ⊙ut. Citri, Herb. Calaminth. Maſtiche, Thus, Gummi Arab. G. Junip. Succinum. Extract. amara Vegetabilium, Eſſent. Alexiph. Corc. ⊙nt. Rad. Conſol. maj. Plantag. Cyperi, Herb. Equiſet. Agrimon. Flor. Hyper. Sem. Agrimon. Hyper. Glandes & earum cupulæ.

2 *Specifica*: Guttur Galli toſtum, tritum & cum vino propinatum ad ʒj. Pulvis erinacei combuſti: Tunica interior Ventriculi Gallinarum: Veſica ſuis vel capræ exſiccata, aut toſta: Vulva ſuis pulveriſata: Ungulæ porci caſtrati: Piſcis in ventre lucii repertus: Mures exſiccati, aut in butyro elixi: Cerebrum & teſticuli leporis exſiccati: Stercus leporis, capræ: Pulvis pulmonis hœdi toſti: Rana viridis per medium ſciſſa & renibus regioni applicata: Pulvis bufonis in nova olla combuſti & in Sacculo collo appenſus; Medulla Saxorum: Pulv. pro lectiming.

2 *Externa.*

1 *Nervina*: Herb. Menthæ, Abſinthii, Major. Orig. Thym. Serpill. Roſmar. &c. Olea deſtill. dictarum herbarum aliaque aromatica. Succinum, Thus &c.

2 *Adſtringentia*: Rad. Symph. maj. torment. Plantag. Herb. Alchimill. Sanicul. Flor. roſ. rubr. Hypetic. Balauſt. Thermæ ſulphureæ & alumino-ſæ &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis nervinus.

℞. *Nuc. Moſc.* *Gutt. Gallin. a.* ʒj *M.*
Cubeb. *Doſ.* 2. *cuſp. cultr. ſing.* 4.
Cardom. *hor. aut* ʒj. *verſus veſperam.*
Lap. ♌♌.

2 Alius nervinus & adſtringens.

℞. *Thur.* *Cardam.*
Veſic. apri. *Mac. a.* ʒß.
Maſtich. *Spec. de hyac.* ℈j. *M.*
Corall. r. ppt. *D. ut antea.*
Spod. a. ʒj.

3 Pulvis pro lectimingis ex Ettmull.

℞. *Pell. ſtomach. Gall.* *Agrimon.*
Maſtich. *Lap.* ♌♌.
Galang. a. ʒj. *Alchimill. a.* ℈ij.

Cupul.

Cupul. gland. ʒij. *Sacch.* ʒij. *M. F. Pulv.*
Nuc. myriſt. ʒj. *Doſ.* ʒj. *in Aqua Plantagi-*
Cinn. combuſt. ʒj. *nis.*

4 Pulvis adſtringens.

℞. *Corall. r. ppt.* *Croc. & t. Stahlii gr. vj. M.*
Ebor. uſt. a. ʒj. *Div. in 6. p. æq.*
Spec. de Hyac. gr. XVIII. *D. ſing. 4. hor. doſ. j.*

5 Mixtura roborans & nervina.

℞. *Eſſ. Alexiph.* *Caſtor. ā.* ℈ij. *M.*
Cort. Ont. a. ʒij. *D. 30. gt. mane & veſperi.*
Myrrh.

6 Alia.

℞. *Eſſ. Cort. Ont.* ʒij. *Succ. a.* ʒj. *M.*
Cinnam. *D. ut antea.*
Ambr.

7 Balſamus nervinus.

℞. *Ol. N. M. expr.* ʒj. *Cinnam. gt.* IV. *M.*
deſt. Major. *Applicetur perinæo bis vel*
Meliſſ. a. ℈ß. *ter quavis die.*
Succin. gt. VIII.

8 Emplaſtrum nervinum.

℞. *Empl. Oxycroc. q. ſ.* *Applicetur perinæo.*

9 Suffitus nervinus.

℞. *Rad. Cyper. rot.* *Maſtich.*
Angel. *Styrac. calam.*
Biſtort. a. ʒiij. *Succin. a.* ʒj. *M.*
L. Rhod. a. ʒij. *F. Pulvis groſſus carbonibus*
Herb. Puleg. *injiciendus & perinæo ex-*
Major. a mß. *cipiendus.*
Thur.

10 Spiritus nervinus.

℞. *Spir. Vin. camph.* *Caſtor. a.* ʒj.
Lumb. terreſtr. *Ol. deſt. N. M. gt.* VI. M.
Aq. Reg. Hung. a. ℈ß. *Applicetur perinæo.*
Eſſ. Croci.

VII. *Methodus Medendi.*

1 Alvus in hoc morbo laxa ſervetur, cui fini præ ceteris inſervit Rhabarbarum.

2 Poſtea in relaxatione ſphincteris exhibeantur Nervina interna, tonum relaxatum ſenſim ſenſimque reſtituentia.

3 Hiſce vel interponantur vel ſubjungantur ad majorem ſtricturam ſphincteri conciliandam Adſtringentia leniora.

4 Horum uſui jungantur Mixturæ roborantes, præſertim iis ſenibus aut aliis paralytica ſphincteris reſolutione laborantibus.

5 Eodem tempore externe applicentur partim Nervina, partim Adſtringentia: ad hunc ſcopum tendunt, non ſolum Balſama varia nervina, ſuffitus & ſpiritus ſupra præſcripti, ſed etiam fotus & injectiones in veſicam ex Rad. & Herb. nervinis & adſtringentibus parati.

6 Si ulcera veſicæ ejuſque colli incontinentiæ urinæ ſunt cauſa, Mixturæ ex Eſſent. alexipharm. Succ. Tinct. ♁ii aeri, Bal. Peruv. &c. interne proſunt, externe vero injectiones in Veſicam abſtergentes, ut hoc modo ulcus abſtergatur & mundum reddatur ac tandem conſolidetur.

7 Eadem quoque remedia locum habent in ſphincteris aliis læſionibus a partu difficili, & calculis: quibus tamen provida Chirurgi manus & inſtrumenta appropriata jungenda ſunt.

8 In pueris cura moralis magis quam Medica locum habet: arcendi tamen ii ſunt a potu veſpertino & nocturno, inpr. vero vino diuretico, ac urinæ miſſio ante lecti ingreſſum iis imperanda eſt. Si vero mictio involuntaria jam degeneravit in conſuetudinem & actualis etiam ſphincteris laxitas concurrit, remedia nervina & ſpecifica ipſis præſcribenda ſunt.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Omnia fortiora Purgantia, quoniam humores nimium commovent, in hoc affectu fugienda ſunt.

2 Nervina, volatilia aliaque nimis commoventia ob eandem rationem pariter hic nullum habent uſum.

3 Adſtringentia niſi nervina aliaque convenientia remedia præmiſſa fuerint, parum habent utilitatis, eorumq; uſum præſertim in ſenibus calculoſis & puerperis graviora ſequuntur mala, inpr. ſi fortiora fuerint.

4 Opiata majorem cauſantur laxitatem, adeoque non niſi cum damno ægrotis præſcribuntur.

5 Diuretica fortiora, Terebinthinata, juniperina, ſuccinata &c. malum augent, adeoque fugienda ſunt.

6 Puerperæ interna & externa refrigerantia vitent, ne in lochiorum ſuppreſſionem incidant.

7 In laxitate ſphincteris paralytica remedia nervina tam interna, quam externa, diu continuentur, alias nullius ſunt uſus.

8 Clyſteres inſignem quidem ad reſerandam alvum habent efficaciam, emollientes tamen fibras relaxando malum augent, quare nervina ſemper iiſdem addantur.

9 Curatio in ſphincteris relaxatione mature per convenientia inſtituatur remedia, ne poſtea medela fruſtra quæratur.

CAPUT DECIMUMQUARTUM,

DE

Diabete.

I. *Definitio.* DIabete eſt affectus rariſſimus & in Scholis Medicorum nil niſi vel frequentem & copioſam urinæ minus digeſtæ & tenuis excretionem, vel humorum colliquationem, aſſumptum potum quantitate ſuperantem, denotat.

II. *Differentia.*

1 Alia eſt, quando potulenta aſſumpta cito ſine ulla, vel admodum pauca alteratione a Maſſa ſanguinea beneficio renum ſeparata & in Veſicam injecta iterum egeruntur: & hanc ſpeciem quidam Diabeten vocant veram.

2 Alia eſt, quam notham vocant, quando humores corporis etiam utiles colliquati & in ſerum converſi, in magna copia cum corporis emaciatione & virium proſtratione, cum urina in inſigni & ſæpius excedente quantitate excernuntur.

3 Liceat hiſce accenſere etiam illam Diabetes ſpeciem, quam tertiam conſtituimus, quando chylus ſanguini mixtus cum urina excernitur. Cujus ſpeciei duo exempla vidimus. (Notatu autem digna eſt obſervatio in lanione juvene, qui poſt inſignem fatigationem corporis in alvi & urinæ ſuppreſſionem incidebat: applicatis externis emollientibus & ſtimulantibus urina excernebatur prorſus chyloſa, & cum alvus clyſtere aperiretur, eadem materia poſt excrementa per alvum ejiciebatur, urina colorem naturalem ſervante: alvo obſtructa eadem erat urina, quæ colorem alvo aperta mutabat, atque hæc viciſſitudo aliquoties obſervabatur; quis morbi finis fuerit, neſcimus, ægrotus enim ab amicis petebatur & ad locum diſſitum transferebatur.)

III. *Signa.*

1 Urinæ minus alteratæ & ſedimento carentis frequens & copioſa excretio, eaque vel ſtatim poſt potum aſſumptum, vel etiam ſine eodem in utroque tamen potulenta reſpectu quantitatis aſſumptæ longe ſuperans.

2 Sapor (in notha ſcil.) ejuſdem (ob reſolutam & intermixtam pinguedinem) ſubdulcis.

3 Continuus ad excernendam urinam adeſt ſtimulus, & ſi eam retinere volunt ægrotantes, lumborum & teſtium tumor ac tenſio & gravitas in Hypochondriis ſequitur.

4 Inſignis debilitas & macies corporis concurrit.

5 Sitis hiſce jungitur continua cum oris ſiccitate & ardore interno & exæſtuatione ſine tamen febre acuta typica.

6 Ardorem ac calorem moleſtum in dorſo patiuntur ægroti.

7 Ac tandem pinguia urinæ ſupernatant.

IV. *Subjectum.*

1 Interdum hic affectus corripit homines poſt abuſum nimium acidularum.

2 Nonnunquam vero ob abuſum remediorum & inpr. Salium diureticorum quoſdam affligit.
3 Homines qui ſucco betulæ, potu ſpermatis ranarum, Thee, Cydoniis & vino Rhenano abuntur. *Ettmull.* ex variis Authoribus.
4 Qui in Febribus inpr. acutis male & incongrua methodo tractati fuerunt.
5 Quibus viſcera ſecretoria infarcta, ſcirrhoſa aut alio modo læſa ſunt.
6 Senes ad Maraſmum tendentes.

V. *Prognoſis.*
1 Si larga talis urinæ excretio fit cum reliqui corporis levamine, Naturæ opus eſt, & hinc nullum periculum involvit.
2 De cętero omnis Diabete minus eſt tuta, & niſi mature eidem occuratur debitis remediis, certiſſime periculoſum habet exitum.
3 Quo diutius durat, eo minus curationem admittit.
4 Quo magis viſcera ſunt læſa, eo minus affectus curatio ſperanda eſt.
5 Quo magis corpus contabeſcit & ſitis cum oris ſiccitate urget, eo certius etiam Tabes lethalis metuenda eſt.
6 Pinguia urinæ ſupernatantia in Diabete magnum periculum portendunt.
7 Diabete immodicum laborem & nimiam Venerem excipiens, utpl. incurabile eſt malum.
8 In ſenibus periculoſior eſt, quoniam Maraſmus eam excipit.

VI. *Remedia.*
1 Laxantia lenia, Rhabarbarum, Folia Sennæ, Tamarindi, Manna, Magneſia, & in robuſtioribus viribus adhuc conſtantibus, emeticum blandum.
2 Temperantia & incraſſantia Lapid. ♋. Mater Perl. Conchæ præpar. Nitrum, Sperm. Cet. Lacticinia, Pulmenta, Emulſiones non adeo refrigerantes, Gelat. C.C. Maſtiche, Gummi Arab. Tragacantha, Sem. Papav. alb. Lactucæ, Portulacæ, Plantag. ſucci aciduli ribium, Berberum, Ceraſ. acid. Citri, Tinct. Roſar. &c.
3 Adſtringentia lenia & Anodyna: Corall. r. ppt. Croc. ♂t. ♁iat. D. Stahlii. Tinct. Vitriol. ♂t. Lud. Theriaca, MP. de Cynogl.
4 Aperientia lenia: Rad. Rubiæ Tinctor. Cichor. Polyp. Herb. Lingu. Cervin. Epithym. Tart. Vitriolat. Arcan. duplic. Sal. polychreſt. Pil. Stahlianæ, Becherianæ &c.
5 Tonica: Tinct. ♂t. Ludov. Eſſ. adianth. alb. cum Spleneticis & Hepaticis Radic. & Herb. leniter adſtringentibus.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.
℞. *Rhabarb. elect.* ʒſ. ℈ij. *D. pro* 1. *doſi.*

2 Alius.
℞. *Magneſ. alb.* ℈ij. ʒj. *D. ut antea.*

3 Potio laxans.
℞. *Decoct. Paſſul.* ℥v. *Mane Colat. adde.*
Infund. per ♌. *Mann. elect.* ʒj. *M.*
Fol. Senn. ʒij. *D. pro* 1. *doſi.*

4 Alia.
℞. *Decoct. Tamarind.* ℥v. *Mann. elect.* ℥ij. *M.* *D. ut antea.*

5 Potiuncula temperans.
℞. *Aq. Milleſol.* *Conch. citrat. a.* ʒſ.
Plantag. a. ʒij. *Sir. acetoſ. citr.* ʒſ. *M.*
Tart. Vitriolat. *D. ſing. 2. vel 3. horis*
Nitr. depur. *Cochl. ij.*

6 Pulvis anodyno temperans.
℞. *Matr. Perl.* *Spec. de Hyac. a. gr.* XVI.
Nitr. regener. *MP. de Cynogl. gr.* IV. *M.*
Arcan. dupl. *Div. in* 4. *p. æq. D. ſing.* 4.
Corall. r. ppt. a. ℈j. *vel* 6. *hor. doſ. j.*

7 Emulſio temperans.
℞. *Amygd. dulc.* ʒſ. *F. l. a. Emulſio.*
Sem. Papav. alb. ʒij. *Colat. adde*
Aq. Scorzon. *Matr. Perl.* ʒj. *Saceh.*
Cichor. a. ℥iij. *q. ſ. M.*
Cinnam. ſ. v. ʒſ. *D. ſing. 2. hor. cochl. iij.*

8 Pulvis anodyno temperans & adſtringens.
℞. *Conch. citrat.* *Croc. ♂t. adſtr. gr.* XII.
Tart. Vitriolat. *M. P. de Cynogl. gr. iij. M.*
Corall. r. pp. a. ℈j. *Div. in* 3. *p. æq. D. ſing.* 6.
Spec. de Hyac. gr. XVIII *horis doſ. j.*

9 Infuſum aperitivo tonicum.
℞. *Rad. Cichor.* *Hepat. nob.*
Caryophyll. *Agrimon. a. m*ſ.
Polyp. *Flor. Roſar. r.*
Rub. Tinct. a. ʒſ. *Flor. Bellid. a. p. ij.*
Herb. Capill. ♀. *Inc. infund. in Vin. rubr.*
Epithym. ℔. iv.
Acetoſ. *D.* ℥vj. *ter quovis die.*

10 Tinctura Tonica.
℞. *Tinct. ♂t. Lud.* *M. D.* 30. *gt. mane & veſperi.*
Eſſ. Adianth. a. ʒij.

VII. *Methodus medendi.*
1 In cura Diabetes ſemper reſpiciatur ad alvi laxitatem, quo hoc modo ſeri fluxus nimius ad renes intercipiatur: quare lenia laxantia reliquis remediis vel præmittantur, vel convenienti tempore interponantur. Huic fini inſerviunt etiam Clyſteres emollientes & carminativi.
2 Hiſce ſubjungantur remedia temperantia tam Abſorbentia, quam Salia neutra ac blanda Acida, partim ut nimius ſeri motus ad renes impediatur, partim ut invaleſcens ſanguinis reſolutio & in ſerum converſio præcaveatur.
3 Inſignem quoque uſum hic habent Emulſiones non adeo refrigerantes, inprimis vero Gelatinæ variæ cum Amygdalis paratæ, quæ & temperant & conſumptionem corporis ac virium defectum impediunt.
4 Temperatis aliquo modo humoribus, ante dictis remediis Salinis & Abſorbentibus admiſceantur lenia Adſtringentia, ut pori renum nimis relaxati aut dilatati ſenſim conſtringantur, & nimia urinæ tranſcolatio aliquo modo ſiſtatur.
5 Ubi vero labes in viſceribus ſecretoriis occurrit, infarctus illorum tollendi ſunt per remedia Aperientia, quæ ſimul leniter ſunt tonica: quibus temperantia antea allegata interponantur.
6 Tandem in uſum trahantur remedia tonica, ut renes debilitati priſtinum recuperent vigorem, quo in caſu optime convenire videtur Tinct. ♂t. Ludov. cum Eſſ. Adianthi albi remixta.
7 Eterne regio renum inungatur Ungu. Comitiſſæ aut imponatur Empl. Saponatum Barbettianum.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*
1 Purgantia fortiora humores adhuc magis colliquantia nullius hic ſunt uſus.
2 Abuſus Emulſionum & Gelatinarum propter metuendam majorem relaxationem fugiatur.
3 Adſtringentia fortiora aut alia quoque nimis mature exhibita, viſcerum infarctum & Hydropem producunt, quare vitentur.
4 Remedia calida & ſpirituoſa renum confortationi dicata, hic exulent, quoniam ſanguinem magis reſolvunt, affectum augent & Hecticam producunt.
5 Narcotica nimis præmature data noxia ſunt.
6 Diabete laborantes fugiant motum corporis nimium, Vinum diureticum, Diætam aromaticam & animi affectus graviores.

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

DE

Pollutione nocturna & Gonorrhœa ſimplici ſive benigna.

I. *Definitio.*
1 POllutio nocturna, eſt involuntaria ſeminis excretio in ſomno cum vel ſine inſomniis venereis ſive laſcivis contingens.
2 Gonorrhœa ſimplex autem eſt itidem involuntaria liquoris vel continua, vel ſucceſſiva ante vel poſt urinæ

urinæ emiſſionem excretio, a nimia partium ſemen aſſervantium laxitate dependens.

II. *Differentia.*

1 Quomodo Pollutio nocturna & Gonorrhœa inter ſe differant, ex definitione patet.

2 Gonorrhœa ſimplex a Virulenta diſtinguitur.

1 Ratione *materiæ excretæ*, quatenus in hac materia ſolum dilute mucida ſine dolore & alba, in virulenta vero varii coloris acris & cum inſigni dolore & moleſtia excernitur.

2 Ratione *quantitatis*: dum in benigna parum, in virulenta vero multum materiæ per genitalia effluit.

3 Ratione *temporis excretionis*: quatenus in virulenta copioſus & continuus, in benigna vero parcus & moderatus & ſæpiſſime cum urina vel ante aut poſt ejus emiſſionem eſt effluxus.

4 Ratione *cauſarum*: benigna enim utpl. laxitatem tantum, virulenta autem virus venereum pro cauſa agnoſcit.

5 Hiſce Gonorrhœæ ſpeciebus adhuc accenſeri meretur ſpecies illa fluxus ſeminalis, quam Galli ſtricte Gonorrhœam, *la Gonorrhee*, appellant, quæ inter utramque medio quaſi modo ſe habet, & vel ſimplicem inveteratam, vel virulentam utcunque curatam vel mitigatam ſequitur, & ſæpius ad longum tempus extenditur.

III. *Signa.*

1 Pollutionis nocturnæ ſigna per ſe patent, quando ſcil. ſemen involuntarie in ſomno excernitur.

2 In Gonorrhœa ſimplici obſervatur ſeminis excretio utplurimum cum urina vel poſt ejus emiſſionem, inpr. tempore matutino & hinc in urina multa filamenta alba fundum poſtmodum petentia & ſedimentum album flocculentum conſtituentia apparent.

3 In aliis vero continuus in urethra mador occurrit, aut etiam excretio materiæ aquoſo mucidæ & albæ, ſine ullo tamen dolore.

4 Huic excretioni jungitur defatigatio corporis aut ſucceſſiva virium proſtratio, quæ inpr. in femoribus & pedibus ſe exerit.

5 Corpus ſenſim contabeſcit ac floridus color in pallidum mutatur.

6 Appetitus perit, ſitis vero ſenſim ſenſimque augetur.

7 Animus ob majoris periculi metum eſt abjectus.

IV. *Subjectum.*

1 Pollutione nocturna corripiuntur ſæpius juniores temperamenti ſanguinei & ſanguineo cholerici, Plethorici, laute viventes, otioſi, cogitationibus laſcivis indulgentes, in dorſo cubantes: aut etiam in conjugio viventes & ſub Diæta lauta diu a Venere abſtinentes, vino generoſo, aromatibus, rebuſque ſalſis utentes.

2 Gonorrhœa autem ſimplici affliguntur.

1 Qui frequenter pollutiones nocturnas paſſi ſunt.

2 Venere in juniori inpr. ætate, aut etiam in conjugio abutentes.

3 Quibus ſemen vel copioſum nimis, vel tenue vel acre eſt.

4 Phlegmatici, aliique quorum veſiculæ ſeminales vel ob naturalem conſtitutionem, vel ob morbos chronicos atonia laborant.

5 Manuſtupratores. vid. *Timæus L.* 3. *Caſ.* 49.

6 Qui ſtimulantibus remediis abutuntur.

7 Qui Gonorrhœa virulenta laborarunt.

8 Nimis diu a Venere abſtinentes. Vid. *VVedelii Pathol. pag.* 570.

9 Anomalicos motuum hæmorrhoidalium decurſus & ſucceſſus patientes. Vid. *D. Alberti Introd. p.* 340.

V. *Prognoſis.*

1 Pollutio nocturna rarior periculo caret, ſæpius tamen affligens facile in Gonorrhœam degenerat, aut vires tollendo ad corporis conſumptionem diſponit.

2 Gonorrhœa ſimplex recens facile curatur: inveterata autem ſæpius majorem attentionem, quam ipſa virulenta requirit.

3 Quæ virulentam ſequitur, ob glandulas corruptas ſemper eſt difficilioris curationis.

VI. *Remedia.*

1 Laxantia lenia: Rhabarb. Magneſia alba, Mercur. dulc. Pilul. Becherianæ, Stahlianæ.

2 Maſſam ſanguineam depurantia: Decocta & Eſſentiæ ex ligno Saſſafr. Guajac. Rad. Chin. Sarſap. Pimp. alb. Lapath. acut. Tinct. ʒii, Tartari, Eſſent. Succini, Alexipharm. &c.

3 Temperantia: Nitrum, Tart. Vitriolat. Arcan. duplic. Nitr. ʒiat. Emulſiones.

4 Lenia adſtringentia & Tonica: Os ſepiæ, Corall. rubra, Croc. ♂t. Mixt. Tonica D. Stahlii, Tinct. ♂t. Ludov.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.

℞. *Magneſ. alb.* ʒſs. j. *D. pro* 1. *doſ.*

2 Alius.

℞. *Rhabarb. elect.* *D. ut antea.*

3 Bolus laxans.

℞. *Conſ. roſar.* ℈ij. *Sir. flor. Perſic. q. ſ.*
Merc. dulc. gr. XII. *M. F. Bolus.*
Reſ. jalap. gr. iij.

4 Decoctum purificans.

℞. *Raſ. L. Saſſafr.* *Vincetox.*
Sanct. ā. ʒij. *Lapath. ac. a.* ʒj.
Rad. Chin. *Cort. VVinter.* ʒſs.
Sarſap. *Inc. Coq. in* ℔. viij. *Aq. ſimpl.*
Pimpin. alb. *pl. ad remanent.* ℔. vj.

5 Mixtura purificans.

℞. *Eſſ. Lignor.* *Tinct.* ♁*ii acr.* ʒiij. *M.*
alexiph. a. ʒij. *D.* 30. 40. *gt. mane, a meridie & veſperi in Decocto.*
ſuccin. ʒj.

6 Alia.

℞. *Tinct. Qii tartariſat.* ʒſs. *Myrrh.*
Eſſ. Pimpin. alb. *Balſ. Capaib. a.* ʒj. *M.*
Eſſ. Succin. a. ʒij. *D. ut antea.*

7 Pulvis temperans.

℞. *Conch. citrat.* *Cinnab.* ♁*ii* ʒſs. *M.*
Nitr. depur. *D. ſing.* 5. *horis* 2. *cuſpid.*
Tart. Vitriolat. a. ʒij. *cultr.*

8 Emulſio temperans.

℞. *Sem. Cannab.* ʒvj. *Colac.* ℥vj. *adde.*
4. frig. maj. a. ʒj. *Succ. alb. ppt.*
Aq. Nymph. ♁. *diaph. a.* ʒſs.
Portul. *Sacch. q. ſ. M.*
Milleſol. ā. q. ſ. *D. ſing.* 2. *hor. cochl. aliquot.*

9 Pulvis temperans & adſtringens.

℞. *Nitr.* ♁*iat.* *Off. ſep. a.* ʒj.
Arcan. dupl. *Spec. de hyac.* ʒſs.
Cryſt. mont. *Croc.* ♂*t.* ♁*iat. gr.* XV. *M.*
Corall. r. ppt. *D. ut antea.*

10 Mixtura Tonica.

℞. *Tinct.* ♁*ii acr.* *D. mane & veſp.* 30. 40.
Spir. C. C. a. ʒij. M. *gt.*

11 Alia.

℞. *Tinct.* ♂*t. Lud.* *D. ut antea.*
Eſſ. Adianth. alb. a. ʒij.

VII. *Methodus medendi.*

1 Curæ initium fiat lenibus laxantibus, quæ etiam poſtea reliquis interponi poſſunt: præ ceteris laudari merentur Pilulæ Becherianæ, Stahlianæ & Balſamicæ viſcerales nobis familiares ſpatio aliquot dierum uſurpatæ & depurantibus interpoſitæ. Inſignem quoque uſum habet Magneſia alba ad ℈ij. mane & veſperi per tres vel quatuor dies data. Rhabarbarum quoque optimum eſt, dum lenem poſt ſe relinquit adſtrictionem.

2 Hiſce ſubjungantur remedia purificantia ſive lympham corrigentia, qualia ſunt remedia ſupra allegata, inpr. vero Tincturæ alcalinæ acres, quæ lympham, ſi ſpiſſa eſt, optime incidunt ac fluxilem reddunt, & ſimul diureſin promovendo vias abſtergunt, adeoque alia metuenda damna præcavent.

3 Si minimus etiam ardor aut æſtus inter vel poſt mictionem in radice penis ſentitur, temperantia purificantibus interponantur, vel ſubjungantur: cui fini potiſſimum inſerviunt Nitroſa.

4 Tandem in uſum trahantur ſelecta Adſtringentia & Tonica, ut horum ope partes relaxatæ aliquo mo-

do conſtringantur, & uberior affluxus impediatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Omnia Purgantia acria nimium ſtimulantia aut humores colliquantia hic nullius ſunt uſus, quare etiam Merc. dulc. & Jalapa cum debitis cautelis ægrotis exhibeantur.

2 Si in tali caſu ſubjecta ſunt Plethorica V. S. locum habet, ubi vero corpus jam per nimium fluxum debilitatum eſt, optime ea omittitur.

3 Omnia balſamica fortiora atque nimis diuretica, humores ad partes genitales pellendo affectum & affluxum ſeminis augent, & hinc fugienda ſunt; quorſum præcipue Cantharides pertinent, quæ tantopere a quibuſdam tam in benigna, quam in virulenta laudantur Gonorrhœa.

4 In ſubjectis Plethoricis & Cholericis eo magis hæc regula obſervanda eſt, imo ipſa etiam Lignorum Decocta atque Eſſentiæ non niſi caute ſunt exhibenda.

5 In Temperantium quoque uſu juſtæ obſervandæ ſunt cautelæ, ne quod excerni debet, per Nitroſa nimium incraſſetur, aut per Emulſiones aliaque corrigentia, ſimul tamen emollientia, viæ magis, quam par eſt, relaxentur.

6 Adſtringentia, niſi ſufficiens præceſſerit humorum correctio, in uſum non trahantur, ne tumores teſtium ſequantur, aut ex benigna maligna, ſive virulenta fiat Gonorrhœa.

7 Si corpora ſunt Plethorica, Dieta tenuis prodeſt: ſin vero malum a nimia venere dependet, abſtinentia eſt optimum remedium: hæc enim niſi obſervetur, malum hocce vel in tabem dorſalem, Hecticæ ſpeciem, vel interdum in impotentiam degenerat.

8 Si Gonorrhœa ſimplex virulentam ſequitur, omnia remedia, inpr. Abſtergentia & Balſamica conſolidantia diu continuentur, alias irrita ſunt omnia.

9 Præſtat Os ſepiæ minoribus & repetitis doſibus, quam majoribus dare.

10 Secretiones & Excretiones, inpr. vero alvum apertam eſſe in hoc morbo optimum eſt, quare Medicus ad alvi apertionem maxime attendere debet. Reliqua vide de *Gonorrhœa Virulenta*.

Caput Decimum sextum.

De

Fluore albo ſimplici.

I. *Definitio.* Fluor albus eſt materiæ mucidæ albæ e partibus mulierum genitalibus, vel periodica vel vaga, interdum vero continua, excepto menſium tempore, excretio.

II. *Differentia.*

1 Alius certas obſervat periodos, dum vel ante, vel poſt menſium fluxum feminas corripit.

2 Alius nullis certis ſed modo his, modo illis contingit temporibus.

3 Alius continuo durat, ſine ullis tamen Luis Venereæ indiciis. Talem obſervavimus in femina gravida: hæc febre continua, tum temporis epidemice graſſante, corripiebatur, quarto vel quinto circiter graviditatis menſe: ceſſante febre adeo copioſus ſequebatur fluor albus, ut quovis die aliquoties induſia mutare cogeretur: hic fluxus varii coloris uſque ad partum continuo durabat, ubi poſt tres vel quatuor Pilularum Stahlianarum doſes plenarie ceſſabat.

4 Differt a virulento ſive Gonorrhœa.

1 Ratione *fluxus* quatenus in virulento materia hæcce continuo & etiam non gravidis cum menſibus ipſis fluit.

2 Ratione *coloris*: in virulento enim ordinarie mucus vario tinctus eſt colore, in benigno autem albus. & mucidus eſt.

3 Ratione *acrimoniæ*: quæ in virulento tanta eſt, ut non ſolum vaginæ glandulas erodat aliaſque partes, ſed etiam partes externas vicinas, cum econtra in benigno nihil tale obſervetur.

III. *Signa.*

1 Effluxus materiæ albæ, limpidæ & aliquo modo mucoſæ.

2 Ordinarie excretio hæc contingit ante menſium eruptionem & poſt eorum fluxum: ſi vero ſimul cum iſtis & continuo fluit materia mucoſa, venerei quid ſubeſt.

3 Ubi malum inveteratum eſt, fluxus hicce toto intermedio tempore obſervatur, & ſimul menſes ſenſim ſenſimque imminuuntur, ita ut ceſſantibus menſibus poſtea mucus continuo fluat.

4 Nulla tamen in excreta materia deprehenditur acrimonia, nec hinc etiam genitalia lædit, niſi fortior ſub corporis motu genitalium attritus concurrat.

5 Inſtantibus menſibus, ubi ordinarie magis affligere ſolet hic fluxus, feminæ in lumbis & oſſe ſacro inſignes dolores urentes & tendentes cum corporis & inpr. partium inferiorum fatigatione ſentiunt.

IV. *Subjectum.*

1 Feminæ annoſiores circa ultimum menſium terminum, aut poſt plenariam eorum ceſſationem.

2 Hiſce ſuccedunt feminæ menſium fluxu inordinato & non ſufficiente laborantes.

3 Viduæ, vel ob turbatum menſium fluxum, vel ob fortiores cogitationes venereas.

4 Virgines inſigniter phlegmaticæ & ad venerem pronæ, ſed rarius. Talem fluorem album obſervavimus in puella 10. annorum, qui poſt varia uſurpata remedia apparentibus anno duodecimo menſibus plenarie ceſſabat. Imo in infante duorum annorum cum dimidio fluorem album vidimus.

V. *Prognoſis.*

1 Fluor albus ſimplex quidem ordinarie videtur eſſe malum, unde etiam benigni accepit nomen, reſpectu tamen curationis ſæpius eſt admodum rebellis & non niſi cum magna difficultate curatur.

2 Quo magis inveteratus eſt fluor albus, eo difficilius curationem admittit.

3 Quo magis libidinoſæ ſunt feminæ fluore albo laborantes, eo minor promptæ curationis ſpes eſt.

4 Fluor albus ſponte ceſſans vel imprudenter ſuppreſſus, graves utpl. poſt ſe trahit affectus arthriticos. (Vidimus hocce in femina ſexagenaria: hæc dolore in lumbis & oſſe ſacro ſenſim ſenſimque ingraveſcente & femora ſimul afficiente affligebatur, adeo ut per plures annos ambulare nequiret: ſuadebantur a Medicis varia reſolventia, opiata, Acidulæ, Thermæ unguenta, Emplaſtra &c. ſed omnia fruſtra. Vocatus aliquoties ad eam in antecedentia inquirebam: ac Tincturas quaſdam alcalinas præſcribebam, incertus tamen adhuc a quanam cauſa provenerit rebellis hicce affectus. Tandem cum urinam accuratius examinarem deprehendebam in urina ſedimentum album mucidum, ſed in exigua tamen quantitate: quærebam E. ex ægrota, an unquam fluore albo laboraverit? & cum illa quid fluor albus ſit neſciret, mutata quæſtione eam interrogabam, an mucum quendam ex utero exeuntem ſenſerit? Reſpondebat ſe eodem fluxu verſus ultimum menſium terminum & poſt eorum ceſſationem laboraſſe: ulterius interrogata, num poſt hujus fluxus imminutionem dolores quoſdam ſenſerit? affirmabat ſe eoſdem in pedibus & dorſo ſenſiſſe. De cauſa E. certus Tincturas alcalinas continuabam, quibus Pilulas Becherianas jungebam: & cum horum uſum ſpatio aliquot menſium continuarem, ſemper major muci copia cum urina excernebatur, dolores vero ſenſim ſenſimque imminuebantur, ita ut ſola baculo tamen ſuffulta, templum ingredi poſſet. Cum vero anno ſequente eodem affectu corriperetur & remediis a Medicaſtro acceptis uteretur, Hectica moriebatur.)

5 Etiamſi fluor albus interdum plane curatus videatur, facile tamen eodem feminæ iterum corripiuntur.

6 Fluor albus inveteratus feminas tandem reddit ſteriles

7 Idem fluxus imprudenter ſuppreſſus aut male curatus, concurrente ſimul malo regimine in humidioribus interdum cachexiam, Oedemata, Hydropem, in ſiccioribus vero Hecticam poſt ſe trahit.

8 Fluor albus ceſſationem menſium excipiens ſemper difficilioris eſt curationis & interdum nullis prorſus cedit remediis.

9 Procidentia uteri interdum fluxum hunc immodicum & inveteratum ſequitur.

VI. *Remedia.*

1 Venæ Sectio revulſoria in pede, ſcarificationes in ſubjectis Plethoricis & ſanguinis evacuationibus aſſuetis.

2 Incidentia & Reſolventia: Rad. Angelic. Ari, Imperator. Helen. Galang. Zedoar. Pimpin. alb. Vincetox. Leviſt. Herb. Matricar. Meliſſ. Artemiſ. Origan. Scord. Marrub. Fol. Lauri, Flor. Chamom. Galeopſ. Cent. min. Sem. Aniſi, Dauci, Baccæ Lauri, Juniperi. Gumm. Amoniac. Junip. Hederæ, Galb. Sagapen. Terebinthina cocta, Maſtiche, Myrrha, Succinum, Salia fixa & neutra. Abſorbentia &c. Tinct. ♁ii. Tartari. Eſſ. Sacc. Myrrh. Pimpinell. alb.

3 Evacuantia: Rad. Rhabarb. Helleb. nigr. Jalap. Mechoac. Fol. Senn. S. S. Agaric. Merc. dulc. Pilul. Becher. Stahlianæ, de Ammon. Quercet.

4 Diſcutientia & Tonica: ſuffitus ex Maſtiche Olibano, Tacamah. Succino, Herb. Thym. Serpill. Antimon. &c. Rad. Cyper. rot. Galang. Zedoar. Ari, Coſt. ver. Herb. Roſmar. Puleg. Pol. montan. Origan. Thymi, Cort. Citri, ⊙nt. Cinnamom. Sem. Carminativa. L. Aloes, Mixt. Tonic. Tinct. ♂t. Ludov. Croc. ♂ti ♁iat. Eſſ. L. Aloes. Adianth. alb. Millefol. &c.

Formulæ Remediorum.

1 Infuſum incidens.

℞. *Rad. Imperat.* *Fol. Lauri a. mſs.*
Angel. *Fl. Anth.*
Pimpin. a. ʒiij. *Galeopſ. a. p. ij.*
Zedoar. *Bacc. Laur.*
Ari. a. ʒiſs. *Cort. ⊙nt. a. ʒij.*
Herb. Meliſſ. *Inciſ. infund. in Vin. ℔. iij.*
Origan. *vel* iv. *D. ter quovis die*
Hyſſop. ʒiv. *vel* vj.

2 Pulvis incidens.

℞. *Pulv. ſtomach. Birckm.* *D. ſing. 4. horis 2. cuſpid. cultri.*
ʒſs.

3 Mixtura reſolvens.

℞. *Tinct. ♁ii acr. ʒij.* *Succini. a. ʒj. M.*
Eſſent. Pimp. alb. *D. ter quovis die gt. 30.*

4 Alia.

℞. *Tinct. Tart.* *Myrrh. ʒj. M.*
Eſſ. Succin. a. ʒij. *D. ut antea.*

5 Infuſum reſolvens & laxans.

℞. *Rad. Gentian.* *Fibr. hell. nigr. ʒiij.*
Bryon. *Cortic. ⊙nt.*
Calam. arom. a. ʒiij *Cinnam. ac.*
Summit. cent. min. *Sal. Tart. a. ʒij.*
Card. bened. a. mj. *Inciſ. affunde Aq. fervent. ℔. j*
Fol. Senn. S. S. ʒj. *& poſtea Vini alb. ℔. ij.*

6 Pilulæ laxantes.

℞. *Pil. Becher. ʒſs.* *D. veſperi 15. vel 20.*

7 Mixtura roborans.

℞. *Tinct. ♁ii acr.* *D. mane & veſp. 30. gt.*
Spir. C. C. a. ʒij. M.

8 Alia.

℞. *Tinct. ♂t. Lud.* *D. ut antea.*
Eſſ. L. aloes. a. ʒij. M.

9 Infuſum roborans.

℞. *Rad. Cyper. rot.* *L. Aloes.*
Coſt. ver. *Cort. ⊙nt.*
Galang. a. ʒiij. *citr.*
Ari. ʒij. *Sem. Aniſ.*
Herb. Serpill. *Fœnic. a. ʒij.*
Puleg. *Inciſ. infund. in Vino rubr.*
Thym. a. mj. ℔. iv. *D. quovis die ter*
Flor. Anth. p. ij. ʒvj.

10 Species pro Balneo.

℞. *Herb. Chamom.* *Puleg.*
Roſmar. *Pol. montan. a. m. iv.*
Salv. *Coq. in ſ. q. Aqu. ſ.*
Orig.

VII. *Methodus Medendi.*

1 Cum in Fluore albo ſtatus utpl. adſit humorum cacochymicus, eo ſemper reſpiciendum eſt, ut hic, quantum quidem poſſibile eſt, tollatur, cui fini potiſſimum inſerviunt, omnia incidentia, mucum craſſiorem & acriorem reſolventia & temperantia, quod inpr. præſtant remedia ſuperius laudata.

2 Si vero ſtatus adeſt Plethoricus, aut ſubjecta ad ſanguinis miſſiones jam prona ſunt, ventilationes ſanguinis maxime ſunt neceſſariæ, tales præcipue, quæ ſanguinis nimium ad uterum affluxum impediunt, & eum ad alia loca derivant, uti ſunt Venæ Sectiones & Scarificationes in pedibus.

3 Antea dictis remediis incidentibus & reſolventibus, vel præmittantur & poſtea ſupponantur, vel, quod melius eſt ſimul jungantur remedia laxantia convenientia humores correctos evacuantia. Potiſſimam autem hoc loco merentur laudem Pilulæ Becherianæ veræ & Stahlianæ, quæ ſolæ legitime uſurpatæ & continuatæ chronicum hunc affectum ſæpius tollunt. Optimæ quoque ſunt Pil. de Ammon. utpote quæ & reſolvunt & evacuant.

4 Correcta & evacuata materia in uſum trahantur remedia tonica, ut hoc modo fibris roboratis & poris conſtrictis, nimius ad partes uteri humorum affluxus inhibeatur & ſenſim immoderatus atque intempeſtivus effluxus coerceatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Quoad reſolventia & Incidentia reſpectu Temperamentorum merito cautus inſtituendus eſt ſelectus, ita ut ea, quæ proficua ſunt, unicuique præſcribantur.

2 Phlegmaticis E. præſcribantur magis calida reſolventia cum aromaticis, eorum conſtitutioni magis convenientibus: Cholericis vero & ſiccioribus temperata magis, uti ſunt Rad. Cichor. Polypod. Tarax. Herb. capillares &c.

3 Si ſuſpicio eſt labis cujuſdam in viſcere & quidem præcipue in Hepate, hæc ultima temperata locum quoque habent, videntur tamen nimis acria & calida, vel parciori ſaltem doſi reliquis admiſceantur.

4 In genere omnibus Fluore hoc laborantibus convenit uſus remediorum continuatus, & urgente neceſſitate repetitus, qui, ſi negligitur, Medicus utpl. omnem perdit operam.

5 Reſolventia nimis acria & inpr. Cantharides, quas quidam in hoc affectu curando commendant, merito ſuſpecta ſunt.

6 Multa quidem a mulierculis & Medicis quoque tanquam ſpecifica laudantur in hoc affectu, quæ tamen ſperatum effectum non edunt. Duas nihilominus novimus feminas, quę omnibus aliis irritis ſolo Decocto Flor. Chamom. & Galeopſ. cum vino parato paucis diebus a chronico hoc malo liberatæ fuerunt.

7 Adſtringentia & Tonica non niſi præmiſſis præparantibns & evacuantibus in uſum trahantur: hoc enim neglecto facile humorum fiunt translationes ad alia loca & graviora mala ſequuntur.

8 Suffitus ex Antimonio non ſemper tutus eſt in ſubjectis inpr. ſenſibilioribus: novimus feminam exinde lipothymiis ac poſtea vertigine graviori correptam.

9 Aer frigidus & humidus humores incraſſans, cibi difficilioris digeſtionis, triſtitia, veneris abuſus, laſcivæ cogitationes ac motus immoderatus fugiantur.

10 Utrum Pulvis Dolæi (ex *Teſt. Ovor. calcinat.* ʒſs. *Vitriol. ♂t. ℞. gr. vj. ad* ℈ſs. *cui etiam adjungit Camph. gr. iij. L. O. gr. j. Sacch. Saturn. gr.* v.) tantæ ſit efficaciæ, ut eo ſolo malum, niſi aliud quid obſtet, quod ejus curationem impedit, certe tolli poſſit, experientia docebit.

CAPUT XVII.

DE

Sudore Nimio.

I. *Definitio*: SUdor nimius est humorum aquoso halituosorum ac Sulphureo Salinorum superflua eaque vel continua, vel certas periodos observans excretio, cum insigni virium lapsu juncta.

II. *Differentia*.
1 Alius est *naturalis*, qui homines Plethoricos humidioris temperamenti post leves etiam corporis commotiones affligit.
2 Alius *medio modo* se habet: qualis potissimum est sudor avtocraticus, quem Natura in hominibus quoad cætera sanis versus matutinum tempus instituit & a multis morbis præservat.
3 Alius est mere *præternaturalis*, qui aliis morbis superveniens eos graviores reddit, uti est sudor colliquativus Hecticorum.

III. *Signa*
1 In *naturali*, laxa corporis constitutio, pori ampliores & copiosa sudoris post quemvis laborem & motum corporis excretio, cum aliquali fatigatione.
2 In *avtocratico*.
1 Præcedunt eum variæ in quibusdam inquietudines somnum turbantes: ut & insomnia de magnis laboribus corpus insigniter fatigantibus.
2 Hasce utpl. sequitur pulsus cordis auctus.
3 In nonnullis observatur aliqua oppletio pectoris, respirationem aliquatenus difficilem reddens.
4 Sub hoc ipso pulsu aucto nihilominus in partibus exterioribus nulla relaxatio, sed potius aliqualis constrictio observatur.
5 Tandem lenis sentitur calor in partibus externis ab intra extrorsum vergens, & subcute magis vel minus urens.
6 Hanc immediate excipit habitus corporis relaxatio, & sudor primo in pedibus, sed moderate, postea vero in femoribus, abdomine, pectore ac tandem ultimo loco in capite erumpit.
7 Augetur postea sudoris excretio, ut instar rivulorum a corpore defluat.
8 Tandem sudore declinante placidus ingruit somnus atque hoc ipso sudor cessat.
9 Observatur hic sudor potissimum circa æquinoctia & potissimum autumnale versus diluculum.
10 Duratio ejus est inæqualis pro subjectorum diversitate; in aliis enim citius, in aliis tardius finitur.
11 Homines e lecto surgentes insignem sentiunt in toto corpore alacritatem.
3 In *præternaturali* & quidem
1 *Hectico*, sudor primo lenis, postmodum vero sensim invalescens, & per intervalla repetens, ultimo vero loco continuo cum summa virium prostratione affligens.
2 *Febrili*, ubi præter morbi interdum indolem nimius erumpit sudor vires maxime frangens.

IV. *Subjectum*.
1 Homines Plethorici Temperamenti sanguineo-Phlegmatici, habitus corporis spongiosi, laute viventes, somno & potu abutentes.
2 Venæ Sectiones, scarificationes ac alias evacuationes consuetas negligentes.
3 Homines ætatis consistentis magis, quam juniores.
4 Viri præ Feminis.
5 Varia molimina hæmorrhoidalia, sed frustranea passi.
6 Ad affectus varios rhevmaticos proni.
7 Hectici & Febricitantes.

V. *Prognosis*.
1 Sudor nimius etsi vires quoque aliquo modo frangat, nullum tamen insigne portendit periculum.
2 Quo magis homines ad sudores sunt dispositi, eo facilius etiam a morbis, qui alias per sudores solvi solent, liberantur.
3 Uti sudores spontanei multos morbos præcavent, ita etiam suppressi vel neglecti non paucos eosque graves producunt.
4 Sudores post febres inpr. diuturnas, si reliqua consentiant, sunt admodum salutares.
5 Sudores avtocraticos suppressos presso sæpius pede affectus rhevmatici & anthritico-spastici; in aliis vero varii affectus cutanei: in aliis, ubi humorum translationes ad interiora fiunt, Tusses graviores, Asthmata, Febres, Inflammationes &c. sequuntur.
6 Sudores Hecticorum colliquativi pessimi sunt & brevi tempore ad mortem ducunt.
7 Sudores Febricitantium excedentes non raro labem visceris pro causa agnoscunt, & Hecticam post se trahunt.

VI. *Remedia*.
1 Temperantia, Absorbentia acidis saturata, Nitrosa, Salia neutra, Nitr. depur. Arcan. duplic. Tart. Vitriolat. Conch. citr. &c.
2 Lenia diaphoretica fixa hisce sociata: ♁. diaph. Bezoard. min. &c. aut etiam Mixt. alexipharmaca acidis mitigata.
3 Blanda laxantia cum diureticis mixta: Rad. aperient. Cichor. Tarax. Herb. Capill. ♀. &c.
4 Tonica sæpius laudata: Tinct. ♂t. Lud. &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans.

℞. *Arcan. dupl.* *Div. in 6. p. æq.*
Nitr. depur. a. ʒj. *D. sing. 4. hor. dos. j.*
Cinnab. ♁*ii gr. xviii. M.*

2 Pulvis temperans & anodynus.

℞. *Tart. Vitriolat.* *M. P. de cynogl. gr. iij. M*
Conch. citr. *Divid. in 3. p. æq. D. vesp.*
Nitr. depur. a. ℈j. *dos. j.*
Spec. de Hyac. gr. xii.

3 Pulvis temperans & diapnoicus.

℞. ♁. *diaph.* *Cinnab.* ʒii *gr. xviij. M*
Arcan. dupl. *Div. in 6. p. æq.*
Conch. citrat. ā. ℈ij.

4 Potiuncula diapnoico temperans.

℞. *Aq. scabios.* ʒiij. *Sir. cerasor. acid.* ʒß. *M.*
C. C. citr. ʒj. *D. durante sudore sing. 2.*
Succ. citr. rec. ʒij. *horis cochl. ij.*
Ess. alexiph. ʒiß.

5 Infusum laxans.

℞. *Radic. Cichor.* *Rhab. elect.*
Tarax. *Tart. solub. a.* ʒij.
Polyp. *Inc. infund. in Vin. & Aq.*
Onon. a. ʒij. *ää.* ℔. *j. vel* ℔. iß. *D.*
Herb. Capill. ♀. miß. *mane* ʒvj. *vel viij.*
Fol. Senn. S. S. ʒvj.

6 Tinctura Tonica.

℞. *Tinct.* ♂t. ʒj. *D. mane & vesperi gt.* 40.

VII. *Methodus medendi*.
1 Sudor excedens in subjectis ad excretionem periphericam alias dispositis, magis semper promovendus, quam coercendus est, cui fini potissimum inserviunt antea allegata remedia temperantia & diaphoretica fixa.
2 Potus sufficiens, diluens & præcipue calidus, hinc maxime quoque, sudoris placidam excretionem promovendo, prodest.
3 Nec minus etiam Emulsiones temperantes lenibus diaphoreticis junctæ, insignem habent usum.
4 Acida temperata alexipharmacis lenibus sociata, nimiam humorum resolutionem impedientia, simul tamen Naturæ, excretionem per sudorem molientis, scopum minime invertentia, sed promoventia insignis hic sunt efficaciæ.
5 Lenia anodyna temperantibus & Gemmatis remediis commode quoque admiscentur & circa lecti ingressum exhibentur.
6 Alvi libertas per lenia laxantia conservetur, hæc enim multum ad sudoris imminutionem contribuit.
7 Venæ sectiones versus æquinoctia ad præcavendos sudores nimios instituantur.
8 Tandem Tonica in usum trahantur & inpr. Tinct. ♂t. Ludov. quæ & temperat & leniter adstringit.

VIII.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Sudores ſpontanei Adſtringentibus nunquam ſupprimantur, ne graviores ſupra indigitati affectus ſequantur.

2 Narcotica & Opiata minus correcta hic merito quoque ſuſpecta ſunt, quatenus motus nimium ſopiendo, excretionem ſudoris, quam Natura intendit, impediunt: Satius E. eſt, ea legitime correcta temperantibus admiſcere.

3 Motus moderatus uti placidam excretionem ſudoris promovet, ita auctus eandem auget, & hinc fugiendus eſt.

4 Abuſus quoque Vini omniumque ſanguinem nimis attenuantium vitetur.

5 Qui ſudoribus avtocraticis afficiuntur, nunquam niſi iiſdem finitis e lecto ſurgant, nec etiam poſt eos corpus ſtatim frigori externo exponant.

6 Potus calidus ſudores ſpontaneos optime promovet, frigidus vero eoſdem retardat, quare fugiatur.

7 Si lenia temperantia emulſiva ac gelatinoſa ſudores Hecticorum non mitigant, res conclamata eſt: opiata & adſtringentia in hoc caſu mortem accelerant.

SECTIO II.

DE

CONGESTIONIBUS ET SUPPRESSIONIBUS FLUXUUM SERI.

CAPUT PRIMUM.

De Gravedine & Dolore Capitis Catarrhali.

I. *Definitio.*

1 GRavedo eſt ſpecies catarrhi a congeſtione ſeri ad nares & partes vicinas facta, ob minus ſuccedentem ejuſdem ſeri excretionem multa accidentia moleſta juncta habens.

2 Dolor capitis catarrhalis eſt ſpecies Cephalalgiæ a congeſtione ſanguinis ſeroſi & hinc ſeri ſeceſſione ortum trahens.

II. *Differentia.*

1 A *Coryza*, ubi materia mucoſa cum ſternutatione excernitur, in Gravedine vero & Cephalalgia catarrhali retinetur.

2 Gravedo & Dolor Capitis catarrhalis gradu & loco affecto differunt, quatenus illa ordinarie infimam frontis partem circa radicem naſi, Cephalalgia vero ſeroſa plures capitis partes & aliquo modo gravius ſimul occupat.

III. *Signa.*

1 *Gravedinis.*

1 Senſus rei tendentis & prementis in inferiore frontis parte ſupra radicem naſi.

2 Cui jungitur dolor capitis obtuſus & ſtupor, in aliis vero ſatis ſenſibilis & pungens, inpr. in Sincipite.

3 Supra oculos & in poſtica eorum parte ſentiunt Gravedine affecti inſignem preſſionem, ac ſi pondere quodam extrorſum urgente premerentur.

4 Ipſi etiam oculi ad viſionem torpidi ſunt, interdum multo & copioſo ſero irrigantur, ac lucem ferre nequeunt.

5 Somnolentia continua affligit patientes, qui tamen ad tranquillum ſomnum minus ſunt idonei.

6 Nonnulli, ſi intenſior eſt affectus, modo horrores, modo æſtus vagos in habitu corporis ſentiunt, inpr. aere frigido & humido exiſtente.

7 In auribus non raro percipiunt patientes ſuſurrum & tinnitum vagum & interdum dolorem obtuſum, inpr. quando congeſtio gravedinoſa incipit.

8 In quibuſdam prædictis accedit ſymptomatibus appetitus imminutio & digeſtionis læſio, teſte nauſea & flatulentia.

9 Plerumque etiam adeſt ſitis cum oris ſiccitate & aliquali guſtus & olfactus depravatione.

10 In pectore occurrit oppletio cum aliquali, ſed leviori reſpirandi difficultate.

2 *Cephalalgiæ catarrhalis.*

1 In hac obſervantur fere omnia modo dicta ſymptomata, ſed gravius affligunt.

2 Major quoque hic eſt ſenſuum internorum ſtupor, ita ut ad cogitationes minus ſint idonei ægrotantes.

3 Dolor hicce latius ſe extendit & quidem primo, ad tempora, poſtea vero ad ſummitatem capitis, & ad occiput uſque ad proceſſus maſtoideos.

4 Hoc in paſſu communiter capitis agitationes vertigo ſequitur cum doloribus vagis lancinatoriis.

5 Si vero congeſtio non eſt ſimpliciter ſeroſa, dolores ſunt quidem tendentes, prementes & gravantes, ſed magis acuti & urentes.

6 Febriles etiam concurſus hic magis familiares ſunt.

7 Sæpius quoque congeſtione ad aures facta, dolores otalgici inſignes modo in interioribus, modo in exterioribus ſe exerunt partibus.

IV. *Subjectum.*

1 Homines Temperamenti Phlegmatici, aut Sanguineo Phlegmatici Plethorici.

2 Infantes poſt ſuppreſſas ſeri & inpr. ſudoris, excretiones.

3 Viri quoque & ſenes ad narium Hæmorrhagias non amplius proni.

4 Otio, ſomno ac vino dediti.

5 In aere humido & frigido verſantes.

6 Evacuationes ſanguinis aliaſque conſuetas negligentes.

7 Pulveribus ſternutatoriis abutentes.

V. *Prognoſis.*

1 Uterque affectus magnæ non eſt conſiderationis & periculo vacat.

2 Quo frequentius autem recurrit, eo gravius etiam affligit & diutius durat.

3 Coryza ſuperveniens utrumque malum ſolvit, quando nimirum ſerum a ſanguine congeſto ſecedens a Natura, cujus prima intentio excretionem reſpiciebat, expellitur.

4 In ſenibus autem periculo non vacat, inpr. quando frequenter eoſdem affligit & habitum acquirit: facile enim graviores vertigines &, apoplecticos affectus poſt ſe trahit.

5 Nonnunquam etiam humorum acrium & mucoſorum decubitus ad pectus fiunt, unde in junioribus pulmonum eroſio, in ſenibus vero catarrhi ſuffocativi aut Aſthmata ac Tuſſes Chronicæ metuendæ ſunt.

VI. *Remedia.*

1 Reſolventia externa & ſternutatoria: Herb. Thym. Majoran. Serpill. Beton. Orig. Fol. Tabac. Flor. Lavend. Lil. convall. Sem. Nigell. Salia volatilia &c.

2 Reſolventia interna & anticatarrhalia: Tinct. ☉ii, Tartari, Eſſent. Lignor. L. Saſſafr. Alexipharm. Succini. Infuſa & Decocta ex Radic. & Herb. reſolventibus.

3 Laxantia: Pilulæ Becherianæ, Stahlianæ, de Succin. Crat. Merc. dulc. Extr. panchymag. Croll. &c.

4 Tonica: Mixt. Tonic. Stahlii &c.

5 Venæ Sectio, Scarificationes & Laxantia præſervationis gratia.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis ſternutatorius.

℞. *Herb. Major.* *Lil. convall. ap. iij*
Serpill. *F. Pulvis.*
Flor. Lavend.

2 Mixtura anticatarrhalis.

℞. *Tinct.* ☉*ii.* *Succin. a. 3j. M.*
Eſſ. alexiph. *D. 30. gt. mane & veſperi,*

3 Pi-

3 Pilulæ laxantes.

℞. *Extr. panchym. Cr. gr. xii* — *Eſſ. Succ. q. ſ. M.*
℥ *dulci gr. viij.* — *F. Pil. pro 1. doſi.*

4.

℞. *Pil. de Succ. Crat. nō. xx. xxv.* — *D. ut antea.*

5 Mixtura Tonico diſcutiens.

℞. *Tinct. Tart. ʒij.* — *Spir. C. C. a ʒj. M.*
Eſſ. Succ. — *D. mane & veſperi 30. gt.*

VII. *Methodus medendi.*

1 In Gravedine & Dolore Capitis catarrhali eo ante omnia Medicus reſpiciat, ut materiæ, a Natura ad exitum deſtinatæ, excretio mature contingat, cui fini potiſſimum inſerviunt Errhina & Ptarmica leniora.

2 Cum vero hæc materia ſemper aliqualem mucidam ſpiſſitudinem habeat, ea quoque corrigenda eſt per anticatarrhalia, lymphæ & ſeri depurationi dicata, uti ſunt potiſſimum Tinct. ♁ii cum Eſſentia Succini, aut Alexipharmaca mixta.

3 Remediis hiſce interponantur vel ſubjungantur lenia laxantia, ut materia in nimia quantitate ad caput congeſta in inferiora derivetur: quem in finem conveniunt Pil. de Succ. Crat. de Ammon. Quercet. Panchymag. Croll. Pilulæ Stahlianæ & Becherianæ vel ſolæ vel reliquis mixtæ.

4 Derivationem talem quoque præſtant lenia Diaphoretica & Diuretica. Hic præcipue laudem merentur Tincturæ & Eſſentiæ antea allegatæ, quæ utrumque effectum edunt, inpr. ſi diaphoreſeos reſpectu cum moderato regimine dantur.

5 Tandem detur Mixta Tonica Stahlii, quæ in Doloribus capitis catarrhalibus curative & præſervative inſignem habet uſum.

6 Præſervationis gratia inſtituantur verſus æquinoctia Venæ Sectiones & Scarificationes præſertim in Plethoricis & aſſuetis, & blandæ laxationes cum catarrhalibus non negligantur.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Si ſenibus ſternutatoriis reſolutio & evacuatio materiæ obtineri poteſt, fortiora in uſum non trahantur, ſi vero illa nullum edunt effectum, hiſce locus concedatur, qualia ſunt Rad. Helleb. nigr. & alb. Euphorb. ad pauca grana, Vitriol. alb. in Aq. major. ſolutum, quod ultimum ſæpius optimo cum ſucceſſu dedimus juxta mentem *Wedelii* in A. M. M.

2 Volatilia ad materiæ reſolutionem quidem ſunt optima, cautela tamen opus eſt, ne per frequentiorem eorum uſum, caput nimium afficiatur, memoria debilitetur & olfactus lædatur.

3 In malo habituali nil magis provenit, quam matura præſervatio & prudens convenientium remediorum continuatio.

4 In anticatarrhalium præſcriptione ſemper prudenti ſelectu opus eſt: quamvis enim acria Phlegmaticis conveniant, calidioribus tamen & ubi congeſtio magis ſanguinea, quam ſeroſa eſt, minus conveniunt.

5 Pari cautela opus eſt in Balſamicorum Cephalicorum & Cucupharum applicatione, facile enim in calidioribus vertiginem, caput nimium turbando, pariunt.

6 Veſicatoria, Fonticuli & Setacea etſi malum chronicum interdum mitigent, parum tamen conſtans eſt eorum effectus, vel enim affectus facile recurrit, vel graviora mala eorum conſolidationem ſequuntur. Commodius E. iiſdem cautus & continuatus anticatarrhalium, diſcutientium, & ad alia loca derivantium uſus ſubſtituitur.

7 Uti vita otioſa ad generationem horum affectuum multum contribuit, ita motus moderatus & continuatus ad lymphæ catarrhalis reſolutionem & diſcuſſionem optime convenit.

8 Repetitæ crapulæ & nimius ſomnus fugiantur.

CAPUT SECUNDUM.

DE

Brancho & Raucedine.

I. *Definitio.*

1 BRanchus eſt affectus catarrhalis ſive ſpecies catarrhi, a congeſtione humorum plus vel minus ſeroſorum acrium & mucidorum ad ſuperiores aſperæ arteriæ partes & fauces facta, dependens, cum raucedine & doloribus plus vel minus ſenſibilibus in parte affecta conjunctus.

2 Raucedo vero eſt tunicæ interioris aſperæ arteriæ conſtrictio, irrigationem debitam dictæ tunicæ impediens & vocem claram raucam reddens.

II. *Differentia.*

1 Quomodo *Branchus* & *Raucedo* differant ex Definitione patet, a pleriſque tamen pro uno eodemque affectu habentur, & in Praxi ſub eodem titulo tractantur. Melioris tamen diſtinctionis gratia notetur.

2 Quod in *Brancho* contingat depoſitio & feceſſio humorum ſeroſo mucidorum in aſperam arteriam, quæ Raucedinem comitem habet: e contra vero in vera *Raucedine* excretio illius lymphæ, ad irrigationem neceſſariæ, impediatur.

3 Quod *Branchus* ordinarie Coryzam ſequatur: Raucedo autem vera non.

4 Quod *Branchus* in principio reſpiciat excretionem ſanguinis, qua fruſtrata poſtea humorum fit decubitus in aſperam arteriam, quod in *Raucedine* vera non contingit.

5 Quod in *Brancho* dum humorum decubitus ad imas fauces & aſperam arteriam fit, inpr. in Senibus & valde Phlegmaticis aliquid defectivi vel paſſivi, in *Raucedine* vero ſpaſticum quid occurrat. Adeoque *Branchus* commode ad ſuperiorem claſſem de Fluxibus ſeri referri poteſt, Raucedo vero, effluxum ſeri lymphatici impediens, magis hujus eſt loci.

6 Uterque affectus reſpectu cauſarum modo ab internis, modo ab externis dependet.

III. *Signa.*

1 Branchum fere ordinarie vel præcedit vel comitatur Coryza.

2 Accedit utpl. tuſſis cum excretione materiæ vel tenuis acris, ſed paucioris, vel mucoſæ & copioſioris.

3 Inter tuſſiendum ægrotantes in aſpera arteria ſentiunt dolorem quaſi exulcerationis.

4 Hiſce raucedo tanquam ſymptoma jungitur.

5 Reſpirandi quoque difficultas, quando copioſus humorum eſt decubitus, ſæpius concurrit.

6 Junguntur adhuc alia ſymptomata Coryzam & Gravedinem ordinarie comitantia.

7 Raucedinis ſigna per ſe patent.

IV. *Subjectum.*

1 *Brancho* ſubiiciuntur.

1 Juvenes & viri, in quibus adhuc congeſtiones fiunt ad pectus.
2 Phlegmatici.
3 Senes catarrhis obnoxii.
4 Infantes quoque humidioris conſtitutionis.
5 Aeri frigido & humido ſe exponentes.

2 *Raucedini.*

1 Brancho affecti.
2 Tuſſi vehementi & inpr. ſicca laborantes.
3 Quibus vel ſulphuris aut alius acrioris mineralis fumus in fauces illatus fuit.
4 Corpore calido ſubito ſtatum calidum cum frigido commutantes.
5 Nimis ſermocinantes & clamantes.
6 Phthiſici & Hectici.
7 Scorbutici & Venerei, propter eroſionem vel majorem vel minorem partium voci inſervientium.
8 Menſium ſuppreſſione laborantes.
9 Nimis ſalaces. Talem Raucedinem obſervavi in filia ſutoris, quæ, diſcrimen inter utrumque ſexum

bene

bene ſciens, quoties cum quodam, quem amabat, (amabat autem multos ob ſpem matrimonii) amice colloquebatur, toties Raucedine corripiebatur: cum vero poſt aliquot annos filium in cœlibatu pareret, Raucedo illa diſparebat.

V. *Prognoſis.*

1 Branchus per ſe malum non eſt periculoſum, ſed brevi utpl. tempore finitur: ſi tamen congeſtio eſt copioſa & materia nimis acris, metuenda eſt Pulmonum eroſio.

2 In ſenibus catarrhalibus Branchus, ſi humorum congeſtio eſt inſignis, ob pulmonum debilitatem facile degenerat in Catarrhum ſuffocativum.

3 Ob eandem copioſam congeſtionem in vegetioribus interdum Tuſſim, in effœtis vero Aſthma poſt ſe trahit.

4 Raucedo a cauſis externis orta, minoris eſt momenti, & brevi ſponte ceſſat.

5 Raucedo diuturna, cui Tuſſis ſicca chronica ſupervenit, utpl. Hecticum quid ſupponit.

6 Raucedo a profundiore partium voci inſervientium eroſione dependens, rariſſime curatur.

7 Raucedo a cauſis internis & morbis complicatis, Scorbuto v. g. & Lue Venerea ortum trahens, non, niſi hiſce remotis, curationem admittit.

8 Raucedo inveterata vel difficillime, vel prorſus non curatur.

9 Raucedines Phthiſi vel Hecticæ ſupervenientes peſſimæ ſunt indolis.

VI. *Remedia.*

1 Humores acres temperantia & corrigentia. Nitrum, Salia neutra, Abſorbentia.

2 Materiam mucoſam reſolventia: Eſſ. Pimpin. alb. Alexipharm. aliaque ſuperius jam tacta.

3 Lenia laxantia: Rhabarb. in ſubſtantia, Pil. Becher. Stahl. &c.

4 Abſtergentia: Salia neutra cum Abſorbentibus. Ol. amygd. dulc. Sacch. cant. Sperm. Cet. juſcula ex hordeo aut avena parata.

5 Diſcutientia & lenia Diaphoretica ac Diuretica: Tinct. ♁ii, Tart. Eſſ. Succ. Mixt. Tonica Stahlii,

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans.

℞. *Conch. ppt.* *Div. in 6. p. æq.*
Tart. Vitriolat. *D. ſing. 6. hor. doſ. ij.*
Nitr. depur. ā. ℈ij. *M.*

2 Potiuncula temperans & diaphoretica.

℞. *Aq. ſcabioſ.* *Cinnab.* ♁ii ℈j.
hyſſop. ā. ℥iiſs. *Sacch. perlat.* ʒiij. *M.*
♁ *diaph.* *D. ſing. 2. vel 3. hor. cochl.*
Conch. Citrat. *ij.*
Tart. Vitriolat. ā. ʒſs.

3 Mixtura incidens & diſcutiens.

℞. *Tinct.* ♁ii *acr.* ʒiij. *Succin.* ʒj. *M.*
Eſſ. alexiph. ʒij. *D. mane & veſperi* 30. *gt.*

4 Pulvis laxans.

℞. *Rhab. electi.* ℈ij. *D. pro* 1. *doſi.*

5 Pilulæ laxantes.

℞. *Pil. Polychr.* ʒj. *D.* 15. 20. *veſperi.*

15 Alię.

℞. *Extr. Panchym.* *Eſſ. ſucc. q. ſ.*
Pil. Becher. a ℈ſs. *M. F. Pil. D. pro* 1. *doſi.*

7 Linctus abſtergens.

℞. *Ol. amygd. dulc. rec.* *Sperm. cet. rec.* ʒij. *M.*
Sir. violar. *D. ſingl.* 4. *horis dimid.*
Sacch. violac. a. ℥ſs. *cochl.*

8 Mixtura Tonico diſcutiens.

℞. *Tinct. Tart. acr.* ʒij. *Spir. C. C. a* ʒj. *M.*
Eſſ. ſucc. *D. mane & veſperi* 30. *gt.*

VII. *Methodus medendi.*

1 In curatione Branchi ante omnia reſpiciendum eſt, ut congeſtiones ad pectus factæ & adhuc fientes moderentur, & humores acres temperentur, cui fini inſerviunt hinc inde laudata Nitroſa, Abſorbentia, Salia neutra cum Cinnabarinis mixta.

2 Cum vero non raro etiam mucoſitas humorum fauces & aſperam arteriam affligens concurrat, modo dictis temperantibus ſubjungantur Incidentia & Reſolventia, ut hoc modo eorum excretio promoveatur, inſignem in tali caſu edunt effectum ſupra laudatæ Eſſentiæ, ut & Aqua Veronicæ Spirituoſa juxta methodum Stahlianam parata.

3 Ad alvi laxitatem hinc reſpiciatur, hac enim aperta humores ad pectus ruentes ad inferiora derivantur & evacuantur: hic præ ceteris conveniunt Pilulæ Stahlianæ, Becherianæ aut aliæ quoque ex Gummatibus, ac Extractis amaris leniterque laxantibus præparatæ, quæ & incidendo & laxando operantur.

4 Hiſce & ſuperioribus interponantur abſtergentia ex Ol. Amygd. dulc. Sperm. Ceti, & Abſorbentia cum ſalibus neutris.

5 Denique in uſum trahantur Diſcutientia & Tonica, quibus pro Diaphoreſi vel Diureſi promovenda, vel Eſſent. alexiph. D. Stahlii vel Eſſ. Succini admiſceatur.

6 In Raucedine exhibeantur relaxationis gratia lubricantia, Sirup. Violar. Capill. ♀is, Ol. Amygd. dulc. Mucilago hordei &c. quibus interponantur Temperantia & lenia Laxantia.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In utroque caſu abuſus Expectorantium vitetur, quatenus partes nimium emolliendo affluxum humorum augent, & affectum pejorem reddunt.

2 Reſolventia & Diſcutientia acriora, ut & Volatilia humores nimium commovent, quare mitiora iis ſemper præferantur.

3 Narcotica & emulſiva refrigerantia, quæ a quibusdam in hoc caſu commendantur, humores incraſſando & torporem fibris conciliando excretionem humorum impediunt & infarctum glandularum augent.

4 Purgantia acriora hic nullius ſunt uſus, quare mitioribus & inpr. Pilulis Stahlianis potius locus concedendus eſt.

5 In Raucedine inveterata reſpiciendum ad affectus conjunctos & remediis diu inſiſtendum eſt.

CAPUT TERTIUM,

DE

Catharro Suffocativo.

I. *Definitio.*

EST ſubitanea & maxime periculoſa pulmonum ab humoribus ſeroſo mucidis, nimia copia in eos irruentibus, orta repletio aut oppletio, congeſtionem & nimiam partium reſpirationi inſervientium, Pulmonum ſcil. ac Thoracis, relaxationem ſequens.

II. *Differentia.*

1 A congeſtione ſanguinis in Pulmones: in hac enim inſignis quidem occurrit ab oppletione reſpirandi difficultas, tanta tamen non eſt ac in catarrho ſuffocativo, quatenus Thoracis motus adhuc aliquo modo eſt liber: nec etiam tanta virium adeſt proſtratio, uti in catarrho: ut taceam, quod congeſtionem facile tollat Venæ Sectio, quæ in Catarrho ſæpius fruſtra inſtituitur. Reliquæ differentiæ ex collatione utriuſque affectus facile apparebunt.

2 Ab *Apoplexia ſeroſa*, quæ quidem ſubito etiam patientes corripit, præcedunt tamen eam ordinarie, varii catarrhi in capite ſe exferentes, Vertigines, ſtupor capitis diuturnus: comitantur vero repentinus in terram caſus cum motus abolitione, ſenſuum vero, ſi non totali, maxima tamen abolitione, pulſus & reſpirationis inſigni interceptione, aut plenaria ſuppreſſione, inpr. ſi eſt fortior, ſtertore & ſpuma ante os; quæ tamen in Catarrho ſuffocativo non occurrunt, uti ex ſignis patebit.

3 A *Tuſſi humida*, in ſubjectis valde humidis, per remedia expectorantia emollientia, & narcotica, exaſ-

exaſperata & depravata: quamvis enim in hoc inſignis, ob nimiam pulmonum, a remediis productam, laxitatem, occurrat pectoris ab humoribus oppletio, tanta tamen non producit ſymptomata ac in Catarrho ſuffocativo.

4 A *ſubitaneis pectoris oppletionibus*, retropulſis ulceribus, Rhevmatiſmis, exanthematibus & Scabiei originem debentibus: quamvis enim hæ interdum ſatis graves ſint, ita ut mortem etiam inferant, (obſervavimus talem ſuffocationem in infante duorum annorum, Temperamenti maxime Phlegmatici ob retropulſionem ſcabiei humidæ) nihilominus tamen a Catarrho ſuffocativo inſigniter differunt: quatenus

a Oppletio a dictis affectibus reſpectu *quantitatis* materiæ rarius tanta eſt, ut ſtatim in ingens & præſentaneum vitæ periculum ægrotantes conjiciat.

b Reſpectu *qualitatis* materiæ: in dictis enim translationibus ad pectus, magis anxietas urget, & verus conſtrictionis ſenſus percipitur, adeo ut tales affectus ordinarie ſpaſticum quid conjunctum habeant. Cum e contra in Catarrho ſuffocativo laxitas potius occurrat.

c Reſpectu aliorum *ſymptomatum*, inpr. *proſtrationis virium*, illa nunquam in tanto gradu ac in catarrho ſuffocativo obſervantur.

d Quod hæc pathemata ſemper magis ipſos pulmones, quam thoracem adoriantur, adeoque Reſpiratio reſpectu thoracis ejuſque muſculorum non ſit adeo intercepta ac in catarrho ſuffocativo, ubi totus thorax cum pulmonibus laborat.

e Ratione *exitus*, quod hi affectus vel ſpaſmodice pulmones conſtringendo, & motum ſanguinis intercipiendo, vel inflammando, vel exulcerando, aut corrodendo eoſdem, catarrhus autem ſuffocativus ſuffocando & nimium opplendo ægrotos jugulet.

5 Ab *Aſthmate convulſivo*:

a Hoc enim exacerbationem motus tonici, Catarrhus vero ſuffocativus remiſſionem ejus conjunctam habet.

b Illud ſanguineis familiare, hic vero Phlegmaticis ſenioribus, vel junioribus Phlegmaticis valde repletis & catarrhis valde obnoxiis.

c In hoc multa materia catarrhalis ſeroſa concurrit, in illo vero nihil tale conſpicitur.

d Aſthma convulſivum per intervalla ægrotos corripit, & in junioribus commotiones febriles concurrentes habet, cum e contra catarrhus ſuffocativus continuo urgeat, Conf. Tab. de *Aſthmate convulſivo*.

III. *Signa*.

1 Uti alii Pulmonum affectus utpl. ſucceſſive invadunt, ita hic repente, & quidem uno impetu inſtar Apoplexiæ corripit ægrotos.

2 Reſpiratio etiam uno eodemque impetu ita difficilis redditur, ut præſentaneum ſubitaneæ ſuffocationis periculum ægrotantes, partim ob pulmonum infarctum, partim etiam propter Thoracem movendi impotentiam incurrant.

3 Obſervatur quoque inter reſpirandum ſpumidus fremitus & ſonus oppletionis Pulmonum index.

4 Sub prima etiam invaſione inſignis ſtatim & tanta adeſt virium proſtratio, ut vix halitum ducere queant ægri.

5 Ob eandem quoque graviorem debilitatem nulla adeſt tuſſiendi poteſtas, & etiamſi levis quidam tuſſiendi conatus excitetur, minus tamen ſufficiens eſt ad excernendam materiam.

6 Proſtrationi virium ſumma quoque animi jungitur abjectio & anxietas.

7 Facies etiam, ob motum ſanguinis in pulmonibus interceptum tumida eſt, oculi vero prominent & fulgent.

IV. *Subjectum*.

1 Senes Phlegmatici vel etiam juniores ejuſdem Temperamenti, Valetudinarii, catarrhalibus pectoris affectibus vel ſæpius recurrentibus, vel chronicis obnoxii.

2 Tonum remiſſiorem pulmonum vel per Naturam, vel ob morbos habentes.

3 Ad affectus Paralyticos & Apoplecticos diſpoſiti.

4 Quibus ulcera chronica manantia, ſcabioſi vel rhevmatici affectus uno impetu retropulſi ſunt, inſignem quoque ad hunc affectum nanciſcuntur diſpoſitionem, aut eum actu incurrunt, ſi Temperamentum & Ætas reſpondent.

5 Infantes quoque humidioris conſtitutionis poſt largum corporis ſudorem aeri frigidiori expoſiti, vel in cruſtoſis affectibus per repellentia male tractati.

6 Qui ad catarrhos jam proni, aut ipſis actu affecti aeri humidiori nimium ſeſe exponunt & pectori non ſatis proſpiciunt.

7 Evacuationes conſuetas, Venæ ſectiones, Scarificationes, Purgationes, ſudationes &c. vel Plethora vera, vel humorum ſeroſorum abundantia, præſente, negligentes.

8 Vino nimium dediti.

V. *Prognoſis*.

1 Catarrhus ſuffocativus eſt morbus admodum periculoſus, patientes, inpr. ſeniores, intra 12. vel 24. horarum ſpatium e medio tollens.

2 Qui hoc morbo pereunt, utpl. ſyncoptici moriuntur.

3 Febris, quæ in junioribus malo hocce laborantibus utpl. jungitur, vel eidem ſuccedit, ordinarie mali eſt moris, quia nunquam perfecte typica eſt, ſed hecticam habet indolem, ac vires indies conſumendo nihilominus ægrotos jugulat, inpr. ſi reſpirandi difficultas cum anxietate continua perſeverat, hoc enim in caſu in pulmonibus aliquid inflammatorii eſſe, non improbabile videtur.

4 Et etiamſi tale quid non contingat, ob paralyticam pectoris & pulmonum relaxationem (quæ utpl. ordinaria eſt hujus affectus & primaria cauſa) inſignis non ſolum harum partium laxitas remanet, quæ viam copioſæ humorum in pulmones irruptioni & Tuſſi, vel Aſthmati portam pandit, ſed etiam tandem toni remiſſio in reliquis partibus cum cachecticis accidentibus obſervatur.

5 Hiſce interponuntur interdum varia moleſta aſthmatico ſpaſtica molimina, inpr. ſi cauſæ externæ concurrunt, quæ tamen, etſi ad excutiendam & expellendam materiam a Natura inſtituantur, utpl. fruſtranea ſunt, & majori materiæ incarcerationi maliſque exinde dependentibus viam ſternunt.

6 Interdum etiam inſignem poſt ſe relinquit debilitatem catarrhus, ut ægri toti, reſpectu prioris ſtatus, alterati & mutati appareant, & negotiis ſolitis proſpiciendis impares ſint.

7 Qui ſemel Catarrho ſuffocativo fortiori correpti fuere, facile in inprævisam incidunt recidivam, & ſubito, inſtar Apoplexia fortiori tactorum, moriuntur.

VI. *Remedia*.

1 Congeſtionem derivantia: Venæ Sectio in pede vel brachio, Clyſteres acriores, Frictiones, Sinapiſmi.

2 Evacuantia: Sal Vitrioli, Radix Aſari, ejuſque Decoctum, Reſin. Jalap. Scammon. G. Gutt. Extr. Coloc. Helleb. nigr.

3 Staſin materiæ ſeroſo mucidæ diſcutientia & Reſolventia: Eſſ. Succin. Alexiph. Pimpin. alb. Tinct. ♁ii acris, Tart. acris, Reſolvens, cum Salib. Volat. ♃. C. C. Sal Ammon. aniſ. combinatæ, Gummata in Acet. ſquillit. ſoluta & ſub potionum pectoralium forma in uſum vocata, Sperm. Cet. cum ℥l. Amygd. dulc. rec.

4 Virium langueſcentium robur reſtituentia: Analeptica: Aqu. fragrantiores deſtill. Namph. Rub. id. Ceraſ. nigr. Cordial. Cinnam. bugloſſ. Conf. de Hyac. Alkerm. Corall. r. ppt. Matr. Perl. ppt. Sirupi Confortantes, Eſſent. dulc. concentr. Emulſiones, Cibi ſuaviter aromatiſati, Vinum generoſius.

5 Febrem concurrentem, vel ſuccedentem mitigantia, Abſorbentia, Oc. ♋. ppt. Conch. ppt. Diaphoretica fixa ☉. diaph. Bezoard. miner. Cinnabarina, Cinnab. ♁ii, nativa, cum interpoſitis Alexipharmacis diſcutientibus.

6 Par-

6 Partium relaxatarum tonum reſtituentia : Mixtura Tonica Stahlii, Tinct. Vitriol. ♂t. Ludov. Eſſent. dulc. ordin. & concentr. Pulv. ☉res Tonici Richteri, motus corporis ſufficiens, diæta aromatica, vinum generoſum, externa ſpirituoſa, linimenta, fotus &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis emeticus.

℞. *Sal Vitriol. ſ. Gillæ.* *Paracelſ.* ℥ß. *ad* ʒj. *D. pro* 1. *doſi.*

2 Potiuncula emetico purgans.

℞. *Aq. Cinnam.* ʒj. *C. Gutt.* ℈ß. *Tart. Vitriolat. g. iij.* *Sir. Pom. lax.* ʒij. *M.* *D. pro* 1. *doſ.*

3 Clyſter acrior.

℞. *Spec. carmin.* *Herb. major.* *Cent. min. a. mj.* *Fol. Tabac.* mß. *Coq. in ſ. q. Aq. ſ.* *Colat.* ℔j. *adde.* *Elect. cathol.* ʒj. *Sal Gemm.* ʒj. *Extr. hell. nigr.* ℈j. *Euphorb. gr. iij.* *Vit. Ov. nō. j. M.* *F. Clyſt. calide applicand.*

4 Potio reſolvens pectoralis.

℞. *Aq. Hyſſop.* *Tuſſilag. ā.* ʒiß. *Aſthmat.* ʒj. *G. Ammon. in* ℞*to.* *Squillit.* *ſolut. & inſpiſſ.* ʒj. *Spir. Sal Ammon. aniſ.* ʒß *Sir. de Eryſim. Lob.* ʒß. *M.* *D. ſing. 2. hor. cochl. aliquot.*

5 Potio cardiaca.

℞. *Aqu. Rub. id.* *Namph.* *Ceraſ. nigr. ā.* ʒj. *Cinnam. bugl.* ʒvj. *Matr. Perl.* *Lap.* ♋. *ppt. a.* ʒß. *Cenſ. alkerm.* ʒj. *Julep gemmat.* ʒß. *M.* *D. cochleatim.*

6 Mixtura reſolvens.

℞. *Eſſ. alexiph.* *Succin. a.* ʒj. *Tinct.* ☉*ii acr.* ʒij. *M.* *D. gt.* 30. *bis vel ter quovis die.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Cum in affectu hocce omnia propter præſens vitæ periculum maxime urgeant, Medicus mature nimium in Pectus humorum affluxum imminuere vel intercipere tentet, ne æger plane ſuffocetur.

2 Huic fini inſervit in ſubjectis Sanguineis & Plethoricis Venæ Sectio larga ad ʒviij. X. ſi fieri poteſt in pede, aut obſtantibus quibuſdam circumſtantiis in brachio.

3 Huic revulſioni inſervit quoque Clyſterum acriorum injectio, qui pro ſubjectorum & gradus diverſitate magis vel minus acres reddi poſſunt.

4 Si ſuſpicio eſt, in ventriculo hærere cruditates ob malam diætam, partim ob haſce, partim etiam ob materiam in pectore collectam ejiciendam, exhibeatur vomitorium : cui uſui potiſſimum a Practicis deſtinantur Sal Vitrioli & Radix Aſari.

5 Si vero ſubjecta ſunt Phlegmatica, aut ob vim morbi debiliora, ita ut emeticum ferre nequeant, eidem ſubſtituatur purgans Phlegmagogum & ſimul ſtimulans ex Extr. Helleb. nigr. Colocynth. G. Gutt. utpote quæ & incidendo & evacuando ſcopo Medico apprime ſatis faciunt.

6 Cum vero in hocce affectu Paralytici quid ſemper occurrat, externa quoque excitantia in uſum trahantur, qualia ſunt potiſſimum Veſicatoria & Sinapiſmi, Frictiones, partibus tam proximis, quam etiam remotis applicita.

7 Poſtea materia lenta & viſcida per convenientia remedia incidentia reſolvatur & ad excretionem præparetur, ulterior vero & uberior ad pulmones affluxus per diſcutientia partim Diapnoica, partim Diuretica præcaveatur. Cui fini inſerviunt ſupra laudatæ Eſſentiæ & Tincturæ, inpr. vero Gummata vel ſoluta & potiunculis admixta, vel iterum inſpiſſata & in Pilulas redacta. Hæc enim non ſolum optime incidunt, ſed etiam majori doſi exhibita alvum laxam ſervant, adeoque derivando & reſolvendo conducunt.

8 Vires admodum proſtratæ reſtaurentur per potiones analepticas, vini generoſioris & Diætæ aromaticæ uſum. Inprimis iiſdem cum ſumma efficacia proſpicere poſſet Eſſ. dulc. Hall. ordinaria & adhuc efficacius concentrata. Hæc autem analeptica ſemper interponantur reſolventibus atque incidentibus, ut ſic & materiæ & tono conſulatur.

9 In concurrente Febre per interpoſita alexipharmaca & diaphoretica leniora ſuccurrendum eſt, auxilium etiam tunc ferunt Emulſiones & Gelatinæ, ut & Nitroſa aliaque temperantia.

10 Si vero febris deeſt, & ad chronicum ſtatum affectus declinat, tunc præter incidentia & reſolventia, laxantia per epicraſin in uſum vocentur, non neglecto ſufficiente motu corporis & Diæta conveniente.

11 Mitigato morbo partium etiam tono proſpiciatur, partim per ſupra laudata analeptica & Cardiaca, partim per Nervina & lenia interne & externe uſurpata Martialia.

12 Ut porro novus Paroxyſmus impoſterum præcaveatur, modo dicta roborantia & nervina ſæpius repetantur, aer humido frigidus evitetur, ſucceſſus alvi quotidie obſervetur, & ſi evacuationibus quibuſdam ſolennibus inpr. ſanguinis aſſueti ſunt ægrotantes, ad eas vel conſueto, vel æquinoctiali tempore oculus dirigatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In Venæ Sectione inſtituenda & exhibendis vomitoriis ſemper ad ſubjecti conditionem, ætatem, temperamentum & inpr. ad vires reſpiciendum eſt, quo neglecto, in gravi & præcipiti hocce malo facilis eſt lapſus.

2 Seniores debiles infarctu non ita enormi, ex liberiori reſpiratione facile cognoſcendo, obſeſſi, non tractandi ſunt per fortiores commotiones, ſed potius methodum leniorem evacuatoriam, ſubjunctis reſolventibus & tincturis tonicis, repetitis vicibus, ſed doſibus parvis, exhibendis.

3 Anticatarrhalia calidiora & volatilia in ſubjectis Sanguineo Plethoricis humores nimium commovendo affectum pejorem reddunt.

4 Catarrhalia nunquam in uſum trahantur, niſi alvus ſit aperta.

5 In Febre quoque concurrente aut ſubſequente cautiſſime ſunt uſurpanda, facillime enim febris genius exinde exacerbatur.

6 Obſtructio alvi in hocce morbo ſemper noxia eſt, quare ſemper aperta ſervetur, nunquam tamen fortiora purgantia hunc in finem præſcribantur.

7 Evacuationem tam ſanguinis, quam ſeri ſolennium, nimirum Hæmorrhagiarum ſpontanearum, Venæ Sectionum, Scarificationum, Fonticulorum &c. neglectus damnum affert eximium, ideoque eorum ſucceſſus, quam maxime obſervandus.

8 Omne regimen calidum fortius noxium eſt, temperatum vero prodeſt.

9 Aer humido frigidus imprimis autumnalis catarrhoſis & ſenibus admodum eſt inimicus, pariter ac Diæta cruda & ſomnus nimius.

10 Motus corporis e contra moderatus & continuatus in locis calidis & temperatis, frequens uſus Pilularum Becherianarum, aliarumque ex Gummatibus paratarum, Tincturæ alcalinæ aliæque pectorales non adeo calidæ, cum infuſis aut decoctis Herb. & Rad. reſolventium ac Diæta aromatica & vinoſa in talibus ſubjectis magnæ ſunt utilitatis, & optime affectum huncce præcavent.

CAPUT QUARTUM.

DE

Tussi sicca.

I. *Definitio*: TUssis sicca est motus pectoris validus & concussorius diuturnus, a Natura ad excutiendam materiam molestam institutus, quem tamen utpl. nulla materiæ humidæ excretio sequitur.

II. *Differentia*.
1 Alia est *idiopathica*, quando materia molesta in Pulmonibus hæret, & est vel mitior, uti *ordinaria*, vel fortior uti *ferina*.
2 Alia est *sympathica*, quæ est vel *hyponchondriaca*, vel *stomachica*, quando vel ab hypochondriorum, vel stomachi vitio originem trahit.

III. *Signa*.
1 Valida & diu durans pectoris concussio, sine tamen materiæ mucosæ excretione.
2 Huic jungitur sæpius raucedo, præcipue si vitium hæret in pulmonibus, in Tussi vero hypochondriaca hæc non est adeo frequens, nisi nimis diu duret.
3 Tussis hæc facile exacerbatur ab aere frigido, si fuerit pectoralis: hypochondriaca vero a potu frigido, assumptis & motu corporis, inpr. ascensorio.
4 Affligit autem potissimum noctu, præcipue hypochondriaca, ita ut ob frequentem tussim ægroti totas noctes insomnes transigant.
5 Accedit subinde etiam insignis respirandi difficultas.
6 In hypochondriaca sensus concussionis in hypochondriis jungitur.

IV. *Subjectum*.
1 Respectu ætatis juvenes ficcioris temperamenti, quibus congestiones ad pectus, ad hæmoptycam excretionem tendentes, impendent, vel eveniunt.
2 Viri etiam & Senes ejusdem temperamenti, propter dispositionem, ex consuetudine natam, sive qui antea sæpius congestionibus ad pectus laborarunt.
3 Hæmorrhoidarii, quibus Hæmorrhoides vel sponte, vel ob alias causas cessarunt, ut & feminæ mensium ataxia laborantes, post factas sanguinis ad hypochondria, vel pectus congestiones.
4 Quibus copiosus mucus, sed viscidus tenax & excretioni minus obtemperans, aut serum nimis acre, aut paucum, in bronchiis hæret.
5 Venæ Sectiones & Scarificationes consuetas negligentes.
6 Infantes qui morbillis laborarunt, aut post variolarum malam tractationem.
7 Quibus scabies, achores & tinea repulsa fuerunt.
8 Tuberculis Scirrhosis pulmonum, aut hepatis vel lienis Scirrho afflicti.
9 Concretionibus item tophaceis pulmonum laborantes.
10 Gibbosi & Scrophulis affecti.
11 Qui vapores sulphureos, antimoniales, arsenicales, mercuriales &c. attraxerunt.

V. *Prognosis*.
1 Tussis sicca semper majoris est momenti quam humida, nisi forsan alia accidentia eam comitentur.
2 Quo magis invalescit Tussis sicca & quo diutius affligit, eo certior est metus Scirrhi visceris cujusdam.
3 Tussis sicca sympathica facile degenerat in idiopathicam, permanente nihilominus læsione in parte primum affecta: adeoque ob complicationem affectuum totus status morbosus eo gravior redditur.
4 In juvenibus, ubi congestiones ad Hæmoptysin tendentes Tussis siccæ causa sunt & frequentius recurrunt, Phthisis metus non inanis est.
5 Si vero molimina congestoria aut actuales congestiones mature sequitur sanguinis eruptio, nullis gravibus symptomatibus stipata, & etiam congestioni respondens, ita ut nihil talis congesti sanguinis in pulmonibus remaneat & corrumpatur, Phthisis metuenda præcaveri solet.
6 Tussis hypochondriaca chronica frequentius & inpr. noctu affligens, ob obstructionem vel Scirrhositatem viscerum Hecticam facile post se trahit.
7 Tussis sicca in infantibus cum aliis signis concurrentibus interdum indicat variolas aut morbillos instantes.
8 Tussis sicca stomachalis facile transit in ferinam, ita ut ægroti, dum tussire incipiunt, vix remittere queant.
9 Tussis ferina in infantibus & adultis non raro Herniam, in feminis vero abortum producit.
10 Si Tussis sicca in Asthma siccum degenerat, malum est.

VI. *Remedia*.
1 Temperantia: Nitrosa, Conch. ppt. Mat. Perl. Tart. Vitriolatus, ♁. diaphor.
2 Humores a pectore derivantia: lenia laxantia, Rhabarbarum, Magnesia, Pilulæ Balsamicæ &c. Venæ Sectiones, Pediluvia &c.
3 Discutientia: Rad. Ari, Pimpin. alb. &c. Tinct. ♁ii, Tartari, Ess. Pimpin. alb. Succini &c.
4 Sedantia: Cortex Chacarillæ, Emulsiones temperantes & anodynæ, Cinnabarina, M. P. de Cynogloss. &c.
5 Tonica: Mixtura Tonica Stahlii, Infusa ex Herbis pectoralibus blande adstringentibus parata.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans.
℞. *Conch. citrat.* *Div. in 6. p. æq. D. sing.*
Tart. Vitriolat. *5. vel 6. horis.*
Tart. depur. a. ℈ij. *M.*

2 Alius temperans & diapnoicus.
℞. *Matr. Perl.* *Arcan. dupl. a.* ʒß. *M.*
Nitr. regener. *Divid. & D. ut antea,*
♁ *diaph.*

3 Pulvis laxans.
℞. *Rhabarb. el.* ℈ij. *D. pro una dosi.*

4 Infusum discutiens.
℞. *Rad. Pimpin. alb.* *Veron. ā. miß.*
Vincetox. a. ʒß. *Ex Inc. et Cont. F. Infusum*
Herb. Scabios. *Theiforme sæpius su-*
Hyssop. *mendum.*

5 Mixtura discutiens.
℞. *Tinct. Tart.* *D. mane & vesperi gt. 30,*
Ess. alexiph. a ʒij. *in Infuso præcedente.*
Succ. ʒj. *M.*

6 Pulvis temperans & sopiens.
℞. *Lap. cancr.* *M. P. de Cynogl. gr. iv. M*
Sal polychrest. a. ʒß. *Div. in 4. p. æq. D. dos. j.*
Pulv. chacar. ℈j. *vesperi.*
Cinnab. ♁ii *gr. viij.*

7 Emulsio temperans & sopiens.
℞. *Amygd. dulc.* ℥ß. *Mucilag. hord.* ʒvj.
Sem. Pap. alb. ʒij. *c.* *F. l. a. Emulsio.*

8 Alia.
℞. *Amygd. dulc.* ʒvj. *F. l. a. Emulsio.*
Sem. Card. Mar. ʒiij. *Colat.* ʒviij. *adde*
Papav. alb. ʒij. *Conch. ppt.* ʒj.
Aqu. Cheresol. *Sacch. perlat. q. s.*
Hyssop. ā. q. s. *ad gratiam.*

9 Pilulæ sopientes.
℞. *Succ. liquirit.* ʒj. *M. F. Pil. ad pond. gr. ij.*
M. P. de cynogl. gr. vj. *D. vesperi 10. pro dosi.*

10 Mixtura tonico-discutiens.
℞. *Tinct.* ♁. *Spir. C. C. a.* ʒj. *M.*
Ess. Pimp. alb. a. ʒij. *D. mane & vesp. gt. 30.*
Succin.

VII. *Methodus medendi*.

1 *Tussis siccæ idiopathicæ sive Pectoralis.*
a Si talis tussis sicca a congestionibus sanguinis ad pectus trahit originem, hæ ante omnia mitigentur & quidem primo per temperantia, qualia sunt Nitrosa, Salia neutra, absorbentia, cum Antimonio diaphoretico aut Bezoardico minerali mixta, ut hoc modo temperati humores ad peripheriam cor-

corporis pellantur & ſimul humorum affluxus ad pectus intercipiatur.

b Si Plethora in talibus ſubjectis urget, Venæ Sectio mature inſtituatur, quippe quæ impetum morbi maxime imminuit & ſanguinem ad alia loca derivat. Ad præoccupandum morbi recurſum præſervatorie etiam inſtituatur.

c Hiſce vel præmittantur, vel interponantur lenia laxantia, inpr. ſi alvi ſiccitas adeſt, Magneſia ſcil. Rhabarbarum, Pilulæ Becherianæ aut aliæ cum hiſce convenientes, quæ non ſolum reſolvunt, ſed etiam humores ad inteſtina derivando congeſtiones ad pectus imminuunt.

d Temperatis humoribus congeſtis ad diſcuſſionem eorum reſpiciendum eſt, quod inpr. præſtant variæ radices & herbæ pectorales, tam in infuſis quam in Eſſentiis, uti ſunt Rad. Ari Pimp. alb. Emul. &c. Herb. Scabioſ. Veron. Virg. aur. Tuſſilag. &c. Eſſent. Pimp. alb. Tinct. ℈ii &c. quæ pulmones partim ab uberiore humorum affluxu præſervant, partim humores ad alia loca derivant.

e Diſcuſſione peracta, ſi Tuſſis adhuc urget, aut ſi diſcutientibus non obſtantibus Tuſſis ſemper perſeverat, anodyna ſunt exhibenda, & inpr. tempore veſpertino. Optime h. l. convenit Cortex Chacarillæ, Pilulæ ex ſucco Liquiritiæ & MP. de Cynogloſſa, quæ etiam reliquis temperantibus una cum Cinnabari Antimonii admiſceri & veſperi exhiberi poteſt. Parem efficaciam quoque habent Emulſiones ex Amygd. dulc. & Sem. Papav. Rh. cum aquis pectoralibus paratæ, quæ & temperant & ſopiunt.

f Si in tali Tuſſi ſicca tandem aliquid materiæ deponitur in pulmones, illud removendum eſt per lenia abſtergentia & expectorantia, qualia ſunt potiſſimum Oleum Amygdalarum dulcium recens & Sperma ceti.

g Tandem ad ulteriorem affluxum præoccupandum & ad roborandos pulmones in uſum trahatur ſæpius laudata Mixtura tonico-diſcutiens Stahlii.

h Si ob mucum tenacem Tuſſis eſt ſicca, materia illa per emollientia, oleoſa leniterque reſolventia remedia ad excretionem promoveatur: qualia ſunt gelatinæ, cremor hordei, Oleum Amygd. dulc. Sperm. Cet. Sir. violar. Sacch. &c.

i Hiſce jungantur lenia laxantia ex Jalapa, Pilulæ ex Gummatibus & reſolventibus paratæ, Extract. Panchymag. Croll. &c.

k Interponantur ſuperius laudata reſolventia ac diſcutientia, ac tandem agmen claudant remedia tonica.

l Si tuſſis ſicca originem trahit a nobis ſcirrhoſis pulmonum, exhibeantur remedia in Tuberculis pulmonum præſcripta.

2 *Tuſſis ferinæ.*

a Cum materia in hoc affectu ſit admodum acris, ea ante omnia temperanda & evacuanda eſt, quod præſtant ſupra laudata abſorbentia, nitroſa, ſalia neutra, cum mucilaginoſis & gelatinoſis & oleoſis, Decoct. raparum, Sperm. Ceti, Emulſ. &c.

b Poſtea exhibeantur lenia laxantia & diſcutientia ſimul diureſin & diaphoreſin promoventia, adeoque pectus ab humorum acrium affluxu præſervantia.

c Nimia Tuſſis mitigetur per ſuperius commendata ſopientia, ac pulmones roborentur per tonica.

3 *Tuſſis ſympathicæ* ſive *hypochondriacæ.*

a Si tuſſis hujus cauſa tenax & viſcida in Ventriculo hæret, exhibeantur digeſtiva cum abſorbentibus mixta.

b Hiſce ſubjungantur lenia laxantia, præcipue vero Pilulæ Becherianæ aut Stahlianæ, Extr. Panchymag. Pil. de Ammon. aut præſcribantur etiam noduli reſolventes & laxantes.

c Tandem tonica & roborantia hiſce ſubſtituantur & continuentur, ut partim Ventriculus priſtinum recuperet robur, partim ut novus materiæ proventus præcaveatur.

d Si prorſus ſicca fuerit, cauſa magis in hypochondriis quam in ipſo Ventriculo latet, & hinc ante omnia ſollicite inquirendum eſt, a quibuſnam cauſis proveniat? Si abundantia ſanguinis concurrit, Venæ Sectio maxime convenit, quæ quoque locum præſervationis gratia habet, ſi a congeſtionibus ortum traxit. Quod reliquam curationem concernit, ea juxta methodum ſub infarctu & Scirrho hepatis præſcriptam adornetur.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Niſi in corporibus Plethoricis Venæ Sectio larga inſtituatur, utplurimum nullum habet uſum.

2 Venæ Sectio in brachio inſtituta affluxum ſanguinis ad pectus auget & majorem pulmonum oppletionem cauſatur, quare fugienda eſt.

3 Omnia purgantia acria in tuſſi ſicca nil proſunt, imo malum exaſperant.

4 Diſcutientia fortiora, volatilia & oleoſa ſanguinem nimium commoventia, affluxum ſanguinis ad pectus augent, & continuata ad Phthiſin diſponunt, imo eandem ſæpius actu producunt.

5 Opiata ad ſedandam tuſſim non niſi probe correcta materia & præmiſſis præmittendis ſumma cum circumſpectione exhibeantur: quod niſi obſervetur, irritationes quidem ſupprimunt, ſed ſimul materiam acrem in pulmonibus detinendo Phthiſin producunt.

6 Expectorantium quoque abuſus hic ſummo ſtudio vitetur, quoniam majorem materiæ affluxum ad pectus excitant.

7 Traumatica reliquaque pectoralia adſtringentia materiam incarcerant & malum augent, quare ſemper poſt alia præmiſſa, leniora ſaltem reſolventibus mixta in uſum trahantur.

8 Niſi in Tuſſi hypochondriaca labes viſcerum tollatur, Medicus fruſtra contra Tuſſim pugnat.

9 Antihecticum Poterii in tali caſu a quibuſdam commendatum Hecticam producit & hinc fugiendum eſt.

10 Acidulæ in hiſce affectibus utplurimum ſunt pocula mortis.

CAPUT QUINTUM,

DE

Aſthmate Sicco.

I. *Definitio.* ASthma ſiccum eſt ſpecies reſpirationis difficilis cum ſibilo & ſono acuto, utplurimum ſine tuſſi & excretione materiæ, a pulmonum relaxatione, & humorum ad illos congeſtione, aut etiam a pulmonum ſcirrhoſitate dependens.

II. *Differentia.* Differt.

1 Ab *Aſthmate humido*, in quo materia humida viſcida, in hocce autem prorſus nihil excernitur.

2 Ab *Aſthmate convulſivo*, in quo inſignis pectoris ſpaſtica compreſſio per intervalla ſolum ægrotos corripiens occurrit, in ſicco vero reſpirandi difficultas ſine tali compreſſione continuo durat.

3 A *Tuſſi ſicca*, in qua frequentes convulſivi pectoris commotiones ad materiæ cujuſdam moleſtæ excretionem tendentes deprehenduntur, quæ in Aſthmate ſicco deſunt.

III. *Signa.*

1 Adeſt inſignis & continua fere inſpirandi ſive aerem hauriendi difficultas.

2 Quem tamen aerem ſemel hauſtum diutius retinent, adeo ut reſpiratio quidem difficilis, non tamen brevis ſit.

3 Sub inſpiratione auditur ſibilus & ſonorus ſtridor.

4 Ordinarie tuſſis ei non jungitur, niſi in malo chronico quando ſcirrhi pulmonum ad exulcerationem tendunt, aut actualis jam corruptio adeſt.

5 Reſpirandi difficultas continuo quidem ægrotantes

affligit, ordinarie tamen mane & veſperi exacerbatur.

6 Eadem quoque exacerbatio ingreſſum aeris frigidi aut vaporum acriorum in pulmones ſequitur.

IV. *Subjectum*.

1 Reſpectu *temperamenti*, homines ſtrictioris habitus corporis magis, quam quibus is poroſus eſt, hoc malo corripiuntur.

2 Reſpectu *ætatis* juvenes atque in prima virili ætate conſtituti magis quam ſenes.

3 Plethorici evacuationes ſanguinis artificiales negligentes.

4 Diæta lauta utentes & otio ſimul indulgentes.

5 Viri & feminæ, quibus Hæmorrhoides vel menſes ſuppreſſi ſunt.

6 Qui frequentes congeſtiones ad pectus paſſi ſunt.

7 Qui in tuſſiculoſis affectibus male tractati fuerunt.

8 Qui nodos ſcirrhoſos in pulmonibus abſconditos habent.

9 Hypochondriaci ſiniſtre curati, & ſcirrho viſcerum abdominis aliaque labe laborantes.

10 Lapidicidæ ob multum hauſtum pulverem lapidarem vel calcarium.

11 Qui halitus mercuriales, arſenicales, ſaturninos &c. in pulmones receperunt.

12 Quibus ſcabies, inpr. ſicca & ſerina, aut ſimilia circa caput oborta maligniora impetiginoſa inquinamenta retropulſa fuerunt.

13 Quibus reliquiæ Variolarum & Morbillorum in corpore remanſerunt.

14 Quibus pectus male conformatum eſt.

15 Quibus pulmones nimium ſunt relaxati & debilitati.

V. *Prognoſis*.

1 Aſthma ſiccum eſt malum admodum chronicum & non raro ad plures annos extenditur, inpr. ſi humorum affluxus, & phthiſica pulmonum corruptio quantum fieri poteſt præcaveatur.

2 Sæpius tamen in Phthiſin tranſit, inpr. quando a retropulſa ſcabie, aut reliquiis Variolarum & Morbillorum ortum traxit.

3 Quo magis antea pulmones per frequentiores congeſtiones & alios affectus debilitati fuerunt, eo facilius Aſthma ſiccum graviora habet conſectaria.

4 Aſthma ſiccum inveteratum raro radicitus tollitur, ſed etiamſi aliquo modo mitigatum ſit, ob diætæ vitia facile recrudeſcit.

5 Aſthma ſiccum ſi in Tuſſim ſiccam cum aliis bonis ſignis mutatur, ſpem melioris curationis facit.

6 Qui ad frequentiores congeſtiones ad pectus proni ſunt, facile iterum in Aſthma ſiccum, licet ab eo ſemel liberati ſint, incidunt.

7 Nonnunquam etiam Aſthmati ſicco diuturno Cachexia, tumores pedum œdematoſi & Hydrops ſuccedunt, inpr. quando Aſthma hocce nocturno potiſſimum tempore affligit, quod ſæpius obſervavimus.

8 Aſthma interdum in Peripneumoniam mutatur. *Sennertus*.

9 Aſthma febribus acutis vel in morbi curſu ſuperveniens, vel poſt eaſdem affligens periculo nunquam vacat.

10 Si ſimul labes viſcerum ſcirrhoſa inpr. hepatis conjunctum eſt, malum, ſi non plane incurabile, curatu tamen difficillimum eſt.

VI. *Remedia*.

1 Affluxum humorum intercipientia, eoſque temperantia: V. S. revulſoria, pediluvia, lenia laxantia, Rhabarbarum, Magneſia, Pilulæ Stahlianæ &c. nitroſa, abſorbentia, Salia neutra &c.

2 Diſcutientia: Rad. Pimpin. alb. Vincetox. Ari &c. Herb. Scabioſ. Cherefol. Virg. ☉r. &c. & ex his parata infuſa Theiformia aut etiam Eſſentiæ diſcutientes. Aqua Veronicæ Vinoſa D. Stahlii.

3 *Sopientia*: Cortex Chacarillæ, Cinnabarina, Emulſiones temperantes & anodynæ factæ cum Sem. Papav. albi. &c. Reliqua remedia vid. in Tab. præcedentibus.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ laxantes.

℞. *Extr. Panchym. Cr.* *M. F. Pil. D.*
Pil. Stahl. a gr. vij. *pro una doſi.*
Eſſ. Succ. q. ſ.

2 Infuſum incidens & laxans.

℞. *Rad. Vincet.* *Sem. Aniſ.*
Caryoph. *Fœnic.*
Helen. a. ʒiij. *Cort. ☉nt.*
Ari. ʒiſs. *Citr.*
Herb. Hyſſop. *Cinnam. ac. a ʒiſs.*
Cent. min. a. mſs. *Tart. ſolub. ʒiij.*
Fol. Senn. ſ. ſ. ʒvj. *Inc. inf. in Aq. ſerv. ℔ ij.*
Rhab. elect. *adde Vin. alb. ℔ j. Doſ.*
Fibr. Hell. nigr. a. ʒij. *ʒvj. vel viij. mane.*

Reliquas Formulas vide Tabula præcedente.

VII. *Methodus medendi*.

1 Cum Aſthma varias atque diverſas cauſas, a quibus originem trahit, agnoſcat, hinc etiam ad eaſdem reſpiciendum eſt. Sæpiſſime congeſtiones ſanguineæ a ſuppreſſis conſuetis ſanguinis fluxibus dependentes, anſam ei præbent. In tali E. caſu.

a Præſervationis gratia Venæ Sectio verſus æquinoctia inſtituta inſigniter prodeſt, quatenus hoc modo translationes & congeſtiones ſanguinis ad pulmones & viſcera vicina optime præcaventur, præſertim ſi ſubjecta tali jam Aſthmate laborarunt, aut reſpectu temperamenti ad congeſtiones diſpoſitio in ſubjectis occurrit.

b Nec minorem habet uſum Venæ Sectio curatorie mature inſtituta, ante ſcil. humorum nimiam in pectore innidulationem, ut hoc modo humores verſus pulmones nimirum ruentes ad partes inferiores revellantur, & uberior infarctus impediatur.

c Poſtea eo allaborandum eſt, ut conſueti illi fluxus per convenientia remedia denuo revocentur, quo in caſu optime ſe gerunt Pilulæ veræ Becherianæ aut Stahlianæ, quæ in Menſibus & Hæmorrhoidibus revocandis omnibus aliis remediis palmam facile præripiunt.

d Hiſce tamen ſemper præmittenda vel jungenda ſunt temperantia & motus congeſtorios mitigantia, uti ſunt ſuperius ſub Tuſſi ſicca laudata remedia nitroſa, abſorbentia & Cinnabarina, quibus etiam ſopiendi fine Cortex Chacarillæ addatur.

e Ad diſcuſſionem peragendam & ulteriorem humorum irruptionem in pulmones præcavendam in uſum quoque trahantur diſcutientia eodem loco laudata. Præprimis vero Aqua Veronicæ vinoſa & Spirituoſa Stahlii matutino & veſpertino tempore ad aliquot cochlearia ſumpta.

2 Si tuſſiculoſi affectus male curati prægreſſi ſunt, aut externi affectus feroſi per imprudentem medicationem ſuppreſſi fuerunt, ad hos quoque quam ſollicite reſpiciendum eſt.

a Cum talibus in caſibus humorum acrimonia ordinarie adſit, ea temperanda eſt, per remedia jam laudata nitroſa & abſorbentia, ut & per Salia neutra materiam hancce abſtergentia: quibus interponantur etiam Emulſiones temperantes Gelatinæ, Cremor hordei &c.

b Ad evacuandam materiam præparatam exhibeantur blanda laxantia & inpr. Magneſia alba rite præparata, quæ & temperat & evacuat. Poteſt etiam exhiberi Rhabarbarum vel ſolum, vel in Infuſo cum aliis incidentibus & reſolventibus.

c Tandem in uſum trahantur ſuperius laudata diſcutientia & Mixtura Tonica Stahlii.

3 Si a nodis ſcirrhoſis in pulmonibus hærentibus Aſthma

ma ſiccum dependet, methodo in tali caſu propoſita tractetur.
4 Si vero labes in hypochondriis hæret, in uſum trahantur remedia Tab. de Infarctibus & Scirrhis viſcerum allegata.
5 Si reliquiæ Variolarum & Morbillorum in pulmonibus ſunt, exinde ſæpe originem trahit vel Tuſſis ſicca vel Aſthma ſiccum. In talibus caſibus Sydenham magnopere laudat Venæ Sectionem, cum vero adſtantes eam in tenera ætate vix aut prorſus non admittere velint, ſubſtituantur ei blanda temperantia repetitis vicibus exhibita, quibus interponatur mane & veſperi moderata doſis Eſſent. alexiph. Stahlii.
6 Si tandem ob frequentes congeſtiones pulmones inſigniter relaxati ſunt, & ipſi quoque nervi atonia laborant, in uſum trahantur lenia laxantia, quibus ſubjungantur Diſcutientia & tonica ſæpius laudata.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*
1 Niſi Venæ Sectio mature aut ſtatim in principio in ſubjectis diſpoſitis, & ubi cauſæ prægreſſæ ejus uſum ſuadent, inſtituatur, nil juvat.
2 In revocandis fluxibus ſanguinis conſuetis in ſubjectis aſthmaticis cautiſſime procedendum eſt, & omnes illæ cautelæ ſumma cum prudentia ſunt obſervandæ, quæ in hiſce affectibus commendatæ fuerunt.
3 Si diſcutiendum eſt, vitentur omnia volatilia & acria, quæ humores nimium commovendo affectum augent.
4 Expectorantia præpoſtere data affluxum humorum ad pectus promovent & affectum graviorem reddunt, quare fugiantur.
5 Pectoralia adſtringentia ſive travmatica in principio data materiam in pulmones illatam magis figunt & facile ad Phthiſin diſponunt, poſt alia tamen præmiſſa ſuo non carent uſu.
6 Purgantia acria in hocce affectu utplurimum ſunt noxia.
7 Graviores animi commotiones & diæta calida aromatica hic nullius prorſus ſunt uſus.
8 Externa Unguinoſa pectori illita vel nil juvant, vel humorum ad pectus fluxum promovendo affectum diuturniorem & graviorem reddunt.

CAPUT SEXTUM.

DE

Ictero.

I. *Definitio.* ICterus eſt ſuppreſſus bilis ad inteſtina fluxus, diffuſionem bilis ad habitum corporis, eum colore vel flavo vel plumbeo tingentis, comitem habens, partim ab obſtructione ductus biliarii, partim vero ab hepatis conſtrictione originem trahens.

II. *Differentia.*
1 Reſpectu *coloris*.
a Alius eſt *flavus*, quando oculi & habitus corporis flavo colore ſunt tincti.
b Alius vero eſt *niger*, ſi color plumbeus vel niger in habitu corporis occurrit.
2 Reſpectu aliorum *morborum*.
a Alius eſt *idiopathicus*, qui nullo alio concomitante morbo, a conſtrictione hepatis ob varias cauſas originem trahit.
b Alius eſt *ſympathicus*, qui morbos bilioſos comitatur. Talem obſervavimus in Febre tertiana anomala, in qua poſt graviſſima in quarto paroxyſmo partim ſpaſtica, partim convulſiva pathemata, tandem ictерus cum ſenſibili morbi levamine ſequebatur, ita ut Febris quinto paroxyſmo prorſus ceſſaret.
3 Reſpectu *gradus*.
a Alius eſt mitior.
b Alius vero gravior.
4 Reſpectu *cauſarum*.
a Alius a cauſa *benigna*, nempe bile ſincera originem trahit.
b Alius cauſam *malignam*, morſum v. g. animalium venenatorum, ſequitur.

III. *Signa*
1 *Ictери flavi*.
a Utpl. incipit cum dolore & preſſione cardialgica, quæ etiam in hypochondriis præcipue dextro obſervatur.
b Quam inſignis totius corporis laſſitudo ulceroſa vel præcedit, vel comitatur.
c In quibuſdam preſſioni illi jungitur etiam inſignis & inexplicabilis præcordiorum anguſtia & anxietas.
d Succedit hinc color flavus primo oculos & tempora, poſtea vero ſucceſſive totum corpus tingens.
e In quibuſdam oculorum acies eſt obtuſa, ſi nimirum oculi nimis ſunt tincti.
f In habitu corporis inſignis occurrit ariditas & ſcabrities, cui in quibuſdam pruritus præcipue dorſi jungitur.
g In non paucis obſervatur capitis vel ſtupor vel dolor.
h Somnus in aliis eſt turbulentus, & variis inſomniis interruptus, in aliis vero ſatis profundus.
i Appetitus ordinarie eſt proſtratus, & licet cibos aſſumant, exinde tamen majorem ſtatim in Ventriculo ſentiunt preſſionem.
k In quibuſdam occurrit vomendi conatus.
l In nonnullis obſervatur etiam ardor Ventriculi.
m Guſtus interdum eſt depravatus, ita ut inſignis occurrat amarities, utpl. tamen talis amarities in ictericis non deprehenditur.
n Sitis etiam ſæpius huic affectui jungitur cum ſiccitate linguæ.
o Alvus utpl. eſt ſegnis, in non paucis tamen laxior etiam, uti in lientericis & cœliaca paſſione laborantibus, ita ut crudi adhuc cibi, vel parum tantum reſoluti mox poſt aſſumptionem excernantur.
p Feces alvinæ colore ordinario non ſunt tinctæ, ſed utpl. albidæ & argillaceæ ac ſimul ſiccæ deprehenduntur.
q Urina regulariter eſt craſſa & crocei coloris, ita ut etiam linteamina tingat.
r Pulſus eſt minor, frequentior & durior non autem velox.
s Si iram graviorem ſequitur, accedit etiam levior febris, quæ tamen etiam in aliis obſervatur cum æſtu arido & volatico ac rubore genarum inpr. poſt paſtum vel potum.
t Reſpiratio redditur difficilior poſt motum corporis.
u Adeſt quoque inſignis animi torpor.
2 *Ictери nigri*.
a In hoc multa jam enumeratorum ſignorum occurrunt, quæ tamen longe ſunt graviora, quam in Ictero flavo.
b In oculis, temporibus & habitu corporis plumbeus aut nigricans obſervatur color.
c Eodem colore ſæpius tincta eſt ſaliva, vel ſaltem inſigniter flaveſcit: interdum vero nulla in ea occurrit mutatio præternaturalis.
d Feces modo ejuſdem ſunt coloris, modo naturaliter ſe habent.
e Urina, licet interdum a ſtatu naturali parum abeat, utpl. tamen juſto plus ſaturata & obſcure flaveſcente ac nigricante colore emittitur.
f Præterea ſæpius plus juſto craſſa, obſcure tamen perſpicua eſt, cum ſedimento croceo nigricante.
g Languor & laſſitudo corporis continuo adſunt, gravitas tamen membrorum tanta non eſt ac in Ictero flavo.
h Major tamen hic eſt animi languor ac faſtidium, ita ut ægri ſibi ipſis aliiſque moleſti ſint.
i Appetitus hic ſemper magis eſt proſtratus, & licet

quidam cibos satis avide assumant, appetitus hic tamen magis vagus, quam constans est.

k Sitis etsi continuo cum oris siccitate affligat, potum tamen antea consuetum fastidiunt.

l Pressio quoque insignis occurrit in hypochondrio sinistro & nonnunquam durities.

m Concurrit etiam calor hecticus cum corporis contabescentia.

IV. *Subjectum*,

1 Respectu *ætatis* nulla ab Ictero libera est, sed is omnis generis ætates corripit, magis tamen ad eum proni sunt adulti & senes.

2 Respectu *Sexus* idem tenendum est.

3 Respectu *temperamenti*, Cholerici magis ad eum inclinant, quam alii, uti & omnes insigni sensibilitate præditi & ad promtas toni alterationes proni.

4 Respectu *animi pathematum* iracundi præ ceteris facilius Ictero corripiuntur, ut & tristitiæ nimium indulgentes.

5 Respectu *morborum prægressorum*, quartanarii imprudenter per antifebrilia tractati facile in Ictherum incidunt.

6 Scirrho hepatis vel lienis laborantes ad utrumque Ictherum maxime sunt proclives.

7 Hepatis inflammatione correpti.

8 Quibus Hæmorrhagiæ consuetæ, inpr. vero Menses & Hæmorrhoides imprudenter suppressæ sunt.

9 Obstructione ductus cholodochi a calculis aut materia viscida afflicti.

10 Sensibiles & Cholerici vomitoriis drasticis tractati.

11 Dieta viscida & crassa abutentes.

12 Ab animalibus venenatis morsi, aut qui venena assumserunt.

13 Quibus bilis in Massa sanguinea corrupta est, præ ceteris ad Ictherum nigrum maxime sunt dispositi.

V. *Prognosis*.

1 Ictherus recens in subjectis junioribus & vegetis spatio paucorum dierum sæpius tollitur.

2 In annosis autem & senibus diu durat & difficulter admodum curatur.

3 Ictherus per se non est lethalis, nisi graviores aliæ causæ simul concurrant.

4 Quo magis est inveteratus, eo tardius etiam remediis, licet optimis, cedit.

5 Ictherus a graviore iracundia ortus, licet curatus, facile iterum eundem animi impetum insequitur.

6 Quo sæpius quis Ictero laborat, eo facilius eum ob causas etiam levissimas denuo incurrit.

7 Si ab initio sive prima invasione gravibus statim symptomatibus, insigni scil. anxietate & angustia præcordiorum, suffocationem quasi minitante, stipatus est, periculosior semper est status, & Hecticam aut Febrem acutam inflammatoriam portendit.

8 Idem fere etiam metuendum est, si talia symptomata hypochondria affligentia, & respirationem insigniter turbantia, diu continuant, ordinarie enim vel Hectica vel Hydrops sequuntur.

9 Ictherus Hydropi superveniens malum indicat statum & fere semper incurabilis est, pariter ac Hydrops Ictero accedens.

10 Ictherus contabescentiæ corporis junctus hectici quid conjunctum habet, & hinc semper mali est ominis.

11 Ictherus die septimo aliisque criticis præcedentibus signis coctionis Febribus acutis superveniens non est malum indicium, quoniam Crisin indicat: pessimum vero, si ante septimum sine præcedentibus coctionis signis aut aliis diebus non criticis ægrotos affligit. Conf. *Hippocr.* 4. *Aphor.* 62. & 64.

12 Ictherus Scirrho hepatis aut lienis junctus ordinarie est incurabilis, quoniam Hectica & Hydrops ei utpl. junguntur. Conf. *Hippocr.* 6. *Aphor.* 42.

13 Satius est Quartanam supervenire Ictero, quam Ictherum Quartanæ.

14 Hæmorrhoides Ictero accedentes ejus curationem faciliorem reddunt.

15 Quo magis obstructus est ductus biliarius a calculis eo minor curationis est spes.

16 Ictherus ab abusu dietæ calidæ aromaticæ, vini & liquorum spirituosorum ortus ordinarie inclinat ad Hecticam vel Hydropem.

17 Ictherus morsum animalium venenatorum sequens semper malæ est indolis.

18 Si color flavus, sensim sensimque perit, cum mitigatione reliquorum symptomatum bonum præbet indicium: si vero subito in album mutatur, utpl. Scirrhosum quid conjunctum habet & hinc mali est ominis.

19 Sudores copiosi indusia tingentes facilem morbi pollicentur curationem.

20 Ictherus Mensium vel Hæmorrhoidum suppressionem sequens, vix nisi his in ordinem redactis curatur.

21 Ictherus niger in genere difficilioris est curationis, quam flavus.

22 Quo magis corrupta est bilis in Massa sanguinea, eo difficilius curationem admittit Ictherus niger.

23 Ictherus niger in junioribus vegetis semper facilius curatur, quam in senibus.

24 Senes hoc malo laborantes ordinarie Hectica moriuntur.

25 Quo magis scirrhosa adest lienis dispositio, eo minor etiam curationis est spes.

VI. *Remedia*.

1 Materiam mucoso-biliosam resolventia & abstergentia: Tart. Vitriolat. Sal polychrest. Arcan. duplic. Tart. solubilis, Nitrum, Nitr. ☽iat. Liq. Terr. fol. Tartari, Sal Tart. Onon. Geniſt. absorbentia varia. Rad. Cichor. Tarax. Chelid. maj. Pimp. alb. Vincetox. Apii, Ari, Gentianæ, reliquæque aperientes. Herb. Endiv. Marrub. alb. Capillares, Cent. min. Fragar &c.

2 Materiam resolutam blande evacuantia: Radix Rhabarbari, Folia Sennæ, Fibræ Hellebori nigri, Pilulæ ex Gummatibus & Extractis amaris paratæ, uti Becherianæ, Stahlianæ, Liquor aperitivus mineralis, qui constat ex Sale cathartico amaro, polychresto & Tartaro Vitriolato, in s. q. Aq. s. solutis.

3 Diuretica & Diaphoretica bilem per habitum corporis & renes expellentia: uti sunt salia digestiva, Tinct. ☽ii Tartarisata, Tartari, ☉ diaph. Bezoard. miner. Ess. alexiph. Stahlii, Pimpin. alb. &c.

4 Tonica: Radix Rub. Tinct. Caryophyllat. Herb. Adianth. alb. &c. Tinct. ♂t. Ludov. Crocus ♂tis ☽iatus Stahlii, ☉ ♂le Cachect. Ludov.

5 Specifica: Radix Chelidonii majoris, Curcumæ, Urticæ, Herb. Marrub. alb. Abrotan. Sem. Nasturtii, Napi, Aquilegiæ, Crocus, Aselli, Lumbrici terrestres, Calculi ex vesicula fellea, Fel tauri, Lapis Ceraunius &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis abstergens.

℞. *Arcan. dupl.* *div. in 6. p. æq.*
Nitr. regener. a. ʒj. M. *D. singulis 3. 4. horis.*

2 Alius.

℞. *Tart. Vitriolat.* *Nitr. ☽iat. a. ʒß. M.*
Conch. citr. *Divid. & D. ut antea.*
Cryst. mont.

3 Pulvis laxans.

℞. *Sal cathart. am. ʒvj.* *D. in copioso vehiculo.*

4 Alius.

℞. *Rhab. el. ʒij.* *D. in jusculo aut alio vehiculo*

5 Infusum laxans.

℞. *Rad. Gentian.* *Sem. Dauc.*
Pimpin. alb. *Fœnic. a ʒii.*
Vincetox. *Fol. Senn. s. s. ʒj.*
Cichor. ā. ʒiij. *Rhab. elect. ʒvj.*
Summit. Cent. min. *Tart. solub. ʒß.*
Herb. Marrub. alb. *Inc. affund. Aq. fervent.*
Cappil. ♀. *℔ j. & Vin. alb. ℔ iv.*
Abrot. ā m ß. *D. mane ʒvj. viij.*

6 Pilulæ laxantes.

℞. *Pil. Stahl. ʒj.* *D. 15. 20. pro dosi.*

7 Aliæ.

℞. *Pil. Tart. ʒj.* *D. 20. pro dosi alternis diebus*

7 Aliæ.

℞. *Pil. de Ammon. ʒj.* *D. ut antea.*

9 Po-

9 Potiuncula diuretica.

℞. *Aq. Cichor.* *Sacch. canar. ā. ʒij.*
Cherefol. ā. ʒij. *D. ſing. 3. horis cochl. ij.*
Terr. ſol. Tart.

10 Potiuncula Diaphoretica.

℞. *Aq. Card. Bened.* *Arcan. dupl. ā. ʒß.*
Fl. acac. ā. ʒij. *Sacch. Perlat. ʒij.*
♁ diaph. *D. verſus noctem cochl.*
Matr. Perl. *iij. iv.*

11 Pulvis diaphoreticus.

℞. *Arcan. duplic.* *Div. in 6. p. æq. D. doſis*
Cryſt. mont. præp. *verſus ſomnum.*
Bezoar. miner. ā. ℈ij. M.

12 Pulvis Specificus.

℞. *Millep. ppt.* *Croc. orient. ℈j. M.*
Arcan. dupl. ā. ℈ij. *D. 2 cuſp. cultr. ſing. 4. hor.*

13 Alius.

℞. *Rad. Curcum. ʒij.* *D. ſing. 6. horis.*
Div. in 6. p. æq.

14 Pulvis tonicus.

℞. *Tart. Vitriol. ʒij.* *Div. in 6 p. æq. D. doſis ver-*
Croc. & t. ſtahlii gr. 18. M *ſus prandium & cœnam.*

15 Tinctura tonica.

℞. *Eſſ. amar. Hall. ʒß.*

16 Alia.

℞. *Tinct. & t. Ludov. ʒß.* *ridiem,*
D. 40. gt. ante & poſt me-

17 Infuſum tonicum.

℞. *Rad Fragar.* *Agrimon.*
Gent. rubr. *Abrotan.*
Rub. Tinct. *Epithym. a. mj.*
Caryophyll. a. ʒß. *Inc. infund in Vin. alb. ℔ß. 4. D*
Herb. Scolopendr. *ʒv. vi. bis vel ter, quov. die.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Cum ſæpius in primis viis & præcipue in ductu biliario hæreat materia mucoſo bilioſa, eundem ductum obſtruens, ea quam primum removenda eſt, quo poſtmodum reliqua remedia eo magis penetrare queant, Huic ſcopo inſerviunt præ ceteris Salia neutra, ſive digeſtiva, quibus etiam jungantur Abſorbentia & præcipue Cryſtallus montana. Salia fixa ſuo quidem non carent uſu, ſi modo dictis ſociantur, ſi vero ſola exhibentur, tantam efficaciam ac Salia neutra vix exerunt.

2 Quamvis autem hæcce ſola in malo mitiori ſufficere queant, præcipue ſi repetitis aut majoribus doſibus exhibeantur, in malo tamen graviori ſæpius inſufficientia ſunt: quare iiſdem ſubjungantur lenia laxantia, inpr. vero Rhabarbarum, vel per ſe vel cum Foliis Sennæ & Radicibus ac Herbis reſolventibus ſupra allegatis, ut hoc modo, ſi quid adhuc adeſt cauſæ morbificæ, id reſolvatur & ſucceſſive evacuetur. Inſignem quoque hic laudem meretur Sal catharticum amarum in principio ad drachmam unam ſingulis quatuor horis abſtergendi gratia, poſtea autem laxandi ſcopo ad unciam ſemis vel drachmas ſex in largiori vehiculo exhibitum. Hiſce laxantibus alius adhuc obtinetur ſcopus, motus ſcil. illius conſtrictorii hepatis, in Ictero ſæpius occurrentis, relaxatio.

3 Quoniam vero magna bilis portio ad habitum corporis eſt lata & adhuc in Maſſa ſanguinea hæret, ea partim per Diureſin, partim per Diaphoreſin eſt eliminanda. Prior ſcopus obtinetur ſalibus digeſtivis ſupra laudatis & abſorbentibus: poſterior vero, ſi diaphoreticum fixum, uti Bezoardicum minerale aut Antimonium diaphoreticum modo dictis ſalibus & abſorbentibus admiſcetur. Eidem fini etiam inſerviunt Tincturæ alcalinæ, inpr. Antimonii & Tartari, ut & e Gummatibus reſolventibus paratæ, quæ ulteriorem abſterſionem & bilis expulſionem promovent.

4 Tandem quoque ad Tonum partium reſpiciendum eſt, ubi præ ceteris commendari meretur Tinctura Martis Ludovici, qua ſola, miſſis omnibus aliis remediis, Icterum ſæpiſſime feliciter curavimus: aut antea dictis digeſtivis addatur crocus Martis ♁iatus Stahlii vel Antimonium Martiale cachecticum Ludoviçi, aliique Croci Martis non adeo adſtringentes.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Quo magis placide Icterus tractatur, eo citius & melius etiam curatur, quare fugiantur omnia commoventia fortiora & tonum magis exaſperantia.

2 Inprimis vero abſtinendum eſt a Vomitoriis & acrioribus Purgantibus, quæ partim conſtrictionem hepatis augent, partim vero ſerum ſanguini nimis ſubtrahunt, adeoque bilis in Maſſa Sanguinea hærentis expulſionem impediunt. (Notabile hujus rei vidimus exemplum ante ſex & quod excurrit annos in hortulano quodam: hic poſt iracundiam graviorem Ictero corripiebatur, Medicus ad evacuandam bilem præſcribebat Tartarum emeticum, ac poſtea Pulverem Cornach. & cum ægrotus nihilominus de preſſione atque conſtrictione præcordiorum conquereretur, Medicus adhuc majorem bilis copiam in Ventriculo hærere credens, continuationem dictorum remediorum ſuadebat. Sed tantum abeſt, ut levamen exinde perciperet, ut potius quotidie magis magiſque colore croceo tingeretur. Medicus poſtea varia quidem alia remedia ſed ſine ullo affectu præſcribebat. Quare ægrotus pertæſus me conſulebat: erat autem tum temporis admodum macilentus, & debilis ac de inſigni preſſione in hypochondrio dextro conquerebatur, appetitus plane erat proſtratus, ſitis vero cum oris ſiccitate continuo urgebant. Suadebam uſum juſculi cum radicibus & herbis leniter reſolventibus parati, una cum Salibus digeſtivis & abſorbentibus, quæ cum ſpatio aliquot ſeptimanarum ſumſiſſet, ſymptomata illa ſenſim mitiora reddebantur: cum vero preſſio in hypochondrio continuo urgeret, præſcribebam pro uſu externo Empl. de Cicut. & de Ammon. Foreſti, pro interno vero Tinct. & t. Ludov. & ſimul continuationem juſculi ſuadebam, atque ſic elapſis duobus menſibus curabatur. Sed in hunc uſque diem quam primum leviſſima etiam ira commovetur, ſtatim Ictero denuo corripitur, qui tamen brevi ceſſat.)

3 In præſcribendis reſolventibus ſemper reſpiciatur ad temperamentum, & uti Sanguinei & Phlegmatici fortiora reſolventia, non tamen nimis acria, optime ferunt, ita e contra hæcce Cholericis noxia ſunt, quare hiſce ſemper mitiora exhibeantur.

4 Eo magis abſtinendum eſt ab acrioribus reſolventibus, aliiſque commoventibus, ſi febriles commotiones Ictero junguntur; in tali caſu magis proſunt nitroſa cum Salibus digeſtivis & diaphoreticis fixis.

5 Regimen blande diapnoicum uti ad expulſionem bilis e Maſſa Sanguinea multum confert, ita coactum ſudoriferum non ſolum malum gravius reddit, ſed & ad majorem corporis contabeſcentiam & Hecticam diſponit.

5 Martialia nunquam, niſi præmiſſis præmittendis & in declinatione mali, in uſum trahantur.

6 Idem judicium ferendum eſt de Specificis, vi communis regulæ practicæ: *Specifica non exhibeantur, niſi præmiſſis univerſalibus.*

7 Limatura Martis quidem maxime a quibuſdam commendatur, ſed ſatius eſt ab ea abſtinere & legitime præparata ipſi ſubſtituere: ſi tamen in uſum trahenda eſt, detur in fine morbi robuſtioribus. Idem quoque ſentiendum eſt de Hæmatite, qui a quibuſdam ceu totus martialis in hoc affectu laudatur.

8 In Idericis & inpr. junioribus a nimiis remediis abſtinendum eſt, prudens enim remedii convenientis continuatio plus, quam variorum coacervatio præſtat.

9 In Ictero jam inveterato & contumaci leniſſime procedendum & remedia incidentia diu continuentur, iiſque laxantia lenia interponantur: feſtinatio enim in hoc caſu maxime eſt noxia.

10 Quo magis ſenſibilia ſunt ſubjecta, eo mitioribus etiam tractanda ſunt remediis.

11 Remedia ſtomachica calida aut carminativa ad tollendum moleſtum preſſionis ſenſum nunquam præſcribantur, quia partim eum non tollunt, partim malum exacerbant: ſub finem vero curationis Eſſentiæ

amaræ ad reſtituendum Ventriculi tonum ſuo non carent uſu.

12 Multo minus ſuadenda ſunt opiata & narcotica, quoniam materiam in hepate hærentem magis incraſſant & figunt, adeoque metuendæ hepatis infarctui portam certiſſime pandunt.

13 In Ictero a ſuppreſſis Hæmorrhagiis & Febribus cautiſſime quoque procedendum & ab omnibus commoventibus abſtinendum eſt, quoniam in tali caſu ægrotantes longe facilius in Infarctus, Scirrhos, Inflammationes, Hecticam & Hydropem præcipitari poſſunt, quam ſi Icterus a mala Diæta originem traxit.

14 In tali etiam caſu fugiantur remedia Martialia, licet a multis tanquam optima aperientia laudentur, revera enim adſtringentia ſunt & malum pejus reddunt.

15 Qui balnea in Ictero commendant, Æthiopem lavant.

16 Diæta craſſa & viſcida ut & ira, ut in multis Icteri ſunt cauſa, ita etiam maxime vitari debent.

17 Quoniam Icterici non raro recidivam patiuntur, præſervationis gratia lenia laxantia cum aperientibus ipſis præſcribantur, id tamen ſemper debito tempore, & quidem præcipue circa æquinoctia, fiat.

18 Vini uſus vel ſit moderatus, ſi morbi conditio id permittit, vel prorſus nullus, inpr. ſi commotiones febriles frequentes concurrunt: magis in tali caſu convenit Decoctum leniter aperiens & temperans ex Rad. Cichorii, Taraxaci &c.

19 Venæ Sectio ad curationem Icteri nil confert: ſi tamen ſubjecta ſunt admodum plethorica, aut Icterus a ſanguinis fluxuum ſuppreſſionibus ortum traxit, uſum habet.

20 In ictero nigro tanquam ſummo morbi gradu cautiſſime & leniſſime procedendum eſt, quoniam hic majora adhuc metuenda ſunt pericula, quam in flavo.

21 Niſi in hoc remedia convenientia diu continuentur, fruſtra laborat Medicus.

22 In utroque Ictero alvi obſtructio noxia eſt, quare ſemper aperta ſervetur; vitentur tamen acria & ſtimulantia.

23 Motus moderatus in omni Ictero egregie, partim ad ſtagnationes humorum diſſipandas, partim ad promovendam bilis excretionem, convenit: exceſſus autem & defectus ejus fugiantur.

Caput Septimum.

De

Ructibus & Inflatione Ventriculi.

I. *Definitio.* Ructus ſunt vapores flatulenti in Ventriculo e materia cruda, viſcida, fermenteſcente &c. nati & ope motus conſtrictorii per ſuperiora expulſi, aut in Ventriculo retenti, variarum moleſtiarum authores.

II. *Differentia.*

1 Alii ſunt *naturales*, qui ab aſſumptis originem trahunt & ſine inſigni moleſtia expelluntur.

2 Alii vero ſunt *præternaturales*, quibus ordinarie moleſta & interdum ſatis gravia juncta ſunt ſymptomata.

3 Alii ſunt *inſipidi*, alii vero aſſumptorum indolem referunt.

4 Alii pro diverſitate rerum heterogenearum in Ventriculo latitantium diverſum habent ſaporem & ſunt vel *acidi*, vel *nidoroſi*, vel *putridi* &c.

III. *Signa*, Quamvis hæc per ſe pateant.

1 Ordinarie tamen præcedit aliqualis Ventriculi inflatio.

2 Quam excipit motus quidam ſuccuſſorius.

3 Hunc vero, pro majori vel minori orificii ſiniſtri conſtrictione, ructus modo cum modo ſine ſono ſequitur eruptio.

4 Si autem nimis conſtrictum eſt orificium, ita ut exitus ipſis denegetur, inſignis deprehenditur Ventriculi inflatio, quæ ad hypochondria quoque ſe extendit.

5 Si manu tanguntur, reniſus quidam obſervatur.

6 Jungitur hiſce, anguſtia & anxietas cardialgica, quæ ſæpius adeo urget, ut ægrotantes, quo ſe vertant, neſciant.

7 Accedit etiam ob impeditum diaphragmatis motum reſpirandi difficultas.

8 Caput in quibuſdam inſigniter dolet.

9 In aliis vero vertigo tenebricoſa, gravitas aut temulentum quid in capite cum tinnitu aurium obſervatur.

10 Alii percipiunt ſenſum flatulentiæ in ventriculo oberrantis, quando corpus movent.

11 Si ructus emittuntur, ſentitur quidem aliqualis ſublevatio tenſionis Ventriculi, ſed non cedit.

12 In quibuſdam tanta concurrit corporis debilitas, ita ut pedibus inſiſtere nequeant.

13 Nonnunquam etiam actuales accedunt Lipothymiæ.

IV. *Subjectum.*

1 Reſpectu *temperamenti*, Phlegmatici & Sanguinei magis quam Cholerici & Melancholici.

2 Reſpectu *Sexus*, feminæ præ viris.

3 Diæta cruda fermenteſcente utentes, aut laute viventes, vitæ ſedentariæ dediti.

4 Senſibiles corpus modo aeri frigido, modo calido exponentes.

5 Viri hypochondriaci, ſanguinis congeſtionibus ad ventriculum & hypochondria obnoxii.

6 Feminæ hyſtericæ aut menſium ataxia, ſive inordinato fluxu laborantes.

7 Hæmorrhoidarii, vanos conatus ad Hæmorrhoides experientes, aut earundem ſuppreſſione laborantes.

8 Nephritici & Podagrici.

9 Flatibus alias obnoxii, alvi obſtructione laborantes.

V. *Prognoſis.*

1 Ructus bene erumpentes & ab aſſumptis orti prorſus leve ſunt incommodum & hinc etiam nullum periculum involvunt.

2 Si vero pertinaciter ventriculo includuntur, graviſſimis ſæpe incommodis, uti ex antecedentibus patet, anſam præbent.

3 Quo magis talis Ventriculi inflatio cum affectibus hypochondriaco-hyſtericis, arthritico-ſpaſticis & nephriticis conſpirat, eo graviora etiam producit ſymptomata.

4 Inflatio talis ventriculi, quo ſæpius affligit, eo facilius etiam in habitum degenerat.

5 Quo magis hæcce inflatio pectus & caput in conſenſum trahit, cum vocis interceptione, & inſigni vertigine, eo magis etiam ſuffocationes & Apoplexiæ ſunt metuendæ.

6 Et talia mala eo facilius ſequuntur, ſi ſubjecta ſunt plethorica & ad congeſtiones varias prona.

7 Si tali ventriculi inflatione jungitur flatulentia in inteſtinis, longe gravius redditur malum.

8 Quo magis alvus eſt adſtricta, eo gravius etiam urget inflatio ventriculi, inpr. ſi inteſtina quoque flatibus ſunt diſtenta.

9 Inflatio Ventriculi a ructibus, ſi cum aliis morbis inpr. acutis conjungitur, eos admodum exaſperat, & gravem indicat ſtatum.

10 Inflationes ventriculi diu durantes & ſæpius affligentes non raro Tympanitem poſt ſe trahunt.

11 Inflatio ventriculi, quæ in reconvaleſcentibus obſervatur, recidivam interdum indicat.

12 Ructus fœtidi & putridi odoris in morbis acutis peſſimum præbent ſignum.

VI. *Remedia.*

1 Materiam crudam & viſcidam incidentia & abſtergentia: Arcan. duplic. Tart. Vitriol. Sal polychreſt. Nitr. Viat. Sal cathart. amar. Conch. citrat. aliaque abſorbentia. Rad. Vincetox. Pimpin. alb. Galang. Ari. Herb. Cent.

Cent. minor. Cochlear. Menth. Meliſſ. Cort. ⊙nt. Citr. Sem. carminativa.

2 Materiam præparatam evacuantia: Rad. Ipecac. Tart. emet. Fol. Sennæ, Rhabarbarum, Magneſia alba, Pilulæ Becherianæ, Stahlianæ.

3 Diſcutientia: Eſſ. Cort. ⊙nt. Carminat. Wedelii, Pimpin. alb. Gentian. Tinct. ♂ii acris, Spir. C. C. Tartari, Nitr. dulc.

4 Concurrentem Plethoram removentia, Venæ Sectiones, Scarificationes.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis abſtergens & incidens.

℞. *Conch. citrat.* *Cinnam. ac. a.* ℈ij. *M.*
Tart. Vitriolat. a. ʒiſs. *D. ſing. 4. horis 2. cuſpid. cultri.*
Rad. ari.

2 Pilulæ incidentes & laxantes.

℞. *Pil. Becher.* ʒj. *D. veſperi 20. pro doſi.*

3 Pulvis emeticus.

℞. *Rad. Ipecac. gr.* XXIV. *Sal. abſinth.* ℈ſs. *M. D. mane*

4 Infuſum incidens & laxans.

℞. *Rad. Vincetox.* *Fol. Senn. S. S.* ʒj.
Pimp. alb. a. ʒſs. *Rhab. electi.* ʒij.
Galang. ʒij. *Cort. Ont.* ʒiij.
Ari. ʒj. *Sal. Tart.* ʒiſs.
Summit. cent. min. *Inc. infund. in Vin. alb.*
Herb. Menth. ℔. IV. *D. mane* ʒVI. *vel*
*Meliſſ. a. m*ſs. VIII.

5 Mixtura incidens & diſcutiens.

℞. *Eſſ. Cort. ⊙nt.* ʒiij. *Cinnam.* ʒj. *M.*
Pimpin. alb. ʒij. *D. mane & veſperi* 30. *gt.*

6 Alia.

℞. *Eſſ. carminat. Wed.* *Spir. Nitr. dulc.* ʒſs. *M.*
ʒiij. *D. ut antea.*

7 Alia tonico diſcutiens.

℞. *Tinct. ♂ii acris.* *D. ut antea.*
Spir. C. C. a. ʒij. *M.*

8 Tinct. Tonica.

℞. *Tinct. ♂t. Ludov.* ʒſs. *D. ut antea.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Si ructus a materia viſcida tenaci & mala Diæta originem trahit, exhibeantur ab initio Salia digeſtiva, quæ materiam illam ceu Ructuum cauſam optime corrigunt & abſtergunt ac ad excretionem diſponunt. Eundem uſum quoque habent vegetabilia modo enumerata, quæ non ſolum materiam illam incidunt, ſed etiam ructus & flatus diſſipant & Ventriculum roborant.

2 Hiſce ſubjungantur emetica, inpr. ſi multæ eruditates in ventriculo hærent, & ſubjectum ad emeſin diſpoſitum eſt, quatenus hoc modo cauſa morbifica, e qua Ructus generantur, uno impetu tollitur: quod præ ceteris commode præſtat Radix Ipecacuanhæ cum Sale quodam fixo mixta. In robuſtioribus Tartarus emeticus ad grana aliquot non ſine fructu exhibetur.

3 Si vero ſubjecti ſenſibilitas aliæque circumſtantiæ eorum exhibitionem non permittunt, in uſum trahantur lenia laxantia cum incidentibus & amaris mixta, quæ ſucceſſive materiam morbificam evacuant, ac Ventriculum ab ea liberant: & talia inprimis locum habent, ſi flatulentia ſimul eſt juncta. Eundem uſum habent Pilulæ Becherianæ, Stahlianæ, Polychreſtæ, aliæque ex extractis amaris & Gummatibus reſolventibus & abſtergentibus paratæ. Si flatulentia concurrit, locum quoque habent clyſteres emollientes & carminativi.

4 Tandem in uſum trahantur diſcutientia ad impediendum ulteriorem humorum affluxum, iiſque jungantur tonica ad roborandum Ventriculum, aut ſi quid materiæ adhuc in eodem hæret, ut incidatur & reſolvatur.

5 Si pathemata hypochondriaca aut hyſterica cum Ventriculi inflatione concurrunt, Venæ Sectiones præſervatorie & curatorie inſignem habent uſum, quibus reliqua tali in caſu convenientia remedia jungantur. Vid. *Tab. de hypochondriaco-Hyſterico malo.* Quid Venæ Sectio in tali caſu præſtet in proprio expertus ſum corpore. Inflationi tali Ventriculi jam ultra quindecim annos obnoxius fui. Nonnunquam ſubito invadebat, cum tanta anxietate & reſpirandi difficultate, ut ne verbulum quidem proferre valerem. Orificium Ventriculi ſemper arctiſſime clauſum erat, ita ut prorſus nullus ructus egredi poſſet. Semel accedebant graves Lipothymiæ. Vertigo ordinarie maxime urgebat. Summa concurrebat totius corporis debilitas, ita ut pedibus vix inſiſtere poſſem. Leviſſimus corporis motus omnia graviora reddebat. Occaſionem huic malo dederant vomitoria, quæ inſignem ventriculi ſenſibilitatem poſt ſe reliquerant: Malum hypochondriacum, molimina hæmorrhoidalia inania, cibi flatulenti, vina ſuperioris Alſatiæ, cereviſia, vita ſedentaria, lucubrationes, meditationes, ira, triſtitia, neglectus Venæ Sectionis, abuſus Potus The, Caffé &c. Si non repente invadebat, & ſi malum nihilominus imminere ſentiebam, quod inpr. tempore antemeridiano contingebat, vinum Rhenanum mature ſumptum ſucceſſive totum affectum præcavebat. Omnia carminativa malum accelerabant, & id longe gravius reddebant. Si vero inflatio me ſubito corripiebat cum reliquis ſymptomatibus nullum dabatur præſtantius remedium, qaam Venæ Sectio, quæ momento citius omnia tollebat, excepta aliquali laſſitudine, quam ſpatio aliquot dierum ſentiebam. Quamprimum Vena ſecta erat, ructus copioſi erumpebant, & hinc cardialgicæ paſſiones ceſſabant. Uſum Venæ Sectionis præſtantiſſimum jam duodecies in malo graviſſimo expertus ſum. Pilulas Becherianas quoque optimas deprehendi, hæ enim ſæpius malum diu præcaverunt.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Si malum a cruditatibus dependet, omnino abſtinendum eſt a remediis carminativis aliiſque calidis, hæc enim omnia malum gravius reddunt, & majorem ventriculi inflationem ordinarie producunt.

2 Eo certius autem nocent, ſi manifeſta pathemata hypochondriaca & hyſterica affectum huncce comitantur & fovent.

3 Si a mala Diæta originem trahit affectus, caveant ſibi ægrotantes ab omnibus iſtis, quæ quocunque modo cruditatibus ventriculi anſam præbere poſſunt.

4 Vomitoria etſi interdum laudabilem edant effectum, maximo tamen ſtudio vitanda ſunt, ſi pathemata hypochondriaca & molimina hæmorrhoidalia affectum fovent, quatenus ventriculum inſigniter debilitant, & frequentiori pariter ac graviori affectus recurſui anſam præbent.

5 In tali caſu fugiantur etiam alia Purgantia draſtica, quia varias turbas in abdomine excitant, & variis hypochondriacis pathematibus portam pandunt.

6 Alvi laxitas etiam omni ſtudio conſervetur, hoc enim neglecto, inflationes ventriculi ſemper magis urgent.

7 Fugiantur etiam cibi flatulenti, animi pathemata fortiora & vita ſedentaria, e contra vero corpus motu moderato continuo exerceatur.

CAPUT OCTAVUM.

DE

Flatulentia.

I. *Definitio.* FLatulentia eſt copioſa & ſubitanea flatuum ex humoribus in inteſtinis reſolutis generatio, gravia mala conjuncta habens.

II. *Differentiæ.*

1 Reſpectu *gradus.*

a Alia eſt *mitior*: quando in ſubjectis humidioribus ad Flatulentiam diſpoſitis multi quidem flatus generantur, qui tamen veluterum diſparent, vel placide & ſine moleſtia per inferiora egeruntur.

b Alia eſt *gravior*: quando ob cauſas etiam leviores inſignis flatuum copia generatur, cui graves etiam dolores ob flatus retentos junguntur.

2 Re-

2 Reſpectu *cauſarum*
- *a* Alia a cruditatibus primarum viarum originem trahit.
- *b* Alia varias ſanguinis in vena portæ commotiones ſequitur.
- *c* Alia ab inteſtinorum atonia dependet.
- *d* Alia a rebus fermenteſcentibus aſſumtis in ſubjectis jam diſpoſitis ortum ducit.

3 Differt a *Tympanite*, in quo flatus copioſi in abdominis cavitate hærent, idque continuo & pertinaciter extendunt, qui in Flatulentia ſtricte ſic dicta in inteſtinis generantur, & inſignes moleſtias conjunctas habent.

III. *Signa*.
1 Borborygmi & motus volutatorii in inteſtinis.
2 Cui modo extenſio & inflatio abdominis, modo vero ejuſdem ſubſidentia jungitur.
3 Interdum vero motus illi volutatorii deſunt, & flatus in uno tantum loco incarcerantur.
4 Quo magis autem tales motus ſive volutatorii, ſive ad unum ſaltem locum directi exacerbantur, eo facilius etiam dolores graviores accedunt.
5 Hi dolores autem variant, interdum enim in hoc loco magis ſunt ſpaſtici, in alio vero ſunt diſtendentes, ut inteſtina quaſi rumpi videantur.
6 Concurrit ordinarie alvi obſtructio & hinc etiam dolores eo magis exacerbantur.
7 Interdum vero poſt varios motus flatus erumpunt & ſic malum maxime imminuitur.
8 Si turbulentæ ſanguinis in vena portæ commotiones concurrunt, accedunt cardialgicæ anxietates cum reſpirandi difficultate, aliaque hypochondriaca ſymptomata, modo in ſiniſtro, modo vero dextro ſe magis exerentia.

IV. *Subjectum*.
1 Reſpectu *Temperamenti*, Phlegmatici magis quam Sanguinei, Cholerici & Melancholici, propter naturalem ad atoniam diſpoſitionem.
2 Reſpectu *Sexus*, feminæ præ viris, inpr. vero eæ, quæ ob dietę vitia menſium & lochiorum inordinato ſucceſſu aut paſſione hyſterica laborant.
3 Abortum paſſę aut in puerperio male tractatę.
4 Fluore albo laborantes.
5 Reſpectu *ſenſibilitatis* ad varias toni alterationes ob calorem vel frigus proni.
6 Viri hypochondriacis paſſionibus afflicti.
7 Hęmorrhoidarii, partim ob varia, aſt inſufficientia, molimina, partim ob malum Hęmorrhoidum conſuetarum ſucceſſum, aut plenariam ſuppreſſionem.
8 Nephritici & arthritici.
9 Hernia laborantes.
10 Atoniam inteſtinorum vel ob malam Dietam, vel ob alios morbos, Dyſenteriam, Diarrhœam, frequentiores ſpaſticas contractiones &c. patientes, unde hujus reſpectu plurimi homines ad Flatulentiam ſunt diſpoſiti.
11 Cibis flatulentis & fermenteſcentibus abutentes.
12 Ad alvi obſtructiones proni.
13 Abdomen & pedes aeri frigido exponentes.
14 Qui decoctis & infuſis calidis, præſente jam aliquali inteſtinorum atonia, tonum adhuc magis relaxantibus, abutuntur.

V. *Prognoſis*.
1 Flatulentia malum non eſt contemnendum, ob graviſſima mala quę non raro eidem junguntur.
2 Quo magis inteſtina atonia laborant, eo minor plenariæ reſtitutionis eſt ſpes.
3 Idem quoque ferendum eſt judicium de Flatulentia, ſi jam in habitum deducta eſt.
4 Quo magis in Flatulentia urgent anxietates cardialgicæ cum reſpirandi difficultate & gravioribus capitis perturbationibus, eo gravius etiam metuendum eſt periculum.
5 Flatulentia a cauſis externis, refrigeratione ſcil. & aſſumptis orta, ſemper facilius & ſponte ſæpius curatur, quam quæ a cauſis internis originem trahit.
6 Flatulentia cum Hypochondriaco malo conjuncta ſemper gravius affligit & diutius etiam durat, quam reliqua.
7 Uti flatuum matura excretio ſymptomata ab iiſdem pendentia maxime mitigat & non raro prorſus tollit, ita ſpontanea eorum retentio eadem fovet & exaſperat: idque tanto magis in ſubjectis plethoricis, in hiſce enim inſignes circa venam portæ ſequuntur turbæ, quatenus ſanguinis motus per vaſa meſaraica, dum hic inteſtina extenſa, illic vero conſtricta ſunt, maxime impeditur, unde non ſolum colicæ quaſi convulſivæ, ſed etiam translationes ſanguinis partim ad vicinas, partim etiam ad remotiores fiunt partes, e quibus graviſſima ſæpe naſcuntur ſymptomata.
8 Flatulentia ab Hæmorrhoidibus & menſibus male ſuccedentibus dependens, aut cum Hypochondriaco malo connexionem habens, facile degenerat in Colicam convulſivam.
9 Imo iliacam paſſionem ex tali conſtitutione natam eſſe, in aliquot feminis obſervavimus.
10 Flatulentia uti facile habitum acquirit, ita etiam voluntaria flatuum emiſſio: novimus quoſdam, qui ob continuam fere flatuum talem aſſuetam excretionem honeſtiorum conſortium fugere coguntur.
11 Flatulentia & flatuum aſſueta emiſſio imprudenter ſuppreſſa, homines facile in Tympanitem, Hydropem & Hecticam præcipitat.

VI. *Remedia*.
1 Alvum apertam ſervantia: Clyſteres emollientes, carminativi & leniter ſtimulantes.
2 Lenia laxantia: Magneſ. alba, Rhabarbarum, cum incidentibus reſolventibus & carminativis mixta, Pilulæ Becherianæ, Stahlianæ, Polychreſtæ, aliæque quarum compoſitionem Gummata cum Extractis amaris ingrediuntur.
3 Materiam flatuum abſtergentia: Salia digeſtiva, Tart. Vitriolat. Arcan. dupl. Sal. cathart. amar. ut & Nitroſa cum Cinnabari mixta.
4 Tonum inteſtinorum reſtituentia: Eſſent. carminat. Wedelii, Cort. ☉nt. aliæque ex incidentibus & reſolventibus paratæ. Tinct. ♁ii acris, Spir. C.C. Tartari, Nitri dulc. Spir. Ammon. aniſat. Pro uſu externo Emplaſtr. Stomach. Crat. G. Tacamah. Balſama ex oleis aromaticis & carminativis parata. Sacculi ex Herbis aromaticis & fragantibus. Aqua Reginæ Hungariæ, Spir. Vini Camphor. cum linteaminibus abdomini applicita.

Formulæ Remediorum.

1 Clyſter.

℞. *Decoct. emoll.* *carmin. ā.* ℥v. *Ol. lil. alb.* *chamom. ā.* ℥j. *Sal. Gemm.* ʒij. *Vit. Ov. N. j.* *M. F. Clyſter.*

2 Alius.

℞. *Rad. Alth.* *Lil. alb. ā.* ʒvj. *Herb. Chamom.* *Meliſſ. a. mj.* *Cent. min.* *Fol. Tabac. ā. mſs.* *Colat.* ℥x. *adde* *Ungu. clyſmat.* ʒvj. *Ol. aneth.* ʒſs. *Sal. comm.* ʒij. *Vit. Ov. N. j.* *M. F. Clyſter.* *Coq. in ſ. q. Aq. ſ.*

3 Infuſum laxans & carminativum.

℞. *Rad. Gent. rubr.* *Pimp. alb.* ʒiij. *Galang.* ʒij. *Ari.* ʒiſs. *Summit. Cent. min.* *Herb. Meliſſ.* *Mentb. ā. mſs.* *Rhab. elect.* ʒſs. *Fibr. Helleb. nigr.* ʒij. *Sem. Aniſ.* *Fœnic.* *Cort. ☉nt.* *VVinter. a.* ʒiſs. *Cinnam. acut.* *Sal. Tart. a.* ʒj. *Inciſ. Contuſ. iaſund. in Vin. alb. generoſ.* ℔.iv. *D. mane* ℥vj. *vel* viij.

4 Pilulæ.

℞. *Pil. Stahl.* ʒj. *D.* 15. 20. *veſperi.*

5 Aliæ.

℞. *Extr. Cent. min.* *Helen.* *Pimpin. alb. a.* ʒſs. *Hell. nigr.* *Aloes Gummoſ. ā. gr.* xv. *Tinct. Tart. q. ſ. M. F. Pilulę* *D. ut antea.*

6 Pul-

6 Pulvis abſtergens.

℞. *Arcan. duplic.* ʒij. XVIII. *M.*
Nitr. depur. ʒj. *div. in 9. p. aq.*
Cinnab. Antimonii gr. *D. a meridie & veſperi.*

7 Mixtura incidens & roborans.

℞. *Eſſ. Gent. rubr.* *Milleſol. a.* ʒiſs. M.
Cort. Ont. *D. mane & veſperi* 30.40. gt.

8 Alia.

℞. *Eſſent. Cort. Ont.* ʒij. *D. ut antea.*
Spir. Tart. ʒj. M.

9 Alia.

℞. *Tinct. ♂ii acr.* *Succin.* ʒj. M.
Eſſ. cort. Ont. a. ʒij. *D. ut antea.*

10 Emplaſtrum.

℞. *Emplaſt. ſtomach.* *Ol. carvi. q. ſ.*
G. Tacamah. ℞. q. ſ. *applicetur abdomini.*
M. F. Empl. irror.

11 Balſamum.

℞. *Ol. N. M. expr.* ʒij. *Carvi. ℞. gt.* xv.
deſt. Aniſ. M. *applicetur abdomini.*
Chamom.

VII. *Methodus medendi.*

1 Cum alvus clauſa utplurimum magnas creet moleſtias & a deductione flatuum ad inferiora & excretione magna pars curationis dependeat, alvus quam primum reſeranda eſt per Clyſteres emollientes & leniter carminativos, cum oleis lenientibus & ſtimulo ſalino. Commode quoque Clyſteribus hiſce ſtimuli loco adduntur folia Tabaci & Centaurium minus. Laborabat ante aliquot annos quidam Colica graviſſima cum abdominis inflatione & alvi obſtructione pertinaciſſima, contra quæ mala omnia fruſtra exhibebantur: tandem folia Tabaci Clyſteribus addebamus, quæ alvum feliciter reſerabant, ita ut ægrotus præter omnem ſpem feliciter reſtitueretur.

2 Hiſce ſubjungantur lenia laxantia, inpr. talia quæ ſimul ventriculi & inteſtinorum tonum reſtituunt: quo nomine potiſſimum ſe commendant Pilulæ Stahlianæ & Becherianæ veræ, quæ alvo reſerata flatus expellunt primas vias abſtergunt eaſque optime roborant: imo hiſce ipſis flatus ſæpius præcaventur, ſi interdum præſervationis gratia ſumuntur: ſi vero hæ haberi nequeunt, iiſdem ſubſtituantur aliæ ex Extractis amaris & Gummatibus paratæ. Vel præſcribantur etiam infuſa laxantia & roborantia.

3 Hiſce jungantur & interponantur Pulveres digeſtivi, quo hoc modo materia flatuum eo melius removeatur: ita ſi v. g. mane exhibetur infuſum laxans, a meridie dentur aliquot doſes Pulveris digeſtivi cum Nitro & Cinnabari.

4 Cum vero inteſtinorum tonus a flatibus maxime debilitetur, agmen claudant Tonico diſcutientia & ſimul reſolventia, quo hoc modo conſtrictis & roboratis fibris per motum periſtalticum materia flatuum eo facilius profligatur, & humorum decubitus ad inteſtina præcaveatur.

5 Exterius quoque flatuum diſcuſſionem optime promovent ſupra allegata Emplaſtra, Fotus & Balſama, quare iiſdem etiam in flatuum cura locus concedatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In principio curationis fugiantur omnia carminativa, inpr. ſi magna flatuum adeſt copia, cum enim conſtrictiones ſpaſticæ ſæpius hic & illic urgeant, & ſic flatuum excretionem impediant, metus eſt, ne per carminativa inpr. calidiora, ſpaſmi cum inſignibus doloribus augeantur & flatus cum majori damno incarcerentur.

2 Pari cautela opus eſt in applicatione clyſterum carminativorum, quæ tantum abeſt, ut flatuum excretionem promoveant, ut potius majoribus incommodis, inpr. in ſubjectis ſanguineis ſenſibilioribus, anſam præbeant, quare in talibus caſibus nullis, niſi emollientibus & leniter ſtimulantibus locus ſit; ſi vero ſubjecta ſunt phlegmatica, carminativa clyſteribus emollientibus addita, etiamſi aliquo modo penetrantiora ſint, ſuo non carent uſu.

3 Quod vomitoria concernit, omni ſtudio ab eorum uſu abſtinendum eſt, etiamſi aliquid in Ventriculo hærere videatur, quod ſui remotionem poſtulet: per hæc enim ſtomachus inſigniter debilitatur & inflationi Ventriculi, de qua præcedente Tabula actum fuit, via ſternitur: eo magis vero ab iiſdem cavendum eſt, ſi ſymptomata hypochondriaco hyſterica cum Flatulentia conjuncta ſunt, exinde enim omnia ſymptomata graviſſima redduntur.

4 Nec etiam Laxantia & Purgantia hic ſemper lecum habent: illa enim uti Manna, Caſſia, Folia ſennæ &c. quatenus inteſtina magis relaxant, etiamſi flatus ad inferiora promoveant, Flatulentiam & atoniam augent: hæc vero inpr. acriora inſignes, præcipue in hypochondriaco hyſtericis ſubjectis, in abdomine excitant turbas & hinc ad ulteriorem Flatulentiam magis diſponunt. Satiur E. eſt loco horum ſupra allegatas Pilulas & Infuſa in uſum trahere.

5 Si ventriculi & inteſtinorum tonus reſtituendus eſt, remedia tonica diu continuentur, alias nihil ſolidi efficitur, & Flatulentia ob leviores cauſas facile redit.

6 In Dieta ſollicite abſtinendum eſt ab omnibus quæ Flatulentiam provocare poſſunt, v. g. a cibis flatulentis & fermenteſcentibus, refrigeratione pedum & abdominis.

7 Uti vita ſedentaria multum confert ad flatuum generationem, ita motus moderatus & continuatus ad eorum diſſipationem egregie convenit.

8 Si Flatulentia cum aliis affectibus, v. g. molimini-bus Hæmorrhoidalibus, Menſibus, Lochiis &c. connexionem habet, convenit methodus in talibus caſibus præſcripta.

CAPUT NONUM.

DE

Obſtructione Alvi.

I. *Definitio.* OBſtructio alvi eſt excrementorum, vel nimis tarda excretio, vel plenaria retentio, a legniore motu periſtaltico originem trahens.

II. *Differentia.*

1 Reſpectu *gradus*: in aliis enim feces ad non adeo longum tempus, in aliis vero ad quatuor, quinque ſex dies retinentur.

2 Differt ab *alvi adſtrictione*, quæ utpl. ab aliis morbis fovetur, & magis activum quid pro cauſa habet, cum e contra obſtructio a cauſa paſſiva dependeat.

III. *Signa.*

1 Excrementorum alvi ultra conſuetum tempus, aut ad aliquot dies retentio.
2 Dolor abdominis gravativus & compreſſivus.
3 Qui vel eſt vagus, ac plus vel minus lancinans.
4 Adſunt varia incommoda a flatibus cum abdominis extenſione & duritie.
5 Hiſce junguntur preſſiones circa ventriculum cum anguſtia præcordiorum.
6 In aliis appetitus eſt proſtratus.
7 Adeſt etiam inſignis corporis laſſitudo.
8 In aliis gravis occurrit inquietudo cum jectigatione corporis in lecto.
9 In aliis obſervatur ſpirandi difficultas.
10 Caput affligitur vertigine & dolore modo obtuſo, modo magis acuto.

IV. *Subjectum.*

1 Homines ſiccioris corporis habitus, Cholerici ſcil. & Melancholici.
2 Feminæ hyſtericæ & viri hypochondriaci, in quibus tamen ſæpius magis alvus eſt adſtricta, quam obſtructa.
3 Vitam ſedentariam agentes & meditationibus indulgentes.
4 Quibus ſcybala ſunt nimis indurata.
5 Ventriculi & inteſtinorum atonia laborantes.
6 Flatibus obnoxii.
7 Cibis ſiccioribus & crudis abutentes.
8 Potum nimis parce aſſumentes.
9 Largos ſudores patientes.

10 Sti-

10 Stimulum ad egerendum & ordinarium exonerationis tempus negligentes.
11 Febribus acutis afflicti.

V. *Prognoſis.*

1 Alvi obſtructio levior in aſſuetis, & ubi temperamentum reſpondet, malum eſt leve, inveterata autem ordinarie ſumme eſt periculoſa & ſæpius funeſta.
2 Quo magis pertinax in colica & iliaca paſſione eſt alvi obſtructio, eo gravius metuendum eſt periculum.
3 Alvi obſtructio cum Flatulentia conjuncta ſemper gravior eſt quam ſimplex.
4 In tali caſu graviſſima quandoque excitatur Colica flatulenta, quæ eo pejor redditur, ſi ſaburra bilioſa, ob alvi obſtructionem in inteſtinis retenta, accedit.
5 Feces alvinæ nimis induratæ ſanguinis curſum per vaſa meſarica impediendo ſtaſes & inflammationes inteſtini, in quo hærent, non raro producunt.
6 Venæ hæmorrhoidales internæ ſæpius a talibus ſcybalis induratis, aut etiam propter fortiorem niſum rumpuntur.
7 Alvi laxitas in affectibus capitis & hypochondriacis, bona eſt, obſtructio vero eoſdem exaſperat.
8 In omnibus morbis acutis ſatius eſt alvum eſſe liberam, quam obſtructam.

VI. *Remedia.*

1 Diluentia & emollientia: Juſcula cum hordeo parata, Decoctum prunorum, Paſſularum, Tamarindorum, Oleum Amygd. dulc. Gelatinæ &c.
2 Blanda evacuantia: Clyſteres emollientes & leniter ſtimulantes, Laxantia, Manna, Folia Sennæ, Pilulæ Becherianæ, Stahlianæ, contra obſtructiones Hallenſium. Sal. cathart. amarum, Salia neutra in majori doſi data.

Formulæ Remediorum.

1 Clyſter emolliens.

℞. *Decoct. emoll.* ℥ix. *Sal. Gemm.* 3ij.
Ol. chamom. *Vit. Ov. N.* j. *M.*
Ungu. clyſmat. a. 3vj. *F. Clyſter. applicetur calide.*

2 Pilulæ laxantes.

℞. *Pil. Stahl.* 3j. *D. veſperi* 15. 20.

3 Aliæ.

℞. *Pil. de Ammon.* 3j. *D.* 20. *mane.*

4 Aliæ.

℞. *Pil. contr. obſtruct. Hall.* *D. veſperi* 3. 4. 5.
3ß.

5 Aliæ.

℞. *Extr. Aloes Gumm.* 3j. *ſpiſſ.* ℈ij. *cum*
Helleb. nigr. 3ß. *Eſſ. Abſinth. q. ſ.*
Cent. min. ℈j. *F. Pil. ad pond. gr. j.*
Coloc. gr. iv. *D. veſperi* 6. 7.
G. Ammon. ſolut. & in.

6 Decoctum laxans.

℞. *Decoct. Prunor.* ℥vj. *Colat. D. calide.*
Mann. elect. ℥ij. *M.*

7 Electuarium laxans.

℞. *Pulp. Tamarind.* *Sir. de pom. laxat. q. ſ.*
Paſſul. ā. ℥j. *M. F. Electuarium.*
Diac. luc. jalap. 3vj. *D.* 3ij. iij.

VII. *Methodus medendi.*

1 In frequenti aut habituali alvi obſtructione exhibeantur diluentia, emollientia ac potus ſufficiens ad emolliendas feces alvinas & lubricanda inteſtina: & quam primum leniſſimus ad egerendum adeſt ſtimulus, alvus, etiam cum aliquali vi & majori niſu, ſtatim deponatur.
2 Corpus quoque quotidie motu moderato & continuato exerceatur, hic enim uti reliquas excretiones ita & hanc quam maxime promovet: ut taceam quod per hunc motus tonicus reſtituatur, periſtalticus ſimul augeatur & hoc modo ſegnities alvi impediatur.
3 Si vero feces ſunt nimium induratæ & affectus nimium urget, ita ut graviora metuenda ſint mala, Clyſteres ex emollientibus & oleis paratæ injiciantur, qui in hoc malo præſentiorem & celeriorem edunt effectum, quam Purgantia remedia.
4 Si alvus hoc modo aperta eſt, convenit ſpatio aliquot dierum vel alternis diebus ſumere Pilulas Stahlianas, aut alias alvum leniter ſtimulantes, & motum periſtalticum augentes. Cui fini etiam inſerviunt Decocta & Electuaria aliquo modo ſtimulantia.
5 Si vero alvi obſtructio eſt admodum pertinax, ita ut Clyſteribus & internis emollientibus nihil effici queat, hiſce interdum interponantur alia Purgantia, ut alvus eo citius reſeretur. Tali in caſu optimum edit effectum Infuſum cum Foliis Sennæ paratum. Medicus hujus loci mihi retulit, ſe ſæpius Infuſo tali ex Decoct. Prunorum ℔. iv. & Fol. Senn. ℥ij. parato, pertinaciſſimas alvi obſtructiones, nullis aliis cedentes remediis, feliciter ſuſtuliſſe. Tractabam hic aliquando feminam Paſſione Iliaca cum vomitu ſtercoreo laborantem, & cum alvus nullo modo reſerari poſſet, ægrota mane immittebatur in balneum ex radicibus & herbis emollientibus paratum & in eo ultra integram horam relinquebatur: exempta ex eo clyſter emolliens injiciebatur & abdomen unguento emolliente calido continuo inungebatur: a meridie balneum denuo ingrediebatur, ac clyſter & unguentum continuabatur: tandem veſperi poſt egreſſum e balneo, clyſter ex Lactis & Olei oliv. a. ℔. ß. cum acri ſtimulo magna vi ope ſyringæ injiciebatur: & hinc elapſo horæ quadrante alvus aperiebatur, ac femina præter omnem ſpem reſtituebatur.
6 Si alvi obſtructio aliis morbis jungitur, & eos, uti ſolet, graviores reddit, per Clyſteres & Pilulas Stahlianas aperiatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Si diluentia & potus ſufficiens ægrotis conceditur, motus ejus continuus ſit comes, quo neglecto ſola illa diluentia, tonum inteſtinorum magis relaxant, adeoque ſegnitiem alvi augent.
2 Motus tamen nimius, inpr. neglecto ſufficiente potu, fugiatur, quia alvi obſtructionem promovet.
3 Purgantibus acribus & continuatis nullus quoque concedatur locus, quoniam utpl. pertinaciorem alvi obſtructionem poſt ſe relinquunt, & gravioribus malis viam ſternunt. Vidi hocce in femina 54. circiter annorum, quæ tali habituali alvi obſtructione laborabat, contra quam a carnifice hujus loci accipiebat nodulum purgantem, quem cum ſpatio 14. dierum quotidie aſſumeret, optime quidem purgabatur, ita ut quovis die duodecies, imo ſedecies, alvum copioſe deponeret: ſed poſtea in pertinaciſſimam alvi præcipitabatur obſtructionem, quam Paſſio Iliaca preſſo pede ſequebatur, a qua non niſi magno labore liberabatur.
4 Fugiantur quoque frequentia laxantia, quoniam ſi Natura huic ſtimulo aſſueſcit, alvum poſtea non niſi eodem ſtimulo admonita ſolvit. Vivit hic femina quædam, quæ frequenter Pilulas contra obſtructiones ad alvum aperiendam ſumſit, ſed eo jam perducta eſt, ut alvum non niſi ſumptis hiſce Pilulis deponere queat.
5 Si alvi obſtructio alios morbos comitatur, reſpiciendum eſt, an morbus primarius alvi apertionem commode ferat: id quod principaliter uſum habet in Febribus acutis, quamvis enim quædam earum alvi apertionem admittant, & ſymptomata per eandem imminuantur, exanthematicæ tamen eam ægre ferunt.

CAPUT DECIMUM.

DE

Stranguria.

I. *Definitio.* STranguria eſt difficilis & laborioſa urinæ excretio, ubi urina ſolum guttatim cum dolore colli veſicæ & urethræ prodit, cum continuo ad mingendum ſtimulo conjuncta.

II. *Differentia.*

1 A *Dyſuria*,
a Quod in hac urina non guttatim, ſed ſæpius in ſuffi-

sufficienti copia, quamvis cum magno nisu & labore emittatur, in Stranguria vero guttatim effluat.

b Quod in Dysuria inter mingendum dolor æstuans & post mictionem interdum aliquandiu continuans observetur, qui e contra in Stranguria sub mictione est magis frigescens & postea ardens.

c Quod in Dysuria continuus ad mingendum stimulus desit, in Stranguria vero continuo urgeat.

d Quod Dysuria utplurimum a viarum urinariarum vitio, Stranguria vero magis ab urinæ aliarumque rerum molestarum stimulo dependeat.

2 Ab *Ischuria*: in qua urinæ excretio plenarie supprimitur, in Stranguria vero sæpius & guttatim prodit urina.

3 Alia est *levior*, alia *gravior* & diu durans.

4 Alia est *idiopathica*, quando causa hæret in vesica: alia vero *sympathica*, quando ab alio morbo fovetur & producitur.

III. *Signa*.

1 Frequens stimulus ad excernendam urinam.
2 Urina prodit guttatim.
3 Concurrit dolor strictorius in collo vesicæ.
4 In urethra inter mingendum percipiunt sensum refrigerii.
5 Quem sequitur peracta mictione dolor ardens.
6 In reliquo corpore inpr. vero ejus habitu sentiuntur horrores frequenter repetentes.

IV. *Subjectum*.

1 Homines spongiosiori corpore præditi.
2 Nephritici & Hæmorrhoidarii.
3 Qui potum fermentescentem & nondum defecatum, cerevisiam scil. recentem & mustum assumserunt.
4 Cibis crudis & fermentescentibus utentes.
5 Diverso potu uno eodemque tempore, aut etiam minus consueto fruentes.
6 Corpus, præcipue abdomen calidum, una cum inferioribus partibus refrigerantes.
7 Pollutione nocturna frequentius laborantes.

V. *Prognosis*.

1 Stranguria per se quidem periculo vacat, insignia tamen parit incommoda, præcipue si diutius durat: vid. *Forest.* Lib. XXV. Obs. 6.
2 Stranguria ab urinæ acrimonia dependens facilius curationem admittit, quam quæ a vesicæ vitio originem habet.
3 In senibus difficulter curatur & eos sæpius ad mortem usque comitatur.
4 Stranguria si diutius durat, colli vesicæ exulceratio metuenda est.
5 Stranguria frequentius sine prævio errore in diæta affligens, prodromus est calculi renalis.

VI. *Remedia*.

1 Acrimoniam temperantia: Nitrum depur. regeneratum, Antimoniatum, Conchæ citratæ, salia digestiva. Emulsiones ex Amygd. dulc. Sem. Card. Mar. Papav. alb. 4. frig. major. Potus calidus. Mucilago Hordei, Sperm. Ceti, Oleum Amygd. dulc. Decoct. Glyzyrrh. Raparum, Radix Malvæ cum Nummularia in jusculo cocta. Aut Decoct. Malvæ cum Syrupo violarum, Syrupus Althææ. Gummi Arabicum. Pilulæ ex Terebinth. coct. clysteres emollientes. Externe Sevum hircinum, Fotus emollientes, Ol. Viol. Chamom. Nymph. Papav. &c. Cepæ assatæ.
2 Motus spasticos sopientia: Nitrum aliaque præcedentia, Cinnabaris.
3 Tonum roborantia: Cortices Aurant. pulverisati & Essent. Cort. Ont. Spec. de Hyac. Corall. rubr. Tinct. ♂t. Ludov.

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula temperans.

℞. *Aqu. Petrosel.* *Conch. citrat. ℥. ʒj.*
Cheresol. *Sacch. perlat. ʒiij. M.*
C. C. citr. ℥. ʒiſs. *D. sing. 2. horis cochlearia aliquot.*
Tart. Vitriolat.

2 Emulsio temperans.

℞. *Amygd. dulc. ʒvj.* *Aqu. Cheresol.*
Sem. Card. Mar. ʒiij. *Scabios.*
Papav. alb. ʒij. *F. l. a. Emulsio.*
Colat. ʒviij. adde *gratiam.*
Matr. Perl. ʒj. *D. sæpius cochlearia aliquot.*
Sacch. Canar. q. s. ad

3 Pulvis anodynus.

℞. *Nitr. regener.* *M. P. de Cynogl. gr. ij. M.*
Lap. ♋. ℥. ʒij. *div. in 4. p. æqu. D. sing. 4. horis.*
Cinnab. ♂ii gr. XII.

4 Pulvis tonicus.

℞. *Lap. ♋.* *M. div. in 6. p. æq.*
Corall. r. ppt. ℥. ʒj. *D. sing. 4. vel 6. horis.*
Spec. de Hyac. ʒiſs.

5 Essentia Tonico discutiens.

℞. *Ess. Cort. ⊙nt.* *Spir. C. C. ℥. ʒj. M.*
Alexiph. *D. mane & vesperi gt. 30.*

VII. *Methodus medendi*.

1 Cum Stranguria diversas præsupponat causas, ad eas ante omnia in curatione respiciendum est. Si E. ex vitio primarum viarum orta est Stranguria, exhibeantur absorbentia & Salia digestiva ad temperandam & abstergendam materiam noxiam.
2 Quo facto dentur postea lenia laxantia, uti sunt Rhabarbarum & Pilulæ Stahlianæ, Becherianæ aliæque cum hisce aliqualem convenientiam habentes respectu Extractorum amarorum, Gummatum & Myrrhæ. Et tales Pilulæ subinde sumantur, inprimis, quando subjecta ad Stranguriam sunt dispositæ & malum frequentius recurrit.
3 Hisce subjungantur Essentiæ incidentes, uti sunt Tinct. Antimonii acris, quæ sæpius sola in vehiculo largo calido sumpta totum malum prompte profligat. Huic jungi possunt adhuc aliæ, Essentia scil. Succini, in moderata dosi, Essentia Pimpinellæ albæ, Cort. ⊙nt. &c.
4 Si vero a refrigeratione dependet Stranguria, sumantur frequentius jusculæ calida, cum semine Carvi, aut etiam potus Thee & Coffe. Insignem quoque efficaciam habent liquores & Aquæ destillatæ spirituosæ cum Essentia carminativa, Cort. ⊙nt. &c.
5 Externe in tali casu conveniunt frictiones abdominis & pedum cum linteaminibus calidis, aut etiam Fotus, Linimenta, Cataplasmata emollientia, Cepæ assatæ &c. pectini applicatæ, ut hoc modo molesta illa strictura mature tollatur.
6 Si urinæ acrimonia causa est Stranguriæ, in usum trahantur Nitrosa cum absorbentibus & salibus digestivis mixta, quibus etiam Cinnabaris ad temperandos motus addatur. Aut etiam præscribantur supra laudata alia temperantia & emollientia, Decoctum scil. Raparum, Chamomillæ, Althææ, Oleum Amygdalarum dulcium cum Spermate Ceti, Emulsiones &c.
7 Si venereum quid subest, aliquandiu exhibeantur & continuentur Tinctura Antimonii acris cum Essentia succini, cui etiam aliquid Balsami Peruviani vel de Copaiba, si subjecti conditio aliæque circumstantiæ ejus usum permittunt, addatur, ut hoc modo absterso promoveatur & causa mali tollatur.
8 Idem etiam observetur, si ab alia causa, aut etiam ab urina exulceratio quædam in vesica vel urethra producta fuit & affectum fovet.
9 In Stranguria habituali præcipue senum, præter Clysteres emollientes & Carminativos, Pilulæ Stahlianæ frequenter sumantur, iisque interponantur & subjungantur partim abstergentia salina, partim Essentiæ incidentes & roborantes ac carminativæ, eæque continuentur, ut hoc modo illud quod molestias creat, removeatur, & partes debilitatæ eo melius roborentur.

VIII. *Cautelæ Practicæ*.

1 Quamvis alvi laxitas multum ad Strangurię curationem conferat, acria tamen Purgantia, quia malum augent aut ejus frequentiorem recursum causantur, fugiantur.
2 Clysteres quoque non sint nimium emollientes, præsertim in senibus, ubi partes jam sunt insigniter laxæ, majorem enim producunt laxitatem vesicæ & majorem humorem ad vias urinarias decubitum, semper E. iisdem addantur lenia carminativa.
3 Moderate etiam volatilia in subjectis, inprimis junio-

nioribus & Plethoricis præſcribantur, inſignes enim, ſi abuſus accedit, in corpore excitant turbas: quare non niſi urgente neceſſitate in uſum trahantur.

4 Ipſa quoque incidentia ſint blanda, aut ſi ſunt fortiora, ſemper cum largiore vehiculo ſumantur.

5 Diuretica fortiora & nimis ſtimulantia in Stranguriæ cura exulent, quoniam majorem humorum ad renes affluxum producunt, & hinc malum augent.

6 Opiata quoque non niſi doloribus maxime urgentibus & quidem refracta doſi cum aliis temperantibus exhibeantur.

7 Refrigerantia, inpr. actu frigida, etſi interdum aliquid præſtiterint, non facile in uſum trahenda ſunt, quia malum ordinarie exaſperant.

8 In ſubjectis Plethoricis ad Stranguriam pronis Venæ Sectio præſervatoria non negligatur.

9 In Stranguria ſympathica nunquam aliquid præſcribatur, quod primarium affectum turbare queat.

10 In Diæta ſollicite abſtineatur ab omnibus iis, quæ quocunque modo ad affectus provocationem aliquid conferre queunt, inpr. vero a cibo & potu feculento & fermenteſcente.

11 Provide quoque alvi libertas conſervetur, quem in finem lenia laxantia interdum præſervationis gratia ſumantur, ut primarum viarum vitia mature tollantur.

12 Ut quoque viæ abſtergantur, temperantia cum Cinnabarinis ad præcavendam Stranguriam non negligantur.

13 Urina nunquam diu retineatur, ſed ſæpius, aut præſente leniori etiam ſtimulo ſtatim excernatur.

14 Vinum bonum diureticum, ut præcipue eſt Rhenanum, ad Stranguriam diſpoſitis maxime convenit, abuſus tamen vitetur.

15 Fugiant quoque tales vitam ſedentariam & corpus potius moderato motu exerceant.

16 Veneris quoque exercitium frequens, ad hunc affectum diſponens, quam maxime vitetur.

CAPUT UNDECIMUM,

DE

Dyſuria,

I. *Definitio*. DYſuria eſt urinam excernendi difficultas, cum magno niſu atque impetu & ſæpius doloribus ſtipata, modo a veſicæ, modo a renum, modo ab urethræ vitio originem trahens.

II. *Differentia*.

1 A *Stranguria*. Vid. *Tab. præced.*

2 Ab *Iſchuria*, ubi urinæ excretio prorſus ſupprimitur, cum e contra in Dyſuria adhuc in ſufficiente copia urina excernatur.

3 Ratione *cauſarum*

a Alia dependet ab urinæ nimia acrimonia, ſed rarius.

b Alia ortum trahit ab exulceratione veſicæ.

c Alia caruncularn venereain pro cauſa agnoſcit.

d Alia conjunctam habet erotionem ſphincteris.

e Alia ab inflammatione & mala conſtitutione partium vicinarum, inteſtini recti, vaginæ uteri &c. fovetur.

III. *Signa*. Hæc quidem ſunt ſatis manifeſta, obſervandum tamen eſt, quod ſequentia præcipue occurrant:

1 Debito tempore adeſt quidem ad mingendum ſtimulus, magno tamen niſu & preſſione opus eſt ad urinam expellendam.

2 Sub ipſa excretione vel magnæ vel parvæ urinæ quantitatis dolor ordinarie maximus, ſed pro diverſitate cauſarum varius ægrotos affligit, æſtuoſus ſcil. lancinans, tendens.

3 Interdum vero præter magnum illum niſum & preſſionem, nullus vel paucus ſentitur dolor: quod tamen rarius contingit. vid. Foreſtus Lib. XXV. Obſ. 6. in Scholiis.

4 Si dolor ſub mictione urget, etiam aliquandiu poſt illam continuat.

IV. *Subjectum*.

1 Senes magis quam reliquorum ætatum homines.

2 Calculo renum & veſicæ laborantes.

3 Stranguria frequentius afflicti.

4 Veſicam, ejuſque ſphincterem aut urethram exulceratam habentes.

5 Qui cantharides aſſumſerunt & hinc veſicæ excoriationem reportarunt.

6 Quibus caruncula venerea eſt in urethra.

7 Puerperæ interdum ob admiſſum frigus. vid. *Foreſtus l. a. obſ.* 8.

8 Nonnunquam etiam feminæ quibus menſtruę purgationes imprudenter ſuppreſſæ ſunt. *ibid. obſ. 6.*

9 Feminæ hyſtericæ interdum.

10 Dieta cruda, ſalſa & acri utentes.

V. *Prognoſis*.

1 Si malum eſt levius, per ſe nullum periculum involvit.

2 Si autem cauſę graves & ſonticę, exulcerationes ſcil. & inflammationes graviores concurrunt, periculo non vacat.

3 Quo magis diuturna eſt Dyſuria & quo magis dolores urgent, eo facilius Febris vel convulſiones accedunt.

4 Dyſuria in Iſchuriam degenerans majori periculo exponit ægrotantes.

5 In ſenibus decrepitis malum utpl. eſt incurabile & ſępius lethale. B. Pater meus poſt annum ſepuageſimum frequentius hoc malo corripiebatur, & quamvis per remedia aſſumpta mitigaretur, ſemper tamen redibat: tandem anno ętatis ſeptuageſimo ſexto urina magis magiſque imminuebatur, & aliquoties Iſchuria accedebat: unde propter humores acriores ſalſos ad peripheriam corporis latos multa in cuti & ſubjacentibus partibus oriebantur ulcera manantia & vicinas partes depaſcentia, quibus tandem accedebat inſignis virium conſumptio & poſt aliquot menſes placida mors.

6 Dyſuria ſi diutius durat poſt ſe trahit exulcerationes viarum urinariarum.

7 Si a caruncula venerea dependet, nunquam niſi hac ſublata tollitur.

8 Si cum urina excernitur mucus viſcidus acris in Dyſuria, eo gravius eſt malum, & eo difficilius etiam curatur. Vidimus hoc in Viro ſeptuagenario, qui per plures annos talem mucum cum ingentibus doloribus excernebat: mucus hic adeo viſcidus erat, ut non niſi cum ſummo labore exprimi poſſet. Tandem marafmo conſumptus moriebatur.

9 Gravior etiam eſt Dyſuria ab exulceratione veſicę dependens & multum temporis ad curationem requirit. Laborabat ante aliquot annos femina tali Dyſuria cum ingenti dolore ardente, qui ad frequentem urinę excretionem ſtimulabat: cum urina excernebatur materia purulenta & quo diutius urina retinebatur, eo magis cruenta ea erat: tandem poſt varia exhibita remedia elapſo menſe tertio reſtituebatur.

VI. *Remedia*.

1 Alvum aperientia: Clyſteres emollientes & carminativi, Magneſia alba, Pilulę Becherianę, Rhabarbarum &c.

2 Blanda diuretica & ſpaſmos demulcentia, Arcanum duplic. Tart. Vitriolat, Nitrum, Abſorbentia, Cinnabaris M. P. de Cynogloſſa Emulſ. Vid. *Tab. præcedens*.

3 Reſolventia: Rad. Pimp. alb. Vincetoxici, Ari, Tinct. Tart. Antimonii, Eſſ. ſuccini &c.

4 Externa demulcentia, Fotus, Cataplaſmata, unguenta &c. ex Althęa, Meliloto, Malva, Parietaria, Cherefolio, Ruta Lacte, Butyro, Oleo Scorpionum &c.

Formulæ Remediorum.

1 Cataplasma ex Foresto.

℞. *Herb. Pariet. mij.* *tur in lacte, adde Buty-*
Chereſol. miſs. *ri rec. ℥ij. Ol. Scorp. ℥iſs.*
Inciſa ad mollitiem coquan- *ſalide pectini applicetur.*

2 Aliud.

℞. *Cepar. aſſat. N.* vj. *Scorp. a. ℥ſs.*
Ol. Chamom. *Cort. ⊙nt. ℈j. M.*
Lil. alb. *applicetur ut antea.*

3 Unguentum.

℞. *Ungu. de Alth.* *deſt. Aniſ. ʒj. M.*
Martiat. a. ℥j. *inungatur pectini & peri-*
Ol. Aneth. ℥ſs. *næo.*

4 Aliud.

℞. *Ungu. Martiat.* *Ol. laurin. a. ℥ſs.*
Agripp. *M. applicetur calide.*

Reliquas Formulas internas vid. Tab. præced. & ſequentibus.

VII. *Methodus medendi.*

1 In curatione hujus affectus reſpiciendum eſt in genere ad alvi laxitatem, hæc enim ad diureſin promovendam multum confert: obtinetur autem hæc laxitas potiſſimum per clyſteres emollientes & aliquo modo carminativos, quibus ſalinus ſtimulus addendus eſt. Huic fini etiam inſerviunt Pilulæ Stahlianæ, Becherianæ & balſamicæ viſcerales, Extract. Panchymag. Crollii, Rhabarbarum &c.

2 Poſtea exhibeantur lenia Diuretica ſimul temperantia, qualia ſunt nitroſa, Salia digeſtiva cum abſorbentibus & Cinnabari mixta, ut hoc modo ſpaſticis motibus aliquo modo relaxatis urina eo melius excerni queat. Huc pertinent etiam reliqua temperantia, Emulſiva & mucilaginoſa præcedente Tabula allegata.

3 Hiſce interponi poſſunt Infuſa aut Decocta ex Radicibus incidentibus & reſolventibus, aut ſi magis placent Eſſentiæ Vegetabilium horum, eæ in uſum trahantur & cum Eſſentia Succini, Tinctura Antimonii acri aut Tartari miſceantur.

4 Si a calculo Dyſuria dependet egregie convenit poſt Clyſteres Decoctum nephriticum Foreſti, quod & emollit & leniter pellit. Huic jungantur pulveres antiſpaſmodici, ita ut Decoctum & modo dicti pulveres alternatim ſumantur. Emulſiones cum Semine Card. Mariæ & Lapathi majoris paratæ hic quoque locum habent. Quoad cætera, reliqua quæ de Calculo dicta ſunt, etiam obſerventur.

5 Dyſuria a cantharidibus ortum traxit, lac calidum copioſius ſumptum, Oleum Amygd. dulc. Sperm. cet. aliaque mucilaginoſa inſignem ferunt opem.

6 In Dyſuria ab exulceratione orta, exhibeantur & obſerventur ea, quæ Tabula de Exulceratione Veſicæ dicta fuerunt.

7 Si dependet a caruncula Venerea, ea juxta methodum ſuo loco præſcriptam removeatur.

8 Externe in quavis Dyſuria ea imponantur, quæ ſtricturam relaxant & excretionem urinæ promovent, uti ſunt ſupra dicta externa pectini applicanda.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In aperienda alvo abſtinendum eſt a ſtimulantibus acribus remediis, quia talia majorem ſtricturam pariunt & dolores augent.

2 Deinde Medicus provide inquirat, an cum aliis & cum quibus affectibus, Dyſuria connexionem habeat, & hinc in cura ſemper reſpiciat ad effectum primarium, qui ſcil. Dyſuriam fovet, quod ſi negligit, vel fruſtra laborat, vel malum auget.

3 Diuretica fortiora prorſus hic nullum habent uſum, a quacunque etiam cauſa Dyſuria dependeat, inpr. ſi ſtatim in principio exhibentur: producunt enim majorem humorum affluxum ad renes, ac metuendis febribus & convulſionibus portam aperiunt: in calculoſis vero vel calculos in ureteres impellunt, vel renum inflammationi anſam præbent: ſi exulceratio jam adeſt, eam augent.

4 Si dolores nimium urgent, granum unum aut alterum Maſſæ Pil. de Cynogloſſa quidem ad eos mitigandos prodeſt, abuſus tamen eſt vitandus.

5 Si exulceratio veſicæ Dyſuriam fovet, vitetur exceſſus in remediis terebinthinatis, ſuccinatis & Myrrhatis, quamvis enim ſint optima in exulcerationibus remedia, cautela tamen h. l. opus eſt, quoniam humores nimis commovent & affluxum eorum ad partem affectam cum damno augent: quare ſemper refracta doſi aliis admiſceantur abſtergentibus.

6 Balnea interdum in Dyſuria uſum habent, inpr. quando a calculo impacto fovetur, nimis tamen calidorum uſus vitetur.

7 Præſervationis gratia alvi libertas ſemper conſervetur, & Venæ Sectiones conſuetæ non negligantur.

CAPUT DUODECIMUM.

DE

Mictione imminuta.

I. *Definitio.* Mictio imminuta eſt parcior urinæ excretio, vel a ſeri defectu, vel a ſecretione urinæ deficiente aliiſque cauſis internis originem trahens.

II. *Differentia.*

1 Alia eſt *mitior*, quæ v. g. potus defectum, & ſudores nimios ſequitur, & utpl. parva vel nulla incommoda ſecum trahit.

2 Alia eſt *gravior*, quæ aliis morbis v. g. Hydropi cedit, & gravia pathemata conjuncta habet.

3 Differt a Dyſuria, quod in hac ordinarie dolor inter mingendum urgeat, qui in mictione imminuta deeſt.

III. *Signa.*

1 Urinæ parcior excretio nec ſero in corpore contento, nec potui aſſumpto quantitate reſpondens.

2 Tardior etiam ejuſdem excretio.

3 Nullus ordinarie ſub mictione ſentitur dolor.

4 Concurrunt hinc inde in abdomine tenſiones & preſſiones.

5 Quibus junguntur internæ anguſtiæ.

6 Accedunt etiam in malo provectiore ardores aut febriles commotiones, inquietudines & jactigationes corporis.

7 Vires langueſcunt.

8 Appetitus proſternitur.

9 Somnus interrumpitur.

10 Dolores quoque conjunguntur ſtrictorii, in renibus & pectine ſe potiſſimum exerentes.

11 Nonnunquam etiam in ſenſibilioribus & junioribus ſuperveniunt motus convulſivi.

IV. *Subjectum.*

1 Potum ſufficientem negligentes.

2 Spiſſitudine ſanguinis laborantes.

3 Feminæ hyſtericæ & viri hypochondriaci.

4 Nephritide afflicti, aut quibus alias renes ſpaſtice conſtringuntur.

5 Febricitantes & alii nimios ſudores patientes.

6 Qui partes inferiores & abdomen nimis refrigerant.

7 Qui in affectibus renum aliiſque abdominis morbis adſtringentibus imprudenter tractati fuerunt.

8 Cachexia, Levcophlegmatia aut Anaſarca afflicti.

9 Tympanitici & Aſcitici.

10 Infarctibus & Scirrhis viſcerum abdominis laborantes.

V. *Prognoſis.*

1 Si malum eſt mitius & ſolum a defectu potus, aut alia leviore cauſa dependet, periculo caret.

2 Quæ vero aliis morbis juncta eſt, majore periculo ægrotos exponit, facile enim in totalem urinæ ſuppreſſionem degenerat.

3 Quo magis imminuitur urina, eo magis partes interiores a ſero obruuntur, & eo facilius etiam varii metuendi ſunt affectus ſeroſi.

4 Si in Cachexia & Levcophlegmatia urina magis magiſque imminuitur, Hydrops ante fores eſt.

5 Si in urinæ imminutione ſudor in larga fluit quantitate, bonum eſt.
6 Si autem prorſus nulla adeſt vicaria ſeri excretio, eo facilius ſymptomata ſub ſignis recenſita generantur.
7 Uti in Hydrope largius urinæ profluvium bonum, ita e contra paucum malum eſt.
8 Urinæ imminutio ab aliis morbis dependens nunquam, niſi ſublata illorum cauſa, tollitur.

VI. *Remedia.*

1 Diluentia & Reſolventia Diuretica. Potus ſufficiens, Radix Vincetoxici, Pimpinellæ albæ, Ononidis, Bryoniæ, Ari, Caryophyllatæ, Petroſelini &c. Herb. Bellid. Cherefol. Petroſel. Sem. Violar. Milii Solis, Tinct. Tart. ℥ii &c.
2 Alvum aperientia: Clyſteres emollientes & carminativi. Pilulæ balſamicæ.
3 Strictura relaxantia: Nitrum, abſorbentia Salia digeſtiva, Cinnabaris, Balnea, Fotus, Cataplaſmata &c. Tab. de Dyſuria allegata.

Formulæ Remediorum.

1 Infuſum reſolvens & Diureticum.

℞. *Rad. Onon.* *Bellid. ā. mj.*
Vincetox. *Flor. Genift.*
Pimp. alb. ā. ℥ß. *Violar. ā. p. ij.*
Ari ʒij. *Cort. Ont. ʒiij.*
Herb. Petroſel. *Inc. infund. in Vini albi* ℔.iv.
Capill. ♀. *vel v. D. quotidie ter* ʒiv. vj.

2 Infuſum Theiforme.

℞. *Herb. Veron.* *Inc. infund. Aq. fervent. ſumatur calide.*
Virg. Or. ā. mij.

3 Mixtura reſolvens.

℞. *Tinct. Tart. ʒiij.* *D. Mane & veſperi gt. 30.*
Eſſ. Succ. ʒj. M.

4 Tinctura temperans.

℞. *Liq. terr. fol. Tart.* ℥ß. *D. Mane & veſperi gt. 40.*

5 Clyſter emolliens & carminativus.

℞. *Decoct. emoll.* ℥vj. *Sal. Gemmæ ʒij.*
carmin. ℥iij. *Vit. Ov. N. j. M.*
Ol. Oliv. *F. Clyſter.*
Chamom. ā. ʒvj.

6 Potiuncula temperans & anodyna.

℞. *Aq. rub. id.* ℥iv. *Cinnab.* ♁ii ♃j.
Nitr. Regener. *Sacch. canar. ʒij. M.*
Tart. Vitriolat. ā. ♃ij. *D. cochl. aliquot ſing. 3. 4. hor.*

7 Oleum externum.

℞. *Ol. Scorp.* ℥j. *Cort. Ont. a.* ʒß. *M.*
Aneth. ʒiij. *applicetur calide regioni renum, pectini & perinæo.*
Anif.

VII. *Methodus medendi.*

1 Si imminutio Urinæ a defectu potus originem trahit, concedatur ægrotantibus largior potus, cui jungantur alia humectantia calida, juſcula, Cremor hordei, Gelatinæ tenuiores &c.
2 Si ſerum a nimiis ſudoribus exhauſtum eſt, & mictio imminuta exinde originem traxit, eadem conveniunt: Si vero ſudores adhuc præſentes ſunt & urgent, interponantur temperantia, abſorbentia & nitroſa.
3 Ubi Plethora mictioni deficienti occaſionem præbet, ea per venæ ſectionem mature imminuatur.
4 Quando huic ſimul ſpiſſitudo juncta eſt, eadem venæ ſectio locum habet, poſtea vero ei ſubjungantur incidentia & motus corporis moderatus ac continuatus.
5 Si alia mucida humorum ſpiſſitudo præſens eſt, incidentibus leniter diureticis interponantur laxationes cum Pilulis Becherianis.
6 In omni Urinæ imminutione reſpiciatur ad alvi laxitatem, eaque vel per modo dictas Pilulas, vel per alia lenia laxantia & clyſteres conſervetur.
7 Si urinæ imminutio alios morbos, Malum v. g. hypochondriaco-hyſtericum, Cachexiam, Hydropem &c. conjunctos habet, ad hoſce primario reſpiciendum eſt, iique convenienti methodo tractandi ſunt.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In urinæ imminutione mature auxilium cum debita circumſpectione feratur, ne plenaria ejuſdem ſequatur ſuppreſſio.
2 Abſtinendum tamen eſt a Diureticis fortioribus, quæ vel utpl. urinam magis imminuunt, vel ejus plenariam ſuppreſſionem producunt.
3 Id quod eo magis in urinæ imminutione a ſeri defectu originem trahente, obſervandum eſt, talia enim fortiora diuretica exhibita, ſanguinem nimium reſolvendo corpus magis exſiccant.
4 In corporibus vero plethoricis graviſſimas & periculoſas ſanguinis ad renes congeſtiones ac inde dependentes inflammationes & ulcerationes producunt.
5 Si ſpiſſitudo ſanguinis affectum fovet, eadem mala ab iis remediis metuenda ſunt & adhuc graviora.
6 Alvi libertas quidem optima eſt in tali caſu, nunquam tamen fortiora & acria exhibeantur Purgantia, quoniam malum augent. Idem judicium ferendum eſt de clyſteribus acribus.
7 Si emollientia ſunt exhibenda, reſpiciatur primo annon major hæcce ſequi poſſit ad renes humorum depoſitio majuſque exinde urinæ impedimentum, dein an morbi complicati talium remediorum uſum commode ferant.
8 Opiata quidem hic interdum ſuo non carent uſu, præcipue ad ſtricturas imminuendas, ubi vero laxitas in viis urinariis occurrit, ea omni modo fugienda ſunt, præſertim in ſenibus. Tali in caſu roborantia magis proſunt.
9 Vita ſedentaria fugiatur in urinæ imminutione, e contra vero corpus moderato motu exerceatur.

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

DE

Iſchuria ſive urinæ ſuppreſſione.

I. *Definitio.* ISchuria eſt urinæ plenaria retentio aut ſuppreſſio, a variis cauſis ortum trahens.

II. *Differentia.*

1 Alia eſt *renalis*, quando cauſa ſuppreſſionis in renibus & ureteribus hæret.
2 Alia vero eſt *veſicalis*, quando Iſchuria a vitio veſicæ originem trahit: & hæc iterum dividitur in
a Propriam, quando veſica urina quidem maxime repleta eſt, propter ſpaſticam aut colli veſicæ conſtrictionem emitti nequit.
b Impropriam: ubi urinæ minus copioſæ excretio per alia cauſas impeditur.

III. *Signa.* Hæc reſpectu cauſarum & partis affectæ varia ſunt.

1 Si cauſa hæret in *renibus*, aut *ureteribus*, occurrunt
a Dolores fixi lumborum gravativi, ita ut ſpinam dorſi vix flectere queant ægrotantes.
b Hiſce accedunt ſæpius etiam dolores iſchiadici.
c Jungitur in aliis cardialagia ſatis gravis:
d In aliis vero non ſolum nauſea, ſed actualis vomitus obſervatur.
e Acutiſſimi ſunt & pungentes dolores cum vomitu & ſtupore cruris, ſi calculus ureteribus eſt impactus.
f In veſica pauciſſima vel nulla deprehenditur urina, etiamſi catheter immittatur & ſuctio inſtituatur.
2 Si ex *veſica* vitio nata eſt Iſchuria, ægroti ſentiunt,
a Vel preſſionem vel tenſionem in pectine.
b Deprehenditur etiam tactu tumor in regione veſicæ & perinæo.
c Percipiunt quoque patientes ponderis ſenſum in dicto loco.
d Adeſt mejendi deſiderium cum conatu irrito.
e Si catheter in veſicam immittitur urina copioſe effluit.
3 Si Iſchuria dependet a tumore inflammatorio,
a Adeſt dolor acutus & æſtuans.

b Con-

b Concurrit etiam Febris cum ſiti deliriis aliiſque febrilibus ſymptomatibus.

4 Si calculo originem debet, adſunt ſigna *Tab. de calculo Veſicæ* recenſita

5 Si a grumo ſanguinis, aut pure dependet, præceſſit mictus ejuſdem.

6 Si mucus ejuſdem eſt cauſa, antea apparuit in urina.

7 Si vero a caruncula fovetur, ea per ſtylum in urethram immiſſam detegitur.

IV. *Subjectum*.

1 Juvenes & Viri temperamenti Sanguinei ac Plethorici.

2 Spaſtica ſphincteris conſtrictione tam idiopathica, quam ſympathica, uti in Teneſmo, laborantes.

3 Congeſtionibus gravioribus ad renes obnoxii.

4 Renum & veſicæ calculo afflicti.

5 Urinam nimis diu retinentes. Talem urinæ ſuppreſſionem ante viginti annos paſſus ſum: tempore matutino cum quibuſdam virginibus, iter parantibus, potum Caffe in copia ſumebam, eaſque poſtea comitabar, in itinere continuo iiſdem cinctus, urinam emittere nequibam: tandem in patriam dictatum virginum latus, in conſortium aliorum honeſtorum virorum & feminarum veniebam: tabulæ affixi hærebamus in ſeram uſque noctem, tempus edendo, bibendo, cantando & fidibus canendo terentes: continui quidem ad mingendum aderant ſtimuli, ſed intempeſtiva verecundia me ab urinæ emiſſione retinebat: tandem cum poſt mediam noctem omnes lectum petiiſſent, urinam emittere volebam, ſed tantis ſtatim corripiebar, poſt leniorem etiam niſum, doloribus, ut Lipothymia ſequeretur, qua finita, pedibus amplius inſiſtere neſcius, manibus & genubus ſuffultus cubiculum petebam: quoniam vero dolores continuo urgebant, Aquam uti vocant, vitæ, quam in cubiculo deprehendebam, larga copia ſumebam: tandem elapſa integra fere hora ſequebatur primo urinæ ſtillicidium cum acerbiſſimis urentibus doloribus ac teneſmo graviſſimo & tandem urina in maxima copia excernebatur, atque hoc modo omnes moleſtiæ, excepta laſſitudine, quæ ſpatio aliquot dierum urgebat, ceſſabant. Nemini tamen author ſum, ut in tali caſu pari remedio, quod deſperatio magis, quam ſana ratio ſuadebat, utatur.

6 Sanguinem grumoſum, pus vermes aut materiam mucoſam in viis urinariis habentes.

7 Gravidæ interdum ultimo geſtationis tempore.

8 Caruncula venerea laborantes.

9 Tumore inflammatorio vel in collo veſicæ, vel circa eam afflicti.

10 Tunicæ veſicæ exterioris ſive muſculoſæ Paralyſi correpti.

11 A cauſis violentis externis læſi, inprimis in partibus renibus & veſicæ vicinis.

V. *Prognoſis*.

1 Inter reliquas urinam excernendi difficultates Iſchuria eſt periculoſiſſima & graviſſima, niſi mature tollatur, habet conſectaria.

2 Iſchuria a renum vitio originem trahens ſemper gravior eſt Iſchuria veſicali, quoniam in illa cauſæ non adeo facile removeri poſſunt ac in hac.

3 Si dependet a calculis utrique ureterum impactis, paucis diebus ægri poſt inſignes dolores pereunt.

4 Niſi ante ſeptimum diem ægroti mingant, Febris inflammatoria quam Gangræna & Sphacelus ſequuntur eoſdem jugulant.

5 Superveniunt etiam nonnunquam Convulſiones mortis inſtantis indices.

6 Non raro quoque in Hydropem degenerat.

7 Nonnunquam etiam ſoporem affert & Apoplexiam.

8 Iſchuria a renum aut veſicæ Paralyſi producta periculoſiſſima & utplurimum lethalis eſt.

9 Si ſudores ſuppreſſionem urinę ſequuntur, morbus aliquo modo mitior evadit, ita ut ægrotantes eum interdum ad plures dies ferre queant, uti teſtantur obſervationes.

VI. *Remedia*.

1 Alvum aperientia: Clyſteres, Fol. ſennæ cum Diureticis & Seminibus carminativis mixta, Paſſulæ, Pilulæ Becherianæ.

2 Temperantia: Nitrum, Lap. ♋. Conchæ citratæ, Tart. Vitriolat. Cinnabaris Antimonii &c.

3 Diuretica & Reſolventia: Rad. Vincetox. Onon. Pimpin. alb. Ari &c. Herb. Petroſel. Cherefol. &c. Tinct. Tart. Antimonii &c.

4 Externa: Balnea, Fotus, Unguenta, Cataplaſmata &c.

5 Tonica e Mixtura tonica Stahlii: Eſſ. Cort. Aur. Tinct. ♂t. Tartariſat. Ludov.

Formulæ Remediorum.

1 Clyſter.

℞. *Decoct. Veron.* ℥x. *Sal. Gemm.* ʒij.
Ol. Chamom. ℥j. *Vitell. Ov. N. j. M.*
Aneth. ℥ß. *F. Clyſter.*

2 Infuſum diureticum & laxans.

℞. *Rad. Onon.* *Sem. aniſ.*
Vincetox. *dauc. ä.* ʒij.
Cichor. ä. ℥ß. *Tart. ſolub. ä.* ʒiij.
Herb. Cherefol. *Inc. infund. in & Vin. alb.*
*Petroſel. ä. m*ß. ℔iij.
Fol. Senn. ſ. ſ. ʒvj. *D. mane & veſperi* ℥vj.

3 Pulvis antiſpaſmod.

℞. *Conch. elvrat.* *Cinnab.* ♁ii gr. xviii. *M.*
Nitr. regener. *divid. in 6. p. æq.*
Tart. Vitriolat. ä. ℈ij. *D. ſing. 4. horis doſ. j.*

4 Emulſio diuretica.

℞. *Sem. Viol.* *Teſt. Ovor. calcin.* ʒj.
Milii ☉. *ä.* ℥ß. *Sacch. canar. q. ſ.*
Aqu. Veron. *ad gratiam.*
Fragor. ä. ℥iv. *D. ſæpius cochlearia aliquot.*
F. l. a. Emulſio Colat. adde

5 Mixtura abſtergens.

℞. *Tinct.* ♁ii *acris* ʒiij. *Balſ. Peruv.* ʒß. *M.*
Eſſ. Succ. ʒiß. *D. gt.* 30. *mane & veſperi.*

6 Linimentum.

℞. *Unct. de Alth.* ʒvj. *Petrol. alb. ä.* ʒij. *M.*
Ol. Scorp. *applicetur calide.*

VII. *Methodus medendi*. Cum cauſæ Iſchuriæ ſint diverſæ, diverſa quoque curatio inſtituenda eſt.

1 In Iſchuria reliquis remediis, niſi circumſtantiæ aliud quid poſtulent, præmittantur Clyſteres aut lenia laxantia, hæc enim non ſolum alvum liberam ſervant, ſed & ipſam Diureſin promovent, inpr. ſi laxantia cum Diureticis maritantur.

2 Quoniam in Iſchuria facile humores ſtagnantes acrimoniam concipiunt, eique ſtaſes inflammatoriæ ſuperveniunt, exhibeantur temperantia, qualia ſunt nitroſa, digeſtiva & abſorbentia.

3 Si a congeſtione ſanguinis nimia ad renes in hominibus Plethoricis Iſchuria dependet, quam præcedentia remedia tollere nequeunt, illico Venæ Sectio in pede inſtituatur, hæc enim ſola interdum brevi tempore totum malum tollit teſte experientia. *Vid. River. Cent. I. Obſ.* 1, *&* 89. Si ſubjecta ad Hæmorrhoides ſunt prona, aut ſi eæ ſunt tumidæ, applicentur hirudines. vid. Cent. II. obſ. 29. Externe regio renum, pectinis & perinæum Oleo Scorpionum aut Unguento Comitiſſę Camphorate inungatur.

4 Quando vero nimia vel renum & ureterum vel ſphincteris veſicæ adeſt conſtrictio, in uſum trahantur pulveres antiſpaſmodici ex nitro, abſorbentibus digeſtivis & Cinnabari parati. Externe vero conveniunt Balnea, Unguenta, Cataplaſmata &c.

5 Si calculus urethræ impactus urinæ ſuppreſſionem producit, ejuſdem excretio per injectionem oleoſorum promoveatur, aut cathetere in veſicam retropellatur: ſi autem nimis firmiter impactus eſt, ita ut nullo modo ope catheteris moveri queat, fiat inciſio urethræ & calculus extrahatur: talem inciſionem aliquoties cum optimo ſucceſſu factam eſſe vidimus.

6 Si ob urinæ retentionem & veſicæ extenſionem niniam urina excerni nequit, injiciatur primo Clyſter, poſtea vero ope catheteris aut candelæ cereæ, per urethram in veſicam intruſæ, urina evacuetur. Externe applicentur emollientia, v. g. Cataplaſma ex Malva, Althæa, Violaria, Parietaria, Chamomilla, Semine Lini, Cepis &c.

7 Quando mucus, grumus ſanguinis, & vermes in urethra hærentes urinæ excretionem impediunt, catheterem removeantur: ſi vero in renibus & ureteribus talis cauſa eſt, exhibeantur aperientia & blanda diuretica: contra vermes vero ſpecifica remedia, de quibus ſuo loco, exhibeantur.

8 In gravidis ſi Iſchuria eaſdem affligit, urina per catheterem educatur.

9 Si caruncula venerea adeſt, ea per ſeptica, mercurialia &c. extirpetur & per balſamica locus affectus conſolidetur.

10 Si forſan exulceratio in Iſchuria occurrit, ea per abſtergentia & balſamica præcipue vero per Pilulas e Terebinthina cocta tractetur, uti ſuo loco monſtratum eſt.

11 Tumor inflammatorius, ſi Iſchuriæ eſt cauſa, convenientibus remediis, diaphoreticis ſcil. Nitroſis abſorbentibus, alexipharmacis ac diſcutientibus internis & externis curetur.

12 In Iſchuria a Paralyſi orta interna & externa nervina in uſum trahantur.

13 Si cauſas externas violentas ſequitur Iſchuria, interne ſumatur pulvis ad caſum Ludovici Lap. ☉. ☾. diaph. & Sperm. Cet. exterius vero læſioni per convenientia remedia proſpiciatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Clyſteres nimium ſtimulantes & acres hic nullius ſunt uſus, ſed ſufficit, ſi ſunt emollientes & carminativi ac oleoſi cum convenienti ſtimulo ſalino.

2 Temperantia & inpr. nitroſa in ſuppreſſione urinæ ad præoccupandam ſtaſin inflammatoriam mature exhibeantur, quamprimum enim inflammatio invaluit nimium, ſero medicina paratur.

3 Venæ ſectio ſi in ſubjectis Plethoricis Iſchuria laborantibus inſtituitur, ſemper ſit larga & ſanguis fere ad libram uſque emittatur, alias nullius eſt uſus.

4 Præſente conſtrictione Diuretica præſertim fortiora nunquam exhibeantur, partim quia ſanguinem nimium ad renes urgent eoſque opplent, adeoque ſecretionem urinæ impediunt, partim etiam quoniam ipſam ſtricturam adhuc magis augent.

5 Eo magis autem ab eorum uſu abſtinendum eſt, ſi calculus ureteribus aut urethræ impactus Iſchuriæ cauſa eſt, quoniam omnia ſymptomata graviora reddunt.

6 In urinæ retentione & veſicæ extenſione diuretica dare velle contra omnem rationem eſt, urinæ enim copia veſicæ tonum jam maxime fregit, ſi ergo urinæ copia major diureticorum ope ſecernitur, neceſſario etiam veſica magis cum dolore & reliquorum ſymptomatum augmento dilatatur.

7 Specificis in Iſchuria non ſemper fidendum eſt, alia enim irrita ſunt, alia vero nullum edunt effectum, ſi tamen quædam occurrunt, quæ per experientiam probata ſunt, in uſum trahi poſſunt. Ex poſteriorum cenſu ſunt fimus equinus cum vino calido Rhenano per filtrum trajectus & epotus. Cerebrum Picæ exſiccatum & cum vino albo propinatum, quod ſecundum *Riverium Obſerv. a Ruſo commun.* 33. tribus Iſchuria laborantibus profuit. Succus millepedum & Concharum nigrarum, in quo granum unum Cantharidum fuit incoctum. Urina hirci calide pota. Infuſum Calcitrappæ in Vino. Emulſio Seminis violarum & nucleorum perſicorum cum aqua urticæ. Teſtæ ovorum: pulvis lumbricorum cum vino mulſo. Succus cancrorum fluviatilium cum vino. Sal radicis lupinorum. Decoctum plantaginis aquaticæ. Tali leporum in forma pulveris &c. In talium tamen uſu non ad unicam tantum, ſed ad multiplicem reſpiciendum eſt experientiam.

8 Si urina jam effluxerit, blanda diuretica nihilominus conveniunt ad abſtergendas vias urinarias.

9 Præſervatorie inſtituantur Venæ Sectiones in Plethoricis: fugiatur dieta craſſa, venus nimia, adſtringentia &c.

CAPUT DECIMUMQUARTUM.

DE

Sudoris ſuppreſſione & defectu.

I. *Definitio.* SUdoris defectus eſt vel conſueti ſudoris ob varias cauſas tam internas quam externas ſuppreſſio, vel, præſente etiam corporis ad ſudorem diſpoſitione, ejuſdem parca vel nulla excretio, varia moleſta pathemata conjuncta habens.

II. *Differentia.* Ex ipſa definitione patet.

1 Aliam eſſe ſudorum, vel conſuetorum vel ob alias cauſas præſentium ſuppreſſionem.

2 Aliam vero ejuſdem, poſitis licet circumſtantiis, ſubjecti ad ſudandum diſpoſitionem manifeſtantibus, retentionem.

III. *Signa.*

1 Abſentia madoris in peripheria ſive habitu corporis.

2 Conſtrictio partium externarum.

3 Quam excipit corporis laſſitudo.

4 Jungitur etiam gravitas artuum.

5 Accedit oppletio pectoris & reſpirandi difficultas.

6 In aliis obſervatur preſſio præcordiorum.

7 Non raro quoque Vertigo ſequitur ſudoris ſuppreſſionem.

8 Appetitus etiam proſternitur. Reliqua ex ſequentibus patebunt.

IV. *Subjectum.*

1 Infantes ſudore madidi aeri frigidiori expoſiti.

2 Adulti quoque ad ſudores ſpontaneos proni, eoſque vel negligentes, vel corpus ſudore madens aeri exponentes.

3 Multas partes mucidas in ſanguine habentes.

4 Sanguinis ſpiſſitudine & abundantia præditi.

5 Senſibiles & ad varias toni alterationes proni.

6 Nimia ſanguinis ebullitione laborantes.

V. *Prognoſis.*

1 Omnis ſudoris ſuppreſſio varia mala poſt ſe trahit, eaque eo certius, ſi ea in ſubjectis humidioribus ſubito contingit.

2 In junioribus ſubjectis exinde oritur Cruſta lactea, Scabies, Tuſſes, Coryzæ, Gravedines, Convulſiones &c.

3 In adultis Febres, Tuſſes, Aſthmata, aliæque ſpirandi difficultates.

4 In hypochondriacis translationes humorum ad Hypochondria, pathemata cardialgica, Colicæ graves & ſudorum ſuppreſſiones ſequuntur.

5 Non raro etiam exinde oriuntur varia rheumata & affectus arthritici, præcipue in Sanguineis & Plethoricis.

6 Mortem ſubitaneam etiam ſudoris matutini ſuppreſſionem inſecutam eſſe, in viro hypochondriaco obſervavimus. Hic ſudore madidus e lecto ſurgebat atque corpus aeri liberiori exponebat, ſed paucis elapſis momentis ſubito in terram proſternebatur, uxor ejus accurrens credebat eum lipothymia correptum eſſe, ſed revera mortuus erat. Quænam incommoda paſſus ſim a ſuppreſſione ſudorum ſpontaneorum, in *Theoria Hominis ægroti* jam aperui.

7 Quo minus ſudores in Febribus erumpunt, eo diuturniores ſunt.

8 Si autem ſudores actu fluentes ſubito ſupprimuntur in intermittentibus, vel ſequentes paroxyſmi graviores fiunt, vel degenerant in continuas, vel in lentas, Hecticas, vel tumores œdematoſi & Hydropes ſequuntur.

9 In acutis ob ſudores deficientes vel ſuppreſſos ſemper pejor eſt ſtatus, peſſimus vero in malignis: omnia enim ſymptomata magis urgent, & hinc facile accedunt Lipothymiæ, Inflammationes partium internarum, Convulſiones &c.

10 Sudoris defectus a dyſcraſia humorum originem trahens, mala quoque habet conſectaria, quoniam maxime neceſſaria humorum per tranſpirationem depuratio inſigniter impeditur.

11 Sudorem ſuppreſſum ſi larga ſequitur urinæ excretio, bonum eſt.

VI. *Remedia.*

1 Temperantia: Nitrum regeneratum, depuratum, Antimoniatum, Lapid. ℔. Conch. citrat. Arcan. duplic. Tart. Vitriolat. Sal. polychreſt. Potus ſufficiens.

2 Diaphoretica: Antimonium diaphoreticum, Bezoardicum minerale, Mixtura ſimplex, Eſſentia alexipharmaca Stahlii &c.

3 Alvum blande aperientia: Magneſia alba, Rhabarbarum, Pilulæ Stahlianæ, Becherianæ.

4 Incidentia, & Reſolventia: Radix Ari, Helen. Vincetox. Pimpin. alb. Ari &c. Tinct. Tart. Antimonii acris &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis diaphoretico temperans.

℞. *Nitr. regener.* *div. in 6. p. æq.*
Conch. citr. *D. ſing. 3. 4. horis.*
℥. *diaph. ā.* ℈ij. M.

2 Alius.

℞. *Nitr. depur.* *Bezoard. min. ā.* ℈j.
Tart. Vitriolat. *Cinnab.* ℥ij gr. XII. *M.*
Lap. ℔. *div. & D. ut antea.*

3 Potiuncula diapnoica.

℞. *Aq. flor. Aeac.* *Sir. contraj.* ℥ß. *M.*
C. B. ā. ℥ij. *D. cochlearia aliquot pro*
Eſſ. Alexiph. ℥iß. *doſi.*

4 Pilulæ laxantes.

℞. *Extr. Panchymag. Cr.* *F. Pil. 60. D. 15. pro*
Pil. Stahl. ā. ℥ß. *M.* *doſi.*

5 Aliæ.

℞. *Pil. balſam.* ℥j. *D. ut antea.*

6 Species pro Infuſo incidente.

℞. *Rad. Vincetox.* *Bellid.*
Pimpin. alb. *Capill. ℚ. ā. mj.*
Helen. ā. ℥ß. *Inc. infund. ſucceſſive Aquæ*
Herb. Scord. *ferventi & ſumantur ca-*
Scabioſ. *lide.*

7 Mixtura incidens & diapnoica.

℞. *Tinct.* ♃ *ii acris.* *D. mane & veſperi* 30. *gt.*
Eſſ. Alexiph. ā. ℥ij. *M.*

8 Alia.

℞. *Tinct. Tart.* *Myrrh.* ℥ß. *M.*
Eſſ. Pimp. alb. ā. ℥ij. *D. ut antea.*
Succ. ℥j.

VII. *Methodus medendi.*

1 Cum ſudor ſuppreſſus multa, uti ex antea dictis patet, poſt ſe trahat incommoda, mature proſpiciendum eſt, ne metuenda mala in actum deducantur: quare ſtatim temperantia & moderate diaphoretica exhibeantur, partim ut partes ſalino Sulphureæ in ſanguine hærentes temperentur & præparentur, partim ut a corpore per diaphoreſin expellantur.

2 Id quod ut eo melius contingere queat, aſſumantur ſæpius juſcula calida, & infuſa Theiformia ex radicibus & herbis incidentibus: ſi vero ſubjecta potui Thee & Coffe aſſueta ſunt, potus hic dilutus in largiori etiam copia ipſis ad diluendos humores concedatur, eique moderatæ & reiteratæ doſes Tincturæ bezoardicæ, non camphoratæ, Mixturæ ſimplicis aut Eſſentiæ alexipharmacę interponantur.

3 Reſpiciatur quoque ad alvi ſtatum an ſit libera, an vero obſtructa: ſi alvus non reſpondet, Clyſteres inſignem habent uſum, quatenus multum ſudoris ſuppreſſi cum aliis humoribus hoc modo evacuatur, præſertim ſi Clyſteres ſunt leniter ſtimulantes. Longe præſentiorem autem habent efficaciam Pilulæ Stahlianæ aut Becherianæ veræ, quæ non ſolum alvum aperiunt, ſed etiam ſudorem & Diureſin promovent, uti id ſæpius in proprio expertus ſum corpore. Ante aliquot annos ſudore ſpontaneo matutino largiſſimo corripiebar, qui autem, cum lectum deſerere propter negotia urgentia cogerer, ſupprimebatur: ſentiebam hinc ſtatim inſignem corporis laſſitudinem, cum vero negotia quietem non concederent, ita ut non niſi a meridie aliquid aſſumere valerem, viginti Pilulas Stahlianas deglutiebam: ſed nihilominus circa veſperam febre corripiebar maxime vehementi, quam paucus ſudor excipiebat: circa mediam noctem novus accedebat paroxyſmus & verſus horam quartam matutinam tertius cum graviſſimis tenſionibus & doloribus in omnibus artubus, ac deliriis: tandem ſequebatur ſudor largiſſimus, quem finientem largius urinæ profluvium & aliquot ſedes excipiebant, & hoc modo tota Febris cum omnibus moleſtiis ſtatim ceſſabat. Hactenus ſæpius tali ſudoris ſuppreſſione laboravi, ſed ſemper poſt laudatarum & nunquam ſatis laudandarum Pilularum uſum ſtatim ab omnibus moleſtiis liberatus fui. Eandem quoque efficaciam ſæpiſſime in aliis expertus ſum.

4 Si ſubjecta alias ad diureſin ſunt prona, Diuretica temperantia inſignem quoque edunt effectum, & humores etiam tutiſſime per hanc viam excernuntur.

5 Si ſudorem ſuppreſſum jam exceperunt morbi, reſpectus ad illos habendus eſt, iique ſpeciali methodo tractandi ſunt, prouti circumſtantiæ id poſtulant.

6 Si poſt ſudores ſuppreſſos in ſubjectis Plethoricis reſpirandi difficultas & pathemata cardialgica ac hypochondriaca nimium urgent, ita ut gravius metuendum ſit periculum, Vena vel in brachio, vel in pede, pro ætatum & aliarum circumſtantiarum reſpectu, illico ſecetur.

7 Quando ſudores ſumme neceſſarii in Febribus ſupprimuntur aut prorſus non ſuccedunt, res periculi plena eſt, & hinc mature ſunt revocandi, quod fieri poteſt, partim per ſupradicta temperantia & diaphoretica fixa ac hiſce interpoſita alexipharmaca, partim vero per frictiones, lagenas & veſicas aqua calida repletas & pedibus ac aliis corporis partibus applicatas.

8 Si ſudorum defectus a Plethora & ſpiſſitudine ſanguinis dependet, Venę ſectio mature inſtituta multum ad eorum revocationem contribuit, quatenus hoc modo proportio inter humores & motus reſtituitur, ita ut Natura poſtea reliquum ſanguinem eo melius fluxilem reddere queat.

9 Eadem quoque Venę ſectio in principio Febrium, ſanguinis miſſionem commode admittentium, in ſubjectis Plethoricis inſtituta, ita tamen ut lene regimen diapnoicum ſtatim ſubjungatur, inſignem ad promovendos ſudores habet uſum.

10 Si ſudorum defectus a dyſcraſia humorum lenta & mucida originem trahit, hęc per lenia reſolventia & incidentia ac convenientia laxantia tollatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In ſudoribus ſuppreſſis nunquam in uſum trahantur acria, volatilia aliaque nimis calida, quia ſanguinem nimis commovent, atque gravia poſt ſe trahunt mala.

2 Eo magis vero nocent, ſi ſubjecta ad ſudores non inclinant, aut ſi ſudorum defectus a nimia ſanguinis ebullitione dependet & hinc in tali caſu Nitroſa aliaque temperantia cum diaphoreticis fixis plus conferunt ad ſudorum promotionem, quam ante dicta acria.

3 Ad ſudorum revocationem multum etiam confert quieta in lecto continentia, e contra corporis jactigatio ſudoris fluxum maxime turbat.

4 Si alvus eſt aperienda, reſpiciatur an morbi conditio apertionem talem admittat, in Febribus enim acutis ea cautela opus habet.

5 In ſuppreſſis ſudoribus fugiantur quoque Purgantia acria ſanguinem nimis commoventia.

6 Pulvis pannonicus ruber, Terrę ſigillatę aliaque talia adſtringentia quibus vulgo virtus alexipharmaca tribuitur, in Febribus acutis fugiantur, quoniam ſudores neceſſarios & exanthematum expulſionem magis retardant, quam promovent.

7 Balnea & ſtuphę ſudatorię etſi ad ſudores promovendos multum conferant, ſemper tamen reſpiciendum eſt prius ad ſtatum humorum, an ſufficienter reſoluti & ad talem evacuationem diſpoſiti ſint, & an ſubjecta talium uſum ferre queant: quo neglecto multis malis ſæpius porta panditur. Balnea quoque ſemper ſint moderate calida, & caput a calore bene defendatur: in ſtuphis quoque calor nimius abeſſe debet.

8 Ad ſudores avtocraticos ſuppreſſos revocandos motus moderatus & continuatus multum confert, nimius tamen, Maſſam ſanguinis ultra quam par eſt commovens, fugiatur.

SECTIO III.

DE

STAGNATIONIBUS ET STASIBUS SERI.

CAPUT PRIMUM.

De Cachexia & Chloroſi.

I. *Definitio.*

1 CAchexia eſt flaccidus, pallidus & ſubtumidus corporis habitus a ſeri & lymphæ mucoſa ſpiſſitudine, in interſtitiis fibroſarum partium ſtagnante, & ipſas quoque fibras impregnante & turgidas reddente, ac motus tonici remiſſione, originem trahens.

2 Chloroſis, *Cachexia virginum*, *febris alba* & *amatoria*, *Ictерus albus* dicta, eſt Cachexiæ ſpecies virginibus, obſtructione menſium contumaci laborantibus, ſolennis, a reſtrictione Sanguinis verſus venam portæ hepatiſque infarctu dependens, fœtidumque, pallidum, & ex albo quaſi virentem ægrotis concilians colorem.

II. *Differentia.*

1 Uterque affectus magnam affinitatem inter ſe habet, & Cachexia a Chloroſi noniſi ut genus a ſpecie differt.

2 Alius eſt incipiens & adhuc levior, alius contumax & per plures annos durans.

3 Alius ſimplex abſque alio morbo occurrens, alius complicatus Scorbutum, Quartanam, obſtructionem hepatis conjunctam habens.

4 A *Leucophlegmatia* & *Anaſarca*:
- *a* In Leucophlegmatia eſt major inflatio quam in Cachexia, & minor quam in Anaſarca: in hac vero tanta eſt cum nitore, ut rupturam quaſi minetur.
- *b* In Leucophlegmatia & Anaſarca ordinarie major obſervatur durities, & poſt impreſſionem digiti foveæ relinquuntur, quod in Cachexia, niſi jam proxime ad horum affectuum gradum acceſſerit, non contingit.
- *c* In Anaſarca ordinarie tumor pedum œdematoſus jungitur, qui tamen in Cachexia ſtricte ſic dicta non obſervatur, niſi forſan aliæ cauſæ accedant, & morbus ſit in ſummo gradu.

5 Ab *Aſcite*: hic enim abdomen & inferiores partes ſolum affligit, Cachexia vero univerſum corpus & inprimis exteriores partes occupat.

6 A *Tympanite*:
- *a* Ratione *partis affectæ*, quæ eſt abdomen in Tympanite, in Cachexia vero univerſum corpus.
- *b* Ratione *extenſionis*, quæ in Tympanite eſt maxima & dura, cum e contra in Cachexia ſit flaccida turgeſcentia.

7 Ab *Ictero*:
- *a* Reſpectu *coloris*, qui in Ictero eſt flavus & croceus, in Cachexia vero utpl. pallidus.
- *b* Reſpectu *penetrationis*: Ictерus enim fibras ſolum quoad ſuperficiem affligit, Cachexia autem eas intimius penetrat, ut exinde turgidæ evadant.
- *c* Ratione *cauſæ*, quæ in Ictero eſt bilis translatio in habitum corporis, in Cachexia vero ſeri & lymphæ mucidus ſtatus.

III. *Signa*

1 *Cachexiæ*:
- *a* Pallor univerſi corporis in facie præprimis & ipſis labiis ſeſe manifeſtans, colorem quandoque ſubflavum, hvidum & plumbeum conjunctum habens.
- *b* Inſignis fibroſarum partium flaccciditas & turgida earundem inflatio in facie præprimis & artubus obſervanda.
- *c* Externe fere nullus caloris, ſed potius frigoris aut teporis ſenſus.
- *d* Laſſitudo totius corporis & torpor ad conſueta negotia.
- *e* Appetitus debilior, & ad frigida magis pronus.
- *f* Poſt cibum inquietudo, preſſio & tenſio ſub hypochondriis, flatulentiæ concurſus.
- *g* Alvus modo ſiccior, modo ad lubricitatem vergens, excrementa fere inconcocta projiciens.
- *h* Urina vel plane aquea citra colorem & hypoſtaſin in principio, in progreſſu vero magis turbida, & tincta, ſemper tamen pauca.
- *i* Somnus interruptus & quandoque ſatis diuturnus, aſt pauca ab eodem refocillatio.
- *k* Pulſus juſto debilior vel languidus.
- *l* Sanguis emiſſus plurima ſerositate abundans.
- *m* Reſpiratio anxia, imprimis ſub leviori motu, vel ſcalarum aſcenſione contingens.
- *n* Succedens in contumaciori malo pedum tumor œdematoſus, de die præcipue notabilis, nocte vero calore lecti iterum diſparens.
- *o* Senſus etiam quandoque concurrentes varii preſſorii, gravativi, conſtrictorii, ſub hypochondriis aut umbilico ſeſe exerentes.

2 *Chloroſeos*:
- *a* Pleraque modo dicta ſigna communia.
- *b* Concurrens menſium obſtructio.
- *c* Facies admodum pallida, & ſubflava, imprimis etiam labiorum inſolitus pallor.
- *d* Oculorum ſubſidentia, palpebrarum vero cingentium livor.
- *e* Maxima corporis laſſitudo, imprimis pedum gravitas & ad movendum inertia.
- *f* Frequens intercurrens palpitatio cordis.
- *g* Subſequens tandem vel plenaria & contumax cachexia ad hydropem inclinans, vel hectica.

IV. *Subjectum.*

1 Obnoxii Cachexiæ fieri poſſunt hypochondriaci, hæmorrhoidarii ab obſtructione hujus fluxus, ſcorbutici, febribus diuturnis & præcipue quartanis aut aliis morbis chronicis laborantes.

2 Scabiei retropulſiones incurrentes.

3 Hæmorrhagias nimias paſſi.

4 Vitam otioſam, inertem degentes, & Diætæ crudiori addicti.

5 Temperamentum phlegmaticum aut Sanguineophlegmaticum poſſidentes.

6 Loca humidiora, Solis & aeris ſanioris acceſſui minus expoſita, inhabitantes.

7 Nimio vini & Spiritus Vini uſu calorem naturalem deſtruentes.

8 Fœminæ præ viris menſium obſtructione vel nimio fluxu laborantes.

9 Chloroſi præprimis expoſitæ ſunt juniores, quibus menſium negotium minus feliciter, aut per incongruam Diætam, ſuppreſſum eſt.

V. *Prognoſis.*

1 Cachexia ſicut gradu differt, ſic etiam facilior vel difficilior ejuſdem Curatio.

2 Quo minus viſcera adhuc læſa ſunt & pertinaciter obſtructa, eo magis affectus medelam admittit.

3 Ubi malum adhuc in humoribus ad ſpiſſitudinem & viſciditatem pronis hæret, ibi juſta & congrua methodo non admodum difficulter propellitur.

4 Juniores, corporis & animi vi adhuc pollentes, facilius curantur quam annoſiores, qui non raro hydropicos affectus exinde incurrunt.

5 Quo magis hepar obſtructum eſt, eo certius hydrops vel hectica ſequitur.

6 Cachexia quartanis male curatis ſuperveniens, matura paroxyſmi febrilis revocatione haud difficulter tollitur.

7 Quæ hauſtui frigidæ tempore eſtivo quandoque contingit, difficulter curatur, & certius in hydropem vel hecticam migrat.

8 A men-

8 A menſium infauſto ſucceſſu originem habens, matura eorundem reſtitutione ſolvitur.
9 Quo diutius autem menſes jam ſubſtitere, eo longiori in Cura mora opus eſt.
10 Chloroſis non maritatarum ſæpius ad modum rebellis eſt, & quandoque hecticam vel plenariam cachexiam poſt ſe ducit.
11 Sæpiſſime autem nulla certius, quam mutato ſtatu virginali in matrimonialem, debellatur.
12 Omnis Cachexia a læſionibus viſcerum adhuc aliena per plures annos durare poteſt, antequam morbus rebellis & incurabilis ſuccedat.
13 Cachexia a ſimplici humorum viſciditate orta magis Anaſarcam, quæ vero in hepatis obſtructione fundata eſt, Aſcitem poſt ſe ducit.

VI. *Remedia.*

1 Viſciditatem humorum incidentia & corrigentia: Rad. Pimpin. alb. Vincetox. Ari, Cichor. Helen. Caryophyllat. Imperat. Herb. Card. bened. Fumar. Abſinth. Cent. min. Cochl. Naſturt. Trifol. fibrin. Capill. Qris, Hyſſop. Marrub. alb. Epithym. Salia media: Tartarus Vitriol. Arcan. dupl. Sal polychr. Glaſer. Tartar. tartariſ. Salia alcalia ex modo dictis vegetabilibus, Gummi reſinæ: Galban. Ammon. Heder. Junip. Tincturæ diureticæ: ♃ii, Tartari, Eſſent. Pimpin. alb.
2 Præparatos & digeſtos humores evacuantia: Jalappa, Mechoacanna, Fol. Senn. Rhabarb. el. fibr. Helleb. nigr. Agaricus, Sem. Ebul. Carthami, Cort. intermed. Samb. Pil. Beccherianæ, Stahlianæ, polychreſtæ Hallenſes.
3 Tonica Splenetica, & Hepatica: Rad. Tarax. Curcum. Cichor. Herb. Scolopendr. Agrimon. Adianth. alb. Flor. Schœnanth. Ligna Santal. Species diarrh. Abbat. Diatrion Santal. Tinctura Vitriol. Martis Ludov. ♂tis Zwelf. Croc. ♃ii ♂tis Stahlii.
4 Evacuationes Sanguinis ſuppreſſas invitantia: V. S. in pede, Scarificationes, hirudines.

Formulæ Remediorum.

1 Nodulus incidens & laxans.

℞. *Rad. Vincetox.*
Caryophyllat. ā. ʒß
Irid. fl. ʒij.
Herb. Card. bened.
Agrimon.
Beton. ā. Mß.
Summit. Cent. min. p. j.
Cort. ☉rum
Citri ā. ʒij.
Fol. Senn. ſ. ſt. ʒj.
Agar. albiſſ.
Rhabarb. el. ā. ʒiij.
Sem. aniſ.
fœnic. ā. ʒj.
Sal polychr. ʒij.
Inciſ. contuſ. infund. ℔j. ▽
ſerv. & ℔ij. Vin. gener.
Doſ. ʒvj. vij. alternis diebus uſurpanda.

2 Pulvis incidens.

℞. *Pulv. ſtomach. Birckman. ʒij.*
lumbr. terreſtr.
cort. ☉rum ā. ʒj.
Sal abſinth.
Tart. Vitriol. ā. ʒß.
M. f. Pulv. Doſ. ℈j. ʒß. bis, ter de die.

3 Alius tonico-reſolvens.

℞. *Rad. Pimpin. alb. ʒij.*
curcum. ʒj.
Oc. ♋♋. ppt.
Lumbr. terreſt. ppt. ā. ʒß
Sal. onon.
Croc. ♃ii Martial. ā. ℈j.
M. D. S. ut antea.

4 Eſſentia diuretico-tonica.

℞. *Tinctur. Tartar. acr. ʒij*
Eſſ. Cort. ☉rum,
adianth. alb. ā. ʒj.
M. Doſ. gutt. 25. 30. bis de die.

VII. *Methodus medendi.*

1 Cachexia per ſe conſiderata tractanda eſt remediis reſolventibus, incidentibus, evacuantibus & roborantibus perite ſibi invicem interpoſitis & ſubjunctis.
2 Quem in finem commode Curæ initium fit per Noduſos aut Pilulas laxativo-reſolventes, aliquoties repetendas, interpoſito frequenti incidentium diureticorum leniorum uſu.
3 Quando ex diureſi frequentiori & mitigatione ſymptomatum malum ſenſibiliter remiſiſſe conſtat, tunc locum habent tonica reliquiis interpoſita & ſubjuncta.
4 Ubique tamen ad originem mali reſpicere convenit. In menſium nimirum obſtructione V. S. in pede & aperientibus lenioribus ſimul ſuccurrendum eſt: in hæmorrhoidum ſuppreſſione vel pariter V. S. in pede, vel hirudinum applicatione ad loca hæmorrhoidalia.
5 Quando a nimiis hæmorrhagiis dependet, ſupra dictæ methodo interponenda ſunt analeptica & roborantia.
6 Quæ poſt febres evenit, a Nodulis laxativis, Pilulis Beccherianis, & interpoſitis digeſtivis & alexipharmacis auxilium recipit.
7 Ubi ſcabies retropulſa ſubeſt, Mercurii dulcis & fl. Sulphur. uſus haud negligendus.
8 Diæta congrua multum etiam pro hoc malo debellando facit. Inſtituatur igitur motus corporis placidus ſucceſſive augendus, & continuandus; in uſum trahantur evpepta, aſſata, aromatica, Sinapi, raphanus marinus, Vinum generoſum.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 V. S. in illo tantum caſu prodeſt, ubi hæmorrhagiarum ſpontanearum factæ fuere ſuppreſſiones.
2 Habent hic uſum Sanguinem leniter attenuantia; ab omnibus vero pellentibus & Salibus oleoſo-volatilibus abſtinendum: quia facile Aſciti vel Hecticæ via exinde paratur.
3 Diuretica etiam fortiora omnino fugienda: quia plerumque majora exinde emergunt damna.
4 Idem de omnibus, quæ ſanguinem nimium exagitant, dicendum eſt.
5 Cum morbus ſit chronicus, expoſcit etiam methodum lentam, præparantem & evacuantem, nulla vi & uno quaſi impetu in humores crudos agentem.
6 Commendant etiam abſorbentia Auctores, ſed nullam ſpecialem efficaciam exercere, experientia docet, niſi quod aciditati in primis viis peccanti quandoque occurrant.
7 Buſones tanquam ſpecificum in hydrope commendantur, quid in Cachexia valeant, Experientiæ commendandum.
8 Salia Volatilia, adſtringentia & tonica, nonniſi præparantibus & evacuantibus præmiſſis & per aliquot tempus continuatis, in uſum vocanda ſunt.
9 Eodem tempore demum locum habent balneorum ſiccorum uſus.
10 Ab omnibus vero repellentibus ſulphureis & adſtringentibus abſtinendum eſt: quia facile Catarrhus ſuffocativus vel Hydrops exinde inducitur.
11 Evitandus etiam eſt aer autumnalis & vernalis humidior, cibus craſſus, & viſcidus, potus frigidus, vinum vel cereviſia recens, Spiritus Vini. &c.

CAPUT SECUNDUM.

DE

Levcophlegmatia & Anaſarca.

I. *Definitio.*

EST tumor univerſalis habitus corporis externi, frigidus & pallidus a lympha viſcida, intra cutem & muſculoſas partes ſtagnante, originem habens.

II. *Differentia.*

1 Anaſarca & Levcophlegmatia differunt in eo, quod illa cum ſplendore & nitore cutis contingat, & digitorum impreſſorum veſtigia diu retineat; hæc vero aliquantiſper flaccidiorem habitum corporis abſque nitore cutis conſtituat, neque foveas a digitis impreſſis tam diu ſervet.
2 Utraque ab *Aſcite* & *Tympanite* diſcernitur ratione loci: hæc enim cavitatem magis abdominis occupat, illudque in inſignem molem attollit; illa vero in externis partibus fibroſis ſedem habet.
3 A *Cachexia* ratione gradus: hæc enim non cum tanta cutis turgeſcentia, ſed potius flacciditate, & ali-

& aliquali saltem tumore conjuncta est.

III. *Signa*,

1 Universi habitus corporis insignis turgescentia ad nitorem cutis usque sese extendens, ratione gradus vel Anasarcam vel Levcophlegmatiam constituens.
2 Ejusdem pallor, frigiditas, duriuscula constitutio, quæ digitorum impressorum vestigia diu retinet.
3 Ingens corporis lassitudo & ad motum inertia.
4 Pulsus parvus, frequens & inæqualis.
5 Accedit etiam ordinarie febris lenta.
6 Appetitus fere dejectus & ad frigida magis inclinans.
7 Somnus profundus, inquietus, corpus non reficiens.
8 Sudoris omnimoda suppressio.
9 Respiratio difficilis, præcordiorum angustiæ, maxime post pastum.
10 Intercurrentes phlogoses, sitim quandoque satis intensam conjunctam habentes.
11 Alvus ad lubricitatem magis, quam siccitatem, vergens.
12 Urina plerumque cruda & tenuis, quandoque etiam lixiviosa.
13 Ab initio tumor adhuc vagus, nocte calore lecti diminuens, in ἐκμῆ vero fixus, æqualiter persistens.

IV. *Subjectum*,

1 Phlegmatici & sanguinei, ut & feminæ magis quam viri.
2 Cachecticam a variis causis dispositionem possidentes.
3 Visceribus quidem adhuc vegetioribus instructi, insigni autem visciditate lymphæ laborantes.
4 Hepatis glandularumque abdominis infarctu afflicti.
5 In febribus præcipue intermittentibus male tractati.
6 Scabiei quoque retropulsione incurrentes.
7 Loca humidiora inhabitantes, victu vero crassiori viscido usi.
8 Hæmorrhagiis vel nimiis vel suppressis laborantes.

V. *Prognosis*,

1 Anasarca & Levcophlegmatia simplex absque Ascite occurrens curatu non est ita difficilis ac Ascites.
2 Quo magis autem complicata est, eo difficilius curam admittit.
3 Omnis hydrops, quo magis a viscerum læsionibus adhuc alienus est & in humorum vitiis adhuc sedem habet, eo melioris spei est & contra.
4 Levcophlegmatia sicuti gradu ab Anasarca differt, sic etiam facilius curatur, si reliqua conspirant.
5 In omni hydrope urinæ adhuc aqueæ meliores sunt, quam rubicundæ, crassæ & inpr. lixiviosæ: denotant enim hæ viscerum læsiones & hecticæ concursum.

VI. *Remedia*.

1 Eadem, quæ in Cachexia laudata sunt, incidentia, resolventia, anti-Venerea lignosa, evacuantia, & tonica. Externe Balnea sicca, in stupha. Sumi possunt pro hoc scopo lateres vel globi tormentarii candefacti, & Decocto, ex herb. absinth. chamom. melilot. chelidon. Sem. anis. Carv. Cumin. fœnic. Bacc. laur. Junip. aqua vel vino minus generoso parato, injici, sic cutis blande resolvitur, & ad sudorem disponitur.
2 Quæ speciali simul causæ satisfaciunt:
3 In febre male curata febrem ipsam restituentia & fundamentaliter eradicantia: Noduli laxativi, Digestiva, incidentia & lenia alexipharmaca.
4 In Scabie retropulsa, medicamenta expulsiva, sulphurea, succinata, absorbentia, mercurialia interne propinata.
5 In hæmorrhagiis nimiis, vel interposita reliquæ Curæ balsamico-analeptica, vel tonica.
6 In Suppressis hæmorrhagiis aperientia & fluxus ejusmodi revocantia.

Formulæ Remediorum.

1 Nodulus laxativus in Hist. morb. Urat. laudatus.

℞. *Rad. enul. asar. ā.* ʒß. *Herb. Salv. Eupator. cicher. Veron.* *Cuscut. ā. Mj.* *Gran paradis.* ʒß. *Mac.* ʒj. *Sem. Cartham. anis.* *petrosel. ā.* ʒiij. *Rhabarb. Alex.* ʒij. *Coq. in Vin. Mens.* iij. *Colat.* ℞. ℔iij. *Add. Syrup Byzan.* ʒiij. *M. f. Potio pro robustioribus. D.* ʒvj.

2 Bolus emeticus pro robustioribus.

℞. *Conserv. cynosbat.* ʒj. *Gumm. gutt.* ʒß. *Syr. fl. pers. q. s. f. Bolus pro una vice.*

3 Pulvis digestivo-diureticus.

℞. *Sem. Sinap.* ʒij. *Tartar. Vitriol. Sal absinth. onon. ā.* ʒj. *M. f. Pulv. bis vel ter de die a.* ʒj. *ad* ʒß.

4 Cineres pro lixivio.

℞. *Ciner. genist. stipit. fabar. absinth. junip.* *ebul. ā. Mj. Infund. in Vin. Ordinar. paululum generoso pro potu.*

5 Essentia stomachico-roborans.

℞. *Essent. Cort. Aur.* ʒj. *mac.* ʒß. *Tinct. Vitriol. Mart. Lud.* ʒij. *M. ante prandium & cœnam ad* 30. *guttas propinanda.*

6 Alia diuretico-diapnoica.

℞. *Tinct.* ♂ii *acris Essent. Sign. ā.* ʒiß. *M. Quotidie mane ad* 30. *gutt. in jusculo cum regimine diaphoretico exhibenda.*

VII. *Methodus medendi*.

1 Generaliter nullam aliam requirit Curam, quam Cachexia. Specialiter autem secundum causarum diversitatem diversa exposcit medicamenta.
2 Pro priori itaque intentione in usum vocanda sunt medicamenta, muciditatem humorum incidentia, & corrigentia vegetabilia, aperitivo-diuretica vel diapnoica vi instructa, Salina, Gummi resinæ, Tincturæ diureticæ, ordinando magis phlegmaticis acriora, Sanguineo-vero phlegmaticis temperatiora, & conjungendo simul, si vires permittunt, motum corporis, per vecturam & equitationem, successive in usum trahendum & diu continuandum, ut sic humorum massa eo melius conquassetur & ad secretiones & excretiones magis apta reddatur.
3 Interponenda & conjungenda sunt evacuantia phlegmagoga & quidem, secundum individuorum conditionem, vel fortiora, vel leniora, cum epicrasi agentia.
4 Peracta humorum præparatione, eorundemque præliminari evacuatione per alvum, locum etiam habent sudationes in stupha sudatoria peragendæ.
5 Et tandem, humoribus superfluis per alvum, urinam & diaphoresin evacuatis, in usum trahantur tonica remedia, Diæta aromatica moderate vinosa cum interposita motione corporis per aliquod tempus continuanda.
6 In Speciali concurrentium causarum diversitate respiciendum est vel ad fluxus spontaneos suppressos, vel eorundem excessum, vel scabiem retropulsam, vel febres male curatas &c. pro quarum diversitate ea methodus est conjungenda, quam singulæ causæ specialiter exposcunt.

VIII. *Cautelæ* Practicæ,

1 Venæsectio in nulla hydropis specie convenit; ubi tamen malum ab hæmorrhoidum suppressione proveniisse comparet, locum habent hirudines ano applicitæ.
2 Scarificationes autem, sicuti in omni œdemate reprobantur, sic etiam in Anasarca non exigui periculi sunt, imprimis profundiores.
3 Evacuantia quoque fortiora non debent in usum trahi, nisi humores antea fuerint præparati; alias variis commotionibus & viscerum læsionibus demum via paratur.
4 Ad fortiora referuntur Gummi Gutt. Soldanell. Carthamus, Cortex Ebuli & Sambuci.
5 Securius ordinantur Noduli ex aperientibus, incidentibus & evacuantibus parati, vel etiam Pilulæ ex Extractis amaris cum evacuante quodam combinatæ.

6 Interponi iisdem debent lenia diuretica & diapnoica, ut sic humores undiquaque ad excretiones disponantur.

7 Absint porro ab initio tonica, ad quæ etiam Salia volatilia referuntur, utpote quæ pariter pro visceribus obstruendis, correcta & evacuata nondum materia, satis efficacia sunt.

8 Salivatio, per Mercurium facta, sæpius eximia damna, obstructiones viscerum, paralyses producit, ob visciditatem humorum & denegatam transpirationem. Magis etiam Mercurius in salsos, quam viscidos, humores agit.

9 Sudationes post præmissa incidentia & digestiva in Anasarca haud sunt contemnendæ; modo fiant absque commotionibus æstuosis.

10 Hunc in finem Borrichius patientem vesicis aqua calida plenis fovere jussit.

11 Alius etiam folia fraxini sicca adhibuit & patientem iisdem circumdedit.

12 Alia externa, imprimis balnea, sive artificialia s. naturalia, nonnisi summe provide adhibenda sunt.

Caput Tertium.

DE

Ascite.

I. *Definitio.* Est ingens ventris distensio, ab impedita secretione seri in abdomine aliisque partibus stagnantis & quandoque extravasati orta, & œdematosam pedum intumescentiam cum aliis gravibus symptomatibus conjunctam habens.

II. *Differentia.*

1 Alius est *incipiens*, & adhuc curabilis, alius consummatus, cum ruptione vasorum lymphaticorum conjunctus, & fere incurabilis.

2 Differt a Tympanite, in quo venter quidem etiam insigniter tumefactus est, sed non ab aqua s. sero stagnante solum, sed maximam partem a flatibus; unde etiam percussus instar tympani sonum edit.

III. *Signa.*

1 Incipit utplurimum cum œdemate pedum circa talos initium sumente, versus vesperam præcipue observabili, nocte vero iterum disparente.

2 Sensim sensimque augmenta capit hic tumor pedum, ut ab impressis digitis vestigia modo majora, modo minora, per aliquod tempus servet.

3 Progreditur hinc magis magis versus Ventrem, illumque tandem mirum in modum extendit, quo tempore utplurimum etiam in viris Scrotum cum annexis partibus, in feminis vero muliebria, pariter occupat.

4 Et malo ad *κῦρος* perveniente, præter tumorem abdominis in eximiam magnitudinem elatum, partes superiores macie quasi consumtæ conspiciuntur, licet interdum post somnum per aliquot horas subtumidæ iterum appareant.

5 Concurrunt in hoc rerum statu secundum ipsius morbi statum modo graviora, modo leniora symptomata.

6 Nimirum lassitudo corporis & ingens virium prostratio.

7 Somnus ab initio quidem satis diuturnus, in progressu vero mali interruptus, paucus & delassans potius, quam reficiens.

8 Pallor totius corporis & conjunctum partium præcipue extremarum frigus.

9 Sitis in invalescente malo maxime intensa, tussis sicca, difficilis respiratio, cum concurrente febricula.

10 Appetitus etiam admodum exiguus, & in malo consummato plane prostratus.

11 Urina primum tenuis & aquea, in progressu vero magis rubicunda, lixiviosa.

12 Oedemata insuper quandoque rumpuntur, & per longum satis tempus aquam plorant.

13 Venter vero, si movetur, fluctuationem & murmura aquæ in abdomen effusæ patefacit.

14 In utroque etiam sexu concurrit quandoque Hydromphalos s. Hernia aquosa umbilici.

15 Quamvis autem sæpius modo dicto ordine incipiat & progrediatur, nonnunquam tamen intumescentia abdominis œdemata pedum præcedit.

16 Hanc vero antecedunt gravitas & angustia præcordiorum ac tensio in hypochondriis.

17 Cui jungitur respirandi difficultas sub motu corporis & ascensione scalarum.

18 Malo progrediente angustia præcordiorum & respiratio difficilis ita augentur, ut ægri non nisi erecto collo respirare queant.

19 Angustiæ hæ cardialgicæ interdiu, quando aliquid ciborum aut remediorum assumunt, semper magis magisque augentur.

20 Tandem sequitur abdominis tumor indies invalescens, cui reliqua recensita symptomata junguntur.

IV. *Subjectum.*

1 Temperamentum phlegmaticum, aut Sanguineophlegmaticum possidentes, & ad Cachexiam proni.

2 Viri fluxui hæmorrhoidali assueti & in ejus obstructionem imperita medicatione incidentes.

3 Spiritu Vini & Vino abutentes.

4 Fœminæ, post largum mensium fluxum ejusdem suppressionem passæ.

5 Frequentius hæ præ viris Asciti sunt obnoxiæ.

6 Uterque sexus post graves hæmorrhagias adstringentibus fortioribus tractatus.

7 Quibus in febribus intermittentibus paroxysmi febriles, citius quam par erat, per chinam chinæ & similia adstringentia suppressi fuere.

8 In viscerum mala constitutione acidulas usurpantes.

9 Cibis acidis, viscidis, Nitrosis abutentes.

10 Obstructionem viscerum a metastasi febrili vel scabie retropulsa reportantes.

11 Quibus venena loco remediorum incaute data fuere.

12 Frigidum potum, corpore valde calente, avide ingurgitantes.

13 Frigida externa in nimiis hæmorrhagiis regioni hepatis.

V. *Prognosis.*

1 Ascites cum magis in viscerum læsionibus quam humorum vitiis radices habeat; ideo periculosior quam Anasarca habendus est.

2 Incipienti tamen & vasorum lymphaticorum integritatem adhuc conjunctam habenti non omnis spes Curationis deneganda.

3 Quop si vero orthopnœa, tussis sicca, sitis intensa cum hectico calore & urina lixiviosa succedant, mors ostia pulsat.

4 Juniore facilius adhuc superare possunt hunc morbum quam senes, imprimis quando morbus tardius incrementa sumit.

5 In quibus vasa lymphatica semel rupta sunt, rarissime evadunt.

6 Alvi lubricitas solatur ægros, siccitas vero omnia symptomata exacerbat.

7 Nihil periculosius est in invalescente malo quam urina rubicundo-lixiviosa: brevi enim moriuntur.

8 Oedemata, si rumpuntur, ægro quidem aliquod vitæ adhuc intervallum promittunt, nulla vero exinde speranda est restitutio. Vidimus hocce in ancilla, quæ excretione tali aquarum in Hydrope spatio aliquot hebdomadum laborabat, symptomata omnia videbantur mitigari, sed ex improviso Gangræna, pedes corripiens, vitæ finem imponebat.

9 Oedemata si externis incongruis medicaminibus repelluntur, reliqua symptomata graviora, & morbum ipsum pertinaciorem reddunt.

10 Hæmorrhagiæ narium, Asciten vel præcedentes vel eidem supervenientes, labem viscerum graviorem indicant, & utpl. funestum portendunt exitum.

11 Febris hectica Hydropi accedens ordinarie lethifera est.

12 Diarrhææ malo provecto & visceribus læsis supervenientes mortem accelerant.

13 Idem censendum est si vomitus, viribus jam fractis, ægrotos affligunt.

14 Quo magis urget ſpirandi difficultas eo minor reſtitutionis ſpes eſt.

15 Si appetitus plane eſt proſtratus ac ægroti poſt quævis aſſumpta magna anxietate ructibus ac diſtenſione affliguntur, res periculi plena eſt, præſertim in malo provectiori.

16 Quo magis ægroti in hoc morbo bibunt, eo magis capit incrementa morbus.

17 Hydrops, poſt febres intermittentes male curatas contingens, per mature revocatos paroxyſmos febriles & congruam methodum quandoque tollitur.

18 Paracenteſis eſt tantum palliativum remedium, & nullum hydropem a læſionibus viſcerum ortum curat.

VI. *Remedia.*

1 Viſcera obſtructa reſerantia & humores viſcidos incidentia & reſolventia: Rad. Pimp. alb. Vincetox. Armorac. Petaſit. Raphan. Zedoar. Tarax. Bardan. Helen. Ari, Zinz. Herb. Cent. min. Artemiſ. Abſinth. Fumar. Gard. bened. Salia media: Arcan. dupl. Tart. Vitriol. Solub. Sal polychr. Glaſ. Gummata temperata: Sagapenum, Galban. Ammon. cum Extractis amaris in pilularem formam redacta; Spiritus Tartari, Tinctur. ♃ij acris, Lumbrici terreſtres & ſpecifice commendati bufones. In cibis, præter quædam ſupra jam nominata, rad. petroſel. Sem. Sisymp. piper, caryophyll. Cineres diuretici, vel armoracia trita in Vino infuſa. Externe Sedum minus, herb. Chelidon. maj. Geran. robert. raphan. niger, fol. lapp. maj. petaſit. barban. nymph. contuſa & malleolis l. plantis pedum appoſita.

2 Materiam præparatam per alvum ſimul educentia, phlegmagoga, ſecundum ſubjectorum conditionem vel fortiora vel leniora: Elaterium, Extract. Eſul. Gumm. Gutt. Succus rad. irid. noſtrat. cort. Ebul. & Sambuc. Jalapp. mechoacan. Soldanella ſ. braſſica marina, Sem. Cartham. Pil. Beccheri, Stahlii, Sal Cathart. amar. Clyſteres hydragogi, paululum ſtimulantes.

3 Calorem hecticum mitigantia: Nitroſa, emulſiva, diaphoretica fixa, herb. & fl. bellidis, quæ quidem & in illo caſu locum habent, quando malum a ſiccitate, & exareſcentia hepatis originem habet, ubi Saponis quoque philoſophici uſus commendatur.

4 Tono proſpicientia: lenia Martialia cum amaris combinata, Salia volatilia Tincturis alcalinis acribus remixta, motus corporis fortior per vecturam aut equitationem. Diæta item Aromatica, & vini generoſioris uſus modeſtus.

Formulæ Remediorum.

1 Bolus emetico-purgans.

℞. *Conſerv. cynosb.* ʒj.	*Syr. e ſpin. cerv. q. ſ. f.*
Gumm. Gutt. ℈ß.	*Bolus. pro j. vice.*

2 Potio laxans.

℞. *Fol. Senn. ſ. ſt.* ʒij.	*Colat.* ℞. ʒjv.
Rhabarb. el. ʒj.	*Diſſolv. Mann. Calabr.* ʒj.
Cryſtall. Tartari ʒß.	*Syr. e ſpin. Cerv.* ʒß.
Infund. in ▽ *fragor. ſ. q.*	*mit. pro j. vice.*

3 Pilulæ hydragogæ Leonelli Faventini.

℞. *Elater.* ʒj.	*Salis Gemm.* ℈ij.
Bdell. ʒj.	*ms. ſ. Pil. Doſ.* ℈ß.
Maſtich. ʒß.	

4 Clyſter phlegmagogus.

℞. *Rad. bryon.*	*Coq. in ſ. q. Urin. puer. colat.*
Eſul. a. ʒß.	℞. ℥viij.
Herb. gratiol.	*Diſolv. Elect. hieræ picr.*
agrimon. ā. Mj.	*Mel. roſat. ā.* ʒvj.
fl. Geniſt.	*Sal Gemm.* ʒß.
Samb. ā. Mß.	*ms. pro Clyſmate.*
Bacc. Junip. ʒß.	

5 Alius.

℞. *Urin. puer.* ℥viij.	*Sal Gemm.* ʒj.
Terebinth. in Vitell. ov.	*ms. pro Clyſmate.*
ſol. ʒß.	

6 Electuarium diuretico-viſcerale.

℞. *Conſerv. cynosb.* ʒj.	*Tartari Vitriol.* ʒj.
viſceral. ʒß.	*Syr. bellid. q. ſ. f. Elect.*
Pulv. rad. ari.	*Doſ. Magnitudo Caſtan.*
Lumbr. terreſtr. ā. ʒij.	*bis vel ter per diem.*

7 Pulvis diureticus.

℞. *Pulv. Lumbr. terreſtr.*	*Sem. ebul.* ʒij.
♃ij *diaph. ā.* ʒj.	*ms. ſ. Pulv. Doſ.* ʒi. ℈ß.
Arcan. dupl.	*bis vel ter per diem.*
Buſon. pulver. ā. ℈ß.	

8 Species diureticæ pro Nodulo.

℞. *Rad. bryon.*	*junip. ā. Mj.*
vincetox. ā. ʒj.	*Inciſ. q. o. d.*
Ciner. ſtipit. ſabar.	*pro Nodulo Vino generoſo infundend.*
geniſt.	

9 Tinctura tonico-diuretica.

℞. *Spiritus Sal ammon.*	*ms. Doſ. gutt. 30. bis vel ter*
Tinct. ♃ij *acris ā.* ʒj. ℈ß.	*per diem.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Convenientiſſima, quæ hydropi debetur, Methodus, eſt laxatio cum diureſi leniori.

2 Ut vero eo melius ſuccedat, corpus prius præparetur per reſolventia, incidentia, Salia digeſtiva, ſic humores mobiliores & ad evacuandum aptiores reddantur.

3 Sub his purgationibus ſemper toni ratio habenda eſt, quem in finem ægrotis cibi cum zinzibere conditi ſuadendi ſunt.

4 Quod ſi vero concurrens calor hecticus temperantia expoſceret, pulveres diaphoretici modeſte Nitroſi locum habent, reliquis medicamentis interpoſiti.

5 Tandem quando optatus ſecutus eſt effectus, ſubjungenda ſunt tonio-roborantia, ſub quorum uſu motus voluntarius præcipue in extenuatis conducit.

6 Externe œdemati pedum ſuccurrunt acriuſcula ſub remediis commendata vegetabilia, abſtinendo ab acrioribus cauſticis, rubefacientibus.

7 Quod ſi malum a menſibus vel hæmorrhoidibus ſuppreſſis ortum duxerit, locum habere poteſt Venæſectio, ſed nonniſi in principio morbi celebrata, interponendo remedia aperientia, & Sanguinem ad conſuetos fluxus invitantia.

8 In Scabie retropulſa, præter ſupra dicta remedia, in uſum trahenda ſunt Mercurialia & ſulphurea, nonniſi interne tamen adminiſtranda.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In malo jam provectiori, quæcunque etiam cauſa concurrat, ordinarie neque Venæſectio, neque Scarificatio locum habet. Tractavi tamen aliquando puerperam, quæ ob lochiorum ſuppreſſionem in Hydropem inciderat; femina hæcce erat plethorica & largum ſemper menſium & lochiorum fluxum experiebatur. Tumor hydropicus, cum vocarer, genua jam ſuperaverat & reſpirandi difficultas adeo urgebat, ut ſingulis momentis ſuffocatio metuenda eſſet: ad hanc E. præcavendam Venæ ſectionem, quam ipſa ægrota ſummis efflagitabat precibus, concedebam, unde ſumma illa reſpirationis difficultas maxime imminuebatur: ſed nihilominus Aſcites in dies incrementa capiebat, & cum denuo in maximo ſuffocationis periculo verſaretur, vena iterum aperiebatur, quæ eam a ſuffocatione liberabat; tandem poſt laxantia incidentia aliaque convenientia remedia exhibita largus ſequebatur ſudor, qui ſucceſſive Hydropem tollebat. A caſu tamen hocce propter particulares circumſtantias nemo concluſionem certam formet, ac ſi Venæ Sectio in Hydrope ſit neceſſaria: illud enim exinde ſaltim ſequitur, quod Venæ Sectio interdum reſpectu ſubjecti & aliarum cauſarum aliqualem habeat utilitatem.

2 Omnes evacuationes non ſimul & ſemel inſtituendæ ſunt, ſed ſucceſſive.

3 Unde cavendum eſt a purgantibus draſticis, præcipue quando humorum viſciditas nondum correcta eſt.

4 Quo magis Aſcites inveteratus eſt, eo diutius etiam reſolventia & incidentia continuentur, ut hoc modo humores eo melius ad excretionem præparentur.

5 Pal-

5 Palliativum etiam illud remedium externum Paracenteſis per vices adminiſtranda eſt, quanquam & ſic rariſſime, niſi in principio morbi & ubi ægri adhuc εὐσπλαγχνοι ſunt, cum fructu adhibetur.

6 Cavendum eſt a remediis internis calidioribus oleoſis, carminativis, reſinoſis, & quæcunque Sanguinis Maſſæ turgeſcentiam conciliare poſſunt.

7 Nocet etiam tam Salium volatilium quam Martialium præpoſterus uſus.

8 Acidularum autem in hydrope uſus omnino rejiciendus. Erat hic femina quinquaginta & aliquot annorum, quæ varia præludia aſcitica ſentiebat: Medicus ordinarius commendabat acidulas, quas alius diſſuadebat & Hydropem præſagiebat. Prior tamen obtinebat: ab initio quidem acidulæ laudabilem videbantur edere effectum, ſed paulo poſt earum uſum ulterius ferre nequibat. Domum E. reverſa ſemper de inſigni laſſitudine & ſpirandi difficultate conquerebatur, quam brevi Aſcites lethalis ſequebatur.

9 Acriora etiam diuretica, qualia ſunt Cantharides, non temere in uſum vocanda ſunt.

10 Oedematoſis tumoribus male applicantur ſulphurea repellentia, item cauſtica acriora, rubefacientia.

11 Omnes formulæ aquoſæ plerumque nocent magis, quam proſunt, & radicem mali non tollunt.

12 Cataplaſmata etiam e variis ſtercoribus, nec non urinis, parata parum ad ſummam rei faciunt.

13 Thermarum tam internus quam externus uſus merito rejicitur, poſterior ad rupturas pedum patientes diſponit.

14 Motus per vecturam aut equitationem in malo jam ad modum inveterato locum quidem haud amplius habet, ſed in recentiori egregium præſtat uſum, ſi moderatus eſt & continuatus.

15 A potu nimio hydropici ſibi cavere debent, nec non cibis liquidioribus.

16 Ligna anti venerea in Anaſacra magis quam in Aſcite aliquem effectum edunt.

17 Efficacius in viſceribus reſerandis ſe gerunt antiſcorbutica.

18 A ſuffitibus abſtinendum eſt, quia utplurimum repellunt. Experiebatur id femina hujus loci tumoribus pedum œdematoſis laborans. Medicus ordinarius ſuadebat uſum Pilularum ex Gummatibus, extractis amaris &c. paratorum, quæ malum ſenſim ſenſimque mitigabant. Alius adhuc conſultus admodum laudabat vaporem balnei ex variis herbis præparati, pedibus exceptum; unde tumor diſparebat quidem, ſed Aſcites incurabilis ſequebatur.

19 Emplaſtra vero Diaſulphuris Rulandi & de baccis lauri vulgo commendata parum ægrotos ſublevant.

20 Non poſſum, quin hic breviter annectam obſervationem raram: Ephippiarii Gallici uxor 28. annorum temperamenti Sanguinei peculiarem prorſus patiebatur Hydropem ſpatio quinque annorum. Venter ſenſim intumeſcebat, abſque ullo pedum tumore, appetitus optime conſtabat & tranquille, donec tandem nimia abdominis intumeſcentia & appetitum & ſomnum turbaret. A variis Medicis varia laxantia, vomitoria, Diuretica &c. præſcribebantur, ſed fruſtra. Tandem Chirurgus Gallus Paracenteſin ſuadebat, poſt quam peractam ea melius ſe habebat, ſed pauco elapſo tempore venter denuo inflabatur, & cum nullum remedium aliqualem ederet efficaciam, Paracenteſis iterum inſtituebatur, quæ durante hocce morbo plus quam vigeſies inſtituta jam fuerat. Summa autem admiratione dignum eſt, menſes toto hocce tempore legitime fluxiſſe atque ægrotam res domeſticas inſigni celeritate peregiſſe. Vocabar tandem ad eam, a nullo autem medicamine ullum ſentiebat levamen: quare Chirurgus Gallus Paracenteſin reiterabat. Die ſequenti ægrota referebat, ſe inſoliti quid ſenſiſſe ſub ipſa intruſione inſtrumenti, ac ſi aliquid interius perforatum fuiſſet. Ab eo poſtea tempore ſemper pejus ſeſe habebat, menſes parcius fluebant, & pauco elapſo tempore plenarie ceſſabant, pedes ſimul inflabantur & alia Aſcitica ſymptomata accedebant. Irritis aliis Paracenteſis adhuc aliquoties inſtituebatur, ſed cum reliqua accidentia indies augerentur, tandem mors hiſce omnibus finem imponebat. An poſt mortem cadaver apertum fuerit, me latet: Probabile tamen videtur, aquas haſce intra peritonæi duplicaturam latitaſſe. Similem fere obſervationem habet *Job van Meekren Obſ.* 52.

Caput Quintum.

De

Tympanite.

I. *Definitio*: Eſt ſpecies hydropis cum eximia expanſione abdominis, ad inſtar tympani ſonum edentis, quando percutitur, nec non continuo rugitu & ructus edendi conamine conjuncta, a flatibus originem habens.

II. *Differentia.*

A reliquis hydropis ſpeciebus concurſu eximiæ flatulentiæ & majoris diſtenſionis abdominis, ſplendidam fere cutem exhibentis & ſonitum a compreſſione vel percuſſione edentis. Vid. *Tabulæ præcedentes.*

III. *Signa.*

1 Plurima cum Aſcite ſigna communia habet, reſpirationis nimirum anguſtiam, extenuationem faciei, pectoris & brachiorum.

2 Laſſitudinem corporis, tuſſim ſiccam, ſomnum graviorem, ſitim & calores internos, urinam paucam aquoſam vel lixivioſam:

3 Tumores pedum, qui tamen proportionem, quæ reliquis Hydropis ſpeciebus familiaris eſt, haud adæquant.

4 Peculiare plane habet, quod abdomen magis quam in Aſcite extendatur, & frequentia murmura & ſonitus, præcipue ſi percutiatur, edat: tantum tamen abdominis pondus non ſentiunt ægrotantes ac in Aſcite.

5 Inſuper etiam rugitibus abdominis & vacuis ructandi conatibus ſtipatus eſt: ſi ructus per ſuperiora evacuantur, aliquantulum melius ſe habent ægrotantes.

IV. *Subjectum.*

1 Atonia inteſtinorum, imperitis Medicationibus vel incongrua diæta debilitatorum & enervatorum, laborantes,

2 Diuturnas obſtructiones menſium vel hæmorrhoidum & Hyſterica vel Hypochondriaca mala habitualia tolerantes.

3 Qui in febribus intermittentibus incongrue tractati ſunt, & hinc inteſtinorum & viſcerum labefactiones reportavere.

4 Cibis craſſioribus & flatulentis utentes & hinc Saburram vaporoſam & verminoſam colligentes. Vid. *Bonet. Sepulchret.* p. 1121. & ſeq.

5 Maxime etiam fœminæ, quæ infauſtis puerperii ſucceſſibus obnoxiæ fuere, aut abortum paſſæ ſunt.

V. *Prognoſis.*

1 Tympanites nunquam non periculo vacat.

2 Qui adhuc recens eſt, & febribus male curatis ortum debet, facilius curatur, quam qui a læſione inſigniori viſcerum internorum dependet.

3 Omnis tympanites, qui altas jam in corpore radices egit, vel non, vel difficillime curatur.

4 Quo magis aſcitica pathemata concurrunt, eo minor reconvaleſcentiæ ſpes ſupereſt.

5 Reſpirationis maxima anguſtia, ſitis intenſa, hectica corporis ſuperioris conſumtio, urina lixivioſa & pauca, pedum ſucceſſiva intumeſcentia, peſſima præbent ſigna.

VI. *Remedia.*

1 Materiam in inteſtinis hærentem incidentia & reſolventia: Salia digeſtiva, Tartar. Vitriol. Arcan. dupl. Sal Polychr. Glaſ. digeſtiv. Sylv. Cathart. amar.

ſ. Ep-

ſ. Epſon. Vegetabilia aperientia: Rad. pimpinell. alb. Vincetox. Apii, Bryon. Helen. Herb. Chamædr. Hyſſop. Cochlear. Naſturt. Card. Bened. Abſinth. Fumar. Cent. min. eorumque Salia fixa, Gummi-reſinæ: Ammoniac. Galban. Sagapen. Heder. Juniper.

2 Superfluum ſerum & materiam flatulento-viſcidam per alvum evacuantia, phlegmagoga ſic dicta: Gummi Gutt. rad. Irid. Bryon. Cort. Samb. ejuſque rob, nec non Ebulinum, Herb. Soldanell. Mercur. dulcis, Decoctum Epiphanii Ferdinandi, Pil. Beccheri & Stahlii veræ.

3 Roborationi toni proſpicientia, lenia Carminativa & ſubadſtringentia: interne Sem. Dauci, Cumini, fœniculi, aniſi, anethi, Cort. Citr. Aurant. Spir. Tartari a Sachſio in Ampelographia laudatus, C.C. Tinctura Antimonii, Tartari, Martis Vitrioli Lud. Eſſent. millefol. Externe linimenta & Empl. nervina, nec non Sacculi diſcutientes & roborantes ex Herb. Chamom. Matricar. Nepeth. Bacc. Junip. Sem. Mil. Aniſ. Fœnic. furfur.

4 Sanguinis menſtruo vel hæmorrhoidali obſtructo viam aperientia: præter ſcil. interna appropriata Venæſectio in pede, vel hirudinum ad loca ſolita applicatio.

Formulæ Remediorum.

1 Nodulus laxativus.

℞. *Rad. Pimpin. alb.* *Apii* *Bryon. ā.* ℥ß. *Herb. Chamædr.* *Hyſſop.* *Card. bened. ā.* M ß *Sum. Abſinth.* *Fl. Cent. min. ā. p. j.* *Cort. ⊙rum* ʒii. *Sem. Anis.* *Fœnic. ā.* ʒj. *Fol. Senn. ſ. ſt.* ℥j. *Rhabarb. el.* ℥ß. *Fibr. Helleb. nigr.* *Agar. mund. ā.* ʒij. *Tartar. Solub.* ʒiij. *Incis contus. infund.* ℔i. ▽ *fervent & poſtea affund.* ℔iij. *Vin. generoſ.*

2 Decoctum laxans Epiphanii Ferdinandi.

℞. *Rad. Cucum. agreſt.* *Ireos.* *Cort. intern. Sambuc.* *Herb. Soldanell. ā.* ʒiij. *Inciſa infunde per* 1½ *dies in* ℔vj. *Vini albi & clari, deinde ebulliant ad conſumtionem unius tertiæ, quo tempore adde Cumini (Paniſi, vel fœniculi, vel Ammios, Dauci vel Seſeleos, vel Rutæ) anethi ā. p. 1.* *Cort. Citr.* ℥j. *Cinamom.* ℥ß. *Sagapen.* *Maſtich. ā.* ʒij. *Hæc una ebulliant adhuc, ſecundum artem coletur, ſervetur, Doſ.* ℥vj. ℥vij *aliquoties, poſt aliquot dierum intervalla, repetenda.*

3 Pilulæ laxantes & vomitoriæ.

℞. *Maſſ. Pil. Tartar.* *e Gumm. ammon. ā.* ʒß. *Gumm. Gutt.* *Extract. helleb. nigr. ā. gr. v. ms. f. Pil. No. XIX. pro 1. doſi.*

4 Pulvis reſolvens & diureticus.

℞. *Lumbr. terreſtr. ppt.* *Sem. Ebul. ā.* ʒj. *Tartar. Vitriol.* *Arcan. dupl.* *Sal abſinth. a.* ʒß. *ms. f. Pulv. d. ad Scat. Doſ.* ʒj. *bis vel ter per diem.*

5 Alius Stomachico-diureticus.

℞. *Pulv. Stomach. Birckmann.* ʒij. *Lumbr. terreſtr. ppt.* *Tartar. Vitriol. a.* ʒj. *Sal Card. Bened.* ʒß. *ms f. Pulv. doſ. & uſus ut præcedentis.*

6 Eſſentia diuretico-nervina.

℞. *Spiritus Tartari,* *Tinct. ♁ii acris a.* ʒſß. *ms. Doſ. gutt.* 30. *bis vel ter per diem.*

7 Sacculus diſcutiens.

℞. *Herb. Chamom.* *Matricar.* *Menth. criſp. a. Mj.* *Bacc. Junip.* ℥ß. *Sem. Fœnic.* *Aniſ. a.* ʒij. *Inciſ. contus. in clud. Sacc. ventri imponendo.*

8 Balſamus Stomachicus & Carminativus.

℞. ○° *Nuciſt. expr.* ʒj. *deſt. Tacamah.* *Aneth.* *Aviſ. a.* ʒß. *Balſam. Peruv.* ℈j. *M. pro inunpendo Scrobiculo cordis & umbilico.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Materia viſcida lenta fermenteſcens, flatibus anſam præbens, incidenda, reſolvenda & ad diureſin diſponenda per remedia Salina; rad. aperientes & alexipharmaco-diuretica, nec non Gummi reſinas.

2 Si obſtructio menſium vel hæmorrhoidum prægreſſa fuerit, in malo recentiori vena ſecanda eſt in locis inferioribus, vel pro re nata locis hæmorrhoidalibus hirudines applicandæ, interpoſitis remediis, quæ hæmorrhagias conſuetas reſtituunt.

3 Materia peccans ad excretiones diſpoſita evacuanda eſt per alvum & in robuſtioribus per vomitum, & tales evacuationes, præſertim per alvum, repetantur, quoties neceſſitas earum uſum ſuadet.

4 Subſtituenda tandem & interponenda ſunt lenia Carminativa interne & externe uſurpata, nec non ſubadſtringentia.

5 Ubi a febribus intermittentibus ortum habuit, eo magis digeſtiva & Noduli laxativi, cum radicibus incidentibus & herbis amaris, locum habent, interponendo & alia, quæ partim diureſi, partim roborationi partium proſpiciunt.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Omnia quæ in hydrope annotata ſunt, & hic obſervanda veniunt.

2 Omnes fortiores evacuationes, abſque perito præparantium præmiſſo uſu, plus damni quam emolumenti afferunt.

3 Optima methodus eſt, quæ per epigraſin inſtituitur, materiæ nimirum digeſtione, leni diuretica & alvina evacuatione & tandem ipſius labefactati toni reſtitutione.

4 Calidiora cariminantia remedia quam maxime nocent, imprimis ſi digeſtiva & evacuantia neglecta fuere.

5 Equitatio a Sydenhamio in Phthiſi & Hectica laudata, imprimis & hic locum habet, ordinando ægrotis aliquantum adhuc orthoſtadiis; nulla enim fere re tonus viſcerum abdominis certius reſtituitur, quam hoc exercitio ſenſim inſtituto, & diutius continuato.

6 Nimius potus, imprimis aquoſus, adauget ſtaſes ſeroſas; unde parciori potu utendum eſt.

7 Vinum ipſum Medice uſurpatum non reformidandum eſt, & quo generoſius, eo melius. Poteſt autem ejuſdem vis inebriativa & ſulphurea infringi per Decoctum diureticum Ordinarium.

8 Pro vi etiam diuretica ejuſdem augenda optime cineres ex herbis diureticis parati eidem infunduntur.

9 In fœminino ſexu uſus Pilularum Stahlii vel Beccheri verarum haud male ſe gerit.

10 Nunquam concedenda ſunt flatulenta, viſcida & fermenteſcentia, neque in cibis neque remediis; horum loco potius uſurpentur incidentia varia, ſuccus Raphani, Armoracia, Sinapi, & Naſturtium.

CAPUT QUINTUM,

DE

Hydrocephalo.

I. *Definitio.* EST tumor aquoſus Capitis quandoque ſatis inſignis, a lympha, in capitis vel internis vel externis partibus ſtagnante, originem habens.

II. *Differentia.*

1 Diſtinguitur ab aliis hydropis ſpeciebus ratione loci, qui in hoc affectu Caput tantum ſibi vindicat.

2 Ra-

2 Ratione etiam sui ipsius differt. Alius enim sedem habet intra Cranium, alius extra illud.

III. *Signa.*

1 Quando Hydrocephalus externe sedem habet, facillime sese manifestat. Conspicuus nimirum tumor est in superiori præcipue Capitis parte a fronte ad occiput usque.

2 Diaphaneitate præterea gaudet, quæ, appositа candela, oculis sese offert.

3 Tumor ratione magnitudinis variat: quandoque enim inter limites suos adhuc subsistit, quandoque extraordinarie attollitur.

4 Partes inferiores rarius ab eodem valde occupantur & inter eas minime labia, nasus, oculi.

5 Quod si intra cranium aqua stagnet, tumor externe durior, nec trasparens est, suturæ dehiscunt, oculi prominent, & patiens continuo ad soporem inclinat.

IV. *Subjectum.*

Obnoxia huic affectui præcipue est infantilis ætas, quæ sub partu difficiliori restrictiones violentas versus caput, ex utero jam exclusum, factas, vel aliam vim intra vel extra uterum, passa erat.

V. *Prognosis.*

1 Prout tumor vel major vel minor est, eo faciliorem aut difficiliorem curam admittit.

2 Qui extra Cranium, intra cutem & pericranium, sedem habet, curatu multo facilior est, quam qui ad interiora cerebri sese etiam extendit, quippe qui non tantum plures in medendo difficultates involvit, sed & ut plurimum evidens periculum conjunctum habet.

VI. *Remedia.*

1 Aquam collectam evacuantia, phlegmagoga, nutricibus vel infantibus aliquoties exhibenda: Mechoacann. Syrupus rosar. sol. e Spina cervin.

2 Eandem discutientia, lenia anticatarrhalia: e lignis anti venereis, Succino, Antimonio, Tartaro, Decoct. Lign. Quajac. Sassafr. Rad. Sarsapar. Chin. Antimon. diaph. Tart. Vitriol. Arcan. Tartari, Tra℥ij, Tartar. Essent. succin. vel infanti, vel, si teneriores adhuc fuerint, nutrici exhibenda. Externe fotus & Sacculi discutientes ex Herb. Chamom. Puleg. Origan. Absinth. Rut. Fl. Sambuc. Melilot. Sem. Cumin. Fœnic. Anis.

3 Quæ externe aquæ stagnanti immediate exitum concedunt, ex fonte Chirurgico depromuntur.

Formulæ Remediorum.

1 Species pro Decocto anticatarrhali.

℞. *Rad. Sarsapar.* *Chin.* *Liquir. ā.* ℥ß. *Lign. Quajac.* ℥vj. *Sassaf.* ℥iij. *Sem. Fœnic.* ℥ij. *Incis. contus. d. ad ch. pro Decocto loco potus ordinarii inserviendo.*

2 Tinctura anticatarrhalis.

℞. *Tra℥ij acris, Ess. lign. ā.* ℥ß. *Succin.* ℥j. *M.* *bis per diem ad* 30. *guttas assumenda.*

3 Sacculus discutiens.

℞. *Herb. Origan, Chamom. Puleg. ā. M*ß. *Fl. Stœchad. Arab. Lavend. Ror. mar. ā. p. j.* *Sem. Cumin. Fœnic. ā.* ℥j. *Incis. contus. includ. Sacculis in Vino coquendis & calide applicandis.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Aqua in Capite stagnans discutienda & evacuanda est, per resolventia, anticatarrhalia & phlegmagoga sibi invicem justo ordine interposita & subjuncta.

2 Quando internis & externis remediis malum haud obedit, Chirurgia in auxilium vocari potest, incisionem in loco quodam declivi Capitis per Scalpellum faciendo.

VIII. *Cautelæ* Practicæ:

1 In tenella adhuc infantis ætate ab omnibus fortioribus abstinendum est.

2 Præstat etiam medicamenta nutrici potius quam infanti exhibere, nisi admodum blanda sint.

3 Forestus Unguentum ex ℥o chamom. ℥iv. & Sulph. pulv. ℥ij. commendat, sed deterret sulphuris repellendi vis.

4 Incisio in illo tantum casu locum habet, quando intra cutem & pericranium aqua collecta est.

5 Neque etiam uno impetu eandem evacuare decet, sed sensim sensimque; alia mors accelerari posset.

6 Quando aqua intra cranium stagnat, suadent quidam Auctores trepanationem, sed imitari easdem variæ difficultates prohibent: adde, quod Summæ rei per hanc Operationem etiam feliciter institutam parum utilitatis accedat, cum in hoc casu aqua sæpius etiam in ipsis interioribus cerebri partibus stagnet.

CAPUT SEXTUM.

DE

Hydrope Pectoris.

I. *Definitio.* EST species hydropis satis gravis, a depositione seri ac lymphæ in cavitatem thoracis originem ducens.

II. *Differentiæ.*

1 Alius utramque thoracis cavitatem occupat, alius alterutram tantum.

2 Quomodo ab Empyemate, Asthmate humido, aliisque pectoris morbis distinguatur, ex signis, cuique affectui propriis, facile patebit.

III. *Signa.* Si ullus est morbus cognitu difficilis, Hydrops sane pectoris est, sequentia tamen ab Authoribus recensentur.

1 Conqueruntur ægri de angustiis præcordiorum, respiratione difficili, noctu præcipue ægrum affligente.

2 Concurrit ut plurimum palpitatio cordis, tussis sicca, dolor gravativus in pectore ad circum ferentiam diaphragmatis usque sese extendens.

3 Quando ægri corpus inclinant, percipitur aquarum fluctuatio.

4 Appetitus quandoque satis sibi constat, ipsa etiam excrementa per alvum, urinam, sudores sæpius rite excernuntur.

5 Malo tamen incrementa magis sumente, hæc omnia imminuuntur & extraordinarie se habent.

6 Scrotum etiam & pedes tunc cum abdomine intumescere incipiunt.

7 Et quod observatu dignum est, notante Histor. Morb. Urat. Scrotum attollitur in tumorem, antequam vel venter vel pedes intumescant.

8 Succedit etiam febricula hectica, ita ut partes superiores, tumentibus inferioribus, consumantur & exarescant.

IV. *Subjectum.*

1 Phlegmatici & Sanguineo-Phlegmatici labem insigniorem in viscеribus, lymphæ secretioni potissimum inservientibus, possidentes.

2 Variis excretorum & retentorum vitiis expositi.

3 Aerem crassum, nebulosum inhabitantes, Diætæ etiam crudæ, phlegmaticæ addicti, nec non otium & somnum nimium amantes.

4 Imprimis scabiei perversas medicationes passi, aut diuturnis asthmaticis affectibus vexati.

V. *Prognosis.*

1 Cum morbus hic ut plurimum læsionem alicujus visceris pro causa habeat; ideo Curatio ejusdem non absque summa difficultate procedit.

2 Quando perite, secundum secretiones & excretiones debitas, tractatur, per plures annos durare potest.

3 Sæpius tamen ex improviso ægri, quasi suffocati, intereunt.

4 Urinam bene & in magna quantitate procedere, bonum est.

5 Quo magis imminuitur & tingitur, cum sedimento furfuraceo aut lateritio, eo pejor ægroti status.

6 Quo magis tussis, respiratio difficilis, præcipue sub somno, sitis, febricula urgent, eo omnia periculosiora.

VI. *Remedia.*

1 Serosam colluviem in thorace collectam per alvum evacuantia, phlegmagoga, aliquoties jam nominata, ad quæ etiam Electuarium hydragogum Sylvii, quod tamen vehementius purgat, lenitivum Burrhi & similia referenda.

2 Eandem incidentia, per urinarias vias educentia: Salia alcalia & media prudenter exhibita: Arcan. dupl. Tartar. Vitriol. Sal digestivum Sylvii, Sal Geniſt. Absintii Cent. min. Rad. Vincetox. Apii, Petroselini, Pimpinell. alb. Raphan. Herb. Nasturt. Cochlear. Piperit. Sem. Sinap. Nasturt.

3 Diapnoen habitus externi promoventia, diaphoretica fixa: Oc. ♋. ppt. ♁ diaph. Bez. min. Cinnabaris antimonii, Decocta ex lignis antivenereis.

4 Viscerum tonum & humorum fluiditati simul prospicientia, acriuscula, nec non subamara: Rad. Helen. Vincetox. Pimpin. alb. Ari, Curcum. Zinzib. Galang. Herb. Fumar. Card. Bened. Absinth. Cent. min. trifol. fibrin. Pilulæ ex extractis amaris cum Gummatibus blandis sociatæ, Essent. Cort. ♁rum, Adianth. alb. Tinctura ♁ij, Tartari. Huc etiam referendus Motus Corporis per equitationem aut vecturam, in malo non ad modum inveterato.

Formulæ Remediorum.

1 Nodulus laxativus.

℞. *Rad. Bryon.*	*Ebul. ℥. ʒj.*
Apii.	*Fol. Senn. ſ. ſt. ʒvj.*
Polypod. qu. ℥ ʒſs.	*Agar. mund. ʒſs.*
Herb. Tussilag.	*Fibr. helleb. nigr. ʒij.*
Capill. ♁ris,	*Tart. Solub. ʒiij.*
Salv. Sylv. ℥. M ſs.	*Incis. contus. d. ad. ch. c. aqua & vino infundend. & alternis diebus ad ʒvj. vij. usurpand.*
Fl. Scabios.	
Bellid. ℥. p. j.	
Sem. Erysim.	

2 Electuarium hydragogum.

℞. *Conserv. cynosb. ʒj.*	*Syr. capill. ♁ris q. ſ. f. Elect. bis vel ter per diem nucis juglandis magnitudine sumendum.*
Rob. Samb. ʒvj.	
Sem. Ebul. ʒſs.	
Pulv. lumbr. terrestr.	
Tart. Vitriol. ℥. ʒj.	

3 Mixtura pectoralis ex Hist. Morb. Urat. in suffocationis metu.

℞. ♂♀ *amygd. d. ʒj.*	*ad ignem sub diligenti agitatione paretur.*
Sperm. Cet. rec. ʒiij.	
Liq. C. C. Succin. ʒſs. M	

VII. *Methodus medendi.*

Eodem fere modo ac in reliquis hydropis speciebus instituitur.

1 Serum superfluum in corpore stagnans expellendum est, cum per laxantia & diuretica; tum diapnoica justo ordine sibi interposita & subjuncta.

2 Quando febricula concurrit, auxilium ferendum est per gelatinosa, diaphoretica fixa, Nitrosa & emulsiva.

3 Ipsis vero viarum & humorum vitiis succurrendum remediis incidentibus, subamaris, tonicis.

4 Ubi suffocationis metus intercurrit, commiscenda sunt remediis pectoralibus, balsamicis, Salia volatilia in minori dosi, & alvus laxanda per Clysteres.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Venæsectio sicuti in aliis hydropis speciebus, ita neque hic conducit.

2 Neque etiam ea, quæ externe tantum serum evacuant, nimirum Paracentesis, Vesicatoria, Fonticuli aliquid ad summam rei conferunt, quin potius, præcipue posteriora, eximia sæpe damna & pericula pariunt.

3 A purgantibus fortioribus, in malo provectiori & concurrente febricula, abstinendum est.

4 Diuretica fortiora, imprimis Salina, in morbis pectoris caute sunt propinanda, ob stimulantem, & turgefacientem, quam possident, vim.

5 Diapnoica quoque, quæ adhibentur, debent esse temperatoria, ne humores in orgasmum concitentur.

6 Quo magis viscera sunt læsa, eo blandior semper adhibenda medendi methodus, ne plus damni, quam emolumenti afferatur.

Caput Septimum.

De

Hydromphalo, & Hydrocele.

I. *Definitio.*

1 *Hydromphali.*

Est ingens umbilici prominentia, a subtus stagnante sero originem habens.

2 *Hydroceles:*

Est tumor scroti solito major, ab aqua in ejusdem tunicis collecta proveniens.

II. *Differentia.*

1 Hydromphalos facile distinguitur ab *Enterompholo* & *Epiplomphalo*: in illo enim tumor mollis & transparens est, nec removeri potest; in his autem tumor non admodum mollis, nec pellucidus est, & si digitis premitur, vel æger in lecto situm servat supinum, tunc vel sensibiliter subsidet, vel plane disparet.

2 Hydrocele a *Pnevmatocele* distinguitur per tumoris transparentiam & gravitatem, quæ in hydrocele adest, in pnevmatocele vero opacitas & levitas ipsius tumoris observanda. Deinde etiam Hydrocele lento gradu procedit; pnevmatocele autem in infantili & puerili ætate ex improviso sæpius ingruit.

III. *Signa.*

1 *Hydromphali:*

1 Tumor est laxus & mollis, plurimum ascites vel antecedens vel concomitans.

2 Quando digitis premitur, aqua intus contenta quasi fluctuans percipitur.

3 Præterea si candela apponitur, diaphaneitatem ostendit tumor.

2 *Hydroceles:*

1 Tumor adest mollis & indolens solito major, in alterutro scroti latere vel etiam utroque conspicuus.

2 Si candela opponitur, instar vesicæ aqua plenæ, pellucidus est.

3 Gravitate etiam sua ægro molestus est.

4 Sæpissime Ascites concomitatur, aliquando tamen etiam idiopathice evenit.

IV. *Subjectum.*

1 Hydromphalo obnoxia quandoque est ætas infantilis, nec non consistens Ascite laborans.

2 Hydrocelen experiuntur tam adulti quam infantes, & præcipue illi, qui Asciti obnoxii sunt. Quandoque etiam illis familiaris est, qui partium relaxationem a contusione, & compressione scroti obtinuere.

V. *Prognosis.*

1 Hydromphalos, qui idiopathice infantibus evenit, facile medicationi obedit.

2 Quando vero symptomatice Ascite concomitatur, nulla Curatio solida, nisi causa mali primarii sublata, speranda est.

3 In Ascite rumpitur quandoque tumor & aqua cum impetu effluit, non absque levamine patientis.

4 Hydrocele idiopathica itidem facilius curatur, quam complicata cum hydrope, quæ difficillime Curam admittit.

5 Sæpius ad insignem magnitudinem excrescit tumor & per plures annos subsistit, aqua tamen stagnante nullam putredinem concipiente.

6 Quæ punctione curatur hydrocele, brevi redit, si ab interno fomite dependeat.

VI. *Remedia.*

1 Interne humores viscidos incidentia & evacuantia, quæ præcedentibus capitibus in hydropis speciebus sunt

lau-

laudata, nimirum Noduli laxativi & resolventes cum epicrasi agentes.

2 Externa tumorem discutientia, Carminativa & resolventia: Rad. Sigill. Salom. Bryon. Vincetox. Irid. flor. Caryophyllat. Helen. Herb. Chamom. Calaminth. Origan. Matricar. Puleg Chæref. Flor. Melilot. Ror. Mar. Bacc. Laur. Junip Sem. Fœnic.

3 Externe aquam immediate evacuat punctio mediantibus instrumentis peculiariter ad hoc opus adaptatis.

4 Ulteriorem aquæ collectionem præcavent exsiccantia & subadstringentia, cum discutientibus modo nominatis remixta, v. g. fl. Balaust. Ros. rubr. Bacc. Myrt. Nuc. Cupress. in Vino rubro cocta. Nec non Diæta sicca, aromatica, calor externus.

Formulæ Remediorum.

1 Nodulus laxativo-resolvens.

℞. *Rad. Bryon.* *Rhabarb. el.*
Vincetox. a. ʒß. *Agar. mund. a.* ʒiij.
Irid. fl. ʒij. *Fibr. Helleb. nigr.* ʒj.
Herb. Card. Bened. *Cryſtall Tartari* ʒij.
Bapill. Oris. *Incis. contuſ. q. ad ch.*
Triſo. fibrin. a. Mß *Cum* ℔j. *aquæ fervent. et*
Summ. Abſinth. p. j. *Vin. generoſ.* ℔iij.
Sem. Petroſel. *infund. & alternis die-*
Cumin. a. ʒj. *bus ad* ʒvj. *ab adultis*
Fol. Senn. ſ. ſt. ʒj. *uſurpand.*

2 Pulvis diuretico-diapnoicus.

℞. *Oc.* ♋. *ppt.* *Cinnabaris* ♎ij ℈j. *M. ſ.*
♎ij *diaph. a.* ʒj. *Pulv.*
Tartar. Vitriol. *Doſ.* ℈j. *bis, ter per diem.*
Magiſt. Sulph. a. ʒß.

3 Eſſentia diuretico-diapnoica.

℞. *Træ* ♎ij *acris,* *ms. Doſ. gutt.* 30. *Mane in*
Eſſ. lignor. a. ʒiſß. *juſculo.*

4 Sacculus diſcutiens.

℞. *Rad. Bryon.* *Junip. a.* ʒß.
Sigill. Salom. *Sem. Cumin.*
Vincetox. a. ʒvj. *Fœnic. a.* ʒj.
Herb. Puleg. *Incis. contus. includ. Sacc.*
Chamom. a. Mj. *& Coq. in Vin. calide*
Flor. Roſ. r. *per aliquot dies appli-*
Melilot. a. p. j. *cando.*
Bacch. Laur.

5 Decoctum diſcutiens & ſubadſtringens.

℞. *Herb. Abſinth.* *Nuc. Cupreſſ. a.* ʒij.
Calaminth. a. Mj. *Incis. contuſ. Coq. in Vin.*
Flor. Chamom. *rubro cum ſpongia ap-*
Balauſt. *plicand.*
Bacc. Myrt.

VII. *Methodus Medendi.*

1 In cauſa idiopathica corpus per remedia in ſerum & lympham viſcidam ſtagnantem agentia expurgandum eſt.

2 Loco immediate affecto ſuccurrendum per diſcutientia & reſolventia, ſub Sacculorum vel Decocti, in Spongia applicandi, forma uſurpanda.

3 Ubi vero neque interna neq; externa auxilium ferunt, & tumor admodum magnus eſt, per punctionem aqua educenda eſt, ſubjungendo interne ſanguinem purificantia, externe vero deſiccantia & ſubadſtringentia, aquarum collectionem præcaventia.

4 Inſuper Diæta inſtituatur ſicca, paululum aromatica & modice vinoſa.

5 In malo Symptomatico reſpiciatur imprimis ad cauſam primariam: nam, ſublato morbo, tolletur effectus.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Sicuti Paracenteſis in Hydrope merum palliativum remedium eſt, ſic punctio in Hydromphalo & Hydrocele.

2 Eo minorem autem præſtat uſum, quo certius alius morbus concurrit.

3 Quando ſymptomatice occurrunt hi tumores, magis ad primarium reſpiciendum eſt morbum, quam hæc ſymptomata.

4 Repellentia externa nunquam non fugienda ſunt, ob majora exinde metuenda mala.

5 Camphorata in ſtaſibus hujuſmodi ſeroſis parum auxilii præſtant, ſed potius ſubtiliores ſeri partes diſſipant, craſſioribus relictis.

CAPUT OCTAVUM.

DE

Oedemate.

I. *Definitio*: ESt tumor indolens, mollis & pallidus, digitorum impreſſorum veſtigia relinquens, & in ſuperioribus vel inferioribus artubus v. g. manubus, aut pedibus contingens, a ſtagnante lymphatico-ſeroſo humore originem habens.

II. *Differentia.*

1 Aliud eſt *idiopathicum*, a cauſis magis externis ſimpliciter dependens.

2 Aliud *ſymptomaticum*, Hydropem, Phthiſin, Hecticam, Quartanam male curatam, Cachexiam concomitans & ſubſequens.

3 Differt a *Cachexia*, quæ univerſum corporis habitum, flaccidum, pallidum & ſubtumidum conſtituit.

4 Ab *Anaſarca* & *Leucophlegmatia*, ubi pariter univerſum corpus tumore inſigni, ad ſplendorem quaſi cutis ſeſe extendente, afficitur.

5 Ab *Aſcite* & *Tympanite*, in quo, præter œdemata pedum, eximia abdominis diſtenſio occurrit. Adeoque tumores hi magis pro univerſalibus, Oedemata autem pro particularibus pedum & manuum habenda ſunt.

6 Differt denique a *tumore rheumatico* & *podagrico*, ubi dolor, rubor, & durities potius quam mollities partis affectæ obſervatur.

III. *Signa*

1 Occupant Oedemata ab initio extremos quaſi artus, id eſt, manus & pedes ſtricte ſic dictos, parvumque & vix percipiendum tumorem conſtituunt.

2 Senſim vero ſenſimque magis augeſcunt, cutemque tumidam & pallidam reddunt, digitiſque impreſſis foveas præbent.

3 Nullo vero dolore moleſta ſunt, niſi ad eum gradum aſcendant, ut cutim ad ſplendorem quaſi extendant, ubi tenſio dolorifica percipitur.

4 Præcipue autem circa veſperam maxime ſunt conſpicua, nocte autem calore lecti fere diſcuti & diſparere ſolent.

5 Frequentius vero occupant pedes, quam manus.

6 Corpus ſub hac conſtitutione ad negotia conſueta laſſum & torpidum eſt, appetitus ad frigidos quam calidos cibos magis inclinat, ſomnus profundus & diuturnus plerumque.

7 Urina in minori excernitur quantitate, ſub pallida vel lixivioſa ſpecie.

8 Quando cum alio morbo complicatum eſt malum, ſive, ut illius ſit quaſi conſequens, in extremitatibus artuum non ſolet ſubſiſtere, ſed magis magiſque ſeſe extendere, & fere univerſum partem occupare.

9 Quoad tactum frigida ſunt Oedemata & pallida, ultimo tamen tempore hinc inde maculæ rubicundæ apparent, & vaſa ſanguifera in conſpectum veniunt.

10 Non raro etiam in hoc caſu contingit, ut rumpantur hæcce œdemata, & ſero ſtagnanti continuum concedant exitum.

IV. *Subjectum.*

1 Phlegmaticum, aut prædominans hoc temperamentum poſſidentes.

2 Senes, deſides, ſomno & lautæ Diætæ maxime indulgentes.

3 Gravidæ, in ultimo geſtationis tempore conſtitutæ.

4 Quibus apoſtaſes febriles vel eryſipelata per diſcutientia fortiora externa tractata fuere.

5 Loca humidiora inhabitantes & victu craſſiori utentes.

6 Sæpius etiam illis eveniunt, qui febres acutas vel alios morbos graviores ſuperavere.

7 Symptomatice a mala viſcerum & humorum conſtitutione experiuntur œdemata hydropici, cachectici,

quartanarii male tractati, Phthisici, asthmatici diuturni.

8 Quibus in febribus Salia volatilia in majori quantitate fuere exhibita, ut inde hepatis strictura fuerit inducta, aut etiam quibus nimia absorbentia data fuere.

9 Aut quibus Scabies retropulsa est.

10 Vulnerati, per refrigerantia externa tractati.

11 Fœminæ denique mensium suppressione & viri hæmorrhoidum obstructione laborantes.

12 Qui crura nimis stricte ligant & simul vitam sedentariam agunt.

V. *Prognosis.*

1 Omnia œdemata maximam merentur attentionem.

2 Quo simplicius est œdema, eo major restitutionis spes habenda.

3 Omnia Oedemata, ab humorum vitiis dependentia, facilius curantur, quam quæ a viscerum læsionibus ortum habent.

4 Unde ascitica, tympanitica, phthisica, asthmatica, hectica admodum sunt periculosa.

5 Oedemata post male curatam Quartanam evenientia, nisi febris revocetur, facile hydropem post se ducunt.

6 Oedemata simplicia, si fortioribus discutientibus retropelluntur, viscera obstruunt & morbum complicatum non raro lethalem producunt.

7 Quamdiu adhuc sunt vaga & in lecto disparent, eo magis restitutio speranda.

8 Meliorem etiam spem præbent, si interdiu & extra lectum non admodum frigida sunt, neque nocte aut in lecto insigniter æstuant.

9 Quod si rumpantur, aut plane in gangrænam cum symptomatibus gravioribus stipatam abeant, de ægroto actum est.

10 Quando dolores acerbiores in meditullio quasi partis patiuntur ægri pessimum est signum & gangrænam imminentem portendit. Observavi hoc in duabus feminis. Prima erat puerpera, quæ post lochiorum minus bene succedentem fluxum œdemate insigni sinistri pedis correpta fuerat. Tertio mense, post quam varia jam usurpaverat remedia, vocabar: tumor se ad inguina usque jam extendebat, cutis nitebat & hinc inde maculæ minores rubicundæ apparebant & ægra de magnis doloribus conquerebatur: præscribebam Tincturam alcalinam cum Ess. alexipharm. Stahlii mixtam; externe vero usum linteaminum calidorum suadebam. Sed dolores indies augebantur, ita ut omnes noctes insomnes transigeret, maculæ colorem mutabant & fiebant plumbei coloris ac tandem nigræ, pustulæ quoque majores & minores ejusdem coloris hinc inde conspiciebantur, accedebant Lipothymiæ & tandem mors. Altera pariter post puerperium levi saltem Oedemate correpta fuerat, quod, cum nihil incommodi exinde sentiret, negligebat, sed elapso aliquo tempore insignes accedebant dolores cum aliquot maculis rubicundis hinc inde conspicuis. Medicus ordinarius credens erysipelacei quid subesse præscripserat pulverem erysipelatoden Mynsichti. Sed cum hicce nil solidi præstaret, vocabar ad eam, consentiente Medico ordinario: omnibus probe consideratis libere profitebar, me Gangrænam metuere; & hinc usum alexipharmacorum suadebam: ordinarius vero metum huncce inanem esse excipiebat. Sed exitus monstrabat veritatem, Sphacelus enim elapsis octo diebus cum gravissimis Lipothymiis diu durantibus & mors sequebatur.

VI. *Remedia.*

1 Hæmorrhagiis obstructis v. g. mensibus vel hæmorrhoidibus, si subsunt, consulunt præter appropriata V. S. in pede, vel in posteriori malo hirudinum usus.

2 Seri muciditatem & spissitudinem incidentia & corrigentia: Rad. Ari, Bard. Cichor. Vincetox. Onon. Apii, Petrosel. Helen. Petasit. Pimpin. alb. Tarax. Lign. Quajac. Sassafr. Herb. Card. Ben. Fumar. Trifol. fibrin. Nasturt. Cochlear. Capill. Qris Summ. Absinth. Cent. min. Gummata temperata: Ammon. Heder. Junip. Galban. Salia digestiva: Tartar. Vitriol. Arcan. dupl. Sal polychr. Glas. Liq. Nitr. fix. Sal. Absinth. Card. Bened. Cent. min. Lumbr. terrest. Tinct. diuret. Tartar. Antimon. acris, Nitri fixi, Cibi aromatici: Sem. Sinap. Rad. Armorac. Petrosel. Herb. Piperit. Nasturt. Asparag. pro cibis, Vinum generosum cineribus lixiviosis magis diureticum redditum. Externe huc pertinent acriuscula & discutiente vi prædita v. g. Chelidon. maj. rec. Raphan. Sedum Vermicular. murar. fol. Bardan. Petasit. Tabac. Saponata, Aqua Calcis vicæ, Fotus vaporosi ex ejusmodi herbis resolventibus & incidentibus cum Vino parati.

3 Præparatam materiam evacuant phlegmagoga: in robustioribus Gumm. gutt. Jalapp. Diagryd. Jalap. Specif. Jalapp. in delicatioribus Noduli laxativi cum Fol. Senn. Agar. Rad. Bryon. Rhabarb. Cort. Samb. Sem. Ebul. Cartham. nec non Sal. Cathart. Angl. Pil. Beccheri, D. Stahlii, Polychr. Hall.

4 Tonum partium relaxatum corrigentia: præter supra nominata vegetabilia amaricantia, Martialia leniora reliquis perite interposita v. g. Tinct. Vitriol. Mart. Lud. Zwelf. Croc. ♂tis Antimon. Stahl. nec non Essent. Cort. ☉rum, trifol. fibrin. adianth. alb.

Formulæ Remediorum.

2 Nodulus incidens & evacuans.

℞. *Rad. Bryon.* / *Onon.* / *Apii. ā. ℥ß.* / *Herb. Card. Ben.* / *Trifol. fibrin.* / *Capill. Qris ā. Mß* / *Fl. Cent. min.* / *Genist. ā.* / *Sem. Ebul.* / *Fœnic. ā. ʒij.* / *Fol. Senn. s. st. ʒvj.* / *Rhabarb. el. ʒiij.* / *Agar. mund.* / *Fibr. helleb. nigr. ā. ʒiß* / *Tartar. solub. ʒiij.* / *Incis. contus. infund. in ℔j aq. & ℔ij. Vin. generos. alternis diebus ad ʒvj. usurpandus.*

2 Pulvis incidens & diureticus.

℞. *Pulv. lumbr. terrestr.* / *Sem. Ebul. ā. ʒij.* / *Arcan. dupl. ʒj.* / *Sal anon. ℥ß.* / *M. D. bis vel ter per diem ad ℈j.*

3 Alius diureticus & diaphoreticus.

℞. *Lumbr. terrestr. ppt.* / *♁ij diaph. ā. ʒij.* / *Tartar. Vitriol.* / *Sal Cent. min. a. ʒj. M.* / *Dos. & usus ut præcedentis.*

4 Cineres pro potu lixivioso.

℞. *Cin. Fabar.* / *Genist.* / *Junip.* / *Bryon. a. Mj. M.* / *Infund. potui ordinario.*

5 Essentia diuretico-tonica.

℞. *Tinct. ♁ij acris ʒij.* / *Ess. cort. ☉rum.* / *Adianth. alb. a. ʒj.* / *M. D. bis per diem ad 30. guttas.*

6 Cataplasma.

℞. *Rad. Bryon. rec.* / *Chelid. maj. a. ʒj.* / *Herb. Bardan.* / *Sed. verm. a. Mj.* / *Incisa & contusa coq. ad mollitiem & irrorentur Spir. Vin. ac applic. calide.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Oedema idiopaticum exposcit materiæ seroso-lymphaticæ attenuationem & resolutionem, ejusdem evacuationem, & tandem partium relaxatarum roborationem, idque per remedia interna & externa.

2 In symptomatico vero ad primarium semper respiciendum est morbum.

3 Quando igitur hæmorrhoidum vel mensium vitia subsunt, cura a Venæsectione incipienda, eo tempore eandem celebrando, quo vasa sunt conspicua, & subjungendo resolventia & attenuantia.

4 Si febres quartanæ, citius, quam par erat, suppressæ œdematibus viam paraverint, illico febriles paroxysmi revocandi sunt per nodulos laxativos, interponendo illa remedia, quæ œdemati stricte sic dicto debentur.

5 Quæ Hydropem universalem concomitantur, eadem methodo, qua primarius morbus, tractantur.

6 Quæ Hecticæ vero & Phthisi superveniunt, nullam

curam

curam admittunt, nisi morbus primarius, quod rarissime fit, curatus fuerit.

7 Gravidarum œdemata V. S. justo tempore instituta & motu corporis leniuntur, expectando cæterum justum pariendi tempus, quo elapso iterum disparere solent.

8 Quando scabiei retropulsæ originem debent, interne Mercurius dulcis & fl. Sulph. usum egregium habent, interponendo attenuantia & resolventia supra nominata.

9 Quoad Diætam, eligenda sunt loca temperata, cibi evpepti, aromatici, assati, vinum generosum, non negligendo motum corporis per aliquod tempus continuandum.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Camphoræ usus externus in hoc affectu nil valet: discutit enim subtiliores partes & crassiores relinquit.

2 Præstat fotus vaporosos cum Vino, vel epithemata discutientia ex vegetabilibus acriusculis parata adhibuisse, sed sedulo cavendum est, ne sub horum usu pars affecta frigori exponatur & sic retrocessioni ansa præbeatur.

3 Quando œdemata a mensium vel hæmorrhoidum vitiis originem habent, ab omnibus remediis externis cessandum est, & res peragenda V. S. & internis resolventibus & attenuantibus.

4 Quando œdema jam admodum invaluit, tunc Venæsectiones in pede non amplius locum habent. Quamdiu vero adhuc vagum est, ita ut modo delitescat, modo redeat, commode instituí possunt, dummodo vasa sint conspicua.

5 Et hoc etiam de Sacrificationibus tenendum, ut pote quæ in Oedemate præsente locum haud habent: quia mala ulcuscula & quandoque ipsum Sphacelum producunt.

6 Oedemati insigniori cutis rupturam minanti prospiciendum est internis evacuantibus & resolventibus, externis vero discutientibus & balsamicis.

7 Quod ab internis causis originem trahit, primario internam exposcit medelam, & tandem subjunctum auxilium externum.

8 Quando interna medicatio negligitur, & saltem ad externa discutientia animus intenditur, facile retropelluntur œdemata, & obstructiones, scirrhos, vel inflammationes viscerum post se trahunt.

9 Inveterata œdemata, maximam partem causis externis originem debentia, præcipue si patientes sint annosiores, præstat sibi relinquere.

10 Emplastica resinosa acria minus conveniunt.

11 Saponata vero & Tabaci folia matura adhibita exerunt quandoque aliquam efficaciam.

12 Lixivii antimonialis, quod aliqui commendant, rarior & vix effatu dignus effectus est.

13 Efficaciorem adhuc se gerit aqua Calcis vivæ, quæ post extinctionem obtinetur, in ruboribus, qui tumoribus œdematosis quandoque superveniunt, mitigandis.

14 Pinguia & unguinosa, a quibusdam laudata, vix aliquid utilitatis præstare possunt.

15 Repellendi vi instructa medicamenta cautissime sunt usurpanda, ob metuenda asthmata, scirrhos & inflammationes viscerum.

16 Unde sulphurata, aquæ fabrorum, aquæ aluminosæ prudenter in usum trahenda sunt.

17 Qui thermis uti gestiunt, integrioribus visceribus instructos esse decet, alias Oedemata, præsertim in sequiori sexu, facile incrementa sumunt & tandem dehiscunt.

18 Acidularum usum plus plerumque damni, quam emolumenti, præstare, quotidiana docet experientia.

19 Ulcera œdematosa non per acria, sed temperatissima, balsamica tractanda sunt.

SECTIO IV.

DE

CORRUPTIONIBUS SERI

CAPUT PRIMUM.

De Soda s. Orexi.

I. *Definitio Soda.* EST ardor s. dolor fervens in orificio Ventriculi superiori & toto œsophago sese exerens, ab acrimonia biliosa originem habens.

II. *Differentia.*

1 Distinguitur a Cardialgia, in qua utplurimum orificium tantum sinistrum Ventriculi vario doloris sensu afficitur: in Soda vero specialis ardoris sensus a superiori orificio per universam gulam sese extendit.

2 Alia est *simplex & brevis durationis*, alia est *composita & chronica*, quæ scil. ab aliis affectibus chronicis, inpr. hypochondriacis, fovetur, qualem in viro nobili observavimus.

III. *Signa.*

1 Cognoscitur ex ardore & fervore, in orificio sinistro ac universo œsophago sese exerente.

2 Qui utplurimum digestionis tempore post assumtos cibos acres pingues contingit.

3 Saliva copiosa continuo in os effunditur.

4 Non raro etiam jungitur nausea.

5 Interdum non, nisi vomitu rejectis cibis, cessat.

6 Ordinarie concoctione atque distributione chyli iterum conquiescere solet.

7 Interdum tamen ad aliquot horas extenditur Orexis.

8 Nonnunquam etiam concurrit dolor capitis.

IV. *Subjectum.*

1 Temperamento cholerico, aut cholerico-sanguineo vel sanguineo-melancholico prædisti.

2 Cibos acres, aromaticos, pingues & potum spirituosum, fæculentum & fermentescentem assumentes.

3 Iracundiæ dediti & cruditates biliosas in ventriculo & primis viis habentes.

4 Immediate post cibos motionem vehementiorem per equitationem aut vecturam instituentes.

5 Ventriculum, abdomen & partes inferiores refrigerantes.

6 Gravidæ, quæ ordinarie capillis fœtus majoribus Orexin adscribunt.

7 Hypochondriaci & Hæmorrhoidarii, aliasque frequentes sanguinis congestiones ad Ventriculum patientes.

8 Plethorici, Venæ sectiones & Scarificationes partium inferiorum assuetas negligentes.

V. *Prognosis.*

1 Non magnam meretur attentionem affectus simplex, aut enim post breve temporis intervallum per se requiescit, aut medicamentis adhibitis facile obedit.

2 Si vero cum aliis affectibus complicata est soda, aut quando jam in consuetudinem abiit, sæpius diu satis affligit & magna secum trahit incommoda.

3 In Gravidis sæpius non nisi post partum cessat.

VI. *Remedia.*

1 Acrimoniam biliosam diluentia & demulcentia: potus Thee, Caffee, Succus Sempervivi, Portulac. Gelatin. C. C. Ebor. Decoctum Aven. Hord. Glycirrhizæ, Tragacantha.

2 Eandem præcipitantia & absorbentia: Crystall. mont. ppt. Cret. Oc. ♋. ppt.

3 Saburram biliosam temperantia, Nitrosa & salia digestiva cum absorbentibus mixta, blanda acida.

4 Congestiones discutientia: Tinctur. ♁ii acris, Tartari cum Spir. C.C.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis absorbens.

℞. *Crystall. mont. ppt.* *N. M. ā. ʒj. M.*
Cret. *D. aliquot cusp. cultri.*

2 Morsuli.

℞. *Cret. albiss. ʒij.* *C. s. q. Sacchar. in* ▽
Corall. ppt. *portulae. soluti f. Mor-*
Conch. ppt. ā. ʒj. *suli.*

3 Pulvis temperans.

℞. *Cryst. mont. ppt.* *Conch. ppt. ā. ℈ij. M.*
Nitr. depur. *Div. in 8. p. æq.*
Tart. Vitriolat. *D. sing. 2. 3. horis.*

4 Tinctura discutiens.

℞. *Tinct. ♁ii acr. ʒij.* *D. 30. gutt.*
Spir. C.C. ʒj. M.

VII. *Methodus medendi.*

1 Ubi nihil aliud pro materia acri obtundenda præsto est, ▽ calefacta vel potus Thee & Caffee officium præstat.

2 Alias satis cito pulveribus absorbentibus vel etiam rebus multa gelatina gaudentibus obedit.

3 Si multæ adsunt cruditates biliosæ & mucosæ, Nitrosa potissimum cum absorbentibus ad eas corrigendas exhibeantur.

4 In tali casu lene vomitorium & laxantia cum abstergentibus mixta suo non carent usu.

5 Si subjecta sunt Plethorica, evacuationibus sanguinis assueta & ad congestiones prona, sanguinis missiones, debito tempore institutæ, præservatorie & curatorie prosunt.

6 Si affectus est complicatus cum passionibus hypochondriaco-hystericis aut Hæmorrhoidibus, cura potissimum ad hos affectus dirigenda est, de qua suo loco.

7 Ad remedia naturalia pertinet quieta in dorso cubatio & continua salivæ deglutitio, per quam materia optime corrigitur, id quod sæpius in proprio expertus sum corpore.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Vomitoria, quæ passim ab Auctoribus commendantur, rarissime necessaria sunt, nisi forte affectus sæpius repullulaverit.

2 Multo minus suadenda sunt Vomitoria, ubi pathemata hypochondriaca aut congestiones sanguinis concurrunt, quoniam dictos affectus graviores reddunt.

3 Abstinendum quoque est in tali casu a Purgantibus fortioribus & insigniter commoventibus, quæ æque periculosa sunt ac Vomitoria.

4 Medicamenta in majori exhibenda sunt quantitate, sic eo citius effectum optatum edunt.

5 Abstinendum est ab Absorbentium inprimis Cretæ, Terrarum sigillatarum, Unicornu fossilis, farinæ laterum aliorumque magis vel minus adstringentium abusu, quoniam fibras ventriculi nimis stringendo cardialgias, digestionis læsiones & viscerum constrictiones post se trahunt.

6 Ad præcavenda mala ab Absorbentibus metuenda pulvis Nucis moschatæ commode dictis pulveribus admiscetur.

7 Si assumpta pinguia, acria & fermentescentia sodæ sunt causa, ab iis abstinendum est. In tali casu spiritus vini ardorem optime temperat.

CAPUT SECUNDUM.

DE

Foetore Oris.

I. *Definitio.* FOetor oris est exhalatio mali odoris ex ore ægrotantium & quorundam etiam Sanorum cum molesto adstantium sensu contingens.

II. *Differentia.*

1 Alius est continuus, alius per intervalla tantum affligit.

2 Alius contingit jejunis, alius cibis satiatis.

3 Alius est idiopathicus, absque alio morbo occurrens, alius symptomaticus, aliis morbis accedens.

III. *Signa*

Fœtor oris præcipue sentitur ab adstantibus, quando ægrotantes loquuntur, canunt, rident, oscitant.

IV. *Subjectum.*

1 Scorbutici & qui præcipue Stomacace laborant.

2 Lue venerea correpti & in faucium parte inferiori jam sua mala persentiscentes.

3 Qui vermes, cruditates nidorosas aliaque in Ventriculo abscondita habent.

4 Qui in pulmonibus stases l. ulcera gerunt.

5 Quibus dentes carie corripi incipiunt.

6 Qui dentes a ciborum reliquiis non expurgant.

7 Qui raphanorum, ceparum & alii usu delectantur.

8 Ebriosi & Spir. Vini in copia haurientes.

9 Herba Nicotianæ oris interna continuo perfumantes.

10 Ulcere denique narium l. capitis laborantes.

V. *Prognosis.*

1 In Infantibus fœtor oris sæpissime vermes indicat.

2 In adultis, qui fœtore oris alias non laborarunt, quandoque morbos præsagit.

3 Idiopathicus difficilior curatu est, quam symptomaticus.

4 Interdum per totam vitam hoc incommodo vexantur quidam, alias satis sani, nullis remediis scopum optatum efficientibus: hoc in casu vitium in hypochondriis hærere videtur.

VI. *Remedia.*

1 Primas vias evacuantia: Rhabarbarum, specificum Jalappinum, Pulvis Cornachini, Sal Catharticum amarum, Noduli laxativi.

2 Oris interna, & dentes in specie, a recrementis liberantia: oris collutio frequens & pulverum dentifriciorum usus.

3 Exhalationes male olentes corrigentia: incidentia, amaricantia, suaveolentia: Rad. Angel. Imperator. Pimpinell. alb. Helen. Acori, Cort. citri, Aurant. Sem. Fœnic. Anis, Coriandr. Piper, Cinamom. Caryophylli, Nux mosch. Cubebæ, Cardamom. Mosch. Ambr. Spec. diambr. diamosch. Trag. suav. Spec. vel. Tab. Imperat. Mastiche.

4 Morbi simul conjuncti expetunt remedia specialia, ex specialibus Tabulis, ubi tractantur, haurienda.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.

℞. *Specif. Jalappin.* ʒß. *D. ad. ch. pro una vice.*

2 Alius.

℞. *Pulv. Cornachin.* ℈j. *M. f. Pulvis pro una vice.*
Rhabarb. el. ℈ß.

3 Sal laxans.

℞. *Salis Cathart. amar.* ʒj. *Sente unica vice.*
Sumatur in jusculo ca-

4 Rotulæ fragrantes.

℞. *Pulv. rad. ir. flor.* ʒiß. *C. s. q. ssri, in* ▽ *rosar.*
Spec. diambr. *sol. s. l. a. Rot.*
Diamosch. ā. ℈j.

5 Mor-

5 Morſuli fragrantes.

℞. *Spec. diacinam.* *Pimpinell. a.* ʒß.
Aromat. roſat. a. ʒij. *C. ſ. q. ſſri iu* ▽ *namph. ſolut. f. l. a. Morſuli.*
Cond. Cort. ☉*rum.*

6 Tragea.

℞. *Trag. ſuav.* ʒij. *ſſri albiſſ.* ʒß.
Spec. diacinam. diatr. ſantal. a. ʒß. *Ms poſt paſtum ad aliquot cultri cuſpides aſſumenda.*

7 Pulvis dentifricius.

℞. *Ciner. rorism.* ʒß. ♍ *deſt. lign. Rhod. gutt.* vj.
Pulv. rad. ir. flor. ʒij. *Cinam. gutt. iij.*]
☉*uſt.*
N. M. a. ʒj. *Ms ſ. Pulv.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Inquirendum ante omnia eſt in mali originem, ſecundum quam remedia ſunt ordinanda.
2 In lue ♀rea, Scorbuto, phthiſi, ulceribus vicinis, præprimis ad morbum primarium reſpiciendum eſt, abſque cujus Curatione nihil ſolidi efficitur.
3 Ubi Cruditates l. vermes in primis viis hęrent, ibi conducunt laxantia, inpr. Mercurialia.
4 Subjunguntur poſtea ſtomachica & roborantia: Piper, maſtiche, Tragemata, Pulveres.
5 Quando malum a carie dentis ortum trahit, tunc evulſio ipſius dentis eſt optimum remedium.
6 In Sanis, ſi idiopathice affligit & refractarie ſubſiſtit, conducit commaſticatio rad. Pimpinellæ, Helen. fruſtul. Cinam. Cort. ☉rum aut Tabularum l. Rotularum fragrantium.
7 Ubique etiam frequens collutio oris & uſus dentifricorum malum, ſi non tollit, eximie tamen imminuit.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In ſexu ſequiori moſchata & ambrata in formulis ſunt omittenda, pleręque enim fœminæ illa ferre nequeunt.
2 In dentifriciis Corallia, & quæcunque duriorem & lapideam fere compagem habent, non omnino proſunt, quia dentium ſubſtantiam juſto citius abradunt.
3 Subjectis ſiccioribus, Venereis, Phthiſicis calidiora aromatica aut oleoſa non ſunt præſcribenda & commendanda, quoniam uſum, quem in ore præſtant, damno in reliquo corpore compenſant.

CAPUT TERTIUM.

DE

Fœtore Sudoris.

I. *Definitio.* ESt malus odor ab excrementitiis & corruptis Sudoris particulis ortum ſuum habens.

II. *Differentia.*

Ratione locorum, occurrit vel in pedibus, vel ſub axillis, vel in toto corpore.

III. *Signa.*

Fœtor ſudoris ſponte ſe manifeſtat & a ſubjecto & adſtantibus facile deprehenditur.

IV. *Subjectum.*

1 Sanguinei & phlegmatici potiſſimum, ſudoribus copioſis expoſiti & loca magis contecta, qualia ſunt interſtitia digitorum pedis, ſubaxillaris regio &c. a ſudoribus erumpentibus minus bene liberantes.
2 Virgines temperamenti ejuſdem, habitus corporis laxioris, capillitio rubro vel flavo prædităe ad Venerem pronæ & laſcivis cogitationibus indulgentes hircum ſæpius olent.
3 Veſtimenta etiam rarius commutantes, & pedum præcipue ſordes negligentes.
4 Qui morbo aliquo graviori laborant, ubi Natura per ſuperficiem corporis particulas excrementitias e ſanguine eliminat.

V. *Prognoſis.*

1 Fœtor, qui ſub axillis & præcipue in pedibus quorundam occurrit, nihil mali portendit, & vicinis magis moleſtus, quam corpori noxius eſt.
2 Per adſtringentia tamen repreſſus & cohibitus varia damna corpori conciliare poteſt.
3 Sudor in morbis quibuſdam graviter olens ſi occurrat, bonum ſignum eſt, cadaveroſus vero in acutis peſſimus eſt.

VI. *Remedia.*

1 Partes ſudore affectas abſtergentia: Pediluvia, Balnea &c.
2 Humorum vitia corrigentia & abundantiam tollentia: Tinct. ♂ii acris, Tart. Eſſent. Succin. Lignor. Alexipharm. Laxantia, Diuretica.

Formulæ Remediorum.

1 Species pro pediluvio.

℞. *Herb. Chamomill.* *Serpill.*
Malv. *Salv. a. mj.*
Roſmar. *Inc. coq. in ſ. q. Aq. ſ.*
Origan.

2 Pulvis temperans & diureticus.

℞. *Arcan. duplic.* *Sal. onon. a.* ♃ij.
Nitr. ♂*iat.* *D. ſing. 4. hor. 2. cuſp. cultr.*
Lap. percar.

3 Nodulus laxans.

℞. *Rad. Gent. r.* *Fibr. Hell. nigr.* ʒij.
Pimpin. a. ʒiij. *Cort.* ☉*nt.*
Galang. *VVinteran.*
Zedoar. *Cinam. ac. a.* ʒiß.
Aria. ʒiß. *Tart. ſolub.* ʒij.
Summit. Cenr. min. mj. *Inc. infund. in ſ. q. Vin. & Aq.*
Fol. Senn. ſ. ſt. ʒj. *D.* ʒvj. vij. *mane.*

4 Eſſentia purificans.

℞. *Eſſ. alexiph.* *Tinct.* ♂*ii acr.* ʒij. *M.*
Succin. a. ʒj. *D. mane & veſperi gut.* 30.

VII. *Methodus Medendi.*

1 In Fœtore pedum nihil magis conducit, quam pediluvia ſæpius in uſum trahere & tibialia vel commutare vel abluere. Poſſunt etiam Pediluviis vegetabilia fragrantia addi, ſicuti ſunt Roſmarinus, Pulegium, Mentha, Serpillum, Lavendula, Origanum.
2 In toto corpore, ſi extra morbos acutos l. alios febriles occurrat, conveniunt Balnea, quibus etiam dictorum vegetabilium unum l. alterum addi poteſt.
3 In morbis acutis externe nihil tentandum, ſed res per diapnoica interna peragenda, ſoluto enim morbo, ſymptoma hoc per ſe evaneſcere ſolet.
4 Si fœtor ſudoris ab humorum corruptione dependet, incidentia, reſolventia, balſamica, diaphoretica, diuretica & laxantia in uſum trahantur, quo per hæc ſublata cauſa tollatur effectus.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In fœtore pedum a quibuſdam limatura ferri, aurichalci l. Aluminis pulvis tibialibus ſolet inſpergi, quod abſque damno haud fit, cum excretio ſudoris per talia adſtringentia reprimatur.
2 Si ſudor fœtidus eſt copioſus, in quacunque etiam parte occurrat, abſtinendum eſt ab omni refrigeratione.
3 Fugiant quoque hujuſmodi homines nimias corporis commotiones, diætam calidam, vinum generoſum &c. hæc omnia enim & ſudorem & fœtorem augent.
4 Reſpiciant quoque tales ad reliquas ſecretiones & excretiones, quo magis enim hæ ſupprimuntur, eo magis ſudoris fœtor invaleſcit.

CAPUT QUARTUM,

DE

Scabie benigna ſive ſimplici.

I. *Definitio.* SCabies benigna eſt affectus ulceroſo-ſanioſus, externum corporis habitum puſtulis modo majoribus modo minoribus hinc inde infeſtans, a corruptione ſeri & lymphæ originem habens.

II. *Differentia.*

1 Eſt vel *humida*, quando puſtulæ ſunt latiores & elevatiores, e quibus ruptis copioſum pus & ſanies emanat.

2 Vel *ſicca*, quæ puſtulas format minores, parum puris, ſed potius aliquid ſeroſioris liquidæ materiæ, fundentes.

3 *Contagioſa*, quæ ab aliis Scabie affectis contrahitur, vel *per ſe* exurgent, malæ Diætæ & Corruptioni humorum originem debent.

4 *Chronica* item, quæ per plures menſes, imo annos, affligit.

5 Vel *periodica*, quæ poſt aliquod temporis intervallum quidem evaneſcit, ſed levi data occaſione recurrit.

III. *Signa.*

a Humidæ:

1 Puſtulæ majores, multa materia ſanioſo-purulenta ſcatentes.

2 Quas circulus rubicundus, inflammatorius ambit.

3 Maturæ, ſi rumpuntur, fundunt copioſum pus & ſaniem.

4 Infeſtant præcipue artus præ aliis corporis partibus.

5 Et dolorem potiſſimum urentem conjunctum habent.

6 Evacuato pure, quo latiores fuere puſtulæ & profundiores, eo certius aliquales formant cicatrices & cutis inæqualitatem.

7 Maculas etiam in partibus ſcabie antea afflictis diu relinquunt.

b Siccæ:

1 Hujus puſtulæ multo ſunt minores & nihil l. parum puris continent, ſed potius aliquid materiæ ſeroſo-acrioris, quæ rarius per ruptionem ſpontaneam, ſed poſt ſcalptionem & frictionem, effluere ſolet.

2 Dolorem hæ pariunt non urentem, ut priores, ſed pruriginoſum valde moleſtum, inpr. in locis calidioribus & lecto.

3 Occurrunt in toto corporis habitu, præcipue tamen in artubus, qui aeri liberiori patent.

IV. *Subjectum.*

1 Scabioſis affectibus obnoxii fiunt homines, qui Diæta craſſa, difficilioris concoctionis, ſalſa, aqua paluſtri limoſa ſtagnante utuntur.

2 Diætam conſuetam ſubito mutantes.

3 Qui exercitia corporis negligunt, deſidemque vitam agunt, uti ſtudioſi, ſartores, textores.

4 Qui veſtimenta & induſia rarius commutant, transpirationemque cutis hoc ipſo impediunt.

5 Aut qui veſtimenta ſcabioſorum induunt, & eoſdem ſæpius frequentant.

6 Excretiones varias, inprimis vero diaphoreſin & ſudores autocraticos, negligentes.

7 Experiuntur quoque hoc malum Quartanarii diu decumbentes, & qui hepatis læſione affecti ſunt.

8 Item, qui Venæſectiones, Scarificationes aſſuetas neglexere aut ulcera manantia & fonticulos artificiis incongruis ſuppreſſere.

9 Evacuationes primarum viarum & diaphoreſes conſuetas per remedia excitatas negligentes.

10 Virgines menſium emanſione, inordinato fluxu, aut totali ſuppreſſione laborantes.

11 Scabiei humidæ obnoxii ſunt homines habitus corporis laxioris & plethorici, ſiccæ vero, qui conſtitutionem aridam magis habent, melancholici & melancholico-cholerici.

12 Pueri & infantes præ adultis, viri præ mulieribus, hoc morbo laborare ſolent.

13 Denique etiam ſcabiem frequentius incurrunt homines in locis frigidis & humidis habitantes.

V. *Prognoſis.*

1 Scabies ſibi relicta nullum poſt ſe trahit periculum, ſed homines a multis ſæpe incommodis liberat.

2 Per artificia vero externa, nimirum adſtringentia, repellentia, refrigerantia, retropulſa ingentia damna parit, ſcilicet anxietates præcordiorum ſummas, Catarrhos ſuffocativos, Aſthmata convulſiva, Cardialgias, Febres acutas & inflammatorias, Oedemata, Hydropem, Hecticam.

3 Juniores facilius curantur quam Senes.

4 Scabie humida citius curatur quam ſicca, pruriginoſa.

5 Quo diffuſior eſt Scabies, eo plus temporis in Cura requiritur.

6 Quo magis plethorica ſunt ſubjecta, eo gravius affligit ſcabies humida & eo difficilius etiam curatur.

7 Quæ per Contagium communicatur, & adhuc recens eſt, facilius curatur, quam quæ a Dyſcraſia humorum originem habet.

8 Scabies ſicca cum vitio viſceris præcipue hepatis conjuncta non niſi ſublata viſceris labe tollitur & facile vel in Hecticam vel Hydropem degenerat. Vidimus id in adoleſcente quodam, qui poſt graviorem Plethoræ commotionem & potus frigidi ingurgitationem narium Hæmorrhagia frequenter corripiebatur: cum vero eandem negligeret, accedebant commotiones febriles & ſcabies ſicca, univerſum corpus occupans. Tandem ſuperveniebat tumor pedum & abdominis, qui elapſis aliquot menſibus ægrotum jugulabat.

9 Quando in ſuperiori corporis parte exiccatur & nonniſi in pedibus puſtulæ latæ ſparſim præſto ſunt, ſignum eſt ſcabiei mox prorſus ceſſuræ.

10 Scabies in ſenibus ſemper magis chronica & rebellis eſt, quam in junioribus.

VI. *Remedia.*

1 Primarum viarum ſaburram evacuantia & muciditatem ſeri & lymphæ ſimul incidentia: Jalappa, Extractum panchymag. Croll. Maſſ. pil. e Succin. Crat. Mercurius dulcis.

2 Sanguinem ſeroſo-lymphalem corruptum mundificantia Rad. Sarſapar. Chin. Pimpin. alb. Vincetox. Helen. Angel. Dictamn. alb. Lign. Sanct. Saſſafr. Herb. Fumar. flor. Sambuc. Eſſent. alexipharm. Stahlii, Pimpin. alb. Eſſent. Succini, Lignorum, Tinct. ♁ii Tartariſat. Tartari; abſorbentia item Conch. ppt. Oc. ♋. ppt. cum diaphoreticis fixis ſociata, ♁. diaph. Bezoard. Min.

3 Scabioſam fermenteſcentem indolem ſpecifice evertentia: Antimonium crudum, Decocta ♁lia, flor. Sulphuris cum Nitro & abſorbentibus ordinati, Balſ. Sulphuris cum ♁ amygd. dulc. conjunctus.

4 Externe eandem vim exerunt ☿. in Unguenti formam redactus, Cingula ♁lia, Balnea naturalia varia & artificialia ex ▽ dulci & Rad. Lapath. acut. Bardan. Fumar. Scabioſ. Saponar. Scabios. Nicot. parata.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ laxantes.

℞. *Extracti Panchym. Croll.* gr. xv.
Res. Jalapp. gr. iij.
Mercurii dulc. vit. par.
gr. vj.
C. Eſſent. Succin. ſ. l. a. Pil. gr. j. *pond.*
Aſſumantur una vice.

2 Aliæ.

℞. *Pil. e Succin. Crat. Extract. Panch. Cr. Mercurii dulc. vit. par. ā.* gr. vij.
Trochiſc. alhand. gr. iij.
C. Eſſent. Lignor. ſ. Pil. ut præcedentes uſurpanda.

3 Decoctum mundificans pro potu.

℞. *Rad. Sarſapar.* ʒj.
Gramin. Chin.
Liquirit. ā. ʒiſs.
Lign. Sanct. ʒvj.
Saſſafr. ʒiij.

Paſ.

Passul. min. ℥j. *Incis. contus. Coq. in Aq. f.* *Sem. fenic.* 3iſs. ℔.viij. *ad remanent.* ℔.vj.

4 Pulvis mundificans.

℞. *Conch. ppt.* *Flor. Sulphuris* 3ſs. *Nitr. depurat.* *Ms f. Pulv. Dof.* ℈j. ♁ii *diaph.* *Semel l. bis per diem propinandus.* *Arcan. dupl. ā.* 3j.

5 Alius.

℞. *Oc.* ♏. *ppt.* *Cinnabar. nat. ppt.* 3ſs. *Conch. ppt. ā.* 3iſs. *Ms f. Pulv. Doſis & uſus, uti præcedentis.* *Antimon. crud.* 3j.

6 Eſſentia mundificans.

℞. *Tinct.* ♁ii *Tartar.* *Ms Doſ. xxx. gutt. bis per diem.* *Eſſent. Lign. or. ā.* 3iſs. *Succin.* 3j.

7 Potio ſimilis.

℞. ♈ *Fumar.* ℥ij. *Reg.* ♁ii *Med.* ℈j. *Fl. Sambuc.* 3j. *Tab. Mcn. Xſt. ſ.* 3iij. *e typh. Cerv.* 3vj. *Ms d. ſ. Per quinas l. ſenas horas ad 2. cochlearia propinanda.* *Oc.* ♏. *ppt.* ♁ii *diaph. ā.* 3ſs.

8 Unguentum abſtergens.

℞. *Mercurii viv.* 3ij. *F. Unguentum.* *F. c.* ♃*ni p. ana.* *amalgama* *S. Projunctūris manuum & carpis pedum ad quantitatem piſi quotidie illinendis.* *Add. Terr. Tripol.* 3j. *Unguent. roſac. q. ſ.*

VII. *Methodus medendi.*

1 In Scabie tam humida quam ſicca curæ initium fieri poteſt per lene aliquod laxans ☽le, quod poſt 6. vel 8. dierum intervallum repetendum.

2 Subjungantur ea poſtea remedia, quę humorum mucoſam ſubſtantiam corrigunt, & quod corruptioni proximum eſt, leniter expellunt. Obtinetur hoc tam per pulveres diapnoico-abſorbentes quam per Decocta & Eſſentias alexipharmacas. Illi verſus noctem ad ℈j. propinentur: hæ mane & poſt meridiem in uſum trahantur.

3 Quando hæc ſpatio aliquot ſeptimanarum continuantur, tunc Scabies ſæpiſſime abſque aliis remediis omnimode profligatur. Quodſi vero hoc non fit, poterit externo remedio ☽li, nimirum Unguento, ſ. cingulo, malo ulterius ſuccurri. Applicetur hoc abdominis regioni: illud vero junctūris carpi & tarſi quotidie verſus veſperam ad piſi magnitudinem tepide inungatur, ac mane ſapone ſemper abluatur.

4 Opus vero eſt, durante horum remediorum uſu, regimine calido, ut diaphoreſis eo melius promoveatur.

5 Convenit etiam hoc ipſo tempore patientem ſemel atque iterum laxare cum ☽. dulci, inprimis, ſi inſignia incommoda circa pectus concurrant, & interponere pulverum fixorum & Eſſentiarum alexipharmacarum temperatarum uſum, illos verſus noctem, hos vero tantum mane uſurpando, fugiendo hoc tempore Sulphuris exhibitionem.

6 Infantibus tutius exhibentur abſorbentia & diapnoica & continuantur ad plenariam morbi curationem: regimen enim, quod ſub Mercurii uſu requiritur, ab iiſdem rarius ſtricte obſervatur.

7 In refractaria Scabie pulveribus abſorbentibus Merc. dulcis ad gr. ij. conjungi poteſt. Horum ſingulis diebus Doſis una aſſumatur, nimirum, quando domi ſe continere licitum eſt, mane; quando vero per diem in aere verſari oportet, noctu. Sic poſt 14. circiter dies Scabies ſenſim ſenſimque evaneſcit & quicquid efloruit in ulcuſcula diſſolvitur.

8 Ubi Scabie retropulſa eſt quantocyus occurrendum eſt Mercurio dulci, ad gr. vj. viij. alterandi ſcopo exhibendo, &, ſi ſymptomata urgent, flores Sulphuris ad gr. iv. vj. cum abſorbentibus conjungendos ſubſtituendo, quæ remedia per 8. aut 10. dies continuanda ſunt.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Scabies quo magis ſicca eſt, eo minus ſert remedia acriora, diaphoretica.

2 Ligna anti ☽rea, Eſſentiæ alexipharmacæ & ſimilia remedia nunquam cum regimine diaphoretico exhibeantur, quia omnes ſudationes fortiores majora damna quam emolumenta præſtare obſervantur.

3 Si Scabies retropulſa eſt, & febrile quid concurrit, Sulphuris uſus omittendus eſt, & in ejuſdem locum Nitrum ſubſtituendum.

4 Retropulſionem citiſſime & efficaciſſime peragit Sulphuris uſus externus, a quo igitur, ob inſignia exinde metuenda pericula, tanto magis abſtinendum.

5 Facilius eſt Scabiem retropellere quam expellere, unde omnia adſtringentia, refrigerantia, repellentia externa angue pejus fugienda ſunt.

6 Mercurialia etiam externa non prius locum habent, quam poſt evacuationem & correctionem humorum internam.

7 Hoc demum tempore & Cingula Mercurialia & Unguenta efficaciter ſe gerunt, quæ alias, intempeſtivo tempore adhibita, plurimum damni inferunt.

8 Efficacia hæc tanto citius & ſecurius abſolvitur, quo certius malum per contagium fuit communicatum.

9 Ubi vero malum ab humorum intimiori corruptione originem habet, correctio diuturnior in uſum vocanda, antequam ſpecifica hæc externa applicentur.

10 Seniores Scabioſi, & illi, qui in viſcere aliquo labem gerunt, caute & leniori methodo ſunt tractandi, alias facillime noxa inferri poteſt.

11 Quando Scabies in ætate ſeniori lente retropellitur, oriuntur exinde tumores œdematoſi, qui mature tractati per abſorbentia & Sulphuris internum uſum ſenſim evaneſcunt revertente efflorescentia ſcabioſa.

12 ☿. ſpecifice fermenteſcentem ſcabioſam indolem evertit, abſque tamen commotione ſanguinis, quod Sulph. ejuſque præparata haud faciunt.

13 Ideoque etiam, ubi febrile quid concurrit, ſemper caute uſurpanda ſunt.

14 Sub ☽lium adhibitione Sulphuris uſum omittere decet, infringit enim hoc illius virtutem.

15 Antimonium crudum loco Sulphuris abſorbentibus commixtum egregiam vim exerere, obſervavimus in pluribus, ubi Scabies copioſius primo expulſa erat, quæ poſtea intra paucum tempus omnimode profligabatur.

16 Cholericis acrimoniam & pruritum Sanguinis gelatinoſa demulcent. Convenit etiam his Serum lactis, fumaria alteratum.

17 Quando corpora bene ſunt præparata uſum quoque habent thermæ & acidulæ, tam externe, quam interne uſurpatæ, abſque tamen regimine ſudatorio.

18 Scarificationes & Venæſectiones ad ſcabiem curandam parum aut nihil faciunt. Qui tamen his evacuantibus ſunt aſſueti, circa ſolitum celebrandi tempus, eaſdem repetere debent, niſi pruritum adaugeri velint.

CAPUT QUINTUM,

DE

Scabie maligna,

I. *Definitio.* EST affectus cutaneus plus minus contumax, cum efflorescentiis vel ſquamoſis vel puſtuloſis ſtipatus, a corruptione ſeri & lymphæ originem ducens.

II. *Differentia.*

1 Scabies maligna tres potiſſimum ſub ſe comprehendit ſpecies: *Impetiginem, Scabiem ferinam* ſ. *Scorbuticam* & *Veneream.*

2 *Impetigo* iterum duplex: vel *benigna*, quando cutis alicubi rubet, a minimis exurgentibus puſtulis leviter exaſperatur, pruritum concipit & lente ſerpit; vel *maligna*, quæ cutim profundius erodit, latius ſerpit & univerſum quaſi habitum deſœdat.

3 Impetigo maligna ſub ſe comprehendit *Lepram Græcorum*, ſ. *Pſoram*, quæ Scabies admodum fera & contumax eſt, cum eroſione & ſquamoſitate totius cutis conjuncta, & *Elephantiaſin* ſ. *Lepram Arabum*, ubi cutis ſummam ſcabritiem & rugoſitatem inſtar elephantorum præ ſefert.

4 Ra-

4 Ratione coloris, quem ſquamulæ habent, varia ſortitur nomina Impetigo. Quando nimirum albedinem referunt, vocatur *Lexa*, *Vitiligo alba*, quando nigro infecta ſunt colore, *Melas* audit.

5 Ratione *modi*, quo incrementa ſua ſumit Impetigo, vocatur etiam *Serpigo*, quia ſerpendo ſenſim ſenſimque latius ſe propagat; ab aliis vero *Lichen*, quod ad inſtar Lichenis arborum per cutis habitum ſeſe extendat.

6 Alii *Serpiginis* nomen illi tantum affectui tribuunt, qui præter cutis ſcabritiem, etiam eroſionem & exulcerationem ejuſdem latius ſerpentem conjunctam habet; *Impetiginis* vero, qui nullam exulcerationem ſed tantum aſperitatem & ſcabritiem in ſquamas magis & furfures abeuntem exhibet.

III. *Signa*.

1 *Impetiginis malignæ*:

a Cutis in iis præcipue locis, quæ aeri expoſita ſunt, ſenſim ſenſimque aſpera & ſcabra magis redditur, arroditur, finditur & in exiles puſtulas ſiccas magis, quam humidas, abit, tandemque ſquamas producit.

b Sudor & anhelitus fœtorem concipiunt.

c Dolores Capitis admodum defatigant ægros.

d Capilli defluunt.

e Cutis ſenſum amittit.

f Et quando ſummam Scabritiem & rugoſitatem inſtar elephantorum concepit, Elephantiaſis nuncupatur.

g Facies tunc præcipue elevata & tuberculis ex rubro liveſcentibus obſita conſpicitur.

h Vox rauca & clangoſa eſt.

i Dentes nigreſcunt.

k Ungues non raro finduntur.

l Et totum corpus, ſquamis rugoſitate, ſcabritie, ulceribus difforme redditur.

2 *Scabiei ſerinæ ſ. Scorbuticæ*.

a Conjuncta eſt cum Scorbuto.

b Pruritus ſatis gravis, æſtuoſus, ſubtilis ægros vexat, qui, quoties ſcalptione irritatur, non tantum exacerbatur, ſed etiam facile in exulcerationes abit.

c Formant hæ ſtigmata ſanguinolenta cum ambitu inflammatorio ardente, modo rubicundo modo ſublivido colore prædito.

d Succedunt interdum ulcera cacoethea, ichoroſa, lympham tenuem, ſubflavam, fundentia.

e Cutis vel maculis rubicundis vel etiam tumoribus interſperſa quandoque conſpicitur.

f Concurrunt dolores admodum acuti, ſubtiles, æſtuoſi per intervalla tamen remittentes & plura in Scorbuto recenſenda Symptomata.

3 *Venereæ*:

a Manifeſtat ſe præcipue in facie & quidem circa os, cruſtoſis & glutinoſis ſiccam & pertinacem eſcharam formantibus ulceribus.

b Corpus hinc inde nodos atque tophos producit.

c Sæpiſſime etiam anum excoriationes & excreſcentiæ verrucoſæ, quod præcipue in infantibus facilius contingit, occupant.

d Ulcera nauſeoſum & fracidum ſpirant odorem.

e Dolores, qui membra & caput noctu præcipue affligunt, ſunt rodentes, terebrantes, & acres quaſi morſus inferentes.

f Varia etiam plerumque concurrunt Symptomata Venerea; Bubones, Gonorrhœa, fluor albus malignus &c. *Vid. Tab. de Lue Venerea*.

IV. *Subjectum*.

1 Impetiginem benignam facile incurrere poſſunt ii, qui tempore autumnali, & vernali multum in aere verſantur, & lympham ſalſo-bilioſam poſſident.

2 Pſoræ & Elephantiaſi expoſiti ſunt, qui ſummam corruptionem ſeri & lymphæ a variis cauſis contraxere.

3 Qui ſpeciali Divini Numinis pœna eodem olim fuere correpti.

4 Ferinam experiuntur Scorbutici.

5 Sicuti Veneream quidam, ſed non omnes, Lue Venerea affecti.

V. *Prognoſis*.

1 Impetigo benigna adhuc recens facile curatur.

2 Inveterata vero, valde ſquamoſa, haud abſque difficultate tollitur.

3 Lepra & Elephantiaſis, ſicuti morbi apud nos rariſſimi ſunt, ſic etiam ratione cauſæ curatu ſunt difficillimi.

4 Uterque pro ſumme contagioſo nunquam non habitus fuit; unde etiam ægroti in publica noſocomia, Lazaret dicta, olim relegabantur.

5 Scabies Scorbutica ſ. ferina rarius, niſi ipſo Scorbuto ſublato, tollitur.

6 Venerea facilius auſcultat medicamentis, quam ſimplex; ubi vero inveterata jam eſt, & profundiores egit radices, cum concurrentibus gravioribus ſymptomatibus, ibi malum nonniſi remediis admodum ſelectis abigitur. *Vid. Tab. alleg.*

VI. *Remedia*.

1 *In Impetigine benigna*:

a Diaphoretica fixa, abſorbentia & alexipharmaca: ☉ium diaph. Cinnabaris ☉ii & Nativ. Bezoard. miner. Eſſ. alexiph. Stahlii, Pimpinell. alb. Ljgnor. ▽. fumar. Galeg. Ulmar. Scorz. Fl. Samb.

b Laxantia ☽lia: ☽ius dulcis, Panacea ☽lis, cum ſtimulo aeri.

c Topica externa: Mercurius ſublimat. Mercurius dulcis, cum Unguent. roſat. vel pomat. ſubactus, ♁ Tart. per deliq. Ovor. Amygd. dulc. ▽. omnium florum, album. ovor. Calc. viv. Lac. Sulphuris, Acetum Lithargyr.

2 *In Maligna*:

a Laxantia Mercurialia, Noduli laxativi, cum mundificantibus combinati.

b Remedia ex Antimonio & Mercurio parata, ſub fixa magis quam volatili forma, medicamenta e viperis, ſuccino &c.

3 *In Ferina ſ. Scorbutica*:

a Omnia, quæ in Scorbuto proſunt, vegetabilia antiſcorbutica: Cochlearia, Naſturtium, Beccabunga, Tritol. fibrin. Fumar. Acetoſ. Acetoſell. Allium, Cepæ, quibus adde Acidulas, ſub convenienti motu corporis uſurpatas.

b Externe balnea abſtergentia & mundificantia, ex Lapatho acuto, Saponaria, Tabaco, Furfuribus; nec non Unguenta vel Linimenta Mercurialia. *Vid. Tab. ſeq.*

4 *In Venerea*:

a Laxantia e Mercurio parata: Mercurius dulcis, Panacea Mercurialis, Turpethum minerale.

b Ligna anti venerea, remedia ſudorifera, ex Antimonio; & Mercurio: Antimon. diaphor. Cinnabar. Antimonii, Mercur. diaphor. Tra Antimonii acris.

c Externe Unguentum vel Linimentum Mercuriale, abſque vel pro ſalivatione excitanda.

Formulæ Remediorum.

1 Unguentum in Impetigine benigna.

℞. *Unguent. pomat.* ℥ſs. ♁ *Tartar. per deliq.* ʒij
Mercur. dulc. ʒſs. *M. f. ad Oll.*

2 Aliud Riverii.

℞. *Unguent. roſat.* ℥iij. *Mercur. ſublimat.* ʒiij. *M.*

3 Aqua egregia Caroli Muſit.

℞. ♁ *Tartar. per deliq.* ℔ſs. *Deſtilla per retortam, prodibit primo Mercurius, deinde aqua.*
Merc. viv. ʒij.

4 Gelatina Viperina pro depurando Sanguine in Lepra & Elephantiaſi.

℞. *Viper. q. v. Abſcind. Capit. & caud. & ab excrement. & exuviis libera; committe Cucurbitæ alembico cæcomunitæ, affuſa ſimul ſ. q. aquæ, vas in B. M.* *repone, coque per aliquot horas, donec omnia probe fuerint diſſoluta, deinde exprime liquorem, cujus cochlearia aliquot quotidie in juſculo ſumantur.*

5 Balneum mundificans.

℞. *Rad. Lapath. acut.* ℥iv. *Herb. Saponar. Fumar. a. M.iij.* *Nicot. M.ij. Ex Incis. F. Balneum.*

VII.

VII. *Methodus Medendi.*

1 Impetigo benigna rariſſime amplam internam Curationem expoſcit, & ordinarie paucis utplurimum externis appropriatis remediis tollitur.

2 In inveterata vero Impetigine, nec non Leproſis affectibus, conveniunt præter laxantia Mercurialia, efficacia mundificantia & diapnoica. Inprimis vero primatum obtinent, quæ ex Mercurio rite parata ſunt, ut abſque Salivatione, ſi poſſibile eſt, agant.

3 In Scabie Scorbutica primario ad ipſum reſpiciendum eſt Scorbutum, intermixtis, quæ Scabiei proprie ſic dictæ conveniunt.

4 Idem etiam in Scabie Venerea obſervandum, in qua Mercurii legitimus uſus utramque abſolvit paginam.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Impetigo & Serpigo benigna externo Mercurialium certius & ſecurius quam ſulphuratorum uſui obedit.

2 In fœda & contumaci, Lepræ conſimili, Scabie Mercurius & ex eo parata remedia omnia alia mundificantia, quæcunque illa fuerint, quoad effectum ſuperant,

3 Qui verum Mercuriale diaphoreticum poſſidet, remedium habet, de quo ſibi gloriari poteſt: Securiorem enim effectum præſtat, quam Mercuriale ſalivatorium.

4 Sæpiſſime olim Scabies fœda & contumax male pro Lepra habita fuit; unde etiam Leproſorum domicilia publica ubique fere apud nos hodie aliis uſibus deſtinantur.

5 Quæ plures huc pertinent Cautelæ, ex Capite præcedent. repeti poſſunt.

CAPUT SEXTUM.

DE

Scorbuto.

I. *Definitio.* SCorbutus eſt inſignis lymphæ & Sanguinis corruptio, ab impedita humorum circulatione & depuratoria eorundem ſecretione originem habens, variaque ſpaſtico-dolorifica, nec non ulceroſa Symptomata poſt ſe trahens.

II. *Differentia.*

1 Ratione *nominis*. Vocatur a Foreſto *Gingibrachium*, quia Gingivas & brachia præcipue infeſtat. Alii *Gingipedii* nomine affectum inſignivere, quod præter Gingivas pedes ſimul laborare obſervaverint. Alii ob eundem crurum languorem conjunctoſque dolores *Sceletyrbes* nomen uſurpavere. Qui *Stomacaces* voce utuntur, particularem Scorbuti ſpeciem, in oris offenſione & Gingivarum cruentatione ulceroſaque earumdem corruptione conſiſtentem, indigitant.

2 Ratione *Symptomatum*, aliarumque circumſtantiarum differt.

a A *Lue Venerea* « Hæc quippe dolores parit terebrantes, rodentes, plus minus fixos, noctu præcipue excruciantes; Scorbutus vero dolores magis acutos, æſtuantes, tranſitorios, per incertos quaſi paroxyſmos ſeſe exacerbantes, in lecto tamen plerumque admodum tolerabiles. β Hic anteriora potius oris occupat, relaxatione & cruentatione Gingivarum, dentium quoque nigredine & carie ſeſe exerens, qui in faucibus occurrit dolor, magis eſt æſtuoſus quam acer, odor vero oris ſatis gravis: Lues Venerea vero poſteriora fere tantum palati infeſtat, dum uvulam, fauces, nares acri dolore fatigat, eademque ſenſim ſenſimque ulceroſo progreſſu erodit. γ In exteriori corporis habitu Scorbuto familiares ſunt maculæ latiores, plus minus ſecundum temperamentorum diverſitatem lividæ, ulcera etiam ichoroſa, ſanguinolenta, tenuiter manantia: Lui Venereæ vero nodi & tophi, effloreſcentiæ ulceroſo-ſcabioſæ, cruſtas & eſcheras formantes. δ Scorbutus ſæpius conjuncta habet varia abdominis incommoda: lues Venerea vero nihil horum novit, ſed ſentit ſuas moleſtias maxime in artubus & capite. ε Urina in illo fere ſemper eſt colorata, in hac vero utplurimum ſubturbida, multum tenacis mucidi ſedimenti deponens. γ Modus propagandi in utroque etiam malo eſt diverſus: in Lue quippe Venerea hoc plerumque fit per genitalia mediante coitu impuro: in Scorbuto vero hocce magis contingit ex vitio diætæ rarius per contagium, niſi quod quandoque ore communicari poſſit.

b A *Malo hypochondriaco*:

« In hoc dolores, qui obſervantur ſunt ſpaſtico-tenſivi, qui ab ipſa Natura ob humorum ſpiſſorum tranſpreſſionem inſtituuntur, atque hinc certum habent finem: in Scorbuto vero phyſice hoc magis fit, dum dolores acrimoniam humorum, eorundemque titillationem, pro fundamento habent. β Scorbutus effloreſcentias macularum in ipſo corporis habitu, corruptionemque gingivarum ulceroſam conjunctas habet, quod in malo hypochondriaco haud contingit. γ Familiares etiam ſunt Scorbuto prevaleſcenti Lipothymiæ per paroxyſmos recurrentes, quæ in malo hypochondriaco non deprehenduntur & facile a ſuffocationibus hyſtericis diſcerni poſſunt. δ Sentiunt etiam hypochondriaci dolores ſuos tantum fere in abdomine, verſus pectoris & capitis regiones quandoque excurrentes: Scorbutici vero magis in artubus & gingivis, nec non exteriori corporis habitu ſymptomata ſua experiuntur.

III. *Signa.*

1 Exerit ſeſe Scorbutus præcipue in ore, ubi gingivæ laxæ & flaccidæ deprehenduntur, ita ut leviter preſſæ ſanguinem plorent.

2 Adeſt non tantum in iiſdem, ſed & in anteriori parte faucium, pruritus æſtuoſus, ab acri venereorum dolore facile diſcernendus.

3 Fatiſcunt tandem gingivæ in ulceroſam corruptionem; labiorum etiam interna pars ulcuſcula concipit.

4 Dentes hac ipſa Scena non tantum nigreſcunt, ſed carioſam conſtitutionem ſenſim ſenſimque acquirunt, imo vacillant & excidunt.

5 Anhelitus gravi odore adſtantium nares ferit.

6 Sputatio crebra præcipue jejuno ventriculo ægrotis familiaris.

7 Accidunt ipſis quandoque narium hæmorrhagiæ.

8 Sæpius etiam occurrunt Vertigines in Lipothymias & ſyncopas terminantes & hoc quidem tanto magis, quo minus tranquille patientes in lecto ſeſe continent.

9 Non raro etiam dyſpnœa & cordis anxietas reliqua ſymptomata concomitantur.

10 In Abdomine obſervantur nauſea & vomendi conatus, nec non flatulenta pathemata.

11 Externe in corporis habitu & præcipue artubus conſpiciuntur maculæ plus minus rubicundæ, aut interdum lividæ, ſæpius etiam ulcuſcula ſanguineo-ichoroſa, tenuiter manantia, tumores liveſcentes hinc inde diſperſi.

12 Concurrunt cum iiſdem dolores acuti, æſtuoſi, ſubtiles artus præcipue affligentes, cum corporis laſſitudine & torpore conjuncti.

13 Imo contingit quandoque, ut febris ſymptomatica accedat, nullius neque periodi neque typi, ſed ad viciſſitudines repentinorum impetuum & inſperato redeuntium euphoriarum prona.

IV. *Subjectum.*

1 Corripit endemice populos maritimas, præcipue ſeptentrionales regiones occupantes, raritus meridionales, niſi qui Oceano viciniores ſunt.

2 Batavi ante aliquot ſecula hoc malum primum fuere experti. Jam & Flandriæ, Brabantiæ, Friſiæ, Daniæ, Norwegiæ & Sueciæ incolis illud familiare eſt.

3 Aggreditur præcipue otioſos, vitæ ſedentariæ aſſuetos, nautas, dum in itinere maritimo verſantur.

4 Nec

4 Nec non carnibus ſalſis fumo induratis aliiſque durioris concoctionis cibis, ut & ſpiritibus ardentibus, aut potu minus defecato utentes.
5 Juvenes & ſenes præ junioribus eodem corripiuntur.
6 Interdum etiam Quartanarii & Hypochondriaci Scorbutum experiuntur, imprimis quando poſteriores largis ſudationibus morbum profligare voluerunt.
7 Obſervatus etiam eſt in hæmorrhoidariis, quando in nimio fluxu incongrue tractati fuere.

V. *Prognoſis.*

1 Scorbutici, malo nondum inveterato laborantes, Diætæ & aeris mutatione, accedente ſimul convenienti medendi Methodo, non ita difficulter curantur.
2 Ubi autem malum prævaluit, ibi mora opus eſt, non tamen immedicabile cenſendum.
3 Quo magis viſcerum læſiones concurrunt, eo difficilius cura procedit.
4 Præſentem viſcerum labem non raro Cachexia, Hydrops & Hectica ſequuntur.
5 Juniores inprimis Sanguineo-Cholerici & Plethorici ſcorbuto affecti facile incidunt in Hæmoptyſin.
6 Reſpirandi difficultas, impr. chronica, in ſcorbuto occurrens, interdum ſyncopen, interdum vero Hydropem poſt ſe trahit.
7 Hæmorrhoidum & menſium largior fluxus ſcorbutum ſæpius admodum lenem reddit.
8 Sudores nocturni autocratici non nimis excedentes, cum macularum roſearum efflorescentia, ſcorbutum ſenſim ſenſimque imminuunt, neglecti vero eum augent.
9 Maculæ quo magis ſunt roſei coloris, & meliores ſunt & celeriorem promittunt curationem: quo magis vero ad cœruleum aut lividum tendunt colorem, eo pejores & curationem retardant.
10 Quando ab alio dependet morbo, nimirum malo hypochondriaco vel Quartana, tunc nullum auxilium admittit, niſi priori morbo medela fuerit adhibita.
11 Qui a contagio provenit, facilius curatur, quam qui ex vitio diætæ & aeris fuit contractus.
12 Quando malum in ſuperioribus adhuc partibus hæret, ita ut in ore tantum ſeſe manifeſtet, cura leviori modo abſolvi poteſt.

VI. *Remedia.*

1 Alvum laxam reddentia, primaſque vias expurgantia, Lenitiva, per epicraſin educentia: Senna, Rhabarbarum, Agaricus, Polypodium, fibr. Hellebor. nigr. cum antiſcorbuticis conjungenda, Pil. Becherianæ, Stahlianæ.
2 Humorum craſin & ſpecialiter ſanguinis congrumeſcentiam corrigentia & attenuantia, ſive catarrhalia vulgo ſic dicta: Rad. Vincetox. Helen. Ari, Pimpinell. alb. Imperator. Valerian. Diptamn. alb. lignum ſanctum, Saſſafras, Herb. Fumar. Abſinth. Centaur. min. Card. bened. Abrotan. Tinctura ♁ii acris, Tartari, nec non antiſcorbutica, temperatora primo: Beccabunga, Acetoſa, Acetoſella, Succus Citri, Chærefolium, Sedum minus, Cichor. poſtea & acriora & penetrantiora: Armoracia, Raphanus niger, Cochlearia, Naſturtium aquaticum, Sinapi, Cepæ, Allium, Piperitis, Eruca, Trifolium fibrinum.
3 Sanguinis Orgaſmum, ſi concurrit, refrænantia, abſorbentia aciditate Citri ſaturata: Oc. ♋ ppt. Conch. ppt. cum ♁. diaph. Nitroſis & Cinnabarinis conjungenda, Emulſiva item, nec non Gelatinoſa, Avenacea.
4 Tonum partium roborantia, præcipue ♂lia: Tinctura Vitrioli ♂ti Ludov. ZWelf. Tinct. ♂tis cydon. cum Succo pomor. Borsdorffianorum, Croc. ♂tis D. Stahh Limat. ♂tis tenerior, Tinct. tonico-nervina D. Stahlii.
5 Ulceroſæ corruptioni immediate ſuccurrentia, balſamica, mundificantia & tonica ſ. ſubadſtringentia: Myrrha in Subſtantia, Eſſent. ejuſdem & Succini, Mel roſat. Decoct. ex Herb. Prunel. Salv. Agrimon. Piloſel. Rad. Biſtort. Plantag. Torment. Fl. Liguſtr. Cort. Granat. Oſtum, Sanguis Draconis, Tinctur. Laccæ.

Formulæ Remedierum.

1 Potio Laxans.

℞. *Tamarind.* ℥ß. *Coq. in ſ. q.* ▽ *ſ. In Colat.*
Fol. Senn. ſ. ſt. ʒij. ℥iiſſß.
Cryſtall. Tartari ʒß. *Diſſolv. Mann. Calabr.* ℥j. *M.*
Cinam. acut. ∋ß. *D. calide.*

2 Nodulus laxativus.

℞. *Rad. Helen.* *Fol. Senn. ſ. ſt.* ʒvj.
Vincetox. *Rhabarb. elect.* ʒß.
Polypod. qu. ä. ʒß. *Fibr. Helleb. nigr.*
Lign. Sanct. *Agar. mund. ä.* ʒiij.
Saſſafr. ä. ʒij. *Inciſ. contuſ. infund.*
Herb. Fumar. *In* ℔ß. ſ. ▽ *fervent. &* ℔ß. ij.
Card. bened. *Vini Generoſ.*
Triſol. fibr. ä. Mß *Doſis* ʒvj. vij. viij. *alternis*
Summ. Cent. min. p. j. *diebus ſumenda.*

3 Species pro Infuſo antiſcorbutico.

℞. *Herb. Triſol. fibrin.* *Inciſ. bis per diem loco Infuſi*
Chærefol. *Thee uſurpentur.*
Beccabung. ä. Mß

4 Tinctura antiſcorbutica.

℞. *Tinct.* ♁ii *acris* ʒij. *D. bis l. ter per diem ad* 30.
Eſſent. triſol. fibrin. ʒj. *M.* *guttas.*

5 Pulvis temperans.

℞. *Oc.* ♋ *Citrat.* *Cinnabar.* ♁ii ʒß.
♁ii *diaph.* *Ms ſ. Pulv.*
Nitr. depurat. *Doſ.* ∋ß. *D. ſingulis* 5. *vel* 6.
Tartar. Vitriol. ä. ʒj. *horis.*

6 Tinctura antiſcorbutico-Tonica.

℞. *Eſſent. triſol. fibrin.* ʒij. *dov.* ʒj. *M.*
Tinct. Vitriol. ♂*tis Lu-* *D.* 30. *gutt. bis l. ter per diem.*

7 Mixtura Tonico-Nervina.

℞. *Tinct. Antimonii Tar-* ♎ *C.C.* ʒj. *M.*
tar. aer. ʒij. *Doſ. gutt.* 25. *bis per diem.*

8 Mixtura externa pro Colluſione oris & abſterſione Gingivarum.

℞. *Spiritus Cochlear.* ʒß. *Tinct. Lacc.* ʒij. *M.*

9 Linimentum pro abſterſione & conſolidatione Gingivarum.

℞. *Mel. roſar.* ʒj. *N. M.* ʒiß.
Succ. Cochlear. ʒij. *Liquam. Myrrh.* ʒj. *M.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 In Scorbuti Medela anima Curationis in eo conſiſtere videtur, ut ægroto bona & conveniens Diæta quoad motum, potum & cibos commendetur.
2 Sit nimirum motus corporis paulo vegetior, potus vero dilutus, acidulus, alimenta evpepta, leniter aromatiſata.
3 Alvi quoque ratio habeatur, ut libera quotidie exiſtat, in cujus rei defectu lenientia in uſum trahantur.
4 Deinde in uſum vocentur anticatarrhalia & antiſcorbutica remedia, ut horum ope humores reſolvantur, attenuentur & corrigantur.
5 Exhibeantur vero hæc ſelecta, ita nimirum, ut ſanguineo-Cholericis temperatiora, acidula: Phlegmaticis penetrantiora, incidentia: reliquis vero amara præſcribantur.
6 Et quia febrilia Symptomata ſæpius concurrunt, interponenda ſunt lenia diapnoica, Nitroſa, Abſorbentia, Gelatinoſa.
7 Quando Symptomata plurimum ſunt imminuta, reliquis remediis martialia & tonica addantur, ut partium ſolidarum tonus iterum reſtituatur.
8 Stomacaci ſpecialiter occurritur per abſtergentia & mundificantia, ſuccum ſcil. Cochleariæ & Beccabungæ, mel roſatum cum ſupra nominatis remediis, non neglecta ſimul, ut in vero Scorbuto, interna curatione.
9 Maculæ Scorbuticæ peculiarem curam haud expoſcunt, ſed efflagitant ſaltem univerſalem corporis diapnoen, ſic enim ſponte diſcutiuntur. Externe etiam S. V. Camphoratus aliqualem medelam affert.
10 Interdum Scorbutici Hæmorrhagias narium experiuntur, quæ quidem nulla re certius mitigantur & ſiſtuntur, quam temperato regimine & Diætetico & Pharmaceutico: diluentia quippe, lubricantia, nitroſa, emulſiva egregie hic opem ferunt, ita ut ſiſtentibus & anodynis rarius opus ſit.

VIII.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Scorbutus omnes fortiores tam Sanguinis commotiones, quam artificiales humorum excretiones respuit: quia plerumque majora damna & incommoda eafdem sequuntur.

2 Unde abstinendum est a Vomitoriis & Catharticis, quippe quæ majores anxietates, palpitationes, aliasque turbas excitant.

3 Idem etiam efficit Venæsectio & regimen Sudoriferum, quod præterea intensissimas excitare solet Cephalalgias.

4 Salivatoria vero in usum vocata stases ulcerosas non modo augent, sed & dentium casum promovent; unde nunquam locum habent, nisi Lues ♀ rea in enormiori gradu concurrat.

5 Diureticæ etiam excretiones moderate instituendæ sunt: acriora enim nocent; imo Tincturæ alcalinæ acriores non semper tutæ sunt, sed cautam exhibitionem exposcunt.

6 Sicuti vero artificiales ejusmodi excretiones fortiores non bene fert Scorbutus, ita voluntarie excitatas inpr. diaphoreticas & alvinas temere supprimi haud patitur.

7 Diarrhææ quippe suppressæ pariunt tormina ventris, colicas convulsivas, inflationes abdominis atque lienis, singultus & Cardialgias.

8 Vomitus spontanei, qui interdum Scorbuticis eveniunt, si supprimuntur, maximas post se ducunt anxietates cardialgicas, aliaque incommoda.

9 Quid ab hæmorrhagiis suppressis sperandum sit, facile augurari licet, nimirum enormiores cephalalgiæ: vertigines, sanguinis majores exæstuationes.

10 Repulsio macularum scorbuticarum omnia symptomata exacerbat, quare frigus sedulo vitandum est.

11 Dolorum ferociæ male opponuntur Anodyna, quippe quæ vires tantum prosternunt, stases adaugent & excretiones supprimunt, imo dolorum recrudescentiam tanto ferocius invitant.

12 Curatio, quo magis placide instituitur, eo certius ad finem optatum perducitur; unde etiam continua & anxia Medicatio non semper tuta est, sed symptomata ordinarie exacerbat.

13 Succi malorum Citrinorum & aurantiorum nec non herbarum temperatarum antiscorbuticarum, jusculæ præterea carnium recentium egregie sublevant Scorbuticos, reliqua tamen acida inpr. mineralia minus tuta sunt.

14 Acidulæ quoque cum bona Diæta in usum vocatæ Scorbuticis haud inutiles esse observantur, usus tamen moderatus sit, necesse est, & motus continuatus semper jungatur.

15 Nitrum pro commotione Sanguinis sistenda & acrimonia ejusdem temperanda egregium est remedium, abusus tamen vitandus est.

16 Cepæ & allium nautis solatium afferunt, sensibilioribus vero non æque conveniunt.

17 Trifolium fibrinum a Simone Pauli commendatum Phlegmaticis magis prodest, quam cholericis: inconvenienter enim propinatum anxietates inprimis colicas adauget.

18 In Paralysi Scorbutica habet usum Sedum Vermiculare, quod testibus Actis N.C. vomitorium specificum edit effectum, in forma Decocti exhibitum.

19 Aromatica pro condimento moderate usurpata prosunt, nocet vero eximie eorundem abusus.

20 In Stomacace celebratur Cochleariæ succus, nec non Beccabungæ, a spiritu autem Cochleariæ abstinendum est, quoniam ordinarie insignes in Massa Sanguinea excitat turbas.

21 Si ulceratio subest, Linimentis mundificantibus aliquid Aluminis usti, sed in moderata dosi, commiscendum est.

22 Evitentur acida fortiora: ℞ Vitrioli, inprimis vero Salis & Nitr. quia dentibus admodum inimici sunt.

23 Substituatur acetum commune, Acetositas Citri, Acetum Scylliticum cum aliis convenienter commiscenda.

24 Quando lues venerea cum Scorbuto est conjuncta, tunc prioris præcipue ratio est adhibenda, non neglecto tamen plenarie posteriore, sed adhibitis lenioribus & maxime convenientibus antiscorbuticis.

CAPUT SEPTIMUM,

DE

Gonorrhœa Virulenta.

I. *Definitio.* GOnorrhœa Virulenta est saniosum profluvium, tetri utplurimum flavo-viridescentis coloris, ex genitalibus fiens, ab impuro concubitu originem habens.

II. *Differentia.*

1 A *Gonorrhœa benigna*, ubi semen in naturali suo colore ob vasorum continentium atoniam involuntarie absque erectione penis effluit.

2 A *Pollutione nocturna*, quæ adolescentibus & Venereis, sub lascivis insomniis & erectione membri virilis contingit, nullumque Seminis inquinamentum conjunctum habet. De qua utraque Specie superius actum est.

III. *Signa.*

1 Contingit hocce impurum profluvium non immediate post peractum coitum, sed communiter circa quartum l. septimum diem: nonnunquam tamen, ubi virus est admodum penetrans, citius se manifestat.

2 Antecedit vero dolor insolitus genitalium, cum quadam rotatione quasi testiculorum, observante Sydenhamio.

3 Liquor, qui emanat, Seminis primo naturam æmulatur, postea flavescit & sensim virescit: in malo vero graviori Sanguine etiam tingitur.

4 Noctu, quando corpus incalescit & penis erigitur, maxime dolorificam sentiunt constrictionem Patientes in membro.

5 In Præputio vero sæpius inflammatio cum sensibili ardoris sensu accedit.

6 Ardor hic exquisitissime semper in urethræ inferiore parte, sive circa radicem penis, post mictionem absolutam percipitur & augetur.

7 Incidunt interim Patientes in virium prostrationem & membrorum lassitudinem haud exiguam.

8 Oculorum ambitus subsidet & lividum acquirit colorem, reliquus vero faciei conspectus pallidior evadit.

9 Incurvatur etiam interdum membrum ob acriorem materiam cum acerbissimis doloribus, quod malum Galli *Chaudepisse cordee* appellant.

10 Quando fluxus sub mala Diæta aut inconvenientibus remediis diutius durat, urethra sensim erosa carnem luxuriantem, sub *Caruncularum* nomine notam, producit, quæ postea mictionem non absque magno Patientis incommodo impedire solet.

11 Interdum etiam statim in principio pustulæ in glande exurgunt, quæ in ulcera late & profunde depascentia *Chancres*) abire solent.

12 Quod si vero fluxus impeditur & adstringentibus justo citius tractatur l. tumores glandularum inguinalium, sub Bubonum nomine noti, l. atrociſſimi dolores & inflammationes Scroti, cum ingenti unius vel amborum testiculorum tumefactione, superveniunt.

13 Sub justa autem medicatione materia illa tetri coloris sensim naturalem assumit faciem & tandem l. sponte l. sub convenientium remediorum usu evanescere solet, reliquis etiam symptomatibus omnino cessantibus.

IV. *Subjectum.*

Gonorrhœæ virulentæ expositi sunt personæ cum impuris & infectis aliis mediante coitu commercium habentes.

V. *Prognosis.*

1 Gonorrhœa Virulenta recens, legitime per convenientia remedia tractata, sæpius spatio paucorum dierum curatur.

2 Si autem malum jam invaluit, non sine insigni difficultate tollitur.

3 Quo major est gradus infectionis, eo gravior est Gonor-

norrhœa & eo diuturniori mora opus eſt ad curationem abſolvendam.

4 Fluxus quo expeditius procedit, eo tolerabiliora ſunt reliqua ſymptomata.

5 Quando vero incongrue per medicamenta ſupprimitur, eo certius bubones, tumores ſeroti & teſticulorum aliaque peſſima ſuperveniunt Symptomata.

6 Eadem adſtringentia, per Syringam in urethram injecta, ſæpiſſime Caruncularum Auctores ſunt.

7 Interdum etiam ipſa Lues Venerea iiſdem artificiis inconcinne adhibitis originem ſuam debet.

8 Gonorrhœa vero Virulenta ſibi relicta & legitime tractata rariſſime Luem Veneream poſt ſe ducit.

9 Bubones, ſi interne tantum tractantur, plures ſeptimanas expoſcunt, donec plenarie evaneſcant.

10 Carunculæ vero ſemel enatæ ſolo interno remediorum uſu nunquam curantur, niſi externe l. per convenientia remedia l. inſtrumenta chirurgica iiſdem ſuccurratur.

11 Gonorrhœa Virulenta nonnunquam in Gonorrhœam ſimplicem admodum rebellem mutatur, quam Galli ſtricte *une Gonorrhee* appellant.

12 Gonorrhœæ virulentæ in benignas & habituales, iam per inſigne tempus durantes, mutatæ difficillime curantur.

13 Interdum vero ulcuſculum in urethra remanet, quod ſaniei per intervalla emanantis, Gonorrhœam ſimplicem fere æmulantis, cauſa eſt, quod nonniſi præſidiis externis tollitur.

VI. *Remedia.*

1 Materiam ♀ream & corruptam derivantia & evacuantia: laxantia appropriata, e Mercurio præcipue deſumpta: ☿ dulcis, Turpethum minerale, præcipitata alia edulcorata & a Salibus liberata, cum Extract. Panchym. Croll. Helleb. nigr. Trochiſc. alhand. Reſin. Jalapp. commiſcenda.

2 Eandem corrigentia & mundificantia, uti vulgo ſic dicta anticatarrhalia: Rad. Sarſapar. Chin. Pimpinell. alb. Lign. Saſſafras, Guajac. Eſſent. alexiph. Stahlii, Pimpinell. Lignor. Succin. Tinct. Tartar. ♁ij Tartariſat. Balſ. Peruv. de Capayv. Terebinth. Venet. & Spir. ejuſdem, Gumm. Guajac. Junip. Maſtich.

3 Ardorem partium affectarum mitigantia, Nitrata, abſorbentia, diaphoretica fixa, Cinnabarina, Emulſiones, Gelatinæ, Decoct. nephrit. Foreſt.

4 Partium relaxatarum tonum reſtaurant & fluxum reprimunt: Oſſ. Sep. cum Balſamicis ſupra nominatis exhibenda.

5 Inflammationes & tumores externos demulcent fotus ex emollientibus, Rad. nimirum Alth. Lil. alb. Herb. Melilot. Malv. Branc. urſin. fl. Chamom. Verbaſc. Sem. Lin. Fœn. græc. nec non Empl. e melilot. Diabotan. e mucilag. ℞ Vini Camphorat.

6 Ulcera penis externa mundificant & ad conſolidationem diſponunt acriuſcula: ♃♃ philoſoph. cum oleo ovorum temperatum, Unguent. Nicot. Baſilic. ♀ius ☿tus albus l. ruber, Eſſent. Succin. myrrh. Lapis medicamentoſ. Tinct. ♁ii acris.

7 Carunculas penis abſumunt Cathæretica & erodentia mitiora, mediante candela cerea l. chorda ex inteſtinis contorta, l. etiam peculiari cannula applicanda: Oſſ. Sep. Tut. ppt. Ariſtol. rotund. Alum. uſt, ☿ dulcis, præcipitatus.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ laxantes.

℞. *Extract. Panchym. Croll. gr. XII.*
Helleb. nigr. gr. viij.
☿ij *dulc. rit. par. gr.* vj.
Reſin. Jalapp. gr. iij.
f. Eſſent. lignor. fiant l. a. Pil. No. XXI. pro una vice.

2 Aliæ.

℞ *Maſſ. pil. Succin. Crat. gr. XV.*
Extract. helleb. nigr.
☿ii *dulc. rit. par. ā gr.* vij
Trochiſc. alhand. gr. ij.
c. Eſſent. Pimpin. l. Tinct. ♁ij.
Tartaris. F. l. a. Pil. No. XIX.
S. Ut antea.

3 Eſſentia Balſamico-reſolvens.

℞. *Eſſent. lignor. alexiph. Stahlii ā* 3ij.
Succin. 3j.
Ms S. bis l. 3. per diem ad 30 *gutt. propinand.*

4 Alia.

℞. *Tinct.* ♁ij *acr.*
Eſſent. Pimpin. alb. ā 3iſs.
Succin. 3j.
Balſ. de Capayv. 3ſs.
Miſc. S. Ut antea.

5 Alia.

℞. *Eſſent. Succin.* 3ij.
myrrh. 3j.
℞ *Terebinth.* ℨj.
Ms S. ut antea.

6 Pulvis temperans.

℞. *Oc.* ☿☿ *ppt:*
Nitr. depurat.
Tartar. Vitriol. ā 3iſs.
Cinnabar. nativ. ppt. ℨij
Ms f. Pulv. bis l. 3 per diem ad ℨj *propinandus.*

7 Emulſio temperans.

℞. *Amygd. d. exc.* 3ſs.
Sem. 4. frig. maj. ā 3j.
c. Decoct. C. C. f. l. a. Emulſ.
Edulc. Syr. dialth. Fernel.
3vj.
Add. Conch. ppt.
Oc. ☿☿ *ppt. ā* ℨſs.
D. pro duabus vicibus.

8 Pilulæ adſtringentes & Balſamicæ Blancardi.

℞. *Gumm. Elem.*
Maſtich. ā 3ij.
Terr. Cathecu ℨj.
F. l. a. Ptulæ cum Balſam. Indico.
Doſ. ℨſs.

9 Aliud mitius.

℞. *Oſſ. ſep.* ℨij.
Balſ. de Capayv. ℨj.
Ms cum aliquot granis Cer-
ticis ☉*rion f. Bol. No. ij duabus vicibus aſſumendi.*

10 Fotus emolliens.

℞. *Rad. alth.*
lil. alb. ā 3j.
Herb. malv.
branc. urſin.
melilot. ā Mj.
Sem. lin.
fœn. græc.
Inciſ. contuſ. coq. in ſ. q. ▽ *f.*
Admov. calide bis l. ter per diem parti affectæ per j *l.* ½ *horæ ſpatium, impoſito poſtea Emplaſtro quodam emolliente.*

11 Linimentum abſtergens & mundificans Sydenhamii in ulceribus penis.

℞. *Unguent. Baſilici* 3vj.
Nicot. 3ij.
☿ *Præcipit.* ▽ *roſ. lot. &*
optime lævigat. 3ſs.
Ms applicetur cum linteis vaſis.

12 Emplaſtr. Cathæreticum in Carunculis penis Caroli Muſitani.

℞. *Oſſ. ſep.*
Tut. ppt. ā 3ij.
C. C. uſt.
Aloes lotæ,
Ariſtol. rotund.
O *uſt.* 3ſs.
F. Pulv. ſubtiliſſ. Poſtea.
℞. ♃♃ *roſar.* ℨij.
Litharg. ☉ 3j.
F. Decoctio, quouſque acquirat Emplaſtri conſiſtentiam, deinde ab igne depoſito, adde illum pulverem & ad ignem tra-
ctato ac miſceto, donec medicamentum evadat duriuſculum.
Annectitur hoc remedium extremitati candelæ l. chordæ & Caruncula applicatur.

13 Pulvis ejuſdem.

℞. *Dracon. mitigat.* 3ij.
Stibii crud. 3ſs.
Tut. ppt. 3j.
Ms f. Pulv. ſubtiliſſ.
Cum ♃♃ *amygd. d. diſtemperatus illinatur candelæ l. chordæ & applicetur Caruncula.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Curæ initium fiat per laxantia appropriata, quibus ſemper ☿, tamquam optimus mali ♀rei domitor, admiſceatur.

2 Repetantur eadem poſt 6 vel 7 dierum intervallum toties, quam diu medicatio perdurat.

3 His ipſis interponantur primo corrigentia: Tinct. Tartar. ♁ii Tartariſat. reſolv. nobis uſitata, Eſſent. alexiph. Stahlii, Eſſent. lignorum bis l. ter per diem exhibendæ.

4 Ad ardoris ſenſum mitigandum aliquoties pulveres abſorbentes & Nitratos per diem adhibere conveniet, cui fini etiam inſerviunt Emulſiones.

5 Quando per 6 l. 8. dies talia uſurpata fuere, & ardoris ſenſus aliquantum mitigatus eſt, admiſceantur ſupra nominatis remediis ballamica: Eſſent. myrrh. Succin. Balſ. Peruv. de Capayv. Terebinth. ℞ Terebinth. Opobalſam.

6 Sic materia ſenſim ſenſimque imminuetur & naturalem aſſumet colorem, quo tempore ſpecifica ſiſtentia

tia locum habent. Ad hanc claſſem referuntur præcipue oſſa Sepiæ, l. pulveretenus vel cum Balſam. Indico albo ſub bolari l. pilul. forma ad ſcrupulos aliquot per diem exhiberi poſſunt.

7 Quod ſi vero mitioribus his ſiſtentibus fluxus haud auſcultat, tunc magis fortiora, qualia ſunt pilulæ adſtringentes Blancardi, in uſum trahere convenit.

8 Poſt ſopitum hac ratione fluxum præſtat Patientibus per aliquod adhuc tempus Balſamico-corrigentia ſupra nominata commendare, ut, ſi forte aliquid adhuc inquinamenti remanſerit, illud hac ratione prorſus edometur: quo in caſu ceteris omnibus palmam facile præripit Tinctura ♃ii acerrima, cum Balſ. de Copayva mixta.

9 Diæta tota Curationis tempore ſtricte obſervetur, ita quidem, ut nonniſi eupepta in moderata portione & potus dilutus ex lignis anti ♀reis, l. vinum album tripla l. dimidia ▽ quantitate temperatum in uſum trahantur, omnibus dyſpeptis, ſalſis, acidis, ſpirituoſis omnino prohibitis.

10 Præputii tumores & inflammationes, necnon Scroti tractantur per emollientia: Fotus, Emplaſtra, Cataplaſmata, quæ bis l. ter per diem applicari poſſunt. Medetur etiam iiſdem & ſolamen affert Spiritus Vini Camphoratus.

11 Ulcera vero l. in præputio l. in glande l. in urethra occurrentia mundificantur per abſtergentia penetrantiora, ſubjunctis balſamicis & conſolidantibus.

12 Pro Carucularum extirpatione commendant Candelulas cereas, l. chordas ex inteſtinis contortas, quibus pulveres, unguenta & alia ſeptica applicant, ad Carucularum uſque ſedem intrudenda. Si æger urinam emittere cogitur, educenda candela eſt & poſt mictionem recens inſinuanda.

13 Quando Mictio per haſce Carunculas impeditur, quod ſæpius contingit, Catheter in uſum vocandus eſt, ut lotio exitus detur.

14 Bubones tractantur per Tincturas corrigentes ſupra laudatas, quæ per plures ſeptimanas ſunt continuandæ, donec Gonorrhœa redeat & tumores ſenſim evaneſcant.

15 Quidam etiam externe tantum per maturantia eoſdem tractant, ubi maximis doloribus patientes extorquentur, donec per Sectionem ſanguini inquinato & corrupto exitus concedatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Quo majus ♀ reum inquinamentum eſt, quod facile ex ſymptomatum atrocia colligitur, eo magis anticatarrhalibus corrigentibus & ♁libus laxantibus inſiſtendum, vitatis in principio balſaminis acrioribus, inprimis terebinthinatis, a quibus non tantum graves inflammationes ſed & ipſas penis ſphaceloſas corruptiones inductas eſſe vidimus.

2 Balſamica hæc tunc demum tempore commode reliquis remediis & quidem in moderata ſemper doſi adjungantur, quando ardoris ſenſus paulatim imminui incipit.

3 Pro corrigenda materia nihil potentius eſt Tra antimonii l. tartari acri aut inprimis noſtra reſolvente, quibuſcum combinari poſſunt Eſſent. alexiph. Stahlii, Pimpin. alb. ſignor. ita tamen ut poſterior in ſubjectis ſiccioribus cum cautela uſurpetur.

4 Quamdiu ardoris ſenſus valde urget, nec ipſa Eſſentia myrrh. & Succini tuta, quæ poſt eundem aliquantiſper mitigatum cum ſupra citatis combinatæ bene ſe gerunt.

5 Pro temperando ardoris illo dolorifico ſenſu inſerviunt inprimis pulveres Nitrato-abſorbentes, tum etiam repetitæ laxationes per ♁ium dulcem: nimia tamen refrigerantia vitanda ſunt.

6 Injectiones cum balſamicæ, tum adſtringentes, plane exulent: illæ ſummos ardores & inflammationes inducunt, hi fluxum ſupprimunt, Bubones, Carunculaſque invitant.

7 Si quæ in uſum trahuntur, fiant ex abſtergentibus, demulcentibus, mitigantibus: lacte, Decocto lignorum diluto, ▽ mellis, ♁ dulci.

8 Cantharides a quibuſdam magnopere commendati dolores inſignes, inflammationes renum & veſicæ, non raro etiam mictum cruentum invitant. Acrimoniæ eorundem Nitrata & Lac in copia hauſtum medentur.

9 Anti-♀rea & corrigentia nunquam cum regimine ſudorifero exhibeantur: graves enim noxæ, bubones nimirum, tumores teſticulorum, & ipſa lues ♀rea exinde originem ſuam ducere poſſunt.

10 Ideo etiam Decocta lignorum, quæ præſcribuntur, nunquam ſint ſaturata, ſicuti in lue ♀rea commendari ſolent, ſed dilutiora, Decoctis vulgo ſic dictis ſecundariis correſpondentia.

11 Majus & certius adhuc damnum ab adſtringentibus, maturius juſto exhibitis, expectandum eſt; unde ſerio ab iiſdem ſibi cavendum, quam diu acrimonia Urinæ & alia Symptomata Patientem adhuc fatigant.

12 Quando etiam, poſt mitigata Symptomata, hæc remedia in uſum trahuntur, præſtat primo ad mitiora confugere, poſtea his nihil proficientibus, tandem ad fortiora transgreſſus fieri poteſt.

13 Hæc ipſa adſtringentia cum Balſamicis conjuncta efficacius ſe gerunt, quam ſi ſola exhibentur.

14 Venæſectiones pro curanda Gonorrhœa virulenta non ſunt neceſſariæ; ubi vero inſignis plethora concurrit, faciunt aliquid & contribuunt ad ſymptomatum mitigationem.

15 Per Urinam intra præputium contentam, & repetitam hac ratione glandis abſterſionem, ſecundum Botalli Conſilium inſtitutam, nullæ Gonorrhœæ virulentæ, niſi leviores ſint, præſervantur, nedum curantur.

16 Catharticis ſolis edomatur quidem hoc malum ſecundum Sydenhamii methodum, ſed felicius & citius hoc fit mediantibus corrigentibus, interpoſitis laxantibus & tandem ſubſtitutis balſamice-adſtringentibus.

17 Quando per adſtringentia fluxus juſto maturius ſuppreſſus eſt, conveniunt præter laxantia Mercurialia, corrigentia acriora, inter quæ Tinctura ♃ii acris & Eſſentia Pimpinellæ albæ facile primum locum occupant, quæ tamen ſi ſenſibilem effectum exerere debent, aliquandiu continuandæ ſunt, ut nimirum Gonorrhœa revocetur, quæ via eſt ſecuriſſima.

18 Satius ſemper eſt, Bubones per interna reſolventia & balſamica ſucceſſive diſſolvere, quam eadem per externa varia tractare, quoniam facile ulcera ſordida multum negotii faceſſentia ſequuntur.

CAPUT OCTAVUM.

DE

Malo Neapolitano ſ. Lue Venerea.

I. *Definitio.* LUes ♀rea eſt inquinamentum maxime fermenteſcens & contagioſum, lymphaticos primo humores corrumpens, poſt & ipſas glandulas nec non oſſa firmiſſime obſidens, eademque ſenſim ſenſimque depaſcens, ab impuro coitu l. contagio communicantum.

II. *Differentia.*

1 A *Scorbuto*, de qua ſuperius Tab. CV. fuſius actum fuit.

2 A *Lepra*, ubi univerſa corporis ſuperficies rugoſa, elephantorum inſtar, cum inſidentibus ſquamis obſeſſa conſpicitur: In Lue Venerea autem hinc inde obſervantur nodoſæ collectiones, profunde ulcerascentes, & ipſa oſſa tandem erodentes, quod in Lepra non fit, ubi ulcera, quæ occurrunt, magis ſunt ſuperficialia. In Lepra cutis ita denſa & aſpera evadit, ut acus punctura non ſentiant Patientes: in Lue Venerea vero hic ſenſus non amittitur. Dolores in Lepra ſunt acutiſſimi: in Lue Venerea rodentes & terebrantes noctu præcipue ægrotos defatigantes.

3 Ratione Gradus.

a Quando inquinamentum Venereum adhuc hæret circa partes genitales.

b Quando toti humorum Maſſæ jam communicatum fuit, & univerſalis adeſt humorum inquinatio.

c Quando virulentia partes solidas, glandulas, ossa jam afflixit & ulcerationes, caries, dolores capitis gravissimi & artuum, nodi aliaque accidentia graviora adsunt.

III. *Signa.*

1 Sequitur Gonorrhœam virulentam per impurum coitum contractam & male postea per Adstringentia vel etiam regimen sudoriferum tractatam.

2 Interdum vero tacite absque Gonorrhœa exurgit, lassitudine tantum membrorum & doloribus cum capitis tum artuum obtusis, nec non efflorescentiis scabiosis; & hoc quidem, ubi malum per contagium fuit communicatum.

3 Adsunt tamen & hæc Symptomata in priori casu, sed conjuncti simul sunt statim in principio vel bubones, vel ulcera penis, Gallis *Chancres* dicta.

4 In Sexu sequiori excipit hoc malum fluorem album malignum s. Venereum, similiter incongrue tractatum.

5 Ubique inquinamentum Venereum humoribus intime sese commiscet, partem eorundem lymphalem corrumpit & ad stases disponit.

6 Quo magis itaque Sanguini innidulatur, eo certius dolores augmenta capiunt.

7 Occupant illi summum Caput, humeros, Scapulas, medium femur, medias tibias, inguina, perinæum, & noctu præcipue ægrotos excruciant.

8 Sunt vero dolores graves, osteocopi, rodentes, terebrantes, vibratiles, primo magis erratici, postea sensim sensimque fixiores & constantiores.

9 Aliis solennes sunt bubones, ulcera aliis, aliis Verrucæ & cristosæ excrescentiæ in ano & glande, scabiosæ aliis efflorescentiæ siccæ, urentes, superficiem corporis occupantes.

10 Omnibus vero contingunt pustulæ nodosæ, hinc illic erumpentes & tandem ulcerascentes, post in flavescentes crustas & escharas abeuntes.

11 Color faciei pallescit & squalidus evadit, orbita vero oculorum subsidet & sublividum conspectum acquirit.

12 Uvula tandem aliæque oris glandulæ firmiter obsidentur; unde ab earum læsione vocis raucedo inducitur.

13 Hæc si symptomata præsto sunt, de veræ & contumacioris jam Luis præsentia non amplius dubitare licet.

14 Nam non tantum eroditur rebus sic stantibus Columella, sed malum etiam sese diffundit ad Cartilagines & ossa faucium, nariumque, eademque sensim consumit.

15 Præcipue vero admodum familiare est huic malo, ut oris angulos labiaque ulcusculis affligat, nariumque etiam pinnas inficiat & corrumpat.

16 Dolores hoc in statu eo usque exacerbantur, ut ægroti vix amplius præ eorum vehementia in lecto sese continere possint.

17 Accedunt non raro hinc & illic ob hanc dolorum pertinaciam tubera perdura in ossibus, exostoses dicta, quæ tandem ossium cariem & consumtionem post se ducunt.

18 Alii experiuntur etiam in externa cutis superficie tumores majores, peculiari cysta inclusos, sub meliceridum, steatomatum, atheromatum nomine notos, quod tamen rarius contingit.

19 Urina, quæ emittitur, est turbida, sedimento mucoso & viscido odore nauseoso, subdulci, fœtido prædita.

20 Sanguis vero per Venæsectionem emissus ostendit in superficie manifestum lentorem & glutinositatem.

21 Ultimo nisi malo medela afferatur, non tantum superficies corporis ulceribus quasi consumitur, sed & columella cum vicinis ossibus plane eroditur, ut ægrotus voce omnino fere privetur.

22 Cranium etiam aliaque ossa manifestam cariem concipiunt: Capilli defluunt & plantæ pedum, manuumque volæ rhagades & rimas acquirunt.

23 Et sic hectica, macie & ulceribus consumtus patiens sub vehementissimorum dolorum atrocia miserrime vitam finire cogitur.

IV. *Subjectum.*

1 Americani quidam populi endemice corripi creduntur hoc morbo.

2 Lucrati eundem ab his sunt Europæi, cum Anno 1493. Galli Neapolin obsidione cingerent.

3 Illis autem præcipue familiaris est, qui per impurum coitum corpus conspurcavere.

4 Interdum vero etiam innocentes corripit, qui cum infectis arctius habent commercium, in uno lecto dormiunt, poculis & cochlearibus, nec non vestimentis eorumdem utuntur &c.

5 Non raro etiam infantes hæreditate & frequentius adhuc per nutrices impuras hoc malum acquirunt.

V. *Prognosis.*

1 Recens Lues Venerea facilius curatur quam inveterata.

2 Quæ humores adhuc pro sede habet facilius quoque subigitur, quam quæ partibus solidis jam inhæret.

3 Quæ cum Scorbuto alioque morbo combinata est, difficilioris est curationis.

4 Lues Venerea, si conveniente Methodo curata est, & eadem subjecta semel adhuc l. altera vice invadit, refractarie magis se gerit, quam prima vice.

5 Quæ per contagium communicatur, lentius procedit & facilius medicamentis obedit; quam quæ impuro coitu contracta est.

6 Infantes tamen, quibus per matrem aut nutricem communicata est, plerumque satis graviter exinde decumbere & difficulter liberari conspiciuntur.

7 Qui insignem visceris læsionem simul conjunctam habent, difficillime valetudinem pristinam acquirunt.

8 Quo magis ossa jam sunt erosa & hectica complicata, eo minor reconvalescentiæ spes supereſt.

9 Sibi relicta nunquam curatur, etiamsi optimum regimen Diæteticum observetur.

10 Quando morbus per medicamenta curatur & non plenarie extirpatur, tunc post aliquot temporis decursum novas radices agit & priores tragœdias ludit.

11 Subjecta succulenta facilius hunc morbum ferunt, quam sicciora.

12 Unde etiam sexus sequior facilius & diutius hunc perferre potest quam virilis.

VI. *Remedia.*

1 Corpus inquinatum præparantia & sordes primarum viarum eliminantia: Magnesia alba, ☿rius dulcis cum Extracto Panchymag. vel Hellebori nigri propinatus, Noduli etiam laxativi, cum anticatarrhalibus combinati.

2 Lympham corruptam corrigentia & inquinamentum Venereum per vias urinarias & superficiem corporis expellentia anti-catarrhalia, alexipharmaca: Essentiam Pimpinell. alb. alexipharmac. Stahlii, Lignorum, Scordii, Succini, ☉ij Tartarisat. Spir. Guajac. ☿ius dulcis, ☉ium crudum pulverisatum: ut & fortiora resolventia: Decocta lignorum saturata ex ligno Guajac, Sassafr. Junip. Pini, Fraxini, Rad. Chin. Sarsaparill. Bardan. Vincetox. Petasit. Herb. Sapon. Tinct. ☉ii acris, Tartari acris, resolvens nobis usitata.

3 Lympham corruptam cum fermento Venereo per salivationem evacuantia, uti sunt ☿lia: interne ☿ius dulcis, Panacea l'Emery, Turpethum minerale; externe Suffimigia ☿lia, Unguenta ☿lia.

4 Faucium inflationes & exulcerationes sub salivatione metuendas demulcentia & abstergentia: Gargarismata ex Hord. Rad. Alth. Herb. Malv. Sem. Cydon. Fœn. Græc. Ficub. c. lacte, aquæ permisto, parata.

5 Ulcera Venerea abstergentia & consolidantia: interne ☿lia & anti ♀rea supra laudata; externe ☿ius dulcis bis l. ter per diem insperſus, vino calefacto antecedentem novi abluendus, præcipitatus etiam ruber, Unguentis admiscendus, nec non secundum Paracelsum ℞ Guajaci. In levioribus vero satisfacit Tinctura ☉ii acris, Decocto lignorum sufficienter temperata.

6 Bubonibus prospicientia: interne ☿lia & Tincturæ alcalinæ acres cum Decoctis Lignorum exhibitæ. Externe discutiunt eosdem Emplastr. diaphoretica & resolventia e melilot. Sperm. Cet. ☿io impregnata: maturant vero Emplastr. e Mucilag. filii Zachariæ.

7 Nodos Gallicos dissolventia: præter interna anti

♀ rea

♀rea Unguenta & Emplaſtra ♀lia v.g. Vigonis, cum bona ♀ii portione combinatum, applicatio Laminæ plumbeæ ♀io illitæ & externe impoſitæ.

8 Excreſcentias fungoſas & verrucoſas abſumentia : ♀ius præcipitatus, pulveres ex Alumine & Herb. Sabinæ, non neglectis internis remediis.

9 Cariem oſſium tollentia : Tinct. ♁ii acris, Euphorb. ceteraque uſualia, ℞ Guajaci, raſura.

10 Sabiem Veneream curant interne ♀lia: Panacea ♀lis, Mercurius dulcis, externe Unguentum quoddam Mercuriale. *Formulæ Remediorum.*

1 Pilulæ Mercuriales laxativæ.

℞. *Extract. panchym. Croll.* gr. XII. *hellebr. nigr.* ♀ii *dulc. rit. par. ā* gr. vii. *Trochiſch. alhand.* gr. iij. *c. 7 ra* ♁ij *acris ſ. l. a. Pil. No. XIX. Conſp. pulv. liquir. pro una vice.*

2 Nodulus laxativus.

℞. *Rad. Chin. Bardan. ā* ℥ſs. *Sarſapar.* ℥vj. *Lign. Guajac.* ℥ſs. *Saſſafr.* ℥ij. *Herb. Saponar. Mj. Fol. Senn. ſ. ſt.* ℥iſs. *Fibr. Helleb. nigr.* ℥ſs. *Cryſtall. Tart.* ℥iij. *Inciſ. contuſ. infund. in Vini albi & Aqu. ſ. a.* ℔ij. *Doſ.* ℥vj. vij. *ſingulis vel alternis diebus.*

3 Eſſentia reſolvens & diuretica.

℞. *Tinct.* ♁ij *acris* ℥ſs. *Eſſent. lignor. Succin. ā* ℥j. *Mſ Doſ. gutt.* 30. 40. *bis l. ter per diem propinanda.*

4 Alia.

℞. *Tinct. Tartari acris* ℥ſs. *Eſſent. Pimpinell. alb.* ℥ij. *S. ut antea.*

5 Pulvis expellens.

℞. *Conch. ppt.* ♁ij *diaph. ā* ℥ſs. *Antimon. crud.* ℥ij. *Cinnabaris* ♁ij ℈ij. *Mſ ſ. Pulv. bis per diem ad* ℈j. *propinandus.*

6 Decoctum lignorum ſaturatum.

℞. *Rad. Sarſapar.* ℥ij. *Chin. Bardan. ā* ℥j. *Lign. Sanct.* ℥iij. *Saſſafr.* ℥iſs. ♀ij. *vix. in pet. ligat. Antimon. Crud. pulveriſ.* *in pet. ligat. ā* ℔j. *Pumic.* ℔ſs. *Coq. c.* ▽ *S. Menſur. XII. ad tertias. Decant. & colat. ſerv. pro uſu.* *Doſis* ℥vj.

7 Aliud Baglivi pro valde emaciatis & Tabidis.

℞. *Rad. Sarſapar. Viſc. Querein. ā* ℥iij. ▽ *font.* ℔ *XL. Infund. in vaſe terreo vitreato ſuper Cineres calidos per* 24. *horas. Tunc adde: Antimon. crud. Pumic. crud. contuſ. & ſeorſim in petia ligat.* ℥iij. *Bulliant ad tertias: in fine Adde: Cinam. contuſ.* ℥ſs. *Coletur & ex reſiduis fiat Secunda Decoctio cum eadem* ▽ *quantitate.* *Doſis prioris* ℔j. *ſingulis mane per* 30. 40. *dies.*

8 Pulvis Salivatorius.

℞. *Panaceæ* ♀*lis ſ' Emery* ℥ſs. *Exhibe prima vice* ℈ſs *matutino & veſpertino tempore: 2da die propinentur* 15 *gran. bis quoque per diem: 3tia* 20 *gran. iterum bis: 4ta die* 25 *gran. bis quoque: 5ta die* 30. *gran. etiam bis per diem. Continuando hac ratione ſemper in auctiori doſi, donec Salivatio procedat copioſe, tunc ceſſandum & alternis l. ternis ſaltem diebus* 12 *circiter gran. exhibenda, ut Salivatio in juſto conſervetur gradu, quam quidem per* 4 *circiter ſeptimanas durare neceſſe eſt.*

9 Unguentum Mercuriale Sydenhamii.

℞. *Axung. porcinæ* ℥ij, ♀ii. *crud.* ℥j. *Tertia hujus Unguenti parte Patiens brachia, crura & tibias (inungendo omnes reliquas Corporis partes) ad* 3 *noctes continuas inungat. Poſt tertiam inunctionem utplurimum Gingivæ intumeſcunt & Ptyaliſmus ſequitur.*

Vel poſſunt juxta Methodum Stahlianam primo die carpi, ſecundo tarſi, tertio hi & ſurſ illini & hoc tamdiu continuari, donec dentes vacillare & glandulæ Salivales tumefieri incipiant & ipſa tandem excretio ſequatur.

10 Decoctum ſepticum ad Verrucas abſumendas Caroli Muſitani.

℞. *Alum. roech. uſt. Virid. æris ā* ℥j. *Bulliant in* ▽ *roſar.* ℔iij. *ad tertias & excreſcentias ablue ter in die & inſenſibiliter evaneſcunt.*

11 Pulvis Ejuſdem.

℞. *Alum. uſt. Pulv. Sabin. ā ſ. Pulv. Adſperg. aliquoties per diem.*

VII. *Methodus medendi.*

1 In Curatione Luis Venereæ duplex methodus ſolet obſervari; mitior ſcil. quando fermentum adhuc ſanguini tantum innidulatur, quæ fit per Sudationem: altera vero fortior, ubi malum jam partibus ſolidis inſidet, quæ Salivatione peragitur.

2 In utraque methodo ſolenne eſt, ut corpus præparetur per laxantia, aliquoties exhibenda, antequam ad ipſam methodum transgreſſus fiat.

3 Gallis etiam in uſu eſt, ut ante ſalivationem excitatam per balneorum uſum cutem magis perſpirabilem reddant.

4 Quando itaque corpus præparatum eſt & malum ſit adhuc mitius, tunc exhibeantur Decocta lignorum ſaturata, ſingulis mane ad ℥vj. viij. & imperetur deſuper regimen ſudoriferum ad 2. 3. horas, in ſtupha inſtituendum, quod quidem per tres circiter ſeptimanas continuandum eſt.

5 Aut loco horum Decoctorum aſſumatur Eſſentia quædam anti-Venerea acris probata, qualis eſt Tinctura balſamica Heinſii, Hundertmarck & noſtra reſolvens bis l. ter per diem, cui interponatur pulvis balſamico-expellens; Decoctum vero non niſi bis forte per ſeptimanam cum regimine ſudorifero in uſum trahatur.

6 Interdum malum, quando in primis ſuis initiis adhuc conſtitutum eſt, auſcultat tantummodo Eſſentiæ Pimpinellæ albæ cum Tra♁ii acri, abſque ullo Decocto lignorum adhibitæ.

7 Quando vero lues partibus ſolidis & ipſis oſſibus ſeſe communicavit, & non penetrantiſſima appropriata Tinctura alcalina ad manus ſit, tum ad ipſum Mercurium refugium ſuum habere convenit.

8 Adhibetur hic vel interne ſub Mercurii dulcis aut Panaceæ compoſitione, methodo jam ſupra deſcripta, l. externe in Unguentis, ubi intra aliquot dierum ſpatium glandulæ Salivales & oris interna intumeſcere & Saliva copioſus effluxus ſubſequi ſolet.

9 Hanc ipſam Salivationem ita moderari decet, ut intra nycthemeri ſpatium libræ iij. l. iv. exſpuantur.

10 Quod ſi non juſte procedat, ſtimuletur per internam ♀ii dulcis l. Panaceæ l' Emery exhibitionem, alternis forte diebus repetendam.

11 Ubi vero juſto fortius procedit, ibi Catharticis frænum eidem injicere neceſſe eſt.

12 Sub hac ipſa ſalivatione convenit, faucium habere rationem, ut nimirum nimia intumeſcentia & exulceratio præcaveatur.

13 Fit hoc partim per gargariſmata reſolventia & diſcutientia, partim per emollientia.

14 Reliqua ſymptomata quibus remediis ſint tractanda, ſuperius dictum eſt.

15 Illud autem in fine curationis adhuc eſt monendum, quod utraque ſupra allegata methodus & inprimis ſalivatoria requirat regimen exacte Diæteticum, ut nimirum omnia dyſpepta & ſpirituoſa fugiantur, ſub ſalivatione etiam omnis carnis & Vini uſus omnino vitetur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Laxantia, quæ pro corpore præparando exhibentur, non ſint fortiora, ſed mitiora, per intervalla repetenda: nihil enim hic impetu fieri debet, ſed mora opus eſt, donec malum ſubjugari poſſit.

2 Mercurius dulcis, cum ſpecialem habeat efficaciam in hoc morbo, reliquis laxantibus, ſi formulæ permittunt, cum fructu ſemper additur.

3 Egregiam etiam efficaciam habet Magneſia alba, rite parata, per 6. 7. dies in uſum vocata.

4 Omnis lues Venerea, etiamſi adhuc ſit mitior, plures efflagitat ſeptimanas, donec per remedia poſſit profligari.

5 Ideo vani ſunt & ſpe ſua plerumque excidunt, qui pul-

viſculis & Mercuriis ſuis ☉bus intra aliquot dierum ſpatium quamcunque Luem Veneream radicitus ſe extirpare poſſe gloriantur.

6 Quidam, antequam ad ipſam realem Curam ſeſe accingant, Venæſectionem celebrant, quæ quidem in ſubjectis Plethoricis non eſt diſſuadenda, promiſcue tamen non inſtituenda eſt.

7 Tincturæ alcalinæ ſi acerrimæ ſunt & ſpecialiter componuntur, interdum ſolæ ſufficiunt, pro malo hoc prorſus extirpando, inprimis ſi iiſdem pulverum abſorbentium & balſamicorum uſus interponitur, quod a Tincturis Heinſii, Hundertmarck & noſtra reſolvente impetratur: in malo tamen graviori non ſemper ſufficiunt, quare Mercurius dulcis iiſdem frequenter interponetur.

8 Decocta lignorum ſecundum temperamentorum diverſitatem ſunt formanda. Cholericis enim & ſiccioribus conveniunt Sarſaparilla, Chin. Pimpinella: Succulentis vero & phlegmaticis Lign. Guajacae. Saſſafras.

9 Siccioribus ſemper etiam præſcribenda ſunt Decocta lignorum paulum diluta: ſuccolentis vero magis ſaturata.

10 Sudatio melius procedit in ſtupha, accenſo Spiritu Vini & hauſta portione Decocti lignorum, quam ſub multis tegumentis.

11 Promovent hanc ipſam ſudationem, & humores ſimul per diureſin evacuant Tincturæ ſupra laudatæ alcalinæ, ſi aliquoties per diem exhibentur.

12 Aromata, ſinapi, allium exulent: humores quippe magis exagitantur.

13 Ex eodem etiam fundamento neque amara & præprimis fumaria conveniunt, cum inquinamentum Venereum humoribus magis inſinuent.

14 Acria antiſcorbutica calidiora pectori damna intuliſſe obſervatum fuit.

15 Salivatio non inſtituenda eſt, quamdiu morbus in leviori adhuc conſtitutus eſt gradu: inquinamentum enim, tanquam adhuc ſubtilius & tenerius non aggreditur & ſubigit ſatis ☿; unde inveteratæ Luis magis convenit Salivatio, mitiori vero ſudatio & diuretica evacuatio.

16 In Salivatione adminiſtranda præprimis ad vires Patientis eſt reſpiciendum, debiliores enim & morbi pertinacia fere conſumti vix illam ferunt.

17 Qui viſceris aliquo vitio inſigniori laborant, plane ab eadem abſtineant.

18 Salivatio, quæ per Mercurium dulcem & Panaceam ☿lem excitatur, tam ſenſibilem effectum non edit, ac illa, quæ fit per Inunctionem.

19 Quando poſt ultimam inunctionem Salivatio non procedit, tunc Panaceæ l. ☿ii dulcis exhibitio eandem invitant.

20 Salivatio per ſuffimigia, mediante ☿io l. Cinnabari, inſtituta, magis eſt incerta; unde præſtat inunctionem in uſum vocare.

21 Sub Salivatione ægrotus ſuſtentandus eſt Diæta tenui evchyma, Decocto lignorum diluto, juſculis.

22 Vitanda ſunt omnia ſolida: quia dentes vacillant, & ad maſticandum plane ſunt inepti.

23 Acida non conveniunt, cum Mercurii actionem impediant.

24 Inquietudo & frigus admiſſum maxima damna infert, cum ſalivationem imminuat & Mercurium in glandulis ſtagnantem relinquat, a quo peſſima induci ſolent ſymptomata.

25 Sudatio etiam nimia ſub Salivatione omni modo præcavenda eſt, quia Mercurium altius in partes nervoſas & tendinoſas impellit, a quo deinde tremores, paralyſes, aridurae initia ſua ſumunt.

26 Convenit potius Salivationi diapnoe, quæ Mercurii actionem ſuffulcit & fovet.

27 Quando Mercurius in corpore remanſit, quod ex glandulis tumefactis & aliis ſymptomatibus hariolari licet, Tinctura alcalina acris, aliquoties per diem propinata, bonum edit effectum, ſalivationem denuo invitando.

28 Adſtringentibus in Gargariſmatibus, quæ adhibentur pro ore tumefacto & ulcerato, non concedatur locus, quia ſimiliter ſalivationem reprimunt.

29 Diarrheæ tormioſæ, mucoſæ & ſanguineæ ſub ſalivatione nihil boni portendunt, cum effectum exoptatum imminuant. Reſiſtendum iiſdem eſt interne Tincturis alcalinis, inferne vero clyſteribus lenientibus ex Cremore hordei, ℥ amygd. dulc. & Vitell. Ov. & a Mercurii cum interno tum externo uſu abſtinendum.

30 Si Salivatio nimium procedat, ad juſtum ordinem redigenda eſt per lene laxans, & imminutam l. plane omiſſam ulteriorem inunctionem.

31 Quando vero Salivatio imminuitur, antequam Symptomata diſpareant, tunc denuo exſtimulanda eſt per exhibitionem Mercurii dulcis ad ſcrupulum circiter unum pro doſi.

32 Quando inunctio celebrata eſt & Salivatio rite ſucceſſit, tunc ægroto licitum eſt, ut induſium & lintea lecti commutet cum aliis jam antea uſurpatis & caleſactis: priora enim Unguento infecta Salivationem juſto fortiorem reddere poſſent.

33 Quando omnia ſymptomata evanuerunt, tunc Salivatio per aliquot adhuc dies poteſt protrahi, ultimo vero lene aliquod laxans in uſum vocari.

34 Salivatio, ſi prima vice non legitime fuit adminiſtrata, repeti poteſt poſt aliquod tempus, dummodo ægroti vires illud permittunt.

35 Si vero poſt legitime inſtitutam & bene finitam Salivationem dolores fixi in aliqua parte remaneant, ſignum eſt os illius partis concepiſſe cariem, quæ remediis chirurgicis removenda eſt, omnibus internis hic prorſus inefficacibus.

36 Omnia reliqua ſymptomata Luis Venereæ, nimirum bubones, Ulcera, Verrucas, Scabiem abſque internis curare velle, irritum eſt negotium.

CAPUT NONUM.

DE

Cancro.

I. *Definitio.* CAncer eſt obſtructio partium glandulo-ſarum collectiones primo varicoſo-nodoſas & ſcirrhoſas, poſtea & corruptiones ulceroſas, cum acutiſſimis doloribus conjunctas, formans; a ſtagnatione lymphæ & ſeri originem habens.

II. *Differentia.*

1 A *Carcinomate*, quod proximam, ſimilemque Cancro conſtitutionem & diſpoſitionem innuit.

2 Ab *ulcere cancroſo*, non ipſum cancrum, ſed ſimillimam fere naturam & conſtitutionem referente.

3 Eſt vel *occultus*, qui citra actualem corruptionem, ſed nodoſa tantum collectione in occluſo quaſi patientes excruciat, vel *exulceratus*, ubi malum jam in actuale ulcus peſſimi moris abiit, ægrotoſque lento ſuo progreſſu & pertinacia miſerrime extorquet.

4 Ratione *ſocorum* contingit vel in mammis mulierum, vel ſtrumis exulceratis, l. labio exulcerato, l. utero, l. aliis partibus glandulosis & tendinoſis, naſo, genis, membro virili, &c.

III. *Signa.*

1 Obſervatur & conſpicitur nodoſa aliqua varicoſo-ſcirrhoſa collectio, piſi primo magnitudinem vix adæquans.

2 Subſiſtit hæc ſibi relicta ſæpius per plures annos, male autem tractata intra paucum tempus viſibilia ſumit incrementa & in peſſimam abit corruptionem, præcipue in mammis.

3 Venæ in & circa partem affectam ſunt inflatæ ſ. tumidæ, lividamque præ ſe ferunt faciem.

4 Dolor pro temperamentorum & circumſtantiarum differentia modo eſt major, modo minor, ſemper tamen maxime acutus, urentem & ſubtiliſſime ſectilem ſenſum inferens.

5 Animus admodum proſtratus & ſumme anxius eſt, ita ut Lipothymiæ interdum accedant.

6 Contingit autem hoc eo certius, quo activiori temperamento ægrotus præditus eſt.

7 Ni-

7 Nimirum minus vivaces ex majori & satis ampla nodosa collectione parum sæpius incommodi, activiores vero ex minori Cancro ingentes persentiscunt cruciatus.

8 Quando scirrhosa hæc constitutio majorem mammæ partem obsedit, tunc communissime latius serpere & glandulas axillares ejusdem lateris non absque acuti doloris sensu prehendere solet.

9 Quo sensibiliores & frequentiores dolores sunt, eo magis intercurrunt animi anxietates gravissimæ, insomnia terroris plena, vigiliæ, metus.

10 Subsistere autem hac ratione potest per plures menses, imo aliquot annos absque actuali corruptione.

11 Quando vero ad ἔκμωσιν pervenit, & ad ipsam jam corruptionem tendit scirrhus, tunc plane intolerabiles dolores concurrunt cum omnium reliquorum symptomatum exacerbatione.

12 Quæ quidem in tali gradu perseverant, donec corruptio & ulcus sequantur.

13 Materia, quæ in eodem continetur, non est purulenta, neque etiam simpliciter ulcerosa, sed acris, acido-salina, corrosivo-putredinosa, ita ut non tantum metalla corrodat, cum absorbentibus effervescat, linteamina friabilia reddat, ad instar spirituum corrosivorum, sed & ipsam cutem sanam, si eam alicubi attingit, veluti adurat.

14 Color, quem exhibet, est modo subflavus tenuioris consistentiæ, modo subcruentus, ichorosus.

15 Odor est valde gravis; putredinosus quidem, si dolores sunt mitiores, ubi putredo prævalet & depascit; acetosus vero & corrosivus, si cruciatus & dolores dominantur, ubi illa magis cessare solet.

16 Labia hujus ulceris cancrosi sunt turgida, callosa, lividam l. roseam faciem præ se ferentia; cutis autem iisdem vicina est admodum laxa, post cuticulæ abrasionem, acre & tenue subflavescens serum ex pluribus poris fundens.

17 Progreditur autem hæc ipsa corruptio ulcerosa, si dolorum per emollientia tantum ratio habetur, eo usque, ut quandoque integra frustula solidæ substantiæ excidant.

18 Quod si autem putredini resistitur per gummatoso-balsamica, tunc dolorum atrocia exquisitissime augetur.

19 Durat hæc Scena, donec ægrotus putredine & doloribus consumtus, nisi vel manu chirurgica l. remediis secretioribus eidem occurratur, miserrime vitam deponere cogatur.

IV. *Subjectum.*

1 Incurrunt hoc malum quandoque fœminæ, menstruorum suppressiones perpessæ.

2 Viri etiam, quanquam rarius, in hæmorrhoidum ataxias dilapsi.

3 Qui per Venerem & Bacchum humorum crasin insigniter immutavere.

4 Cocochymici hæreditariam dispositionem a parentibus possidentes.

5 Qui vi externa, contusione, allisione, compressione nimia glandulis læsionem graviorem induxere.

6 Vulnerati in partibus glandulosis & male per remedia externa tractati.

V. *Prognosis.*

1 Cancros occultos omnes melius est non curare; curati enim citius intereunt, non curati per longius tempus perdurant, Hippocr. 6. Aph. 38. exceptioni tamen hic adhuc locus est.

2 In primo statim principio facilius curantur, quam si per aliquod jam tempus perstitere, ubi rarissime curari solent.

3 Cancros exulceratos non nisi per sectionem aut ustionem curare novit Medicina vulgaris.

4 Dantur tamen selecta & appropriata remedia, quibus absque auxilio chirurgico uterque Cancer tolli potest, sicuti nuper demum Cancrum labiorum exulceratum in viro & mammarum in femina plus quam sexagenaria sub nostra medicatione feliciter curatum fuisse adhuc dum gaudemus.

5 Quando in Sectione Cancri malum non radicitus extirpatur, tunc facillime de novo propullulat & easdem tragœdias ludit.

6 Imo contingit quandoque, etiamsi mamma cancro affecta radicitus extirpetur, ut post plenariam Curationem altera eodem malo afficiatur, inprimis si a causa interna originem suam ducat.

7 Cancri, si subjecta ad eosdem recipiendos inveniunt, interdum sunt contagiosi.

8 Quo mitius tractantur, eo longius perdurant & minus extorquent Patientes.

9 Quo vero acriora & penetrantiora remedia applicantur, eo magis & putrefactio & dolores augmenta capiunt.

10 Etiamsi exquisitissima remedia præsto sint, mora tamen opus est, donec hoc malum radicitus subigi & extirpari possit.

VI. *Remedia.*

1 Primas vias & humores ab inquinamentis crassioribus liberantia: Fol. Senn. Rhabarb. Agar. Mann. Fibr. helleb. nigr. Magnes. alb. ☿ dulcis, Emeticum sine pari, a D. Kortholtio Regiomontano communicatum.

2 Sanguinis abundantiæ consulentia: Venæsectio, Scarificatio.

3 Humorum acrimoniam temperantia & diapnoen corporis promoventia: Conch. ppt. Oc. ♋. ppt. Unicorn. foss. ♁ diaph. Bezoard. min. Nitr. depurat. ♁tum, Antimon. crud. Cinnabar. ♁ii & nativ. ppt. Tra. Tartari, ♁ii acris, resolvens nobis usitata, Decocta lignorum non admodum saturata.

4 Affluxum nimium discutientia: ♎ Vini rectificatiss. ♎ Vin. Camph. Crocat. externe applicandi.

5 Ulcus, si quod adest mundificantia & corruptionem inhibentia: ♌ laterinum empyreumaticum, liquamen Myrrhæ, mel rosatum cum specificis subactum.

6 Ulcus mundificatum consolidantia: Empl. e Minio, e spermat. ranar.

Formulæ Remediorum.

1 Nodulus laxativus.

℞. *Rad. Sarsapar.* ℥j. *Chin. Gramin. ā.* ℥ß. *Lign. Sassafr.* ʒij. *Herb. Virg. aur. Veron. ā.* M ß. *Summ. cent. min. p. j. Fol. Senn. s. ſt.* ℥j. *Rhabarb. elect.* ʒiij. *Fibr. hellebor. nigr. Agar. albiss. Tartar. Solub. a.* ʒij. *Incis. contus. infund. in* ℔j. ▽ *fervent. &* ℔ij. *Vini generosi Dos.* ʒvi. viij. *alternis diebus.*

2 Pilulæ laxativæ.

℞. *Extract. Panchym. Crol. gr. XV. Hellebr. nig. gr. viij ♀ii dulc. rit. par. gr. vj. Trochisc. alhand. gr. ij. c. Tra ♁ij Tartar. s. l. a. Pil. No. XIX. pro una vice.*

3 Pulvis diapnoico-temperans.

℞. *Oc. ♋. ppt. Conch. ppt. ♁ij diaph. ā.* ʒj. *Nitr. depurat. Salis Guajac. ā.* ℥ij. *Cinnabaris ♁ii* ℥ß. *Ms. f. Pulv. bis per diem ad* ʒj. *assumendus.*

4 Alius.

℞. *Conch. ppt. Unic. foss. ā.* ʒj. *Antimon. crud.* ℥ij. *Lumbric. terrestr. ppt. Cinnab. nativ. ppt. ā.* ℥ß *Ms. f. Pulv. S. ut antea.*

5 Essentia discutiens.

℞. *Tra ♁ij tartarisat.* ʒij. *Essent. lignor.* ʒj. *Ms. S. bis per diem ad 30. guttas propinanda.*

6 Alia.

℞. *Tinctur. resolv.* ʒij. *Essent. Succin.* ʒj. *Ms. S. ut antea.*

7 Alia.

℞. *Tinct. Tartar.* ʒij. *Essent. trisol. fibrin.* ʒj. *Ms. S. ut antea.*

8 Species pro Infuso.

℞. *Rad. Sarsapar.* ℥j. *Lign. Guajac.* ℥ß. *Herb. Heder. terrestr. Virg. ⊙r. ā.* M ß. *Incis. d. ad. ch. Cum ▽ infund. & loco Infusi Thee usurpandæ.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Cancrum in primo adhuc suo ortu constitutum tractare de-

re decet per lenia laxantia, sæpius & per intervalla repetenda, subjunctis internis resolventibus diapnoicis, absorbentibus & discutientibus externis.

2 Remedia igitur, quæ hoc tempore usurpantur, sint selecta & per longum tempus continuentur, si effectum sensibilem ab iisdem sperare velimus.

3 Noduli quidem laxativi optime vernali & autumnali tempore ordinantur, helleborata vero & Mercurialia laxantia singulis mensibus in usum vocari possunt. Intermedio tempore Pulveres diapnoico-absorbentes bis per diem & toties etiam Tincturæ resolventes in Infuso aliquo Vulnerario commendandæ veniunt.

4 Si hæmorrhoidum & mensium suppressiones subsint, Vena in pede secanda & simul appropriata remedia interna ordinanda sunt.

5 In Cancro jam exulcerato præter nominata exquisitissima & selectissima, quorum effectu jam certi simus, corrosivum scil. liquidum D. Kortholti & Balf. Vulner. ejusdem externe in usum trahantur.

6 Aut si hæc desint, auxilium Chirurgicum per sectionem est invocandum, quod quidem præcipue in mammis labior. & membro virili locum habet.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In Cancris occultis omnia emollientia & maturantia sunt vitanda: exulceratio enim scirrhi exinde contingit, ulteriorem putredinosam corruptionem post se ducens.

2 Irritantia & acriora balsamica majorem humorum affluxum invitant & dolores exacerbant.

3 Diæta etiam salsa & acida cancrosis admodum inimica est.

4 Opiata ulceribus cancrosis pro dolorum mitigatione applicata stupefactionem inducunt & quandoque ipsum sphacelum post se trahunt.

5 Omnia etiam corrosiva, nisi maxime cicurata fuerint, perversum semper edunt effectum.

6 Cancri palati, uvulæ, tonsillarum, uteri, glandularum axillarium ulcerati difficillime per Sectionem extirpantur ob locorum inconvenientiam.

7 Salivatio in extirpando Cancro exulcerato parum aut nihil facit, imo Cancrum labiorum exinde augmenta sumsisse clarissime conspeximus. Laborabat scil. vir 38. circiter annorum cancro labii inferioris, Chirurgus eum per ☉lia continuo tractabat, per quæ malum ab initio quidem aliquo modo mitius reddebatur, sed mox Cancer magis magisque exulcerabatur, atq; pauco elapso tempore totum labium ad mentum fere usq; occupabat: exhibebantur & applicabantur varia tam interna & externa, inpr. vero Mercurialia, sed tantum abest, ut malum per hæcce imminueretur, ut potius in dies incrementa caperet, ita ut non nisi sectione curari posse judicaretur. Cum vero ægrotus eam rejiceret, curæ nostræ committebatur. Exhibebamus E. post varia alia aliquoties *emeticum sine pari*, exterius vero applicabamus *corrosivum liquidum* atque *Balsamum vulnerarium*, remedia a Kortholtio transmissa, quorum ope tandem elapsis octo mensibus ægrotus curabatur: qua de re latius *in Breblavischen Natur. Veselichten*. Hisce ipsis remediis, omisso tamen corrosivo, & interposita Tinctura ☉ii acerrima aliisque a D. Kortholtio transmissis, curavimus Cancrum mammæ sinistræ, primo occultum (qui spatio septem jam annorum feminam sexagenariam afflixerat) & paulo post exulceratum. Et adhuc dum (Mense scil. Majo) tractamus cancrum exulceratum ejusdem mammæ in femina nobili sexaginta sex annorum, ubi etiam, quoniam suppuratio hactenus optime processit & alia signa bona adsunt, felicem speramus eventum. De duobus hisce casibus prolixius agemus *in Breblavischen Natur. Vesehichten*.

LIBER IV.

DE

AFFECTIBUS MOTUUM.

SECTIO I.

DE

MOTIBUS EXCEDENTIBUS.

CAPUT PRIMUM.

De Motibus Spastico-convulsivis in genere.

I. *Definitio.* SUnt motus tonici exacerbationes plus minus violentæ, l. ob causam materialem e corpore eliminandam l. moralem graviorem a Natura excitatæ,

II. *Differentia.*

1 Alii sunt *Idiopathici*, certo iterum tempore, præcipue circa insigniores phases Lunæ recurrentes, alii vagi.

2 Alii *periodici* certo iterum tempore, præcipue circa insigniores phases Lunæ, recurrentes, alii vagi.

3 Alii *causas materiales* pro fundamento aut fomento agnoscunt, v. g. cruditates primarum viarum, vermes, crustam lacteam, achores, aliasque ulcerationes scabiosas, præsertim circa caput retropulsas, Urinam suppressam, semen retentum, graviores corruptiones & profundiores puncturas nervosarum & tendinosarum partium; alii causam magis *immaterialem* respiciunt, v. g. hæreditariam dispositionem, commotiones animi turbulentiores, præcipue iram, terrorem, amorem vesanum, impressiones ideales per veneficia & philtra.

4 Alii servant adhuc aliquam cum causarum prædictarum præsentia & energia proportionem; alii neglectis his incitamentis materialibus & occasionalibus in frivolam quasi affuetudinem & proterviam abeunt.

III. *Signa.*

1 Cognoscuntur spasmi simpliciores completi ex partis alias mobilis obrigescentia, sive rigida membri tensione, ita ut ne voluntatis propriæ imperio, nec partium reliquarum sanarum ministerio, nec adstantium auxilio sine violentia & dolore flecti queat.

2 Motus vero Convulsivi ex reciprocis partis alicujus vel totius corporis agitationibus violentis & repentinis præter voluntatem, imo sæpe citra reminiscentiam, contingentibus.

3 Concurrunt in posteriori casu sæpissime torsiones oculorum & labiorum, sensuum abolitio, casus repentinus, spumæ ex ore effluxus, pollicum in pugnum retractio, non raro Urinæ vel seminis involuntaria emissio, dentium quoque frequens & vehemens collisio.

4 Subsequuntur hæc vertiginosa capitis pathemata, insignis corporis lassitudo, siticulositas, sudor graveolens.

IV. *Subjectum.*

1 Morbis spastico-convulsivis præcipue obnoxii sunt Plethorici & qui insigni crassitie Sanguinis laborant.

2 Impediti orem secretionum & excretionum consuetarum successum habentes.

3 In retropulsiones excretionum scabiosarum & ulcerosarum per incongruam medicationem incidentes.

4 Qui in primis viis saburram verminosam contentam habent.

5 Repletiores, pulmones materia valde tenaci obsessos possidentes.

6 Ani-

6 Animi pathematibus, præcipue terrori, iræ, amori, vehementer obnoxii.
7 Hæreditariam diſpoſitionem a parentibus habentes.
8 Infantes magiſquam adulti, fœminæ quam mares.

V. *Prognoſis*.
1 A ſpaſmis ad motus convulſivos facilis eſt tranſitus.
2 Motus ſpaſtico-convulſivi ſymptomatici ſemper magis periculi inferunt, quam idiopathici.
3 Sunt tamen hi recurſibus magis obnoxii, ita ut facile in conſuetudinem abeant.
4 Qui in morbis acutis contingunt in ipſo principio non tam periculoſi ſunt ac illi, qui circa ſtatum & declinationem ſeſe repræſentant.
5 Periculoſiores quoque ſunt in adultis, quam infantibus; in maribus, quam fœminis.
6 Motibus convulſivis aſſueti, ſi morbo alio correpti coſdem experiantur, non tantum inde metuendum habent ac illi, quibus inſolite ita contingunt.

VI. *Remedia*.
1 Cauſas materiales removentia: Venæ ſectiones, ſcarificationes, Hirudinum applicationes, Vomitoria, Purgantia, Clyſteres &c.
2 Sanguinis ſpiſſitudinem reſolventia & humorum dyſcraſiam corrigentia: anticatarrhalia, Tincturæ alcalinæ, Eſſentia Succini &c.
3 Motus temperantia & ſiſtentia: Cinnabarina, Nitroſa, Lumbrici terreſtres, Eſſent. dulc. Pulv. ℥res &c.

Formulæ Remediorum,

1 Pulvis emeticus.

℞. *Auri fulmin. gr. j.*
Arcan. dupl. g. v.
Ms. pro doſi infanti, annum nondum ſupergreſſo, propinanda.

2 Alius.

℞. *Tart. emet. gr. iij.*
Cinnabaris ☉ij gr. ij.
Ms. F. Pulvis adulto ordinandus pro j. vice.

3 Pilulæ laxantes Mercuriales.

℞. *Extract. Panch. Croll. gr. XV.*
Extract. Helleb. nigr.
☉ij dulc. rit. par. ā. gr. vij
C. Elix. propr. Parac. ℈j. Pil. No. XIX. pro j. vice.

4 Pulvis antepilepticus.

℞. *Cord. talp. exiccat. No. IV.*
Cran. Human.
Talor. lepor.
Lumbric. terreſtr. ā. ℈j.
Ungulæ alcis præparat.
Viſc. quern. ā. ℈ß.
Ms. j. Pulv. pro adulto gr. XV. ante paroxyſmum exhibenda cum ſomni, etiamſi non parum urgeat, interpellatione.

5 Alius.

℞. *Bilis Canis atr. quantum ex cane mediocri haberi poteſt, miſce cum unicornu foſſilis ℥ß. ſ. Pulvis, drv. in 4. part.*
æq. quarum una ante inſultum & reliquæ poſtmodum ſucceſſivè exhibendæ ſunt.

6 Potio.

℞. *▽ fl. til. tunic.*
ceraſ. nigr. ā. ℥j.
epilept. Lang. ℥ß.
Lumbric. terreſt. ppt. ℥ß.
Specif. cephal. Mich. ℈ß
Liq. C. C. ſuccin. ℈j.
Syr. e pæon. ℥ß.
Ms. D. ſingulis 2. vel 3. horis cochl. ii.

7 Alia.

℞. *▽ fl. til. ℥j.*
Diſſolv. Sal Succin. vol. ℈j.
Ms. pro tribus doſibus.

8 Alia.

℞. *▽ pæon. ℥ij.*
Secundin. mulier. vino lotæ & in furno exiccatæ ℥ß. M.
Verſus novilunium uſurpanda.

VII. *Methodus medendi*.
1 Ubi materialis cauſa ſubeſt, hujus correctioni l. ſublationi ante omnia animus intendatur; adeoque in motibus epilepticis, qui a cruditatibus primarum viarum, vermibus, cruſta lactea, achoribus ſ. ſcabie retro pulſis, menſibus dependent, vel cum his colludunt, primarum viarum evacuatio, etiam paulo fortior, aut repetita, reliquæ curæ præmittatur vel interponatur.
2 Evacuationem quoque Sanguinis, ſi malum e Plethora vel ſuppreſſione fluxuum conſuetorum originem habeat, inſtitui neceſſe eſt, quamquidem aliqui ſpecifice in pedum digitis majoribus celebrant.
3 Hiſce præmiſſis, ſpecifica ſubjungantur & quidem verſus ipſos Paroxyſmos exhibenda, reſpiciendo ſemper ad phaſes Lunæ inſigniores.
4 Motus convulſivi ſymptomatici, febribus ſupervenientes directe non oppugnentur, inprimis per Opiata, ſed reliquus febris decurſus & ſucceſſus legitimus omni modo promoveatur, poterunt tunc ▽ diapnoicæ, Emulſiones, Cinnabarina ſufficere.

VIII. *Cautelæ Practicæ*.
1 Specifica ante præmiſſa univerſalia parum ordinarie efficiunt.
2 Nunquam etiam ad motus ſaltem ſiſtendos dirigatur intentio.
3 Neque etiam materias, fortioribus præſertim medicamentis, aggredi tentemus, ubi nullæ tales præſto ſunt.
4 Minime vero oppugnentur paroxyſmi convulſivi per opiata, ſed vel per ſublationem materiæ morbificæ vel congruam exhibitionem ſpecificorum.
5 Cinnabarina non ſemper expectationi ſatisfaciunt, in ſymptomaticis tamen convulſivis motibus & ſpaſticis reſtrictionibus ac congeſtionibus quandoque aliquid præſtant.
6 Violentæ ereptiones pollicum, aliæque interpellationes paroxyſmorum per odoramenta penetrantiora, inſignem poſt paroxyſmum defatigationem aut promptiorem & frequentiorem ejuſdem recurſum cauſari ſolent.

CAPUT SECUNDUM,

DE

Spaſmis.

I. *Definitio*. SPaſmus eſt exacerbatio motus tonici in partibus potiſſimum muſculoſis occurrens, graviſſimos dolores quaſi ruptorios cum rigiditate in parte affecta producens.

II. *Differentia*.
1 Dividitur ſpaſmus in *Univerſalem*, qui ſub ſe comprehendit
a *Tetanum*, qui obrigeſcentiam totius corporis denotat, ita quidem, ut in ſitu recto immoti jaceant prehenſi.
b *Emproſthotonum*, per quem ſimilis corporis rigor indigitatur, cum ea tamen differentia, ut in hoc corpus antrorſum incurvetur & genua caput verſus inclinentur.
c *Opiſthotonum*, in quo contrarius corporis ſitus obſervatur & tanta poſteriora verſus incurvatio contingit, ut homo gracilior facile ſub dorſo perrepere poſſit.
d *Catalepſin*, quæ fortiſſimum & maxime repentinum corporis rigorem ob oculos ponit, per quem Patientes in eo ſtatu, quem tenent, ſubito prehenduntur, ita, ut deinde durante paroxyſmo eandem ſtaturam, quoad omnia corporis membra, firmiter conſervare cogantur.
2 Particularem, qui ſub ſe habet plures ſpecies, in variis corporis locis occurentes:
a In *Capite* 1 *Spaſmum Cynicum*, perquem tortura oris, ad inſtar canis ringentis formata & per plures horas continuans intelligitur. 2 *Riſum Sardonium*, qui ſimilem ſpaſmum, patientes vero ſimul delirantes ſiſtit, quod Spaſmus Cynicus haud facit.
b In *occipite* Spaſticum illum affectum, ſexui præcipue fœminino, affectibus rhevmaticis aut hemicranico-arthriticis pathematibus divexato, familiarem, ubi muſculi erectioni capitis inſervientes ita firmiter tenduntur, ut non tantum caput libere circumflecti nequeat, ſed etiam ſenſum quendam, muſculos tenſione quadam afficientem, diſtincte ſæpius percipiat.

c In-

c In *Collo* affectum illum tensivum, qui dormientibus, in malo capitis situ constitutis obtingit, ubi, postquam evigilarunt, aliquali impotentia caput flectendi afficiuntur.

d In *Oesophago* atque *Ventriculo* spasticos exquisitos conatus, imo rigores, per quos libera deglutitio impeditur, ita ut non tantum nihil amplius admittat Ventriculus, sed & quandoque ægre, quod jam recepit, ferat, imo maximas sæpius angustias & anxietates Patientibus causetur.

e In *Intestinis* spasticas atque rigidas tensiones, sub colicis doloribus sæpissime occurrentes, per quas intestinum præcipue colon tam graviter quandoque afficitur, ut Patientes non tantum constringentem & tendentem illum sensum exquisite percipiant, sed & sæpius post mortem simillimas intestini coli strictura clare exhibeant. Imo extendit sese hæc stringendi libertas in colicis exquisitis doloribus ad sphincteris usque ani confinia, ibique aditum ita firmiter obsidet, ut Clysteris applicationi vix locus sæpius concedatur.

f In *Pene Priapismum*, per quem tensio penis dolorifica & violenta intelligitur, a Satyriasi, quæ in procaci erectione ad leves Venereas phantasias consistit, differens.

g In *Vesica* & præcipue ejus *Sphincte*re spasticas strictura, quæ in stranguria, calculi renum & vesicæ paroxysmis aperte satis sese sistunt.

h In *pedibus*, *brachiis*, *cruribus* spasticos illos rigores atque tensiones sub dolorum & affectuum arthritico-Podagricorum schemate & classe notas: quibus adhuc annumerandus est repentinus ille spasmus, flatulentus alias dictus, qui musculum celeriter contrahit, eundemque per aliquot tempus in rigore detinet.

3 Differunt Spasmi inter se, dum alii sunt *fibrillares*, alii *musculares*.

a *Fibrillares* sunt, qui portionem tantum musculi & quidem paucas & singulas ejusdem fibras occupant, eandemque vibratili sensu graviter & pertinaciter exercent. Occurrunt tales in omnis generis arthriticis doloribus & abeunt tandem in spasmum completum, totum musculum cum vicinis occupantem & eo ipso exquisitum illum doloris sensum, qui antea in paucis fibris subsistebat, distribuentem & fere auferentem.

b *Musculares* sunt, qui totum magis musculum afficiunt, liberum humorum transitum excludunt, vasa inflant, & humores ad certa loca dirigunt.

4 Spasmi a *Convulsionibus* differunt ratione vehementiæ, durationis & prognoseos: hæ quippe sunt magis vehementes, instabiles, latius vagantes, periculosæ: illi vero lenti, statarii, immanentes, & in se minus periculosi.

III. *Signa*.

Hæc ex præcedentibus peti possunt.

IV. *Subjectum*.

1 Spasmis expositi præcipue sunt homines habitus corporis porosioris.

2 Ab arthriticis prognati & hæreditariam dispositionem possidentes.

3 Baccho & Veneri indulgentes.

4 Iracundiæ dediti.

5 Rhevmatismis variis vexati.

6 Adulti & ætatis provectioris homines, præ Junioribus.

7 Qui Vomitoria & Purgantia drastica assumserunt.

8 Experiuntur etiam spasmos graviter vulnerati, nec non qui febribus acutis periculose decumbunt.

V. *Prognosis*.

1 Omnes Spasmi a Natura ob certum quendam obtinendum finem instituuntur, sed rarius potitur suo scopo Natura.

2 Assequuntur vero universales spasmi certiorem & evidentiorem suum effectum, cui destinati sunt, quam particulares.

3 Universales, quo vehementius instruuntur & pertinacius continuant, eo magis proni sunt ad inflammationes internas.

4 Partiales, si impetuose & vehementer, diuturnis vel brevioribus contentionibus fiunt, vergunt ad Convulsiones & hoc eo certius, quo partes, quas occupant, sunt nobiliores.

5 Particulares testantur de Conamine Naturæ incompleto, qui, datis occasionibus, facillime majora incommoda post se trahere possunt.

6 Acutis morbis & vulneribus, præcipue Cerebri, qui superveniunt spasmi, sunt maxime periculosi & facile Convulsiones lethales post se trahunt.

7 Juniores, si spasmos simpliciores frequentius & pertinacius experiuntur, augescente ætate in arthriticos affectus devolvuntur & effectus illos spasticos majori vi sentire solent.

8 Senes gravioribus Spasmis, alias non assueti, correpti, facile in Apoplexiam, Paralysin & catarrhum suffocativum incidunt.

9 Spasmi simplices, Plethoricis alias sanis rarius evenientes, plerumque sunt innoxii.

10 Spasmus Cynicus facile abit in Convulsiones & est plerumque lethiferi eventus.

11 Priapismus Veneris usum non adjuvat, ut satyriasis, sed potius eundem tollit.

VI. *Remedia*.

1 Sordes primarum viarum aliarumque partium eliminantia: Helleborus niger, folia Sennæ, radix Jalappæ, Specificum Jalappinum, Trochisc. alhand. Vomitoria: Tart. emeticus, Vitriolum album, syrupus emeticus.

2 Sanguinem abundantem immediate evacuantia: Venæsectiones, Scarificationes, Hirudines.

3 Partium strictura demulcentia & imminuentia: Nitrosa, absorbentia, Cinnabarina, diluentia, gelatinosa, emulsiva.

4 Sanguinis spissitudinem tollentia, diuretica & incidentia mitiora: Rad. Vincetox. Valerian. Pimpinell. alb. Helen. Dictamn. alb. Essent. alexiph. Stahlii, Tinctur. ♁ii Tartarisat. Tartari.

5 Partes affectas roborant, iisdemque specifice succurrunt lenia nervina: Succinum, ejusdemque Essentia, Pœonia, Melissa, Betonica, Salvia, ungula Alcis & annuli ex eadem, nec non cornu rupicapræ, & Mercurio coagulato parati, Lumbrici denique Terrestres & dens Hippopotami.

Formulæ Remediorum.

1 Nodulus Laxativus.

℞. *Rad. Valerian. Pæoniæ, Polypod. quern. ā.* ℥ß. *Herb. Meliss. Beton. Salv. ā. M*ß. *Fl. Lil. convall.* *Stœchad. Arab. ā. p. j. Fol. Senn. s. ſt.* ℥iß. *Fibr. Helleb. nigr.* ℥ß. *Crystall. Tartar.* ℥ij. *Incis. contus. infund. in Vin. alb.* ℔iij. & ▽ *s.* ℔j. *Dos.* ℥vi. vii. *alternis diebus.*

2 Pilulæ laxantes.

℞. *Mass. pil. e Succin. Crat. gr. XV. Extract. Helleb. nig.* ℈ß *Trochisc. alhand. gr. ii.* *c. Tinct.* ♁ij *f. l. a. Pil. No. XIX. Conspers. pulv. liquir. d. pro una vice.*

3 Pulvis emeticus.

℞. *Specif. Jalappin.* ℈ß. *Tartar. emet. gr. iiß.* *Sal polychr. gr. iij. M. D. pro una vice.*

4 Alius.

℞. *Sal Vitriolat. alb.* ℥ß. *S. pro una vice.*

5 Potiuncula Vomitoria.

℞. *Syr. emet.* ℥vj. *Sal absinth. gr. iv.* ▽ *pæon.* ℥j. *M. pro una vice.*

6 Pulvis nervino-temperans.

℞. *Oc.* ♋. *ppt.* ℥iß. *Succin. ppt. Nitr. depurat. ā.* ℥j. *Lumbr. Terrestr. ppt.* ℈ij *Cinnabaris* ♁ij ℥ß. *M. f. Pulv. Dos.* ℈j. *bis ter per diem.*

7 Alius.

℞. *Conch. ppt. Rad. pæon. ā.* ℥iß. *Ungul. alc.* *Nitr. depurat. a.* ℥j. *Spec. de Hyac.* ℥ß. *M. f. Pulv. D. ut antea.*

8 Es-

8 Essentia diuretico-nervina.

℞. *Tinct.* ℥ij. *Tartarisat.* ʒij *Ms. Dos. gutt.* 30. 35. *bis Essent. Succin.* ʒj. *per diem.*

9 Alia.

℞. *Tinct. Tartari* ʒij. *Ms. Dos. gutt.* 25. *bis per Essent. dul. Hallens.* ʒß. *diem.*

VII. *Methodus medendi.*

1 In omni Spasmo observandum est, an affectus idiopathice evenerit & totum corpus occupaverit, an vero sympathice aliis morbis accesserit, hancque tantum l. illam partem corripuerit.

2 In priori casu conveniunt in Paroxysmo diluentia, spasmos demulcentia, Gelatinosa, Nitrosa & Emulsiva.

3 Interponenda & conjungenda simul sunt, quæ fibras roborant & æqualem partibus tonum conciliant, nervina nimirum selectiora, Cinnabarina & specifica varia.

4 Extra Paroxysmum suadendæ sunt Ventilationes Sanguinis, inprimis Plethoricis, aut per Venæsectiones aut Scarificationes aut Hirudines in interpellato hæmorrhoidum negotio instituendæ.

5 Snbjungantur Cathartica aut, circumstantiis hocce suadentibus, Vomitoria, pro sordibus præcipue primarum viarum eliminandis.

6 Ratio tunc habeatur ipsius sanguinis craseos, ut in justam & legitimam suam redigatur qualitatem.

7 Ipsis vero paroxysmis obviam eatur per roborantia specifica, Tincturam item nervino-diureticam Stahlii, nec non Essentiam dulcem versus Paroxysmos usurpandam.

8 In malo autem sympathico intentio primaria dirigatur ad ipsius morbi originem, conjungantur & interponantur reliquis remediis specifica roborantia.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Motus spastici difficilius specificis compescuntur, quam Convulsivi.

2 Si effectum sensibilem exerere debent, plerumque opus est præmissione remediorum generalium.

3 Annuli antispastici quandoque effectum sensibilem edidere, a pluribus autem in cassum adhibiti fuere,

4 A quibusdam annuli e catena patibuli commendantur, a quibus tamen parum emolumenti sperare licet.

5 Cinnabaris apud juniores & sensibiliores effectum edit egregium: omne tamen negotium haud exhaurit & non ubique veram specificam efficaciam exerit.

6 Salia volatilia cum Tincturis diureticis commixta & versus Paroxysmos propinata in sensibilioribus etiam aliquid effatu digni operantur.

7 Catalepsin ab Essentia dulci curatam fuisse novimus.

8 Quid oleum animale Dippelii hic possit, experientiæ committendum.

CAPUT TERTIUM,

DE

Asthmate Spastico s. Convulsivo.

I. *Definitio.* ASthma Spasticum est spastica musculorum thoracis constrictio respirationem maxime impeditam reddens.

II. *Differentia.*

1 Ab *Asthmate humido:* hoc a defectu Naturæ, motusque tonici dependet, & seri vitiis originem suam debet; Asthma vero Spasticum activitatem Naturæ pro causa formali agnoscit & plerumque ob Sanguinem in quantitate peccantem instituitur.

2 Ab *Asthmate sicco*, quod similiter defectum motus tonici conjunctum habet, a vitiis tamen Sanguinis magis quam seri originem trahit.

3 Ab *Catarrho suffocativo*, ubi non tantum paralytodes pulmonum & thoracis flaccescentia occurrit, sed & vesiculæ pulmonum a materia seroso-mucosa opplentur.

4 Ab *Incubo*: hic malum transitorium est, dorminentibus tantum contingit & maxime impeditam respirationem conjunctam habet; Asthma vero spasticum malum magis est pertinax, vigilantes aggreditur & liberiorem respirationem patientibus concedit.

III. *Signa.*

1 Asthma spasticum repente invadit, cum oppressione totius thoracis.

2 Subsequitur impedita & brevis respiratio, cum membrorum & totius fere corporis insigni lassitudine.

3 Vasa temporum inflantur, facies rubescit, interne vero in Capite vertiginosi quid sæpius sentitur.

4 Concurrit non raro palpitatio cordis, nec non spastica constrictio circa scapulas.

5 Alvus utplurimum est adstricta, Urina vero in minori copia fluit.

6 Durat sic malum per aliquot horas, sæpius tamen recurrit & certas format periodos.

IV. *Subjectum.*

1 Plethorici, otiosi, evacuationes sanguinis artificiales & præcipue scarificationes, quibus assueti fuere, negligentes.

2 Fœminæ mensium suppressione l. imminutione laborantes.

3 Hæmorrhoidarii male tractati, l. ataxias fluxus aliunde experti.

4 Adulti, præ junioribus & adolescentibus.

5 Podagrici denique l. rhevmatici per repellentia tractati.

V. *Prognosis,*

1 Asthma Spasticum præ reliquis asthmatis speciebus periculosum est, ob recursus paroxyzantes, quos facile format.

2 Pueris & adolescentibus si accidat, pejoris est præsagii, cum plerumque in hoc casu cum aliis fit conjunctum morbis.

3 Quo majori impetu & vehementiori invadit, eo periculosius esse & brevi quandoque jugulare solet ægrotos.

4 Quo breviores sunt paroxysmi, eo frequentius communiter recurrunt.

5 In juniori ætate sæpius post se trahit morbos acutos & hæmoptysin; Senioribus vero minatur Paralyses, Hemiplexias & Apoplexias.

6 Asthmate convulsivo laborantes, si corpulenti nimium sint, in Hydropem pectoris incidunt, longis enim pulmonum successionibus rumpuntur eorum vasa lymphatica: hinc hydrops. *Bagliv.*

7 Tales asthmatici melius manent æstate, quam hyeme. Idem.

VI. *Remedia.*

1 Constrictionem spasmodicam relaxantia: absorbentia, Nitrosa, Gelatinosa, Emulsiva, Infusa diluentia ex Herb. Heder. Terrestr. Veron. Scabios. Fl. Pap. rh. Violar. Rosar.

2 Sanguinem versus pectus congestum derivantia: Clysteres aliquantum acriores & stimulantes.

3 Eundem abundantem evacuantia; Venæsectiones, in brachio l. pede instituendæ.

4 Febriculam, si quæ concurrit, tollentia: diaphoretica fixa, cum supra nominatis absorbentibus & Nitratis commiscenda, nec non lenia alexipharmaca: Essent. Alexiph. Stahlii, Mixtura simplex.

5 Externa discutientia & partem roborantia: Camphorata, frictiones cum panno calido instituendæ, Suffimigia ex Gummi-resinis, Sacculi ex temperatis roborantibus.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans & diaphoreticus.

℞. *Oc.* ℔. *ppt. Nitr. depurat. Tartar. Vitriol.* ℥ij *diaph. ā.* ʒj. *Ms. f. Pulv. D.* ℈j. *ter l. 4. per diem.*

Alius

2 Alius.

℞. *Conch. ppt.* *Arcan. dupl. ā. ℈j.*
Bezoard. mineral. *Cinnabaris ℥ij ℈j.*
Nitr. depurat. *Ms. D. ut antea.*

3 Potio pectoralis & discutiens.

℞. ▽ *Heder. Terrestr.* *Syr. st. bellid. ℥ß.*
Veron. *Ms. D. ad Vitr.*
Tussilag. ā. ℥ß. *Per binas l. trinas horas cochleatim porrigenda.*
Oc. ℔. ppt.
℥ij diaph. ā. ℥ß.

4 Infusum.

℞. *Herb. Tussilag.* *Violar.*
Heder. Terrestr. *Pap. rh. ā. p. ii.*
Veron. ā. Mj. *Incis. instar herbæ Thee infund.*
Fl. Scabios.

5 Clyster acrior.

℞. *Decoct. Spec. emoll. pro Clyst. ℥IX.* *Sal Gemm. ℥j.*
Dissolv. Elect. lenit. ℥j. *Add. ℥℥ Verbasc. ℥vj. M.*
Extract. hellebrig. ℈ß. *f. Clyst. applicetur calide.*

6 Alius.

℞. *Urin. Sani alicujus ℥viij in qua dissolv. Mel.* *rosat. ℥j. Iniiciatur calide.*

7 Potio laxans.

℞. *Fol. Senn. s. st. ℥ß.* *In Colat. ℥iij.*
Crem. Tartar. ℥ß. *Dissolv. Mann. Calab. ℥ß pro una vice.*
Coq. in s. q. ▽ s.

8 Mixtura Tonico-nervina.

℞. *Tinct. ℥ij Tartarisat. ℥ij.* *D. 25. ad 30. gutt. bis per diem versus paroxysmum.*
Essent. Succin. ℥j.
Spir. C. C. ℥ß. M.

VII. *Methodus medendi.*

1 Derivatio humorum versus partes inferiores tentetur per injectionem Clysteris alicujus acrioris.

2 Pro eodem scopo instituatur Venæsectio l. in brachio l. in pede, & quidem in largiori quantitate, inprimis si Plethora concurrat.

3 Interne ordinentur discutientia, absorbentia, Nitrata & diluentia, quæ alternis vicibus usurpari possunt.

4 Externe applicetur S. Vini Camphoratus discutiendi scopo, instituendo desuper perfumationes ex gummatibus & nervinis.

5 Extra paroxysmum derivandi scopo instituantur lenes laxationes per intervalla repetendæ, nec non Venæsectiones in pede, verno & autumnali præcipue tempore in usum vocandæ, pro quo scopo adimplendo pediluvia quoque inserviunt.

6 Versus metuendos vero novos insultus usurpetur mixtura tonico-nervina in infuso quodam pectorali.

7 Ubique etiam ratio habeatur evacuationum Sanguinis spontanearum, mensium nimirum & hæmorrhoidum, ut ad consuetas reducantur leges.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Si ab hæmorrhoidum l. mensium suppressione originem suam habet malum, præstat in Paroxysmo Venæsectionem in pede potius, quam brachio, instituere, inprimis si necessitas non admodum urgeat.

2 In necessitatis vero casu largior evacuatio in brachio est instituenda l. si minor jam facta foerit, paulo post repetere eandem convenit.

3 Ubi malum est mitius, præservative potius quam curative Venæsectio administretur, cum alias facile Natura huic evacuationi assuescat & in novo paroxysmo eandem medelam expetat.

4 Vomitoria nullum usum habent, nisi primarum viarum saburra malum foveat, in quo casu lene Vomitorium permittitur.

5 Salia Volatilia in largiori quantitate exhibita maxime sunt periculosa, in minori vero quantitate versus paroxysmos l. in fine eorundem propinata egregii quandoque sunt usus.

6 Purgantia fortiora minus conveniunt, usum vero habent lenientia.

7 Anodyna, nisi necessitas hoc suadeat, haud exhibeantur, & in hoc casu, non aliter quam in minori quantitate.

8 Expectorantibus in hoc affectu opus haud est, cum sanguinis potius quam muci rationem habere conveniat.

9 Diaphoretica inprimis calidiora insigne damnum afferunt, paroxysmum & fortiorem & pertinaciorem plerumque reddendo, usum vero habent diapnoica leniora.

CAPUT QUARTUM.

DE

Incubo s. Ephialte.

I. *Definitio.* INcubus est spasmodica thoracis constrictio, dormientibus nocturno tempore obtingens & tali gradu respirationem intercipens, ut suffocationem sibi imminere metuant correpti, cum sensu ponderis gravioris pectori incumbentis.

II. *Differentia.*

1 Ab *Asthmate Convulsivo*, Vid. *Tab. præced.*

2 A *Catarrho suffocativo:* in hoc parolytodes pulmonum status concurrit; in *Incubo* activum Naturæ conamen viget: hic malum est transitorium & mox sanitas pristina restituitur; ille vero l. pertinax est & diutius durat, quam Incubus, vel brevi tempore vitam finit.

3 Ratione *durationis* in aliis diutius durat, in aliis brevius.

4 Ratione *recursus*, alios rarius, alios vero frequentius invadit.

III. *Signa.*

1 Invadit homines nocturno tempore sub somno, cum sensu gravis alicujus ponderis pectori incumbentis.

2 Intercipitur respiratio & admodum anxia redditur.

3 Vocis etiam usus maximopere læditur, ut, etiamsi loqui aut clamare summo nisu contendant, illud tamen exequi haud possint, nisi admodum indistincte & inarticulate.

4 Pari ratione cum motu corporis res se habet, cujus usu omnino privantur.

5 Oberrant vero sensibus varia phantasmata, quæ vere se conspicere & a quibus injurias se pati autumant, evitaturi eorundem insidias per motum corporis spontaneum, qui tamen iisdem denegatur.

6 Solvitur vero totum malum, si unica tantum corporis pars motum acquirit & somnus plenarie discutitur.

7 Remanet autem satis notabilis lassitudo per aliquot adhuc horas continuans.

IV. *Subjectum.*

1 Expositi huic malo sunt plethorici, spissitudine sanguinis affecti.

2 Hypochondriaci & hystericæ.

3 Qui in cœna crudioribus & dyspeptis cibis stomachum onerant.

4 Imprimis qui tempore autumnali mustum & castaneas in copia assumunt.

5 In dorso cubantes.

V. *Prognosis.*

1 In junioribus si rarius evenit, nil mali portendit; cito enim fit & cito perit, absque subsequentibus incommodis.

2 In Senioribus vero, si frequenter occurrit, Apoplexiæ subsecuturæ metum affert.

3 Si sanguinis quantitas cum spissitudine conjuncta & supinus corporis situs in causa est, non liberi prorsus ab eodem evadunt, nisi utrumque corrigatur.

VI. *Remedia.*

1 Sanguinem abundantem imminuentia: Venæsectio, Scarificatio.

2 Ventriculum a cruditatibus liberantia: lenia Vomitoria, Ipecacuanna, Tartarus emeticus & syrupus emeticus, in minori dosi propinata, nec non laxantia: Sal Catharticum amarum, Rhabarbarum electum, Fol. Sennæ, Pil. Beccheri l. Stahlianæ veræ.

8 Di-

3 Digeſtionem promoventia & ſanguinem ſpiſſum ſimul reſolventia, Salia media: Tartarus Vitriolatus, Arcan. duplicatum, Sal polychr. Glaſeri, Cryſtall. Tartari & Vegetabilia amara: Rad. Ari. Pimpin. alb. Calam. aromat. Herb. Abſinth. Cent. min. Fumar. Card. bened. Cort. ☉rum, Citri, Sem. Coriandr. Aniſ. Fœnic.

4 Stomachum & viſcera infimi Ventris roborantia, Martialia tenuiora: Croc. ♂tis Stahlii, Zwelfferi, Tinct. Vitrioli ♂tis Ludov. cum pomis Borsdorff.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis Emeticus.

℞. *Rad. Ipecac.* ℈j. *Salis abſinth. gr. vj. M.* *D. pro una vice.*

2 Alius.

℞. *Rhabarb. elect. gr. XV. Tartar. emet. gr. ij.* *Sal card. bened. gr. v. M. D. ut antea.*

3 Sal Laxans.

℞. *Sal Cathart. amar.* ℥j. *In juſculo calido diſſol-* *vendum & unica vice ſumendum.*

4 Potio laxans.

℞. *Rhabarb. elect.* ℥ij. *Fl. cent. min. p. j. Crem. Tart.* ℈j. *Infund. in ſ. q.* ▽ *ſ.* *Mane poſt coctionem diſſolv. In Colat.* ℥iij. *Mann. elect.* ℥vj. *pro una vice.*

5 Pulvis digeſtivo-ſtomachicus.

℞. *Rhabarb. elect.* ℥j. *M. Tartar. Vitriol. ā.* ℈ij. *Oc.* ♋. *ppt. Flaved. Cort.* ☉*rum, Herb. Card. bened. ā.* *D. ij. cultri cuſpides verſus prandium & cœnam.*

6 Alia.

℞. *Pulv. Stomach. Birck-mann.* ℥ß. *Tartar. Vitriol.* *Fl. cent. min. ā.* ℥j. *M. D. ut antea.*

7 Tinctura Tonica.

℞. *Tinct. Vitrioli ♂tis Lud.* ℥iij. *Eſſent. Cort.* ☉*rum* ℥j. *M. Doſ. gutt. XXX. verſus prandium & cœnam.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Si Sanguis quantitate peccat, quod facile ex reliquis circumſtantiis augurari licet, per Venæſectionem l. Scarificationes imminuendus eſt.

2 Ubi vero malum in primis viis hæret, & cruditates in Stomacho hærent, ibi l. lene Vomitorium in robuſtioribus, l. blandum aliquod laxans in debilioribus locum habet.

3 Subjungantur Stomachica & digeſtiva verſus prandium præcipue & cœnam uſurpanda.

4 Colophonis vero loco ♂lia, cum amaris maritanda, in uſum trahantur.

5 Ubi Sanguinis inſignis ſpiſſitudo in cauſa eſt, malumque l. hypochondriacum l. hyſtericum concurrit, ibi præcipue eo reſpiciendum, ut Sanguis magis fluxilis reddatur, & morbo primario medela afferatur, e ſuis locis petenda.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Niſi frequenter hoc malum occurrat, vix opus eſt medicatione & Medici auxilio.

2 Cum decubitus in tergo multum faciat ad invitandum hocce malum, ſitus hic mutetur, & in lateribus requies petatur.

3 Ubi pathemata hypochondriaco-hyſterica concurrunt, ibi Vomitoria locum haud habent, ſed peragenda res eſt lenibus laxantibus & attenuantibus.

4 Diæta etiam in cœnis tenuior & levior obſervetur.

CAPUT QUINTUM.

DE

Colica Convulſiva.

I. *Definitio.* COlica Convulſiva eſt inſignis ſpaſtica inteſtinorum torſio & contractio cum acutiſſimo eorundem dolore conjuncta.

II. *Differentia.*

Quomodo ab aliis ſpeciebus Colicæ differat ſupra Tab. de Colica videre eſt.

III. *Signa.*

1 Sentiunt ſummos cruciatus in abdomine.

2 Umbilicus modo retrahitur, modo diſtenditur cum abdominis portione.

3 Venter exinde inæqualis redditur, ita ut latera obliqua, muſculi vero recti introrſum retracti appareant.

4 Extendit ſeſe hæc reſtrictio ad ſcrobiculum uſque Cordis & reſpirationem turbat.

5 Inteſtinum colon, reliquaque inteſtina cum Ventriculo, ſurſum verſus convelluntur.

6 Quandoque etiam viſcera abdominis cum vicinis partibus, veſica, ureteribus, teſticulis in conſenſum trahuntur & conſtrictionem quandam ſpaſticam ſimul patiuntur.

IV. *Subjecta.*

1 Infantes, recrementa bilioſa ſumme acria in inteſtinis poſſidentes,

2 Fœminæ inſigni gradu paſſionis hyſtericæ laborantes.

3 Nephriticis molimínibus expoſiti.

4 Scorbutici & Venerei, nec non febribus non rite liberati, methodoque perverſa tractati.

V. *Prognoſis.*

1 Infantes ſæpius ex Colica Convulſiva in paroxyſmos epilepticos incidunt.

2 Tranſit quandoque in adultis in Paralyſin.

3 In Colica pertinaci, ſi ſudor copioſus & univerſalis ſuperveniat, labefactatis & reſolutis viribus, brevi Paralyſin expectato. *Bagliv.*

4 Si dolor graviſſimus; nec mitigetur auxiliis, nihilque excernatur, vomitus autem vomitui ſuccedat, ad quæ ſudor frigidus mortis eſt periculum. *Chesneau.*

5 Excrementa non retineri, dolorem locum mutare atque etiam intermittere, ſalutem promittunt. *Idem.*

VI. *Remedia.*

1 Ventriculum & inteſtina expurgantia, ſtricturamque eorum inæqualem corrigentia: leniſſima laxantia ex Manna & Rhabarbaro potiſſimum & Clyſteres Carminativo-emollientes ex Chamomilla & Veronica, addito ℥ anethi & Sale, parati.

2 Sanguinis impedito motui per Venam portæ conſulit Venæſectio in pede inſtituta.

3 Spaſmos relaxant & diſcutiunt *interne* Nitroſa, abſorbentia, diaphoretica fixa, Cinnabarina, interpoſitis Eſſentiis, alexipharmaca Stahlii, Pimpinellæ albæ, Tinctura Cort. ☉rum, ☊ Nitr. dulci. *Externe* Unguentum antiſpaſmodicum Mynſichti, Emplaſtrum e Galbano, Oleum Anethi, Chamom. Sacculi ex Herb. Menth. criſp. Matricar. Chamom. Sem. Anis. Fœnic. Carvi.

4 Tonum partium debilitatarum roborantia: Mixtura tonico-nervina Stahlii, Eſſent. Millefolii, Caſtorei, Liq. C. C. Succin.

Formulæ Remediorum.

1 Laxans.

℞. *Mannæ Calabr.* ℥iß. ℥ *amygd. d.* ℥ij. *Sperm. Cet.* ℈ß. *M. Exhibeantur in juſculo.*

2 Aliud.

℞. *Decoct. antiſebr.* ℥vj. *Mann. Calabr.* ℥iij. *Sal polychr.* ℈ij. *Sumitur primo dimidia portio, poſt 2. l. 3. horarum intervallum altera.*

3 Pulvis temperans & antiſpaſmodicus.

℞. *Cryſtall. mont. ppt.* ℈ij *diaph. ā.* ʒiſs. *Nitr. depurat. Tartar. Vitriol. ā.* ʒj. *Cinnabar.* ℈ij ℈ij. *M. Singulis duabus vel tribus horis.*

4 Potio temperans & Carminativa.

℞. ▽ *Fœnic.* *Chamom. ā.* ℥ſs. *Namph.* ʒvj. *Cryſtall. mont. ppt.* ℈ij *diaph. ā.* ʒſs. ♎ *Nitr. dulc.* ℈j. *Syr. cort.* ☉*rum* ʒiij, *D. cochleatim.*

5 Alia.

℞. ▽ *fœnic. menth. ā.* ℥jſs. *Liq. C. C. Succinat. gutt.* *XXV. Tab. ex* ○☾ *Succi,* ʒj. *M. D. ut antea.*

6 Spiritus Carminativus,

℞. *Spir. Anis.* ʒij. *Nitr. dulc.* ʒſs. *Doſ. gutt.* 30. *ter l. quater per diem.*

7 Unguentum.

℞. *Ungt. antiſpaſmod. Mynſ.* ℥j. ○☾ *Menth. criſp. Chamom. a.* ʒij. *deſt. Carv. Cumin. ā.* ℈ſs. *Cer. par ſ. Ungt. abdomini inungendum.*

8 Sacculus diſcutiens.

℞. *Herb. chamom. menth. criſp. matricar. ā.* M ſs. *Baccar. Laur.* ℥j. *Sem. Carv. anis. fœnic. ā.* ʒij. *Inciſ. contuſ. includ. Sacculo, calide imponendo.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Reſpiciendum eſt ad differentiam Cauſarum, ſecundum quam methodus eſt inſtituenda.

2 Ubi excrementa acria biliosa malum fovent, Clyſteres abſtergentes, emollientes & carminativi in uſum ſunt vocandi: in robuſtioribus autem & ubi malum non nimis vehemens eſt, lenia laxantia præſcribi poſſunt.

3 Subjunguntur hoc in caſu abſorbentia, temperantia, antiſpaſmodica & lenia Carminativa interne & externe.

4 Quando ſanguinei quid ſubeſt, Vena ſecetur & quidem optime in pede.

5 Præſcribantur tunc Nitroſa, Salia media, diaphoretica fixa & Cinnabarina, interpoſitis diſcutientibus, nec neglectis externis paregoricis.

6 Tandem utroque in caſu tono partium eſt conſulendum per ſelecta nervina, quæ etiam reliquis remediis interponi poſſunt.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Purgantia, niſi ſint ſelectiſſima dolores exacerbare ſolent.

2 Venæſectio non locum habet, niſi malum a moliminibus Sanguinis originem habeat, in quo caſu egregium quandoque effectum exerit.

3 Opiata parcius ſunt exhibenda, ſolet enim eadem magnus ſudor excipere & exinde Paralyſis, ut *Baglivius* obſervavit.

Caput Sextum.

DE

Convulſionibus.

I. *Definitio.* Convulſiones ſunt repentinæ, reciprocæ & maxime violentæ motus tonici exacerbationes, a Natura ob rem aliquam corpori moleſtam l. noxiam amoliendam & expellendam, inſtitutæ.

II. *Differentiæ.*

1 *Spaſmi* & *Convulſiones* differunt gradu, duratione & eventu: hæ vehementiores inſtabiles, periculoſiores: illi mitiores, ſtatarii magis & minus periculoſi.

2 Ab *Epilepſia* diſtinguuntur Convulſiones ratione cauſæ & morborum complicatorum: hæ cauſas plerumque ſonticas & morbos conjunctos pro fundamento habent; illa vero nullam proportionem cum cauſa phyſica l. morali ſervat, & idiopathice abſque aliis morbis affligit, propriaque ſui vehementia corpus percellit.

III. *Signa.*

1 Muſculoſæ præcipue partes reciproco raptim trahente & remittente motu corripiuntur.

2 Format hic motus breves quaſi Paroxyſmos, per breviora temporis intervalla tam remittendo, quam revertendo.

3 In invaleſcentibus convulſionibus partes ipſæ non ſolum motu ſed etiam ſitu exagitantur.

4 Si convulſiones ſunt graviores ipſi quoque ſenſus interni obnubilantur, ita ut antea actorum non reminiſcantur.

5 Nonnunquam etiam in principio pollices in manus retrahunt.

6 Ordinarie, præſertim in junioribus, oculi hinc inde torquentur magis vero verſus ſuperiora, ita ut non niſi album oculorum appareat.

7 Interdum in caſu graviori integri artus contorquentur & diu in illo perverſo ſitu permanent.

IV. *Subjecta.*

1 Plethorici & iracundi.

2 Inſigni craſſitie Sanguinis laborantes.

3 Infantes, quibus humores ulceroſi, ſeroſo-lymphales retropelluntur.

4 Iidem tuſſi humida, cum materia valde tenaci reſpirationem ad tempus intercipiente, laborantes.

5 Iidem excrementis inteſtinorum acribus biliosis divexati.

6 Inprimis vero Lumbricis obnoxii.

7 Nec non Dentitione difficiliori laborantes.

8 Qui morbis exanthematicis, præprimis morbillis & variolis corripiuntur, & ubi exanthemata difficilius erumpunt.

9 Morbis acutis periculoſioribus decumbentes.

V. *Prognoſis.*

1 Quæ extra acutos morbos oriuntur & a chronicis cauſſis & ſignis dependent, nihil æque periculi poſt ſe trahunt ordinarie, niſi admodum ſint l. vehementes l. frequentes.

2 Facile abeunt in Conſuetudinem, præprimis ab animi pathematibus, quandoque ſatis levibus.

3 Quæ cauſis acutis originem debent, ſortiuntur magis ancipitem eventum, quam priores.

4 Qui chronice tamen Convulſionibus adſueti fuerant, ſi in acutis iiſdem corripiuntur, minus periculi incurrunt, quam ſi a talibus ſemper liberi fuerunt.

5 Convulſiones ab initio morbi acuti contingentes minimi ſunt periculi, longe majoris, quæ exquiſito ſtatui adveniunt, ſimplicius vero funeſti exitus, quæ declinationis Periodo accidunt.

6 Secundum Sydenhamii & Baglivii Obſervationes Infantes, Dentitione jam perfuncti variolaſque nondum perpeſſi, ſi motibus Convulſivis & ardore circa lumbos corripiuntur, Variolæ in procinctu ſtant & poſtero die ſunt expectandæ.

7 Adoleſcenti & adultæ ætati quæ contingunt Convulſiones, periculoſiores ſunt, quam quæ Juniori.

8 Paroxyſmi Convulſivi ſæpius Phaſibus Lunæ reſpondent.

9 Quo magis Conſuetudini l. animi pathematibus originem debent, eo minus remediis auſcultant, niſi ſint vera ſpecifica.

10 Symptomaticæ vero Convulſiones nulla re efficacius edomantur, quam promotione motuum ſecretoriorum & excretoriorum morbo primario debita.

VI. *Remedia.*

1 Excrementa Ventriculi & inteſtinorum, ſi quæ adſunt, evacuantia: Radix Ipecacuanhæ, Vitriolum album, Rhabarbarum, ſyrupus e cichorio c. Rhabarb. ♀ dulcis,

Hel-

Helleborus niger, ☉ fulminans, nec non Clysteres emollientes & abstergentes.
2 Vermes eorumque seminium extinguunt remedia anthelmintica, de quibus suo loco.
3 Materiam mucosam & tenacem pulmonum vesiculis impactam incidentia: spec. diair. Rad. Ari ppt. aliaque remedia appropriata pectoralia.
4 Motus secretorios & excretorios in febribus exanthematicis promoventia: diapnoica & alixipharmaca, regimenque corporis tranquillum.
5 Motus ipsos convulsivos mitigantia & compescentia, nervina & specifica: Essentia dulcis Hallensis, Oleum animale Dippelii, Liq. C.C. Succinat. Lumbrici Terr. rite ppt. Rad. & Sem. Pœon. Os triquetr. Cran. human Os semilunare Carp. Talus Leporis, Spina Serpent. Pulv. epilept. niger Kuferi, Cinnabaris nat. ppt. Succinum ppt.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis Emeticus.
℞. *Pulv. rad. Ipecac.* ℈j. *pro adulto.*

2 Sal Emeticum.
℞. *Vitriol. alb. depurat.* ʒß. *pro una vice.*

3 Essentia antepileptica.
℞. *Essen. dulc. Hal. Ord.* ʒij *Versus paroxysmum ad gutt. 20. propinanda,* *postea aliquoties adhuc per diem continuanda.*

4 Oleum antepilept.
℞. ○ *anim. Dippelii rectificatiss. gutt. XXX.* *pro adulto, versus paroxysmum propinandum*

5 Pulvis antepilepticus D. Stahlii.
℞. *Cord. Talp. exiccat. n. V.* *Talor. Lepor.* ℈j. *Ungul. alc. subtil pulver.* *Cort. vise. quercin. ā.* ℈ß *Lumbr. Terrestr.* ʒj. *Cinnabaris, si placet,* ʒß. *M.* *Dos. gr. XV.*

6 Alius D. Carl.
℞. *Conch. ppt.* ʒß. ♁ *crud. Hung.* ʒij. *Lumbric. Terrestr. ppt.* *Cinnabaris nativ. ppt. a.* ʒj. *M.* *Dos. ut præcedentis.*

7 Potio antepileptica.
℞. ▽ *pœon.* *lil. convall.* *cerasf. nigr. ā.* ʒj. *epilept. Lang.* ʒvj. *Specif. cephal. Mich.* *Pulv. epilep. Kufer. a.* ℈j *Liq C.C. succin.* ℈ß. *Syr. e pœon.* ʒß. *M.* *Dos. cochl. aliquot aliquoties per diem propinanda.*

VII. *Methodus medendi,*
1 In Cura respiciendum est ad causas, quibus Convulsiones originem debent, secundum quarum differentiam cura diverso est instituenda modo.
2 In saburra igitur primarum viarum præscribantur & commendentur l. appropriata vomitoria l. lenia laxantia.
3 Si Scabies l. aliæ efflorescentiæ ulcerosæ retropulsæ sunt, expellentia fl. nimirum sulph. anticatarrhalibus commisti, interposito ♀ii dulcis usu, usurpentur.
4 In pectoris vitiis lymphæque visciditate eadem anticatarrhalia & discutientia, nec non lenia laxantia l. Clysteres locum habent.
5 Biliosæ acri intestinorum constitutioni medentur Diluentia, Lubricantia, Absorbentia & inter ea præcipue Crystallus montana ppt. nec non Clysteres abstergentes.
6 Vermes enecentur Mercurialibus, Myrrhatis, Sem. Santon. Corallin. aliisque.
7 Dentitioni difficili succurratur interne refrigerantibus & diapnoicis, externe Inunctionibus mucilaginum, incisuris Gingivarum, Clysteribus.
8 In Febribus exanthematicis l. aliis morbis, ubi Natura aliquid excernere molitur, excretiones promoveantur remediis appropriatis.
9 Ubique, quando causis primariis satisfactum est, subjungantur l. interponantur specifica antepileptica.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.
1 Remedia specifica effectum optatum haud edunt, nisi causa primaria e medio prius sit sublata.
2 Vomitoria utilia sunt, ubi in primis viis materiam peccantem auguramur; si vero nulla præsto est, sed motus consuetudini l. materiis, aliis in locis peccantibus, originem debent, ab iisdem desistendum est.
3 Exhibenda sunt extra Paroxysmos, sicuti laxantia.
4 Opiata pro sistendis Convulsionibus pessimo ausu in auxilium vocantur.
5 Pulvis epilept. March. & Specif. Ceph. Mich. absque damno propinari possunt, specifice tamen aliquid haud exerunt.
6 Majorem utilitatem habet ipsa Cinnabaris nativa l. ʒij, in substantia propinata.
7 Liq. etiam C. C. succinatus in quibusdam egregie se gerit, vitandus tamen est ejus abusus.
8 Evitandæ quoque sunt pollicum ereptiones e manu l. etiam admotiones suffimentorum penetrantiorum: plerumque enim insignem virium prostrationem & promptiorem paroxysmi recursum causantur.
9 Ab animi Pathematibus inprimis sibi cavendum est: quia facile ab iisdem novi Paroxysmi invitantur.

Caput Septimum,

de

Epilepsia.

I. *Definitio.* Epilepsia est motus convulsivus plus minus repentinus, artus præcipue & pectus gravissime excernens, sensuumque abolitionem per totum paroxysmum post se trahens, idiopathice absque aliorum morborum concursu a Natura productus.

II. *Differentia.*
1 Quomodo a *Convulsionibus* differat Capite præced. dictum est.
2 Alia est *recens*, alia *inveterata*.
3 Alia *periodica*, alia *vaga*.
4 *Hæreditaria* alia, alia *acquisita*.
5 Alia *fortis*, alia *levis*.

III. *Signa.*
1 Persentiscunt aliqui Paroxysmum paulo ante invasionem, frigore quodam e partibus remotis repente versus caput tendente & scintillulis oculis obversantibus.
2 Plerique vero inopinato & repentine plus minus vehementibus corripiuntur motibus convulsivis.
3 In quibusdam nulla insignis vis motuum observatur.
4 Ubi autem manus in auxilium vocantur, deprehenditur, quod contentio præsto sit contumaciissima & fortissima corpus rigidum & mobile, non vero flaccidum & tranquillum servans.
5 Privantur statim in paroxysmi initio sensuum usu, neque eundem recuperant, donec ille sit finitus, ubi quid actum sit, ignorant.
6 Cadunt propterea, quam primum a paroxysmo corripiuntur in terram.
7 Ubi peculiare & fere proprium Epilepticis est, quod manus in pugnum colligant, pollicemque fortiter eidem imprimant.
8 Adest præterea laboriosa respiratio.
9 Quidam in Paroxysmo insigniter clamant.
10 Junioribus solennes magis sunt Capitis exagitationes, oculorum distorsiones, & maxillarum ad stridorem usque dentium fortes commotiones.
11 Tam his quam adultis obtingunt motus linguæ indecentes, ut eandem exporrigant & mediante maxillarum forti motitatione & compressione vehementer lacerent.
12 Interim artus cum toto corpore maxime & violenter convelluntur.
13 Nonnullis caput in continuo est motu, ita ut illud

fortiſſime ad ſanguinis uſque effuſionem terræ allidant.

14 Definit tandem Paroxyſmus in expreſſionem ſpumæ e glandulis ſalivalibus & effluxum ex ore.

15 Specialiter in quibuſdam ſimul claudunt paroxyſmum hæmorrhagiæ narium, diarrhææ, ſeminis effuſiones, vomitus.

16 Qui vomitu corripiuntur, ante paroxyſmum panem ſiccum, ſecalinum potius quam triticeum, in magna quantitate devorant, eundemque ſemidigeſtum poſte rejiciunt.

17 Finito paroxyſmo nullius rei recordantur, niſi quod a violenta illa exagitatione remanentes dolores adhuc ſentiant & laſſitudinis proportionatum ſenſum ſervent, non aliter ac in aliis laborioſis conaminibus fieri ſolet.

18 Subſequentes Paroxyſmi inſigniores Lunæ phaſes Novilunia nimirum & Plenilunia, quandoque etiam ejuſdem quadras obſervant & comitantur.

IV. *Subjectum.*

1 Qui Convulſionibus frequentioribus imprimis in infantili ætate fuere correpti.

2 Fortiori iracundia commoti.

3 Terrore graviori concuſſi.

4 Venereis ſpeculationibus nimium indulgentes.

5 Hæreditariam poſſidentes diſpoſitionem.

6 Veneficiis & philtris perturbati & ligati.

7 Plethorici, habitu corporis poroſo gaudentes.

8 Juniores & feminæ.

V. *Prognoſis.*

1 Vehementior oculorum diſtorſio non raro durabilem poſt ſe trahit Strabiſmum.

2 Quæ Caput ſæpius & graviter affligit Epilepſia, ſtupefacit tandem ſenſus & rationis uſum imminuit.

3 Epilepſia fortior juniori ætati obtingens paralyticam hujus l. illius membri impotentiam, poſthac durabiem, quandoque poſt ſe trahit.

4 Epilepſia, quæ nocturno tempore invadit, curatu difficilior, quam quæ diurno corripit, quoniam remedia juſto tempore, verſus ſcil. Paroxyſmos exhiberi nequeunt.

5 Quæ adultis obtingit & in conſuetudinem abit, vix amplius eradicatur.

6 Juniores vero eadem correpti ad pubertatis annos accedentes ſæpius ab eadem liberantur.

7 Sic etiam mutationes loci & vitæ Epilepſiam quandoque tollunt.

8 Habitualis Epilepſia interdum in Hecticam lethalem degenerat.

9 In Epilepſia longa febris, ut quartana, pro valetudine eſt. *Cheſneau.*

10 Solvitur aliquando Epilepſia ſeptimo menſe, ſeptimo anno, primo puerperio. *Idem.*

11 Epilepſia, quæ parturientes corripit, non ſolet reverti, nec ea, quæ fit a vermibus. *Idem.*

12 Epilepſia uterina obedit remediis, malo hyſterico medentibus.

13 Quæ cauſis immaterialibus originem debet difficilius compeſcitur, quam quæ a cauſis materialibus ortum traxit.

14 Si magna vi pollices e manibus eripiuntur, impetus paroxyſmi fere totus diſtrahitur: ſi vero per ipſa ejuſdem initia hoc ſuſcipimus, effectum hunc non æque aſſequimur.

VI. *Remedia.*

1 Primas vias expurgantia: Vomitoria, Vitriolum album, Tartarus emeticus, ſympus emeticus; Laxantia cholagoga & melanachoga ex Rhabarbaro, Helleboro nigro.

2 Abundantiam ſanguinis imminuentia: Venæſectiones, Scarificationes.

3 Lymphæ vitia corrigentia, anticatarrhalia: Eſſent. Succin. Pimpinell. alb. alexipharm. Stahlii, Tra ☉ii Tartariſat. Tartari, Liq. C.C. ſuccinat. Decocta lignorum diluta.

4 Orgaſmum Sanguinis temperantia. Nitroſa, diluentia, laborioſum Vitæ genus.

5 Motus ſedantia, ſpecifica: Lumbrici Terreſtr. in coitu menſe Junio capti ante ortum Solis, Cor Talpæ, Hepar & Cor Ranarum, Os triquetrum humanum & porcinum, Talus Leporis, Os ſemi lunare & triangulare Lucii, ut & Carpionis, Ungula Alcis, Cranium humanum, Sanguis hominis violenta morte peremti, ſpiritus volatiles Urinoſi omnes, Liq. C.C. ſuccinat. radix & ſemen Pœon. Viſcus quernus & corylinus, Carbo Artemiſiæ Spir. Vitrioli ant-epilepticus Quercetani, ☌ animale Dippelii, Eſſentia dulcis Hal. ordinaria & concentrata.

Formulæ Remediorum.

1 Sal Vomitorium.

℞. *Vitrioli alb.* ʒß. *mum exhibendum. pro una vice ante paroxyſ-*

2 Pulvis Emeticus.

℞. *Rhabarb. elect. gr. XV. Sal polychr. gr. ij. M. Tartar. emet. gr. iij. pro una vice.*

3 Pilulæ laxantes.

℞. *Maſſ. pil. e Succin. Crat. gr. XV. Reſ. Jalapp. gr. ij. c. Tinct. ☉ij tartar. ſ. Pil. Extract. helleb. nigr. gr. viij. No. XVII. pro una vice.*

4 Eſſentia anticatarrhalis.

℞. *Tinct. ☉ij tartar. ʒij. diem extra paroxyſmum Eſſent. Succin. ʒj. M. ſumenda. Doſ. gutt. 30. bis l. ter per*

5 Alia.

℞. *Tinct. Tartari Liq. C.C. Succin. ☉ij. M. Eſſent. alexiph. Stahlii. D. ut antea. a. ʒßß.*

6 Pulvis ant-epilepticus.

℞. *Rad. Pœon. Doſ. gr. XVI. vel ☉j. verſus Lumb. Terreſt. ppt. ℔. ʒij paroxyſmum. Cinnabar. nativ. ☉ij. M.*

7 Oleum antepilepticum.

℞. ☌ *animalis Dippelii Doſ. gutt. 40. ante parorite ppti. ʒj. xyſmum.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Antequam ad ipſa Specifica fiat progreſſus, cruditates e primis viis ſunt eliminandæ per appropriata Vomitoria l. purgantia.

2 Ubi ſenſibilis concurrit Plethora, Venæſectio ſubjungenda eſt in pede, l. hujus loco Scarificatio.

3 In Sanguinis & Seminis orgaſmo Diluentia, Nitroſa, Abſorbentia & Cinnabarina poſthac ordinanda ſunt.

4 Quod ſi vero Lymphæ vitia præſto ſint, adhibeantur anticatarrhalia remedia, pro temperamentorum diverſitate ſeligenda.

5 In ſpiſſitudine Sanguinis Venæ portæ, Epilepſiam uterinam plerumque fovente, ordinentur reſolventia & aperientia uterina.

6 Verſus denique metuendos paroxyſmos commendentur ſpecifica.

7 Finito Paroxyſmo clyſteres locum habent, nec non lenia tonico nervina, interne propinanda.

8 Diæta inſuper conveniens & accurata inſtituatur per ſufficientem potum & motum, cibos evpeptos, excretiones ſpontaneas & artificiales conſuetas, animique pathematum moderamen.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Omnia vehementiora Purgantia & Vomitoria improbantur, quia motus plerumque exacerbant: leniora vero locum & uſum habent ante paroxyſmum exhibenda.

2 Specifica, niſi verſus paroxyſmos propinentur, ſpem plerumque eludunt, etiamſi ſint efficaciſſima.

3 Effectus optati indicium eſt, ſi in fronte largus erumpit ſudor.

4 Adſtringentia & Narcotica pro repellendis Paroxyſmis ſunt inſufficientia & damnum inſuper ſecretionibus & excretionibus afferunt haud exiguum.

5 Oleum animale Dippelii ſternutationes cauſatur & ſomnum per plures horas durantem; niſi vero ſit rectificatiſſimum voto haud ſatisfacit.

6 Eſſentiam dulcem Halenſem aliquoties eum fructu fuiſſe exhibitam novimus: in malo autem inveterato atpl. fruſtra propinatur.

7 Ex-

7 Externa excitantia volatilia, Urinoſa, aliaque fœtida naribus applicata in Epilepſia uterina non abſque effectu adhibentur, inprimis ſi lenior ſit affectus; in graviori vero malo poſt ſe trahunt cephalalgias vertiginoſas, motus febriles & inſignem laſſitudinem.

8 Eadem etiam ſymptomata ſunt metuenda, ſi Paroxyſmi per violentam pollicum ereptionem e pugno interpellantur.

9 Ira, terror, Vini & Spir. Vini abuſus, Venus, ſpeculationes libidinoſæ, aromata, acida paroxyſmos invitant & pertinaciorem reddunt affectum.

Caput Octavum.

DE

Palpitatione Cordis.

I. *Definitio*: *Palpitatio* Cordis eſt motus cordis ſpaſtico-convulſivus, frequentius & fortius quam ordinarie fieri ſolet, a Natura inſtitutus, ut Sanguinem nimia copia verſus cor latum repellat, vel per certa loca expellat.

II. *Differentia*.

1 A *Tremore Cordis* non niſi gradu diſtinguitur, hic leviorem pulſationem innuit, illa fortiorem.

2 Eſt vel *idiopathica*, per ſe abſque aliis morbis exurgens, l. *ſymptomatica*, aliis morbis ſuperveniens.

III. *Signa*

1 Quando mitior eſt affectus, tunc ſolito tantum frequentior & fortior contingit pulſatio cordis, abſque aliis concurrentibus ſymptomatibus.

2 Ubi vero fortiori gradu ſeſe ſiſtit, tunc reſpiratio non tantum imminuitur, ſed vocis etiam liber uſus quandoque intercipitur.

3 Concurrit in hoc caſu anxietas cardialgica, cum pallore faciei & non raro ſudore frigido in fronte.

4 Cor vehementer pulſat & thoracem elevat, ut non tantum ab adſtantibus facile videri, ſed quandoque, quanquam hoc rarius fiat, etiam audiri poſſit motus.

5 Arteriarum quoque, præcipue carotidum, in collo occurrentium, fortior conſpicitur pulſatio.

6 Concurrit inſignis virium proſtratio.

7 Interdum lipothymiæ accedunt.

8 In quibuſdam vero varia flatulenta obſervantur pathemata in abdomine.

9 Alvus plerumque ſolet eſſe adſtricta & Urina tenuis.

IV. *Subjectum*.

1 Sanguinei, Plethorici, vitæ lautæ & ſedentariæ aſſueti, deinde inſolitos & fortiores motus inconcinne inſtituentes.

2 Fœminæ, quibus menſes emanſere aut obſtructi ſunt, l. viri, qui hæmorrhoidum ſuppreſſionem patiuntur.

3 Qui evacuationes ſanguinis artificiales affuefactas negligunt.

4 Qui in ſtatu plethorico balnea calidiora ingrediuntur.

5 Hypochondriaci & Hyſtericæ, ſanguine ſpiſſiori gaudentes.

6 Viſcerum abdominis labe affecti.

7 Præcipue qui Temperamento Melancholico præditi ſunt.

8 Qui facile a quibusvis rebus in terrorem conjiciuntur.

9 Qui in juniori ætate vermibus laborant.

10 Tandem, qui polypos in corde gerunt, ubi reſpiratio difficilis continuo conjuncta eſt.

11 Hydrope denique pectoris laborantes.

V. *Prognoſis*.

1 Palpitatio cordis, quæ improviſum terrorem, motum vehementiorem immediate plerumque ſequitur, malum eſt tranſitorium & rarius medelam expoſcit.

2 Quæ vero abſque talibus cauſis occaſionalibus ex interno humorum vitio contingit, majorem attentionem meretur.

3 Quo fortior eſt palpitatio & frequentius recurrit, eo periculoſior cenſenda.

4 Eadem etiam prognoſis formanda, ſi ſumma ſpirandi difficultas, anxietas præcordialis & lipothymia concurrit.

5 In junioribus, ſi frequentius & fortius contingat, poſt ſe trahit ſæpiſſime hæmoptyſes, inflammationes, febres mali moris, interdum vero Polypos format.

6 Qui Polypos tales in corde gerunt, ex improviſo ſæpius moriuntur.

7 In hypochondriacis & hyſtericis plerumque abſque periculo occurrit.

8 Si in his hæmorrhoides & menſes ordinem ſuum inveniunt, malum mitigatur, quandoque etiam tollitur.

9 Si Vermes ſubſunt, non raro Convulſiones poſt ſe trahit.

VI. *Remedia*.

1 Primas vias expurgantia & humores ad partes inferiores invitantia, laxantia: Rhabarbarum, Senna, Helleborus niger, ejuſque Extractum, Extractum panchym. Croll. ☿ dulcis, Clyſteres, Pediluvia.

2 Sanguinem abundantem evacuat Venæſectio, pro derivandi ſcopo in pede inſtituta.

3 Ebullitionem Sanguinis temperantia: Nitrata, Abſorbentia, acido Citri ſaturata, Cinnabarina, Emulſiones, Gelatinæ, Julapia.

4 Sanguinis ſpiſſitudinem tollentia: Herbæ *antiſcorbuticæ*: Naſturtium, Cochlearia, Trifolium fibrinum, Beccabunga, Acetoſella; *amaræ*: Carduus benedictus, Fumaria, Cent. min. Abſinth. *alexipharmacæ*: Rad. Helen. Valerian. Vincetox. Dictamn. alb. Petaſit. Angel. Eſſent. alexiph. Stahlii, Pimp. alb.

5 Partem affectam roborantia: Gemmata & Analeptica, ſpec. de Hyac. Corall. r. ppt. Syr. Corall. Conf. Alkerm. de Hyac. Condit. Citr. Syr. Acetos. Citri, Pilulæ Wildeganſii genuinæ, Eſſentia dulcis Halenſis, Mixtura tonico-nervina Stahlii, Aquæ cardiacæ; Externe Epithemata ex Herb. Meliſſæ, Borrag. Bugl. Fl. Roſar. Aqua Anhalt. Balſam. Embryon. cum Conf. Alkerm. l. Hyac. commiſcendæ: Balſam. Succin. ♌ deſt. Citr. ☉rum, Angel.

Formulæ Remediorum.

1 Potio Purgans.

℞. *Tamarind.* ℥ß. — *Coq. inf. q.* ▽ *ſ.*
Rhabarb. elect. ʒj. — *Colat.* ℥iv.
Fol. Senn. ſ. ſt. ʒij. — *Add. Syr. epom. laxat.* ℥ß.
Crem. Tartar. ʒß.

2 Pilulæ Purgantes.

℞. *Pil. Tartar. Quec. gr. xij* — *Trochiſc. alhand. gr. ij.*
Extract. Helleb. nig. ʒß — *c. Tinct. Corall. ſ. l. a*
Mercurii dulc. rit. par. — *Pil. No. XVII. pro*
gr. vj. — *una vice.*

3 Pulvis temperans & tonicus.

℞. *Oc.* ♋ *acid. Citr. ſatur.* — *Cinnabar.* ♃ *ii ā.* ʒß.
Nitr. depurat. — *Spec. de hyac.* ♃j. *M.*
Tartar. Vitriol. ā. ʒj. — *Doſ.* ♃j. *bis per diem.*
Corall. r. ppt.

4 Emulſio temperans.

℞. *Amygd. d. excort.* — *F. l. a. Emulſ.*
Pinear. mund. ā. ℥ß. — *Edulc. ſacchar. perlat.* ℥ß
Sem. Citr. ʒij. — *Add. Matr. perlar. ppt.* ʒj.
c. Aqu. rub. id. — *M. pro aliquot vicibus.*
meliſſ. ā. ℥iv.

5 Eſſentia Cardiaca.

℞. *Tinctur. Corall.* ʒij. — *D. gutt. 25. bis, ter per diem*
Eſſent. dulc. Hal. ʒj. *M.*

6 Tinctura reſolvens & tonica.

℞. *Tinct.* ♃ij *acris* ʒij. — *D. ut antea.*
♎ *Sal. ammon.* ♃ij.

7 Epitema Cardiacum.

℞. *Herb. Borrag.* *Lavend. ā. p. ij.*
Bugloss. *Incis. irror.* ♁ *deſt. Citr.*
Meliſſ. ā. Mj. ♁ *rum ā. gutt.*
Fl. Roſar. *viij.*
Violar. *Includantur Sacculis.*

8 Balſamum.

℞. *Balſam. Succin. ʒj.* *Caryoph. ā. gutt.*
Cinam. ℈ß. *viij. M.*
♁ *deſt. Angel.* *Inung. regio cordis.*
Lign. rhod.

VII. *Methodus medendi.*

1 Curæ initium fiat per exhibitionem purgantis alicujus ſecuri lenitivi.
2 Subjungatur Venæſectio in pede, ut humores ad partes inferiores revellantur, & Plethora ſimul imminuatur.
3 Ubi Orgaſmus Sanguinis concurrit, præſcribantur pulveres Nitroſo-abſorbentes, & Cinnabarini aliquoties per diem exhibendi. Conveniunt etiam in hoc caſu Emulſiones, Gelatinæ, Potiones acidulæ.
4 Si vero ſpiſſitudo Sanguinis ſubeſt, locum habent Salia media, cum abſorbentibus & Nitroſis combinanda, Extracta amara, Gummata temperatiora, Plantæ antiſcorbuticæ & Alexipharmaco-reſolventes, ſub Pulverum, Pilularum, Eſſentiarum & Infuſorum forma uſurpanda.
5 In Scorbuto concurrente primario ad hunc affectum reſpiciatur, quod etiam in Vermibus, Menſium & Hæmorrhoidum obſtructionibus obſervandum.
6 Ubique vero poſt præmiſſa ſpecialia remedia ſubjungantur tonico-nervina, pro affecta parte roboranda, quod quidem & externis fieri debet.
7 Interponantur univerſæ Curæ Clyſteres & Pediluvia pro humoribus ad partes inferiores invitandis.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Præſtat Venæſectionem in pede revellendi ſcopo inſtituere, quam in brachio.
2 Ubi Plethora concurrit, larga inſtituatur Venæſectio, alias parum utilitatis habet.
3 Quando mitior eſt affectus melius extra, quam in Paroxyſmo celebratur hæc evacuatio, cum quandoque inſignes commotiones Sanguinis poſt ſe trahat.
4 Vomitoria & Purgantia fortiora exulent: affectum enim pejorem reddunt.
5 Opiata etiam, niſi parciſſime & debito tempore exhibeantur, damna potius, quam emolumenta pariunt.
6 Martialia & Salia Sal volatilia uſum habent in malo hypochondriaco-hyſterico, ſi reliquis remediis perite ſubjungantur.
7 Ad vera Cardiaca, ſtricte huc pertinentia, referimus Hyacinthum & Smaragdum verum, nec non Eſſentiam dulcem Halenſem & Tincturam Coralliorum veram, quæ motus Naturæ inordinatos placant & in ordinem redigunt.
8 Pediluvia eximium exerunt uſum, ſed præmiſſam decet eſſe Venæſectionem in ſtatu plethorico, alias commotiones Sanguinis poſt ſe trahit.
9 Animi Pathemata eximie exacerbant hunc affectum; unde quam maxime ſunt vitanda.
10 Motus e contra placidus & repetitus maximopere prodeſt, pro circulatione ſanguinis æquali reddenda.
11 Diæta etiam tenuis, lubrica uſum habet non contemnendum, præ aromatica, vinoſa, ſanguinis maſſam exagitante.
12 Quæ a Polypo cordis originem habet Palpitatio & remedia Pharmaceutica & Diætetica reſpuere ſolet.

CAPUT NONUM.

DE

Singultu,

I. *Definitio.* SIngultus eſt motus ſpaſtico-convulſivus Diaphragmatis & Meſenterii a Natura, ob rem aliquam noxiam & ſibi moleſtam e corpore eliminandam, excitatus.

II. *Differentia.*

1 Eſt I. *idiopathicus*, qui a vitio ſtomachi originem ſumit, I. *ſymptomaticus*, qui per conſenſum nervorum, in aliis morbis gravioribus contingit.
2 Ratione gradus eſt I. *vehementior*, cum ſumma vi & niſu obtingens, I. *mitior* per ſpontaneam oris clauſuram facile moderandus.

III. *Signa.*

1 Præcedit ordinarie ſenſus alicujus preſſionis circa orificium Ventriculi ſiniſtrum.
2 Subſequitur deinde ſub motu diaphragmatis concuſſorio exſpiratio vehemens cum ſono clangente.
3 Poſtquam horæ circiter quadrantem duravit, ſponte plerumque ceſſare ſolet.
4 Nonnunquam vero ultra aliquot horas, imo dies, ſe extendit.

IV. *Subjectum.*

1 Extra morbos acutos eveniens omnibus fere hominibus familiaris quandoque eſt, ſi nimirum Ventriculum cibis crudioribus nimium prægravarunt & frigidum potum in copia ingurgitarunt.
2 Dyſenterici, quibus inteſtina ſunt inflammata & ad necroſin diſpoſita.
3 Aut, qui aliis morbis inflammatoriis, præcipue hepatis, Ventriculi &c. per quos Ventriculus in conſenſum trahi poteſt, laborant.
4 Qui Emetica & fortiora aſſumſere Purgantia.
5 Quibus Venena ſunt propinata.

V. *Prognoſis.*

1 A Singultu vulgari vix quiſquam hominum eſt alienus.
2 Si Sanis a nimia ingurgitatione ciborum dyſpeptorum obtingit, facile iterum cedit & medicatione vix opus habet.
3 Si vero ſæpius recurrit, majorem conſiderationem meretur, quia facile in conſuetudinem abit, multumque moleſtiæ patientibus afferre ſolet.
4 Si circa ſtatum I. decrementum Febrium inflammatoriarum Singultus accedit, malum.
5 In Dyſenteria etiam, Cauſo & Colica ſi eveniat, idem dicendum: facile enim in Convulſiones mortem poſt ſe trahentes, abit.
6 Emetica & Purgantia qui excipit, Ventriculum ſumme affectum eſſe indicat & medelam repentinę adhibendam ſuadet, ne mors ſequatur.

VI. *Remedia.*

1 Singultum vulgarem ſanis obtingentem moderantur & reprimunt potus Thee, Caffee, aut alius caleſactus, exſpiratio pauliſper cohibita.
2 Cruditates primarum viarum evacuantia, laxantia: Sal Catharticum amarum, Rhabarbarum, Pilulæ Polychreſtæ Stahlii, Beccheri.
3 Debilitati Ventriculi conſulentia: *interne* Tinctura Vitrioli, ♂tis Ludov. Eſſent. Abſinth. Cort. ♁rum Macis, Pulv. Stomach. Birckmanni, Quercet. Cortex Chacarillæ, ejuſque Extractum; *externe* Balſama Stomachica, Emplaſtra, Epithemata ex Herb. Menth. Matricar. Chamom. Fl. Roſ. rubr. Sem. Aneth. Carv.
4 Febrem & inflammationem concurrentem mitigantia & diſcutientia: abſorbentia, diaphoretica fixa, Nitroſa & Cinnabarina, nec non Emulſiones & Gelatinæ, frequentes & parvis doſibus exhibendæ.

Formulæ Remediorum.

1 Sal laxans.

℞. *Sal.com.Cathart.amar.* 3vj. *Diſſolv. in juſculo, pro unica vice.*

2 Potio laxans.

℞. *Rhabarb.elect.* 3ij. *Cryſtall.Tart.* 3ſs. *Cin.acut.* ℈j. *Infund.in ſ.q.* ▽. *Mane Bulliant.In Colat.* ℥iijſs *Diſſolv.Mann.Calabr. Syr.c.cichor.c.Rhab.ā* 3ſs. *pro una vice.*

3 Pilulæ laxantes.

℞. *Pil.Polychr.Beccher.*3j. *Doſ. gr. XV. per quatuor dies aſſumendæ.*

4 Eſſentia Stomachica.

℞. *Tinct.Vitr.&tis Ludov.* 3ij. *Eſſent. Cort.* ☉*rum* 3j. *M. Doſ.* 30 *gutt. bis l.* 3 *per diem.*

5 Alia.

℞. *Eſſent.Abſinth.* 3ij. ☉*rum* 3j. *Mavis* 3ſs. *M. Doſ.ut antea.*

6 Potio Stomachica.

℞. *Aqu. Menth.* ℥ij. *Plantag.* ℥j. *Cinam.Cydon.*3vj. *Corall.r.ppt. Smaragd. ppt.ā* ℈j. *Extract. cort. Schacar. gr.XV. Syr. Cydon.*℥ſs. *M. D.ſing.* 2.3. *horis cochleatim.*

7 Balſamum Stomachicum.

℞. ℥ *N.M.expr.*3j. *deſt.Abſinth. Tacamah.ā* ℈ſs. *Balſ.Peruv.*℈j. *M. pro inungendo Scrobiculo cordis.*

8 Emplaſtrum Stomachicum.

℞. *Emplaſtr.Stomach.Zv. v.q.ſ. Malax.* ℥ *maſtichin.ſ. Scutum ſtomachale.*

9 Epithema Stomachicum.

℞. *Herb.Menth.criſp. Chamom. Matricar.ā* M*j. Fl.Roſar.* Mſs. *Sem. Aneth.* ℥ſs. *Inciſ.contuſ.includantur.*2 *facculis, alternis vicibus imponendis.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Vulgaris ſingultus per intervalla & rarius contingens medicatione opus haud habet.

2 Quod ſi vero frequentius & fortius recurrat, debilitatemque Ventriculi indicet, l. etiam ejuſdem ſaburram & cruditates, tum præſtat leni laxante appropriato Ventriculum primo expurgare, deinde talia remedia in uſum trahere, quæ Ventriculi tono proſpiciunt; uſurpantur autem hæc optime matutino tempore & verſus cœnam & prandium. Externe etiam l. Emplaſtra l. Balſama l. Epithemata pro Ventriculo roborando in uſum vocari poſſunt.

3 Quando ab inflammatione interna ſingultus originem trahit, tunc, omiſſis ſtomachicis, Nitroſa, diaphoretica fixa & Cinnabarina proprinari debent, ipterpoſitis Emulſivis & Gelatinoſis. Externe uſum hic habent Spir. Vin. Camphoratus & leniſſima diſcutientia.

4 Singultus a nimiis Emeticis l. purgantibus excitatus expoſcit eandem curam ac debilitatus Ventriculus, nec non lenia Anodyna.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In Omni Singultu remedia fortiora emetica & purgantia ſunt diſſuadenda.

2 Blandus externus calor pro Singultu moderando egregie confert.

3 In Singultu a cauſa frigida, ſic dicta, ortum ducente, nocent remedia refrigerantia & temperantia; proſunt vero eximie in cauſa calida i.e. in febribus inflammatoriis & acutis; ubi affectus a remediis calefacientibus maxime exacerbatur.

4 Singultus periodicus chronicus, niſi Diæta mutetur, difficulter ſæpius cedit medicaminibus.

CAPUT DECIMUM.

DE

Teneſmo & Adſtrictione Alvi.

I. *Definitio.*

1 TEneſmus eſt continuus ſtimulus & ad egerendum conatus, ſub quo tamen parum admodum excernitur.

2 Adſtrictio vero eſt pertinax alvi retentio, a fortiori ſphincteris conſtrictione originem trahens.

II. *Differentia.*

1 Teneſmus eſt ordinarie accidens aliorum morborum, quorum reſpectu eſt vel *Dyſentericus* vel *Hæmorrhoidalis* vel *biliofus*, inpr. in Diarrhoea bilioſa, vel *verminoſus* ab Aſcaridibus originem trahens, vel *Gravidarum*, *Calculo veſicæ* & *Stranguria* laborantium.

2 Teneſmus differt ab alvi adſtrictione, quod in hac, quamvis etiam ſtimulus aliqualis adſit, prorſus nihil fortiſſimo quoque niſu expellatur, in illo vero poſt frequentem ſtimulum parum materiæ mucoſæ & ſæpius excernatur.

3 Adſtrictio alvi diſtinguitur ab obſtructione, (de qua *Tab. LXXXVI.* actum fuit,) quod in hac ſcybala duriora & motus periſtaltici ſegnities, in illæ vero actualis conſtrictio in cauſa ſit, ita ut hic aliquid activi, illic vero in obſtructione paſſivi quid deprehendatur.

III. *Signa.*

1 *Teneſmi.*

a Continua aut parum intermittens irritatio in ano.

b Cui jungitur ardor inſignis & maxime moleſtus.

c Frequens ad alvum deponendum conatus.

d Excretio muci parca.

e Nonnunquam etiam concurrit Stranguria.

2 *Adſtrictionis alvi.*

a Excretio fecum alvinarum ultra conſuetum ordinem ſuppreſſa.

b Senſus quaſi conſtrictorius in fine inteſtini recti.

c Stimulus quidem interdum adeſt ad egerendam alvum, nihil tamen excernitur.

d Et etiamſi aliquid excernatur, in parva tamen contingit quantitate & magno opus eſt labore & niſu.

e Concurrit ſæpius flatulentia & dolor abdominis obtuſus.

f Nonnunquam etiam in abdomine ſentiuntur tenſiones & preſſiones.

g Quas quidem ſtimulus quidam ad deponendam alvum ſequitur, propter magnum tamen in inteſtino recto reniſum nihil excerni poteſt.

h Si autem quid cum magno labore excernitur, non eſt induratum, ſed vel naturalem habet conſiſtentiam, vel etiam eſt liquidum.

i Craſſities quoque excrementorum tanta non eſt ac in aliis, ſed feces potius ſunt tenues.

k Appetitus utpl. eſt proſtratus.

l Somnus eſt inquietus & turbulentus.

m Jungitur etiam inſignis laſſitudo inpr. partium inferiorum.

n Vertigo quoque non raro vexat adſtrictione alvi laborantes cum dolore capitis obtuſo.

o Ordinarie concurrit dolor obtuſe premens in oſſe ſacro.

IV. *Subjectum.*

1 *Teneſmi.*

a Diarrhœa bilioſa laborantes.

b Dyſenteria afflicti.

c Stranguria correpti.

d Hæmorrhoidarii, Hæmorrhoidibus non bene ſuccedentibus.

e Calculo veſicæ obnoxii.

f Stranguria affecti.

g Gravidæ, præſertim ultimis menſibus, quando uterus nimium diſtentus, inteſtinum rectum comprimen-

mendo, debitum ſanguinis per venas hæmorrhoidales fluxum impedit.
h Qui Purgantia imprim. acriora reſinoſa aſſumſerunt.
2 *Adſtrictionis alvi*,
a Vitam ſedentariam & otioſam amantes.
b Plethorici orgaſmo ſanguinis aut etiam ejuſdem ſpiſſitudine laborantes.
c Feminæ Menſium ataxia & paſſione hyſterica afflictæ.
d Viri hypochondriaci, nephritici & arthritici,
e Variolis & aliis morbis acutis correpti.

V. *Prognoſis*.
1 *Teneſmi*.
a Teneſmus Diarrhœæ bilioſæ junctus, ceſſante materiæ acrioris excretione, facile ceſſat.
b Quo magis urget in Dyſenteria Teneſmus, eo gravior eſt ſtatus.
c Teneſmus hæmorrhoidalis ſemper indicat incompletum, præſentibus licet moliminibus ſufficientibus, Hæmorrhoides legitime fluunt, facile etiam Teneſmus præſens tollitur.
d Qui ab Aſcaridibus originem trahit levioris eſt momenti.
e Si vero gravidas affligit, majus periculum involvit, quoniam Abortus facile ſequitur.
f Teneſmus diu affligens ani procidentiam poſt ſe trahit.
g Si calculoſi Teneſmo corripiuntur, ab eo non niſi remoto calculo tuto liberantur.
h Teneſmus, cui Singultus jungitur, præ cæteris magis periculoſus eſt.
2 *Adſtrictionis alvi*.
a Adſtrictio alvi quo diutius durat, eo majora parit incommoda.
b Si ab ebullitione ſanguinis dependet, levioris eſt momenti & hæc ſedata ceſſat.
c Sponte etiam ſolvitur alvi adſtrictio in Variolis poſt ſufficientem earum excretionem & maturationem.
d In morbis acutis ſatius eſt alvum eſſe liberam, quam adſtrictam aut obſtructam.
e Alvi adſtrictio in Plethoricis interdum ſola Venæſectione in pede ſolvitur.
f Magis refractaria eſt alvi adſtrictio, quæ feminas hyſtericas ac viros hypochondriacos, arthriticos & nephriticos corripit, hæc enim non niſi longo tempore edomatur: imo non raro, niſi malum, quod comitatur, funditus tollatur, nunquam plane ceſſat.
g Adſtrictionem alvi facile excipiunt congeſtiones ſanguinis verſus ſuperiora & varia pathemata caput affligentia.
h Unde ſeniores ad Vertigines & Apoplecticos affectus diſponit.

VI. *Remedia*.
1 *Teneſmi*.
a Materiam acrem bilioſam temperantia & abſtergentia: Abſorbentia, Nitroſa, Salia digeſtiva, Rhabarbarum, Magneſia alba, Mucilaginoſa, Gelatinoſa, Clyſteres &c.
b Aſcarides tollentia: uti ſunt omnia Anthelmintica & Clyſteres, ex hiſce parati.
c Motus ſpaſticos lenientia: Clyſteres emollientes, Vapor calidus, Fotus &c.
d Calculo proſpicientia: Vid. *Tab.* de *Calculo*.
2 *Adſtrictionis alvi*:
a Orgaſmum ſanguinis ſiſtentia, Nitroſa, Abſorbentia, Conch. citrat. Tart. Vitriolat. blanda acida.
b Plethoram imminuentia: Venæſectiones, Scarificationes, Hirudinum applicationes.
c Adſtrictionem relaxantia: leniſſima laxantia liquida: Tamarindi, Manna, Pulpa Caſſiæ recenter extracta, Paſſulæ, Clyſteres emollientes & oleoſi, aliquoties repetiti, Unguenta emollientia. Fotus, Balnea, Pediluvia, pulveres antiſpaſmodici ex Nitro, Sale digeſtivo & Cinnabari, Potus ſufficiens, Mucilaginoſa, motus corporis.

Formulæ Remediorum:

1 Pulvis temperans.
℞. *Matr. Perl.* *Chryſt. mont. ā* ʒß. *M.*
Nitr. depur. *Div. in 6. p. æq.*
Tart. Vitriolat. *D. ſing. 3. vel 4. horis.*

2 Clyſter abſtergens in Dyſenteria.
℞. *Decoct. Furfur.* ℥X. *Vitell. Ovor. Noj.*
Terebinth. Venet. ʒß. *M. F. Clyſter.*

3 Alius ad Aſcarides.
℞. *Rad. Filic.* *Colat.* ℥viij. *adde.*
Gramin. ā ʒß. *Electi. Cathol.* ʒvj.
Summit. Abſinth. *Fell. Taur. inſpiſſ.* ʒj.
Herb. Tanac. ā M. ß. *Vit. Ov. No. j. M.*
Coq. in ſ. q. Aq. ſimpl. *F. Clyſter.*

4 Bolus ad Vermes.
℞. *Conſ. Gratiol.* ʒß. *Syr. Abſinth. q. ſ.*
℈ *dulc. gr. XII.* *M. F. Bolus.*
Ref. Jalap. gr. iij.

5 Decoctum laxans.
℞. *Decoct. Tamarind.* ℥iv. *Colat. D. calide.*
Mann. elect. ʒij. *M.*

6 Pulvis antiſpaſmodicus.
℞. *Nitr. regener.* *D. ſing. 4 horis 2 cuſpid.*
Arcan. dupl. ā ʒij. *cultri.*
Cinnabaris ℈ii ℈ij. *M.*

7 Clyſter emolliens.
℞. *Decoct. emoll.* ℥ix. *Mell. roſac. ā* ʒvj.
Ol. Chamom. *Sal. com. Gemm.* ʒj.
Lib. alb. *Vitell. Ov. No. j. M.*
Elect. lenit. *F. Clyſter.*

VII. *Methodus Medendi*.
1 *Teneſmi*.
a Si Teneſmus jungitur Diarrhœæ bilioſæ, exhibeantur temperantia & digeſtiva, quæ & bilem corrigunt & abſtergunt, adeoque Teneſmum ſtatim inſigniter imminuunt.
b Sin vero Dyſenteriam comitatur, præter lenia temperantia Nitroſa, abſorbentia & Cinnabarina, conveniunt Clyſteres emollientes, carminativi & abſtergentes, quibus Terebinthina addatur. Eidem fini inſerviunt Vapores & Fotus ex carminativis, ut & Linimentum ex Terebinthina & Vitellis ovorum paratum.
c Quando Teneſmus ortum trahit ab Aſcaridibus, pro uſu interno præſcribantur Anthelmintica, inpr. vero Mercurialia, ano vero injiciantur Clyſteres ex radicibus & herbis amaris parati. Mulierculæ quoque non ſine fructu ſuppoſitoria ex lardo, felle Tauri aut oleo Abſinthii cocto illita, ano intrudunt.
d In Teneſmo hæmorrhoidali reſpiciatur ad legitimum Hæmorrhoidum fluxum; ſi deficiunt, mittatur, ſi opus eſt, ſanguis aut hirudines ano applicentur: ſin vero dyſcraſia ſanguinis in cauſa eſt, quo minus Hæmorrhoides legitime fluere queant, in uſum trahantur Tincturæ alcalinæ cum Pilulis Becherianis aut Stahlianis, quæ & ſanguinem corrigunt & debitum Hæmorrhoidum fluxum reſtituunt.
e In teneſmo gravidarum, præter ſuperius allegata temperantia, Clyſteres carminativos & emollientes ac Fotus, apprime conveniunt Pilulæ Stahlianæ.
f Si Teneſmus dependet a Calculo, injiciantur Clyſteres emollientes, aliaque, quæ ſupra *Tab. de Calculo* tradita fuerunt, in uſum trahantur.
g In Stranguria denique ea, quæ *Tab. de Stranguria* laudata fuerunt, exhibeantur, ſic enim Teneſmus facile ceſſabit.
2 *Adſtrictionis alvi*:
a Si nimia ſanguinis ebullitio alvi adſtrictionem fovet, ceteris remediis præmittantur temperantia, inpr. vero nitroſa & ſalia digeſtiva, utpote quæ non ſolum orgaſmum ſiſtunt, ſed etiam, præcipue largiori doſi exhibita, alvum expediunt.
b Ubi vero Plethora & congeſtiones ſanguinis adſtrictionis alvinæ cauſæ ſunt, inſtituatur Venæſectio

ctio in pede, injiciantur Clysteres emollientes, ac pediluvia in usum trahantur: interne vero assumantur antispasmodica, uti præcipue sunt Cinnabarina temperantibus mixta.

c Prosunt hic quoque lenia laxantia liquida & mucilaginosa strictas fibras placide relaxantia.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 *Tenesmi.*

a In omni Tenesmo exulent Purgantia acria, quia affectum magis augent & procidentiam ani post se trahunt.

b Inpr. vero in Tenesmo Hæmorroidali fugiantur Aloetica, hæc enim non solum affectum per se producunt, sed eum etiam exasperant.

c Cum in gravidis Tenesmum facile sequatur Abortus, cautissime in hujus curatione procedendum est. Pilulæ Stahlianæ hoc in casu reliquis remediis merito anteponuntur, utpote quæ sine ulla violentia affectum suum edunt.

d In Tenesmo dysenterico emollientibus semper addantur carminativa & abstergentia, sola enim emollientia mitigant quidem aliquo modo malum, sed simul intestinum rectum nimium relaxant.

e In Tenesmo ab Ascaridibus vitentur suppositoria nimis acria, quamvis enim quædam eorum Vermes enecent, nimis tamen intestinum irritant, adeoque affectum augent.

f In Tenesmo a Calculo observentur Cautelæ *Tab. de Calculo* traditæ.

2 *Adstrictionis alvi.*

a Acriora Purgantia in adstrictione alvi ordinarie majorem adstrictionem post se relinquunt, quare vitentur, & ipsis laxantia leniora liquida substituantur.

b Sed nec hisce solis fidendum est, utpote quæ malum hocce non radicitus tollunt, quare iis semper alia jungantur, quæ scil. causas mali magis respiciunt, Venæsectiones scil. mature institutæ, aliaque morbis specialiter convenientia.

c Vita sedentaria uti multum ad generationem alvi adstrictionis contribuit, ita fugienda est.

d Potus sufficiens semper concedendus ad fluxilitatem sanguinis conservandam, eique motus corporis moderatus & continuatus jungendus est, hisce enim neglectis frustra reliqua remedia in usum trahuntur.

e In Variolis & Morbillis aliisque exanthematicis alvus adstricta non temere aperienda est, ne placidus morbi successus cum insigni periculo turbetur.

f Ceterum in adstrictione alvi symptomatica semper respiciatur ad affectus, an scil. commode alvi apertionem ferant? & hinc cautelæ necessariæ observentur.

SECTIO II.

DE

MOTIBUS DEFICIENTIBUS.

CAPUT PRIMUM.

De Motibus deficientibus in genere.

I. *Definitio.* MOtus deficientes sunt cessationes motuum vitalium, Pulsus scil. & Toni, Naturæ tergiversationem, trepidationem, terrorem aut debilitatem indicantes, gravia symptomata conjuncta habentes.

II. *Differentia.*

1 Defectus motuum observatur in

a *Tono*, unde variæ partium relaxationes, *Tremor, Apoplexia, Paralysis &c.* originem trahunt.

b *Pulsu*, quam remissionem vel majorem vel minorem graviores vel leviores sequuntur Lipothymiæ, sub animi deliquii, Syncopes & Asphyxiæ nomine venientes.

2 Respectu *motus tonici* defectus observatur.

a Vel in *toto corpore*, uti in Apoplexia fortissima, ubi relaxatio funesta in omnibus partibus, actionibus tam vitalibus, quam animalibus, inservientibus deprehenditur: simile quid etiam occurrit in Tremore universali.

b Vel in *uno latere*, sive dimidia dextra, vel sinistra totius corporis parte, uti in *Hemiplexia* & *Paralysi* unius lateris.

c Vel in *integro quodam artu*, ut in *Paralysi particulari brachii* aut *pedis*.

d Vel in parte *specialissima*, v.g. nimia pulmonum relaxatione in *Catarrho suffocativo*, de quo superius egimus, *Paralysi palpebræ*, *partium genitalium* & inde dependente *Impotentia*, *Linguæ*, *Oesophagi* & cum hisce conjuncta loquendi & deglutiendi difficultate.

3 Respectu *gradus* differunt etiam motus deficientes:

a Nonnunquam enim aliqualis adhuc motus occurrit *sensibilis*, quamvis admodum debilis.

b Interdum vero prorsus *insensibilis* est, uti in *Asphyxia* & *Suffocatione hysterica*.

III. *Signa.*

1 Partium antea strictarum & tactui resistentium præternaturalis mollities.

2 Insignis eorum ad movendum impotentia, aut motus plane abolitus.

3 Vigor pulsus imminutus, ita ut vix vel prorsus non pulsu deprehendi queat.

4 Actionum reliquarum vitalium & animalium notabilis imminutio & cessatio.

5 Excretionum vel suppressio vel involuntaria excretio.

6 Virium omnimoda vel prostratio vel insignis languor.

7 Caloris naturalis cessatio & eam insequens refrigeratio.

8 Cetera sub affectibus specialibus occurrent.

IV. *Subjecta.*

1 Homines temperamenti sanguinei, phlegmatici, aut ex hisce mixti, sanguineo-melancholici, Plethorici.

2 Insigni sensibilitate præditi.

3 Ad terrorem & iracundiam tacitam proni.

4 Otio nimium, quam par est, indulgentes.

5 Vino, diæta lauta & Venere abutentes.

6 Excretiones naturales & hisce substitutas artificiales negligentes.

7 Feminæ præ viris.

8 Hypochondriaci & Hystericæ.

9 Morbis malignis aliisque gravioribus laborantes.

V. *Prognosis.*

1 Defectus motuum majus semper periculum involvunt quam eorundem excessus.

2 Motus tonici defectus aut nimiæ partium relaxationes utpl. difficilius restituuntur, quam remissiones pulsus.

3 Diuturniores tamen pulsus defectus sæpissime in præsentaneum quoque homines periculum conjiciunt.

4 Universales toni relaxationes ordinarie periculi sunt plenissimæ.

5 Imo particulares etiam inpr. inveteratæ sæpius vix ac ne vix quidem medicationem admittunt, exemplo Paralysis veræ palpebrarum, flacciditatis membri virilis &c.

6 In omnibus morbis acutis pulsus & toni notabiles & continuantes remissiones utpl. mortem instantem, ceteris paribus, indicant.

7 Si tamen in morborum talium declinatione cum aliis signis bonis occurrunt, non adeo metuendæ sunt.

8 Notabiles pulsus & toni sine manifesta causa labefactiones sæpius morbos malignos imminere indicant.

9 Eo majus vero metuendum est periculum, si simul in metuendis hisce morbis notabilis mentis occurrit perturbatio.

10 In senibus repentinæ totius corporis lassitudines &

sen-

sensuum internorum imminutio Apoplexiam præ foribus esse indicant.

11 Artuum in junioribus movendi impotentiam non raro sequitur Rhachitis.

12 Animi affectus, uti sæpius defectibus motuum ansam præbent, ita & iidem vel contrarii eorundem restitutioni viam sternunt.

13 Defectus motuum a nimia animi perturbatione originem trahentes semper difficilius curantur, quam ii, qui causas materiales pro fundamento habent.

14 In torpidis subjectis curatio horum affectuum semper difficilius procedit quam in sensibilioribus.

VI. *Remedia.*

1 Motus stimulantia pro diversitate affectuum: Clysteres acriores, Vomitoria, Sinapismi, Vesicatoria, Frictiones cum rebus asperioribus, Spiritus, Balsama, Salia Volatilia, titillationes, suffimigia, pilorum extractiones &c.

2 Æqualem Sanguinis circulum restituentia & promoventia: uti Venæsectiones maturæ & loco conveniente institutæ, diaphoretica convenientia, incidentia & resolventia.

3 Naturam titubantem refocillantia: uti sunt, præter superius recensita, analeptica, Vinum generosum, Aquæ spirituosæ, Essentia dulc. Hall. &c.

4 Partibus flaccidis & debilibus prospicientia: *interne* Martialia legitime præparata, Mixtura tonica Stahlii, Essent. dulc. Pulv. Ores D. Richteri: *externe* vero Epithemata spirituosa, sacculi ex herbis aromaticis, Balsama &c.

5 Causas procatarcticas sive occasionales & materiales præcaventia: Venæsectiones, Scarificationes, Purgationes &c. mature institutæ & abstinentia ab ira, terrore, venere, vita sedentaria &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis emeticus.

℞. *Sal.com.Vitr.* 3ß. *D. in vehiculo largo.*

2 Clyster.

℞. *Herb.Rosmar.* *Colat.adde*
Salv. *Elect.hier.picr.*3vj.
Serpill. ā *Mj.* *Mell.Mercur.*3j.
*Fol.Tabac.*Mß. *Sal.com.Gemm.*3ij.M.
*Senn.*3ij. *F.Clyster.*
Coq.in s.q.Aq.s.

3 Potiuncula confortans.

℞. *Aqu.Rosar.* *dulc.*3ß.
*Nymph.*ā 3ij. *Julep.gemmat.*3ß.M.
*Cinnam.*3j. *D.Coelbeatim.*
*Essent.Ambr.*3iß.

4 Spiritus externus.

℞. *Spir.Lil.convall.* 3ß.
Lumbr.Terrestr. *Ess.Castor.*3ij.M.
*Serpill.*ā 3j. *Applicetur naribus, linguæ,*
Sal.com.Ammon. *parti affectæ.*

5 Mixtura tonica.

℞. *Tinct.* ♁ii *acr.* 3ij. *D.*25.30.*gt.pro dosi bis vel*
Spir.C.C. *ter per diem.*
*Liq.C.C.succin.*ā 3j.M.

6 Pulvis temperans & diaphoreticus.

℞. *Nitr.depur.* *Cinnabar* ♁ii.℈j.M.
Arcan.dupl. *D.*2.*cuspid.cultri sing.* 4.
♁. *diaph.* ā 3ß. *horis.*

7 Essentia diaphoretica & confortans.

℞. *Ess.alexiph.*3ij. *Dos.*30.*gutt.bis vel ter per*
*dulc.*3j.M. *diem.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 In cura horum affectuum ante omnia ad excitationem motuum naturalium, pulsus scil. & toni respiciendum est, hoc enim facto reliquæ conjunctæ molestiæ facile cessant.

2 In pulsu ergo deficiente analeptica, vinum generosum, Aquæ fragrantes, uti sunt Aq. Cinnamomi, Namphæ aliæque spirituosæ, Essentia dulcis &c. exhibeantur.

3 Externe vero naribus salia volatilia, spiritus salis Ammoniaci, aliaque spirituosa admoveantur. Prosunt etiam, inpr. in Lipothymia & Syncope, frictiones plantarum pedum, applicationes remediorum spirituosorum in regione cordis & carporum.

4 In tono vero deficiente pro diversitate affectuum Venæsectiones ad circulationem sanguinis promovendam instituantur.

5 Si sordes primarum viarum adsunt, ac simul excitandi gratia præmissis præparantibus Purgantia aut Vomitoria exhibeantur.

6 Clysteres quoque acriores ad excitandum, inpr. in Apoplexia & affectibus soporosis, optime conveniunt.

7 Externe in hisce casibus insignem quoque usum habent frictiones cum panno asperiori, Rubefacientia, Vesicatoria, Errhina, irrigationes linguæ cum Aquis spirituosis & Essentiis acrioribus ac oleis destillatis, urticationes, spirituosorumque applicationes ad nares aliaque loca convenientia.

8 Respiciendum quoque est ad æqualem sanguinis per universum corpus distributionem, quam præstant partim antea laudata analeptica, partim diaphoretica, Essentia alexipharmaca, Tinctura bezoardica, Mixtura simplex, dictis analepticis vel interposita, vel juncta.

9 Præmissis hisce respectus habeatur ad roborationem partis debilitatæ & toni restitutionem: huic fini inserviunt interne pariter modo allegata analeptica & alexipharmaca, Mixtura tonica Stahlii, Liquor C.C. succinatus, vina medicata ex herbis ac radicibus aromaticis & nervinis: externe vero omnia spirituosa inpr. ex nervinis parata, spiritus Formicarum, Lumbricorum terrestrium, Sapo Philosophicus &c.

10 Præservationis gratia venæ debito tempore aperiantur, Purgationes instituantur, atque roborantia interna & externa usurpentur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Ad excitandos ægrotos nunquam statim in usum trahantur spirituosa fortiora, inpr. in subjectis plethoricis, quoniam nimiam sanguinis excitant ebullitionem.

2 Eo magis vero ab hisce abstinendum est in motuum defectu, ab orgasmo sanguinis orto, quoniam ebullitionem augent: magis in tali casu prosunt temperantia.

3 Venæsectio in defectibus motuum, inpr. Apoplexia Sanguinea, semper larga sit necesse est, parcior enim plus damni, quam emolumenti affert.

4 Vomitoria, si motuum defectus a congestione sanguinis versus superiora ortum traxit, summe noxia sunt: feliciori cum effectu in hoc casu Clysteres in usum trahuntur.

5 Balnea nervina & aromatica ac Thermæ, quæ a quibusdam in defectibus motuum laudantur, non promiscue omnibus sunt suadenda, modo enim ebullitiones sanguinis producunt, modo partes magis relaxant, modo prorsus nihil efficiunt, aut si quid efficiunt, temporarium tamen illud magis est, quam firmum. Thermas tamen ferinas præ ceteris singularem habere efficaciam, mihi a fide dignis Medicis relatum est.

6 Usualia remedia utplurimum in defectibus motuum inpr. paralyticis, parvam vel nullam habent efficaciam, quare non nisi pauca, sed selecta in usum trahantur, farrago enim medicamentorum plus obest, quam prodest. Essentiæ dulcis & Pulverum Solarium legitimum usum insignem, præceteris, in aliquot junioribus paralyticis deprehendi.

7 Alvus in hisce affectibus, tam curationis quam præservationis gratia, aperta servanda est, vitentur tamen acriora, & drastica purgantia.

8 Otium, vita sedentaria, animi pathemata, Venus &c. motum tonicum magis debilitantia, fugiantur. Reliquas Cautelas vid. *Tabul.seq.*

CAPUT SECUNDUM,

DE

Tremore.

I. *Definitio.* EST involuntaria & inæqualis artuum commotio, a deficiente vel nimis aucto tono originem trahens.

II. *Differentia.*

1 Alius eſt *idiopaticus*, quando a debilitate partium & tono relaxato primario dependet.

2 Alius *ſymptomaticus*, ubi morbis aliis v. g. febribus acutis, aliiſque gravioribus morbis, nec non animi pathematibus, a nimio humorum motu originem habens ſeſe adjungit & ſupervenit.

2 Alius *univerſalis*, omnes corporis artus corripiens; alius *particularis*, hoc vel illud tantum membrum affligens v.g. Caput, labia, palpebras &c.

III. *Signa.*

Tremores nulla ſpeciali diagnoſi indigent: ipſi enim conſpectui ſtatim ſe ſe offerunt: moventur autem partes involuntarie, vel continuo, etiamſi nihil agant patientes, vel occaſionaliter, quando leviſſimum pondus manibus attollunt, vel leniori tantum ira corripiuntur, l. potum calidum, Thee, Caffee copioſe bibunt.

IV. *Subjecta.*

1. Obnoxii huic affectui præcipue ſunt Senes, ſufficiente robore deſtituti.

2 Juniores Veneri & Baccho admodum litantes.

3 Evacuationes ſpontaneas & artificiales, præcipue Sanguineas & diapnoicas, negligentes.

4 Terrore graviori perculſi.

5 Nimio æſtu interno exagitati.

6 Hæreditariam diſpoſitionem poſſidentes.

7 Venena & Mercurialia frequenter tractantes.

V. *Prognoſis.*

1 Tremor Senum, nec non habitualis juniorum, raro curatur.

2 In junioribus tamen, ſi adhuc recentior eſt affectus, curationis ſpes ſupereſt.

3 Sæpius paralyſeos & Apoplexiæ aut Convulſionum prodromus eſſe ſolet.

4 Si Paralyſi ſuperveniat aut ſuccedat tremor, ſignum eſt motum naturalem rediturum eſſe.

5 In febri acuta, ſi tremor cum delirio conjunctus ſit, malum.

6 In eadem, ſi ſpaſtici tendinum ſubſultus eundem comitantur, Convulſiones ſubſecuturas portendit.

7 Tremor in labio inferiori plerumque imminentem Vomitum in morborum initiis indicat.

VI. *Remedia.*

1 Sanguinem abundantem evacuantia: Venæſectiones & Scarificationes, tempore præprimis congruo repetendæ.

2 Primarum viarum ſaburram, ſi quæ adeſt, expurgantia: Helleborata, Rhabarbarina &c.

3 Humores nimium commotos demulcentia & temperantia: abſorbentia, Nitr. Cinnabarina, Emulſiva & Gelatinoſa.

4 Nervoſa, partes relaxatas roborantia, interne Pulv. Lumbr. Terreſtr. Succin. ppt. ejuſque Eſſentia, Tinctura tonico-nervina Stahlii, Eſſentiæ Lunæ, a nauſeabundis Veneris inquinamentis liberata, Eſſent. dulc. Hal. ordin. & concentr. Infuſa ex herbis nervinis: Rad. Helen. Fœnic. Herb. Meliſſ. Serpill. Roriſmar. Flor. Lavend. Anth. Salv. Bacc. Laur. Junip. additis, ſi mucoſitates præſto ſunt, lignis & radicibus antivenereis: Lign. Guajac. Saſſafr. Rad. Chin. Sarſapar. Pimpinell. alb. Externe Spir. Lumbr. terreſtr. Formicar. Juniper. Caſtorina, Empl. e Galban. camphorat. & cum ○°○ Scarabæorum malaxatum, Potus ex herbis nervinis & diſcutientibus: Chamom. Matricar. Chamæpyth. Roris marin. Urtic. Flor. Salv. Primul. ver. Bacc. Laur. Junip.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ laxantes.

℞. *Maſſ. Pil. e Succin. Crat.* gr. XII. *Extract. helleb. nigr.* ℈ß. — *Reſin. Jalapp.* gr. iij. *e. Elix. propr. F. Pil. pro j Doſi.*

1 Potio laxans.

℞. *Fol. Senn. ſ. ſt.* ʒij. *Rhabarb. el.* ʒj. *Infund. in ſ. q.* ℣. *In Colat.* ʒiij. — *Diſſolv. Mann. Calabr.* ʒvj *Colat. clar. d. ad. Vitr. pro j vice.*

3 Pulvis temperans & tonicus.

℞. *Oc.* ♋ *ppt.* *Lumbr. terreſtr. ppt. ā* ʒj. *Nitri depurat.* *Succin. ppt. ā* ʒß. — *Cinnabaris* ♂ij ℈j. M. *Div. in x. p. æ.* *D. 2 vel 3. doſes quotidie.*

4 Eſſentia tonico-nervina.

℞. *Tra* ♂ij *tartariſat.* *Spir. C. C. rectiſ. ā* ʒj. — *Eſſent. Succin.* ʒß. M. *Doſ. 30. gutt.*

5 Spiritus nervinus pro uſu.

℞. *Spir. Vin. Camph.* ʒj. *Lumbric. Terreſtr.* *Formicar. ā* ʒß. — *Eſſent. caſtor.* ʒi. M. *Applicetur partibus trementibus.*

6 Emplaſtrum.

℞. *Emplaſtr. e Galban.* ʒj. *Malax. cum* ○°○ *Scarab.* — *Add. Camph.* ℈j. M. *Imponatur cervici.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Quando plethora malo anſam dare ex circumſtantiis colligitur, imminuenda eadem eſt vel per Venæſectiones, vel Scarificationes, debito tempore inſtitutas, vel denique hæmorrhagiarum ſpontanearum promotionem.

2 In Senibus & Phlegmaticis, ſeri & muci plerumque ſuperfluitate laborantibus, loco Venæſectionum aliarumque Sanguinis evacuationum præſtant laxantia & quidem ſecundum cauſarum indicationes vel Sennata, vel Helleborata.

3 Sanguineis, & Baccho Venerique litantibus conducunt poſthac temperantia, Emulſiva & Gelatinoſa; phlegmaticis vero incidentia, diſcutientia & anticatarrhalia, ſub infuſorum vel Eſſentiarum forma propinata.

4 In utroque ſtatu ſubjungenda ſunt Nervino-roborantia, ex iiſque inprimis Eſſent. dulc. Hal. ordinar. & concentr. nec non Lunæ rite parata. Externe vero Embrocationes, epithemata ſicca, ſacculi & frictiones.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In Cura potiſſimum ad cauſſarum differentias reſpiciendum eſt, ut in univerſalium adhibitione vel ſanguinis vel ſer. ratio habeatur.

2 Sanguinei calidiora minime ferunt, ſed facile atrophias exinde reportant; adhibenda igitur potius ſunt temperantia & ſubſtituenda nervina temperatiora.

3 Tremor acutarum expoſcit tantum excretionum criticarum juſtam promotionem, nec non Gelatinoſorum, ſubacidorum, vel Emulſivorum interpoſitionem.

4 Emarocationes in malo habituali quandoque officium faciunt, ſed præmittenda ſunt univerſalia, alias in ſanguineis majorem noxam inducunt.

5 Veneris & Bacchi ſequaces, niſi moderamen in hiſce cupiditatibus ponant, a remediis parum auxilii expectent.

6 Mercurium nervis haud admodum amicum eſſe, experientia conſtat; unde ſi malum ab eodem originem habuiſſe ſaſpicio fert, alexipharmaca & diuretica in uſum trahere convenit.

CAPUT TERTIUM,

DE

Vertigine,

I. *Definitio*. EST perturbatio imaginationis, qua res externæ in gyrum verti & circum rotari videntur, ab expansione & congestione humorum, genus nervosum prementium, dependens.

II. *Differentia*.

1 Est l. *Sanguinea*, quæ a Sanguine florido, originem habet, l. *phlegmatica*, quæ natales suos debet Sanguini magis seroso & pituitæ superabundanti.

2 Est l. *idiopathica*, quæ in capite a stagnantibus humoribus sedem habet, l. *symptomatica*, a Ventriculi vitiis originem ducens.

3 Ratione *gradus* est l. *levior*, quando externa solum circumagi videntur, l. *fortior*, ubi præter hoc oculi caligine obfuscantur & omnia nigra & obscura iis representantur. Vocatur hic gradus *Scotomia* l. *Scotoainia* aut etiam, quoniam ægroti in terram cadunt, *Vertigo caduca*.

III. *Signa*.

1 Exurgit plerumque ex improviso, antecedente aliquali visus obnubilatione.

2 Subsequitur deinde circum rotatio rerum externarum oculis oberrantium, quæ quandoque prorsus nigra & obscura iisdem repræsentantur.

3 Non raro in terram concidunt, nisi ab adstantibus sustententur.

4 Sanguinei Cephalalgias prægressas accusant & faciei ruborem vasorumque capitis inflationem conjunctam habent.

5 Phlegmatici vero & qui Ventriculi vitio laborant, multum sputant, flatulentias in abdomine sentiunt, necnon tensiones cardialgicas in Ventriculo.

IV. *Subjecta*.

1 Sanguineo-Melancholici, plethorici, spissitudine Sanguinis gaudentes.

2 Spontaneas & artificiales Sanguinis evacuationes consuetas diu negligentes.

3 Qui phantasiam & memoriam valde fatigant, literati.

4 Hypochondriaci & hystericæ, hæmorrhoidum & mensium vitiis laborantes.

5 Cibos crudiores in magna quantitate assumentes & minus bene digerentes.

6 Senes, præ junioribus.

7 Veneri & Vino nimium indulgentes, ebriosi.

8 Qui corpus in gyrum commovent, in præcipitia vident, aut res externas circumrotatas, aquarum vortices & similia diutius aspiciunt.

9 Halitibus carbonum aut nimio Tabaci fumo caput confundentes.

10 Quibus casu, ictu aut alia externa vi caput læsum est.

V. *Prognosis*.

1 Vertigo idiopathica in cerebro sedem habens periculosior, quam symptomatica, a Ventriculi vitio originem habens.

2 Iuvenes Plethorici ex invalescente Vertigine facile Epilepsiam incurrunt.

3 Iidem subito & vehementer a Vertigine correpti in Apoplexiam quandoque incidunt, quamvis hoc rarius fiat.

4 Senes vero vertiginosi communiter Apoplexia tandem corripiuntur.

5 Si vehemens cephalalgia cum Vertigine concurrit, insequuntur quandoque Febres inflammatoriæ l. affectus arthritico-spastici, in aliis vero ipsa Apoplexia.

6 Vertigo hypochondriacorum & hystericarum, inprimis quæ junioribus accidit, non statim pro periculosa judicanda, neque prædicenda ex eadem Apoplexia, nisi seniores jam sint Patientes.

7 Fit hæc Vertigo plerumque habitualis & difficillime curatur.

8 Quandoque mensium & hæmorrhoidum legitimo fluxu l. mitigatur vel plane tollitur.

9 Quæ ex cruditatibus primarum viarum oritur facilius curatur, quam Vertigo Sanguinea.

VI. *Remedia*.

1 Sanguinem abundantem evacuantia: Venæsectio, Scarificationes, Hirudines.

2 Humores versus caput congestos revellentia, blanda laxantia: Massa Pil. e Succin. Crat. Pil. Tartar. Querc. Extract. Pachymag. Croll. Hellebor. nigr. Clysteres, Pediluvia, frictiones & ligaturæ extremorum.

3 Orgasmum Sanguinis contemperantia: Nitrosa, absorbentia, Cinnabarina.

4 Primarum viarum saburram eliminantia: Tartarus emeticus cum Sal. digestivo, Vitriolum album.

5 Spissos humores in Ventriculo contentos incidentia: Sem. Coriandr. Cochlear. Nasturt. Erucæ Cubeb. Rad. Ari, Galang. Zedoar. Armorac. Calami aromat. Piperitis, Cochlearia, Aromatica, Pulvis stomachicus Birchkmanni, Quecertani, Essentia Cort. ☉rum, carminativa Wedelii &c.

6 Nervina & Specifica: Mixtura tonico-nervina Stahlii, Smaragdus pptus, Hyacinthus pptus, Cinnabaris nativa, Stercus Pavonis, Ungula Alcis, Ægagropilæ, Radix Doronici, Externe Spir. Vini Camph. ▽ Meliss. compos. ℥ dest. Bux. Succin. Balsam. Succin. Cucuph. e Rad. Irid. Flor. Valerian. Bryon. Herb. Meliss. Hyssop. Salv. Chæref. Serpill. Sem. Carv. Fœnic.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ laxantes.

℞. *Mass. Pil. e Succin. Tartar. Querc. Extract. hellebor. nigr. ā gr.* viij. — *Trochisc. alhand. gr.* iij, *c. Essent. Succin. f. Pil. D. pro una vice.*

2 Aliæ.

℞. *Extract. Panchym. Croll. gr.* XV. *Hellebr. nigr. gr.* viij. — ☿ij *dulcavit. par. gr.* vj. *Res. Jalapp. gr.* iij. *M. F. l. a. Pil. D. S. ut antea.*

3 Vomitorium.

℞. *Rhabarb. elect. gr.* XII. *Tartar. emet gr.* ij ℈. — *Sal. polychr. gr.* vj. *M.*

4 Aliud.

℞. *Vitrioli albi depurat.* 3ß. — *Sumatur in jusculo calente.*

5 Pulvis temperans.

℞. *Oc.* ♋ *ppt. Succin. ppt. Nitri depurat.* — *Arcan. duplicat. ā* 3j. *Cinnabar.* ♁ij ℈ij. *M. Dos.* ℈j. *singulis* 4. *horis.*

6 Alius stomachicus.

℞. *Pulv. Stomach. Birc. Kmanni* 3ß. *Herb. Card. bened.* — *Cort.* ☉*rum. ā* 3j. *M. Dos.* ℈j. *ante cœnam & prandium.*

7 Essentia Stomachica.

℞. *Tinct. Vitrioli* ♂*tis Ludov.* 3ij. *Essent. cort.* ☉*rum* 3j. *M.* — *Dos. gutt.* 35 *ante prandium & cœnam.*

8 Mixtura Tonica.

℞. *Tinct.* ♁ij *tartar.* 3ij. *Essent. Succin.* 3j *Liq. C. C. Succin.* ℈ij. *M.* — *Dos. gutt.* 25. 30. *bis l. ter per diem.*

9 Tabulæ confortantes.

℞. *Spec. diambr. diamosch. ā* 3ß. *Succin. ppt. Cinnabar.* ♁ *ā* ℈j. — *c. s. q. Sacch. in* ▽ *Salv. solut. F. l. a. Tab. per. vices comedendæ.*

10 Balsamus Cephalicus.

℞. *Balsam. Succin. Rut ā* 3ß. ℥ *dest. Buxi* ℈ß. *M.* — *Pro inungendis temporibus & Vertice.*

11 Aqua Spirituosa.

℞. ▽ *Meliss. compos.* 3ß. *Spir. C. C. rectis.* 3j. — *per eodem usu.*

VII.

VII. *Methodus Medendi.*

1 In ſtatu plethorico, ubi res a Sanguine dependet, inſtituenda eſt Venæſectio, & quidem optime revulſionis ſcopo in pede; ubi vero hæmorrhoidum ſuppreſſio ſubeſt, hirudines ano applicari poſſunt.

2 In malo urgentiori ſubjungatur Clyſter ſtimulans, ubi vero mora conceditur, præſcribantur laxantia helleborata, aliquoties repetenda.

3 Revulſionis etiam ſcopo in uſum vocentur pediluvia, frictiones pedum cum Sale & aceto & ligaturæ extremorum.

4 Interponantur interne temperantia Nitroſa & Cinnabarina, externis diſcutientibus per Spir. Vini camphoratum, Cucuphas temperatas haud omiſſis.

5 In primarum viarum ſaburra ordinentur Vomitoria, omiſſa Venæſectione.

6 Subjungantur digeſtiva & ſtomachica,

7 Ubique colophonis loco in uſum trahantur nervina & ſpecifica ſelectiora.

8 Diæta etiam conveniens inſtituatur & ad evacuationes cum ſpontaneas, tum artificiales ſedulo reſpiciatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In Hypocondriacis & Hyſtericis, ubi concurſus flatuum plerumque adeſt, a vomitoriis abſtinendum eſt; flatus enim per hæcce magis ad Ventriculum derivantur & flatulentia hiſce ſubjectis familiaris augetur.

2 Quod etiam in aliis caſibus, ubi flatulenta Ventriculi diſtenſio adeſt, notandum.

3 Conveniunt his in caſibus Digeſtiva ſalina & incidentia vegetabilia, pro re nata l. mitiora l. fortiora: Rad. Ari, Ariſtol. long. Helen. Irid. Flor. Herb. amar. Card. bened. Fumar. Abſinth. Cent. min. antiſcorbutica &c.

4 Sem. Coriandr. Eruc. ſ. Sinap. ſingulis mane ad aliquot grana comeſta incidunt & cito digeſtionem promovent, abuſus tamen in calidioribus vitandus.

5 In Ventriculi conſtitutione frigidiori commendanda præterea ſunt aromatica, ſed in ſanguineis in parca doſi.

6 Subjungenda & interponenda ſunt lenia laxantia, vitando nimis acria.

7 Ubi vern tenax, viſcoſa materia, ſine multo ructu & flatu ventriculum onerans, in ſuſpicionem venit, ibi tuto Vomitorium exhiberi poteſt.

8 Ungula alcis & ſtercus pavonis nullam peculiarem efficaciam exhibuiſſe Stahlius & Obſervat. Uratislav. teſtantur.

9 Inter uſitatoria Cinnabaris optima eſt, quamvis nulla miracula præſtet.

10 Radix Doronici, Sem. Coriandr. Cubebæ, Salvia bene ſene gerunt.

11 Pediluvia in idiopathica magis quam ſymptomatica vertigine locum habent.

12 Cucuphæ magis phlegmaticis quam ſanguineis conveniunt, ſenibus magis quam junioribus.

13 Idem etiam de Salib. volatilibus $c^{o}c$ ſis dicendum, quæ quandoque eximium damnum afferunt.

CAPUT QUARTUM,

DE

Soporoſis Affectibus.

I. *Definitio.* SUnt perpetuæ ad ſomnum propenſiones vel actuales ſopores, cum actionum vitalium & præcipue animalium inſigni remiſſione conjunctæ, a congeſtione vel ſtaſi Sanguinis vel Seri, in Capite facta, originem trahentes.

II. *Differentia.*

1 Sunt vel *idiopathici*; qui cum actuali ſtaſi abſque aliis morbis occurrunt, vel *ſymptomatici* morbis aliis v. g. febribus acutis ob congeſtionem Sanguinis verſus Caput ſuperve nientes.

2 *Symptomatici*, qui in morbis acutis ſeſe offerunt vel contingunt cum actuali ſopore & profundiori ſomno, ubi *Coma ſomnolentum* ſ. *Cataphoran* conſtituunt; vel abſque ullo ſopore, ſed ſaltem inſigni ad ſomnum propenſione, quem tamen aſſequi haud poſſunt patientes, ubi *Comotis Vigilis* nomen aſſumunt.

3 *Idiopathici*, qui per ſe & citra alios morbos eveniunt, vel ſunt *vehementiores* & pluribus ſtipati ſymptomatibus, ubi *Lethargi* ſ. *Veterni* nomen aſſumunt, vel *mitiores*, ubi *Cari* appellantur; uterque tamen perpetuum & graviorem ſoporem conjunctum habet. Alii Auctores hunc ordinem invertunt, & loco Comatis Lethargum pro ſymptomate febrili habent; alii etiam Carum graviorem eſſe Lethargo autumant & proximum ad Apoplexiam gradum.

III. *Signa.*

1 *Comatis.*

a Somnolenti:

1 Somnus præternaturalis profundus & diuturnus.

2 Ægri expergefacti delira quidem loquuntur, ſed non ita pertinaciter ac in Comate vigili, cum ſæpius eorum, quæ loquuntur, conſcii ſibi ſint.

3 Mox vero expergefacti ſibi relicti in priorem iterum ſomnum prolabuntur.

b Vigilis:

1 Continuum dormiendi deſiderium, cum oculorum utplurimum clauſura, ſed nullo actuali ſomno ſtipatum.

2 Delirium pertinacius, jactigatio & inordinata commotio corporis, cum intermixtis quandoque clamoribus & vociferationibus conjuncta.

2 *Lethargi:*

a Præcedunt fere ordinarie tremores, vertigines, cephalalgiæ gravativæ, ſegnities corporis, ſomnus profundus, aut magna in ſomnum propenſio.

b Incipit Paroxyſmus ſopore profundo & diuturno, ita ut ægroti ſponte vix expergefiant, excitati autem plane immemores ſint, & mox iterum in priorem ſoporem incidant.

c Pulſus eſt debilior, calor vero, reſpiratio & color vix præter-naturales; & quamvis prior quandoque ali quando exacerbetur, ut febrilis quid conſtituere videatur, ultra modum tamen non intenditur.

3 *Cari:*

a Nullum delirium, neque tanta oblivio, ac in Lethargo.

b Tactu vel clamoribus excitati percipiunt & audiunt, quid ſecum actum ſit.

c Mox autem in priorem ſoporem iterum prolabuntur.

d Aut juxta alios ſomnus adeo profundus, ut aciculis puncti membra quidem moveant, ſed plane non excitentur.

IV. *Subjecta.*

1 Comati obnoxii ſunt acute & maligne febricitantes, per regimina calidiora male tractati aut per opiata ſtupefacti, proprio & perverſo Naturæ motu regurgitationes materiæ febrilis ad caput incurrentes.

2 Lethargum experiuntur Vulnerati, Narcoticis v. g. Tabaco, Hyoſcyamo, Opio, Croco abuſi, valde ebrioſi, nimiis curis & ſollicitudinibus vexati.

3 Caro magis obnoxii ſunt ſenes, phlegmatici, torpidi, otioſi, excretionis & ſecretionis mucido-ſeroſæ materiæ vitio laborantes, catarrhis pectoris & capitis ſæpius expoſiti.

V. *Prognoſis.*

1 Comata per ſe quidem lethalia haud ſunt, interim tamen nunquam non abſque evidenti periculo occurrunt; inprimis ſi enormiores cephalalgiæ & deliria præceſſere.

2 Si ſudor frigidus iiſdem ſupervenit, actum de ægris eſt.

3 Lethargus, quo magis cum profundo ſopore & memoriæ omnimoda proſtratione conjunctus eſt, eo certius lethalis.

4 Lethargici ſeptimum diem vix ſuperant, imo plerumque ante ſeptimum moriuntur, niſi excretio purulenta per aures, nares, aut infundibulum meliora iterum promittat, cui ſi adjungatur febris & reliquo-

rum ſymptomatum mitigatio, eo magis reconvaleſcentiæ ſpes habenda.

5 Pejus eſt Phrenetidi Lethargum ſupervenire, quam Lethargo Phrenitidem.

6 Tremor Lethargum excipiens periculoſus.

7 In Senibus ſomnolentis, aliiſque torpidis caro obnoxiis, niſi vita otioſa in agilius genus mutetur, Apoplexia tandem ſupervenire ſolet.

VI. *Remedia.*

1 In Comate Vigili & Somnolento:

a Interne Cinnabarina, diaphoretica fixa, diſcutientia, Nitrat. abſorbentia; Pulv. Bezoard. Hal. Cinnabar. diaph. Alexiph. Stahlii, Mixt. Simpl. Tra Bez. Mich. Nitr. depurat. Cinnabar. Conch. Oc. ♋ ppt.

b Lubricantia: Gelatin. C. C. Ebor. diluentia, ſufficiens potus tenuis.

c Subacida: Sirup. acetos. Citr. Tinct. Roſ. Violar. Succus Berber.

d Externe camphorata, Ligaturæ extremorum, Veſicatoria, Bubonis applicatio & Sal. volatilia odoretenus uſurpata.

2 In *Lethargo & Caro*:

1 Senſum exſuſcitantia & humores revellentia: Clyſteres acriores & ſtimulantes, ex Fol. Senn. Colocynth. Fol. Tabac. Agaric. Extr. Helleb. nigr. c. ſ. q. Sal Gemmæ, & Suppoſitoria ex ſimilibus parata, Ligaturæ extremorum, Frictiones, Veſicatoria & Cataplaſmata acriora, plantis pedum & volis manuum applicanda, odoretenus vero Salia volatilia adhibenda; ad exſuſcitationem porro faciunt clamores, pilorum evulſiones, ſternutatoria exhibita, acu-puncturæ &c.

2 Plethoram, ſi quæ adeſt, imminuentia: V. S. in pede adminiſtrata & quidem in primo ſtatim principio, aut in aſſuetis Hirudinum applicatio.

3 Sanguinem ſincerum ad caput translatum temperant & diſcutiunt: Cinnabarina, gelatinoſa, diluentia, Nitrata, diaphoretica fixa, lenia alexipharmaca. Externe Camphorata, bubonis applicatio &c.

4 Cruditates in ſubjectis phlegmaticis & pituitoſis e primis viis eliminantia: Vomitoria, præmiſſis digeſtivis, adhibita, vel laxantia; Rhabarbarina, Helleborata, Sennata & Jalappina.

5 Muciditatem ſeroſam reſolventia & per urinarias vias educentia. Tra Tart. Cinnabar. Tartariſata, reſolvens Argent. Eſſent. Lignor. Pimpin. alb. Alexiph. Stahl. fortior.

6 Nervoſum genus roborantia: Eſſent. Succin. Spir. C. C. Sal. Ammon. Specif. cephal. Mich. interne adhibita. Externe vero Spir. Vini Camph. Cucuphæ, ex herbis nervinis & roborantibus.

7 Narcoticorum, Venenorum & Sulphur. exhalationum vim infringentia: ſubacida cum alexipharmacis conjuncta, interne & externe in uſum vocata, præmiſſo vel interpoſito, ſi e re videatur, Vomitorio.

Formulæ Remediorum.

1 Clyſter acrior.

℞. *Rad. Alt. Pyreth. ā* ℥ſs. *Herb. Rut. Malv. ā* Mſs. *Pulp. Colocynth. in pet. ligat.* ʒj. *Coq. in ſ. q. Ter. font. Colat.* ℞. ℥viij. *Add. Elect. hier. cum Agar.* ʒj. ♋ *Chamom.* ℥vj. *Vit. Ov. No.* j. *Sal. Gemm.* ʒj. *M. F. Clyſter.*

2 Alius.

℞. *Rad. Irid. noſtr. Alth. ā* ℥ſs. *Herb. Cent. min. Branc. urſin. ā* Mſs. *Fol. Senn.* ℥ij. *Coq. in ſ. q. Ter. ſ. Colat.* ℞. ℥ix. *Add. Elect. cathol.* ʒj. *Extr. Helleb. nigr.* ℈j. ♋ *Oliv.* ℥vj. *Vitell. Ov. No.* j. *Sal. Gemm.* ℈ij. *M. F. Clyſter.*

3 Suppoſitorium acre.

℞ *Specier hier. ſ.* ʒij. *Fell. Tauri inſpiſſat.* ℈j. *Sal. Gemm.* ʒj. *c. ſ. q. Mellis ſ. l. a Suppoſ. No.* ij.

4 Aliud.

℞. *Pulv. Agar.* ʒj. *Colocynth.* ʒſs. *Diagryd.* ℈ſs. *c. ſ. q. mellis ſ. l. a. Suppoſ.*

5 Potio Vomitoria.

℞. *Syr. e. Cich. e. Rhab.* ℥ſs. *emet.* ℥vj. *Ter. Meliſſ.* ʒij. *M. Pro* j. *doſi.*

6 Pulvis Vomitorius.

℞. *Rhabarb. el. gr. XV, Tart. emet. gr.* iij. *Sal. Polychr. gr.* iv. *M. Pro* j. *vice.*

7 Potio laxans.

℞. *Syr. fl. perſ.* ℥ſs. *Diacyd. lucid. Jal.* ʒiſs. *Extr. helleb. nigr. gr.* vij. *Sal. polychr. gr.* iv. *Ter. Meliſſ.* ʒj. *M. Pro una doſi.*

8 Pulvis diapnoico-diſcutiens.

℞. *Cinnabar. diaph. Oc.* ♋ *ppt. Arcan. dupl.* *Nitr. depurat. æ* ʒi. *Cinnabaris* ♁ ij. ℥ſs. *M. Doſ.* ℈j. *ter l. 4. per diem.*

9 Gelatina temperans.

℞. *Gelatin. C. C. c.* ▽ *ſimpl. par.* ℥vj. *Add. Tab. e Succ. Citr.* ʒj. *M. D. Cochleatim.*

10 Potio diapnoico-temperans.

℞. ▽ *Scorzon. Meliſſ. ā* ℥ſs. *C. C. citr.* ʒſs. ♋ *Oc.* ♋ *ppt.* ♁ii *diaph. ā* ℥ſs. *Tra roſar.* ʒiſs. *Syr. acetos. Citr.* ℥ſs. *M. D. Cochleatim.*

11 Eſſentia diſcutiens.

℞. *Eſſ. alexiph. mitioris Stahli, Mixtur ſimpl. ā* ℥iſs. *M.* *Doſ. gutt.* 35. *ad* 30. *bis per diem.*

12 Alia diuretico-diſcutiens pro magis phlegmaticis.

℞. *Tra* ♁ii *acris, Eſſent. Lignor.* *Pimpin. alb. ā* ʒj. *M. D. ut antea.*

13 Alia tonico-nervina.

℞. *Tinct.* ♁ *acris. Eſſent. Succin. Spir. C. C. rectiſ. ā* ʒj. *M. Doſ. gutt.* 25. *ter per diem, præmiſſis præmittendis.*

14 Species pro Cucuph.

℞. *Fol. Ror. mar. Majoran. Pulveg. a.* Mſs. *Fl. Lavend. Salv. Lil. conv. a. p.* j. *Storac. Caiam.* *Benz. a.* ʒj. *Inciſ. contuſ. irror.* ♋ *deſt meliſſ. lavend. ā. gutt.* vi. *cinam. gutt.* iij. *M. F. Cucupha.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Comata futura nulla re certius præcaveri & præſentia ſubigi poſſunt, quam perita & ordinata febrium tractandi methodo, præſcribendo nimirum illa remedia, quæ excretiones periphericas promovent, orgaſmum contemperant, ſanguinem diluunt, eundemque ad ſtaſes pronum reſolvunt, i. e. Abſorbentia, Nitrata, Cinnabarina, Diaphoretica fixa, Gelatinoſa, Emulſiva, & lenia Alexipharmaca; non neglectis externe Camphoratis, vertici, & temporibus largiter applicandis, Unguento alabaſtrino Camphor. Emull. ex Nucl. perſ. & Camphor. & in impetu vehementiori Veſicatoriis, frictionibus, Cataplaſmatibus acribus pedibus, & Salibus volatilibus naribus applicandis.

2 Lethargus avertendus & domandus eſt partim internis reſolventibus, diſcutientibus & temperantibus, partim Clyſteribus & ſuppoſitoriis acribus, nec non Veſicatoriis.

3 Subjungantur in ſtatu ſanguineo, ubi translationes ſanguinis in cauſſa ſunt, evacuationes ſanguinis, in pede celebrandæ, l. hirudines, circa loca hæmorrhoidalia in aſſuetis, applicandæ.

4 Ubi vero phlegmatica & pituitoſa conſtitutio potius malo originem dedit, ordinentur primo, loco Venæſectionis & hirundinum, Vomitoria, & laxantia Helleborata & Jalappina, ſubjungendo reſolventia, & diſcutientia fortiora.

5 Quæ quidem methodus & Caro applicatur, commendando inſuper ægroto agilius Vitæ genus.

6 Ubique curationi finis imponatur per nervina interne & externe uſurpata.

7 In

7 In narcoticorum, carbonum & Venenorum ſulphureis caput gravantibus inquinamentis ordinentur eadem Vomitoria, cum ſubjunctis alexipharmacis & diaphoreticis, ſubacidis maritatis.

8 Quod Diætam attinet, Sanguineis commendanda diluentia, potus & cibi tenuiores; pituitoſis vero & ſeroſis magis aromatica, Vini uſus, cibi ſicciores, aſſati.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Cauſæ primariæ ubique examinandæ ſunt, ut ſecundum eaſdem methodus medendi inſtituatur.

2 In febribus acutis verus ſomnus verſus dies Criticos placide obveniens probe diſtinguatur a Comate: hoc enim medelas expoſcit, ille ſibi relinquendus & pro beneficio Naturæ habendus.

3 Comata ab opiatorum abuſu excitata, per interna alexipharmaca & externa Salia volatilia, naribus applicata, quandoque auxilium recuperant.

4 Plethorici ſanguinei Lethargo l. Caro correpti in primo ſtatim principio evacuationes ſanguinis celebrent, alias damnum magis quam emolumentum corpori parant.

5 Junioribus Veſicatoria, ſenioribus vero Fonticuli, pro materia ſeroſa a capite avertenda proſunt.

6 Cucuphæ ſeroſis quidem & pituitoſis auxilium præſtant, roborando caput, & ſtaſes ſeroſas diſcutiendo, ſed ſanguineis turbas majores afferunt.

7 Idem quoque ſentiendum eſt de internis diaphoreticis ℅ ſis, aromaticis, ſpirituoſis; concedendo magis hęc pituitoſis & phlegmaticis in refractiori doſi, ſanguineis vero temperatiora.

8 Somnus ubique interpellandus eſt colloquiis, ſternutamentis, Sal. volatilium adhibitione externa, & ubi circumſtantiæ illud permittunt, mobili vitæ genere.

9 Sternutatoriorum tamen uſus magis phlegmaticis, quam ſanguineis, concedendus eſt.

10 Anodyna in omnibus affectibus ſoporoſis quam maxime vitentur, nec non carbonum ſulphureæ ſtupefacientes exhalationes.

11 Phlegmaticis & ſeroſis ſenibus imprimis noxia eſt autumnalis humida conſtitutio, nec non refrigeratio Capitis; unde hoc tempore præſervantia in uſum trahere debent.

Caput Quintum.

De

Apoplexia.

I. *Definitio.* Est affectus graviſſimus, vel univerſalem ſenſuum & motuum abolitionem, vel motuum tantum plenariam privationem, ſenſuum autem aliqualem adhuc ſubſiſtentiam conjunctam habens, a ſtagnatione Sanguinis vel Seri, in Cerebro facta, originem habens, & ex improviſo ægrum corripiens & proſternens.

II. *Differentia.*

1 Dividitur in *ſanguineam*, a Staſi Sanguinis ortum habentem, & *ſeroſam* ſ. *pituitoſam*, a ſeri vitiis productam.

2 In *leniorem*, motum cordis & vitæ ſigna adhuc relinquentem, & *fortiorem* uno quaſi impetu ægrum corripientem & vita privantem.

3 Differt a *Catarrho Suffocativo*, per prægreſſos capitis affectus ſeroſos, Lippitudines, Cephalæas gravativas, & ſpumeſcentiam oris, in Paroxyſmo evenientem. Alias diſcretio amborum horum affectuum non eſt ita facilis.

4 A *Syncope*:

a Pulſus vel plenaria ceſſatione vel maxima ſaltem ejuſdem imminutione, qui in ſyncope magis adhuc viget:

b Apertura & rigiditate oculorum, qui in ſyncope ordinarie clauſi ſunt:

c Rubedine quandoque faciei, quæ in ſyncope nunquam non pallida eſt:

d Stertore & ſibilo pectoris, qui in ſyncope deeſt.

5 Ab *Hemiplexia*, univerſali ſenſus & motus ablatione, qui in hac in alterutro adhuc latere remanent.

III. *Signa.*

1 *Generalia*:

a Præcedunt vertiginoſa capitis mala, tinnitus aurium, Cephalæa obtuſa in occipite, viſus variæ interceptiones & obſcurationes, laſſitudo corporis, dormiendi perpetuum deſiderium, ſomnus profundus.

b Poſtea invadit quovis tempore ex improviſo, & ægrotos proſternit.

c Motus & ſenſus ſubito evaneſcunt.

d Reſpiratio intercipitur, & fit cum ſtertore, oculi rigidi quaſi vitrei & ſemi aperti tantum conſpiciuntur.

e In leniori malo pulſus leniſſima adhuc veſtigia apparent.

2 *Specialia.*

α *Sanguineæ*:

α Major reſpirationis vis remanet, ſenſus autem prorſus.

β Facies & genæ rubent, & vaſa circa tempora ſunt inflata.

γ Ante mortem dentibus ſtrident & convulſionibus tandem vitam finiunt.

δ Poſt mortem ſanguis interdum ex ore & naribus erumpit, ipſum vero caput in miram attollitur magnitudinem.

ε In diſſecto cerebro & quidem ejuſdem ventriculis invenitur aliqua portio ſanguinis extravaſati.

β *Seroſæ*:

α Motus omnes uno quaſi impetu ceſſant.

β Reſpiratio etiam maxime turbatur & loco illius ſtertor & ſibilus occurrit.

γ Facies pallet & nulla conſpicitur venarum inflatio.

δ Circa mortis articulum ſpuma ante os erumpit.

ε Cerebrum autem diſſectum in Ventriculis, loco ſanguinis, aliquid ſeri extravaſati oſtendit.

IV. *Subjecta.*

1 Apoplexiæ ſanguineæ expoſiti quandoque ſunt juvenes plethorici, Baccho litantes, iracundi.

2 Frequentius viri & ſenes Plethorici, junioribus annis Hæmorrhagiis ſpontaneis vel artificialibus aſſuefacti, in ſenio vero iiſdem privati.

3 Seroſam experiuntur magis phlegmatici & pituitoſi ſenes, vitam otioſam agentes, & ſomnolentiæ dediti.

4 Quibus ulcera inveterata ſpontanea vel artificialia curata fuere, aut catarrhi, tuſſes, pedum ſudores repreſſi.

5 Nimias ſanguinis & ſeminis profuſiones paſſi.

6 Utramque facilius incurrere poſſunt, qui hæreditariam diſpoſitionem poſſident.

7 Illi denique etiam non raro Apoplectici moriuntur, qui contuſiones, aliaſque capitis læſiones experti fuere.

V. *Prognoſis.*

1 In Apoplexia, quo magis offenditur reſpiratio, eo fortior eſt morbus, quo minus, eo debilior. *Bagliv.*

2 Apoplectici plerumque intra paucas horas moriuntur & rarius ultra 24. horas vitam protrahunt. Vidi tamen Anno 1697. Virginem 17. annorum ob ſuppreſſionem menſium diuturna Apoplexia correptam, quæ ſub finem demum tertii diei moriebatur.

3 Quandoque tamen Apoplexia, ſi levior fuerit, in Paralyſin alicujus membri tranſit.

4 Febris ſuperveniens ſalutaris, quamvis hoc in pituitoſis rarius contingat.

5 Qui poſt ſuperatum paroxyſmum denuo vertiginoſi fiunt, novos inſultus expectent.

6 Si Apoplexiæ ſanguineæ convulſiones capitis ſuperveniunt, actum de ægro eſt.

7 In Pituitoſa, ſpuma oris lethalis. *Hipp. 2. Aphor. 43.*

8 Quando pulſus ex parvo fit magnus, & ſenſim in magnitudine creſcit, brevi moriuntur. *Bagliv.*

9 Omnes Apoplectici ſanati facillime novos paroxyſmos incurrunt.

10 Si post Venæsectionem respiratio fit liberior & pulsus quoque bene se habet, salutem prædicere potes. *Bagliv.*

11 Clysteres in minori quantitate injectos iterum effluere, malum: denotat enim totalem toni resolutionem.

12 Quando patientes evadunt, sensuum debilitatem, paralyses partium, tremores artuum & similia incommoda reportant.

13 Qui Apoplexia correpti fuere, frequentibus flatibus & borborygmis fiunt obnoxii.

VI. *Remedia.*

1 Sanguinem superfluum in capite stagnantem revellentia & evacuantia, Venæsectio in brachio large ad ℥viij. x. instituta, & subjuncta, si circumstantiæ illam suadeant, raninarum & frontalium venarum incisio.

2 Serosam muciditatem eliminantia: Vomitoria, & quidem specifice ad commendationem Langii Sal Vitriol. s. Gilla Paracelsi a ℈j. ad ʒß. in s. q. jusculi vel aq. stillatit. exhibitum, Clysteres acres ex Urina puerorum, Fol. Senn. Tabac. Colocynth. Sale comm. Gemm. Sapon. Elect. hier. picr. Extract. Helleb. nigr. Tartar. emet. qui Clysteres & in causa sanguinea & serosa pro sensu excitando simul utiles sunt.

3 Naturæ sensum, præter nominatos Clysteres, revocantia: frictiones extremorum, Ligaturæ, Sinapismi, Vesicatoria, Vertici & Nuchæ aut etiam plantis pedum applicata, spiritus & Salia Urinosa naribus excepta & linguæ illita, Spiritus nervini, Camphorati & Succinati, vertici, temporibus & fronti appliciti, concussiones, vellicationes, acclamationes.

4 Specifica: Bufones exiccati, Vertici impositi, ℞ Succini, ejusque balsamus, Nuchæ temporibus & Vertici illita.

5 Interne nervina efficacia se commendantia: Cinnabarina, Lumbrici terrestres, liq. C. C. succinat. Essent. Succin. Spir. C. C. Essent. dulc. Hal. ord. & concentr.

6 Febrem supervenientem discutientia: diaphoretica fixa, absorbentia, Cinnabarina, in orgasmo sanguinis additis Nitrosis.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis emeticus.

℞. *Salis Vitriol. s. Gill. Parac.* ʒß. *D. pro una dosi.*

2 Clyster acrior.

℞. *Herb. Salv. Rut. Origan. a. Mj. Fol. Senn.* ʒij. *Colocynth.* ʒj. *Coq. in s. q.* ▽ *s. Colat.* ℞ ℥vj. *l. viij. Adde Elect. hier. picr.* ʒß. *Mel. anthos.* ʒj. *M. f. l. a. Clyst.*

3 Alius.

℞. *Rad. Aristol. rot. Cyclam. a.* ʒj. *Herb. Rut. Ror. mar. a. Mj. Agar.* ʒij. *Coq. in s. q. aq. s. In Colat.* ℥vj. *vel* ℥viij. *Dissolv. Extract. Helleb. nigr.* ℈j. *Elect. hier. picr.* ʒß. *M. pro Clystere.*

4 Spiritus resuscitans externus.

℞. *Aqu. Reg. Hung. Spir. Sil. convall. a.* ʒij. *Salis ammon.* ʒß. *M. Naribus admovendus.*

5 Sal volatile.

℞. *Sal volatilis Urin.* ʒj. *Succin. volat.* ʒß. *M. Admoveatur naribus & affricetur linguæ.*

6 Balsamus nervinus.

℞. *Bals. Succin.* ℈j. *Apopl.* ʒß. *Axung. castor. gr. vj.* ℞ *dest. cinam. gutt. iij. M. Vertici & nuchæ illinatur.*

7 Potio nervina interna.

℞. *Aq. Salv. Fl. Til. Tunic. a.* ʒj. *Apopl. us.* ʒß. *Pulv. Lumbr. terrestr.* ℈j. *Cinnabar.* ʒij. ℈ß. *Liq. C. C. succinat.* ʒß. *Syr. Pæon.* ʒß. *M. D. cochleatim.*

8 Essentia nervina.

℞. *Spir. C. C. rectif.* ʒij. *Essent. Succin. dulc. Hal. a.* ʒj. *M. Dos. gutt. 25. vel 30. bis vel ter per diem.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Apoplexia sanguinea præcipue Venæsectionem exposcit, & quidem largam. Quodsi turgescentia vasorum in capite, post celebratam Venæsectionem in brachio, remaneat, vena frontis vel ranina aperiri potest.

2 In phlegmatica vero s. pituitosa Curæ initium a Vomitorio faciendum.

3 Subjungendi in utroque casu Clysteres tam pro alvo reseranda, quam sensu Naturæ excitando, quem in finem debent esse acriores, stimulantes.

4 Ut autem activitas Naturæ eo citius revocetur, non negligenda sunt externe, quæcunque sensum fortiorem excitare possunt, v. g. Vesicatoria, Sinapismi, Salia volatilia urinosa & similia.

5 Interne autem, post præmissa universalia & externa exsuscitantia, ordinanda sunt nervina, ubi specialem effectum Essentia dulcis, aliaque ex auro parata remedia exhibent, interponendo diaphoretica fixa, si forte febris sese adjunxerit.

6 Præservative suadendæ sunt sanguineis æquinoctiales V. S. phlegmaticis vero laxationes, Diæta parca, motus corporis, & interpositus remediorum nervinorum exquisitorum usus.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Venæsectio sicuti pituitosis, sic Vomitoria sanguineis nocent.

2 Quam diu Apoplexia fortior deglutitionem remediorum prohibet, ab omnibus internis abstinendum est: quia facile arteriam asperam ingrediuntur.

3 Clysteres in minori injiciendi sunt quantitate: facile enim iterum effluunt.

4 Vesicatoria magis in pituitosis, quam sanguineis, locum habent: in illis satis efficaciter quandoque se gerunt.

5 Frictiones optime in pedibus instituuntur cum pannis asperis calefactis.

6 Ori spirituosa parce sunt imponenda, lingua potius fricanda salibus volatilibus.

7 Specificam quidem efficaciam Fol. Hellebr. nigr. balsamico tempore collectis quidam adscribunt, sed hoc ulteriori experientiæ committendum est.

8 Vita otiosa, lauta Diæta, Spir. Vini abusus, carbonum effluvia, aer humidus autumnalis, apoplecticis admodum noxia sunt.

9 Salia volatilia oleosa interne & externe usurpata sanguineis nocent magis, quam prosunt, Phlegmaticis vero in parciori dosi possunt concedi.

CAPUT SEXTUM,

DE

Paralysi & Hemiplexia.

I. *Definitio.* SUnt motus tonici vitalis repentinæ remissiones, in hac vel illa corporis parte contingentes, cum motus & utplurimum etiam sensus læsæ partis privatione conjuncta.

II. *Differentia.*

1 *Ratione partis affectæ*, est vel

a *Universalis*, quando omnes partes infra caput positæ, vel etiam dimidia totius corporis pars, ubi specialiter Hemiplexiæ nomen assumit, hac motus tonici defertione afficiuntur;

b Vel *particularis*, ubi in his vel illis partibus seorsim v. g. vesica, ano, lingua, pede alterutro vel brachio hoc obtingit; unde Paralyseos variæ constituuntur species.

2 *Ratione gradus*, est vel

a *Perfecta* cum sensus & motus omnimoda privatione conjuncta, ubi proprie Paraplexia audit;

b Vel *imperfecta*, quando motus quidem perit, sensus autem remanet, quod in spuria illa scorbutica contingere solet, ubi doloribus satis acerbis tendentibus, atque trahentibus afficiuntur.

III. *Signa.*

1 *Generalia*;

a In-

a Invaſio vel ſubitanea vel ſucceſſiva, præcedente partium torpore, debilitate, movendi & ſentiendi aliquali defectu.
b Motus tonici in affecta parte remiſſio, ita ut flecti in morem priſtinum nequeat.
c Abolitio etiam, in graviori malo, ſenſus, ut uſta & ſecta pars nullum dolorem percipiat.
d Quo in caſu plerumque pars redditur flaccida & frigida, ut etiam humores irruentes eandem inſigniter inflent.
e Malum in pejus ruens non raro ſequuntur ſpaſtica & convulſiva pathemata vel etiam affectæ partis ſphacelus.

2 *Specialia.*
a *Hemiplexiæ.*
α Alterutrum totum latus motu & ſenſu deſtituitur, cum tumida & livida quandoque ejuſdem inflatione.
β Loquela vel plenarie intercipitur, vel inſigniter ſaltem læditur, ita ut non niſi balbutiendo loqui poſſint.
γ Præcedunt fere ordinarie artuum laſſitudines, ſtupores, tremores, palpitationes, ſenſuum motuumque perturbationes & debilitates, ſtridoreſque dentium ſub ſomno.
δ Concurrunt ſenſuum internorum obnubilationes obliviſcentia, & ſomnolentia.
ε Superveniunt in graviori ſtatu vel univerſales vel particulares Convulſiones, aut ipſius partis neroſis.
b *Paralyſeos Oris.*
Os ad alterum latus diſtorquetur, & hoc vel ſymptomatice in Hemiplexia contingit, vel ſeorſim & idiopathice.
c *Linguæ:*
Sermocinatio l. deficit plenarie, vel læditur inſigniter ex balbutie cognoſcenda.
d *Muſculorum Pharyngis:*
Vel ſolidorum, vel liquidorum deglutitio impedita.
e *Pareſis:*
Præcedunt immania tormina colica, quæ perperam tractata exteriorum artuum Paralyſis excipit.
f *Sphincteris ani:*
Fæces involuntarie exeunt.
g *Veſicæ:*
Urina continuo effluit.
Aliæ particulares ſenſibus facile ſeſe offerunt.

IV. *Subjecta.*
1 Sanguineo-Phlegmatici, Melancholici, & Phlegmatici.
2 Seniores, otioſi, ſomnolenti, debiles.
3 Vinis calidioribus, aut cum lithargyrio adulteratis, inſcie uſi.
4 Frequenti Mercurialium tractatione occupati.
5 Evacuationes ſanguinis ſolennes negligentes.
6 Fœminæ in ultima menſium periodo conſtitutæ, eorumque malo ſucceſſu affectæ.
7 Juvenes admodum plethorici, imo aliquando quoque pueri & infantes a febribus exanthematicis male tractatis, contuſionibus, convulſionibus.
8 Sudorum ſpontaneorum antea conſuetorum emanſione laborantes.
9 Veneris caſtra nimium & frequentius, præcipue poſt crapulam, frequentantes.
10 Gravioribus doloribus ſpaſticis vexati.
11 Diſlocationes & diſtorſiones artuum incurrentes, ab imperito Chirurgo poſtea neglecti.
12 Veſicæ Paralyſi obnoxii ſunt fœminæ, puerperiis gravioribus defatigatæ, nec non calculoſi, qui inſigniores calculos excrevere, aut a vi quadam externa in ſphincterem veſicæ damnum reportavere.
13 Ani Paralyſin experiuntur quandoque hæmorrhoidarii, & dyſenterici, nec non qui teneſmo frequenter obnoxii ſunt, aut qui frigori nimium exponunt anum.

V. *Prognoſis.*
1 Paralyſis eſt morbus curatu admodum difficilis, & quo magis inveteratus, eo minus auxiliis medicis obedit.
2 Quod ſi tamen tremor & dolor accedant, bonum & ut plurimum motus redituri indicium præbent.
3 Pareſis ex Colica, uti admodum rara, ita curatu vix facilior quam ipſa Paralyſis, præcipue ſi æger jam annoſior ſit.
4 Paralyſis in junioribus, niſi mature medela afferatur, recrudeſcentia metuenda & quidem cum majori periculo, plerumque Hemiplexia, Apoplexia & ipſa morte ſtipata.
5 Quando poſt univerſalem Paralyſin pars affecta redditur tumida & ſenſim livida, ſphacelus metuendus eſt.
6 Paralyſin particularem & leviorem ſæpius excipit aridura.
7 Quando poſt crapulam Hemiplexia vel Paralyſis contingit, omnimodam fere memoriæ & ingenii privationem poſt ſe ducit.
8 Conjuncta ut plurimum eſt linguæ Paralyſis, quæ in junioribus per plures annos ſubſiſtere poteſt, in annoſioribus autem novo & fortiori inſultui ſternit viam.
9 Paraplegia, quæ Apoplexia ſuccedit, ſanata mox plerumque recurrit.
10 Quandiu membra paralytica adhuc ſunt calida, ſpes reſtitutionis adhuc ſupereſt.
11 Quæ a vi externa contingit Paralyſis, plerumque difficillime ſanatur.
12 Hemiplexia, ubi dimidia etiam capitis portio eſt affecta, citius in veram & conſtantem medelam admittat.
13 Quo magis motus in eadem ſupprimitur, eo minus ſpes ſupereſt, inprimis, quando, ob pulmones læſos, aer non niſi cum ſtertore expiratur.
14 Omnis univerſalis Paralyſis periculoſior eſt particulari & difficiliorem etiam Curam admittit.

VI. *Remedia.*
1 Plethoram imminuit & evacuationes ſanguinis aſſuetas reſarcit in ætate adhuc vegetiori V. S. larga, vel Scarificatio.
2 Cruditates primarum viarum evacuantia alvumque adaperiunt Vomitoria: Tart. emeticus, ſyrup. emet. Purgantia: Extract. Helleb. nigr. Trochiſc. alhand. Phil. e Succin. Craton. Noduli laxativi ex Herb. appropriatis & laxantibus parati, nec non Clyſteres nervino-carminativi.
3 Sanguinem & humores ad æqualem iterum circulum diſponunt lenia alexipharmaca, cum interpoſitis diaphoretico-Cinnabarinis.
4 Partem relaxatam roborant interne Sal. volatilia cum Tincturis alcalinis acribus combinata, ſuccinata, Eſſent. & ℥ Succin. Liquor. C.C. ſuccinat. ℥. ▽ ſis, infuſa ex Beton. Meliſſ. Ror. mar. Chamædr. Chamæp. Puleg. Lavend. Stœch. Arab. Teucr. Mar. ver. Lil. convall. Schœnant. Salv. Calend. Cort. Orum, Winteran. Cinam. ſpecifice Pulvis Lumbr. Terreſtrium, Pilulæ Wildeganſii. Externe Fotus, Sacculi, Linimenta, Spiritus ex Rad. Imperat. Helen. Angel. Cyper. Irid. Flor. Herb. Origan. Siderit. Chamom. Matricar. Abſinth. Baſilic. Fl. Lavend. Melilot. Lil. convall. Gumm. Galban. Ladan. bedell. Styrac. Calam. Ambr. Moſch. Zibeth. Spir. Formic. Lembr. terreſtr. Serpill. ℥ laterin. Vulpin. Juniper. Spic. Petrol.
5 Senſum amiſſum invitant Frictiones cum pannis aſperioribus calefactis, Sinapiſmi, Embrocationes, Urticationes.

Formulæ Remediorum.

1 Potio emetica.

℞. *Syr. emet.* ℥vj. *Aqu. meliſſ.* ℥ſs. M.
Sal. polych. gr. vj. *pro una doſi.*

2 Potio laxans.

℞. *Syr. æ pom. lax.* ℥ſs. *gr.* vj.
Diagryd. lucid. Jal. ʒij. *Aqu. fl. acac.* ʒj.
Extract. Helleb. nigr. *Ms. pro j vice.*

3 Potio nervina.

℞. *Aqu. Pæon.* *Specif. æphal. Mich.* ℥ſs.
Paralyſ. *Spir. Tart. rectiſ.* ʒj.
Fl. Til. a ʒj. *Syr. e Beton.* ℥ſs. M.
Apopl. Lang. ℥ſs. *D. Cochleatim.*

4 Essentia alexipharmaco-nervina.

℞. *Ess. aleziph. Stahl.* ʒij. *Succin.* ʒj. *Spir. C. C.* ʒß. — *Ms Dos. gutt.* 30. *mane in jusculo vel infuso pronanda.*

5 Infusum cephalico-nervinum.

℞. *Herb. Meliss. Beton. Ror. mar. ā* Mß. *Fl. Tunic.* — *Lil. convall. ā* p. j. *Incis. Coq. in Vin. generos. pro colluzione oris.*

6 Sacculus nervinus.

℞. *Herb. Salv. Lavend. Hyssop. Ror. mar. ā.* Mß. *Fl. Cheir.* — *Sechad. Arab. Melilot. ā* p. j. *Bacc. Junip.* ʒß. *Sem. Sinap.* ʒij. *M. Incis. contus. includ. saccul.*

7 Spiritus nervinus.

℞. *Spir. Vini. Camph.* ʒj. *Lumbr. Formic. ā* ʒß. — *Tartar. rectis.* ʒj. *M. pro usu externo.*

8 Linimentum nervino-emolliens.

℞. *Axung. human.* ʒj. ℥. *vulpin. lumbric. terrestr. ā* ℥ß. — *dest. junip.* ʒij. *M.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 In ætate juniori vel habitu corporis plethorico & inprimis, ubi evacuationes sanguinis consuetæ neglectæ fuere, larga instituatur Venæsectio.

2 Subjungatur, pro revocando sensu & alvo aperienda clyster acrior, aliquot vicibus repetendus, simul & in usum vocatis irritantibus & excitantibus aliis.

3 Deinde Ventriculus, & intestina repurgentur, vel in evmetis per Vomitum, vel, ubi circumstantiæ hoc dissuadent, per laxans helleborinum.

4 Æqualitas circuli sanguinis restituatur per diaphoretica fixa & regimen æqualiter diapnoicum.

5 Tandem partium tonus relaxatus roboretur per nervina interna & externa.

6 In Linguæ Paralysi præter superius dicta specialiter usum habent Decocta, ex herbis acrioribus & nervinis, pro colluendo sæpius ore præscripta.

7 In Paresi ex Colica præprimis conveniunt absergentia digestiva, & quæ leni carminativa efficacia prædita sunt.

8 In Ani & Vesicæ Paralysibus præter interna usurpari debent externa nervina, sacculi nimirum ex Herb. aromat. cum Castoreo & Emplastra nervos & sphincteres roborantia.

9 Ubi aridura Paralysin excipit, ibi conveniunt pinguedines animalium cum nervinis commixta.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Venæsectio non nisi in malo recenti & hominibus adhuc vegetioribus, huic evacuationi assuetis, locum habet.

2 In annosiori corpore & antiquiori malo non tantum vana in eadem spes ponitur, sed etiam facile sinister eandem sequi potest effectus.

3 In sanguineis acriora & calidora externa, Urticationes, Sinapismi non tantum inflammationi partis affectæ, sed & quandoque ipsi sphacelo viam sternunt.

4 Unde ab iisdem inprimis sibi cavendum est, quando universalia nondum præmissa sunt.

5 Nocent etiam in illo casu, ubi non tam Paralysis quam stupor adest, ab infarctu humorum originem habens.

6 Emplastica non nimis sint mucosa, glutinosa & resinosa, calida, sed tenera penetrandi efficacia prædita.

7 Emollientia ungui & nosa non tam in Paralysi, quam in rigore & aridura partium, ab externa vi ortum ducent conveniunt.

8 Castoreum a Practicis præcipue laudatur, sed ejus usum internum plerumque majora insequuntur incommoda.

9 Olea destillata, partim ab Auctoribus pro usu externo celebrata, nunquam sola in usum trahenda sunt, sed cum aliis spirituosis commiscenda, ne eorundem usum inflammatio partis & sphacelus sequatur.

10 Liq. C. C. succin. in paralyticis & convulsivis infantum affectibus bene se gerit, in adultis vero omnia Sal. volatilia cum cautione sunt ordinanda: præstat eadem cum Tinctura quadam alcalica acri commiscere.

11 Oleum Limacum, Scarab. majal. variæ axungiæ, pro Paralysi curanda laudata, spem non adimplent.

12 Melius se gerunt animalia viva dissecta & parti affectæ imposita, sed multoties repetenda applicatio.

13 Epithemata & Sacculi ex nervinis parati melius in sicca, quam humida aquosa, forma imponuntur. Commodissime autem spiritu Fornicarum acido aut Serpilli vel alio penetrante nervino imbuuntur.

14 Thermæ quandoque etiam non sine utilitate in usum trahuntur, magis tamen phlegmaticis quam sanguineis conveniunt: his non nisi præmissis universalibus ordinandæ sunt.

15 Paralytici, si siccioris sunt naturæ & calidioribus remediis tractantur, Hecticam incurrunt.

16 Alexipharmaca nunquam cum sudorifico regimine ordinanda sunt, sed saltem diapnoico scopo; hinc optime diaphoreticis Nitrata & Cinnabarina admiscentur.

Caput Septimum.

De

Lipothymia & Syncope.

I. *Definitio.* Sunt subitaneæ actionum vitalium & animalium imminutiones vel abolitiones a defectu motuum Vitalium, inpr. pulsus, originem trahentes.

II. *Differentia.*

1 Aliæ sunt *simplices*, quæ citra alios morbos eveniunt; aliæ *complicatæ*, quæ aliis morbis accedunt & superveniunt v.g. Febribus acutis & malignis, Scorbuto, Passioni hystericæ, &c.

2 Aliæ sunt *mitiores*, cum pulsus & respirationis aliquali sensu stipatæ, quæ *Lipothymias* constituunt; aliæ *fortiores*, cum plenaria actionum vitalium & animalium prostratione conjunctæ, quæ *Syncopæ* nominari solent.

3 Gravior etiam Lipothymia sive *Asphyxia* flacciditate membrorum ab ipsa morte distinguitur, ut pote quæ rigiditatem partium post se ducit.

III. *Signa.*

1 Ingruunt vel sensim vel subitanee.

2 Antecedunt in priori casu oculorum obscurationes, languores totius corporis, volatici calores, pallores faciei, sudoris in externo corporis habitu & præcipue fronte eruptiones, anxietates cardialgicæ.

3 Ipsi vero paroxysmi incipiunt cum sensus & motus privatione, interceptione vocis, pallore faciei, extremorum frigore, pulsus & respirationis eximia imminutione.

4 In Lipothymia quidem aliqualis pulsus cum respirationis indiciis adhuc percipitur; In syncope vero plenaria pulsus & respirationis interceptio observatur.

5 In utroque casu instar mortuorum corruunt, oculos cladunt, ore quandoque hiant & veram quasi mortis imaginem præbent.

6 Membra præterea sunt flaccida, non vero rigida, a quo proprie ab ipsa morte discernuntur hi affectus.

7 Tandem iterum sensim sensimque ad se redeunt, &, antequam pristinas recepurent vires, profunda suspiria trahunt.

IV. *Subjecta.*

1 Lipothymiis expositæ sunt personæ sensibiliores, meticulosæ & diffidentes, temperamento Melancholico, vel Phlegmatico-Melancholico præditæ.

2 Nimiis sanguinis profusionibus, laboribus & doloribus insolitis exhaustæ.

3 Animi pathematibus insigniter exagitatæ, inprimis immediate post assumtos cibos.

4 Febribus acutis & malignis laborantes.

5 Hyperemeses l. hypercatharses incurrentes.

6 Diarrhœis l. Dysenteriis diuturnioribus admodum debilitatæ.

7 Vi-

7 Vires exercitio nimio conſumentes.
8 Puerperæ, partum laborioſiorem ſanguiniſque profuſiones paſſæ.
9 Gravidæ & inprimis juniores veſtimentis ſuis pectoris & abdominis regiones admodum conſtringentes.
10 Solennes etiam ſunt iis, quibus Venena improvide vel nefande data fuere.
11 Ut & diſpoſitionem quandam hæreditariam ad hos affectus poſſidentibus.
12 Syncopticis inſultibus præprimis expoſitæ ſunt fœminæ hyſtericæ, ſpiſſiori ſanguine laborantes, concurrentibus animi inſignioribus pathematibus, triſtitia, terrore, iracundia, Diætæ vitiis.
13 Nec non febribus bilioſis cauſodeis, aliiſque malignis, magnum periculum præ ſe ferentibus, laborantes.

V. *Prognoſis.*

1 Lipothymiæ levioribus morbis & cauſis ſuccedentes minus periculi portendunt, potiuſque ſenſibilitatem Naturæ indicant.
2 Quo gravioribus autem morbis ſuperveniunt, eo majoris periculi ſuſpicionem præbent.
3 Morbos acutos cum Lipothymiis incipere periculoſum eſt, niſi diſpoſitio ad eaſdem meliora ſperare jubeat: ipſi vero ſtatui eaſdem ſupervenire adhuc periculoſius: verſus criticos autem dies accidere, melioris ſpei: cum hic Natura ob motus eluctatorios ſæpius trepidationibus ſit obnoxia.
4 Dyſenteriæ cum Lipothymis incipientes plerumque malignitatem indicant, præſertim ſi nulla diſpoſitio adſit.
5 Quo magis abſque cauſis evidentibus in morbis præcipue acutis ingruunt, eo majus periculum metuendum eſt.
6 Quo diuturniores & frequentiores ſunt Lipothymiæ, eo magis de ægrotis timendum eſt.
7 Syncope ſemper periculoſa eſt Lipothymia, & diutius durans ſæpe mortem poſt ſe trahit.
8 Syncopen graviorem quandoque febres excipiunt.

VI. *Remedia.*

1 Motus Naturæ reſuſcitantia, ſenſumque reſtituentia: cephalica & nervina penetrantiora, odoretenus uſurpata, ſpir. Lil. convall. C.C.Sal. am. Aqu. Regin. hungar. cum Ol. deſtill. ſuavioribus, v.g. Cinam. Caryoph. Lavend. Meliſſ. combinata: ſubitanea gelidæ adſperſio, relaxatio veſtium, ſternutatoria, Salium volatilium linguæ applicatio, frictiones, & in caſu urgentiori Clyſteres acres.
2 Virium debilitati & Naturæ labefactatæ ſuccurrentia: analeptica, Aqu. Borrag. Bugloſſ. Meliſſ. Ceraſ. nigr. Rub. id. Perlat. Namph. Cinam. Cinamomi bugloſſat. ſpec. de Hyac. Conf. de Hyacinth. Alkerm. Corall. r. ppt. Matr. perl. ppt. Julep. gemmat. Syr. e Cinam. Acetoſ. Citr. Vinum generoſum, Crocus in juſculis, Eſſent. dulc. Hal. ordin. & concentr. Emulſiones, Gelatinoſa.
3 Febrem ſupervenientem diſcutientia, alexipharmaca: Eſſent. alexiph. Stahlii, Tinct. Bezoard. Michael. Eſſ. Scord. Tra ♁ii, Tart. diaphoretico-fixa: ♁ diaph. Bez. min. Cinnabaris ♁ii, cum Sal. digeſtivis &, pro circumſtantiarum ratione, Nitr. conjuncta.

Formulæ Remediorum.

1 Spiritus reſuſcitans.

℞. *Aqu. Reg. Hung.* *Sal. Ammon* ʒj *M.*
Spir. Lil. convall. ā ʒij. *applicetur naribus.*

2 Alius fragrantior.

℞. *Aqu. Reg. Hung* ʒij. *Caryoph.*
Spir. Sal. Ammon. ʒj. ā *gutt. vj. M.*
Ol. deſt. Cinam.

3 Alius pro mulieribus.

℞. *Spir. Vin. alkohol.* ʒij. *Eſſent. Caſtor.* ā ʒj. *M.*
C. C.

4 Potio analeptica.

℞. *Aqu. Borrag. Bugloſſ.* *Matr. perl. ppt.* ā ℈j.
Ceraſ. nigr. ā ʒj. *Conſ. de hyac. inc.* ʒß.
Cinam. bugloſſ. ʒß. *Julep. gemmat.* ʒß. *M.*
Corall. r. ppt. *D. Cochleatim.*

5 Alia.

℞. *Aqu. Meliſſ.* *Matr. perl. ppt.* ā ℈j.
Rub. id. *Eſſent. dulc. Hal. Ord.* ʒj.
Namph. *Syr. Acetoſ. Citr.* ʒß. *M.*
Perlat. ā ʒj. D. *ut antea.*
Bez. min.

6 Pulvis diapnoicus.

℞. *Pc.* ♋ *ppt.* *Cinnab. Antim. gr. XII.*
♁ij. *diaph.* *M. D. verſus veſperam &*
Tartar. Vitriol. *ſomni tempus.*
Nitr. depurat. ā ℈j. *div. in 4. p. æqu.*

7 Eſſentia diſcutiens.

℞. *Tinct. Antimon. Tartar.* *Scord.* ā ʒj. *M.*
Eſſ. alexiph. Stahl. *D. gutt.* 30. *Mane in juſculo*

VII. *Methodus medendi.*

1 Reſpiciendum eſt, an affectus idiopathice vel ſympathice obvenerit. Illo in caſu ante omnia Natura exſuſcitanda eſt per externam Salium volatilium applicationem, adhibita ſternutamenta, & ſubjunctum, ſi e re videatur, Clyſterem.
2 Dein analeptica interna poſt recuperatos ſenſus locum habent, & pro Febre præcavenda alexipharmaca leniora.
3 In Symptomatico vero affectu & in ſpecie illo, qui febribus quandoque ſeſe adjungit, adhibenda ſunt, præter interna diaphoretica fixa & alexipharmaca, analeptica mitiora ex ſyrupo acetoſ. Citr. aquis Borrag. Bugloſſ. Namph. Rub. id. Perlat. Conf. de Hyac. Tab. Man. Chriſt. perlat. & ſimilibus.
4 Quando uteri vitia ſubſunt habitualia, locum habent Pilulæ Polychreſtæ D. Sthalii, & Beccheri veræ, Elix. antihypoch. Hal. quod e Miſtura ſimpl. probe acidulata & extract. Panchymag. Croll. aliqui paratum eſſe volunt, nec non digeſtiva: Tart. vitriol. Arcan. dupl. cum interpoſito pediluviorum uſu.
5 Hyperemeſi & exinde exortæ Lipothymiæ medentur Theriacalia correcta, in Vino calido exhibita, vel ipſum Vinum calidum aromatiſatum.
6 Muciditates in ſtomacho, ſi in culpa ſunt, expoſcunt digeſtiva & ſubjunctum Vomitorium.
7 In gravioris vero iracundiæ cauſa mature exhibenda ſunt abſorbentia & Nitroſa, &, ubi ſpontaneus jam Vomitus nondum ſecutus eſt, lene emeticum.
8 Quæ nimiis humorum profuſionibus ſupervenit Lipothymia, tractanda eſt methodo ſuperius enarrata & præcavenda gelatinoſorum, emulſivorum & lautæ Diætæ uſu.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In Lipothymia leviori Clyſteribus opus haud eſt; adhibendi demum ſunt, quando exſuſcitantia externa nil fecere.
2 Quamdiu Patiens nondum ad ſe rediit, interne nihil exhibendum eſt: quia medicamenta ob partium flaccciditatem & deglutiendi impotentiam facile arteriam aſperam ingrediuntur.
3 Analeptica interna non ſint admodum ſpirituoſa: facile enim Febri anſam dant, eandemque poſtea fovent. Præſtat itaque ſemper mitiora adhibere.
4 Motus corporis, animique compoſitio hilaris ægrotis poſt ſuperatum paroxyſmum ſuadenda. Somnus vero per aliquot horas interdicendus eſt.
5 Venæſectio lipothymicis affectibus per ſe conſideratis haud debetur, niſi Plethora & ſpiſſitudo ſanguinis occaſionem ſubminiſtraverit.
6 In Lipothymia a terrore orta, præter alia appropriata, inprimis reſolventia locum habent.
7 Admodum familiare quibuſdam eſt, ut poſt Venæſectiones adminiſtratas Lipothymias incurrant, ubi nil citius quam gelidæ affuſio, & patientis tranquilla continentia medelam affert. Inprimis autem talibus venæ per faſciam non nimis ſunt ligandæ. Vinum generoſum ante Venæſectionem ſumptum ſæpius haſce Lipothymias præcavet.
8 Refrigerium corporis Lipothymiæ obnoxiis nocet, moderatus vero & continuus calor eximie eoſdem reſocillat.

CA-

CAPUT OCTAVUM.

DE

Uvulæ Prolapſu.

I. *Definitio*: UVulæ prolapſus eſt juſto longior ejus deſcenſus ſ. elongatio, ſub deglutitione potiſſimum ſenſum moleſtum pariens, a lympha ſeroſa intus ſtagnante & organi relaxatione originem habens.

II. *Differentia*.
1 Uvulæ ſimplex prolapſus diſtinguendus eſt ab ejuſdem *inflammatione*, ubi præter elongationem, rubor, ardor & ſummus dolor occurrit.
2 Ab ejuſdem *exulceratione*, quæ pariter ſummum dolorem antecedentem habet, & inflammationi prægreſſæ plerumque originem debet.

III. *Signa*
1 Conſpicitur ejuſdem elongatio & laxitas, ſi lingua depreſſa, in interiora faucium videmus.
2 Colorem ſervat ſuum naturalem, ſed quoad formam ſatis oblonga & tenuis redditur, ita ut in guttur pendeat l. ſupra linguam jaceat.
3 Sub Deglutitione parit ſenſum moleſtum, quaſi nucleus l. bolus in faucibus hæreret.
4 Excitat nauſeam & fere continuam exſpuitionem.
5 Quandoque etiam loquelam impedit.

IV. *Subjectum*.
1 Sanguineo-Phlegmatici & ipſi phlegmatici tempore vernali & autumnali corpus humidiori aeri nimium exponentes.
2 Qui collum hoc tempore minus bene muniunt.
3 Quidam corpore calente hauſtum frigidiorem aſſumentes.

V. *Prognoſis*.
1 Si affectus adhuc recens eſt, facile curatur & nullum periculum involvit.
2 Quando vero negligitur & diutius ſubſiſtit, corrumpitur quandoque uvula, ut abſciſſione opus ſit.
3 Abſciſſio hæc ſatis periculoſa eſt, quia inſignem ſæpius ſanguinis fluxum poſt ſe ducit.
4 Quibus uvula eſt abſciſſa l. corrupta, clara voce haud amplius loquuntur.
5 Nocet etiam hæc ipſa abſciſſio pulmonibus, quia aer liberiori modo in eoſdem ruere poteſt.
6 Elongatio uvulæ ſæpiſſime inflammationem comitem habet, quam exulceratio quandoque excipit.

VI. *Remedia*.
1 Seroſos humores ſuperne ſtagnantes evacuantia: Phlegmagoga, Rad. Jalapp. Specif. Jalappin. Pulv. Cornach. Diacydon. lucid. Jal. ℈ius dulcis.
2 Eoſdem diſcutientia & ad urinarias vias ducentia: Eſſent. alexipharmaca Stahlii, Pimpinell. alb. Succin. Tinct. ♁ii tartariſat. Tartari.
3 Partem immediate affectam eluentia & roborantia: Gargariſmata diſcutientia & ſubadſtringentia: ex Rad. Biſtort. Sigill. Salom. Plantag. Torment. Herb. Hyſſop. Pyrol. Uvular. Vinc. per vinc. Hyſſop. Fl. Liguſtr. Roſ. r. Balauſt. Alum. uſt. addito Rob diamor. l. Mel. roſat.
4 Adſtringentia magis & in priſtinum ſtatum uvulam reſtituentia: pulveres adſtrictorii, ex Rad. Torment. Biſtort. Angel. Pyrethr. Zingib. Piper. long. Maſtich. Alum. cum ſpatula aut parvo cochleari, lingua prius depreſſa, columellæ applicando l. in eandem inſufflando.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis purgans.

℞. *Specif. Jalappin. gr. XXV.* ℈ii *dulc. rit. par.* ℈ſ. *M.*

2 Pilulæ purgantes.

℞. *Pil. Tartar. Querc. gr. XV. Reſin. Jalapp. gr. iij.* ℈ii *dulc. rit. parat. gr. viij. C. Eſſent. ſuccin. ſ. Pil. No. XV. D. pro una vice.*

3 Tinctura diſcutiens.

℞. *Tinct.* ♁*ij tartar. ʒiij. Eſſen. alexipharm. Stahlii ʒj. M.* *Doſ. gutt. 30. 35. mane & veſperi.*

4 Alia.

℞. *Tinct. Tartar. ʒij. Eſſent. Succin. ʒj. M.* *Doſ. & uſus, ut præcedentis.*

5 Gargariſma diſcutiens & adſtringens.

℞. *Rad. Biſtort. Torment. Sigill. Salom. ā. ʒß Herb. Pyrol. Hyſſop. Uvular. ā. Mſ. Flor. Ror. r. Balauſt. ā. p. j. Coq. in ſ. q.* ▽ *ſ. Colat.* ℔*j. Add. Alum. crud. ʒſſ. Rob. diamor. ʒj. Injiciatur aliquoties per diem calide.*

6 Pulvis adſtringens.

℞. *Rad. Biſtort. Torment. ā. ℈j. Pip. long.* ℈ſ. *Mr. ſ. Pulv. cum ſpatula Columellæ applicandus.*

7 Alius.

℞. *Maſtich. Thur. ā. ʒſ. Alum.* ℈ſ. *M. Uſurpetur ut antea.*

VII. *Methodus Medendi*.
1 Serum in ſuperioribus partibus collectum evacuetur per laxantia phlegmagoga.
2 Subjungantur lenia anticatarrhalia, pituitam ſtagnantem incidentia, aliquoties per diem in uſum trahenda.
3 Quod ſi inflammatio uvulæ ſimul concurrat, in ſubſidium vocentur Nitroſa, abſorbentia, diaphoretica fixa, modo dictis interponenda.
4 Pars vero affecta foveatur & roboretur per Gargariſmata diſcutientia & adſtringentia, addendo iiſdem in inflammationis concurſu album Græcum & Nitrum.
5 Si in priſtinam formam redire recuſet Columella, adhibeantur colophonis loco pulveres anticatarrhales fortiores & adſtrictorii, immediate parti affectæ applicandi.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.
1 Ad abſciſſionem uvulæ non facile fiat progreſſus, niſi ſumma neceſſitas eandem ſuadeat.
2 Quando inflammatio concurrit ab applicatione fortiorum anticatarrhalium & adſtringentium pulverum deſiſtendum, & potius Gargariſmatibus diſcutientibus & leniter adſtrictoriis res peragenda.
3 Revulſionis ſcopo quidam ab Emplaſtris ex fermento, Succino, Thure l. Maſtiche, Vertici capitis impoſitis, aliquem uſum obſervavere.
4 Propter ſignaturam ſpecifice commendant Uvulariam ſ. bis linguam, quam etiam collo quidam appendunt.
5 Aquam deſtillatam Vincæ pervincæ, l. tantummodo ejus decoctionem gargariſatam, uvulam relaxatam erigere, *Carolus Muſitanus* affirmat.

CAPUT NONUM.

DE

Procidentia Ani.

I. *Definitio*.
PRocidentia Ani eſt prolapſus inteſtini recti involuntarius, relaxationem tunicæ nerveæ, ac ſphincteris ani, excipiens.

II. *Differentia*.
1 Eſt l. *idiophatica*, ab ipſius partis morboſa conſtitutione dependens, l. *ſymptomatica*, morbis aliis tanquam ſymptoma ſuperveniens.
2 Eſt l. *brevioris* l. *longioris* durationis.

3 Mo-

3 Modo *major*, modo *minor* portio erumpit.
4 Est l. *absque* l. *cum* inflammatione conjuncta.

III. *Signa.*
1 Hæc per se clara sunt & ipsi visui statim sese manifestant.
2 Antecedit in symptomatico plerumque frequens & molestissimus tenesmus, quem tandem intestini recti procidentia excipit.

IV. *Subjectum.*
1 Infantes diarrhœas aeres biliosas cum tenesmo passi & fortius clamantes.
2 Adulti etiam, Diarrhœa diuturna l. Dysenteria laborantes.
3 Qui anum nimium refrigerant.
4 Puerperæ in difficiliori partu constitutæ.
5 Qui cum magno conatu fæces induratas egerere tentant.
6 Quibus musculi levatores in lithotomia sunt discissi.
7 Qui paralytica sphincteris ani relaxatione laborant.

V. *Prognosis.*
1 Affectus idiopathicus difficilius curatur, quam symptomaticus.
2 Juniores & pueri facilius ab eodem liberantur, quam senes.
3 Qui Diarrhœæ & Dysenteriæ supervenire solet, primario morbo mitigato, haud difficulter tollitur.
4 Idem etiam de reliquis symptomatice evenientibus judicandum.
5 Quo longius cura protrahitur, eo periculosior redditur affectus.
6 Frigus ano prolapso maximopere inimicum est, teste *Hippocrate Aph.* 22. *sect.* 5.
7 Facile ab eodem inflammatio inducitur, quæ Gangrænæ difficillime & vix curabili viam sternit.
8 Si magna inflammatio concurrit, repositio difficulter procedit, nisi hæc imminuatur l. tollatur.
9 Quo frequentius affectus redit, eo difficilius imposterum curam admittit.
10 Qui a nervorum l. musculorum ani læsione paralytica l. alia violenta dependet, difficillime, præcipue in senibus & ubi malum non amplius recens est, curatur.

VI. *Remedia.*
1 Anum recenter elapsum reducunt situs conveniens (ut Patiens pronus ponatur, vel, capite in terram inclinato, pedibus sursum elevetur) & opera manualis, qua, adhibitis aliquot digitis oleo emolliente inunctis, l. linteamine calefacto, anus leniter & paulatim reprimitur.
2 Inflatum & inflammatum emolliunt & minorem reddunt emollientia, cum discutientibus juncta: Herb. Absinth. Origan. Puleg. Salv. Calaminth. Malv. Summit. Aneth. Flor. Melilot. Sambuc. Chamom. Sem. Carv. Cumin. Fœnic. in aqua, lacte, l. Vino coquend. & cum spongiis, linteaminibus, sacculis calide applicanda: nec non oleum Lil. alb. Verbasc. Chamom. Ov. post fotum ano inungenda.
3 Relaxatum constringunt & in sua sede retinent adstringentia: Rad. Bistort. Torment. Symphyt. Plantag. Herb. Centumnod. Burs. Pastor. Fol. Querc. Millefol. Fl. Ros. r. Balaust. Bacc. Myrtill. Gallæ, Nuc. Cupress. in Vino rubro decoquenda & in sacculis, linteaminibus, cum spongiis ægroto jacenti supponenda. Olea item adstringentia, eadem ratione applicanda. Mastiche porro, asseri ligneo lævigato pulveretenus inspersa, cui calefacto æger insidere debet. Specifice tandem Scarabæi, in stercore equino nati, sub pulveris forma intestino prolapso adspergendi.

Formulæ Remediorum.

1 Species emollientes & discutientes.

℞. *Rad. Alth.* ℥j.
Herb. Chamom.
Absinth. ā. M.j.
Fl. Melilot.
Sambuc. ā M.ß.
Sem. Aneth.
Fœn. Græc. ā. ℥ij.
Incis. contus. d. ad eb.
In lacte, vino l. ▽ *decoquendæ & applicandæ.*

2 Linimentum emolliens.

℞. *Unguent. dialth.* ℥vj. *Ovor. ñ.* ℥ij.
℥ *Verbasc.* *Ms. pro inungendo ano.*
Chamom.

3 Species adstringentes.

℞. *Rad. Symphyt.* *balaust. ñ.* p.ij.
Bistort. *Gallar.* ℥ß.
Torment. ñ. ℥ß. *Incis. contus. q.s. decoq.*
Herb. Centumnod. *In Vin. rubr. l. aqua ferrar. & applica calide.*
Millefol. ā. Mj.
Fl. ros. r.

4 Suffimigium adstringens & roborans.

℞. *Mastich.* *Fl. ros. r.* ℥j.
Succin. *Ms. f. pulvis, pro perfumando ano.*
Thur.
Myrrh. ñ. ℥ß.

VII. *Methodus Medendi.*
1 In omni ani Procidentia eo respiciendum, ut intestinum rectum illico, nisi sponte intret, in locum suum debitum reponatur.
2 Fit hoc per convenientem situm, ut Patiens pronus ponatur, pedibusque paululum sursum versus elevetur, deinde mediante uno l. altero digito oleo illito, vel linteolo molli, Decocto emolliente madido, obvoluto, aut etiam linteamine calefacto sensim intrudatur.
3 Repositio ano, præcaveatur, ne denuo elabatur. Prospiciunt huic rei Decocta & olea adstringentia in Sacculis, spongiis, linteaminibus ano supposita. Officium etiam faciunt asseres calefacti Mastiche conspersi, quibus æger insideat. Nec non particula panis querni in vino rubro cocta & ad instar suppositorii ano intrusa. Aut ex commendatione *Caroli Musitani* & *Hartmanni* Pulvis Scarabæorum, intestino recto insperſus.
4 Quod si Paralysis musculorum & nervorum retentionem impediat, externe circa os sacrum nervina applicentur, in adminiculum etiam vocentur subligacula.
5 Si musculi retrahentes in Lithotomia sunt discissi res desperata est, nisi statim in principio exquisitis vulnerariis medela afferatur.
6 Si Dysenteria & Diarrhœa malum suffulciat, interne mitigantia & demulcentia in usum sunt vocanda, externe vero demulcendi scopo sacculi ex rapis, avena excorticata, herba Chamom. Samb. in lacte coct. ano supponendi; clysteribus abstergentibus & subadstringentibus haud omissis.
7 Fæces nimium exiccatæ & induratæ, si illæ malum procrearunt, expoſcunt Clysteres emollientes & Diætam diluentem, subjungendo postea Methodum Procidentiæ ani debitam, supra laudatam.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*
1 In omni procidentia ani, si a neglecta repositione intestinum rectum inflationem vel inflammationem concepit, ut repositionem ob hanc respuat, discutientia & emollientia in auxilium sunt vocanda, intestinum prolapsum iisdem calide per tempus fovendo, deinde subadstringentibus & manuum opera repositionem tentando. Cavendo omni modo ne Gangræna, plerumque lethalis, accedat.
2 Adstringentia externe prolapso intestino applicata non tantum repositionem facilitant, dum fibras constringunt, sed & ulteriorem prolapsum præcavent. Pulveres tamen, qui insperguntur, debent esse tenerrimi, alias tunicis sese insinuant & tenesmum adaugent.
3 Fortiora etiam adstringentia in substantia haud facile sunt propinanda, quia nimium constringunt; unde etiam alumen in minori dosi in usum trahendum est.
4 In causa paralytica Junckerus Liquorem florum verbasci in Unguenti consistentiam redactum, tanquam egregium balsamicum & travmaticum, laudat.
5 Infantes Ascaridibus laborantes frequenter quoque Procidentia ani corripiuntur, ubi tamen non facile pulveres constringentes intestino prolapso sunt aspergendi, oculi potius dirigendi sunt ad ascarides, hisce enim remotis & cessante irritatione, postea ani

Pro-

Procidentia non adeo facile metuenda eſt.
6 Qui ſemel Procidentia ani laborarunt, facile iterum in eam incidunt, inpr. ſi alvi depoſitionem maturam negligunt & ſecum indurationi anſam præbent, quare, quantum quidem poſſibile, alvum liberam ſervent.
7 Nunquam tamen in uſum trahant Aloetica aliaque Purgantia acriora; quoniam hæc in ſubjectis diſpoſitis Procidentiam ani producere valent.

CAPUT DECIMUM.

DE

Impotentia Virili.

I. *Definitio.* IMpotentia virilis eſt inhabilitas ad generandum, ea ætate ſeſe exerens, quæ alias per leges naturæ huic operi dicata eſt, vel a vitioſa ſeminis qualitate aut defectu, l. a partium ſolidarum generationi dicatarum læſione originem habens.

II. *Differentia.*
1 Diſtinguitur a *ſterilitate* ſubjecti diverſitate: hæc quippe, ſtricte ſumta, procreandi impotentiam a muliere dependentem innuit.
2 Alia & membri virilis aliqualem erectionem & ſeminis ejaculationem, ſed parcam, & vel præmaturam vel nimis tardam, conjunctam habet: alia l. neutro horum, l. alterutro tantum, nimirum erectione penis, non vero ejaculatione, ſtipata eſt.

III. *Signa.*
1 Cognoſcitur impotentia virilis vel ex patientis relatione, vel oculari inſpectione.
2 Hac quippe certiores reddimur l. teſticulos Seminis generationi inſervientes eſſe l. læſos, l. nimis parvos, l. plane deficere, aut urethram non in media ſed infima ejus parte perforatam eſſe, aut Semen effluens nimis tenue aut aquoſum eſſe.
3 Quando teſticuli ſunt læſi, l. plane abſciſſi, fieri quidem poteſt penis erectio, ſed ob ſeminis defectum nulla contingit ejaculatio ſeu emiſſio ejuſdem.
4 Urethra, ſi inferne perforata eſt, ſemen emiſſum non ad locum ſuum convenientem fertur, erectione tamen penis cum effluxu ſeminis recte contingente.
5 Eadem erectio & juſta etiam ejaculatio præſto ſunt, ſi ſemen nimis aquoſum eſt, quod facile ex conſiſtentia dijudicatur.
6 Interdum membrum virile nunquam erigitur, quod plerumque in ſenio & paralyſi muſculorum erigentium accidere ſolet.
7 Si a Faſcino res dependet, erigitur quidem penis ſat frequenter, libido etiam rei Venereæ adeſt, ſed quando ad actum celebrandum ſeſe parant, ſubito concidit & nulla facultate eundem abſolvendi amplius gaudet.
8 Breviter ſcrotum pendulum, membrum flaccidum, defectus erectionis ejuſdem & ejaculationis ſeminis conſtans, certa impotentiæ virilis ſunt ſigna.

IV. *Subjecta.*
1 Legibus ipſius Naturæ impotentiæ laborant pueri, ab infantia ad 14. circiter annum.
2 Eidem obnoxii ſiunt ſenes ſexagenarii quidam l. ſeptuagenarii, quæ tamen res ſecundum ſubjectorum & roboris diverſitatem valde differt.
3 Citius facultate hac privantur, qui conſtitutionem poſſident debiliorem, qui maturis admodum annis Veneri ſeſe addixere, qui frequentius hoc opus exercuere, qui Baccho nimium litavere.
4 Qui Saturninis & acidis interne abutuntur.
5 Morbis diuturnis nimium exhauſti per tempus tantum impotentes ſunt.
6 Contingit hoc etiam mœſtis, ſpeculabundis, hypochondriacis.
7 Veræ impotentiæ obnoxii ſunt, qui vitium in partibus ſolidis generationi dicatis poſſident, teſticulos nimirum contuſos, abſciſſos, admodum parvos, muſculos erigentes paralyſi labefactatos, penem abſciſſum, urethram inferne perforatam &c.
8 Nec non qui Semen nimis aquoſum producunt.
9 Pertinacem quoque impotentiam incurrunt, qui faſcino ſe ligatos eſſe firmiter autumant.

V. *Prognoſis.*
1 Impotentia virilis, quæ a morbis diuturnis, fame nimia, ſpeculationibus, mœrore originem trahit, & medicamentis & Diæta curari poteſt.
2 Quæ virium debilitatem & enervationem per ſenium, Bacchi & Veneris exceſſus pro cauſa habet, eadem ratione & modo ſæpius levamen admittit.
3 Quando res a faſcino dependere videtur, quandoque univerſa corporis conſumtio exinde originem habet.
4 Poteſt tamen utrumque malum conveniente Methodo non ita difficulter tolli.
5 Qualitas ipſius ſeminis correctionem admittit, quando vero diſpoſitio hæreditaria adeſt, tunc rariſſime Curatio bene cedit.
6 Quando partium ſolidarum vitium l. Paralyſis muſculorum ſubeſt, vix reſtitutionis ſpes remanet.
7 Quibus teſticuli in infantia abſcinduntur, mulieres impoſterum quoad vocem & reliquum corpus magis æmulantur, quam viros.

VI. *Remedia.*
1 Lympham nutritiam adaugentia: omnes cibi eupepti, evchymi; porro Amygdalæ, Pineæ, Piſtaciæ, Succolada Indica, vitella ovorum, Lac omne & inprimis muliebre.
2 Corpus roborantia & Venerem excitantia: interne vinum generoſum, medice uſurpatum, Aromata, Cubebæ, Condit. Z. Z. Nuc. Ind. Rad. Pimpinell. Eryng. Elect. diaſatyr. Ambra. Moſch. Confect. alkerm. aqua Magnanimitatis, Spiritus Formicarum, Priapus Cervi, teſtes gallorum, farcimina ex criſtis & gallorum teſtibus facta, ſanguis & cerebrum Paſſerum, Borrax, Millepedes, Cantharides. Externe Balnea ex Formicis, ſpiritus Formicarum, Zibethum, Ambra, Moſchus cum ○○ deſtill. Caryophyll. Spic. Cinam. in balſamum redacta, & teſtibus penique inuncta.
3 Semen qualitate peccans corrigentia, gelatinoſa, mucilaginoſa, evchyma, interpoſitis aromaticis ſelectis & potu defæcato vinoſo.
4 Paralyſeos vitiis opponuntur interna & externa nervina.
5 Incantamentis ſuccurrentia Vomitoria in principio exhibita, nec non Abrotanum, Origanum, Antirrhinum, Adianthum, viſcum quernum, colurnum, Momordica, ſuccus Betulæ, Secundina primiparæ, Calculus humanus, Eſſent. Hyperici, Tinctura Coralliorum. Externe mictus per ſcopas betulinas, & mictio per annulum ſponſalitium, lotio pudendi cum Decocto aquilegiæ &c.

Formulæ Remediorum.

1 Electuarium Aphrodiſiacum.

℞. *Succolad. Ind.* *Cinam. ā. ʒj.*
Pinear. mund. ā. ʒſs. *Moſch. gr. iv.*
Condit. Rad. Satyr. *Ambr. gryſ. gr. ij.*
Zinzib. *Syr. Cort. aur. q. ſ.*
Eryng. a. ʒvj. *F. elect. ad avellanæ magnitudinem bis ſorte per diem uſurpandum.*
Pulv. Cardam.
Cubeb.

2 Aliud.

℞. *Elect. diaſatyr. ʒjſs.* *Sem. Bruc.*
Condit. Z. Z. *Paſtinac. a. ʒj.*
N. Ind. *Succ. Gran. Cherm. q. ſ.*
Rad. Pimp. ā. ʒſs. *F. Elect.*
Raſ. Priap. Cerv. ʒiij. *Uſus, ut præcedentis.*

3 Linimentum.

℞. *Zibeth. gr. vj.* *Cinam. gutt. iij.*
Moſch. gr. iv. *F. Linimentum pro glande & teſtibus inungendis.*
Ambr. gryſ. gr. ij.
○○ deſt. Caryoph. gut. 6

4 Aliud

4 Aliud.

℞. *Axung. Caſtor.* 3ſ. *Balſam. Peruv.* ℈j. *Zibethi gran. vj.* ℞ *deſt. Caryop.* 3ſ. M *Uſus, ut præcedentis.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Si impotentia virilis a nutrimenti & virium defectu originem ſuam ſumit, optimum effectum præbent gelatinoſa, mucilaginoſa & nutriente facultate prædita, interpoſitis roborantibus & leniter ſtimulantibus, qua quidem re & ſemini nimis aquoſo egregie ſuccurritur.

2 Si animi mœror l. ſpeculatio nimia in cauſa ſunt, animum exhilarare & a ſeriis avocare decet. Commendant inſuper quidam pro ſcopo hoc inflictionem plagarum & virgarum in nates.

3 In Paralyſeos vitiis l. etiam teſticulorum læſionibus inſignioribus rariſſime aliquid ſolidi efficitur. In illis in primis initiis res per nervina interna & externa tentari poteſt. Hæ chirurgicum auxilium expoſcunt & aliquam adhuc ſpem promittunt, quamdiu partes generationi dicatæ adhuc ſunt integræ: ablatas vero reſarcire velle, ſtolidum foret conamen.

4 In incantamenti metu interna & externa ſpecifica adhiberi poſſunt. Cardo tamen rei hoc abſolvitur, ut impotenti fortior animus & confidentia inſpiretur, omnem timiditatem & incredulitatem prorſus e mente adimendo, ſic optime reſtituetur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Senes & debiles bene ſuccurrunt naturæ defectui per nutrientia ſelecta, ſtimulantia & roborantia; ſemper tamen etiam examinandæ ſunt corporis vires, an hoc negotium ipſa Natura permittat; alias Phthiſis, Hectica aliaque mala exinde exurgunt.

2 Præſtaret ſæpius antaphrodiſiaca, quam aphrodiſiaca exhibere medicamenta, cum plerumque plus in hac palæſtra, quam debebat, fieri ſoleat.

3 Stimulantia nunquam abſque nutrientibus ſunt exhibenda, neque etiam in majori doſi præſcribenda; alias eximia quandoque damna, nimirum inſignis ad rem Qream exercendam ſtimulus, dolores nephritici & mictus cruentus exinde originem trahunt.

4 Stimulo fortiori a medicamentis acribus producto conſulunt lac in copia hauſtum & Emulſiones dilutiores.

5 Adſcribunt vulgo Camphoræ odori & potui Caffee impotentiam inducendi vim, ſed experientia rem hanc non confirmat.

6 Saturnina Venerem admodum enervant, & ſimul ſanitati maxime ſunt inimica.

7 Pro præcavenda faſcinatione commendant Auctores varia v. g. ut ſponſus ante, aut poſt copulationem per annulum ſponſalitium mingat, ut Mercurium vivum, in nuce avellana incluſum colloque appenſum, durante copula Sacerdotali gerat, aliaque; ſed his ipſis in timidis & valde credulis eo ipſo impotentia ſæpius inducitur.

8 Curioſum eſt, quod D. D. Weisbach in ſuo tractatu germanico ex Michaele Montaigne allegat, quod hæc res timiditatem, diffidentiam & incredulitatem plerumque pro fundamento habeat. Adſtipulamur & nos huic aſſerto, cum 2. 3. ſubjectis, per aliquot annorum ſeriem pro impotentibus a ſe & uxoribus habitis, nulla alia re medelam allatam fuiſſe, quam medicina morali, ſciamus, id eſt omnem incredulitatem & diffidentiam iisdem adimendo, & bonum cordatumque animum inſpirando.

LIBER V.

DE

FEBRIBUS.

CAPUT PRIMUM.

De Febribus in Genere.

I. *Definitio.*

FEbris eſt complexus motuum, utplurimum ordine ſibi ſuccedentium, ſecretoriorum & excretoriorum, præter gradum naturalem, ſeu tenorem conſuetum auctorum & intenſorum, ad noxam aliquam extraordinariam & ſonticam, inpr. vero ſanguini imminentem vel jam inhærentem, præoccupandam aut tollendam. Sive brevius

Febris eſt ſalutaris Naturæ conatus, quo per motus ſecretorios & excretorios, qualitati tamen & quantitati cauſæ proportionatos, materiam corpori & inpr. ejus partibus fluidis infenſam expellere nititur.

II. *Differentia.*

1 Ratione *durationis* & *decurſus*, Febres ſunt vel
- 1 *Acutæ*, e. g. Petechialis, Pleuritica, Febris caſtrenſis, Variolæ & Morbilli &c. vel
- 2 *Chronicæ*, v. g. Intermittentes, Quotidianæ, Tertianæ, Quartanæ, it. Lentæ & Hecticæ.

2 Ratione *Typi* ſunt:
- 1 *Continentes*, quæ nec intermittunt, nec remittunt, ut Ephemera ſimplex & plurium dierum, Synochus ſimplex & putrida.
- 2 *Continuæ*, quæ ſtatas exacerbationes & remiſſiones, nunquam tamen plenariam intermiſſionem habent, uti Febres Catarrhales & Petechiales, quæ circa veſperam exacerbantur, horis vero matutinis mitius affligunt.
- 3 *Intermittentes*, quæ ſenſibilia intervalla vacua habent, ita ut æger ad orthoſtadiam redeat, v. g. Quotidiana, Tertiana, Quartana legitima.

3 Ratione *cauſæ*, aliæ dicuntur:
- 1 *Inflammatoriæ*, quæ inflammationibus internis, vel externis gravioribus ſuperveniunt, ut Pleuritis, Paraphrenitis, Vulnerariæ &c.
- 2 *Lochiales*, quæ Lochiis ſuppreſſis ſuperveniunt.
- 3 *Lacteæ*, quæ impeditiorem lactis in mammas ingreſſum comitantur.
- 4 *Biliosæ*, quæ iracundiæ, biliſque effuſioni & regurgitationi ſuperveniunt.
- 5 *Sanguineæ*, quæ ſanguinis abundantis conſumptionem & imminutionem intendunt.

4 Ratione *ſymptomatum*, aliæ ſunt:
- 1 *Ecthymaticæ*, quæ notabiles efflorescentias in ſuperficie corporis formant, ut Petechiales, Purpuratæ, Scorbuticæ, Febres erysipelatodes, Scarlatinæ, Variolæ, Morbilli &c.
- 2 *Catarrhales*, quæ Gravedinem, Coryzam, Tuſſim comites habent, aut ſubſequuntur.
- 3 *Legitimæ*, quæ conſuetis anni & diei temporibus invadunt, ſolitis ſymptomatibus ſtipantur.
- 4 *Anomalæ* ſive *Nothæ*, quæ ab hac norma deflectunt.
- 5 *Simplices*, quæ nulli alteri complicatæ ſunt.
- 6 *Compoſitæ*, ubi continua cum intermittente, continens cum continua concurrit, aut intermittens duplicatur, v. g. Quotidiana, Tertiana &c. continua, vel duplex.

5 Ratione *moris* ſive *indolis* ſunt
- 1 *Benignæ*, quæ raro interimunt, aut læſiones graviores poſt ſe relinquunt, ut Tertiana legitima, Ephemera ſimplex, Catarrhales ſimplices.
- 2 *Malignæ*, quæ utplur. exitium afferunt, aut noxas ſonticas & fere immedicabiles poſt ſe trahunt, ut Febres inflammatoriæ internæ, inprimis vero

ex-

excretionibus externis arthriticis, vel erysipelaceis retropulsis supervenientes, it. Epidemicæ pleræque.

3 *Pestilentes*, quæ plurimos eorum, quos prehendunt, interimunt, & quidem præcipiti admodum progressu, communiter cum excretione Bubonum, vel Anthracum, uti Pestis.

6 Ratione *ortus* & *grassationis*:

1 *Epidemicæ*, quæ ex communi aeris, vel aquæ vitio prognascuntur, & facile per contagium propagantur, quales plerumque sunt Ecthymaticæ, & Catharrhales, v. g. Febris Scarlatina, Morbilli, Variolæ.

2 *Sporadicæ*, quæ ex individuali in diæta vel animi pathematibus commisso errore Patientem invadunt, ut Tertiana vel Quartana, a nausea vel cibis dyspeptis oborta, Febris ardens ab ira suscitata, Febris lochialis a lochiis restitantibus, Febris inflammatoria ab haustu frigido, corpore æstuante.

III. *Signa*.

1 Febres non certæ ætati propriæ sunt, sed in omnes sine discrimine sexus & ætatis grassantur.

2 Febribus facilius obnoxiæ fiunt personæ temperamenti sanguinei vel cholerici, status plethorici evacuationibus sanguinis, vel aliis excretionibus statis assuetæ, indolis animi activioris, iracundæ, impatientis.

IV. *Subjectum*.

1 Magis *essentialia* sunt:

a Pulsus frequens & celer.

b Frigoris & caloris vicissitudo citra notabilem causam externam.

c Urinæ quoad consistentiam, colorem & diaphaneitatem mutatio.

2 *Consecutiva* sunt:

a Pallor & rubor, subsidentia & turgescentia habitus corporis alternantes, citra notabilem causam aliquam occasionalem.

b Remissio ab aliis actibus vitalibus, ciborum nempe appetitu & digestione, nec non rationalibus h. e. *Wann die Patienten verdrießlich und nicht disponirt sind zu ihrem Vorhaben. Eckel haben vor Fleisch, it. durstig und unruhig sind.*

c Sitis.

d Insolida animi sollicitudo, indeque corporis inquietudo.

e Somni neglectus, *schlaffloſe Nachte*.

f Prostratio virium.

V. *Prognosis*.

1 Febris, hoc est motuum secretoriorum & excretoriorum præter gradum consuetum adauctorum intentio semper est salutaris, eventus tamen non raro, præsertim in acutis, anceps est, imo lethalis.

2 Febres sibi relictæ tranquillius & tolerabilius ad exitum vel salutarem vel lethalem quoque decurrunt, quam variis artificiis interpellatæ.

3 Febres sibi relictæ, continente ac modesto regimine saltem adjutæ, status excretiones aut mutationes criticas constantius & certius observant, quam quæ medicamentis & regimine calidiore exstimulatæ, aut nimiis absorbentibus suppressæ, aut opiatis turbatæ fuerunt.

4 Plures ex Febribus convalescunt sola quiete & abstinentia.

5 Difficillime restituuntur Febres corruptæ, h. e. turbatæ, violenter oppressæ & hinc recidivantes, it. in lentum & anomalum typum præcipitatæ.

6 In omni Febre, quæ alias status mutationes, vel eccrises ferre solet, si hæc non succedunt, sequitur periculum.

7 Nulla unquam Febris restituitur sine omni sudore, aut mutatione urinæ.

8 In nulla Febre sudor fluit sub κρισι æstus, sed quando hujus impetus remittit: sin secus, symptomaticus est, inutilis, imo nocivus.

9 In omni Febre acuta; si Urinæ nihil mutentur, aut mutatas crudæ sequantur, calamitosum est.

10 Omnis Febris in alterius tempora, habitus, ætates, opportunitates incidens, vel in illam degenerat, vel in ejus mores anomalisat. Alias enim synochi ante crepusculum, circa solstitium: Biliosæ circa ortum solis post solstitium; Catarrhales vespertino tempore circa Æquinoctia, invadere solent. Tertianæ horas antemeridianas & tempus vernum observant, ætati adolescentili & virili familiares sunt: Quartanæ horis pomeridianis, Autumno, ætati provectiori & naturis segnioribus obtinguut.

VI. *Remedia*.

1 *Alterantia*;

a Absorbentia, ex quibus seliguntur præcipue Ostracodermata, sive Conchilia, v. g. Lap. ♋. Conchæ, Mat. Perl. præparatæ: exclusis subadstringentibus, Bolaribus, Cervinis, v. g. Terr. sigill. C. C. usto, C. C. sine igne vel Philosophorum præparato, imo Coralliis quoque.

b Mucositatem humorum incidentia & vias abstergentia, salia enixa aut digestiva, ex acido præcipue Vitriolico parata, ut Tart. Vitriolat. Arcan. duplic. Nitr. ♁iatum. it. Tartarea, ut Arcanum Tartari, solutio Oc. ♀♋. cum Vino vel succo citri: exclusis e Sale communi desumptis e. g. Sale digestivo Sylvii.

c Æstum temperantia & acrimoniam biliosam mitigantia, qualia sunt:

1 Nitrosa e. g. Cryst. Nitrati s. Nitr. depuratum, Lapis Prunellæ sive Nitrum tabulatum, Nitr. regeneratum ♁iatum.

2 Acida, v. g. Succus Citri, Berberum, Ribium, it. Spir. Vitrioli, Nitri, Clysmus ♁ii, Tinct. Flor. Bellid. Papav. rhœad. &c. exclusis spiritibus acidis dulcificatis, it. spiritu Salis & Vitrioli Philosophico, ob vim nimirum minus diureticam & tussim facile irritantem.

d Diluentia, secretiones & excretiones copiosius instituendas promovehtia: Potus tenuior & sufficiens vel cerevisiarius, vel Decoctum Hordei aut C. C. vel Infusum Thee, Coffe aliarumque herbarum, florum aut radicum temperatiorum, neque adeo fastidiosarum, e. g. Rad. Scorzoneræ, Flor. Galeg. Herb. Melissæ. &c.

e Analeptica, v. g. Emulsiones amygdalinæ sufficienter edulcoratæ, Potiones ex Aquis odoriferis gratioribus, Vinum modice & medice sumptum, præsertim in assuetis.

2 *Evacuantia*, & quidem:

a *Cuilibet Febri commoda*, quin necessaria:

1 Diaphoretica, v. g. ♁ diaphor. recte præparatum, Aquæ diapnoicæ non ingratæ, Flor. Samb. Card. bened. Scord. Galeg. &c.

2 Alexipharmaco-diuretica, v. g. Essentia ex radicibus alexipharmacis temperatioribus & hordeo parata, Mixtura simplex parcius camphorata, excluso usu copiosiore Camphoræ, Myrrhæ, rejectis itidem Spiritibus urinosis v. g. Spir. C. C. Fuliginis, Bezoardico Bussii: nec non Pulveribus sic dictis Bezoardicis, incondita farragine herbarum & radicum pulverisatarum, quin & Terris variis sigillatis adstringentibus suffarctis, v. g. Pulv. Bezoard. Sennerti, Saxonico, Pannonico rubro, Schneebergico, *oder dem ſo genannten ſieben und ſiebenzigerley Pulver*.

3 Successum alvi promoventia, non tamen positive stimulantia & irritantia, ut Clysteres sive Enemata.

b *Certo statui* morbi, vel *individuali* circumstantiæ debita.

1 Vomitoria, in principio Contagiosarum, it. in Intermittentibus, die vacuo, subjectis evemetis, quin actu vomiturientibus, exhibenda.

2 Purgantia, post declinationem Acutarum, item in Intermittentibus lentescentibus, vel per Adstringentia suppressis, itidem diebus Intercalaribus exhibenda.

3 Venæsectio larga in subjectis plethoricis, assuetis, valde æstuantibus, insigni præcordiorum an-

gu-

guſtia oppletiva gravatis, antequam ſigna coctionis in Urina appareant.

c *Specifica*, qualia a Kergero, Riverio, Apino laudantur: ſed potius optanda, quam ſperanda ſunt.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis præparans.

℞. *Conch. ppt.* *Div. in 9. p. æq.*
Nitr. ♃*iat.* *D. ſing. 3. vel 4. horis.*
Tart. Vitriolat. ā. 3j. M.

2 Alius temperans.

℞. *Nitr. depur.* *Div. in 6. p. æq.*
Arcan. dupl. ā. 3j. *D. ut antea.*
Cinnab. ♃*ij gr. 18. M.*

3 Potiuncula temperans.

℞. *Aq. Borrag.* *Tinct. Roſar. 3ſſ.*
Bugloſſ. *Sir. acetoſ. citr. 3ſſ. M.*
C. C. citr. ā. 3jſſ. *D. cochleatim.*

4 Pulvis emeticus.

℞. *Rad. Ipecac. gr. XXV.* *D. mane.*
Sal abſinth. ℈ſſ. *M.*

5 Alius Purgans.

℞. *Specif. Jalap. 3ſſ.* *D. ut antea.*

6 Potiuncula diaphoretico-temperans.

℞. *Aq. Fl. Acac.* *Nitr. regener. ā. 3ſſ.*
Card. bened. ā. 3ij. *Sacch. perlat. 3ij. M.*
♃ *diaph.* *D. cochleatim in æſtu.*
Matr. Perl.

7 Alia alexipharmaca.

℞. *Aq. Galeg.* *Siv. Contrajerv. 3jſſ. M.*
Scorzon. ā. 3ij. *D. cochleatim in declinatione paroxyſmi.*
Eſſ. alexiph. 3j.

8 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Eſſ. Scord.* *D. 25. 30. gutt. in declinatione paroxyſmi.*
Pimpin. alb. ā. 3jſſ. M

VII. *Methodus medendi*, varians pro diverſitate

1 *Status morbi*:

a In primo principio interdum Vomitorium, Venæſectio, quandoque etiam Sudoriferum cum regimine datum, locum habet.

b In Incremento Temperantia, Abſorbentia, Diluentia, parcius vero Alexipharmaca uſurpanda.

c In ſtatu & circa dies criticos his ipſis inſiſtendum, interponenda interdum Analeptica, præſertim ubi vigor Naturæ tepeſcere videtur, quo in caſu etiam Alexipharmacis magis opus eſt.

d In declinatione, licet morbi impetus remiſerit, & æger in portu jam navigare videatur, Alexipharmacorum tamen uſus & calor conclavis temperatus nunquam negligatur.

2 *Paroxyſmi*:

a Ante paroxyſmum & ſub paroxyſmis vegetioribus ſola Temperantia, Abſorbentia, Abſtergentia locum habent: Alexipharmaca vero, & quaſcunque excretiones ſtimulantia exulent, uti & Analeptica, quæ commodius poſt paroxyſmum dantur.

b Sub declinatione paroxyſmi & tempore intercalari Alexipharmacis, ac, pro re nata, Analepticis agendum.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Febris *in ſe*, h. e. motus *ſecretorii* & *excretorii* ultra gradum conſuetum intenſi debent curari, i. e. tolli aut ſupprimi: *cauſa* vero ſive materia, propter quam & contra quam Febris coorta eſt, curanda, i. e. corrigenda, vel expellenda eſt.

2 Id vero vix poteſt ſimul ac ſemel fieri, ſed opus eſt juſta menſura & opportunitate temporis, quæ materia excernenda prius præparanda & ſeparanda, quam evacuanda eſt.

3 Hinc Medicus ante omnia ſecretioni neceſſarium tempus indulgeat, & quicquid illam facilitare poteſt, contribuat: ubi excretionis ſubjungendæ opportunitas ſuccedit, illa quoque placide foveatur, ſi non ſemper medicamentis, continente tamen & tranquillo regimine.

4 Tranquilla patientis continentia omnes excretiones facilitat, inquieta jactigatio aut exaſperat, aut turbat eaſdem, præcipue vero ſudorem ſenſibiliſſime cohibet.

5 Retardationes vero ſudoris, tempore debito ſponte erupturi & omni opera, placide tamen, promovendi & proſequendi, augent tenſivam & gravativam laſſitudinem artuum, protrahunt & fovent morbi durationem & in lentas typicas Febres transferunt.

6 Præmaturum tamen regimen diaphoreticum, vel etiam Diaphoretica poſitiva verſus, vel in paroxyſmo data, æſtum inutiliter augent, ſymptomata exaſperant, motus Naturæ ordinatos confundunt.

7 In omni Febre evacuationes artificiales, præpoſtero tempore inſtitutæ, vel nimium effectum præſtant, vel alium, vel utrumque.

8 In omni Febre potulenta congrua, ſufficienter conceſſa, reficiunt patientem, minuunt æſtum, promovent quietem, & ſudores debitos facilitant.

9 Potus eſto dilutus, non inebriativus, feculentus, neq; actu frigidus, neque nimiis hauſtibus ingurgitetur.

10 In Febre omnis refrigeratio corporis voluntaria, aut accidentali inſignis, noxia eſt.

11 In omni Febre regimen juſto calidius vel per medicamenta, vel per integumenta, vel per nimiam concalefactionem conclavis, ægrum præter modum debilitat, efflorescentias cutaneas aut parit, aut præmaturat, & nimis copioſe expellit, neque, deprehenſo etiam errore, ſine periculo ſtatim mutari, nedum abrumpi poteſt.

12 Sopitiones & coërcitiones motuum febrilium per Narcotica, præcipue in ipſo vigore paroxyſmorum, pervertunt legitimum Febris ſucceſſum, vires proſternunt, mentem turbant, excretiones cohibent, aut novis anomalis commotionibus cauſam præbent.

13 Itaque ſymptomata Febrium eſſentialium intrepide ſpectanda: *Appetitus* dejectio, præſertim in Acutis, parum curanda: *Sitis*, quantum ſine immodeſtia fieri poteſt, largiter ſublevanda: *Vigiliæ* nihil æſtimandæ: *Inquietudines*, a morali ægrotantis impatientia dependentes, ſeris dehortationibus prohibendæ: *Vires* interim judicioſa Analepſi fovendæ ſunt.

14 Nunquam nimium tribuatur nudæ materiæ febrilis correctioni, magis intendatur matura ejus ſecretio & excretio.

15 Materia non moveatur, niſi ſit mobilis, viæ prædiſpoſitæ & Natura ipſa ad hujus emotionem prona.

16 Si ullibi, in Febribus certe obtinet: *In tempore venire primum eſt.*

17 Salia volatilia in Acutis largius & diutius adhibita, facile tumores pedum oedematoſos, imo hydropicos affectus poſt ſe trahunt, potius Tart. Vitriolatus exhibeatur.

18 Acida temperata v. g. ſpir. Vitrioli, Clyſſus ♃ii, aciditas Citri & Berberum eximium ſitis & nimii æſtus ſolatium afferunt, ſi modo Tuſſis non obſtet, quę tamen ab acido Citri non tam facile, quam a reliquis, exaſperatur.

19 Acida illa ſibi relicta præſtat ita pura adhibere, quam per Spir. Vini dulcificata: emergit enim inde plane nova craſis adhuc incognitæ efficaciæ: Spiritus Vini vero ſenſibilem inde nanciſcitur adſtrictionem, ut ut tenerrimam.

20 Acida magis Sanguineis, Nitroſa Cholericis & Melancholicis, imo quibuslibet conveniunt.

21 Nitrum in forma pulverulenta magis alterat, in potu vero, adeoque in forma diluta exhibitum, magis lubricat.

22 Acida, ut & Saccharata, convenienter data, in Febribus non adeo reformidanda ſunt, uti Recentiores nonnulli orbi perſuadere tentarunt.

23 Mixtura ſimplex viris magis confert, quam feminis, nempe pro ſcopo diaphoretico.

CAPUT SECUNDUM.

DE

Febre Ephemera sive Diaria simplici & plurium dierum.

I. *Definitio*: EPhemera est Febris continens sine ulla remissione affligens, eum in finem instituta, ut sanguis abundans vel per Hæmorrhagiam, vel motibus auctioribus in serum conversus, per sudorem expellatur, unum vel aliquot dies durans.

II. *Differentia*.
1 Respectu *durationis*, simplex spatio viginti quatuor horarum, altera vero effluxis tribus vel quatuor diebus absolvitur.
2 Respectu *gradus* & *temperamentorum*, prouti enim subjecta comparata sunt, eo mitius vel gravius affligit.
3 Respectu *excretionis*, *finis* & *subjectorum*, in aliis enim per Hæmorrhagiam sed rarius, in aliis per sudorem, aut etiam interdum per urinam solvitur.
4 Respectu *indolis* alia est *benigna*, alia vero *maligna*: ad priorem pertinet ea, de qua hic agitur, ad posteriorem vero Febris illa pestilentialis, quæ continuis ripata sudoribus spatio viginti quatuor horarum ingentem hominum in Anglia copiam e medio sustulit, unde etiam *Sudoris Anglici* nomen obtinuit.

III. *Signa*
1 Incipit statim cum calore, sine ullo frigoris, rigoris aut horroris sensu.
2 Calor tamen magis est moderatus, quam in aliis Febribus continentibus.
3 Conjungitur capitis dolor vel æstuans, vel pro subjectorum diversitate gravativus.
4 Facies rubet & turget.
5 Pulsus est celer, frequens & plenus.
6 Appetitus & vires prosternuntur.
7 Si subjecta sunt insigniter Plethorica, adest insignis artuum lassitudo, cum doloribus lancinantibus intercurrentibus.
8 Sitis est moderata ordinarie, in aliis vero magis urget.
9 Urina interdum parum a naturali statu recedit, interdum aliquo modo est tincta, in Ephemera vero sæpius saturati aurantii est coloris: quando turbatur roleum deponit sedimentum & signa coctionis mature apparent.
10 Vigiliæ fere sunt continuæ, & si somnus ingruit, est maxime inquietus.
11 In subjectis voracibus & post ciborum assumptionem interdum observatur vomitus.
12 Si Febris ortum ex haustu frigido traxit, occurrit sensus pressionis in hypochondrio dextro.

IV. *Subjectum*.
1 Juniores Plethorici.
2 Homines temperamenti sanguineo-cholerici & sanguineo-melancholici, poroso habitu corporis præditi.
3 Consuetorum sanguinis fluxuum suppressione laborantes & evacuationes sanguinis artificiales negligentes.
4 Laute viventes & otio dediti.
5 Episcopi, Abbates & Monachi, vid. *Forest. lib. I. Obs. XI. in Scholio ex Savanarola*.
6 Quibus Plethora per iram graviorem, motum corporis nimium, potum spirituosum, æstum solis & ignis, vigilias nimias, Venerem &c. commota fuit.
7 Qui potum frigidum corpore æstuante assumserunt.
8 Qui corpus sudore madidum aeri frigido exposuerunt.

V. *Prognosis*.
1 Febris Ephemera simplex, si modo non pervertitur per malum regimen & imprudentem medicationem periculo ordinarie caret & brevi finitur.
2 Solvitur ordinarie per largum sudorem.
3 Si multum adest materiæ morbificæ, ex simplici facile fit Ephemera plurium dierum.
4 Si æger nullo sudore corripitur, aut si quidem sudaverit & Febris tamen ex integro non desinat, quod monstrat pulsus aliæque reliquiæ Febris, ultra consuetum tempus durantes, indicium est Ephemeram simplicem in alium morbum transire.
5 Transit autem facile tam simplex, quam plurium dierum, vel in Synocham, vel in Febrem lentam vel Hecticam, partim diætæ, partim curationis vitio.
6 Quo magis corpus est macilentum & siccum, eo facilius etiam sequuntur hectica pathemata.
7 Hecticam ante fores esse colligitur exinde, si Ephemera diem naturalem excedit, Febris est uniformis: Calor est intensior post sumptos cibos: Pulsus durus, parvus & æqualis. *Vid. Forest. L. I. Obs. 7. in scholiis*.
8 Si corpus est insigniter Plethoricum, eo facilius in Synocham stricte sic dictam mutatur Ephemera.
9 Sin vero est simul Cacochymicum, Synocha Veterum putrida metuenda est, si scil. transit diem naturalem: calor augetur: Urina tingitur sine coctionis signis; si male olet, perseverans cum corporis fœtore, ac aliarum rerum exeuntium: pulsus fit diversus ac diastole minuitur, systole vero augetur. Vid. *Forest. l. c.*

VI. *Remedia*.
1 Sanguinis turgescentiam & æstum mitigantia: Nitr. depur. regener. Salia media Tart. Vitriolat. Arcan. dupl. Mater Perl. Conch. Citrat. Emulsiones, Julepi, Decoct. Rad. Cichor. Hord. Succ. Citr. rec. in potu sufficiente aut in Potiunculis, it. Clyss. ʒii.
2 Diaphoresin promoventia: Aquæ destillatæ simplices Galeg. Scabios. Flor. Tiliæ &c. ʒ diaphoret. Bezoard. miner. Potus calidus radicibus temperate alexipharmacis aliquantillum alteratus.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans.

℞. *Conch. citrat.* *Div. in 6. p. æq.*
Nitr. ʒiat. ℥ j. *D. 4. vel 6. horis dos. j.*
Cinnab. ʒii gr. 17. *M.*

2 Julepus temperans.

℞. *Aq. Scabios.* *Ceras. acid.*
Plantag. *Rib.*
Pl. Acac. *Succ. Citr. rec. ℥.* ʒß.
Samb. ℥. ʒij. *Sir. aceto s. Citr.* ʒiß. *M.*
C. C. citrat. ʒj. *D. sæpius cochleatim.*
Rob. Cydon.

3 Potiuncula diapnoica.

℞. *Aq. Galeg.* ʒ *diaph. ℥.* ℈ij.
Scorzon. ℥. ʒij. *Sacch. Canar.* ʒij. *M.*
Cinnam. ʒß. *D. vesperi sing. 2. vel 3. horis cochl. ij.*
Lap. ♋.

4 Emulsio diapnoico-discutiens & temperans.

℞. *Amygd. dulc.* *F. l. a. Emulsio.*
Sem. Citr. *Colat.* ʒviij. *adde*
Card. Mar. ℥. ʒiij. *Matr. Perl.*
Aqu. Flor. Acac. ʒ *diaph. ℥.* ʒj.
Rub. id. *Sacch. Canar. q. s.*
Scorzon. ℥. q. s. *M. D. sæpius cochleatim.*

5 Species pro potu.

℞. *Ras. C. C.* *Adde Pom. Citr. in frust. disciss. No. j.*
Rad. Scorzon. ℥. ʒj. *Colat. D. calide aut frigide.*
Coq. in Aqu. ℔iv.

VII. *Methodus Medendi*.
1 Cum Febres Ephemeræ inpr. simplices non sint vehementes, sed admodum mites & cito etiam transeant, hinc Medici opera rarissime opus est.
2 Si autem Medicus ad Ephemera laborantem vocatur, præscribat primo temperantia, qualia sunt Nitrosa, absorbentia, acida &c. ut hoc modo orgasmus sanguinis aliquo modo mitiget ur.
3 Vesperi vero, inprimis quando indicia quædam sudoris imminentis adsunt, missis prioribus, exhibeatur

tur Potiuncula diapnoica ad promovendum ſudorem, quo probe ſuccedente brevi etiam totus finitur morbus.

4 In Ephemera plurium dierum eadem remedia recenſito ordine exhibeantur.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Quia Febris hæc ordinarie lenis eſt, ideo etiam Medicus leniſſima methodo uratur: ſufficit ordinarie quieta in lecto continentia & ſufficiens potus calidus ad diluendum ſanguinem & procurandum ſufficientem ſudorem.

2 Abſtinendum tamen eſt a nimia potus inpr. frigidi ingurgitatione, utpote qui ſudoris in hac Febre ſumme neceſſarii excretionem impedit, & actu fluentem ordinarie ſiſtit.

3 Si in ſubjectis voracibus ſub invaſione morbi vomitus urgent, nunquam ſtatim ſupprimantur, ſi vero etiam poſtea nimii ſunt, convenientia, ipſum tamen morbum non exaſperantia, exhibeantur remedia. Tali in caſu ſufficere poſſunt pulveres abſorbentes & digeſtivi cum conrice Chacarillæ.

4 In ſubjectis inſigniter Plethoricis Venæſectio interdum locum habet, ea tamen nunquam promiſcue in uſum trahatur.

5 Si alvus eſt obſtructa Clyſteres non ſine fructu injiciuntur, abſtinendum tamen eſt a fortioribus commoventibus, ne Febris mitior in graviorem cum damno mutetur.

6 Diaphoretica fixa debito tempore exhibita inſignem habent uſum in hiſce Febribus, alexipharmaca tamen, inpr. fortiora ad Hecticam viam facile ſternunt.

7 Volatilia Febres haſce corrumpunt, & ſudores vel nimios excitant, vel eoſdem prorſus impediunt, & Febribus inflammatoriis portam pandunt.

8 Fugiendus quoque eſt abuſus acidorum & nitroſorum, (quorum illa, legitime uſurpata, Sanguineis, hæc vero Cholericis conveniunt) ne humores nimis incraſſentur & ſudor impediatur.

9 Finita Febre ad expurgandas primas vias Purgantia proſunt, lenia tamen ſint oportet, uti ſunt Pilulæ Stahlianæ, Beccherianæ, Rhabarbarum, Magneſia &c.

10 Præſervatorie in ſubjectis diſpoſitis Venæſectio egregium habet uſum, ſemper tamen convenienti inſtituatur tempore.

11 Fugiendus quoque eſt motus corporis nimius commotioni Plethoræ anſam præbens.

12 Tandem abſtinendum eſt ab omnibus iis, quæ quocunque modo ad productionem talium Febrium conferre poſſunt.

Caput Tertium.

De

Febre Synocha ſive Continente.

I. *Definitio.* Synocha eſt Febris continens æquali fere æſtus tenore abſque remiſſione uſque ad finem continuans, in qua Natura Plethoram vel per Hæmorrhagiam narium vel per ſudores imminuere conatur.

II. *Differentia.*

1 Ab *Ephemera ſimplici* & *plurium dierum*, quæ paucis diebus finiuntur, cum e contra hæc ad ſeptimum & decimum quartum uſque diem extendatur.

2 A *Synocha putrida* Veterum, quæ eſt compoſita magis, & præter quantitatem, qualitatem etiam ſanguinis vitioſam pro cauſa agnoſcit.

3 A *Febre continua*, in qua caloris remiſſio obſervatur, quæ in hac continuo durat.

4 A *Febribus ardentibus*.

a Reſpectu *cauſæ*, quæ in Ardentibus eſt bilis, in Synocha vero Plethora.

b Reſpectu *ſymptomatum*, quæ in Ardentibus ſunt graviſſima, in Synocha vero mitiora & diverſa. *Vid. Cap. 6.*

c Reſpectu *ſolutionis*: Ardentes enim per vomitum & ſeceſſum ſolvuntur; Synocha vero per Hæmorrhagiam & ſudores.

III. *Signa.*

1 Invadit ordinarie ſummo mane ante diluculum, ſecunda vel tertia circiter hora.

2 Incipit ſtatim cum inſigni calore, ſine horrore.

3 Cui jungitur capitis dolor vehemens & lancinans.

4 Faciei adeſt rubor & turgeſcentia cum inflatione oculorum & vaſorum, ac pulſatione temporum.

5 Concurrunt vertigines, tinnitus aurium & mentis perturbationes.

6 Sitis inſigniter urget.

7 Reſpiratio eſt anheloſa & ſuſpirioſa.

8 Adſunt graves anxietates & anguſtiæ oppletivæ.

9 Ægroti ſunt admodum inquieti in lecto.

10 Appetitus deficit.

11 Vires ſunt proſtratæ.

12 Alvus ordinarie eſt ſicca.

13 Urina eſt pellucida & rubra.

14 Affligunt quoque ægrotantes tenſiones moleſtæ in artubus.

IV. *Subjecta.*

1 Homines temperamenti humidioris, Plethorici.

2 Perſonæ juniores, adoleſcentes mediæ ætatis.

3 Plethoram propter varias cauſas nimium commoventes. *Conf. Tab. præced.*

V. *Prognoſis.*

1 Licet Febris hæc per ſe non ſit adeo periculoſa, per ineptam tamen curationem & malam Diætam facile periculoſa fit.

2 Si legitime decurrit, ſeptimo die finitur, ſin minus ulterius adhuc ſe extendit.

3 Optimum ſignum eſt, ſi die quarto coctionis ſigna in Urina apparent.

4 Si die quarto Hæmorrhagia lenis ægrotos corripit, eadem die ſeptimo, niſi Natura turbetur, morbum ſolvet.

5 Narium Hæmorrhagia in iis, quæ annum trigeſimum nondum attigerunt, ſemper melioris eſt ſpei, quam in illis, qui dictum terminum jam ſuperarunt.

6 Narium Hæmorrhagia critica ſufficiens ſit neceſſe eſt, nam nihil paucum eſt criticum, alias vel morbum non ſolvit, vel alia mala, deliria ſcil. Phrenitides & Convulſiones poſt ſe trahit.

7 Hæc autem mala eo facilius ſequuntur, ſi præſente etiam congeſtione nulla prorſus ſequitur Hæmorrhagia.

8 In ætate conſiſtente ſolvitur ordinarie per ſudores vel criticos, vel ſucceſſivos.

9 In provectioribus, ſi male cedit Synocha, affectus ſoporoſi ſequuntur.

10 Si anguſtiæ oppletivæ & ſuffocativæ ſyncopales nimium urgent, facile in principio junguntur Peripneumoniæ, in incremento vero & ſtatu Anginæ.

11 Exoleſcente impetu Febris, inpr. ſi ſpiſſior eſt ſanguinis conſiſtentia, facile ſequuntur Febres Hecticæ & tumores oedematoſi.

12 Quo facilior eſt reſpiratio, eo melior quoque morbi eſt ſtatus.

VI. *Remedia.*

1 Sanguinem imminuentia & orgaſmum temperantia: Venæſectio, Nitroſa, abſorbentia, potus ſufficiens, Emulſiones, Julepi &c.

2 Diaphoreſin promoventia: ♁ diaphoret. Bezoard. miner. Aqua Scabioſ. Scorzon. Fl. Acac. Samboc. Galeg. &c. Eſſ. Alexiph. Stahlii. Mixt. ſimpl.

3 Alvum aperientia: Clyſteres, Suppoſitoria.

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula temperans.

℞. *Aq. Fragor.* ℥iii. *Sir. Ceraſ. acid.* ℥ß. *M.*
C. C. Citr. ℥j. *D. Cochleatim.*
Tinct. Fl. Bellid. ℥ß.

2 Pulvis temperans.

℞. *Conch. citrat.* *Cinnab.* ℈ij gr. 18 *M.*
Nitr. regener. *Div. in 6. p. aq.*
Sal polychr. ā. ℈ij. *D. ſing. 4 horis doſ. ſ.*

3 Emulſio temperans & diapnoica.

℞. *Aq. Galeg.* *F. l. a. Emulſio.*
Scorzon. *Colat.* ℥viii. *adde*
C. B. q. ſ. ♁ *diaph.*
Amygd. dulc. *Matr. Perl. ā.* ℈ij.
Sem. Citr. *Sacch. q. ſ. ad grat. M.*
Card. Mar. ā. ʒiii. *D. ſæpius cochleatim.*

Potiuncula diaphoretica.

℞. *Aq. Scabioſ.* *Conch. ppt.*
Fl. Samb. *Nitr.* ♁ *at. ā* ʒſs.
Acac. ā. ʒſſs. *Sacch. Canar.* ʒij. *M.*
Bezoard. min. *D. ſing. 3. hor. cochl. ij.*

5 Julepus temperans & analepticus.

℞. *Aq. Borrag.* *Rib.*
Bugloſſ. *Berb.*
Roſar. *Cerat. acid. ā.* ʒiij.
Galeg. *Confect. alkerm. inc.* ʒſs
Cinam. cyd. *Sir. acetoſ. Citr.* ʒj. *M.*
Namph. ā. ʒj. *D. cochleatim,*
Rob. Cydon.

6 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Eſſ. alexiph.* *Vitriol.* ℈j. *M.*
Pimpin. alb. ā. ʒij. *D. gutt. 25. 30. veſperi vel*
Spir. Tart. ʒj. *poſt mediam noctem.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Cum in hac Febre Natura Plethoræ, tanquam cauſę continentis, imminutionem quærat, Venæſectio reliquis remediis merito præmitti debet, hæc enim ſola eſt Febris, quæ eam commode fert, ſi vero in aliis quoque interdum utilis deprehenditur, id fit potius ipſius individui quam Febris intuitu. Hac ipſa Venæſectione mature inſtituta Febris Synocha admodum etiam mitigatur, ut curſum ſuum tranquille, ſine gravibus ſymptomatibus abſolvat.

2 Peracta Venæſectione exhibeantur partim temperantia ſupra allegata, ad orgaſmum ſanguinis mitigandum, partim diaphoretica & quidem fixa cum temperantibus mixta, ut hoc modo humores ad peripheriam corporis ferantur & eo facilius ſequatur humorum per cutim excretio.

3 Si Medicus nimis ſero vocatur, ita ut nullus amplius Venæſectioni ſit locus, modo dictis remediis interponantur lenia alexipharmaca, qualia ſunt Eſſentia alexipharmaca Stahlii & Mixtura ſimplex: commode autem exhibentur tempore veſpertino & paulo poſt mediam noctem, hoc enim modo diaphoreſis placida optime promovetur.

4 Si æſtus & ſitus nimium urgent, vel ſupra præſcripta temperantia & Nitroſa, vel Julepi ex Aquis diapnoicis & ſucco citri aut Clyſſo ♁ii exhibeantur, quæ ſymptomatibus hiſce optime conſulunt.

5 Si alvi adeſt obſtructio ea per Clyſteres aut ſuppoſitoria non adeo acria tollatur: alvi enim libertas multum contribuit ad ſymptomatum mitigationem.

6 Si Angina huic Febri & quidem mature ſuperveniat, Venæſectio larga in brachio inſtituatur, ac ipſæ quoque raninæ, ſitumidæ ſunt, aperiantur. Interius vero ſumantur temperantia & diaphoretica fixa ad temperandum æſtum & diaphoreſin promovendam. Conveniunt quoque Gargariſmata, Vid. *Formulas*.

7 Si morbus eſt in declinatione conveniunt lenia laxantia, inpr. vero Rhabarbarum.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Venæſectio optime quidem convenit in Febribus continentibus, ſequentes tamen Cautelæ ut obſerventur neceſſe eſt:
- a Ut mature primo vel ſecundo ſtatim die, Urina adhuc cruda exiſtente, inſtituatur.
- b Ut ſufficiens ſanguinis quantitas, unciæ ſcil. ſex vel octo emittantur.

2 Si morbus jam eſt in ſtatu & ſigna coctionis nondum apparent, Venæſectio interdum adhuc locum habet, ſed regimen placide diaphoreticum ſubjungendum eſt, ne humorum congeſtiones ad caput cum periculo fiant: ſæpius tamen præſtat ab ea illo tempore abſtinere.

3 Si vero ſigna coctionis jam præſto ſunt, peſſimo conſilio Vena ſecatur: turbantur enim per eam placidæ & ſumme neceſſariæ per diaphoreſin excretiones; fiunt inſignes congeſtiones ad caput, quas vel Hæmorrhagiæ enormes, vel deliria, vel convulſiones, vel affectus ſoporoſi ſequuntur.

4 Purgantia & Vomitoria ſæpius totum morbum pervertunt. Vir Sanguineo-Cholericus triginta & aliquot annorum circa veſperam ira commovebatur, quam commotionem ſequenti die mane Febris continens excipiebat: ſumebat hinc ſuaſu cujuſdam illo ipſo die in æſtu febrili vomitorium, quod copioſos vomitus producebat; Febris videbatur mitigata aliquo modo; cum vero calor nihilominus continuaret, altero die ſecabatur vena in brachio; tertio ad mitigandam Febrem purgatio inſtituebatur & quarto, quoniam de auctioribus doloribus capitis conquerebatur, vena in pede aperiebatur: cum vero morbus majora ſemper incrementa caperet, die quinto vocabar ad eum; Urina erat cruda, dolores capitis erant inſignes, facies torva &c. & aliquoties ſanguinis guttæ e naribus ſtillabant: præſagiebam deliria, quæ etiam a meridie ſequebantur: ſexto die interdum mens conſtabat, interdum vero vacillabat. Septimo die circa meridiem dolores capitis prorſus evanuerant, cum maximo gaudio adſtantium: cum vero mortem inſtare aſſererem, irridebar ab iis: ſed hora ſeptima veſpertina moriebatur. Alius eodem tempore tali Febre corripiebatur, quæ tamen magis compoſita erat, tertio die vocabatur Medicus, qui Purgantis uſum ſuadebat ac quarto die Venæſectionem; quidam conſanguineorum ex me quærebat, utrum Venæſectio utilis vel neceſſaria eſſet? & cum utrumque negarem ac me gravia deliria metuere aſſererem, hic ad ægrotum properabat, ſed vena jam ſecta erat; Lipothymia ſtatim ſequebatur Venæſectionem & paucis elapſis horis deliria continua accedebant, quæ ad mortem uſque, ſexto die ſupervenientem, continuabant. Secundo Praxeos meæ anno conſulebar ab ægroto ſimili Febre laborante; tertius jam erat dies; venam apperire jubebam, ſed quarto gravia ſequebantur deliria, quæ non niſi decimo ſeptimo die finiebantur, & æger præter meam ſpem & opinionem evadebat. Illud adhuc notandum eſt, quod quinto die mane accederet Hæmorrhagia narium, quæ quotidie fere ſed ſine ullo levamine ægrotum affligebat.

5 Omnia Volatilia in hac Febre prorſus nullius ſunt uſus quoniam placidam excretionem turbant, & Inflammationes internas vel invitant, vel actu producunt; vel ad minimum tumores cachecticos poſt ſe trahunt.

b Abſtinendum quoque eſt ab Opiatis, quæ alias ad ſedandos capitis dolores a quibuſdam laudantur, quoniam motus neceſſarios ſupprimunt & excretiones impediunt, adeoque affectibus ſoporoſis & gravioribus deliriis viam ſternunt.

7 Nimia refrigerantia, emulſiva & acida ſanguinem nimium inſpiſſant & varia pathemata, inprimis ſtaſes mucoſas, hinc inde & quidem præcipue in faucibus producunt, quare fugienda ſunt; ſi vero in uſum trahuntur, præſertim quando nulla Vena ſecta fuit, alexipharmaca iiſdem ſemper interponantur.

8 Tincturæ bezoardicæ, quarum compoſitionem Camphora, Myrrha & Opium ingreditur, in hacce Febre nullum habent locum, quoniam humores nimis exagitant, & graves turbas producunt.

9 Quietam continentiam in lecto ægrotantes ſemper ſervent, ne placida diaphoreſis impediatur.

10 Omne regimen nimis calidum in hiſce Febribus ſumme noxium eſt.

11 Fugiant quoque ægrotantes animi commotiones graviores, quæ ſæpius momento citius totum morbum bene etiam ſuccedentem corrumpunt.

12 Præſervationis gratia inſtituantur ad Plethoram imminuendam Venæſectiones & ægroti abſtineant ab omnibus iis, quæ Plethoram commovere ſolent.

CAPUT QUARTUM,

DE

Synocha putrida ſive Continente compoſita.

I. *Definitio.* SYnocha putrida eſt Febris compoſita ex continente & continua, in qua principium vitale ſive Natura abundantiam ſanguinis imminuere, & ſimul vitioſam ejus qualitatem corrigere & expellere nititur.

II. *Differentia.*
1 A *Synocha ſimplici*, reſpectu compoſitionis ſive Febris continuæ concurrentis.
2 Ab *Ardente*. Vid. *Tab. præced.* & ſeq.

III. *Signa.*
1 Invadit interdum uti Synocha ſimplex cum inſigni æſtu.
2 Interdum vero cum horrore incipit, quem æſtus gravior ſequitur.
3 Accedunt dolores capitis lancinantes, turgeſcentia & rubor faciei oculorum, reſpiratio profunda & laboriosa, anxietates oppletivæ &c. *Vid. Tab. præced.*
4 Pulſus eſt magnus frequens & celer.
5 Urina eſt rubicunda.
6 Conjunguntur tenſiones moleſtiſſimæ dorſi & artuum, quæ ſe tam in exacerbationum principio, quam eorum decremento manifeſtant.
7 Omnia ſymptomata hic ſunt graviora, quam in Synocha ſimplici.
8 Hæc non continuo affligit eodem æſtus gradu uti Synocha ſimplex, ſed ſuas habet exacerbationes & aliquales remiſſiones.
9 Æſtus eſt major ac in continua ſimplici: adeoque ex hoc ipſo & aliis præcedentibus facile apparet Febrem eſſe complicatam ſive compoſitam.

IV. *Subjecta.*
1 Juniores Plethorici.
2 Diæta lauta utentes & corpus immoderate moventes.
3 Spiſſitudine ſimul ſanguinis aut alio ejus vitio laborantes.
4 Subtilem orgaſticam materiam in ſanguine abundanti habentes.
5 Evacuationes ſanguinis conſuetas negligentes.
6 Suppreſſione fluxuum ſanguinis afflicti.
7 Corpus ſudore madens aeri frigido exponentes. Vid. *Tab. præcedentes.*

V. *Prognoſis.*
1 Quoniam morbus hic eſt complicatus & duplicem etiam cauſam, abundantiam ſcil. ſanguinis ejuſque vitioſam qualitatem, habet, ideo etiam majori periculo exponit ægrotantes, quam Synocha ſimplex & Febris continua.
2 Quo mitiora ſunt ſymptomata, eo melior eſt ſtatus, quo gravior eo pejor.
3 Quando ſymptomata continuo ingraveſcunt, peſſimum eſt indicium.
4 Quo citius ſigna coctionis in Urina apparent, eo major reſtitutionis eſt ſpes.
5 Urina alba in Synocha mortem denotat. *Foreſt. Lib. I. Obſerv. 15. in Schol.*
6 Febribus hiſce pro diverſitate congeſtionum facile junguntur variæ Inflammationes, aliique affectus.
7 In junioribus e. g. Phrenitides, Convulſiones, Peripneumoniæ, Anginæ, in ſenibus affectus ſoporoſi, in aliis inflammationes inteſtinorum, viſcerum, uteri &c.
8 Emiſſio lachrymarum involuntaria, pulſus debilis atque deficiens, Urina pauca, livida aut nigra periculum ſignificat. *Foreſt. l. a. Obſ. 11. in Schol.*
9 Somnus profundus ac difficultas ſermonis malum portendit. ☉☉. *id.*
10 Si legitimo modo procedit, ſolvitur in junioribus per Hæmorrhagias narium criticas, in conſiſtente vero ætate per ſudores, tam criticos, quam ſucceſſivos.

VI. *Remedia.*
1 Abundantiam ſanguinis imminuentia, Venæſectio in brachio, ſub lingua.
2 Æſtum ſanguinis temperantia: Nitroſa, abſorbentia, ſalia digeſtiva, Emulſiones, Julepi.
3 Diaphoreſin placide promoventia: Bezoard. miner. ♁ diaphoret. Eſſent. Alexiph. Stahlii, Mixt. ſimplex.
4 Alvum aperientia: ſuppoſitoria, Clyſteres.

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula diapnoico-temperans.

℞. *Aq. Fl. Acac.* *Matr. Perl.*
Galeg. *Nitr. perlat. ā. ʒß.*
Scorzon. *Tab. Mixſt ſ. ʒij. M.*
C. C. citrat. ā. ʒj. *D. ſing. 2. vel 3. horis cochl.*
♁ *diaph.* *ij.*

2 Alia diapnoico-alexipharmaca.

℞. *Aq. ſcabioſ.* *Sir. acetoſ. citr. ʒvj. M.*
Card. bened. *D. alternatim cum præcedente.*
Fl. Til. ā. ʒjß.
Mixt. ſimpl. ʒjß.

Reliquas Formulas Vid. Tab. præced.

VII. *Methodus medendi.*
1 Cum Plethora ordinarie in hocce affectu urgeat, ea mature inſtituatur, ſi aliæ circumſtantiæ eam permittunt, ut hoc modo Febris imminuatur, & materiæ orgaſticæ excretio promoveatur.
2 Id quod ut eo melius contingere queat, Venæſectioni ſubjungantur blanda diaphoretica fixa cum temperantibus mixta, quo eorum ope humores ad peripheriam corporis ferantur & materia vitioſa debito tempore per eam excernatur.
3 Hiſce interponatur uſus Eſſentiæ alexipharmacæ aut Mixturæ ſimplicis, hæc enim miaſmata ſanguini inhærentia aliquo modo fortius ad habitum corporis urgent, eorumque excretionem facilitant.
4 Inſignem quoque in hoc affectu efficaciam habent Emulſiones temperantes ex Sem. Card. Mariæ aliiſque paratæ, ut & Julapia, ſi reliquis remediis interponuntur, quoniam metuendum nimium orgaſmum præcavent & præſentem tollunt.
5 Alvus continuo aperta ſervetur per Clyſteres emollientes, qui ſubinde repeti poſſunt; alvo enim aperta translationes humorum ad caput, quæ frequentiſſime in hoc morbo occurrunt, præcaventur & imminuuntur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*
1 Venæſectio interdum quidem inſignem habet uſum in hiſce Febribus, quando Plethora nimium urget, non tamen indifferenter in omnibus inſtituatur.
2 Si ſubjecta frequentibus alias ad caput congeſtionibus ſine ſubſecutis Hæmorrhagiis obnoxia fuerunt, caute quoque cum Venæſectione procedendum eſt, quoniam eam, inpr. ſi intempeſtivo tempore inſtituitur, graviſſimæ ad caput congeſtiones cum inſigni periculo ſequuntur, quibus non ita facile mederi poſſibile eſt.
3 Semper autem, ubi neceſſitas Venæſectionem urget, in primo ſtatim principio ea inſtituatur & quidem in ſatis larga quantitate, quod ſi negligatur, graviora ſemper damna ſequuntur.
4 Cum vero nihilominus peracta Venæſectione ſæpius circa criticos dies graves ſequantur congeſtiones ad caput, quæ deliria & Phrenitidem ordinarie poſt ſe trahunt, verſus dies criticos ad hæcce præcavenda vel vena frontis vel ſublingualis aperiantur.
5 Poſt quamvis Venæſectionem in tali Febre compoſita diaphoretica fixa cum alexipharmacis lenibus in uſum trahantur, ut liber motus humorum ad peripheriam corporis conſervetur & congeſtiones ad caput præcaveantur.
6 Nunquam tamen præſcribantur calida volatilia ſanguinis orgaſmum magis augentia & congeſtiones ad caput cum variis malis conſectariis producentia.

7 Peſſima eſt quorundam Practicorum methodus in talibus Febribus, qui in principio ſtatim Vomitoriis, Purgantibus & Venæſectionibus repetitis utuntur, Natura enim per talia remedia prorſus a ſuo ſcopo revocatur, & materia noxia cum magno periculo ad viſcera derivatur. Adoleſcens hujus loci viginti annorum temperamenti ſanguinei corripiebatur tali Febre, Medicus quidam conſultus illico Vomitorium præſcribebat, ac tertio die vena brachii aperiebatur. Vocabar tertio die veſperi ad eum: adſtantes referebant ægrotum poſt aſſumptum evacuans plus quam vigeſies vomuiſſe & alvum depoſuiſſe, poſt Venæſectionem vero ſtatim delirare incepiſſe. Præſcribebam Potiunculam diapnoicam & Eſſentiam alexipharmacam Stahlii & Emulſionem ex Amygdalis dulcibus, ſemine Citri & Cardui Mariæ cum Aquis diaphoreticis paratam, quibus analeptica interponere jubebam. Urina erat cruda ac deliria furioſa ad undecimum uſque diem continuabant: tandem cum hæc remedia continuarentur ipſo undecimo die coctionis ſigna in Urina apparebant, ac die decimo quinto æger ad ſe redibat. Femina fere quinquagenaria tum temporis eadem Febre corripiebatur, præſcribebatur a quodam purgans & Venæſectio aliquoties inſtituebatur, exhibebatur etiam Tinctura bezoardica ad venenum e tempore expellendum: die ſeptimo, cum ad illam vocarer, Purpura miliaris erumpebat, deliria a quarto jam die aderant, præſcribebam lenia alexipharmaca & diaphoretica cum analepticis, ſed nono die accedebant Lipothymiæ graves, quas mors excipiebat.

8 Terræ ſigillatæ aliaque adſtringentia, alexipharmaca credita, quæ vulgares Pulveres bezoardicos ingrediuntur, hic nullius ſunt uſus, quia tranſpirationem neceſſariam magis retardant, quam promovent.

9 Omne regimen calidum & coactum in hiſce Febribus noxium eſt, magis convenit quieta & tranquilla continentia in lecto.

10 Verſus dies criticos a refrigerantibus abſtinendum & potius diaphoreticis & alexipharmacis inſiſtendum eſt, ut evacuationes neceſſariæ eo melius promoveantur.

11 Satius eſt evacuationes criticas, etiam nimias viſas, tolerare, quam imprudenti medicatione eas ſupprimere, facilius enim eſt damna a nimia criſi inducta reparare, quam iiſdem, quæ ſuppreſſionem earum ſequuntur, mederi: ſequuntur autem ordinarie Oedemata, Cachexiæ, Hecticæ, Hydropes &c.

12 Si alvus eſt aperienda, ſufficit, ſi ſingulis binis vel ternis diebus Clyſter injicitur.

13 Potus ad diluendam maſſam ſanguineam ſemper in ſufficienti copia concedatur, abſtinendum tamen eſt a frigido, neceſſarias ſecretiones & excretiones turbante: potius convenit calidus aquæ potus, alexipharmacis aliquantum alteratus.

14 Animi tranquillitas omnibus tali Febre laborantibus ſumme commendanda eſt, graves enim animi commotiones excretiones impediunt.

15 Veſicatoria, quæ a quibuſdam ignaris in hujuſmodi Febribus commendantur, æſtum magis promovent, quam imminuunt & Inflammationibus internis anſam præbent.

16 Externa refrigerantia oleoſa & narcotica temporibus ad imminuendum capitis dolorem applicita interdum quidem aliqualem habent uſum, ſæpius tamen etiam fruſtra applicantur.

17 Oleum magnum Scorpionum Matthioli cum aliis ſcrobiculo cordis & carpis applicatum magis ad curialia, quam ad vera curativa pertinet remedia.

18 Nimia remediorum copia, uti in omnibus morbis, præcipue auctis, ita & in hiſce quam maxime fugienda eſt; Natura enim paucis, convenientibus vero, remediis contenta eſt, & ægroti paucis tractati ordinarie citius & certius convaleſcunt, quam ſi multa iiſdem exhibentur.

19 Quoniam tales morbi complicati frequentibus obnoxii ſunt mutationibus, ideo Medicus etiam ſerio ad illos attendat, & neceſſaria ac convenientia remedia præſcribat: nunquam tamen extra neceſſitatis caſum illaudabilem eorum ſequatur methodum, qui, ut ſe reddant neceſſarios, viſitationes faciunt neceſſarias, atque hinc iiſdem ægrotantes obruunt.

20 Poſt ſuperatum morbum ad præcavendam recidivam ſemper exhibeantur lenia laxantia.

21 Præſervationis gratia tempeſtivæ inſtituantur Venæſectiones, reliquaque ſanguinis depurationi dicata non negligantur, ac omnia, quæ Maſſam ſanguinis commovere ſolent, fugiantur.

CAPUT QUINTUM.

DE

Febre Continua.

I. *Definitio.* FEbris continua eſt ſpecies Febrium acutarum, in qua Natura ope motuum ſecretoriorum & excretoriorum auctorum vel materiam quandam ſubtilem & orgaſticam ad ſanguinis nimiam reſolutionem & quidem putredinoſam producendam aptam, vel lympham vitioſam corrigere & expellere conatur, ſenſibiles remiſſiones habens.

II. *Differentia.*

1 A *Febre continente*, quæ ſine horrore incipit atque eodem æſtus tenore ad finem uſque fere durat, cum econtra continua cum horrore invadat atque ſenſibiles remiſſiones habeat.

2 Differt etiam hæc Febris reſpectu *cauſarum, temperamentorum & graduum*, quorum intuitu vel gravius, vel mitius affligit.

III. *Signa.*

1 Invadit ordinarie cum horrore, non quidem continuo, ſed cum calore in principio aliquo modo alternante & ſæpius recurrente, non tamen diu, ut in intermittentibus, durante.

2 Quem excipit æſtus, ſenſim ſenſimque increſcens.

3 Cui jungitur inſignis capitis dolor.

4 Adeſt ſitis cum oris & faucium ſiccitate.

5 Appetitus & vires proſternuntur cum tenſione gravativa in artubus.

6 Pulſus eſt celer & frequens.

7 Conjungitur etiam interdum inſignis nauſea & actualis vomitus, inpr. ſi cruditates in Ventriculo hærent.

8 Somnus eſt nullus, vel admodum inquietus.

9 Urina eſt tenuis & rubicunda.

10 Alvus ordinarie eſt obſtructa.

11 Poſt quartum diem, ſi Febris debito modo procedit, poſt quem vis Paroxyſmum ſequitur lenis mador ac tandem actuales ſudores.

12 Nunquam tamen color reliquaque ſymptomata febrilia plane intermittunt, ſed continuant ad novam uſq; exacerbationem, ubi iterum ingraveſcunt.

IV. *Subjecta.*

1 Homines juniores & mediæ ætatis.

2 Cholerici & Sanguineo-Cholerici.

3 Ad iram maxime proni.

4 Materiam ſubtilem orgaſticam in humoribus habentes.

5 Sanguinis fluxuum conſuetorum ſuppreſſione laborantes.

6 Vino & liquoribus ſpirituoſis indulgentes.

7 Neceſſarias aſſuetas evacuationes ſeri & ſanguinis negligentes.

8 Corpus calidum frigido aeri exponentes.

9 Motu immoderato corpus exercentes.

V. *Prognoſis.*

1 Si præſentibus in Ventriculo cruditatibus ab initio ſtatim hujus febris vomitus oriuntur, bonum eſt reliquus morbi curſus, niſi alia obſtent, levior eſt.

2 Quo citius ſigna coctionis in Urina conſpicua fiunt, eo facilius etiam ſequitur totius morbi curatio.

3 Si legitime decurrit hæc Febris, quarto die ordinarie coctionis ſigna apparent, quæ ſudor ſucceſſive poſt

quam-

quamvis remiſſionem ſequitur cum euphoria.

4 Si Febris hæc occupat ſubjecta Plethorica, ſemper gravior eſt, quoniam duplex h. m. Naturæ objicitur labor, primario quidem repurgatio Maſſæ ſanguineæ a materia ſubtili orgaſtica, ſecundario vero imminutio Plethoræ, quæ principalem actum admodum turbat.

5 Quo magis diſpoſita ſunt ſubjecta ad excretionem diaphoreticam & diureticam, eo facilius etiam morbus per dictas excretiones ſolvitur.

6 Si quarto die coctionis ſigna apparent, utplurimum ſolvitur die ſeptimo, ſin minus, ad decimum quartum uſque extenditur.

7 In ſubjectis junioribus & Plethoricis Natura interdum Febrem per Hæmorrhagias narium die critico contingentes vel ſenſibiliter imminuit vel prorſus ſolvit. Vidimus hoc in duabus ſororibus, quarum altera erat quinque, altera ſeptem annorum, utraque erat Plethorica & ſanguinea a ſimilis conſtitutionis parentibus genita. Hæ tempore verno corripiebantur hora circiter quarta pomeridiana levi horrore, quem æſtus reliquaque ſymptomata febrilia ſequebantur, verſus diſuculum aliqualis obſervabatur remiſſio, calore febrili cum reliquis ſymptomatibus, quamvis in mitiori gradu, nihilominus continuantibus. Circa veſperam recurrebat exacerbatio cum reliquis accidentibus. Durabant hæc ad quartum uſque diem, ubi natu minor Hæmorrhagia narium larga corripiebatur, quæ eam a Febre liberabat. In altera non niſi aliquot ſanguinis guttæ e naribus erumpebant, & bina Febris ad ſeptimum uſque continuabat, quo ipſo die verſus meridiem per eandem Hæmorrhagiam ſolvebatur.

VI. *Remedia.*

1 Plethoram, ſi præſto eſt, imminuentia t Venæſectio mature inſtituta.

2 Temperantia & abſtergentia: Nitrum depur. ♁iatum, regeneratum, Arcanum duplicatum, Tart. Vitr. Conchæ citratæ, Lapides ♋, Mater Perlarum, ſuccus citri, ſirupus acetoſitatis citri, Emulſiones, Potus ſufficiens.

3 Diaphoreſin & Diureſin promoventia: præter antea dicta Antimonium diaphoreticum, Bezoardicum minerale, Eſſentia alexipharmaca Stahlii, Mixtura ſimplex, Decocta calida cum Radicibus alexipharmacis temperatis parata, Regimen placide calidum, tranquillitas in lecto.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans.

℞. *Lap.* ♋ *Div. in 6. p. æq.*
Nitr. regener. ā ʒj. *D. ſing. 4. horis.*
Cinnab. ♁*ii* ℈j. M.

2 Alius.

℞. *Conch. citrat.* *Nitr.* ♁*iat. ā* ℈ij. M.
Tart. Vitr. *Divid. & D. ut antea.*

3 Potiuncula diapnoica.

℞. *Aq. Card. bened.* *C. C. Philoſ.*
Pl. Acac. ā ʒij. *Matr. Perl. ā* ʒß.
Cord. frig. ʒj. *Sacch. Canar.* ʒiij.
♁ *diaphor.* *D. cochleatim ſingulis* 2
Nitr. regener. *vel* 3 *horis.*

4 Species pro potu.

℞. *Raſ. C. C.* ʒiij. *finem adde.*
Rad. Scorzon. *Pom. Citr. q. ſ. ad gratam*
Pimp. alb. ā ʒj. *aciditatem.*
Inciſ. Coq. inſ. q. Aq. ſ. ſub

5 Potiuncula analeptica & alexipharmaca.

℞. *Aq. Borrag.* *Eſſ. alexiph.* ʒij.
C. C. citr. *Sir. Ceraſ. acid.* ʒvj. M.
Ceraſ. nigr. *D. cochleatim & interpo-*
Galeg. *natur reliquis diaphore-*
Cinnam. Cyd. ā ʒj. *ticis fixis & temperanti-*
Succ. Citr. rec. ʒiij. *bus.*

6 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Eſſ. Pimpin. alb.* *Spir. Nitr.* ℈j. M.
Scord. ā ʒij. *D. gutt.* 25. 30. *pro doſi.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Cum Naturæ principalis intentio ſit in hac Febre per motus ſecretorios & excretorios auctiores expellere materiam quandam ſubtilem orgaſticam in humoribus hærentem, Medicus etiam Naturam in hoc caſu imitetur & præſcribat talia remedia, quæ ejuſdem intentioni ſatisfaciunt.

2 Uti autem Natura materiam illam prius præparat ac poſtea ſucceſſive expellit, ita Medicus eidem ſuccurrat, & primo in uſum trahat remedia præparantia, qualia ſunt abſtergentia, digeſtiva, diluentia, blanda acida, emulſiva, ut hoc modo materia illa temperetur ejuſque nocendi qualitas aliquo modo imminuatur.

3 Cum vero nulla materia ita alteretur, ut iterum cum Natura in gratiam redire queat, ſed ideo tantum præparetur, ut eo commodius ſine noxa e corpore expelli poſſit: hinc etiam modo dictis remediis talia jungantur vel interponantur, quæ materiam præparatam ſenſim ſenſimque cum reliquis humoribus verſus peripheriam corporis pellunt, ut ibidem placida fiat tranſpiratio: talia ſunt potiſſimum remedia Antimonialia fixa, uti ♁ diaphoreticum & Bezoardicum minerale.

4 Si vero hæc non ſufficiunt, jungantur iiſdem lenia alexipharmaca, v.g. Mixtura ſimplex, de qua ſingulis diebus duæ doſes ad 25. 30. gutt. dentur, hæc enim reſpectu acidi temperat, reſpectu vero alexipharmacorum moderate ad peripheriam corporis pellit.

5 Peracta tali præparatione, ſi poſt quartum diem placida nondum obſervatur tranſpiratio, exhibeatur remittente Febre doſis Tincturæ bezoardicæ ſine Camphora, Myrrha & Opio, aut Eſſentiæ alexipharmacæ, ut hoc modo Natura ad auctiorem tranſpirationem incitetur.

6 Et talis methodus, digeſtivorum ſcil. & diaphoreticorum fixorum cum abſorbentibus in æſtu, in declinatione vero Eſſentiæ alexipharmacæ oblatio, in reliquis ſubſequentibus paroxyſmis obſervetur, donec Febris plenarie ceſſet.

7 Si vero ſubjecta calidioris ſunt conſtitutionis, ita ut ab uſu alexipharmacorum aliquid damni metuendum ſit, iiſdem ſubſtituatur decoctum ex Radicibus alexipharmacis temperatis paratum, quod in declinatione paroxyſmi calide detur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Si in ſubjectis voracibus aut multas cruditates in Ventriculo habentibus in initio morbi ſuperveniunt vomitus, ii nequaquam ſiſtantur, ſed potius exhibeantur digeſtiva, ad promovendam illius materiæ excretionem: ſi vero nimium urgent, poſt digeſtiva aut cum illis detur pulvis Chacarillæ cum Cinnabari.

2 Venæſectio in hoc morbo reſpectu Febris prorſus nullum habet uſum, niſi Plethora admodum urgeat, antea jam per varias cauſas commota fuerit & metus ſit, ne neceſſarias reliquas ſecretiones & excretiones impediat.

3 Inſtituatur autem in primo ſtatim morbi principio & poſt eam peractam exhibeantur remedia diaphoretica, ut hoc modo humores ad peripheriam corporis ferantur ac congeſtiones ad caput impediantur.

4 Purgantibus quoque & vomitoriis nullus concedatur locus, quoniam ordinem Naturæ, juxta quem ope motuum febrilium materia orgaſtica a partibus interioribus ad exteriores ferri & per illas excerni debet, invertunt, & materiam illam ad interiores inſigni cum periculo derivant.

5 Poſitiva ſudorifera neque in principio hujus morbi neque in ejus curſu exhibeantur, quoniam Natura tum temporis adhuc in præparatione & abſterſione materiæ occupata eſt: facta vero præparatione & lenia alexipharmaca locum habent, ad diaphoreſin promovendam: fortiora vero eandem vel turbant, vel nimium cum damno augent.

6 Regimen calidum in hiſce Febribus ſemper noxium eſt: quia Natura non niſi placidam excretionem poſtulat.

7 Ni-

7 Nimia quoque refrigerantia ſanguinem incraſſantia noxia ſunt, quoniam excretionem neceſſariam impediunt.
8 Nec etiam opiata & narcotica externa, quæ ad dolores capitis compeſcendos & ſomnum conciliandum a quibuſdam commendantur, in uſum trahantur: febriles enim motus certiſſime turbant.
9 Tandem abſtinendum eſt a jactigatione corporis, magis enim ad tranſpirationem promovendam confert tranquilla in lecto continentia.

Caput Sextum.

De

Febre bilioſa ardente.

I. *Definitio.* Febris bilioſa eſt Febris acuta, continua & ſecundaria ſive ſymptomatica a Natura eum in finem inſtituta, ut materia acido-corroſiva, ex bilis effuſæ & ciborum facile acescentium fermentatione nata, inteſtinorum arroſionem & inflammationem producere apta nata, vel per vomitum, vel per Diarrhœam expellatur, quam gravia comitantur ſymptomata.

II. *Differentia.*
1 A *Synocha ſimplici*, quæ Febris eſt continens a cauſa ſanguinea dependens ſine remiſſione, hæc vero a bile originem trahens continua eſt, & exacerbationes habet. Cui adde quod Synocha ſine horrore & ſtatim cum calore invadat ægrotantes, in Febre bilioſa autem ordinarie horror in principio obſervatur.
2 A *Synocha putrida*, quæ eſt Febris compoſita ex continente & continua, cum e contra bilioſa ſit ſolum continua.
3 A *Cauſo* ſive Febre ardente ſtricte ſic dicta, quomodo differat, vid. *Tab. ſeq.*
4 A *Cholera humida*, hæc ſi in ſimplicioribus Diarrhœæ bilioſæ terminis ſubſiſtit, utplurimum nullam Febrem comitem habet: ſi vero vera eſt Cholera, parum vel nihil ſecundum obſervationes rite conſideratas differt ab hac Febre, æque enim præcipitis, imo celerioris eſt exitus ac Febris bilioſa, & omnia ſymptomata aut ſaltem præcipua de actu alii Febris, licet per frequentiores anotericas & catotericas excretiones impeditæ, concurſu teſtantur.

III. *Signa.*
1 Invadit ordinarie cum inſigni horrore per univerſum habitum corporis, qui tamen prægreſſa alia pathemata ſequitur.
2 Quem mox ſequitur æſtus ſiccus intolerabilis.
3 Hunc comitatur dolor capitis graviſſimus.
4 Cui jungitur inſignis anxietas & anguſtia præcordiorum.
5 Accedit æſtus gravis præcordiorum ad os internum & fauces uſque ſe extendens.
6 Hujus individuus comes eſt ſitis intenſa, ita ut vix extingui poſſit.
7 Quæ ſymptomata omnia niſi mature ceſſent, (quod tamen poſt prægreſſum gravem horrorem raro contingit) cum Febre ingraveſcunt.
8 Tandem ſequuntur vomitus bilioſi, quibus materia cauſtica faucibus arroſionem & dentibus fluporem inducens ejicitur.
9 Iungitur huic utpl. inpr. ſi materia bilioſa mature non ejicitur, ejectio ejuſdem bilioſæ cauſticæ materiæ per inferiora.
10 Somnus adeſt nullus aut maxime anxius & turbulentus.
11 Oculi & habitus corporis ſæpius flavo tinguntur colore.
12 Accedunt ſæpius deliria furioſa.
13 Quotidie ſummo mane circa ortum ſolis habet exacerbationes, ſemitertianaria commotione, ſed ſine vehementibus rigoribus.
14 Quæcunque Febres aliis horis invadunt, præcipue vero veſpertinis, cum æſtu arido, torrido, amaritie oris, illæ bilioſæ non ſunt, ſed vel ab iracundia, vel ab habitu macilento, vel primarum viarum cruditate dependent. *Stahl. Problem. p. 8.*
15 Urina eſt rubicunda & in declinatione ſedimentum deponit.
16 Tandem per ſudores, in quavis remiſſione erumpentes, Febris ſolvitur.

IV. *Subjectum.*
1 Homines temperamenti Cholerici aut Cholerico-ſanguinei.
2 Vino & Spiritui Vini dediti.
3 Diæta aromatica abutentes.
4 Cibos & potum ad fermenteſcendum pronos, fructus horæos, mellita, cereviſiam feculentam, muſtum &c. aſſumentes.
5 Quibus bilis ante vel poſt tales ſumptos cibos ob iram in inteſtina effunditur, & cum cibis fermenteſcens acrimoniam penetrantiſſimam acido-corroſivam producit,

V. *Prognoſis.*
1 Quo citius materia corrupta copioſe per ſuperiora vel per inferiora ejicitur, eo melior curationis eſt ſpes & contra.
2 Si per ſuperiora & inferiora ſimul humorum fit evacuatio, periculum ſemper ſubeſt.
3 Si poſt motus fortiores parum vel nihil per vomitum evacuatur, accedunt Cardialgiæ ſyncopaticæ, anxietates graviſſimæ, tinnitus aurium, caligines oculorum, deliria furioſa.
4 Si impetus magis deorſum vergit, ſequuntur tormina obtuſa, punctura exquiſitæ tranſitoriæ, palpitationes & tremores epigaſtricæ & hypogaſtricæ regionis, ſingultus &c. *Stahl. Problem. p. 8.*
5 Quando ab initio ſenſibilis adeſt horror, eo magis tendunt tales Febres ad Vomitum.
6 Quo minus vero ſunt ſenſibiles ſed diu durantes, eo facilius accedunt Diarrhœæ.
7 Alvus clauſa ſemper periculum portendit, melioris vero ſpei eſt ejuſdem laxitas.
8 Eo majus vero eſt periculum, ſi in ſtatu contingit alvi adſtrictio, præſentibus aliis gravioribus ſymptomatibus: imo ordinarie funeſtum eſt.
9 Vomitus in ſtatu peſſimus eſt. Plur. Vid. *Tab. ſequ.*

VI. *Remedia.*
1 Materiam acrem evacuantia: Rhabarbarum, Decoctum Tamarindorum, Pulpa eorum, Magneſia alba, Clyſteres cum oleis & ſtimulo ſalino.
2 Materiam cauſticam corrigentia: abſorbentia, nitroſa, digeſtiva, diluentia, acidula, mucilaginoſa, emulſiva. Lap. ♋, Percar. Mat. Perl. Conch. præparat. Cryſt. montana. Nitr. depur. regenerat. ♁iat. Tart. Vitr. Arcan. duplic. Potus ſufficiens inpr. acidulus, uti Decoct. C.C. citrat. Julepi aciduli, juſcula non pinguia.
3 Febri & humorum diſcuſſioni proſpicientia: Nitroſa & abſorbentia, Mixtura ſimplex, Eſſentia alexipharmaca Stahlii,

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans:
℞. *Magneſ. alb.* ʒj. *D. pr. doſi.*
Nitr. ♁iat. ℈j. *M.*

2 Alius.
℞. *Rhab. elect.* ʒß ℈ij. *D. ut antea,*
Nitr. ♁iat. ℈j. *M.*

3 Potiuncula temperans.
℞. *Aq. Cherefol.* *Tart. Vitr. ā* ʒß.
Plantag. ā ʒij, *Syr. aceroſ. Citr.* ʒß. *M.*
Nitr. depur. *D. ſæpius cochleatim.*
Lap. ♋

4 Species pro potu.
℞. *Raſ. C.C.* ʒiv. *Pom. Citr. vel ſuec. Citr.*
Coq. in ſ. q. Aq. ſimpl. *rec. q. ſ.*
ſub finem Coct. adde

5 Cly-

5 Clyſter emolliens.

℞. *Decoct. Chamom.* *Mell.Roſac.*℥vj.
Furfur.ā ℥v. *Sal.Gemm.*℥ij.
Ol.Chamom. *Vit.Ov.No.*j.*M.*
Lil.alb.ā ℥j. *F.l.a.Clyſter.*

6 Mixtura diuretico-diaphoretica.

℞. *Eſſ.alexiph.* *Spir.Vitr.*℈j.*M.*
Pimpin.alb.ā ℥ij. *D.*25.30.*gutt.*

7 Alia Tonica.

℞. *Tinct.*♃*ii acr.*℥ij. *D.mane & veſperi* 30.*gutt.*
Spir.C.C.℥j.*M.*

8 Pulvis tonicus.

℞. *Lap.* ♋ *D.*2 *cuſp.cultr.ſing.*4.*vel* 6
Corall.r.ppt.ā ℥j. *horis.*
Spec.de Hyac.℥ß. *M.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Si Medicus in primo ſtatim morbi initio vocatur, optimum eſt, ſi per lene vomitorium purgans aut conveniens aliud purgans materia acris cauſtica ſtatim evacuatur, ne ulteriores noxas edat.

2 Quando vero principium jam præterlapſum eſt, exhibeantur ſupra dicta corrigentia, ut hoc modo materiæ acidæ corroſivæ impetus frangatur; hiſce remediis diverſi obtinentur fines, nam
a Abſorbentia & nitroſa incraſſant agilem & penetrantiſſimam hancce materiam, ita ut tanto impetu in inteſtina corroſivitate ſua agere nequeat.
b Salia digeſtiva partim abſtergunt materiam illam ab inteſtinis, partim nitrolis juncta temperant æſtum & arroſionem inteſtinis inductam, partim etiam materiæ excretionem tam per ſuperiora, quam per inferiora promovent.
c Mucilaginoſa, diluentia & emulſiva vero partim diluunt materiam acerrimam, ita ut viribus disjunctis minor ejus ſit nocendi potentia, partim eandem involvunt, ut ſpiculis ſuis inteſtina tanta violentia aggredi nequeant, partim materiam ſalivalem coagulatam in parte affecta fluxilem reddunt & fibras conſtrictas relaxant, adeoque hoc ipſo excretionem humorum corruptorum promovent.
d Omnia hæcce ſimul æſtum ſanguinis optime temperant & partes bilioſas acres in ſanguine contentas diluendo ad faciliorem per peripheriam corporis excretionem diſponunt.
e Ac tandem ipſa admodum urgentia ſymptomata, ſitim, ardorem &c. mitigant.

3 Si nulla poſt horum uſum ſequitur evacuatio per ſuperiora vel inferiora, exhibeatur blandum quoddam laxans, v. g. Decoctum Tamarindorum, in quo infundatur Rhabarbarum, aut etiam hoc ſolum detur. Magneſia quoque alba hic ſuo non caret uſu, quatenus cauſticam aciditatem & temperat & evacuat. Si autem hæcce commode exhiberi nequeunt, injiciantur Clyſteres mucilaginoſi, ex hordeo excorticato, cum oleis largiter commixti & ſufficiente ſtimulo ſalino penetrantiores redditi.

4 Cum vero Febris, quam Natura potiſſimum ad impediendum Inflammationis inteſtinorum ineeptæ ulteriorem progreſſum inſtituit, exacta conſideratione opus habeat, exhibeantur quoque talia remedia, quæ diſcuſſioni inflammationis & reſolutioni materiæ impactæ proſpiciunt; hoc in caſu inſignem habet uſum Mixtura ſimplex, quæ reſolvit, temperat & diaphoreſin promovet: huic fini etiam inſervit Eſſentia alexipharmaca Stahlii, Pulveribus temperantibus & Nitroſis aut etiam Potiunculis parvis doſibus interpoſita. Diſcuſſionem quoque optime promovet Spiritus Vini camphoratus, cum linteaminibus Ventriculo impoſitus.

5 Si hoc modo materiæ cauſticæ correctio & evacuatio peracta eſt, ac Febris quoque ipſa per diaphoretica indies mitigatur, tandem exhibeantur ad roborandas partes antea afflictas lenia tonica & adſtringentia, Corallia ſcil. rubra præparata, ſpecies de Hyacintho & Mixtura tonica Stahlii, ſed moderatis doſibus.

6 Hiſce etiam non ſine fructu præmitti poſſunt lenia laxantia, ut hoc modo ſordes bilioſæ, inteſtinis adhuc hærentes, eo melius removeantur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Humorum corruptorum evacuatio ſumme quidem utilis eſt in gravi hoc morbo & ſæpius etiam cito morbum huncce finit, in primo tamen ſtatim morbi principio inſtituenda eſt, alias plus damni, quam commodi profert. Vir hujus loci quinquagenarius tempore prandii poſt gravem iracundiam graviſſima corripiebatur cholera. Vocabar ad eum hora prima pomeridiana, ejiciebat materiam bilioſam corruptam frequentius tamen per ſuperiora, quam inferiora: præſcribebam pulverem emeticum ex Ipecacuanhe granis viginti & ſex vel octo granis Tart. Vitr. ſed uxor ejus referebat, eum laborare Hernia ventrali: urgebam nihilominus uſum hujus pulveris. Quare loco Herniæ applicabatur orbis ligneus cum forti ligatura. Pulſus maxime erat febrilis, ſitis, anxietates, ardor Ventriculi, dolor capitis &c. inſigniter urgebant. Veſperi referebant adſtantes eum poſt uſum hujus pulveris materiam admodum corruptam duodecies evomuiſſe. Præſcribebam Potiunculam temperantem, cum Julapio acidulo: Sequenti die omnia admodum tranquilla erant. Tertio die præſcribebam Rhabarbarum in Decocto Tamarindorum infundendum, & ſic ſpatio aliquot dierum poſt alia adhuc exhibita perfecte convaleſcebat.

2 Si vero tempus opportunum elapſum eſt, nunquam evacuantia in uſum trahantur, ſive enim talis materia cauſtica per ſuperiora, ſive per inferiora evacuetur, ob acrimoniam ſuam partes, quas præterlabitur, arrodit, adeoque malum latius extenditur: ut taceam, quod talis materia minus correcta, uno impetu commota, graviſſimis vomitibus & excretionibus per alvum ordinarie occaſionem præbeat.

3 Si Natura ſponte ſuſcipit evacuationem talis materiæ corruptæ, nunquam niſi ſumma urgente neceſſitate talis excretio cohibeatur; ſuppreſſa enim humorum eliminatione, acrimonia, quovis momento invaleſcens, eo magis aggreditur & arrodit partes vicinas. Si vero aliquid exhibendum eſt, ſufficit temperantibus & abſtergentibus admiſcere vel interponere Corticem Chacarillæ in doſi moderata: eundem etiam uſum præſtant Mixtura ſimplex & Eſſentia alexipharmaca debito modo exhibitæ.

4 De Venæſectione quæritur, an ea hic aliquem habeat uſum? ſed cum ad totum curſum Febris ea directe prorſus nil conferat, imo potius damna certiſſima circa dies criticos inferat, ſatius eſt ab ea abſtinere. Si tamen quis eam proficuam aut neceſſariam eſſe exiſtimat, inſtituat eam in morbi principio, in ſubjectis admodum Plethoricis, & alias ad hanc ſanguinis miſſionem aſſuetis.

5 Alvus obſtructa, uti in talibus Febribus ſemper peſſimæ eſt indolis, ita libera optime conducit, quare ſemper aperta ſervetur.

6 Omnia diaphoretica acria cauſam acriorem reddunt & ſymptomata exaſperant, quare fugiantur & non niſi leniora, præmiſſis præmittendis, exhibeantur.

7 Abſorbentia, acida & reliqua temperantia inſignem quidem in hac Febre uſum habent, abſtinendum tamen eſt ab eorum abuſu, quoniam materiam incraſſando Febrem talem in lentam & Hecticam mutant.

8 Regimen diaphoreticum calidum hic prorſus nullius eſt uſus, quoniam bilem in Maſſa Sanguinea hærentem acriorem reddit, adeoque omnia ſymptomata febrilia magis auget.

Caput Septimum.

de

Cauſo ſive Febre ardente ſtricte ſic dicta.

I. *Definitio.* Cauſus eſt Febris acuta, continua & ſecundaria, ſummum Febris ardentis gradum conſtituens, cum quidem in finem a Natura excitata, ut noxa a bilis acrioris effuſione præternaturali & nimia metuenda mature præcaveatur, aut actu jam facta, quanto poteſt fieri celeritate, tollatur, graviſſima & ſæpiſſime funeſta conjuncta habens ſymptomata.

II. *Differentia.*

1 A *Febre bilioſa.*

2 Reſpectu *ſymptomatum*, quæ in Cauſo longe ſunt acerbiora, quam in Febre bilioſa.

b Reſpectu *cauſæ*, quæ quidem in utraque Febre eſt bilis, in Cauſo tamen magis eſt acris quam in illa.

c Reſpectu *excretionis*: in Febre enim bilioſa, materia cauſtica vel per ſuperiora, vel per inferiora, vel per utramque viam excernitur, in Cauſo vero materia illa in Inteſtinis quaſi incarcerata hæret.

d Reſpectu *exitus* & *curationis*: Febris enim Cholerica, ſi modo mature auxilium fertur, ſæpius curatur: Cauſus vero rarius curationem admittit, inprimis ſi jam invaluit, & paucis diebus ad mortem properat, unde etiam non immerito ab Hippocrate *Febris lethifera* appellatus fuit.

2 A *Febribus Continentibus*. Vid. *Tab. præced.*

3 A reliquis *Febribus continuis* & *Inflammatoriis* reſpectu vehementiæ ſymptomatum, partis affectæ & cauſarum.

III. *Signa.*

1 Invadit ordinarie cum anxietate maxima & inexplicabili fere, atque ardore ſummo præcordiorum.

2 Quem vel immediate præcedunt, vel comitantur, vel ſtatim ſubſequuntur horripilationes tam continuantes, quam per brevia intervalla repetentes.

3 Quas excipit æſtus ſummus, aridus & torrens, quem tamen ægrotus magis circa partes internas percipit, quam Medicus, tactu caloris gradum explorans.

4 Huic jungitur ſitis adeo intenſa, ut fere nullo modo extingui queat, & cum maxima concupiſcentia & clamoribus etiam potum deſiderent patientes, ſitis etiam talis *clamoſa* nomen obtinuit.

5 Aſſumtum tamen potum gravia ſtatim ſequuntur incommoda, nimirum exalperationes omnium pathematum in Ventriculo & hypochondriis ſe exſerentium.

6 Capitis dolor adeo eſt intenſus, ita ut ægroti eum vix ferre queant.

7 Ardor in faucibus & ore invaleſcit ſingulis momentis, ita ut interdum labia & partes internæ nigredine afficiantur ac dehiſcant & ſanguinem ſundant. Vidi id in ancilla ante duodecim annos: lingua, fauces & omnes oris internæ partes cum labiis in hac Febre maxime aridæ erant, nigræ & tumidæ: ex labiis diſciſſis cruor effluebat: ſumma virium proſtratio aliaque ſymptomata, huic morbo ordinaria, mortem portendebant, ſed nihilominus poſt uſum temperantium & emulſivorum brevi tempore reconvaleſcebat: ab illo tamen tempore ſemper valetudinaria eſt.

8 Febre & æſtu urgente ardor faucium ſæpius poſt ſe trahit actualem inflammationem.

9 Reſpiratio eſt laborioſa & magna, ſitque ſæpius ore aperto, halitus ſub exſpiratione egrediens eſt admodum calidus.

10 Agrypnia continuo urget, & quamvis interdum ſpatio pauci temporis dormiant, inſomnia tamen anxia & motus artuum ſubſultorii & fere convulſivi ſomnum continuo turbant.

11 Mentis nulla eſt tranquillitas, ſed faſtidium ad omnia continuo adeſt.

12 Accedunt etiam deliria, maximam partem furioſa, ita ut ægrotantes fere in lecto contineri nequeant.

13 Junguntur etiam, uti in aliis Hepatis gravioribus affectibus decolorationes oculorum & habitus corporis, ita ut dictæ partes flavo colore tinguntur.

14 Alvus pertinaciter in hac Febre eſt adſtricta, Vomitus etiam materiæ bilioſæ hic non obſervatur.

15 Urina eſt valde rutilans, nonnunquam prorſus flammea, ſed pauca & craſſa: in loco frigido turbida & roſei quaſi coloris fit & ejuſdem coloris ſedimentum deponit: Urinæ tali turbidæ roſeæ notabilis flavedo admixta eſt, quæ depoſito ſedimento in reliqua Urina permanet.

16 Quando Cauſus inſoleſcit, ægroti poſt leviſſimas refrigerationes horripilationibus corripiuntur, quibus jungitur mador perpetuus anxius, qui tamen poſt quamvis membri denudationem frigidus ſtatim evadit. Idem etiam obſervatur in Febre bilioſa.

17 Tandem ſuperveniunt etiam Cardialgiæ Syncopticæ, Singultus, Convulſiones.

IV. *Subjectum.*

1 Homines ſiccioris conſtitutionis.

2 Cholerico-Melancholici & Sanguineo-Melancholici.

3 Iracundiæ dediti, iram tamen ſupprimentes. Reliqua Vid. *Tab. præced.*

V. *Prognoſis.*

1 Cauſus eſt periculoſiſſimus affectus & ægroti eo afflicti rarius ſeptimum diem ſuperant, plurimi vero ante eum moriuntur, imo quoſdam tertio, quarto die jugulat.

2 Quamvis autem aliquando curetur, utpl. tamen labem viſceris cujuſdam poſt ſe relinquit, ita ut vel ægroti exinde lento gradu nihilominus ad mortem properent, vel perpetuo maneant valetudinarii.

3 Et cum in Cauſo prorſus nulla materiæ cauſticæ ſequatur excretio, eo facilius talis materia arroſiones & inflammationes non tantum Inteſtinorum & Ventriculi, ſed etiam vicinarum partium, producit, quæ autem quanti ſint periculi quivis facile comprehendere poterit.

4 Evacuatur quidem interdum in Cauſo verſus dies criticos per vomitum pars materiæ corruptæ, ſed nimis tarde: materia enim hæcce penetrantiſſimæ eſt indolis & pauco tempore effectum ſuum deleterium edit; unde, etiamſi poſtea ejiciatur, nihilominus læſio illa partibus inducta remanet & nullum levamen, ſed potius graviſſima ſymptomata & mors ſequuntur.

5 Quo magis urgent anxietates præcordiales, eo pejor eſt ſtatus.

6 Prunellodes fauciurn inflammatio utplurimum eſt funeſta.

7 Deliria fortiora & continuantia morbi periculoſiſſimum ſtatum indicant.

8 Frigus partium externarum, internarum vero æſtus urens Febris Lipyriæ & mortis inſtantis utpl. indicium ſunt.

9 Urinæ nigræ, tenues & paucæ cum ſiccitate alvi, in hac Febre exitialia ſigna ſunt.

10 Singultus ordinarie convulſionum eſt prodromus, hæ vero mortem inſtantem indicant.

VI. *Remedia.*

1 Materiam acrem invertentia: Lapides ♋, Mat. Perl. Conchæ præparatæ, aliaque abſorbentia cum acido citri ſaturata. Nitroſa, diluentia.

2 Inflammationem diſcutientia: Mixtura ſimplex, Eſſentia alexipharmaca, Millefol. &c.

3 Ardorem mitigantia: Nitrum depuratum, regeneratum, blanda acida. Iulapia acidulata, Decoct. Tamerind.

4 Arroſionem reſtaurantia.

For-

Formulæ Remediorum:

1 Decoctum temperans.

℞. *Decoct. Tamarind.* ℔ij. *D. sæpius tepide.*
Nitr. ʒiat. ʒß. *M.*

2 Pulvis temperans.

℞. *Nitr. regener.* *Cryſt. mont. ppt.* ʒj. *M.*
Conch. citrat. ā ʒij. *D. ſing. 4. horis 2. cuſp. cultr.*

3 Emulſio temperans.

℞. *Amygd. dulc.* ʒß. *Lap.* ♋
Sem. Citr. *Cryſt. mont. ā* ℈ii.
Card. Mar. ā ʒiij. *Sacc. Canar. q. ſ. M.*
Mucilag. Hord. q. ſ. *D. ſæpius aliquot cochl.*
F. l. a. Emulſio. *Reliquas Form. vid.*
Colat. ʒviij. *vel IX. ad-* *Tab. præced.*
de

VII. *Methodus Medendi.*

1 Cum Materia morbifica acerrimam vim cauſticam poſſideat, ea ante omnia, quantum fieri poteſt, ita corrigatur, ne factam jam arroſionem cum damno augeat. Huic fini potiſſimum inſerviunt Nitroſa, quæ in compeſcenda bilis acrimonia omnibus aliis remediis palmam facile præripiunt. Reliqua tamen, abſorbentia ſcil. & diluentia, hic quoque ſuo non carent uſu. Conf. *Tab. præced.*

2 Quoniam alvus clauſa ordinarie ſymptomata exaſperat, & totum malum auget, hinc per clyſteres emollientes continuo aperta ſervetur.

3 Ad æſtum febrilem ſanguinis & illum quoque interiora afficientem ſenſum ardentem temperandum in uſum trahantur partim modo laudata temperantia, partim Mixtura ſimplex rite præparata, quæ reliquis interpoſita & temperat & diſcuſſioni Inflammationis proſpicit.

4 Quod arroſionis reſtaurationem concernit, ea quidem Naturæ ſolius opus eſt, interim tamen in caſu adeo ſontico Medicus nihilominus Naturæ ſuccurrere debet: mucilaginoſa interius aſſumpta aliquid præſtant, majus tamen ſolatium ſperandum eſt a Clyſteribus ex hordeo cum lacte & oleis paratis.

5 Tandem tonica in uſum trahantur. Vid. *Tab. præced.*

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Quamvis in Febre biliosa Vomitoria debito tempore exhibita inſignem habeant uſum, in Cauſo tamen, ubi materia morbifica eſt acerrima & Natura ordinarie nullos niſi intempeſtivos & utpl. inſufficientes quoque inſtituit evacuationes, religioni ſibi ducat Medicus, materiam talem cauſticam per remedia acria, qualia ſunt ordinarie vomitoria magis irritare & evacuare, exinde enim graviſſima ſequuntur conſectaria: quare quilibet ſequentia perpendat neceſſe eſt.

a Nulla fere datur Febris, ubi Cauſa morbifica adeo corroſivæ eſt indolis ac in Cauſo, exceptis Febribus malignis & Peſtilentialibus, ubi etiam materia inſigniter agilis & penetrantiſſima deprehenditur.

b Inter haſce autem materias notabilis & conſideratu digna occurrit differentia, in malignis enim Febribus ſæpius hæret in humoribus in principio morborum, adeoque longe facilius a corpore per moderatam & maturam intenſionem ſecretionum & excretionum e corpore expelli poteſt, in Cauſo autem ſtatim aggreditur inteſtina, Ventricul. & partes vicinas ad vitam maxime neceſſarias, quas ſtatim vel arrodit, vel inflammat, quæ læſio non adeo facile reſtitui poteſt; unde etiam viſcerum læſiones, a quacunque cauſa productæ, pejores ſemper habent conſequentias, quam vitia humorum. Merito tamen hoc loco excipio translationem miaſmatum malignorum ad partes ſolidas; in tali enim caſu ſæpiſſime etiam funeſtus ſequitur eventus. Imo etiam, ſi interdum in Peſtis principio Vomitus mature inſtitutus proficuus deprehenſus fuerit, ille tamen non habet locum, niſi venenum adhuc hæreat in humoribus ſalivalibus deglutitis: quam primum enim Ventriculo communicatum eſt, Vomitus maxime periculoſus eſt.

c Nunquam tamen Natura in hiſce affectibus utitur motibus fortioribus ad cauſam morbificam expellendam, ſed ſatis placide procedit, niſi forſan nimia ſubjecti ſenſibilitas Naturam ad motus erroneos diſponat: id quod tamen non ſine ratione contingit. Quo magis enim talis materia ad motus præcipites prona eſt, eo facilius etiam non ſolum omnibus humoribus communicatur; ſed etiam in motum per remedia commoventia acta partes ſolidas eo citius aggreditur, & hinc ſæpiſſime inſignem edit ſtragem.

d Cum vero 1. in hiſce Febribus Natura, ubi materia morbifica longe commodius e ſanguine poteſt expelli, non niſi motibus placidiſſimis utatur, ne graviora mala ſequantur: & 2. totus morbus per quævis commoventia reddatur graviſſimus. ac 3. utplurimum funeſtus ſequatur eventus; ratio ipſa dictitat, quod etiam in Cauſo neceſſario graviores commotiones ſequi debeant graviora incommoda; quoniam talis materia pariter 1. eſt ſummæ activitatis, ac 2. partibus nobilibus jam impacta actualem noxam induxit, quam 3. graviſſima jam comitantur ſymptomata, quæ, leviſſimo etiam modo exaſperata, adeo gravia reduntur, ut præſentaneum ſtatim vitæ minentur periculum, & præterea 4. metuendum eſt, ne Vomitoria & Purgantia ſeptica virtute prædita noxam ventriculo & inteſtinis illatam augeant, quando immediate in illa operationem ſuam edunt.

1 Quid de Venæſectione cenſendum ſit *præcedente Tabula* jam indicatum fuit: quibus adde, quod diebus criticis & circa illos Deliria & congeſtiones ad caput quam maxime augeat, adeoque Convulſionibus alias metuendis portam pandat ampliſſimam.

2 Quoad diſcutientia & antifebrilia aliaque Inflammationi curandæ dicata ſumma cautela opus eſt, quæ enim minori commovendi vi pollent, graviſſimas ſtatim excitant turbas, quare non niſi maxime temperantia in uſum trahantur.

3 Cryſtallus montana a Cratone commendata, etſi in affectibus aliis biliosis inſignem habeat uſum, monente tamen D. Stahlio in hocce affectu cautiſſime eſt uſurpanda, quatenus præter vim abſorbentem, ſtypticam etiam poſſidet, quæ materiam in partibus inflammatis contentam magis inſpiſſat & fibras conſtringit, adeoque Inflammationem auget. In principio tamen mali cum aliis locum habere poteſt.

4 Opiata ad compeſcendos dolores commendata revera ſunt deleteria remedia, quatenus quidem pathemata graviora aliquo modo ſopiunt, cauſam tamen minime corrigunt, multo minus vero ad læſionem jam inductam aliquid conferunt, multo certius vero motus hic neceſſarios ſiſtunt, & Naturam jam tergiverſantem a motibus deterrent, quare fugiantur.

5 Lubricantia aliquem quidem habent uſum in temperanda bile, quoniam vero partes affectas etiam ſimul emolliunt, adeoque majori humorum translationi anſam præbent, hinc abuſus illorum vitandus eſt.

6 Carminativa & tonica remedia ſuo quidem non carent uſu, nunquam tamen in uſum trahantur, niſi diſcuſſione probe peracta, præpoſtere enim uſurpata & Febrem & ſymptomata augent.

7 Potus frigidus anxietates præcordiorum & Inflammationem inſigniter auget, quare ſumma ab eo abſtinendum eſt diligentia, magis convenit tepidus & calidus, qui & temperat & diſcuſſioni Inflammationis ac materiæ inſpiſſatæ magis inſervit.

8 Quieta in lecto continentia & animi tranquillitas multum ad ſopitionem accidentium moleſtorum contribuunt jactigationes vero corporis & animi impatientia eadem exaſperat, quare provide, quantum morbi ſævities permittit, ab iis abſtinendum eſt.

CA-

Caput Octavum.

de

Febre Inflammatoria.

I. *Definitio.* Febris Inflammatoria est Febris continua, acuta & juxta ordinarium Medicorum consensum benigna, ast symptomatica aut secundaria, cujus ope Natura stasin incipientem graviorem aut inprimis in partibus nobilioribus jam factam, iisque gravissimum periculum minitantem, auctis motibus vitalibus vel præcavere vel penitus tollere intendit.

II. *Differentia.*

1 Ab *Inflammatione simplici*, ubi Natura per motus auctiores, ordinatos tamen & affectui convenientes labem sed mitiorem, eamque imminentem vel jam factam reparare nititur, cum e contra in Febre inflammatoria Natura non actu tantum simplici inflammatorio, sed etiam ipsa Febre, adeoque vel duplicato vel auctiori motu ad malum illud tollendum utatur.

2 A Febre *Continente* & *Continua*, ubi quidem Inflammationes interdum concurrunt, quæ tamen magis symptomaticæ sunt, & vel malum regimen, vel imprudentem medicationem sequuntur: Febres autem inflammatoriæ Inflammationibus potius ad meliorem eorum discussionem, aut suppurationem superveniunt, adeoque tanquam activum quid considerari debent.

3 Ipsa Febris inflammatoria differt etiam quam maxime respectu partium, quas obsidet:

a Alia enim occupat partes *nobiliores* & exinde diversæ etiam Inflammationum species oriuntur & hinc

1 Alia est *Febris phrenitica*, sive *Phrenitis*, quando Febris meningum cerebri inflammationi supervenit.

2 Alia Paraphrenitis, si diaphragma inflammatum est.

3 Alia *Ophthalmia*, si oculi Inflammatione correpti sunt.

4 Alia *Otalgia*.

5 Alia *Angina*, quando fauces laborant.

6 Alia *Pleuritis* & *Peripneumonia*, si vel pleura vel pulmones sunt inflammati.

7 Alia *Hepatitis* & *Splenitis*, si malum hæret vel in hepate vel in splene.

8 Alia *Inflammatio Ventriculi*, *Intestinorum Vesicæ*, *Uteri* &c.

9 Alia *Nephritis*, si renes Inflammatione sunt afflicti. De quibus sub Inflammationibus jam actum fuit. *Tom. I. Tab. XXXVI. & seq.*

b Alia afficit partes ignobiliores externas varias, manus, pedes, abdomen, mammas &c.

III. *Signa.*

1 Invadit ordinarie cum horrore, uti reliquæ Febres continuæ.

2 Quem excipit æstus satis sensibilis & ratione partium affectarum gradu differens.

3 Cui junguntur ordinaria febrilia symptomata, magis vel minus pro diversitate subjectorum & loci affecti differentia & urgentia.

4 Qualia sunt sitis, dolor capitis, aut variæ ejusdem perturbationes, vigiliæ, appetitus prostratus &c.

5 Dolor hisce in diversis partibus diversus accedit, modo lancinans &c. respectu Inflammationis vel profundioris, vel magis superficiariæ.

6 Urina ordinarie magis est tincta & utplurimum deponit sedimentum ex roseo pallidum, aut etiam pro Inflammationum diversitate ab hocce distinctum.

7 Alvus ordinarie est clausa.

8 Tandem successive erumpunt sudores, qui morbum sensim sensimque leviorem reddunt, & ob hancce placidam excretionem morbus tandem plenarie solvitur. Reliqua Vid. *loc. alleg.*

IV. *Subjectum.*

1 Homines Plethorici.

2 Commotionibus variis sanguinis obnoxii.

3 Temperamento Sanguineo- & Sanguineo-Cholerico præditi.

4 Sanguinis fluxuum consuetorum suppressionibus laborantes.

5 Sanguinis missiones assuetas negligentes.

6 Plethoram uno impetu commoventes & corpus calidum aeri frigido exponentes.

7 Diæta lauta calida & vinosa abutentes.

8 In Arthriticis & Rhevmaticis affectibus male tractati.

V. *Prognosis.*

1 Febres inflammatoriæ vulgo benignis accensentur, quia non sunt contagiosæ & uni tantum subjecto, quod affligunt, periculum minantur. De cetero autem fere omnes sunt satis periculosæ & malignis respectu exitus parum cedunt, quatenus paucorum dierum spatio ægrotos æque facile jugulant ac malignæ & pestilentiales.

2 Periculosissima omnium est *Hepatitis*, quam sequitur Ventriculi, Intestinorum tenuium, inpr. Duodeni, Pancreatis & Uteri Inflammatio: has Splenitis & ultimo loco Nephritis excipit. Peripneumonia, inpri. ubi profundior est Inflammatio, summe quoque est periculosa. Vid. *Tab. XXXVI.*

VI. *Remedia.*

1 Sanguinis æstum temperantia: Nitrum depuratum, ♁iatum, regeneratum, Lapides ♋, Mater Perlarum acido citri vel alio saturata, Tart. Vitr. Arcan. duplic. Julapia acidula, Emulsiones, potus sufficiens.

2 Diaphoresin promoventia: ♁ diaphoreticum, Bezoardicum minerale, Essentia alexipharmaca Stahlii, Scordii, Pimpinellæ albæ, Mixtura simplex, Aquæ diapnoicæ: Flor. Acac. Galeg. Scorzon. Card. Bened. Scord. Regimen placidum, Potus calidus, Jusculæ.

3 Alvum apertam servantia: Nitrum subinde in Potiunculis datum, Clysteres.

4 Dolores mitigantia: Cinnabarina, Opiata legitime correcta, Emulsiones ex semine Cardui Mar. & Papav. paratæ, Pulv. Chacarill. Ess. dulc. concentr. Hal. Conf. *Tab. alleg.*

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula temperans.

℞. *Aq. Scorzon.* *Arcan. duplic.*
Rub. id. *Nitr. regener. ā* ʒß.
C. C. citr. *Sir. Cydon.* ʒß. *M.*
Cord. frig. ā ʒj. *D. sing. 2 horis cochleatim*
Conch. citrat.

2 Alia diaphoretica & resolvens.

℞. *Aq. Scord.* ♁ *diaph.*
Scabios. *Nitr. ♁iat.* ʒ ℈j.
Chereful. ā ʒiß. *Sacch. perl.* ʒij. *M.*
Mandib. Luc. pisc. *D. ut antea.*
Dent. Apr. ppt.

3 Alia diaphoretico-temperans.

℞. *Aq. Galeg.* *Matr. Perl.*
Fl. Acac. *Bezoard. min. ā* ℈ij.
Card. bened. ā ʒiß. *Sir. Cerasi. acid.* ʒß. *M.*
Succ. Citr. rec. ʒiij. *D. ut antea.*

4 Emulsio resolvens.

℞. *Amygd. dulc.* *Colat.* ʒviij. *adde*
Sem. Citr. *Dent. Apr. ppt.*
CSrd. Mar. ā ʒiij. ♁ *diaph. ā* ʒß.
Decoct. C. C. q. s. *Sir. de Alth. Fern. q. s. M.*
F. l. a. Emulsio. *D. sæpius cochleatim.*

5 Potiuncula alexipharmaca.

℞. *Aq. Fl. Samb.* *Succ. Citr. rec.* ʒiij.
Card. Mar. *Sir. contrajerv.* ʒß. *M.*
e Typh. Cerv. ā ʒiß *D. cochleatim.*
Ess. Alexiph. ʒiß.

6 Alia.

6 Alia analeptica.

℞. *Aq. Rosar.* *Confect. de Hyac.* ʒiſs.
Namph. ♃ ʒiſs. *Sir. aceto ſ. Citr.* ʒſs. *M.*
Cinam. Cyd. ʒj. *D. ut antea.*

7 Mixtura tonica.

℞. *Tinct.* ℥ii *acris* *D.* 25. 30. *gutt.*
Spir. C. C. ♃ ʒiſs *M.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Cum Febres inflammatoriæ ordinarie ſint præcipitis eventus, hinc etiam mature auxilium ferendum eſt, ne nimis cum inſigni periculo invaleſcant. Unice autem hic reſpiciendum eſt ad juſtum Febris ſucceſſum, hæc enim ad diſcuſſionem ſtaſeos corruptoriæ a Natura excitata fuit, quæ, ſi vel exceſſit, vel deficit, utrinque periculum minatur. Juſtum hunc Febris progreſſum potiſſimum conſervant varia temperantia tam Nitroſa, quam Salia digeſtiva & abſorbentia Oſtracodermata, acido quodam imprægnata, quæ omnia nimium ſanguinis æſtum optime refrænant. Huc pertinet etiam potus ſufficiens & quieta in lecto continentia.

2 Quoniam autem per continuam hanc diſcuſſionem ſemper aliquid reſolvitur, quod tanquam inutile expelli debet, placida quoque & continua ſemper ſervetur diaphoreſis. Cui ſcopo potiſſimum inſerviunt diaphoretica fixa cum abſorbentibus mixta, quibus nitroſa & temperantia inpr. blanda acida addantur, ut hoc modo & humorum æſtus blande temperetur & partes inutiles ſucceſſive expellantur.

3 Cum vero hæc totam rem non ſemper exhauriant, ipſis jungantur moderata alexipharmaca, qualia ſunt Mixtura ſimplex leniter vel prorſus non camphorata & paulo majus per Spiritum Vitrioli acida reddita: aut huic ſubſtituatur Eſſentia alexipharmaca Stahlii vel per ſe, vel quod melius in Potiunculis diapnoicis cum ſucco Citri. Et talia remedia reliquis temperantibus vel jungantur, vel interponantur, ut placida & continua diaphoreſis ſemper conſervetur.

4 Sitim aliaque ſymptomata urgentia optime compeſcunt Nitroſa, acida, emulſiones ac potus ſufficiens: quare talia urgente neceſſitate reliquis ſemper jungantur remediis.

5 Cum vero ſub decurſu hujus Febris vires ſæpius maxime frangantur, analeptica quoque in uſum trahantur: Aq. Roſar. Namph. Cinnam. Gemmata &c. hoc in caſu optime etiam ſe gerunt Eſſentia dulcis concentrata Hallenſium & Pulveres Solares Richteri, quæ non ſolum blandam diaphoreſin conſervant, ſed etiam optime roborant, quod frequens experientia me docuit: quo ipſo tamen aliis remediis debitam laudem detrahere minime cupio.

6 Finita Febre exhibeantur remedia tonica, qualia ſunt ſæpius laudata Mixtura tonica Stahlii, Tinctura Martis Ludovici, ut hoc modo robur partium debilitatarum debito modo reſtituatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Si ſtatim in primo principio apparet, Febrem eſſe revera inflammatoriam & corpus ſimul inſigniter plethoricum, Venæſectio mature inſtituta locum habet, nunquam tamen indifferenter in hac Febre inſtituatur. Sufficiens tamen imo larga ſit neceſſe eſt, alias plus damni quam commodi poſt ſe trahit. Conf. *Tab. alleg.*

2 Diaphoretica, etſi ſummæ ſint utilitatis in Febre inflammatoria ad provocandum placidum & continuum ſudorem, nunquam tamen ſint nimis commoventia & fortiora, quoniam Febris per ea exaſperatur & ſymptomata graviora redduntur.

3 Purgantia acria & vomitoria magis lethifera quam ſalutaria in hac Febre ſunt remedia: id quod ſæpius miſeri Pleuritici in Noſodochiis quibuſdam experiuntur, quibus Tartarus emeticus ad promovendam expectorationem datur.

4 Omnia volatilia, reſolventia credita, Maſſam humorum nimis commoventia & placidam diſcuſſionem impedientia exulent in Febribus inflammatoriis.

5 Omne regimen nimis calidum & coactum contra morbi, qui placida tranſpiratione tractari amat, indolem eſt, quare ab eo abſtinendum.

6 Omnis refrigeratio morbo huic contrariatur, quatenus ſucceſſivum ſudoris fluxum retardat & ſupprimit.

7 Narcotica motus febriles ad diſcuſſionem neceſſarios facile ſupprimunt & hinc non raro ſphacelum inducunt, quare non niſi ſumma cum prudentia ægrotis exhibeantur.

Caput Nonum.

De

Febre Catarrhali benigna ſive Continua Veterum quotidiana.

I. *Definitio.* Febris Catarrhalis eſt Febris continua, benigna & ſecundaria, qua mediante Natura motibus extraordinariis febrilibus, placidis tamen, vitioſam lymphæ qualitatem & quidem præcipue mucoſitatem corrigere, & correctam eliminare nititur.

II. *Differentia.*

1 Alia eſt *benigna*, quæ pro cauſa agnoſcit materiam mucidam lentam & mitiora habet ſymptomata.

2 Alia vero eſt *maligna*, in qua cauſa morbifica quidem etiam eſt mucida, ſed hæc adhuc aliquid acre inſigniter activum in ſe continet.

3 A Febre continente aliiſque reſpectu ſymptomatum & cauſarum.

III. *Signa.*

1 Invadit, præcipue æquinoctio autumnali, tempore veſpertino cum horrore aut rigore ac dolore tenſivo dorſi.

2 Quem præcedit vel ſtatim jungitur coryza vel humida vel ſicca.

3 In aliis obſervatur Tuſſis, per totum morbi curſum affligens.

4 Horrorem ſtatim excipit æſtus.

5 Cui jungitur dolor capitis lenis gravativus.

6 Accedit pectoris anguſtia, & in quibuſdam raucedo & dolor faucium cum deglutiendi difficultate.

7 Durat hic æſtus per totam noctem & ſequenti mane vix aliquo modo imminuitur.

8 Appetitus eſt proſtratus.

9 Sitis adeſt admodum moderata.

10 Vires ſunt aliquo modo proſtratæ.

11 Somnus eſt imminutus.

12 Pulſus, uti in aliis Febribus, eſt celer & frequens.

13 Urina eſt aurantii coloris, & in ſuperficie habet cuticulam lacteo-rubentem vitro ſe adhærentem ac deponit ſedimentum roſeum pallidum.

14 Quovis die exacerbatio circa veſperam ſequitur.

15 Elapſis tribus vel quatuor diebus æſtum verſus diluculum ſudor lenis ſequitur.

16 In aliis vero accedit Diarrhœa, morbum ſenſibiliter imminuens.

17 Rarius vero obſervatur Vomitus.

18 Sudor quovis mane æſtum excipiens Febrem ſenſim ſenſimque leniorem reddit, ac catharrhales affectus præſentes imminuit, donec tandem elapſo primo vel ſecundo ſeptenario Febris cum ſymptomatibus ceſſet.

IV. *Subjectum.*

1 Homines temperamenti pleghmatici aut ſanguineo-phlegmatici.

2 Ad coryzam & catarrhales alios affectus proni.

3 Corpus calidum vel potu frigido vel admiſſione aeris, præcipue humidi autumnalis, refrigerantes.

4 Coryzam & Tuſſim negligentes, aut in iiſdem male tractati.

5 Quibus Scabies aliæque cutis efflorescentiæ retropulſæ fuerunt.

6 Potu & inpr. ſpirituoſo abutentes.

7 Nimium vigilantes.

V. *Prognoſis*.

1 Febris catarrhalis ſimplex ordinarie eſt ſatis mitis & ſine inſigni periculo curſum ſuum intra duos ſeptenarios abſolvit.

2 Si vero imprudenter tractatur, ipſi facile junguntur graviora & periculoſiora ſymptomata.

3 Si placide procedit, ſtaſis mucoſa ſucceſſive reſolvitur & per ſudorem expellitur cum euphoria.

4 Quando abſorbentia & refrigerantia nimia exhibentur, Febris hæc facile in lentam aut hecticam degenerat.

5 Si in principio gravia ſtatim junguntur ſymptomata & frigus ac æſtus eſt intenſior, vel labes viſceris imminens, vel alia cauſa gravior ſubeſt.

6 Febri catarrhali benignæ, per regimen ſtricte diaphoreticum & alexipharmaca acria tractatæ, facile ſuperveniunt Petechiæ, & benigna in malignam mutatur Febrem.

7 Idem regimen producit interdum etiam Pleuritides, Anginas, Aphthas, Cephalalgias graves lancinantes, Prunellam, Deliria.

8 Diarrhœæ in hac Febre etiam in ſtatu contingentes, ſi ſunt moderatæ nulloque dolore affligunt, nullum periculum portendunt.

9 Alvi vero adſtrictio ſemper pejoris eſt conſequentiæ, inpr. in ſtatu: producunt enim Deliria, Comata, Convulſiones.

10 Febris hæc, etſi ſit benigna, nihilominus tamen, uti reliqui affectus catarrhales, eſt contagioſa.

11 Quo magis autem & quo facilius per contagium propagatur, eo certior etiam eſt metus latentium Petechiarum.

VI. *Remedia*.

1 Materiam mucoſam reſolventia. Tart. Vitr. Arcan. duplic. Rad. Vincetox. Pimpin. alb. Ari, Helenii, Angelic. Imperator. Eſſent. alexiph. Stahlii, Pimpin. alb. Tinct. ♁ii Tart.

2 Motus Febriles conſervantia & excretionem promoventia: ♁ diaphoret. Bezoard. miner. Mixtura ſimplex, Eſſent. alexipharm. Stahlii, Salia digeſtiva, abſorbentia, acido Tart. vel Citri ſaturata.

3 Alvum apertam ſervantia: Clyſteres emollientes cum ſtimulo ſalino, Pilulæ Stahlianæ, Becherianæ, Potus ſufficiens, Mucilago hordei, Decoctum prunorum, paſſularum, Manna, Magneſia alba.

4 Tuſſim temperantia: Sperma Ceti, Oleum Amygd. dulc. Liquiritia cocta, Sirup. Viol. de Eryſimo Lobelii, Tuſſilaginis, Sacchar. Cand. Trochiſc. Bechici.

Formulæ Remediorum.

1 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Eſſ. alexiph.* *Pimp. alb. ā* ʒj. *M. Scord.* *D.* 25. 30. *gutt.*

2 Infuſum reſolvens.

℞. *Rad. Vincetox.* *Hyſſop.*
Pimpin. alb. *Bellid.*
Helen. ā ʒſs. *Veron. ā* Mj.
Ari ʒij. *Incif. infund. in Aq. ferv. &*
Herb. Scabioſ. *D. inſtar Infuſi Thee.*

3 Potiuncula diapnoico-temperans.

℞. *Aq. Scabioſ.* *Conch. ppt.*
Chereſol. *Tart. Vitr. ā* ʒſs.
Hyſſop. ā ʒiſs. *Sacch. perl.* ʒij. *M.*
♁ *diaph.* *D. Cochleatim.*

4 Pulvis diapnoico-temperans.

℞. *Bezoard. miner.* *Tart. Vitr. ā* ℈ij. *M.*
Nitr. regener. *Div. in* 8. *p. aq.*
Conch. citr. *D. ſing. 4. vel* 5. *horis.*

5 Emulſio diapnoico-temperans.

℞. *Amygd. dulc.* *Colat.* ʒviij. *adde*
Sem. Card. Mar. ā ʒſs. ♁ *diaph.*
Aq. Galeg. *Matr. Perl. ā* ℈j.
Scorzon. *Sacch. Canar. q. ſ. M.*
Hyſſop. ā q. ſ. *D. ſæpius cochleatim.*
F. l. a. Emulſio.

6 Linctus.

℞. *Ol. amygd. d.* *Sperm. Cet.* ʒij. *M.*
Sir. violar. ā ʒſs. *D. ſæpide.*
Sacch. Violac. ʒj.

VII. *Methodus medendi*.

1 Cum cauſa hujus morbi ſit lympha vitioſa, hæc commode eſt præparanda, ut poſtmodum per motus febriles eo melius a Natura expelli poſſit: cui ſcopo ſatisfaciunt partim Salia digeſtiva abſtergentia, partim Radices alexipharmacæ temperatæ aut etiam Eſſentiæ ex his paratæ, uti Eſſent. alexipharmaca Stahlii, quæ loco omnium reliquarum commode tempore matutino exhiberi poteſt, quoniam non ſolum reſolvit, ſed etiam motus febriles conſervat & placidam diaphoreſin excitat.

2 Huic ſubjungantur placide temperantia, diaphoreſin tamen ſimul reſpicientia, v. g. diaphoretica fixa ex ♁io, cum abſorbentibus & ſalibus digeſtivis mixta, quæ vel in forma pulveris vel Potiunculæ exhibeantur. Eadem quoque in ipſa exacerbatione moderate data locum habent, ſemper tamen interponendus eſt potus calidus, inprimis alexipharmacis quibuſdam alteratus, ut hoc modo partim humores diluantur, partim blanda diaphoreſis producatur.

3 Modo dictis diaphoreticis fixis & temperantibus tempore pomeridiano, ſi neceſſitas requirit, doſis Mixturæ ſimplicis aut Eſſentiæ alexipharmacæ interponi poteſt.

4 Verſus tempus matutinum, hora ſcil. quarta, quinta, vel ſexta, quando æſtus remittit, exhibeatur iterum doſis Eſſentiæ alexipharmacæ vel Mixturæ ſimplicis, vel etiam dentur Potiunculæ diapnoicæ ad diaphoreſin promovendam.

5 Quando tuſſis inſigniter urget, in uſum trahantur remedia ſuperius allegata, inpr. vero verſus illud tempus, quo immoderate alias affligere ſolet, & ſub iſto tempore reliquis remediis interponantur. Emulſio e ſemine Cardui Mariæ hic præ ceteris convenit, quæ non ſolum egregie temperat, ſed etiam Inflammationes metuendas præcavet, aut jam præſentes inſigniter mitigat.

6 Si Gravedo huic Febri juncta eſt, remedia externa quoque locum habent ad evacuationem per Coryzam promovendam: quo in caſu præ ceteris convenit Spiritus Salis Ammoniaci interdum naribus admotus.

7 Ad alvi libertatem ſemper reſpiciatur, hæc enim egregie Febrem & ſymptomata mitigat, & humorum ad pectus & caput congeſtiones impedit, cui fini inſerviunt Clyſteres & Pilulæ Stahlii.

8 Si Diarrhœa huic Febri ſupervenit & aliquo modo excedit, ſufficit exhibere Eſſentiam alexipharmacam eique interponere moderatum uſum pulverum nitroſorum cum Cryſtallo montana.

9 Si alia concurrunt ſymptomata, aliorum Morborum complicationem, Anginæ ſcil. Peripneumoniæ, Aphtharum &c. indicantia, methodus in talibus affectibus conveniens in uſum trahatur.

10 Si hæc Febris in lentam degenerat, Eſſentia alexipharmaca ad revocandos ſufficientes motus Febriles & materiam eliminandam aliquoties interdiu, verſus noctem vero Pulvis digeſtivus exhibeatur.

11 Si vero nulli alii morbi complicati ſunt, ordinaria medendi methodus ſemper ſervetur.

VIII. *Cautelæ Practicæ*.

1 Veneſectionem in tali Febre nemo prudens facile ſua debit, nulla enim prorſus hic occurrit indicatio, quę eam vel utilem, vel neceſſariam eſſe ullo modo demonſtrare queat: imo potius non contemnendę occurrunt rationes, quę eam noxiam potius quam ſalutarem eſſe indicant.

2 Quoad temperantia abſtinendum eſt a nimiis refrigerantibus, ne cauſa morbifica magis incraſſetur & motus febriles cum ſenſibili damno prorſus ſupprimantur.

3 Reſolventia ſemper ſint temperata & morbi gradui proportionata, fortiora enim Febrem augent & ſymptomata graviora reddunt.

4 Diaphoreſis in hiſce Febribus optima quidem eſt, quatenus totus morbus per eam ſucceſſive ſolvitur, abſtinendum tamen eſt a prematura diaphoreſeos promotione, ut & a remediis alexipharmacis acri-

acri-

acrioribus, quæ placidum Febris ſucceſſum turbant & facile periculoſas Inflammationes poſt ſe trahunt.

5 Regimen nimis calidum & coactum eadem mala excitat, ſufficit lene & quieta in lecto continentia: abſtinendum tamen eſt ab omni refrigeratione, hæc enim diaphoreſin ſupprimendo Febribus lentis & hecticis portam pandit.

6 In Tuſſis promotione fugienda ſunt nimia expectorantia, hæc enim nimiæ humorum ad pectus translationi anſam præbent, & non raro phthiſicum quid poſt ſe trahunt.

7 Si Gravedo in hac Febre in actualem jam tranſiit Coryzam, abſtinendum eſt a remediis externis ſpirituoſis.

8 Succinata cum Lignorum Decoctis & Eſſentiis in hac Febre nullum habent uſum, quare ſolum in Catarrhis ſimplicioribus uſurpentur.

9 Alvi libertas multum quidem contribuit ad feliciorem hujus morbi ſucceſſum, nunquam tamen in uſum trahantur poſitive Purgantia, præcipue acria, ſufficiunt Pilulæ Becherianæ.

10 Abſtinendum quoque eſt a remediis præcipitantibus, inprimis Cornu Cervi uſto, Terris ſigillatis &c. quibus vulgo alexipharmaca adſcribitur virtus, revera enim fibras conſtingendo & humores condenſando ſudoris placidum ſucceſſum magis impediunt, quam promovent, adeoque Febribus lentis & hecticis viam ſternunt.

11 Exulent in hac Febre ſalia volatilia quæcunque, quoniam humorem catarrhalem acrem nimis commovendo Inflammationes facile poſt ſe trahunt.

12 Opiata hic quoque nullius ſunt uſus, quoniam lympham mucoſam jam magis incraſſant, & motus placidos febriles ad materiæ diſcuſſionem ſumme neceſſarios ſupprimunt.

13 Potus ſufficiens ſemper neceſſarius eſt ad diluendos humores, abſtinendum tamen eſt a frigido.

14 Poſt morbum ſuperatum ægri adhuc aliquandiu aerem frigidum vitent, ne recidiva ſequatur. Ad quam præcavendam optime confert Eſſentia alexipharmaca, ſingulis diebus tempore matutino ſumpta, ut hoc modo omne noxium ſucceſſive e corpore expellatur.

Caput Decimum,

de

Febre maligna & Epidemica,

I. *Definitio.*

1 *Febris maligna* eſt Febris acuta, contagioſa, in qua Natura per motus ſecretorios auctiores materiam quandam acerrimam ſubtiliſſimam, corpori celerem interitum minitantem, expellere nititur.

2 *Epidemica* vero eſt Febris acuta plus vel minus maligna, ob communem cauſam plures ſimul, imo integras regiones, ſub diverſo ſchemate affligens.

II. *Differentia.*

1 *Febris malignæ:*

a Differunt hæ Febres reſpectu *gradus* malignitatis: ſummus gradus eſt in Peſte, quam proxime excipit Febris Petechialis, hanc vero Petechizans, infimus gradus eſt in Variolis & Morbillis.

b Porro differunt reſpectu *anni temporum* & *tempeſtatum*: unde horum intuitu Peſtis reliquique morbi maligni hoc anno majorem edunt ſtragem, quam altero.

2 *Febris epidemicæ:*

a Modo invadunt ſub larva Tertianarum, uti tempore verno.

b Vere adulto Pleuritica habent ſymptomata.

c Æſtate provectiore Dyſenteriæ ſchemate larvari ſolent.

d Autumno ſub quartanarum ſpecie homines affligunt.

e Autumno humidiore Catarrhis & inprimis Tuſſi junctæ ſunt.

III. *Signa.*

1 *Febris malignæ:*

a Inſignis & repentina virium proſtratio ſine cauſa manifeſta.

b Pulſus debilior.

c Lipothymiæ in principio ſtatim & incremento interdum affligentes.

d Agrypnia pertinax.

e Vacillationes mentis oblivioſæ.

f Actualia interdum deliria ſine cauſarum manifeſtarum concurſu.

g Inſenſibilitas Febris in genere, & ſitis ac reliquorum ſymptomatum inadvertentia.

h Symptomatum febrilium ſine cauſa evidenti & ſine ullo proportionato utili effectu inſolita exacerbatio: vel contra ſymptomatum conſuetorum inſidioſa diſſimulatio.

i Animi deſperabunda abjectio, ac prematurum exitus lethalis præſagium.

k Exanthematum prematura & vaga eruptio, vel ſubitanea retroceſſio.

l Motus convulſivi, qui nulli cauſæ manifeſtæ adſcribi poſſunt. Soror mea natu minor Anno 1698. cum Febris maligna in Patria mea Gelnhuſa epidemice graſſaretur, eadem quoque Febre corripiebatur: ſemper in lecto erat quieta, de nullis doloribus conquerebatur, ſemper tamen de inſigni laſſitudine querelæ erant; pulſus erat debilis, ſitis nulla &c. erumpebant ſecundo ſtatim die convulſiones, quæ tamen mox diſparebant: ſed paucis elapſis horis recurrebant & cito iterum finiebantur. Præſcripſeram ſtatim ab initio morbi Potiunculam ex Aquis diapnoicis cum Mixtura ſimplici, ſucco Citrio, ὄξιο diaphoretico & abſorbente quodam: Convulſiones quovis die plus quam decies invadebant & cum omnia conclamata eſſe non levis ſuſpicio eſſet, tandem lenis mador die quinto erumpens morbum ſenſim leviorem reddebat, & ei elapſis aliquot diebus finem imponebat.

2 *Febris epidemicæ.*

a Frequentia morbi inter plures patientes.

b Modus invadendi unus idemque.

c Symptomatum eorundem, quæ in aliis obſervantur, concurſus.

IV. *Subjectum.*

1 Febres malignæ & epidemicæ nulli parcunt ætati, & temperamento, ſed plerumque plurimos invadunt, quoniam cauſæ externæ omnibus communes ſunt.

2 Utpl. tamen invadunt homines mediæ ætatis, Juvenes & Adoleſcentes, Plethoricos, aut alios in vigore ætatis conſiſtentis adhuc conſtitutos, inpr. vero qui Naræ ſunt ſenſibilioris.

3 Variolæ vero & Morbilli epidemice graſſantes magis affligunt juniores, infantes ſcil. & pueros.

4 Frequentius quoque hiſce Febribus corripiuntur Sanguinei & Sanguineo-Cholerici.

5 Homines timidi, meditationibus dediti, Feminæ, Literati.

V. *Prognoſis.*

1 Omnes morbi maligni præcipitis ſunt exitus & periculum inſigne utplurimum involvunt.

2 Omnes morbi epidemici maligni Plethoricos invadentes ſemper ſunt majoris conſiderationis.

3 Febres epidemicæ omnes, quamvis etiam mitiores & benigniores videantur, propter continuitatem inſidioſam, debilitatem inſignem & ſimilia concurrentia ſemper monſtri quid alunt.

4 Imo quo leniores, quoad ſymptomata febrilia generalia, æſtum, ſitim &c. apparent, tanto malignores ſunt.

5 Inſolita animi circa initia trepidatio, vel præmaturum ſiniſtri eventus præſagium, vel lethalem exitum portendit.

6 Quo major in hiſce Febribus eſt mentis perturbatio ac virium lapſus, eo gravius quoque immine: periculum.

7 Diarrhœæ in Febribus malignis & epidemicis ſunt innoxiæ, ſi ſcil. ſunt tolerabiles, & quamvis morbum non ſolvant, ſemper tamen alvi adſtrictione ſunt meliores.

8 Alvi adſtrictio in Febribus malignis & Epidemicis reliqua ſymptomata, præcipue caput affligentia, manifeſte exacerbat.

9 Narium Hæmorrhagias in Epidemicis, quoque tempore contingentes, melius eſt non fieri, quam fieri: imo largiter recurrentes, alvo præſertim ſiccio-re, it. Deliria & Aphthas poſt ſe trahentes, plerumque lethales ſunt: diuturnioribus vero deliriis tandem ſupervenientes, illaque ſublevantes tolerabiliores exiſtunt.

10 Si Febres malignæ & epidemicæ corripiunt homines cacochymicos aut labe viſceris cujuſdam laborantes, funeſtus ordinarie ſequitur exitus.

11 Excretiones diapnoicæ cito erumpentes & bene procedentes bonum promittunt exitum.

VI. *Remedia.*

1 Temperantia: Conch. citrat. Mat. Perl. Lap. ♋ aliaque abſorbentia acidis ſaturata, Tart. Vitr. Arcan. duplicat. Nitr. ♁iat. depurat. regenerat. Succ. Citr. Rob Cydon. Ceraſ. acid. Rib. Berber. Sir. Cydon. acetoſit. Citr. Ceraſ. acid. Vinct. Roſar. Violar. Flor. Bellid. Mucilaginoſa, Gelatinoſa, Potus ſufficiens vel ſimplex vel alexipharmacis & acidis alteratus.

2 Diapnoica: ♁ diaphoret. Bezoard. miner. Reg. ♁ii Medicin. Tinct. Bezoard. Mixt. ſimpl. Eſſent. alexipharm. Pimpin. alb. Scord. Aqu. Galeg. Scorzon. Flor. Samb. Flor. Acac. Card. bened. &c.

3 Analeptica: Aqu. Roſar. Borrag. Bugloſſ. C.C. citrat. Namph. Cinam. Cydon. Spec. de Hyacinth. Confect. de Hyacinth. AlKerm. Tinct. Corall. Eſſent. dulc. Hal. Pulveres confortantes Richteri.

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula diapnoico-temperans.

℞. *Aq. Galeg.* *Nitr. ♁iat. ℥ ʒß.*
Scorzon. *Reg. ♁ii medic. ℈j.*
Fl. Acac. *Succ. Citr. rec. ʒij.*
C.C. citrat ℥ ʒj. *Sir. Ceraſ. acid. ʒß. M.*
Bezoard. min. *D. ſæpius cochleatim.*
Matr. perl.

2 Alia alexipharmaca.

℞. *Aq. C.B.* *♁ diaph.*
Scabioſ. *Conch. citr. ℥ ʒß.*
Rub. id. *Sir. acetoſ. citr.*
Cord. frig. ℥ ʒj. *Contrai. ℥ ʒij. M.*
Mixt. ſimpl. ʒj. *D. ut antea.*

3 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Eſſ. Scord.* *Mixt. ſimpl. ℥ ʒj. M.*
Pimp. alb. *D. 25. 30. gutt.*

4 Alia ſimul confortans.

℞. *Eſſ. alexiph.* ʒij. *D. ut antea.*
dulc. ʒj. *M.*

5 Potiuncula confortans.

℞. *Aq. Scorzon.* *Conſ. Alkerm. inc.* ʒij.
Bugloſſ. ℥ ʒij. *Sir. acetoſ. citr.* ʒvj. M.
Cinnam. cyd. ʒj. *D. Cochleatim.*

6 Electuarium confortans.

℞. *Conſ. Pulp. Citr.* *Conſ. de Hyac.* ʒiß.
Roſar. ℥ ʒß. *Sir. Cydon. q. ſ. M.*
Rob. ceraſ. acid. *F. Electuarium.*
Rib. ℥ ʒiij. *D. ſæpius.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Cum Febres hæ non raro inſignem edant ſtragem ac mox vires maxime frangant, antequam vere cognoſcantur, mature auxilium ferendum eſt & quidem ſtatim in principio.

2 Si E. ex inſigni virium proſtratione, actionum vitalium & rationalium perturbatione aliiſque ſignis de malignitate morbi conſtat, exhibeantur ſtatim temperantia cum diaphoreticis fixis, ut hoc modo & æſtus temperetur, & moderata diapnoe excitetur.

3 Cum vero hæ ſæpius non ſufficiant, hiſce interponantur mitiora alexipharmaca, ut miaſmata maligna mature ad peripheriam corporis ferantur & expellantur.

4 Hiſce ſemper jungantur analeptica, qualia ſunt ea, quæ modo laudavimus, ne vires a morbo adhuc magis frangantur. Sanguineis præ ceteris conveniunt blanda acida, inpr. ſuccus Citri recens, Potiunculis alexipharmacis & diapnoicis additus. Cholerici vero magis ſublevantur per Nitroſa, quando cum dictis alexipharmacis & aquis analepticis miſcentur.

5 Si Febres malignæ epidemice graſſantur, ſemper reſpiciendum eſt ad indolem earum, an ſcil. ſub Tertianarum, Quartanarum, Dyſentericæ, Pleuritidis aliorumque morborum larva incedant: pro diverſitate enim complicatorum affectuum cura eorundem interdum aliqua variatione opus habet.

6 Ad ſymptomata quoque urgentia horum morborum attendendum eſt, e. g. Si ſitis nimium urget, temperanda eſt per ſufficientem potum, blanda acida, nitroſa, emulſiva &c. reliquis vero proſpiciendum eſt per convenientem methodum, quam ſequentes Tabulæ tradunt.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In Febribus malignis & epidemicis vena nunquam ſecanda eſt; niſi peculiares & urgentes circumſtantiæ in ſubjectis eminenter Plethoricis ejus uſum ſuadeant: imprudenter enim adminiſtrata graves circa dies criticos turbas poſt ſe trahit.

2 Vitentur etiam fortiora per ſuperiora aut inferiora evacuantia, quoniam placidam diapnoen, quam Natura in hiſce Febribus amat, impediunt aut inſigniter turbant.

3 Blanda tamen per ſuperiora evacuatio, ſi malignitas per ſalivam communicata fuit, ſymptomata circa præcordia urgent, & Ventriculum cruditatibus repletum eſſe conſtat, interdum locum habet, ſi ſtatim in primo principio inſtituitur.

4 Fugiantur quoque omnia volatilia & calida ſudorifera, quoniam humores nimium commovent, materiam malignam magis in motum conjiciunt, vires magis frangunt, aliiſque funeſtis ſymptomatibus portam pandunt.

5 Similem effectum edit regimen nimis calidum: ſufficit in hiſce Febribus blandus calor externus, & defenſio a frigore.

6 Si æſtus eſt temperandus, vitentur nimia refrigerantia, ut pote quæ humores incraſſando miaſmatum malignorum excretionem impediunt.

7 Idem ſentiendum eſt de potu frigido, ſatius eſt exhibere tepidum vel calidum, qui & diluit & placidam materiæ malignæ excretionem promovet.

8 Nihil magis vero hance diapnoen adjuvat, quam quies in lecto, quare omnes jectigationes fugiantur.

9 Nunquam etiam fidendum eſt terris bolaribus & ſigillatis, quæ vulgo tanquam efficacia alexipharmaca hinc inde ab Authoribus laudantur, revera enim ſunt adſtringentia & hinc excretionem diapnoicam ſæpius turbant.

10 Si Febres tales ſub alia larva apparent, ſemper magis reſpiciendum eſt ad Febrem malignam tanquam morbum primarium, quam ad reliqua concurrentia accidentia: hæc enim Febre ſuperata ſponte ordinarie ceſſant. Si vero hæc nimium urgent, iis occurrendum eſt, ita tamen, ut morbo primario nullum exinde naſcatur præjudicium.

11 Alexipharmaca remedia non quovis tempore exhibeantur, inpr. in exacerbatione, ſatius eſt ea finiente talia remedia dare.

12 Alvum in hiſce Febribus obſtructam eſſe malum eſt: nunquam tamen præter Clyſteres alia ad reſerandam alvum in uſum trahantur remedia.

13 Remedia a morbis malignis epidemicis præſervantia, quæ vulgo commendantur, utpl. parum efficaciæ edunt: optimum eſt hoc in caſu remedium, matura Plethoræ ſuſpectæ imminutio & ſecretionum & excretionum in debito ordine conſervatio.

CA-

Caput Undecimum,

de

Variolis distinctis.

I. *Definitio.* VAriolæ distinctæ sunt species Febris acutæ continuæ, exanthematicæ, plus vel minus malignæ, cujus ope Natura materiam acrem causticam, humoribus inhærentem, ad habitum corporis expellit, & ibidem pustulas primo rubras, postea limpidas ac tandem purulentas a se invicem distantes format.

II. *Differentia.*

1 Aliæ sunt *veræ*, quas Febris acuta comitatur & tertio septenario finiuntur.

2 Aliæ sunt *nothæ*, quæ sunt pustulæ limpidæ, paucæ, in habitu corporis occurrentes & elapsis paucis diebus sine Febre acuta disparentes.

3 Differunt Variolæ distinctæ respectu indolis, aliæ enim sunt *benignæ*, quas Sydenham *regulares* appellat, aliæ vero sunt *malignæ* & *irregulares*, quæ plures jugulant.

4 Distinguuntur a *Confluentibus*, quod in his longe major pustularum, unam postea quasi crustam formantium, adsit numerus, quam in Discretis. Vid. *Tab. seq.*

5 A *Morbillis*, in hisce enim exanthemata tantum rubra paululum elata in habitu corporis erumpunt, quæ sine suppuratione post aliquot dies abeunt, cum e contra variolæ sint veræ pustulæ ad suppurationem tendentes.

III. *Signa.*

1 Invadunt sæpius cum horrore leni inpr. in paulo jam adultioribus, sæpius tamen etiam nullus observatur horror.

2 Concurrunt oscitationes & pandiculationes.

3 Quas excipit, pro temperamentorum & ætatum diversitate, calor vel magis vel minus urgens.

4 Huic jungitur dolor capitis itidem pro circumstantiarum ratione magis, vel minus tolerabilis, ac vertigo cum somnolentia & deliriis quamvis non semper.

5 Occurrit etiam ordinarie dolor dorsum occupans.

6 Juxta Sydenhamium adest quoque dolor partium scrobiculo cordis subjacentium, si manu premuntur.

7 Calori sitis juncta est.

8 Pulsus est celer & frequens.

9 Ciborum adest fastidium.

10 In multis observantur deliria & jactigationes corporis.

11 In aliis subsultus tendinum, quos non raro Convulsiones sequuntur.

12 In plurimis deprehenditur Tussis ferina & quasi suffocativa.

13 Cui junguntur frequentes sternutationes cum voce rauca & fæcium dolore.

14 Oculi multo humore perfunduntur, in aliis vero sicci sunt magis, & lumen ferre nequeunt.

15 In non paucis observantur tormina colica, Diarrhœæ aut Vomitus, in multis vero & plurimis alvus est adstricta.

16 In aliis vero versus quartum diem aut ipso quarto occurrunt Hæmorrhagiæ narium.

17 Sub finem tertii vel principium quarti diei in facie, collo, pectore ac deinde in universo corpore erumpunt maculæ subrubræ exiguæ.

18 Hoc ipso tempore Febris vel insigniter imminuitur, vel in multis plane cessat.

19 Reliqua etiam symptomata maxime mitigantur, aut prorsus tolluntur.

20 Faucium vero dolor persistit & magis urget per totum morbi cursum.

21 Maculæ illæ statim post eruptionem extolluntur in pustulas ex roseo pallidas.

22 Hæ semper majus spatium occupant, inprimis secundo post eruptionem die.

23 Tertio aut septimo post invasionem die magis acuminatæ fiunt.

24 Tum temporis, nempe quinto & sexto ab invasione die, pustulæ limpido humore repletæ sunt.

25 Octavo die pustulæ cinguntur circulo rubicundo ac non solum latiores, sed magis acuminatæ reddunturtur.

26 Tum temporis tota facies insigniter intumescit, & Febris denuo accenditur.

27 Palpebræ quoque turgent, ita ut vel conniveant, vel prorsus claudantur.

28 Hinc reliquæ quoque partes inflantur cum dolore tensivo & lancinante, qui cum inflammatione in dies augentur.

29 Die nono pelluciditas pustularum perit & obscuræ vel flavescentes redduntur.

30 Et cum antea læves essent, jam in superficie asperæ fiunt.

31 Hoc ipso die & præcipue decimo rumpuntur eæ, quæ sunt in facie, ac pus contentum probe coctum effundunt.

32 Quæ sunt in reliquo corpore eodem tempore quoque maturitatem suam adipiscuntur.

33 Quæ vero in manibus & pedibus occurrunt lævitatem suam retinent & indies magis albescunt.

34 Maturatione ad finem tendente alvus pertinaciter hactenus clausa sponte aperitur.

35 Interdum etiam hoc ipso tempore in quibusdam Diarrhœa, in qua multæ squamæ cum excrementis excernuntur, invadit.

36 Die undecimo cessat inflammatio faciei, ac rubor, qui antea erat in interstitiis Variolarum, perit.

37 Cessat quoque palpebrarum tumor & oculi iterum aperiuntur.

38 Eodem die exarescere incipiunt, quæ exarescentia etiam sequentibus diebus tantisper continuat, donec decimo quarto vel decimo quinto prorsus decidant.

39 Post casum illorum remanet squamula alba, qua decidente conspicitur macula rubicunda & sæpius fovea.

40 Die decimo quarto vel quinto concidunt eæ, quæ sunt in pedibus & præcipue in manibus, sine materiæ effusione, & sensim sensimque excrescentes usque ad diem decimum septimum decidunt.

IV. *Subjectum.*

1 In genere omnes fere homines semel in vita Variolis corripiuntur & pauciſſimi sunt, qui ab iis immunes vivunt.

2 Nonnunquam etiam, sed satis raro, quidam bis & omnium rarissime ter eadem patiuntur.

3 In specie vero infantes iisdem affliguntur, præcipue quando constitutio est epidemica.

4 Pueri quoque eadem frequenter experiuntur.

5 Adulti de quibus. Vid. *Tab. seq.*

V. *Prognosis.*

1 Variolæ distinctæ, regulariter procedentes, utplurimum nullum periculum portendunt & sine gravibus symptomatibus ad finem properant.

2 Imprudenter tamen tractatæ & propter malum regimen sæpius fiunt funestæ.

3 Infantes obesi & spongiosi valde habitus corporis semper in majori versantur periculo, quam reliqui.

4 Si æqualiter secundum naturalem ordinem primum in facie & postea in reliquis partibus prodeunt, semper melioris sunt spei, quam si successive & inæqualiter erumpunt, hæ enim facile retrocedunt.

5 Si in principio tertii diei jam prodeunt, pertinent ad irregulares ac ad confluentes inclinant, & hinc etiam pejoris sunt indolis.

6 Si Febris vel nimium excedit, vel deficit in Variolis, periculum minatur.

7 Diarrhœæ in principio Variolarum earum excretionem impediunt, nunquam tamen per adstringentia supprimendæ sunt, sed sufficiunt lenia alexipharmaca, præcipue Essent. alexipharmaca Stahlii. Vid. *Cautel. Pract.*

8 Narium Hæmorrhagiæ circa eruptionis tempus aut sub ipsa eruptione, in pueris contingentes, nullum

periculum minantur, ſed patientes multum ſublevant.

9 Nec etiam convulſiones eruptionem antecedens periculum portendunt: promovent potius earum largam excretionem, & totus morbus etiam poſtea magis tranquille ad finem properat. Vidimus id in multis Anno 1713. & 1714. cum epidemice hic graſſarentur Variolæ.

10 Variolæ latiores in medio depreſſæ, ſive foveam habentes, ſemper peſſimæ ſunt indolis & utpl. funeſtum habent exitum.

11 Quo magis autem ſunt elevatæ & turgidæ, eo meliores ſunt.

12 Omnes Variolæ circulo rubicundo carentes periculum minantur & facile retrocedunt.

13 Inflammatio faciei & manuum, ſi tempore maturationis non obſervatur, peſſimum præbet indicium, mors enim ſæpe brevi ſequitur, id quod etiam contingit, ſi præſens inflammatio ſubito perit.

14 Petechiæ aut exanthemata miliaria, in interſtitiis Variolarum occurrentia, indicant inſignem malignitatem & fere ſemper funeſtum poſt ſe trahunt exitum, inprimis ſi nigræ fuerint.

15 Variolæ ſuppurationis tempore non flaveſcentes, ſed quaſi limpidæ & aquoſæ manentes vel fiunt funeſtæ, vel alios morbos periculoſos poſt ſe trahunt, quod ſæpius obſervavimus.

16 Convulſiones, poſt eruptionem Variolarum aut ſuppurationis tempore affligentes, graviſſimum ſemper portendunt periculum.

17 Alvi adſtrictio nunquam non in Variolis melioris eſt conditionis quam ejuſdem nimia laxitas.

18 Diarrhœa tamen maturationis tempore contingens, in qua materia quaſi purulenta cum ſquamulis excernitur, ſi moderate ſuccedit, non adeo reformidanda eſt.

19 Si Febris inflammatoria ultra maturationis tempus adhuc extenditur, malum eſt præſagium, indicat enim partem materiæ Variolarum interius remanſiſſe, aut viſcus quoddam affectum eſſe.

20 Si materia Variolarum omnis non expulſa fuit, ſæpiſſime ſequuntur poſt morbum ſuperatum copioſi furunculi, ſcabies rebellis, Tuſſis ſicca gravis, imo interdum hectica totius corporis conſumtio & Phthiſis.

21 Optimum ſignum eſt, ſi exareſcentibus Variolis appetitus redit ac vigiliæ cum reliquis ſymptomatibus ceſſant.

VI. *Remedia.*

1 Temperantia aut præparantia, in aliis Febribus uſualia: Mater Perl. Lap. ♋, Percar. C.C. Philoſ. Conch. ppt. aut acido Citri vel Tartari ſaturatæ, Salia digeſtiva Nitroſa, acida, mucilaginoſa, emulſiva &c.

2 Diapnoica & alexipharmaca: Antimonium diaphoreticum, Bezoardicum minerale, Regulus ☉ii Medicinalis, Tinct. bezoardica, Mixtura ſimplex, Eſſentia alexipharmaca, Pimpinell. alb. Semen Aquileg. Card. Mar. Napi, Aquæ diapnoinæ, Galeg. Scorzon. Scord. Scabioſ. Flor. Sambuc. &c.

3 Symptomatibus proſpicientia: Camphora, Oleum ovorum, Cinnab. ☉ii, nativa, Lumbrici terreſtres, Pulvis Chacarillæ, Lac, Spiritus Vini Camphorat. crocat. Pulv. ſolares, confortantes, Eſſentia dulc. &c. Vid. *Meth. Med.*

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula temperans.

℞. *Aq. Borrag.*	*Nitr.* ☉*iat.*
Cichor.	*Matr. perl.* ℥ ʒſs.
Fragor.	*Sir. acetoſ. citr.* ʒſs. *M.*
Galeg. ℥ ʒj.	*D. ſing.* 3.4 *horis, cochleatim*
☉ *diaph.*	j. *vel* ij.

2 Alia diapnoica.

℞. *Aq. Rub. id.*	*Eſſ. alexiph.* ʒiſs.
Scorzon.	*Succ. citr. rec.* ʒij.
Fragor.	*Sir. Cydon.* ʒſs. *M.*
C.C. citr. ℥ ʒj.	*D. ut antea.*

3 Emulſio diapnoïto-temperans.

℞. *Sem. Card. Mar.*	*Colat.* ʒviij. *adde*
Aquileg.	*Bezoard. min.*
Nap.	*Lap.* ♋ ℥ ʒij.
Amygd. dulc. ℥ ʒiij.	*Sacch. perlat. q. ſ. M.*
Aq. Scabioſ.	*D. cochleatim.*
Scorzon. ℥ *q. ſ.*	

4 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Eſſ. alexiph.*	*D.* 15.20.30. *gutt. pro ratione*
Scord. ℥ ʒiſs. *M.*	*ætatis.*

5 Pulvis ad Diarrhœam.

℞. *Matr. perl.* ʒj.	*Nitr.* ☉*iat.* ʒj. *M.*
Pulv. Chacarill. ʒſs.	*D. ſing.* 4. *horis cuſp. cult.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Cum cauſa Variolarum ſit miaſma quoddam acre & cauſticum ſpecificæ prorſus indolis, vel per contagium in corpus ſuſceptum, vel juxta alios in corpore, ſed ex incognitis adhuc dum cauſis, genitum, illud ante omnia ita præparandum eſt, ut eo facilius per Naturam ad habitum corporis pelli queat. Huic ſcopo potiſſimum inſerviunt abſorbentia oſtracodermata cum diaphoretico ☉iali fixo, ac potus ſufficiens.

2 Semper quoque reſpiciendum eſt ad Febrem vel excedentem vel deficientem: ſi excedit & nimia exinde oritur ſanguinis ebullitio, quæ ordinarie placidam Variolarum eruptionem impedire ſolet, ejus impetus moderandus eſt partim per modo dicta abſorbentia & diaphoretica fixa, partim vero per Nitroſa & blanda acida, reliquis admixta.

3 Si vero Febris deficit, & Variolarum excretio minus bene ſuccedens exinde metuenda eſt, exhibeatur Eſſentia alexipharmaca parvis & ſingulis quatuor vel quinque horis repetitis doſibus, vel etiam reliquis abſorbentibus & diaphoreticis fixis interponatur.

4 Hæc Methodus tribus primis diebus obſervetur, quando vero erumpunt Variolæ opera danda eſt, ut excretio earum placide promoveatur: cui fini inſerviunt Potiunculæ leniter diapnoicæ & Emulſiones ſupra præſcriptæ, quæ admaturationis uſque tempus continuari poſſunt, exhibendo ſingulis tribus vel quatuor horis cochl. j. vel ij. pro ætatum diverſitate.

5 Die octavo, ubi ſuppuratio incipit, denuo exhibeantur ſupra laudata abſorbentia & diaphoretica fixa, quibus, ſi æſtus urget, tantillum Nitri addatur, aut etiam reliquis Emulſionum uſus jungatur.

6 Si vero interſtitia non inſigniter rubeſcunt & magis ad pallorem vergunt, interponatur Eſſentia alexipharmaca minoribus & repetitis doſibus uſque ad tempus exareſcentiæ & hoc ipſo etiam tempore remedia diaphoretica & inpr. Eſſentia alexipharmaca non ſeponantur, ſed aliquandiu adhuc continuentur.

7 Morbo finito ad evacuandas primas vias exhibeatur lene purgans, præcipue ex Mercurio dulci, ut hoc modo reliquiæ morbi tollantur.

8 Cum vero varia etiam in Variolis ſymptomata ſæpius admodum urgentia occurrant, ad ea quoque oculi dirigendi ſunt,

a *Dolor dorſi & lumborum*, ſi eſt immoderatus, exhibeantur cum ante dictis abſorbentibus & diaphoreticis fixis Cinnabarina, ut & pulvis aut extractum Chacarillæ. Inſignem quoque hic uſum habent Eſſent. dulc. ordinaria & concentrata ac Pulveres ſolares.

b Quando *Vomitus* nimius in principio Variolarum adeſt, dentur Spec. de Hyac. MP. de Cynogl. Theriac. cœleſt. cum reliquis remediis mixta; externe vero regioni ventriculi applicetur cum linteaminibus Spir. Vini camphor. Aqua Regin. Hungar. Spir. Theriac. camphor. aut etiam Theriaca Androm. cum oleo Menthæ.

c *Diarrhœam* in principio urgentem optime compeſcit Nitrum, in parva doſi cum abſorbente quodam exhibitum & pulvis chacarillæ. Eidem fini inſervit Eſſent. dulcis & alexipharmaca parvis & repetitis doſibus exhibita. Si vero ſtatu occurrit & excedit, vel ſæpius vel majoribus doſibus hæc remedia dentur. Externe applicetur Theriaca cum Oleo deſtillato Menthæ mixta.

d *Con-*

d *Convulsiones* eruptionem Variolarum præcedentes nullam ordinarie medicationem postulant ; si vero post eandem adhuc continuant, omnino sunt supprimendæ : hoc in casu præstant aliquid remedia Cinnabarina, absorbentia, diaphoretica fixa & Lumbrici terrestres &c. omnibus tamen palmam facile præripiunt Pulveres ☉res Richteri, quæ sæpius momento fere citius non has tantum, sed & alias Convulsiones tollunt, si scil. singulis duabus horis dosis simplex vel duplicata exhibetur.

e *Hæmorrhagia narium* præsertim in subjectis huic excretioni assuetis & plethoricis, circa eruptionis tempus contingentes, nullum prorsus inferunt periculum : si tamen excedunt, Nitrosa & alia temperantia ad sanguinis orgasmum compescendum præscribantur.

f *Tussi*, si nimium urget, Oleum Amygd. dulc. cum Spermate Ceti prodest. Eidem fini inserviunt etiam emulsiones temperantes.

g *Dolor & ardor faucium* sæpius quoque admodum sunt molesti & sui mitigationem indicant : prosunt in tali casu modo dicta temperantia, majorem tamen efficaciam edit Essentia alexipharmaca Stahlii vel sola, paucis guttis assumpta, vel in pauco vehiculo : eundem effectum habet Essentia Pimpinellæ albæ.

h Adest etiam interdum, præsertim in natu majoribus, insignis ad *sudores propensio*, quæ postmodum debitam Variolarum impletionem & elevationem maxime retardat, ac sæpius subsistentiæ Variolarum viam sternit : in tali casu Nitrosa & Emulsiones ad temperandum nimium humorum æstum & resolutionem præ ceteris commendari merentur.

i *Eruptionem* nimis *tardam* & *inæqualem* sublevat prudens usus Essentiæ alexipharmacæ & Emulsionum diapnoicarum, si scil. talia remedia frequentius sed parvis dosibus usurpantur ; res eo melius procedet, si dictis remediis Essentia dulcis & Pulveres ☉res interponuntur.

k *Subsidentiam* & *retrocessionem* optime præcavent modo dicta remedia, & si tempore maturationis tale quid observatur, frequentius Essentia alexipharmaca & dulcis exhibeantur.

l Si *Vigiliæ* urgent, in usum trahantur Emulsiones temperantes cum Semine Papav. albi, Nitrosa & Cinnabaris, meliorem tamen edunt effectum Essentia dulcis Hallensium tam ordinaria, quam concentrata, quod sæpius observavi.

m *Oculos* quod concernit & *palpebras*, eorum læsiones præcavet lac calidum cum aliquali portione camphoræ & croci mixtum & oculis applicatum : lac humanum ; camphora collo appensa : linteamina Spiritu Vini camphorato imbuta & exsiccata : sacculi ex semine Fœniculi contuso parati ; aut etiam si semen hocce masticatur & halitus in oculos inflatur.

n Si *colici dolores* urgent, potissimum convenit Essentia alexipharmaca & Essentia dulcis, aut etiam reliquis remediis Cinnabaris & pauca grana Massæ Pilularum de Cynoglossa addantur.

o Si *Petechiæ* & *exanthemata* miliaria in interstitiis macularum occurrunt, insistendum est usui blandorum alexipharmacorum : Regulus quoq; Antimonii Medicinalis, aliis blande diaphoreticis admixtus, ut & Pulveres ☉res hoc in casu suo quoque non carent usu.

p *Urinæ suppressio*, ordinarie maxime periculosa, si urget, in usum trahantur diuretica : cum vero hisce sæpius nihil effici queat, juxta Sydenhamii Methodum ægrotus e lecto eximatur & adstantium manibus suffultus per cubiculum bis terve circumducatur.

q Ad *consolidationem* & *crustarum* faciliorem remotionem præ ceteris convenit Oleum ovorum moderate camphoratum.

r Ad *præcavendas foveas* nil magis convenit, quam placida totius morbi tractatio & moderatum regimen.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Si ullus est morbus, ubi Cautelis Practicis opus, hic sane est : licet enim satis tranquille procedat, facillime tamen per perversam medicationem ita statim corrumpi potest, ut brevi lethalis fiat.

2 Tutissimum E. est ab artificiali Methodo, quantum fieri potest, abstinere & negotium soli Naturæ committere, sic enim longe facilius evadunt infantes. Observavi hoc Anno 1713. & 1714. ubi ultra integrum annum epidemice grassabantur Variolæ & multos jugulabant infantes, quamvis magis e benignarum, quam malignarum essent censu. Unica hujus rei causa erat perversum regimen & copia medicamentorum, quibus miselli obruebantur. Vocabar tum temporis ad plures ; si tranquille procedebant, prorsus nihil præscribebam : si Febris nimium urgebat, dabam Pulverem ex ♁ diaphor. Conch. elstrat. Nitr. depurat. Tart. Vitriolat. & Cinnab. Quando in principio aderat Diarrhœa, quod sæpius fiebat, in usum trahebam Essent. alexipharm. Stahlii, quæ sensim alvi fluxum sistebat. Tempore maturationis dicto pulveri, ad promovendam suppurationem & sublidentiam præcavendam, Essentiam jungebam & sic omnes curæ meæ concrediti felicissime evadebant, paucissimis exceptis, quos parentes ipsi per regimen nimis coactum contra voluntatem meam jugulabant. Remedia mulierculara, tum temporis polychresta & maximam partem authoritate communis Praxeos approbata, erant Pulvis Pannonicus ruber, Aqua Fumariæ, Lapis Bezoardicus, Vinum rubrum, Decoctum Lentium, hypocaustum fervidum : quæ mors, omnium miseriarum finis, sæpissime sequebatur.

3 Cavendum quoque est ab omnibus commoventibus calidis & alexipharmacis fortioribus, quæ vulgo ad venenum a corde removendum & per habitum corporis expellendum commendantur : quamvis enim Variolas expellant, nimis tamen præcipitanter id fit, & nimia simul humorum copia expellitur, unde postea maturationis tempore ob humorum, ad Variolarum impletionem necessariorum, defectum, pustularum subsidentia insigni cum damno & ordinarie cum funesto eventu sequitur.

4 Eundem effectum edunt Myrrhata & Salia volatilia, quæ tamen hinc inde a non infimi subsellii Medicis tanquam maxime convenientia & utilia remedia pleno ore laudantur.

5 Abstinendum quoque est a regimine nimis calido : quamvis enim Variolarum excretionem promoveat, facile tamen postmodum retrocedunt : imo nimius æstus aliquando excretionem magis impedit quam promovet. Vocabar aliquando Mense Majo ad infantem quatuor annorum : Mater conquerebatur, quod infans frequentibus corriperetur lipothymiis : cum hypocaustum ingrederer, tantus in eo erat æstus, ut fenestras aperire cogerer : infans lecto matris ad nares usque inclusus, caput vero stragulis probe tectum & munitum erat : dissipato calore infantem propius aspiciebam, an forsan adessent Variolæ? quartus enim morbi dies erat, sed considerata facie & toto corpore prorsus nihil deprehendebam. Infantem E. e lecto eximi & indui jubebam ac præscribebam ad æstum temperandum Emulsionem temperantem. A meridie, cum ægrotum denuo visitarem, in hypocausto ambulabat ac tota facies cum reliquo corpore Variolis quasi tectum erat. Suadebam continuationem Emulsionis & sic Variolæ legitime tempus suum ordinarium cum salutari exitu absolvebant.

6 Quamvis autem calor nimius certissime noceat, corpus tamen frigori & aeri liberiori minime exponendum est, quatenus hoc modo Variolarum excretio impeditur, aut excretarum retrocessio producitur : quare ægroti semper in loco moderate calido detineantur.

7 Alvus clausa nunquam aperiatur per remedia Purgan-

gantia aliaq; irritantia aut laxantia quoque, quoniam ab apertione artificiali alvi ſemper majus periculum, quam ab adſtrictione ejuſdem metuendum eſt: quare etiam Methodus *Gundelsheimeri*, de qua *Stahlius* in *Diſſert. de Variolis*, non temere in uſum trahenda eſt. Poſt ſuperatum vero morbum blanda laxatio cum Mercurio dulci locum habet.

8 Abſtinendum porro eſt a remediis nimis temperantibus: calorem enim febrilem nimium obtundunt, atque hinc ſumme neceſſariam Variolarum excretionem impediunt.

9 Abuſus terreorum & incraſſantium pariter noxius eſt, quatenus humores nimium incraſſando excretionem retardant: quare etiam *Pulvis Pannonicus ruber, das Giffi-Pulverlein*, (ad quam tanquam ad ſacram anchoram plerique noſtratium non in Variolis tantum, ſed etiam in aliis morbis confugiunt) quicquid etiam alii de inſigni ejus efficacia proferant, in Variolarum cura exulet, quoniam maximam partem ex terreis & adſtringentibus conſtat & hinc utpl. plus nocet, quam prodeſt, quod experientia frequentiſſime monſtrabit.

10 Decoctum Lentium cum Terra ſigillata, quod quidam tanquam Deum tutelarem in Variolis commendant, nullum habet prorſus uſum, flatulentum enim eſt & ob Terram ſigillatam adſtringit, quare potius mulierculis relinquendum eſt.

11 Aqua Fumariæ deſtillata, quæ tanquam evporiſtum in Variolis plerumque uſurpatur, prorſus eſt nullius uſus, imo plus nocet, quam prodeſt.

12 Nimia remediorum copia, uti in omnibus aliis morbis, ita præcipue in Variolis ſumme noxia eſt, & hinc etiam in urbibus, ubi homines ſanitatem non niſi multis remediis redimi poſſe pertinaciter credunt, & etiam a Medicis, qui ſe per remedia & viſitationes neceſſarios reddere ſumma diligentia laborant, in perverſa tali opinione ratiunculis variis, ignorantiam utpl. magis quam experientiam ſapientibus, confirmantur, plures ſemper a Variolis quam in pagis, ubi totum negotium Naturæ committitur, moriuntur. Vocabar ante octo circiter annos ad puerum octo annorum, filium unigenium & ideo chariſſimum, temperamenti cholerici Variolis laborantem & quidem die ſexto tempore ſumme matutino: omnia curialia jam obſervata fuerant, aderat pulvis lapidis bezoardici, Pannonicus ruber, Aquæ diaphoreticæ, myrrhatæ & ſalibus volatilibus penetrantiores redditæ cordiales, Oleum Scorpionum magnificentiſſimum Matthioli, ſacculi ad pulſus, Epithema cordiale, Spiritus ad irrigandos ſacculos, Species pro potu, Tincturæ ad alterandum potum, Species Theiformes contra Tuſſim, Balſamum cephalicum aliaque claſſica remedia, pompæ medicæ modernæ inſervientia, quæ ſingulis horis alternatim dabantur: ſed hiſce omnibus non obſtantibus puer peſſime ſeſe habebat; Variolæ enim paucæ aderant, Febris inſigniter urgebat, & omnia ſympromata erant graviſſima. Seponi. E omnia jubebam ac nil niſi pulverem ſimpliciter temperantem & moderate diaphoreticum præſcribebam: loco potus parci largum ſuadebam ac regimen, antea ſumme calidum, moderatum imperabam. Circa veſperam denuo vocabar, & ſymptomata omnia mitiora erant, Variolæ in copia erumpebant, ac tandem ægrotus, nimiis antea remediis obrutus, feliciſſime evadebat.

13 Diarrhœa ab initio in Variolis occurrens, nunquam per poſitive adſtringentia ſiſtatur, ne graviora damna ſequantur.

14 In convulſionibus eruptionem præcedentibus vitentur Caſtorina, quæ alias tanquam optima antepileptica laudantur, etſi enim aliquid conferre queant, reliquum tamen morbi curſum nimium turbant.

15 Satius eſt narium Hæmorrhagiam, ante eruptionem & ſub eadem contingentem & non excedentem, intactam relinquere, quam eandem imprudenter per adſtringentia ſupprimere.

CAPUT DUODECIMUM.

DE

Variolis Confluentibus.

I. *Definitio.* VAriolæ confluentes ſunt ſpecies Febris acutæ, continuæ & exanthematicæ, qua Natura materiam corroſivam beneficio motuum auctiorum ad habitum corporis expellit, puſtulas confluentes & ad ſuppurationem tendentes comites habens.

II. *Differentia.*

1 A *Variolis diſtinctis*:

a Reſpectu *temporis eruptionis*, quatenus *diſtinctæ* ordinarie inter diem tertium & quartum, *confluentes* vero ſecundo vel tertio erumpunt.

b Reſpectu *numeri*, in *confluentibus* enim major ſemper, quam in diſtinctis Variolarum eſt numerus.

c Reſpectu *Febris*, quæ ordinarie in *confluentibus* magis urget quam in diſtinctis, & diutius etiam durat.

d Reſpectu *ſymptomatum*.

α *Generalium*, quæ in *confluentibus* longe graviora ſunt, quam in *diſtinctis*.

β *Specialium*, quatenus Salivatio & Diarrhœa in *confluentibus* frequentius obſervantur, quam in *diſtinctis*.

γ Reſpectu *indolis*, *confluentes* enim ſemper plus malignitatis conjunctæ habent, quam *diſtinctæ*.

δ Reſpectu *durationis*, Variolæ enim diſtinctæ citius ordinaria ſua tempora abſolvunt, quam *confluentes*.

III. *Signa.*

1 Invadunt fere eodem modo ac diſtinctæ, omnia tamen ſymptomata ſunt graviora.

2 Dolor dorſi & lumborum quam maxime urget.

3 Anxietas præcordiorum tanta eſt, ut fere Cardialgiæ ſit ſimilis.

4 Nauſea longe eſt gravior, quam in diſcretis & vomitus ſunt magis enormes.

5 Febris haſce comitans eſt admodum gravis.

6 Die tertio ordinarie Variolarum confluentium ſequitur eruptio nonnunquam etiam ſecundo.

7 Longe tamen alia ratione ſe habet ac in Variolis diſtinctis, cum enim in his primo maculæ ac ſtatim puſtulæ ſequantur, confluentes inſtar Morbillorum & interdum inſtar eryſipelaceæ Inflammationis in conſpectum veniunt.

8 Facies tota quanta intumeſcit & ex hoc tumore interdum prodeunt puſtulæ.

9 Interdum vero hiſce non apparentibus tota illa inflammatio unicam quaſi conſtituit Variolam.

10 Sub hac ipſa eruptione ſymptomata non ceſſant & Febris in quibuſdam lenior quidem fit, in aliis vero potius augetur, quam imminuitur.

11 Hoc ipſo tempore in paulo adultioribus, symptomatibus reliquis jungitur Salivatio, quam tamen etiam in aliquot infantibus obſervavi.

12 Durat hæc eruptio uſque ad diem octavum, ubi rubor ille faciei album acquirit colorem.

13 Hic ſequentibus diebus ſenſim in flavum & fuſcum mutatur.

14 Sed nec hoc tempore ſymptomata remittunt, augentur potius ad diem uſque undecimum, quo ipſo materia quæ hactenus uſque ad octavum ſatis fluxilis excreta fuerat, inſignem acquirit ſpiſſitudinem, ita ut vix excerni queat, aut ſalivatio prorſus ſuprimatur.

15 Materia excreta ordinarie nullum ſpirat fœtorem, non nunquam tamen ſatis fœtens eſt.

16 Interdum diutius durat & undecimum diem tranſcen-

ſcendit ſalivatio, quod ſi fit, tumor faciei ſenſim imminuitur.

17 Decreſcente faciei tumore magis intumeſcunt manus & pedes.

18 Tandem in facie ſenſim exareſcunt Variolæ ac tandem decidunt, quas deinde exareſcentia & decidentia in reliquo corpore ſequuntur.

19 In junioribus accedit interdum Diarrhœa, quæ per totum fere morbi curſum durare ſolet.

IV. *Subjectum*.

1 Infantes maxime ſucculenti.

2 Natu paulo majores. Conf. *Tab. præced.*

V. *Prognoſis*.

1 Variolæ confluentes ſemper pejoris ſunt indolis, quam diſtinctæ & hinc etiam plures jugulant.

2 Quo magis confluunt, inpr. in facie, eo ſunt periculoſiores.

3 Si die jam ſecundo erumpunt, eo magis confluunt & majus quoque periculum portendunt.

4 Quo minor in facie Variolarum eſt copia, licet reliquum corpus in magna quantitate obſeſſum ſit, eo minus metuendum eſt periculum: quo major vero earum copia in facie deprehenditur, minor vero in reliquis partibus, eo gravior eſt ſtatus. Vid. *Sydenh. Opuſc. p. 168.*

5 Salivatio quo diutius in Variolis confluentibus durat, eo major reſtitutionis ſpes eſt.

6 Si vero die undecimo ceſſat, res periculi plena eſt & ægroti fere ordinarie eodem die ſuffocatione pereunt.

7 Si ſuppurationis tempore facies & manus nimis ſubito detumeſcunt, mors utplurimum ante fores eſt.

8 Si vero tumor faciei ſenſim ſenſimque imminuitur, manuum vero tumor perſiſtit, aut aliquo modo augetur, bonum eſt ſignum.

9 Diarrhœa niſi ſit immoderata, non adeo metuenda eſt in Variolis confluentibus.

10 Petechiæ & efflorescentiæ miliares in interſtitiis Variolarum in corpore & circa collum occurrentes peſſimum ſemper indicant ſtatum. Ante ſex annos laborabat infans duorum annorum Variolis confluentibus cum Petechiis nigris omnia interſtitia denſo agmine replentibus: præſcribebam emulſionem leniter diapnoicam, cujus uſui Eſſentiam alexipharmacam jungebam. Petechiæ hinc ſenſim colorem mutabant, ita ut ſeptimo & octavo die coloris purpurei eſſent & cum ſequentibus diebus magis magiſque palleſcerent, undecimo prorſus diſparebant. Hoc ipſo die ut & duodecimo ac decimo tertio facies ſenſibiliter detumeſcebat, ac infans oculos hactenus clauſos aperiebat. Cum vero loco alexipharmaci & confortantis remedii liquor quidam maxime vitriolicus ex Pharmacopolio mitteretur, poſt primam ejus doſin manuum ſubitanea detumeſcentia, Convulſiones & mors ſequebantur.

11 Quo magis in Variolis confluentibus ſomnolentia & ſtupor urgent, eo pejor eſt ſtatus.

12 Idem cenſendum eſt de continuis vigiliis, inquietudine & jactigatione corporis.

13 Deliria maturationis tempore nimium urgentia infauſtum præbent præſagium.

14 Subſultus tendinum, quia ordinarie convulſiones poſt ſe trahunt, malæ ſunt indolis.

15 Convulſiones in primis in morbi ſtatu occurrentes, in confluentibus Variolis ſemper pejores ſunt, quam in diſtinctis.

16 Lipothymiæ tempore maturationis contingentes peſſimæ ſunt.

17 Reſpirandi difficultas, vox rauca aut clangoſa cum deglutitione difficili mortem inſtantem indicant.

VI. *Remedia*.

1 Temperantia & abſorbentia: Lapides ♌, Mat. Perl, Conch. citrat. Salia digeſtiva, diluentia, mucilagines Hordei, Avenæ &c.

2 Blandam diaphoreſin excitantia: ☉ diaphoret. Bezoard. miner. Regulus ☉ii medicinalis, Eſſentia alexipharmaca, Emulſiones diapnoicæ ex Sem. Card. Mar. Aquileg. Napi &c.

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula diapnoico-temperans.

℞. *Aq. Galeg.* *Nitr. depur. a.* ʒſs.
Scorzon. a. ʒii. *Reg.* ☉*ii medic.*
C.C. citr. ʒj. *Cinnab.* ☉*ii. a. gr. XV.*
Bezoard. min. *Sacch. perl.* ʒij. *M.*
Matr. perl. *D. ſing.* 3. *horis.*

2 Pulvis diapnoico-temperans.

℞. *Conch. citrat.* *Pulv. Chacar.*
☉*ij. diaph.* *Cinnab. nat. a.* ϑj. *M.*
Nitr. regener. a. ϑij. *D. ſing.* 4. *horis.*

3 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Eſſ. alexiph.* *D.* 15. 20. *gutt. pro ratione*
Scord. a. ʒj. *M.* *ætatis.*

VII. *Methodus Medendi*.

1 Cum Variolæ confluentes longe pejores ſint diſtinctis, hinc etiam eo majori diligentia & aſſiduitate earum curæ incumbendum eſt.

2 In hiſce quoque, uti diſtinctis, materia, qua fieri poteſt prudentia, temperanda eſt, ut eo facilius vel per Naturam ipſam, vel artis adminiculo ad habitum corporis ſine magnis incommodis ferri poſſit: id quod præ ceteris præſtant ſuperius allegata oſtracodermata cum diaphoreticis fixis, Emulſiones &c.

3 Febris mitigationi & materiæ præparationi inſerviunt quoque Nitroſa, inprimis in paulo adultioribus: ad eundem quoque finem tendunt blanda acida, ſuccus Citri, Aqua C.C. citrata, Tinct. Bellidis, Roſarum &c. quare & talia quoque, ſi neceſſitas ea poſtulat, in uſum trahantur. Potus quoque ſufficiens, inprimis Decoct. C.C. & raſuræ Eboris citratum, optime convenit ad temperandum.

4 Tempore eruptionis ad excretionem Variolarum promovendam & ſymptomata graviora præcavenda, reliquis remediis interponatur, ſed in pauca quantitate, Eſſentia alexipharmaca Stahlii, & talia remedia continuentur uſque ad ſuppurationem, ſi neceſſitas eorum uſum requirit: ſi enim ſymptomata non adeo urgent, & eruptio ſponte procedit, ſæpius ſolus potus, præſertim aliquantiſper medicatus, in debita quantitate exhibitus ſufficit, inpr. ſi regimen moderate diapnoicum accedit.

5 Die octavo & ſequentibus probe attendendum eſt ad faciem, an ſcil. probe, uti debet, intumeſcat, an vero ſubſideat? & an tumor quoque circa undecimum in manibus & pedibus appareat? Si hoc non contingit, Eſſentia alexipharmaca vel per ſe, vel cum tantillo Eſſentiæ Myrrhæ remixta, ſæpius ſed parvis doſibus exhibeatur. Quamvis enim alias a myrrhatis abſtinendum eſſe *Tab. præced.* ſub *Cautelis* dixerimus, hic tamen, ubi facies detumeſcere præter conſuetum ordinem incipit, & hinc res periculi pleniſſima eſt, non reformidanda, ſed audacter in uſum trahenda ſunt.

6 Tempore exareſcentiæ inſignem pariter uſum habet Eſſentia alexipharmaca Stahlii, reliquis remediis bis vel ter per diem interpoſita.

7 Morbo ſuperato poſt plenariam exſiccationem primæ viæ per purgans ex Mercurio dulci evacuentur & Eſſentia alexipharmaca adhuc aliquandiu mane & veſperi continuetur, ut hoc modo omne, quod adhuc r[illegible]anſit cauſæ morbificæ, ſenſim expellatur, atque [illegible]aria mala conſectaria præcaveantur.

8 Ad ſymptomata urgentia quam maxime quoque reſpiciendum eſt, cum vero de illis jam *Tab. præced.* actum fuerit, de duobus tantum, ſalivatione ſcil. & Diarrhœa, quæ in Confluentibus interdum occurrere ſolent, paucis agemus.

a Salivatio in noſtro climate rarior eſt in Confluentibus, iiſque non adeo frequenter jungitur, & hinc eam toto, quo Praxin exerceo, tempore, non niſi in paucis deprehendi. Si tamen occurrit, probe ad eam reſpiciendum eſt, ut ſcil. conſervetur: rectiſſime enim *Sydenham* annotavit, eam die undecimo inſigne minari periculum. Vocabar aliquando ad infantem 18. menſium Variolis confluentibus laborantem:

paren-

parentes referebant infantem hactenus satis tranquillum fuisse, materiam tamen mucosam continuo ex ore fluxisse & fluxum hoc ipso die, erat autem undecimus, cessasse : infans pessime se habebat, ægre spirabat & pavores continui aderant. *Sydenhamium*, qui Narcotica & Emetica suadet, imitari nolebam, ne postea mors hisce remediis adscriberetur. Præscribebam E. aliquot Aquas destillatas cum larga quantitate Cinnabaris Antimonii, easque sæpius exhibere jubebam. Circa vesperam cum ægrotulum visitarem, adstantes referebant, post Potiunculæ usum Salivationem tempore pomeridiano rediisse & sic infans præter opinionem evadebat. Paulo post vocabar ad puerum 12. annorum tertio morbi die, Variolæ jam copiose prodibant & Saliva continuo effluebat ex ore. Cinnabarim E. statim remediis in largiori dosi admiscebam & ejus usum continuatum suadebam : die undecimo saliva quidem erat spissior, nihilominus tamen sine difficultate prodibat. Durabat hæc Salivatio usque ad diem decimum quintum atque sic puer a morbo felicissime liberabatur. Eandem Cinnabaris efficaciam adhuc in aliquot aliis observavi.

b Diarrhœam vero frequentius observavi, inpr. in infantibus habitus corporis succulenti : hæc si nimium urget, Essentia alexipharmaca reliquis diaphoreticis fixis interponatur, sed parvis dosibus.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Quæ *Tab. præced. de Cautelis* dicta sunt ; hic quoque quam maxime observari debent.

2 Quamvis *Sydenhamius* alias optimus fuerit observator, non tamen temere imitandus est in methodo medendi respectu Opiatorum in promovenda salivatione : nam eum præconceptis opinionibus quoad Opiata nimium indulsisse ex ejusd. *Opusc. p. m.* 230. oppido liquet.

3 Diarrhœam infantum non excedentem præstat non attendere in Variolis confluentibus, quam eam per adstringentia supprimere. Reliqua Vid. *Tab. præced.*

CAPUT XIII.

DE

Variolis adultorum.

I. *Definitio.* VAriolæ adultorum sunt utpl. species Febris ex continente & continua compositæ, a Natura institutæ, ut materia acris caustica humoribus inhærens ad habitum corporis feratur. Conf. *Tab. præced.*

II. *Differentia.*

1 A *Variolis juniorum.*

a Respectu *symptomatum*, quæ in adultis ordinarie magis urgent, quam in junioribus.

b Respectu *Febris*, Variolas comitantis, quæ in junioribus ordinarie magis est simplex continua, testibus concurrentibus phænomenis, in adultis vero utpl. ex continente & continua est composita.

c Respectu *exitus*, qui in adultis sæpissime est funestus, cum e contra juniores Variolas tanquam morbum congruum longe facilius ferant, nisi forsan peculiaris aeris constitutio aut Variolarum indoles aliæque circumstantiæ aliquid ad finisteriorem exitum contribuant.

d Respectu *indolis*, quoniam Variolæ adultorum utpl. ad indolem confluentium inclinant, ideo semper sunt periculosiores.

2 A *Confluentibus* & aliis Febribus exanthematicis. Vid. *Tab. anteced. & seq.*

3 Interdum sunt *distinctæ*, ut plurimum vero *confluentes*.

III. *Signa.*

1 Invadunt ordinarie cum horripilatione, & nonnunquam cum horrore insigni.

2 Quem excipit æstus gravis, calori Continentium parum vel nihil cedens.

3 Cui junguntur dolores tensivi satis notabiles & partium quoque externarum lancinantes.

4 Accedit anxietas præcordiorum gravis, quæ tamen pro temperamentorum aliarumque circumstantiarum, temporum scil. anni, Plethoræ, aerisque diversa constitutione maxime variat.

5 Sitis satis est intensa & maxime urget.

6 Dolor capitis accedit molestissimus continuo affligens.

7 Respiratio summe est difficilis & laboriosa.

8 Quæ symptomata prorsus nullam concedunt quietem, & hinc ægroti admodum sunt inquieti ac corpus varie modo huc, modo illuc jectigant.

9 Sub eruptione ordinarie Febris minime mitigatur, aut prorsus cessat, sed vel eodem tenore pergit, vel augetur : interdum tamen aliquo modo cessat, quod non nisi semel observavimus. Nobilis Westphalus ex illustri Familia ortus, temperamenti sanguinei & Plethoricus, corripiebatur ante undecim annos tempore matutino intigni horrore, quem æstus excipiebat, cum symptomatibus reliquis febrilem calorem ordinarie comitantibus : præscribebam Potiunculam temperantem & diapnoicam, unde calor circa vesperam admodum mitigabatur. Propter Plethoram Vena aperiebatur sequenti die, quem sequebatur euphoria, ita ut ad quartum usque diem extra lectum continuo in conclavi deambularet. Sed eodem die tempore pomeridiano Variolæ copiosissime in facie erumpebant, ac postea in reliquis quoque partibus instar acupuncturarum, Febris quoque denuo jungebatur satis gravis in dies augmenta capiens, cum insigni dolore dorsi & lumborum aliisque symptomatibus. Die septimo accedebat Diarrhœa cruenta cum insignibus torminibus : æger toto eruptionis tempore omnia respuebat remedia, cum vero Diarrhœa corripebatur & omnia reliqua augerentur symptomata cum Febre tandem die octavo, post multas exhortationes a Confessionario factas, Tincturam bezoardicam aliquoties assumebat, unde non solum alvi fluxus sensim imminuebatur, sed etiam Variolæ, (quæ quidem ex distinctarum censu, sed admodum sessiles & depressæ erant,) rotundæ & elatæ fiebant, & cum Tinctura bezoardica sæpius repeteretur, ægrotus tandem evadebat.

10 Circa hoc tempus accedunt interdum Hæmorrhagiæ narium graviter urgentes inprimis die tertio & quarto. Nobilis quidam Helvetius ante biennium Variolis confluentibus corripiebatur, vocabatur Medicus domus, ubi commorabatur ægrotus, ordinarius, cum vero morbus esset gravissimus & Febris cum omnibus symptomatibus maxime urgeret, Medicus alium adhuc sibi adjungi petebat, Vocatus E. die morbi tertio deprehendebam ægrotum summe delirantem : pulsus erat plenus, celer, fortis, Cum deliberaremus quid agendum sit, ægrotus corripiebatur Hæmorrhagia narium largissima, quæ integram fere horam durabat. Præscribebamus temperantia, absorbentia & diaphoretica fixa. Circa vesperam & noctu aliquoties recurrebat Hæmorrhagia. Sequenti die denuo aliquoties satis largiter fluebat sanguis & hinc æger mentis optime erat compos usque ad octavum, ubi omnia symptomata reddebantur gravissima ac deliria denuo accedebant. Cum vero diaphoreticis fixis & temperantibus insisteremus, ac iis alexipharmaca interponeremus, æger feliciter dirum huncce morbum superabat.

11 In aliis vero tempore eruptionis jungitur Salivatio, quæ interdum maturius cessat, interdum vero ad finem usque morbi durat.

12 Habitus corporis est strictus, ita ut prorsus nullus sudor erumpere queat : in aliis vero post quartum & septimum ingens est ad sudores propensio, quæ tamen magis noxia, quam proficua est.

13 Et

13 Et quamvis interdum in habitu corporis aliqua observetur relaxatio, eam tamen mox ejusdem contrictio excipit, & hinc Variolæ modo erumpunt, quamvis difficulter, modo retrocedunt.
14 Tempore eruptionis ferocia symptomatum parum vel nihil remittit, sed potius omnia cum Febre augentur.
15 Deliria etiam, quæ non raro in principio statim morbi accedunt, magis jam exacerbantur.
16 Sin vero Coma prius adfuit, hoc magis progrediente morbo simul etiam augetur.
17 Variolæ ipsæ, postquam prodierunt, nunquam uti in junioribus sufficienter elevantur, sed potius latiores redditæ & depressæ ordinarie confluunt.
18 Facies, quamvis interdum die octavo satis inflata reddatur, facile tamen iterum detumescit: in aliis vero ita turgida evadit, ut inflationem faciei in junioribus maxime superet.
19 Hoc ipso tempore symptomata adhuc magis urgent, & dolor lancinans & urens in superficie sive habitu corporis est eximius, unde etiam corporis jactigationes longe sunt frequentiores.
20 In hac morbi periodo superveniunt non raro perturbationes visus, tinnitus aurium, frigus extremorum.
21 In aliis Phrenitis, Inflammatio faucium, Aphthæ, Hæmorrhagiæ narium &c. accedunt.
22 Tandem, si scil. res bene succedit, sequitur exarescentia, cum symptomatum imminutione, & decidentia.

IV. *Subjecta.*
1 Homines adulti quicunque, qui Variolis in Infantia vel Pueritia non laborarunt.
2 Magis tamen ii, qui Temperamento gaudent sanguineo vel puro, vel prædominante, & habitu corporis succulento.
3 Eo facilius vero hunc morbum incurrent, si simul sunt insigniter Plethorici.
4 Præcipue quando constitutio est epidemica: extra enim talem constitutionem rarius Variolis affliguntur.
5 Nimiis corporis commotionibus indulgentes & Plethoram ultra quam par est commoventes.
6 Aromatibus, Vino generoso, diætæ lautæ &c. Plethoram & augentibus & commoventibus, dediti.
7 Animo trepido, meticuloso prædíti.

V. *Prognosis.*
1 Variolæ adultorum semper gravius urgent & hinc longe etiam sunt periculosiores, quam Variolæ juniorum: id quod inprimis contingit propter duplicis Febris concursum, dum enim Febris ordinaria, Variolis juncta, a centro ad peripheriam materiam expellere nititur, altera, in adultis occurrens, more continentium habitum corporis stringit, adeoque necessariam Variolarum eruptionem impedit, aut eruptarum retrocessionem causatur.
2 Adultorum Variolæ utplurimum ex confluentium sunt classe & hinc etiam magis periculosæ.
3 Quo graviora statim in principio morbi symptomata sunt, eo periculosior est status.
4 Quo magis instabiles sunt circa eruptionem Variolæ, ita ut mox erumpant, modo retrocedant, eo gravius metuendum est periculum.
5 Habitus corporis nimis pallidus & aridus sive siccus periculum semper indicat, quia in tali statu Variolarum eruptio maxime impeditur.
6 Nimia in sudores propensio aut actualis eorum eruptio copiosa nunquam non periculosa est, quia ob humorum, ad Variolarum impletionem necessariorum, defectum earum subsidentia aut retrocessio facile sequitur.
7 Hæmorrhagiæ die quarto erumpentes & sufficientem sanguinem fundentes non sunt reformidandæ; sæpius vero recidivantes nimium urgentes aut guttatim, præcipue in statu, prodeuntes, semper monstri quid alunt.
8 Refrigerationes graviores cum insignibus anxietatibus & angustiis præcordiorum ac respirandi difficultate, periculo nunquam carent.
9 Eo magis vero periculum augetur, si auditus perturbationes, oculorum fulgor & splendor aut e contra eorum obfuscatio cum caligine modo dictis symptomatibus junguntur.
10 Deliria phrenitica, Aphthæ Anginæ, & Vigiliæ continuæ, quovis tempore in Variolis adultorum contingentes, funestum utplurimum portendunt exitum.
11 Sopores profundi in hisce Variolis semper sunt mali, quoniam non raro Apoplexiam post se trahunt.
12 Salivatio, quæ interdum in adultioribus observatur, si legitime procedit, morbum leviorem reddit.
13 Si vero die undecimo cessat aut supprimitur, ægroti ordinarie suffocatione moriuntur.
14 Convulsiones in hisce Variolis semper pessimæ sunt indolis, præcipue in statu morbi, ubi ordinarie funestum portendunt exitum.

VI. *Remedia.*
1 Materiam acrem præparantia & alterantia: uti sunt absorbentia, Nitrosa, Emulsiones.
2 Materiam correctam expellentia: ♁ diaphor. Bezoard. miner. Cinnab. ♁ii, Essent. alexiph. Mixtura simplex, Tinct. Bezoard.
3 Symptomatibus prospicientia. Vid. *Methodus Medendi.*

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula præparans & diapnoica.

℞. *Aq. Galeg.* *Scorzon.* *C. C. citr. ā.* ʒiß. *Bezoard. min.* *Nitr. depur.* *Tart. Vitriolat.* *Conch. citr.* *Pulv. Chacar. ā.* ℈j. *Cinnab.* ♁ii. *gr. XII.* *Sir. Contraj.* ʒvj. *M.* *D. Cochleatim sing. 2. 3. horis.*

2 Alia alexipharmaca.

℞. *Aq. Scord.* *Flor. Acac.* *Card. bened.* *Cord. frig. ā.* ʒj. *Essent. alexiph.* *Scord. ā.* ʒj. *Succ. citr. rec.* ʒij. *Sir. Cydon.* ʒß. *M.* *D. ut antea.*

3 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Mixt. simpl.* *Ess. alexiph. a.* ʒj. *M.* *D. 25. 30. gutt.*

VII. *Methodus Medendi.*
1 Cum periculum in Variolis adultorum longe sit majus quam in reliquis, hinc etiam majori circumspectione & prudentia omnia sunt exhibenda remedia.
2 Respiciendum autem quam maxime est ad materiæ præparationem, ut caustica ejus indoles aliquo modo mitigetur, quo eo facilius postea expelli queat.
3 Statim tamen hisce vel interponenda vel jungenda sunt lenia diapnoica, inprimis Antimonialia fixa cum absorbentibus mixta, quæ & temperant & diapnoen promovent. Et ut hæc excretio eo melius procedat, hisce interponatur Ess. alexipharmaca aut Mixtura simplex, vel etiam iisdem præmittatur, v. g. tempore matutino & pomeridiano; vesperi vero detur pulvis Antimonialis cum absorbente quodam & Cinnabari, in Aquis diapnoicis, quales sunt Galegæ, Scorzoneræ, Florum acac. &c. quæ Methodus est optima.
4 Dictis pulveribus etiam, si fortiori opus est diaphoresi, pulvis Chacarillæ admisceatur, ut pote qui præter vim diaphoreticam etiam in motibus excedentibus mitigandis insignem habet efficaciam: exhibeatur autem ad gr. XII. XV. cum totidem granis ♁ diaphor. aut Bezoard. min. & parva Cinnabaris quantitate, & quidem singulis quinque vel sex horis: aut etiam Extractum Corticis Chacarillæ modo dictis pulveribus ad gr. IV. VI. addatur, & eodem tempore in vehiculo Aquarum destillatarum detur.
5 In hominibus Sanguineis & Plethoricis suo quoque non carent usu Emulsiones ex seminibus Cardui Mariæ

riæ, Aquilegiæ, Napi & Aquis diaphoretis paratæ. In Phlegmaticis vero hiſce ſubſtituatur Eſſentia alexipharmaca aut Mixtura ſimplex, ſed frequentius utdetur neceſſe eſt. Si Eſſentia dulcis concentrata ad manus eſt, dictis Eſſentiis addantur aliquot guttæ: hæc enim egregie non ſolum hic, ſed & in aliis affectibus convenit, quod ſæpius obſervavimus. Non minoris uſus ſunt Pulveres Solares reliquis remediis interpoſiti.

6 Poſt eruptionem Variolarum inſiſtendum ſemper eſt antea allegatis pulveribus abſorbentibus & diaphoreticis aut Potiunculis exinde cum Aquis diapnoicis paratis: Si vero Variolæ nimis depreſſæ videntur, Eſſentia alexipharmaca, Mixtura ſimplex, aut Tinctura Bezoardica vel etiam parum Eſſentiæ Myrrhæ Potiunculis addatur, aut dictæ Eſſentiæ reliquis remediis interponantur.

7 Tranquilla in lecto continentia & regimen moderate diaphoreticum toto morbi tempore omni ſtuſtio obſervetur, quod ſæpius plus præſtat, quam ipſa remedia.

8 Ultimo morbi tempore bis ſingulis diebus exhibeatur Eſſentia alexipharmaca per octiduum, ac tandem ſuperato morbo ad evacuandas vias Mercurius dulcis legitime præparatus vel in Pilulis, vel etiam in bolo detur.

9 Ad ſymptomata etiam in hiſce Variolis magis quam in aliis urgentia ſollicite reſpiciendum eſt. Vid. *Caput XI.*

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 In Variolis adultorum abſtinendum eſt, quantum quidem poſſibile, a Venæſectione, niſi extrema neceſſitas & aliæ circumſtantiæ, quas præſens prudens Medicus dijudicare poteſt, ejus uſum ſuadeant, v. g. Plethora maxime urgens; alias eam diſſuadent.

a *Complicatio Febris*, quamvis enim Febris continens ſive ſanguinea ſimplex Venæſectionem mature & in primo ſtatim principio inſtitutam admittat, quatenus Natura in hacce ſanguinis imminutione vel per Hæmorhagiam narium, vel per ſudores intendit, Febris tamen Variolarum, quæ ex continuarum eſt cenſu, eam minime fert, quoniam poſt Venæſectionem ordinarie major ſequitur peripheriæ corporis conſtrictio, quæ placidam Variolarum excretionem impedit.

b *Indoles cauſæ morbificæ:* quæ per Venæſectionem neque corrigitur, neque etiam ad peripheriam corporis ducitur, ſed potius poſt eam inſtitutam viſcera magis petit.

c *Varia mala conſectaria*: poſt Venæſectionem enim celebratam circa dies criticos variæ ad caput fiunt ſanguinis congeſtiones, quas, niſi debito modo iiſdem occurratur, ſtillicidia ſanguinis e naribus, ſopores profundiores, deliria phrenitica, Aphthæ &c. ſequuntur.

2 Si vero Plethora inſigniter urget, & gravia in decurſu morbi exinde metuenda ſunt ſymptomata, in principio ſtatim morbi vena aperiatur, ſed ſimul larga ſatis ſanguinis quantitas emittatur, & immediate ſubjungantur diaphoretica paulo fortiora cum moderato regimine, ut hoc modo Natura a propoſito evacuationis ſanguinis ſinceri avocetur & Variolarum excretio promoveatur.

3 Reliquas Cautelas vide *I. a.*

Caput XIV.

De

Morbillis.

I. *Definitio*. Morbilli ſunt ſpecies Febris acutæ, continuæ, exanthematicæ, cujus ope Natura materiam acrem & cauſticam, in peripheria maculas rubicundas, ſuperficiem cutis aliquo modo ſuperantes, formantem expellere nititur.

II. *Differentia*.

1 A *Variolis*: quatenus hæ puſtulas ad ſuppurationem tendentes formant, Morbilli vero ſunt ſolum exanthemata lenticulari magnitudine cutim ſuperantia, quæ nunquam in ſuppurationem abeunt.

2 A *Petechiis*: quæ profunde in cute hærent, & totum corpus, excepta facie, infeſtant: cum e contra Morbilli copioſe ex facie & deinde ex toto corpore erumpant, ac ſupra cutim inpr. in facie emineant.

3 A *Febre papulari* ſive *Purpura urticata* aut *benigna*: quoniam in hac interdum ſine Febre, utpl. vero cum illa exanthemata rubicunda, elata & admodum pruritia & pungentia, Morbillos magnitudine ſuperantia, in peripheria corporis erumpunt: in Morbillis vero præcedit Febris ac poſtea die tertio vel quarto exanthemata prodeunt.

4 A *Purpura miliari*: in qua, inpr. *alba*, ſunt puſtulæ exiguæ pellucidæ, ex maculis rubicundis natæ: in *rubra* vero parvæ eminentiæ duræ inſtar ſeminis milii: quæ a Morbillis maxime differunt.

5 A *Maculis ſcorbuticis*: quæ ſunt latæ, plane coloris obſcure rubicundi, utpl. abſque Febre: cum e contra Morbilli ſint elati, coloris floridi cum Febre acuta.

6 Tandem morbilli ſunt:

a Vel *ſporadici* & *benigni*, qui paucos tantum affligunt.

b Vel *epidemici* & magis *maligni*, qui multos ex communi cauſa corripiunt.

III. *Signa*.

1 Invadunt ordinarie cum horrore leni, oſcitatione, & pandiculatione uti Variolæ, qui tamen interdum in aliis vix ſenſibilis eſt.

2 Sæpius primo die horror lenis & æſtus mitis alternatim ſe excipiunt.

3 Hiſce jungitur Nauſea & Vomitus, cum jactigatione corporis & laſſitudine ulceroſa.

4 Secundo die Febris augetur, ita ut æſtus maxime fiat ſenſibilis.

5 Durat hæc Febris ad quartum uſque diem & plerumque ingraveſcit, in pauciſſimis vero aliquo modo imminuitur.

6 Æſtui jungitur ſitis cum albedine linguæ, faucium ſiccitate & raucedine ac reſpiratione brevi & anheloſa.

7 Adeſt dolor capitis vel gravedinoſus cum ſomnolentia & vertigine continua; vel magis acutus cum Vigiliis continuis.

8 Frequenter etiam ſternutant ægrotantes & liquorem e naribus emittunt.

9 Tuſſi etiam laborant ſicca, per totum morbi curſum durante.

10 Oculi copioſis humoribus irrigantur, rubent & ſunt minus ſplendidi.

11 Tuſſis ſicca continuo urget.

12 Accedit hoc ipſo apparatus tempore in quibuſdam Vomitus, in pluribus vero Diarrhœa.

13 In Plethoricis occurrunt quoque Hæmorrhagiæ narium vel ſæpius repetentes, vel largiores. Vidimus hoc ante aliquot annos in multis patientibus, plerique enim vel narium Hæmorrhagiis vel alvi fluxibus corripiebantur: & omnes tales longe melius morbum ferebant, quam alii, quibus hujuſmodi excretiones non ſuccedebant: in prioribus enim Febris cum reliquis

ſym-

ſymptomatibus inſigniter imminuebatur, ita ut hinc ſtatus eſſet admodum tranquillus: poſteriores vero longe pejus ſe habebant, poſt ſuperatum enim morbum diu Tuſſi ſicca affligebantur, quæ etiam pauco elapſo tempore quoſdam e medio tollebat. Hæmorrhagiæ tum temporis, niſi in eminenter Plethoricis, ultra quartum diem non extendebantur, Diarrhœæ vero in multis ad finem uſque morbi continuabant.

14 Die quarto palpebræ aliquo modo intumeſcunt & in facie & fronte erumpunt parvæ maculæ rubicundæ, quæ tandem hinc inde coaleſcunt.

15 Haſce excipiunt deinde morbilli in dorſo, collo, pectore & artubus erumpentes.

16 Illæ ſenſim ſenſimque elevantur, ita ut cutis ſuperficiem ſuperent: hæ vero planæ permanent, ſed latius ſe diffundunt.

17 Hoc ipſo tempore ſymptomata minime mitigantur, uti id in Variolis contingit, ſed Febris cum reliquis ſymptomatibus vel eodem tenore pergit, vel increbeſcit.

18 Die ſexto & ſeptimo Morbilli in facie aſperiores evadunt propter ſecedentem cuticulam & die octavo & nono prorſus evaneſcunt.

19 Qui vero in reliquo corpore ſunt Morbilli, tum temporis inſigniter rubent & latiores fiunt, donec tandem diſrupta cuticula inſtar ſquamularum decidant.

IV. *Subjectum*.

1 Infantes & pueri præ ceteris hoc morbo corripiuntur.

2 Si tamen epidemice graſſantur nec juvenes ab eo immunes ſunt, quod inpr. Pariſiis hoc ipſo & aliis præcedentibus annis obſervatum fuit.

V. *Prognoſis*.

1 Morbilli ſporadici paucos tantum affligentes, utplurimum, nili error quidam in methodo aut regimine committatur, ſalutarem habent exitum.

2 Si tamen tum temporis Febris quædam maligna graſſatur, hæc illis facile ſe aſſociat & eos ſumme periculoſos reddit.

3 Epidemice graſſantes Morbilli ſemper ſunt dubii exitus & plures e medio tollunt.

4 Pro certa tamen aeris conſtitutione, diverſis annis, magis vel minus periculoſi exiſtunt.

5 Symptomatum gravitas, in morbi principio interdum occurrens, non ſemper indicium malignitatis eſt, ſub decurſu enim morbi mitiora redduntur, ac Morbilli ſalutarem nanciſcuntur exitum.

6 Nec etiam ſemper fidendum eſt mitioribus ſymptomatibus: uti enim aliæ Febres malignæ interdum in principio reſpectu ſymptomatum non adeo urgent, ita etiam Morbilli, etiamſi ab initio benignæ videantur, ſubito ſæpius malignitatem ſuam manifeſtant, & plures neci tradunt.

7 Morbilli ante ordinarium tempus aut etiam nimis tarde efflorescentes ſemper monſtri quid alunt.

8 Morbilli nimis pallidi & in facie cutim non ſuperantes ſemper malæ ſunt indolis.

9 Morbilli colorem ſæpius mutantes ſalutarem vix nanciſcuntur exitum.

10 Morbilli unam partem poſt alteram in efflorescentia & nimis tarde occupantes mali ominis ſunt.

11 Morbilli ultra conſuetum terminum in peripheria corporis permanentes cum reliquis ſymptomatibus malignitatis merito ſuſpectæ ſunt.

12 Si poſt Morbillorum evaneſcentiam Febris cum Tuſſi ferina adhuc graviter urget, res periculi plena eſt, facile enim faucium, pectoris & pulmonum inflammatio utplurimum lethalis ſequitur.

13 Morbilli male ſuccedentes interdum viſcerum labem poſt ſe relinquunt, unde Phthiſes, Hecticæ & Hydropes lento gradu ad mortem tendentes ſequuntur.

VI. *Remedia*.

1 Materiam acrem cauſticam temperantia: Lapides Cancrorum, Conchæ citrat. Emulſiones, Mucilago Hordei, Tinctura Roſarum, Succus Citri, Sirupus acetoſ. Citri &c.

2 Materiam per diaphoreſin expellentia: Antimonium diaphoreticum, Bezoard. minerale, Regulus ♃ii medicinalis, Eſſ. alexipharmaca, Mixtura ſimplex, Emulſiones ex Sem. Card. Mar. Napi, Aquilegiæ.

3 Symptomatibus proſpicientia, Vid. *Tab. de Variolis*.

Formulæ Remediorum.

1 Emulſio diapnoico-temperans.

℞. *Sem. Card. Mar. Aquileg. Amygd. dulc. ā. ʒij. Aq. Aquileg. Scorzon. Galeg. Fl. Samb. ā. q. ſ.* *F. l. a. Emulſio. Colat. ℥vj. l. vii. adde* ♃ *diaph. Conch. ppt. a. ℈ij. Sacch. perlat. q. ſ. M. D. ſing. 3. vel 4. horis cochlearia aliquot.*

2 Species pro Potu ordinario.

℞. *Raſ. C. C. ʒiv. Rad. Scorzon. ʒij. Pimp. alb. ʒj.* *Inciſ. Coq. in ſ. q. Aq. ſimpl. & D. ſæpius.*

3 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Eſſ. alexiph. ʒij. Spir. Tart. ℈ij. Vitrioli ℈j. M.* *D. 15. 20. gutt. pro ratione ætatis.*

4 Bolus Purgans.

℞. *Conſ. roſar. ʒſs* ♃ *dulc. Pulv. Jalap. a. gr. vj.* *Sir. roſar. ſolut. q. ſ. M. F. Bolus.*

VII. *Methodus Medendi*.

1 Quod de Variolis dictum fuit, methodum ſcil. placidiſſimam optimam eſſe una cum regimine moderato, ac ſæpius ſatius eſſe totum opus Naturæ relinquere, quam multis remediis morbum turbare, id quoque de Morbillis valet.

2 Si vero aliquid agendum videtur, in uſum trahantur abſorbentia, oſtracodermata aliaque temperantia diaphoreticis fixis mixta, ut hoc modo materia morbifica in primo morbi ſtadio præparetur & ſenſim ſenſimque ad peripheriam corporis expellatur. Hinc præparationi & expulſioni optime inſerviunt Emulſiones ex ſemine Cardui Mariæ, Napi, Aquilegiæ & paucis amygdalis paratæ. Nec etiam Nitroſa & Cinnabarina, ubi æſtus & dolores urgent, ſuo carent uſu, ſi reliquis admiſcentur remediis in parciori doſi, æſtum enim optime temperant & dolorum ferociam mitigant.

3 Tempore efflorescentiæ iisdem inſiſtendum eſt remediis, præſertim quando eruptio non adeo commode ſuccedit, quibus frequenter interponantur mucilagines dilutiores ex hordeo paratæ, quæ & temperant & Tuſſim demulcent.

4 Poteſt etiam dictis remediis ad eruptionem promovendam interponi Eſſentia alexipharmaca Stahlii, tempore ſcil. matutino & pomeridiano.

5 Poſt diem octavum continuetur hæc Eſſentia tempore matutino & veſpertino ac tandem exhibeatur laxans ex Mercurio dulci.

6 Quod Symptomatum mitigationem concernit, vid. *Tab. de Variolis diſtinctis*.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Uti in Variolis regimen nimis calidum, Volatilia, Purgantia, omniaque commoventia, ita & in Morbillis fugienda ſunt.

2 In Tuſſi contumaci poſt Morbillos relicta *Sydenham* & *Morton* commendant quidem tanquam optimum auxilium Veneſectionem, ſed cum noſtrates eam in infantibus nunquam admittere velint, determinare juxta experientiam nequeo, an Venæſectio tantam habeat utilitatem, ac quidem Authores illi volunt. Hinc ordinarie & quidem utplurimum cum bono ſucceſſu ſubſtitui Infuſum Theiforme ex Radicibus & Herbis blande reſolventibus, quibus Emulſiones temperantes ex Amygd. dulc. & ſemine Cardui Mariæ interpoſui.

3 Reliquas Cautelas practicas Capite de Variolis diſtinctis jam annotavimus, quare huc quoque trahantur.

CAPUT XV.

DE

Febre Scarlatina,

I. *Definitio*. FEbris Scarlatina eſt ſpecies Febrium acutarum, continuarum & exanthematicarum, in qua Natura materiam quandam acrem cauſticam corpori infenſam in peripheriam, maculas latas rubras formantem, expellere nititur & expellit.

II. *Differentia*.

1 A *Morbillis*, in quibus exanthemata ſunt parva, quę poſtea racematim coaleſcunt: in *Febre* autem *Scarlatina* ſunt latiores & magis rubicundæ, unde etiam hæc Febris ob intenſiorem macularum colorem *Scarlatinæ* nomen obtinuit.

2 A *Purpura urticata*, in qua exanthemata ſunt minora & eminentia cum inſigni pruritu, quæ ſymptomata in *Febre Scarlatina* non reperiuntur.

3 A reliquis *Febribus exanthematicis* per ſigna Tab. præcedente recenſita.

III. *Signa*.

1 Invadit cum horrore vel rigore, ſed leni.

2 Quem excipit æſtus pro cauſarum diverſitate modo mitis, modo gravior.

3 Jungitur ei ſitis & ardor faucium.

4 Adeſt etiam oppletio pectoris, reſpirationem difficilem reddens cum tuſſicula ſicca.

5 Vires pro ſubjectorum & cauſarum varietate magis vel minus ſupprimuntur.

6 Accedit etiam capitis vel gravitas vertiginoſa vel dolor magis acutus.

7 Durant hæc ſymptomata ad quartum uſque diem; quo tota facies intumeſcit.

8 Erumpunt hinc exanthemata rubicunda primo parva, quæ tamen mox latiora redduntur ac coaleſcunt & totam faciem intenſa rubedine tingunt.

9 Circa hoc tempus in quibuſdam, præcipue Plethoricis, ſuperveniunt Hæmorrhagiæ narium.

10 Poſtea eadem exanthemata in pectore quoque & dorſo prodeunt & peripheriam harum partium quaquaverſum tegunt.

11 Tandem etiam in artubus inferioribus & ſuperioribus maculæ illæ latæ & inſigniter rubicundæ conſpiciuntur.

12 Poſtquam duas vel tres dies ita ſubſtitere, facies detumeſcit & rubor ille inſignis perit.

13 Ipſa quoque reliqua ſymptomata vel admodum mitigantur, vel prorſus evaneſcunt.

14 Secedit poſtea cuticula & abit in tenuiſſimas ſquamulas, quæ ſenſim ſenſimque decidunt.

15 Idem poſtea in pectore, ac tandem, morbo penitus ad finem properante, in artubus contingit.

16 Alvus ordinarie toto hoc tempore eſt clauſa, uti in Variolis, quæ tamen ſub finem morbi ſponte aperitur.

IV. *Subjecta*.

1 Reſpectu *ætatis*: juniores præ adultis.

2 *Temperamenti* intuitu: Sanguinei Plethorici ſanguine fluxili & poroſo corporis habitu gaudentes.

3 Plethoram per motum immoderatum commoventes.

4 Quibus conſuetæ narium Hæmorrhagiæ ſuppreſſæ ſunt.

5 Virgines emanſione menſium laborantes. Vocabar ante paucas ſeptimanas ad virginem quindecim annorum, quæ hactenus varia molimina ad menſium excretionem tendentia ſenſerat: hæc cum circa novilunium menſis Aprilis eadem molimina, ſine tamen menſium ſucceſſu, ſentiret, ſubito circa veſperam horrore corripiebatur, quem æſtus, ſitis & dolor capitis excipiebant; tertio die facies inſigniter turgebat, palpebræ erant inflatæ ac oculi rubicundi: die quarto facies inſigniter rubebat, & idem rubor poſtmodum in reliquis quoque partibus obſervabatur, qui tandem a ſeptimo uſque ad undecimum decidentibus ſquamulis prorſus evaneſcebat. Soror ejus natu major ob eandem cauſam jam aliquoties ſimili morbo laboravit.

V. *Prognoſis*.

1 Febris Scarlatina ſibi relicta aut mitiſſime ſolo regimine moderato tractata periculo vacat & ſponte ordinarie poſt ſeptimum diem aut maturius etiam ceſſat.

2 Si vero per commoventia & regimen calidum tractatur, facile gravia ei junguntur ſymptomata.

3 Quo citius erumpunt exanthemata eo breviori etiam tempore totus finitur morbus.

4 Non raro tamen in tali caſu nova exanthemata priora ſequuntur.

5 Quo mitiora ſunt ſymptomata, eo major etiam de ſalutari exitu eſt ſpes: ſi vero nimium urgent, merito etiam gravius quid metuendum eſt, inprimis ſi inſignis Plethora concurrit aut gravior ejuſdem commotio præceſſit.

6 Hæmorrhagia narium ſufficiens, ſub eruptione exanthematum contingens, morbum inſigniter imminuit, adeoque bonæ notæ eſt.

7 Adſtrictio alvi exanthematum excretionem promovet, & hinc nil mali portendit: nimia vero ejuſdem apertio nullius eſt uſus.

VI. *Remedia*.

1 *Temperantia*: Succ. citr. recens, Rob. Cydon. Ribium, Berberum, Sirup. acetoſ. citr. Ceraſ. acid. Nitroſa, abſorbentia, mucilaginoſa. gelatinoſa &c.

2 Diapnoica: Aq. Galeg. Ulmar. Fl. Acac. Card. bened. Scabioſ. Scord. ♁ diaph. Bezoard. miner. Eſſent. alexiphar. &c.

3 Symptomatibus proſpicientia: Vid. *Tab. de Variolis & Morbillis*.

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula diapnoico-temperans.

℞. *Aq. Galeg.* *Conch. citrat.*
Ulmar. *Tart. Vitriolat. a.* ℥ß.
Rub. id. *Cinnab.* ♁ii ℈j.
Fragor. ā. ℥j. *Sir. acetoſ. citr.* ℥ß. *M.*
♁ *diaph.* *D. Cochleatim.*

2 Julepus temperans.

℞. *Aq. Fl. Acac.* *Succ. citr. rec.*
Samb. *Rob. Cydon.*
Scorzon. *Berb.*
Scord. *Rib. a.* ℥iij.
C. C. citr. *Sir. ceraſ. acid.* ℥ß. *M.*
Cinnam. cyd. ā. ℥j. *D. cochleatim.*

Reliquas Formulas vid. *in Tab. præced.*

VII. *Methodus medendi*.

1 Si Æſtus in tali Febre inſigniter urget, reliquis remediis merito præmittuntur temperantia, Nitroſa, abſorbentia acidis ſaturata & ſalia digeſtiva, ut hoc modo æſtu mitigato exanthematum excretio eo melius contingere queat.

2 Poſtea exhibeantur remedia excretionem promoventia: qualia ſunt Antimonialia fixa, & Cinnabarina, reliquis remediis juncta vel interpoſita. Eidem fini etiam emulſiones partim temperantes, partim diapnoicæ inſerviunt.

3 Non ſine fructu exhiberi quoque poterunt lenia alexipharmaca, v. g. Eſſentia alexipharmaca Stahlii, Mixtura ſimplex &c. inpr. æſtu declinante, aut extra exacerbationis tempus: potus tamen ſufficiens hiſce ſemper interponatur.

4 Si forſan in paulo adultioribus narium Hæmorrhagia nimium urgens accedit, dentur antea laudata temperantia cum Nitroſis in paulo largiori quantitate, quibus Corallia & Species de Hyacintho admiſceantur: hæc enim nimium ſanguinis æſtum, quæ Hæmorrhagiæ occaſionem dedit, optime refrænant.

5 Si alvus pertinaciter eſt clauſa, ita ut aliquid exinde metuendum ſit, Clyſtere emolliente aperiatur.

6 Si vero adhuc alia occurrunt ſymptomata, Diarrhœæ, Vomitus, Convulſiones, Comata &c. quæ Variolis aliiſque morbis exanthematicis propria vel communia ſunt, ea remediis Cap. de Variolis allegatis tractentur.

7 Poſt deſquamationem ſpatio aliquot dierum Eſſentia alexipharmaca exhibeatur & primæ viæ laxante ex Mercurio dulci evacuentur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Etiamſi in hoc affectu in paulo adultioribus Plethora aliquo modo urgeat, Venæſectio non facile inſtituatur, quoniam eam non raro exanthematum retroceſſio cum damno ſequi ſolet. Multo minus ejus uſus in junioribus & ſenſibilioribus ſuadendus eſt.

2 Eo facilius vero exanthematum ſequitur retroceſſio, ſi Purgantia quæcunque, inprimis vero acriora, exhibentur, hæc enim materiam acrem cauſticam a peripheria corporis ad interiora derivant.

3 Imo ab ipſis quoque Clyſteribus ſtimulantibus abſtinendum eſt, quia eidem malo viam ſternunt.

4 Nec etiam locus concedendus eſt fortioribus alexipharmacis poſitive diaphoreticis, volatilibus, regimini calido aliiſque Maſſam humorum nimium commoventibus, quatenus per talia nimia humorum excitatur ebullitio, materia magis acris redditur, & Febris cum omnibus ſymptomatibus augetur.

5 Potius ad Febrem reſpiciendum eſt, ut ea in mediocritate conſervetur; quare etiam e contrario a frigidis remediis, emulſionibus, nimiis temperantibus & refrigeratione abſtinendum eſt.

6 Reliquæ Cautelæ Practicæ ſub *Variolis diſtinctis* jam traditæ fuerunt.

CAPUT XVI.

DE

Purpura urticata.

I. *Definitio.*

PUrpura urticata eſt ſpecies Febris benignioris & mitioris, in qua Natura per motus ſecretorios & excretorios auctiores, materiam quandam acrem, papulas ſive eminentias, læſionibus poſt urticarum ictum relictis ſimiles, formantem expellere nititur.

II. *Differentia,*

1 Reſpectu *copiæ exanthematum*, interdum enim major, interdum vero minor eorum quantitas in peripheria corporis erumpit.

2 Reſpectu *Febris*, quæ modo morbum hunc comitatur, modo vero abeſt.

3 Reſpectu *indolis Febris*, quæ utplurimum quidem eſt benigna, nonnunquam tamen etiam maligna eſt. Vidimus talem Febrem ante quatuordecim & quod excurrit annos, ubi plures Febribus malignis corripiebantur, in aliquot infantibus: exanthemata Purpuram urticatam exacte referebant, ſed Febris juncta maxime urgebat, cum ſiti æſtu & inſigni virium proſtratione: exhibebantur diaphoretica fixa, abſorbentia & Cinnabarina cum Mixtura ſimplici, ſed fruſtra, faucium enim inflammatio & convulſiones ſpatio paucorum dierum infantes jugulabant. Adeoque Febris maligna, quæ alias in conſtitutionibus epidemicis jungi ſolet, ad Purpuram quoque urticatam in hiſce infantibus acceſſerat.

III. *Signa.*

1 Invadit ordinarie cum leni horrore in peripheria corporis ſe manifeſtante.

2 Quem excipit calor præternaturalis moderatus.

3 Jungitur etiam aliqualis capitis perturbatio aut lenior ejuſdem dolor.

4 Membra ſive artus laſſitudo occupat.

5 Calorem præternaturalem comitatur etiam ſitis, ſed non adeo intenſa,

6 Tandem erumpunt hinc inde exanthemata faciem & habitum corporis occupantia.

7 Exanthemata cutis ſuperficiem ſuperant & faciem ac habitum corporis tumidum reddunt.

8 Coloris ſunt ex pallido rubicundi.

9 Adeſt etiam pruritus ardens admodum moleſtus, continuo affligens, præſertim quando exanthemata efloruerunt.

10 Non tamen conſtanter permanent exanthemata in cute, ſed modo, inpr. interdiu, erumpunt, modo iterum evaneſcunt, ac Febris conjuncta etiam ceſſat.

11 Circa veſperam vero, ubi Febris exacerbatur, denuo prodeunt, & eo tempore etiam pruritus moleſtus inſigniter urget.

12 Durant hæc ſymptomata ſpatio duorum, trium vel quatuor dierum ac tandem plenarie ceſſant.

13 In nonnullis etiam in ſuperficie exanthematum obſervatur aſperitas quædam.

IV. *Subjecta.*

1 Homines junioris ætatis.

2 Temperamento ſanguineo & laxiori ac poroſo corporis habitu præditi & Plethorici.

3 Plethoram commoventes.

4 Tranſpirationem negligentes.

V. *Prognoſis.*

1 Affectus hic per ſe periculo caret & brevi etiam tempore finitur.

2 Si tamen imprudenter tractatur inpr. per regimen nimis calidum & commoventia, facile mala conſectaria habere ſolet.

3 Qui aliquoties Purpura tali laboravit, eam facile denuo propter leviores etiam Plethoræ commotiones incurrit: id quod in non paucis obſervavimus.

VI. *Remedia.*

1 Acrimoniam bilioſam temperantia & diapnoen corporis promoventia: Nitr. depur. regenerat. ♁iat. Lap. ♋. ppt. ♁. diaphor. Bezoard. miner. Cinnab. ♁ii, nativ. Aq. Scorzon. Galeg. Card. bened. Eſſent. alexiph. Scord. Mixt. ſimpl. Tinct. Bezoard.

2 Primarum viarum cruditates, ſi quæ adſunt, evacuantia: Rhabarb. Tamarindi, Manna, Senna.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis diapnoico-temperans.

℞. *Conch. ppt.* ♁ *diaph. Nitr. depur. Tart. Vitriolat. ā.* ℈ij. *Cinnab.* ♁ii gr. 24. *M. Div. in* 8. *p. æq. D. ſing.* 4. *horis.*

2 Potiuncula diapnoico-temperans.

℞. *Aq. Scorzon. Galeg. Card. Bened. ā.* ℥j. ♁ *diaph. ā.* ʒß. *Nitr. depur.* ℈j. *Tab. M. Xſi. ſ.* ℥j. *M. C C. citr.* ʒvj. *D. ſing.* 3. *horis cochlearia aliquot. Lap.* ♋. *ppt.*

3 Eſſentia diapnoica.

℞. *Eſſ. alexiph. Scord. ā.* ʒiß. *M. D. gutt.* 30. *mane.*

4 Potio laxans.

℞. *Tamarind.* ℥j. *Rhab. elect.* ʒiß. *Cryſt. Tart.* ʒß. *Coq. in ſ. q. Aq. ſ. Colat.* ℥iv. *adde Mann. Calabr.* ℥j. *M. D. calide.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Simpliciſſima Methodus in hoc affectu optima eſt, & ſæpius totus morbus conveniente tantum & moderato regimine curatur. Si vero aliquid agendum eſt ſola abſorbentia cum Antimonio diaphoretico ſufficiunt, quæ interdiu & circa veſperam exhiberi poſſunt.

2 Si vero Febris cum æſtu aliquo modo urget, dictis remediis parum Nitri, Tartari Vitriolati aut alius ſalis digeſtivi addatur.

3 Si ſubjecta ſunt aliquo modo Phlegmatica tempore matutino & pomeridiano Eſſentia alexipharmaca reliquis remediis interponatur.

4 Si alvus eſt obſtructa Clyſtere emolliente aut blando laxante aperiatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ*.

1 Quamvis Plethora commota ordinarie huic affectui anſam præbeat, Venæſectio tamen non temere inſtituenda eſt, ne exanthematum retroceſſio ad interiora ſequatur.

2 Satius quidem eſt alvum eſſe liberam quam obſtructam in hoc morbo, nunquam tamen per poſitive purgantia acria aperiatur, quoniam per ea materia acris, quæ per diaphoreſin excerni debet, ad interiora derivatur.

3 Abſtinendum quoque eſt a poſitive diaphoreticis & alexipharmacis calidioribus, quoniam ſanguinem nimium commovendo Febrem conjunctam & omnia ſymptomata augent: ſufficiunt lenia diapnoica & quieta in lecto continentia.

4 Porro abſtineant ægrotantes a potu & aere frigido, ne efflorescentia exanthematum impediatur: fugiant tamen ſimul etiam regimen nimis calidum.

CAPUT XVII.

DE

Purpura rubra ſive benigna.

I. *Definitio*. PUrpura rubra eſt ſpecies Febris exanthematicæ, in qua Natura per motus ſecretorios & excretorios auctiores materiam quandam acrem, exanthemata rubra miliaria in peripheria corporis formantem, expellere nititur.

II. *Differentia*.

1 A *Purpura urticata*, in qua exanthemata ſunt majora & altiora quæ in hac Febre granum milii magnitudine vix ſuperant.

2 A *Febre Scarlatina*, in qua exanthemata ſunt admodum lata & inſigniter rubentia, qualia phœnomena in hac non occurrunt.

3 A *Morbillis*, in quibus exanthemata pariter ſunt majora, quam in Purpura.

4 A *Maculis ſcorbuticis*, quæ quoque & colore & magnitudine a Purpura differunt.

5 A *Petechiis*, quæ cutim uti Purpura non ſuperant, ſed profunde in cute hærent.

6 A *Purpura alba*, in qua ex exanthematibus rubris puſtulæ veræ, humorem aqueum limpidum continentes, emergunt, in Purpura vero rubra nullæ adſunt veſiculæ, ſed tantum noduli.

7 Purpura rubra utplurimum quidem eſt *benigna*, interdum vero quoque *maligna* eſt.

8 Reſpectu Febris ipſi junctæ, Purpura interdum magis ad ſtatum acutum, nonnunquam vero ad intermittentem inclinat.

III. *Signa*

1 Invadit cum horrore, & æſtu frequenter alternantibus.

2 Hunc comitatur dolor capitis pro ſubjectorum diverſitate diverſus, utpl. tamen gravativus cum ſomnolentia.

3 Adeſt anxietas & anguſtia præcordiorum.

4 In aliis obſervatur oppletio pectoris & hinc reſpirandi difficultas cum aliquali Tuſſi.

5 Ordinarie quoque, uti in aliis morbis exanthematicis, ita & in hoc ægrotantes conqueruntur de dolore obtuſo aut preſſione in dorſo.

6 Die quarto aut etiam ſeptimo ſentiunt ægroti inſignem æſtum ſub cute & pruritum, ſub quo exanthemata miliaria ſequuntur & quidem primo in collo & pectore ac poſtea in reliquis quoque partibus.

7 Exanthemata hæc nullum limpidum humorem in ſe continent, uti in Purpura alba, ſed ſunt tantum inſtar nodulorum cutim aſperam reddentium.

8 Febris in hoc affectu eſt admodum mitis, imo in quibuſdam prorſus nulla, in ſubjectis tamen Plethoricis utpl. magis urget.

9 Ægrotantes maxime proni ſunt ad ſudores copioſos, graves, olentes.

10 Aliquot poſt eruptionem dies exareſcunt exanthemata & ſub ſquamarum forma decidunt.

IV. *Subjectum*.

1 Homines juniores temperamento humido & habitu corporis poroſo præditi.

2 Otio dediti & diæta lauta utentes.

3 Ad iracundiam proni.

4 Plethoram præſentem variis modis commoventes.

5 Feminæ, menſium inordinato fluxu aut eorum ſuppreſſione laborantes.

6 Evacuationes ſanguinis naturales & artificiales negligentes.

V. *Prognoſis*.

1 Purpura rubra utpl. benigna eſt & raro gravia conjuncta habent ſymptomata, aut mala conſectaria.

2 Si vero conſtitutio eſt epidemica, ſæpius eundem malignitatis gradum ac Purpura alba obtinet, imo hanc interdum adhuc ſuperat.

3 Quo magis confertim erumpit Purpura rubra, eo citius etiam conjuncta ſymptomata mitigantur.

4 Juniores, laxo corporis habitu præditi, longe facilius ferunt Purpuram, quam adulti, ſtrictiorem corporis habitum habentes.

5 Plethorici & Cacochymici gravius ordinarie laborant Purpura & graviora quoque patiuntur ſymptomata, quam alii.

6 Retroceſſio exanthematum hic non adeo periculoſa eſt ac in Purpura alba, ſymptomata tamen omnia exinde maxime augentur.

7 Imo nova interdum ſuperveniunt, motus ſcil. contractorii in artubus, inſignis corporis fatigatio, virium proſtratio, faucium inflammationes, Tuſſes ſiccæ &c. quæ neglecta non minimo periculo ægrotantes exponunt.

8 Purpura rubra, etſi interdum ceſſet, facile tamen in diſpolitis ob leviores commotiones recurrit.

VI. *Remedia*.

1 Motus Febriles in juſto ordine conſervantia & temperantia: Nitroſa, Salia digeſtiva, abſorbentia acida, mucilaginoſa, gelatinoſa, diluentia &c.

2 Diapnoen promoventia: ♁ diaph. Bezoard. miner. Reg. ♁ Medicin. Aq. Galeg. Scorzon. Flor. Acac. Card. bened. Eſſ. alexiph. Mixt. ſimpl. &c.

3 Symptomata mitigantia. Vid. *Tab. ſeq.*

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula temperans.

℞. *Aq. Scabioſ.*	*Conch. ppt.*
Galeg.	*Nitr.* ♁*iat. ā.* 3ſs.
Scorzon.	*Succ. citr. rec.* 3*iij.*
C.C. citr. ā. 3*j.*	*Sir. Cydon.* 3ſs. *M.*
Lap. ♋.	*D. cochleatim.*

2 Pulvis temperans.

℞. *Nitr. depur.*	*Cinnab. nat. gr.* 18. *M.*
Arcan. dupl.	*Div. in* 6. *p. æq.*
Conch. citrat. ā. ℈*ij.*	*D. ſing.* 4. *horis.*

3 Potiuncula diaphoretico-temperans.

℞. *Aq. Ulmar.*	*Conch. ppt.*
Fl. Acac.	*Nitr.* ♁*iat. ā.* 3ſs.
Card. bened.	*Cinnab.* ♁*ii* ℈*j.*
Scord. ā. 3*j.*	*Sacch. perl.* 3*ij. M.*
♁ *diaph.*	*D. cochleatim.*

4 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Eſſ. Pimpin. alb.*	*Vitrioli* 3ſs. *M.*
Scord. ā. 3*iſs.*	*D.* 25. *gutt. mane & a meridie.*
Spir. Tart. 3*j.*	

VII. *Methodus medendi*.

1 Quoniam Naturæ ſcopus eſt in hac Febre expellere materiam acrem corpori moleſtam, ideoque in ea reſpiciendum eſt partim ad materiæ correctionem & præparationem, partim ad ejus expulſionem per habitum corporis & Febris in juſto ordine conſervationem.

2 Quod hoſce ſcopos concernit, ſi Febris excedit, ita

ut

ut exinde omnia symptomata augeantur, remedia Nitrosa parvis & repetitis dosibus exhibita, & cum absorbente quodam mixta, hic optimam ferunt opem.

3 Si vero motus febriles nimis debiles sint, adeoque metuendum sit, materiam per eos sufficienter expelli non posse, Essentia alexipharmaca, Tinctura Bezoardica prorsus non vel leniter tantum camphorata, aut bona Mixtura simplex aliquoties nimirum bis ter vel quater minori, aut etiam pro circumstantiarum ratione paulo majori, dosi exhibeatur. In subjectis Phlegmaticis Essentiæ alexipharmacæ addatur Liquor C. C. succinatus.

4 Temperandi fine conducunt præter supra dicta Nitrosa & absorbentia Emulsiones, Mucilagines, Gelatinæ, blanda acida &c. de quibus hinc inde jam dictum fuit.

5 Optimum est, si dictis remediis jungitur Antimonium diaphoreticum aut Bezoardicum minerale, hoc enim pacto excretio materiæ per habitum corporis promovetur. Huic scopo etiam Emulsiones ex Sem. Card. Mariæ cum Aquis diapnoicis paratæ inserviunt.

6 Regimen moderate diaphoreticum hic sæpius plus præstat quam reliqua remedia, quare illud studiose conservetur.

7 Si morbus hic sine Febre est, uti illud non raro contingit, & ægroti sunt orthostadii, sufficit defensio pectoris & abdominis a frigore & motus moderatus in loco temperate calido ad lenem sudorem usque.

8 Potus sufficiens inpr. calidus optime quoque promovet exanthematum excretionem, quare ægroti frequenter Infuso diluto Thee & Coffee aut alio simili ex radicibus & herbis nostratibus blande alexipharmacis utantur.

9 Si affectus hicce, uti id interdum contingit, frequenter affligit, instituantur præservationis gratia Venæsectiones & primæ viæ per blanda laxantia, inprimis vero per Mercurium dulcem, aut etiam per nodulos laxantes evacuentur.

10 Eadem quoque laxantia finito morbo præmissa Essentia alexipharmaca in usum trahantur.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Venæsectio & Purgantia hic ordinarie nullum habent usum, imo interdum mala habent consectaria, quare non suadeantur, nisi certæ circumstantiæ eorum usum postulent; Purgantia tamen nunquam sint acria & stimulantia, sed potius blanda.

2 Si affectus hic epidemice affligit & malignitatem conjunctam habet, eo magis talia auxilia fugienda sunt.

3 Alexipharmaca calida sæpius morbum hunc, per se benignum, malignum reddunt, inpr. in subjectis Cholerico-Sanguineis, Plethoricis & Cacochymicis, quare iis moderata semper substituantur.

4 Aer frigidus quam maxime cavendus est, quoniam ejus admissionem exanthematum retrocessio & partium internarum afflictio sequitur.

5 In Diarrhœa huic morbo interdum superveniente vitentur & adstringentia & opiata, quoniam priora materiæ morbificæ excretionem, etsi alvum adstringant, impediunt, posteriora vero motus febriles summe necessarios cum damno sedant.

6 Uti modicus vini, tanquam analeptici, usus non in aliis tantum exanthematicis morbis sed & in hoc maxime conducit, ita abusus ejus propter ebullitiones sanguinis subsequentes & Febris ac eorum symptomatum augmentum summe noxius est.

7 In alvo laxanda aut aperienda Clysteres emollientes suo quidem non carent usu, stimulantes tamen vitentur.

8 Emulsiones temperantes & leniter diapnoicæ hoc loco conducunt, exulent vero eæ, quæ ex seminibus vulgo sic dictis frigidis parantur, quoniam motus febriles nimium sedant & necessariam materiæ morbificæ excretionem impediunt.

9 In animi pathematibus mediocritas observetur, omnis enim in iisdem excessus noxius est.

10 Qui huic morbo assueti sunt, fugiant aerem nimis calidum & diætam lautam & aromaticam, quoniam talia morbum semel curatum denuo producunt.

11 Si morbus hic originem traxit ab excretionibus sanguinis suppressis, Mensibus scil. & Hæmorrhoidibus, eæ in ordinem revocandæ sunt, vitentur tamen semper omnia, quæ quocunque modo ad ebullitiones sanguinis aliquid conferre possunt, quoniam talia suppressionem fluxuum consuetorum augent, & vel alios affectus graviores, vel Purpuram aut provocant aut augent.

12 In cura Purpuræ rubræ, quæ interdum Arthritidem vel affectus rhevmaticos suppressos sequitur, cautissime procedendum est, hic enim, si aliqualis committitur excessus, inprimis quoad remedia commoventia, graves sequuntur affectus.

Caput XVIII.

De

Purpura alba sive maligna.

I. *Definitio*: Purpura alba est utplurimum species Febris acutæ, continuæ & exanthematicæ species, in qua Natura motibus secretoriis & excretoriis auctioribus materiam malignam, in habitu corporis parvas pustulas limpidas semen milii magnitudine ordinarie similes formantem, expellere nititur.

II. *Differentia*.

1 A *Purpura rubra*: Vid. *Tab. præced.*

2 A reliquis *Febribus exanthematicis*, respectu exanthematum variorum: Vid. *Tabulas anteced. & seq.*

3 Ab aliis *excretionibus cutaneis*, respectu Febris, quæ in hisce vel nulla, vel benigna, in hac vero acuta & ordinarie maligna est.

4 Utplurimum quidem Purpura alba maligna est & nonnunquam epidemice quoque grassatur, interdum tamen benigna est.

III. *Signa*.

1 Incipit ordinarie uti Purpura rubra cum horrore leni.

2 Quem excipit æstus mitis frequenter cum horrore alternans.

3 Hisce jungitur insignis anxietas & angustia præcordiorum cardialgica.

4 In subjectis sensibilioribus angustiæ præcordiorum ita urgent, ut interdum Lipothymiæ superveniant.

5 Virium quoque adest summa prostratio.

6 Multi quoque de faucium ardore & dolore, oris siccitate & siti conqueruntur.

7 Capitis quoque dolor affligit, quamvis non acutus, sed magis turbulentus sit.

8 Agrypnia adest continua.

9 Alvus ordinarie est adstricta.

10 Pulsus est quidem celer, sed impeditius procedit, & est quasi oppressus.

11 Tensionem etiam subcutaneam cum insigni pruritu & ardore sentiunt ægrotantes, ac pressionem in dorso.

12 Quo cessante quarto die copiosa exanthemata rubicunda primo in collo, pectore & postea in reliquo corpore erumpunt: eruptio hæc interdum etiam die scil. septimo, imo undecimo, quod in aliquot junioribus observavi, contingit.

13 Ex quibus deinde copiosissimæ pustulæ albæ, limpido humore repletæ, totam peripheriam corporis denso agmine tegentes exurgunt.

14 Eruptionem nonnunquam præcedunt deliria, quæ prodeuntibus exanthematibus cessant.

15 Elapsis aliquot diebus pustulæ in siccioribus exsiccantur & decidunt, in humidioribus vero ruptis vesiculis humor effluit, id quod jam Anno 1698. cum Febris

maligna petechizans in patria mea graſſaretur, in non paucis præcipue in Chirurgo quodam obſervavi: hic Febre hacce maligna correptus in principio ſtatim poſitive diaphoretica & Theriacalia ſumſerat: erumpebant hinc copioſiſſimæ puſtulæ miliares, quæ ordinarias magnitudine longe ſuperabant: poſt quatuor vel quinque dies rumpebantur omnes, ita ut tota corporis ſuperficies eroſa videretur, tandem ſenſim ſenſimque exſiccabantur & ita ægrotus evadebat.

16 Interdum tamen diu in ſuperficie corporis hærent, quod in aliquot ægrotis obſervavi. Femina hujus loci triginta circiter annorum multa jam in puerperiis ob plethoram paſſa erat, quare in ultimo puerperio ſuadebam, ut ceſſante lochiorum fluxu venam pedis aperiri curaret, ſed cum hocce conſilium negligeret, in graviſſimam & univerſalem incidebat Arthritidem: cum ad eam vocarer, Chirurgus jam inſtituerat Venæſectionem, a qua tamen prorſus nullum ſentiebat levamen. Præſcribebam E. temperantia ordinaria cum Cinnabarinis & diaphoreticis fixis, quibus veſperi anodyna jungebam, ſed dolores nihilominus integrum octiduum eodem tenore continuabant: tandem ſequebatur ſudor continuus penetrantis admodum odoris & inſignem in cute pruritum excitans, unde dolores immunuebantur: quietam hinc in lecto continentiam imperabam, ſed ægrota odoris & pruritus pertæſa continuo induſia & lectum mutabat: præſagiebam malum eventum, ſed ſurdæ narrabatur fabula. Tandem ſudores ſubito ceſſabant, quorum ſuppreſſionem illico excipiebat horror & æſtus inſignis cum aliis ſymptomatibus febrilibus: tertio poſt horrorem die totum corpus maculis copioſiſſimis obſidebatur, ex quibus puſtulæ parvæ limpidę erumpebant, quæ in dies augmentum capiebant, ita ut in frontis ſuperiore parte & artubus variolas magnitudine æquarent. Durabat hic ſtatus ad diem decimum quartum uſque, ubi in pectore & collo exareſcere incipiebant: tandem etiam eæ, quæ in manibus & pedibus erant, a decimo ſeptimo uſque ad vigeſimum exareſcebant. Lanio hujus loci ſubito corripiebatur horrore, quem æſtus inſignis cum reliquis ſymptomatibus & inſigni faucium inpr. in dextro latere inflammatione, ita ut fere ſuffocaretur, cum vocarer, Chirurgus jam venam ſecuerat in brachio, a qua ægrotus reſpectu inflammationis inſigne ſentiebat levamen, Febris tamen in eodem permanebat ſtatu: Sequenti die dolor inflammatorius ſubito deſerebat fauces & pectus ejuſdem lateris cum ſumma ferocia occupabat. Conſulebatur adhuc alius Medicus, qui me abſente Venęſectionis repetitionem ſuadebat, a qua iterum ægrotus levamen quoddam percipiebat. Exhibebantur diaphoretica fixa cum temperantibus, abſorbentibus & bezoardicis, unde dolor lateris punctorius ita imminuebatur, ut tertio die prorſus evaneſceret, ſed ſubito inſignia tormina colica ægrotum affligebant, injiciebatur E. clyſter emolliens & leniter carminativus, unde tormina quidem, cum alvus copioſe quater vel quinquies aperiretur, ceſſabant, ſed æger tota nocte erat admodum inquietus & de ardore & punctoris ſub cute maxime conquerebatur. Vocabar E. ſummo mane & cum adhuc de eodem ardore conquereretur, accuratius cutim examinabam & totum corpus innumeris puſtulis limpidis refertum deprehendebam. Certus igitur jam Febrem eſſe miliarem, præſcripta remedia continuare, iiſque Eſſentiam alexipharmacam cum Eſſentia dulci interponere jubebam. Erumpebant hinc magis magiſque puſtulæ & eandem ac in priori caſu acquirebant magnitudinem. Elapſis aliquot diebus multæ in collo, pectore & reliquo corpore exareſcebant, ſed ſtatim novæ ſuccedebant, atque haſce poſt exareſcentiam adhuc aliæ ſequebantur, quare antea dictis remediis emulſio temperans ex Sem. Card. Mar. & amygdalis jungebatur. Tandem prætergreſſo ſecundo ſeptenario ſenſim exareſcebant & penitus ceſſabant. Eodem fere tempore puerpera patiebatur lochiorum ſuppreſſionem, quam Febris acuta immediate ſequebatur, Medicus conſultus ſuaſerat Purgans & Venæſectionem: cum vero eam poſtea negligeret, quarto morbi die vocatus diaphoretica & temperantia præſcribebam quorum ope Febris ſenſim mitigabatur & prorſus ceſſabat: ſed elapſis tribus aut quatuor diebus ſubito Pleuritide corripiebatur, quæ elapſis decem diebus pariter ceſſabat. Et cum omnia jam in vado eſſe viderentur, repente horrore & æſtu alternante affligebatur, quos effluxis aliquot diebus exanthemata miliaria copioſiſſima, quibus hinc inde petechiæ interſperſæ erant, excipiebant: ſuadebam E. quietam in lecto continentiam & remedia convenientia præſcribebam. Quinto poſt eruptionem die ægrota lectum contra voluntatem meam mutabat, ſed mox ſequebatur exanthematum retroceſſio, cum vero mox lecto traderetur & Mixtura ex Eſſentia alexipharmaca & dulci parvis & repetitis doſibus ei daretur, denuo erumpebant ac elapſo die decimo quarto ſenſim ſenſimque ceſſabant. Eodem tempore lochia ſed admodum fœtentia redibant, atque hoc modo ægra tot malis afflicta evadebat.

IV. *Subjectum*.

1 Juniores præ adultioribus.
2 Homines temperamenti humidioris & poroſi corporis habitus.
3 Feminæ præ viris.
4 Puerperæ præcipue.
5 Si tamen epidemica eſt conſtitutio, nulli parcit ætati, temperamento & ſexui, quod Anno 1698. in Patria & hic quoque præcedente autumno obſervavi.
6 Plethorici & Cacochymici.
7 Quibus ſanguinis evacuationes naturales ſuppreſſæ ſunt.
8 Evacuationes ſanguinis artificiales negligentes.
9 Quibus ſudores vel per imprudentem medicationem vel inconveniens regimens ſupprimuntur.
10 Quibus alexipharmaca nimis commoventia exhibentur.
11 Qui in morbis acutis, præcipue vero in Febribus catarrhalibus petechizantibus, nimis calido regimine tractantur.

V. *Prognoſis*.

1 Purpura alba per ſe nunquam periculo caret, præprimis ſi conſtitutio eſt epidemica, & hinc ſæpius plures jugulat.
2 Interdum tamen aliquo modo benigna obſervatur, præſertim quando tum temporis nullæ Febres malignæ graſſantur.
3 Quo citius erumpit Purpura miliaris, eo majoris malignitatis indicium eſt & contra.
4 Purpura miliaris in qua exanthemata non confertim, ſed ſucceſſive & nimis languide erumpunt, aut ubi poſt caſum priorum nova ſuccedunt, ſemper pejoris eſt indolis.
5 Exanthemata modo erumpentia, modo iterum diſparentia merito ſuſpecta ſunt.
6 Plenaria exanthematum in ſtatu morbi retroceſſio vel lethalis eſt, vel reliqua ſymptomata longe graviora reddit.
7 Si poſt exanthematum repulſorum novam expulſionem ſymptomata inpr. deliria & præcordiorum anxietates non mitiora redduntur, ſed in eodem tenore perennant, res periculi plena eſt.
8 Eo gravius vero metuendum eſt periculum, ſi Petechiæ Purpuræ albæ ſtatim in principio eruptionis junguntur.
9 Purpura alba lochiorum ſuppreſſionem excipiens ſemper pejor eſt quam reliqua.
10 Purpura alba ſubjecta Plethorica aut cacochymica corripiens ſemper gravius affligit & majori periculo exponit ægrotantes.
11 Diarrhœa ſymptomatica retroceſſionem exanthematum facile poſt ſe trahit, & hinc merito ſuſpecta eſt.

VI. *Remedia*.

1 *Temperantia*: Succiaciduli, Succ. citr. rec. Rob. Ceraſ. acid. Rib. Berb. Cydon. Cynosb. Sir. acetoſ. citr. Cydon. Granat. Nitroſa, abſorbentia, digeſtiva, Gelatinoſa &c.

2 Dia-

2 Diaphoreſin promoventia: Aquæ diapnoicæ variæ, Tinct. Bezoardica, Eſſent. alexipharmaca ♁, alia fixa &c.

3 Analeptica: Aq. Roſar. Namph. Ceraſ. nigr. Cinnam. Cydon. Conſ. de Hyacinth. Alkerm. Eſſent. dulc. Hal. Pulv. ſolares.

4 Alvum apertam ſervantia: Clyſteres emollientes, potus ſufficiens, Salia digeſtiva.

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula alexipharmaca.

℞. *Aq. Scord.* / *Scabioſ.* / *Scorzon.* / *Fl. acac.* ā ʒj. / *Mixt. ſimpl.* ʒj. / ♁ *diaph.* / *Conch. ppt.* ā ℈j. / *Succ. citr. rec.* ʒij. / *Sir. Cydon* ʒſs. / *D. Cochleatim.*

2 Alia analeptica & alexipharmaca.

℞. *Aq. Card. bened.* / *Ulmar.* / *C. C. citr.* / *Cinnam. cyd.* / *Namph.* ā ʒj. / *Scord.* ā ʒj. / *Succ. Citr. rec.* ʒiij. / *Conſ. de Hyac.* ʒiſs. / *Sir. contraj.* ʒvj. *M.* / *D. ut antea.* / *Eſſ. alexiph.*

Reliquas formulas vide in *Tab. anteced. & ſeq.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Cum morbus hic, inpr. in conſtitutionibus epidemicis, utplurimum præcipitis ſit eventus, ab initio ſtatim ægrotis ſuccurrendum eſt, & quidem per temperantia, abſorbentia & diaphoretica fixa, ut hoc modo materia morbifica corrigatur & ſenſim ſenſimque ad peripheriam corporis expellatur.

2 Eruptionis tempore excretio promoveatur per Eſſentiam alexipharmacam Stahlii, quæ tempore matutino & pomeridiano extra exacerbationis tempus ſive æſtum febrilem moderatis doſibus ad guttas 25. 30. exhibeatur.

3 Tempore vero intermedio continuentur pulveres diaphoretici fixi & temperantes vel in juſculo vel in Aquis diapnoicis dati, quæ & Febrem in debito vigore conſervant & ſymptomata mitigant.

4 Toto hoc tempore regimen moderate calidum ſervetur, ut hoc modo materia morbifica continuo exhalare queat.

5 Si ægroti ſunt admodum debiles reliquis remediis interponantur vel jungantur analeptica, Aqua Namph. Cinnamon. Cydon. Eſſ. dulc. Hal. Pulv. Solares &c.

6 Diaphoreſin optime quoque promovent Infuſa ex Radic. alexipharmacis temperatis & Herbis quibuſdam parata & reliquis remediis interpoſita.

7 Ceſſantibus exanthematibus Eſſentia alexipharmaca cum reliquis remediis nihilominus continuentur, ut hoc modo omne noxium placide per diaphoreſin evacuetur.

8 Finito morbo primæ viæ leniter laxante Mercuriali, Rhabarbaro aut Extracto Panchym. Crollii cum Pilulis Stahlianis mixto evacuentur.

9 Si alvus eſt nimium obſtructa, aperiatur per Clyſteres emollientes aut ſuppoſitoria, ſine ſtimulo aceri.

10 Si Diarrhœa jungitur Febri miliari, pulvis Chacarillæ ad gr. X. XII. exhibeatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Venæſectio hic nullius eſt uſus, niſi in ſubjectis eminenter Plethoricis in primo ſtatim morbi principio & ſubjuncto regimine moderate diaphoretico inſtituatur.

2 Multo minus Purgantibus inprimis acrioribus locus concedendus eſt, quatenus Naturæ ordinem invertunt, & materiam excretioni per habitum corporis deſtinatam ad interiora cum damno derivant. Obſervatum hoc potiſſimum fuit Anno ſuperiori Anno 1719. tempore æſtivo, ubi non pauci hac Febre laborantes per Purgantia & Venæſectiones neci traditi fuerunt. Poſt talium enim uſum exanthemata vel nimis tarde vel ſucceſſive erumpebant, ſed mox ad retroceſſionem pronæ erant, aut actu retrocedebant: ægroti delirabant, admodum debiles erant: alii de inſigni anxietate præcordiorum quas in quibuſdam Lipothymiæ in aliis Convulſiones & mors ſequebantur. Femina hujus loci quinquaginta & aliquot annorum ſub finem Menſis Auguſti corripiebatur leni horrore, quem calor excipiebat cum ſymptomatibus febrilibus: quare eo ipſo die Venam ſibi ſecari curabat: ſequenti die conſultus præſcribebam Pulverem temperantem & diaphoreticum loco Purgantis remedii, quod deſiderabat: ſed nihilominus ſuaſu mulierc ularum amicarum Potiunculam purgantem a Pharmacopœo acceptam aſſumebat, a qua pluries & in ſequentem uſque diem purgabatur: die tertio vocatus Eſſentiam alexipharmacam & Pulverem Chacarillæ præſcribebam: hinc alvus ſiſtebatur quidem & ſopor quo antea affecta erat imminuebatur, ſed nihilominus de inſigni & continua anxietate conquerebatur: jubebam continuare Eſſentiam & potiunculam diapnoicam, ſed ſine ſucceſſu, ſopor enim elapſis aliquot diebus redibat & magis quam antea urgebat. Tandem die nono hinc inde in collo exanthemata, ſed in parva quantitate erumpebant, in reliquo autem corpore nihil horum conſpiciebatur: die decimo aliquoties Lipothymiis affligebatur, quas undecimo mors excipiebat. Alias obſervationes ab aliis mihi communicatas ſilentio præterep.

3 Remedia alexipharmaca calidiora & regimen coactum hic maxime exulent, quia Febrem, anxietates & reliqua ſymptomata augent.

4 Abuſus quoque temperantium & fixorum vitandus eſt, quoniam æſtum quidem febrilem temperant, ſed ſimul placidam excretionem retardant, quare alexipharmaca lenia ipſis ſemper interponantur. Ob abuſum abſorbentium & fixorum in aliquot ſubjectis poſt Febrem miliarem tumores pedum oedematoſos, qui non niſi longo tempore curari poterant, obſervavi.

5 Nitri prudentem uſum (ſingulis ſcilicet quatuor vel ſex horis parcis, & repetitis doſibus exhibitum) commendat *Stahlius* in *Præfat. ad Junckeri Tabulas.*

6 Ipſa quoque gemmata inpr. in ſubjectis teneris & ſenſibilibus fugienda ſunt, quoniam adſtringunt & excretionem impediunt.

7 Si ullibi in hoc ſane morbo blanda aſt continua tranſpiratione opus eſt, quare huic methodo continuo inſiſtendum & a mutatione regiminis & medicamentorum abſtinendum eſt.

8 Nunquam etiam remedia in copia ægrotis ſunt exhibenda, quia vel exanthemata per ea nimis mature expelluntur, vel ordo naturalis & placida tranſpiratio impediuntur.

9 Potus ſufficiens ad diluendum & temperandum ſanguinem ac excretionem exanthematum promovendam ſumme quidem neceſſarius eſt, frigidus tamen fugiatur.

CAPUT XIX.

DE

Febre Catarrhali maligna ſive Petechizante.

I. *Definitio.* FEbris Petechizans eſt ſpecies Febrium acutarum malignarum, in qua Natura ope motuum febrilium materiam quandam acrem in lympha ſpiſſiori hærentem & corpori ſumme infenſam expellere nititur.

II. *Differentia.*

1 A *Febre Catarrhali benigna.*

a Reſpectu *cauſæ*: quæ in benigna mitior, in hac vero longe acrior eſt.

b Reſpectu *ſymptomatum*, quæ in benigna leviora, in maligna vero graviora ſunt.

c Reſpectu *exitus*: qui in maligna ſæpius funeſtus, in benigna vero utpl. ſalutaris eſt.

2 A *Febre Petechiali*, ſtricte ſic dicta. Vid. *Tab. ſeq.*
3 *A Purpura miliari, Morbillis, Purpura urticata &c.* Vid. *Tab. præcedentes.*

III. *Signa.*
1 Præcedit Coryza aut Gravedo cum ſtupore capitis.
2 Cui jungitur tuſſis lenis, cum oppreſſione aut laſſitudine pectoris.
3 In nonnullis occurrit tonſillarum inflatio.
4 Si vero a contagio orta eſt Febris ſine Coryza aut Tuſſi præcedente ſtatim affligit.
5 Inſignis quoque laſſitudo & virium proſtratio concurrit.
6 Febris invadit tempore autumnali circa veſperam hora quinta vel ſexta cum horrore ad ſemi horam vel interdum integram quoque ſe extendente.
7 Quem excipit æſtus ſatis gravis inpr. in ſubjectis Plethoricis.
8 Huic dolor capitis, ſitis, anxietates, inquietudines agrypniæ junguntur.
9 Accedit dolor tenſivus in dorſo, qui non raro etiam artus occupat; ordinarie tamen non niſi de inſigni artuum debilitate conqueruntur ægrotantes, ita ut eos hinc inde movendo levamen quærant.
10 Sitis quæ hic occurrit, non eſt adeo intenſa ac in aliis acutis, ſed reſpectu earum ſatis moderata.
11 Continuat æſtus hic eodem ordinarie tenore per totam noctem.
12 Sequenti vero die inpr. verſus meridiem aliquo modo remittit.
13 Circa veſperam hora conſueta denuo exacerbatur ac ordinaria ſymptomata denuo urgent, maxime vero anxietates & agrypnia.
14 Primis diebus ſtiente paroxyſmo nullus obſervatur ſudor uti in aliis, ſed ſolum leniſſimus udor.
15 Continuat hoc modo Febris cum ſuis ſymptomatibus & præcipue inappetentia & agrypnia uſque ad finem primi ſeptenarii, ubi ſudores lenes poſt exacerbationem magis conſpicui fiunt.
16 In aliis tranſpiratio quarto jam die augetur.
17 In aliis die ſeptimo catarrhus aliquantulum imminuitur, vel plane tollitur.
18 In nonnullis eodem tempore dolores tenſivi dorſi & artuum augentur & poſtea Petechiæ efflorescunt.
19 In multis tamen legitimo modo ſine calido regimine tractatis Petechiæ in conſpectum non veniunt, & morbus ſine illis ſucceſſive ſolvitur.
20 Non pauci quoque ægrotantium Diarrhœas patiuntur, ad quas Febris hæc admodum prona eſt.
21 Si alvus eſt clauſa facile ſuperveniunt Aphtæ, Angina & deliria.
22 Nonnunquam etiam Lipothymiæ licet incompletæ, in ſubjectis præcipue ſenſibilibus, obſervantur.

IV. *Subjectum,*
1 Reſpectu *temperamenti*; homines temperamenti humidioris ſanguinei ſcil. & ſanguineo phlegmatici.
2 Otioſi, Plethorici & qui ob malam Diætam corpora habent Cacochymica.
3 Senſibiles & animo trepido prediti.
4 Qui ad catarrhos alias proni ſunt.
5 Excretiones naturales, inprimis vero ſudores ſpontaneos, negligentes.
6 Contagio affecti.

V. *Prognoſis.*
1 Febris hæc pro diverſa annorum & aeris conſtitutione reſpectu malignitatis differt, adeoque etiam majus vel minus periculum involvit.
2 Quando epidemice graſſatur ſemper majori periculo exponit ægrotantes, quam ſi ex cauſis domeſticis oritur.
3 Nunquam reſpectu malignitatis periculo caret, quando vero mitiſſimo modo tractatur illud periculum facile ſuperatur.
4 Tota hæc Febris legitime procedens ad diem uſque decimum quartum ſe extendit.
5 Interdum tamen propter commiſſos in medendo & regimine errores ante ſeptimum lethalis evadit, nonnunquam vero decimum quartum diem ſuperat.
6 Diarrhœa in hiſce Febribus ſemper melior eſt alvi adſtrictione.
7 Si tamen excedit aut nimis diu durat, excretionem ſudoris & macularum per habitum corporis turbat.
8 Prematura Petechiarum eruptio majorem malignitatem & majus periculum portendit,
9 Quando autem ſecundo ſeptenario erumpunt, melioris ſunt ſpei,
10 Quo major Petechiarum adeſt copia, eo majus metuendum eſt periculum; leviſſimam enim cauſam earum retroceſſio ſequitur.
11 Que modo erumpunt, modo retrocedunt, peſſime ſunt indolis.
12 Que autem conſtanter in habitu corporis permanent, colore rubicundo aut roſeo ſunt prediti, magis magiſque pallide fiunt ac cum aliquali euphoria ſenſim diſparent, ſalutarem eventum preſagiunt.
13 Que contrario modo ſe habent, coloris ſcil. ſunt obſcuri & lividi, ac facile retrocedunt, aut diſparentes ægrotum non ſublevant, peſſimi ſunt ominis.
14 Si cum Petechiis Purpura miliaris alba ſimul & præmature, tertio ſcil. vel quarto die, erumpit, res pariter periculi eſt plena.
15 Tolerabilior vero eſt ſtatus, ſi Purpura miliaris maculis ſuccedit aut preſentibus jam Petechiis erumpit.
16 Si diſparentibus Petechiis ægrotantes nullum ſentiunt levamen, facile Purpura miliari corripiuntur.
17 Aphthe huic Febri ſupervenientes utplurimum lethalem poſt ſe trahunt exitum.
18 Angina Petechiis juncta vel accedens brevi mortem infert.
19 Lipothymiæ frequentius affligentes ordinarie admodum periculoſæ ſunt.
20 Sudores præmature erumpentes placidum morbi curſum turbant, & facile in nimios, ægrotos maxime debilitantes, degenerant.
21 Longe autem meliores ſunt, qui quarto aut ſeptimo die placide erumpunt poſt exacerbationes, ſive ſub finem paroxyſmi.
22 Hæmorrhagias quoquo tempore contingentes melius eſt non fieri, quam fieri: imo largiter recurrentes, alvo præſertim ſicciore, it. Deliria & Aphthas poſt ſe trahentes, plerumque lethales ſunt: diuturnioribus vero deliriis tandem ſupervenientes, illaque ſublevantes, tolerabiliores exiſtunt.
23 Deliria poſt primum ſeptenarium ſemper pejoris ſunt indolis, quam quæ ante eum occurrunt.

VI. *Remedia.*
1 Materiam malignam corrigentia & Febrem temperantia: Conch. citrat. aliaque abſorbentia, acido quodam ſaturata, uti Mat. Perl. Lap. ♌♌ &c. Nitr. depur. regenerat. ♁iat. Salia digeſtiva: Tart. Vitr. Arcan. duplic. Acida: Succ. citr. rec. Sir. acetoſ. Citr. Rob. Rib. Berb. Tinct. Roſar. Decoct. C. C. & Scorzon. citrat. Potus ſufficiens, Emulſiones.
2 Materiam correctam blande per diureſin & diaphoreſin evacuantia: Abſorbentia cum acidis maritata ♁ diaphor. Bezoard. miner. Reg. ♁ Medic. Pulvis Bezoard. Hal. Eſſ. alexiph. Stahlii, Scordii, Mixt. ſimplex, Tinct. Bezoard.
3 Vires conſervantia: Gelatinoſa, Mucilaginoſa, juſcula carnium, Emulſiones cum Aquis analepticis paratæ, Pulveres Solares Richteri. Eſſent. dulc. concentr. & ordinaria Hal.
4 Symptomata urgentia mitigantia: Camphorata, Nitroſa, Abſorbentia acido ſaturata, Cryſtall. mont. aliaque antea recenſita.

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula temperans.

℞. *Aq. Scorzon.* *Galeg.* ℥iß. *C. C. citr.* ℈ß. *Conch. citr.* *Nitr.*

Nitr.depur. *Sir.acetoſ.citr.*ʒſs.*M.*
Tart.Vitr.ā ʒſs. *D.ſing.2.vel 3.horis cochl.*
Cinnab.☉ii ℈j. *aliquot.*

2 Alia temperans & diaphoretica.

℞. *Aqu.Fl.Aeac.* *Reg.☉ Medic.gr.XV.*
Rub.Id.ā ʒij. *Succ.citr.rec.*ʒij.
Lap. ♋. *Sir.contraj.rec.*ʒſs.*M.*
Bezoard.min. *D.ut antea.*
Nitr.regener.ā ʒſs.

3 Alia analeptica & alexipharmaca.

℞. *Aqu.Galeg.*ʒiij. *Succ.citr.rec.*ʒiſs.
Namph. *Julep.gemmat.*ʒſs.
Cinnam.cyd.ā ʒvj. *D.ſing.4.5.6.horis aliquot*
*Eſſ.alexiph.*ʒij. *cochlearia.*

4 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Eſſ.alexiph.* *D.mane gutt.25.30.*
Scord.ā ʒij.

5 Alia alexipharmaca & confortans.

℞. *Eſſ.alexiph.* *dulc.*ʒj.*M.*
Scord.ā ʒiſs. *D.ut antea.*

6 Emulſio temperans & analeptica.

℞. *Sem.Card.Mar.* *Fl.a. Emulſio.*
bened. *Colat.adde*
Citr.ā ʒiij. ☉ *diaph.*
Aq. Galeg. *Matr.perl.ā* ℈ij.
Roſar. *Sacc.perl.*ʒſs.*M.*
Scorzon.ā ʒiiſs. *D.cochleatim.*
*Cinnam.*ʒj.

7 Species pro Infuſo Theiformi.

℞. *Rad.Pimp.alb.* *Scabioſ.*
Vincetox. *Hyſſop.*
Imperat.ā ʒiij. *Bellid.ā* mj.*M.*
Art ʒiſs. *Inciſ.infund.in Aqu.ſ.fer-*
Herb.Scord. *vent.& bulliant leniter.*

8 Species pro potu.

℞. *Raſ.C.C.* *Colat.adde*
Rad.Scorzon.ā ʒij.*M.* *Succ.citr.rec.q.ſ. ad gra-*
Coq.in Aqu.ſimpl. *tam aciditatem.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 In Cura hujus Febris partim ad Febrem ipſam, partim ad conjunctum catarrhum acrem & falſum reſpiciendum eſt: & cum cauſa morbifica ſit admodum acris, phlegmati immerſa, temperanda & involvenda, phlegma vero reſolvendum & abſtergendum eſt, ne in partibus ſolidis labes excitetur.

2 Hiſce ſcopis inſerviunt remedia antea allegata, inpr. vero Eſſentiæ alexipharmacæ aut Tincturæ Bezoardicæ moderate vel prorſus non camphoratæ, quæ phlegma tenue & falſum ad peripheriam corporis leniter pellunt: exhibeantur autem tempore matutino in moderata doſi.

3 Poſtea ad temperandam materiam acrem Potiunculæ aut Pulveres temperantes leniterque diaphoretici, ex abſorbentibus, Nitroſis & antimonialibus fixis parati propinentur, ut hoc modo placida diapnoe & materiæ ſucceſſiva excretio promoveatur.

4 Eadem quoque inſerviunt placidæ Febris promotioni & ejus exceſſum præcavent, ſi ante exacerbationem & in illa exhibentur.

5 Eo certius autem dictum effectum præſtant, ſi illis Emulſiones & in ſubjectis ſanguineis & activis blanda acida interponuntur vel junguntur, qualia ſunt potiſſimum Succus Citri recens, Julapiis, Potiunculis & potui ordinario admixtus.

6 Si Petechiæ erumpunt, continuentur Emulſiones temperantes & diapnoicæ cum mucilaginoſis & Gelatinoſis, Cremore Hordei, Gelatina C. C. &c. ut hoc modo materia morbifica magis temperetur, involvatur & leniter expellatur.

7 Hæc autem methodus, exhibendo ſcil. mane Eſſentiam alexipharmacam, poſtea vero in exacerbatione & extra illam diaphoretica fixa cum temperantibus, per totum morbi curſum ſervetur.

8 In adſtrictione alvi exhibeatur potus ſufficiens cum nitroſis & Clyſteres lenientes injiciantur, aut detur Elixir Polychreſtum Hal. juxta methodum in D. Richteri Tractatu præſcriptam.

9 Si vero Diarrhœa accedit, eadem Nitroſa & Cryſtallus montana parvis & ſæpius repetitis doſibus in uſum trahantur.

10 Quando dolores capitis & vigiliæ nimium urgent, externe convenit primo Spir. Vini camphoratus, poſtea vero Unguent. Alabaſtr. quod dolores optime lenit. Vid. *Stahlii Opuſc.p.617.*

11 Si Hæmorrhagia narium Febri huic jungitur, inſiſtendum eſt temperantibus & nitroſis, paulo majori doſi exhibitis.

12 In Deliriis & Lipothymiis in uſum trahantur partim Emulſiones, temperantia & Nitroſa, partim vero analeptica, inpr. Eſſ. dulc. Hal. tam ordinaria quam concentrata.

13 Si Aphthæ & inflammatio faucium ſupervenit, opem optime ferunt Gargariſmata ſubadſtringentia.

14 In Tuſſi catarrhali, quæ ſæpius huic morbo jungitur, exhibeantur ſæpius Infuſa Theiformia, hæc enim non ſaltem materiæ excretionem, ſed & diapnoen promovent.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Si ullibi in hac ſane Febre leniſſime & cautiſſime procedendum eſt, omnia enim commoventia eam pejorem & ordinarie funeſtam reddunt.

2 Exulent hinc Purgantia & Emetica, quicquid etiam alii de virtute Ipecacuanhæ alexipharmaca proferant.

3 Abſit quoque Venæſectio, utpote quæ ordinarie circa dies criticos incompleta molimina hæmorrhagica ſive congeſtiones ad caput & inde pendentia deliria cum Aphthis & faucium inflammatione poſt ſe trahit. Si vero ſubjecta ſunt eminenter plethorica, in principio inſtituatur, ſed regimen diapnoicum continuum ſtatim ſubjungatur.

4 Nullus quoque locus ſit alexipharmacis calidioribus, utpote quæ Maſſam Sanguinis nimium commovent & gravia mala poſt ſe trahunt.

5 Inſignia quoque damna infert regimen poſitive ſudoriferum, Maſſam humorum nimium commovendo, quare fugiendum eſt.

6 Pulveres Bezoardici, inpr. quos multa adſtringentia pro alexipharmacis falſo habita, ingrediuntur, ut Pulv. Pannon. hic nullam habent utilitatem, quoniam placidam excretionem magis impediunt, quam promovent.

7 Omne frigus actuale nocet & diapnoen tollit, quare ægroti a potu frigido & omni refrigeratione abſtineant, bibant potius tepide & placidæ diaphoreſi indulgeant.

8 Quieta in lecto continentia optime hanc excretionem promovet, jactigationes vero frequentes eam impediunt, quare fugiantur.

9 Prælente Diarrhœa nunquam præſcribantur opiata & adſtringentia, alvi enim adſtrictionem ordinarie ſequuntur Aphthæ & Inflammationes faucium funeſtæ.

10 In Agrypnia opiata & narcotica nunquam in uſum trahantur, quoniam diapnoen magis tollunt, quam promovent.

11 Si Petechiæ erumpunt, Emulſiones temperantes potius, quam fortiora alexipharmaca, in uſum trahantur.

12 Cum Febres tales recidivæ maxime obnoxiæ ſint, finito morbo Eſſentia alexipharmaca adhuc aliquandiu continuetur, ut hoc modo omne noxium e corpore expellatur.

CAPUT VIGESIMUM,

DE

Febre Petechiali.

I. *Definitio.* FEbris Petechialis eſt ſpecies Febrium extreme acutarum, contagioſarum & malignarum, in qua Natura miaſmata maligna, maculas in habitu corporis puliçum morſibus ſimiles formantia, e Maſſa ſanguinea ſeparare & per peripheriam corporis expellere nititur.

II. *Diſ-*

II. *Differentia.*

1 A *Febre Petechizante.*

a Reſpectu *gradus*: malignitas enim in Petechiali ſtricte ſic dicta major eſt, quam in Petechizante.

b Reſpectu *eruptionis Petechiarum*: quæ in Petechiali mature, & ſæpius in principio primo ante quartum & ſeptimum diem, in Petechizante vero legitime tractata tardius vel prorſus non erumpunt.

c Reſpectu *periculi*: quod in Petechiali longe majus, quam in Petechizante eſt.

2 A *Purpura miliari* differt reſpectu exanthematum, quæ in hac peripheriam corporis ſuperant, in Petechiali vero profundius in cute hærent.

3 A *Peſte.*

a Reſpectu *gradus malignitatis*, in quo Peſtis Petechialem Febrem longe ſuperat.

b Reſpectu *exanthematum*: in Peſte enim ordinarie *Bubones* & *Carbunculi*, in Petechiali vero *maculæ* ſive *Petechiæ* erumpunt.

c Reſpectu *periculi*; Peſtis enim ordinarie magis funeſta eſt, quam Febris Petechialis.

d Reſpectu *graſſationis*: quatenus Peſtis longe plures, quam Petechialis Febris corripit.

4 Febris ipſa Petechialis differt quoque *gradibus*, interdum enim magis, interdum vero minus periculoſa eſt, reſpectu ſcil. locorum & anni temporum.

III. *Signa.*

1 Præcedit laſſitudo corporis & artuum.

2 Cui jungitur ſtupor & gravitas capitis cum tenſione dolorifica dorſi.

3 Invadit vero ipſa Febris tempore veſpertino cum leni horrore.

4 Quem excipit æſtus modo mitior, modo gravior.

5 Adeſt ſtatim inſignis virium proſtratio.

6 Anxietates præcordiales inſignes concurrunt, quæ ſæpius adeo invaleſcunt, uti ægroti, quo ſe vertant, neſciant.

7 Dolor capitis interdum inſigniter etiam urget.

8 Jungitur litis cum inſigni inquietudine.

9 Sæpius conqueruntur de ardore & dolore faucium ægrotantes.

10 Quem non raro excipit actualis faucium inflammatio cum Aphthis.

11 In non paucis urgent quoque Lipothymiæ & quidem modo in principio morbi, modo in ejus incremento.

12 Utplurimum delirant ægrotantes.

13 Quæ tamen deliria pro temperamentorum diverſitate diverſa ſunt.

14 Interdum ægroti quidem non delirant, adeſt tamen irrationalis animi abjectio & continuus mortis metus.

15 Pulſus ordinarie quidem eſt frequens & celer, ſed juſto debilior & in multis inæqualis.

16 Reſpiratio, etiam non concurrente plethora, in multis eſt admodum laborioſa.

17 Urina rarius ſanorum Urinæ eſt ſimilis, utpl. vero rubello colore tincta.

18 In multis etiam obſervantur ſubſultus tendinum & actuales motus convulſivi.

19 Et talia ſymptomata ſæpius in malo graviori ſub initium & in incremento obſervantur.

20 Tandem circa diem quartum aut ſeptimum, raro ſerius, poſt varias magis vel minus ſenſibiles tractiones & tenſiones in dorſo erumpunt Petechiæ, pectore, collo, reliquiſque partibus, excepta facie.

21 In malo tamen graviori Petechiæ in principio ſtatim morbi prodeunt.

22 Imo vidimus Petechias in orthoſtadiis & de nulla re conquerentibus erupiſſe. Ante ſeptendecim annos cum plures hic loci a Petechiis morerentur, amicum hoc morbo laborantem viſitaturus alium in platea offendebam: & cum de amico ægroto ſermones miſceremus, obſervabam in commilitonis mei collo plures Petechias, quas etiam in brachiis deprehendebam: & cum ex eo quærerem, quid ſibi velint hæ maculæ? eas reliquias morſuum pulicum eſſe reſpondebat. Diſcedenti a me alii eandem quæſtionem movebant, ſed riſu, cum de Petechiis mentionem facerent, eoſdem excipiebat. Domum rediens matri, quid ſecum actum eſſet, narrabat: mater perterrita Medicum vocabat; hic Petechias ſtatim cognoſcens, prudentia tamen (cum æger ſe prorſus nihil incommodi ſentire, conſtanter affirmaret,) utens nullam, ne terrorem ægrotanti incuteret, de Petechiis mentionem faciebat, Potiunculam tamen diaphoreticam præſcribebat, ac ut lecto ſe traderet, ſuadebat; verſus veſperam Febris invadebat cum graviſſimis anxietatibus, deliriis, lipothymiis &c. & quarto die moriebatur. Ante duodecim & quod excurrit annos cum itidem Febris Petechialis hic graſſaretur, viſitabam inter alios virum hac Febre laborantem, qui etſi totus quaſi conſperſus eſſet maculis, lectum nunquam petebat, ſed ſemper in hypocauſto obambulabat. Uxor ejus elapſis aliquot diebus, cum lotium tempore matutino, uti hic moris eſt, afferret, & ſtatum mariti referret, plures jam in collo & pectore habebat Petechias obſcure rubicundas, ſed de nullo prorſus incommodo conquerebatur. Diſcedens a me forum, aliquid emptura, petebat: & cum interim maritum viſitarem, femina rediens mihi & marito referebat, quaſdam feminas ipſi, ſe Petechias in collo habere dixiſſe. Suadebam ut aliquot cochlearia Potiunculæ diaphoreticæ marito præſcriptæ aſſumeret, ſed conſilium hocce, quia ſe nihil incommodi ſentire objiciebat, reſpuebat. Verſus veſperam ſubito Febris invadebat cum gravibus deliriis; ſequenti die abortum octavo graviditatis menſe patiebatur: fœtus mortuus copioſas in habitu corporis habebat petechias. Deliria continuabant & tertio die moriebatur, maritus vero evadebat. Alia multa exempla ſilentio prætereo.

23 Petechiæ hæ ſunt utpl. coloris roſei aut purpurei, interdum vero etiam ſunt obſcure rubicundi.

24 Subſiſtunt hæ maculæ pro temperamentorum diverſitate & morbi indole modo diutius in peripheria corporis modo brevius.

25 Morbo legitime procedente indies magis magiſque pallidæ fiunt & tandem evaneſcunt.

IV. *Subjectum.*

1 Quando epidemice graſſatur, nulli parcit ætati, ſexui & temperamento.

2 Frequentius tamen affligit adoleſcentes, juvenes & homines mediæ ætatis, florido corporis habitu præditos & Plethoricos.

3 Adſtantibus tamen etiam facile per contagium communicatur.

4 Facilius quoque eadem corripiuntur, qui Diæta calida & vinoſa abutuntur.

5 Alexipharmacis calidis & volatilibus in morbis acutis.

V. *Prognoſis.*

1 Febris Petechialis eſt morbus graviſſimus & ſæpe inſtar Peſtis brevi tempore e medio tollit, quod hic ſæpius experti fuimus.

2 Nonnunquam tamen ſi mitior eſt ad plures dies ſe extendit, & non raro ſecundum ſeptenarium ſuperat.

3 Semper tamen admodum maligna eſt, & ei nunquam fidendum, quoniam ſæpius ex improviſo homines jugulat.

4 Interdum mitiori modo incedit ſine gravioribus ſymptomatibus, excepta inſigni virium proſtratione, ita ut hinc etiam aliquo modo negligitur, ſed poſtea præter opinionem incrementa utpl. funeſta ſumit, quod ſæpius obſervatum fuit.

5 Quo magis vires in hac Febre ſunt proſtratæ, eo majus metuendum eſt periculum.

6 Irrationalis animi abjectio, & conſtans mortis metus, ſæpius eſt funeſtum præſagium.

7 Quo magis animi anxietates urgent, eo major eſt de interna læſione & funeſti exitus ſuſpicio.

8 Jactigationes continuæ in lecto, ſitus mutationes

&

& denudationes pariter malum præbent præſagium.
9 Ardor & dolor faucium cum inſequente inflammatione & Aphthis fere ſemper lethalia ſunt ſigna.
10 Quo gravius affligunt Lipothymiæ in Febre Petechiali, eo gravius ſubeſt periculum.
11 Deliria etſi non ſemper ſint funeſta, admodum tamen ſunt mala, ſi ægroti continuo delirant, ita ut ad ſe non redeant.
12 Reſpiratio laborioſa in hac Febre cum gravibus anxietatibus ſine concurrente Plethora, ſemper peſſima eſt, utpl. enim Ventriculi & diaphragmatis incipiens ſubeſt inflammatio.
13 Pulſus debilis & intermittens aut inæqualis peſſimum præbet omen.
14 Pariter mali eſt ominis ſitis defectus.
15 Oblivio & omnium rerum negligentia infauſtum portendunt exitum.
16 Alvi laxitas ſemper melior eſt ejuſdem adſtrictione, quia hæc inflammationem faucium & Aphthas facile poſt ſe trahit.
17 E contra vero largum Urinæ profluvium interdum ſatis periculoſum obſervatum fuit. Vid. *Hiſt. morb. Uratislav.*
18 Subſultus tendinum & motus convulſivi ſemper ſunt mali, pejoris tamen ſunt illi, qui in ſtatu & declinatione occurrunt, quam qui in incremento ante Petechiarum eruptionem obſervantur.
19 Quo magis in principio urgent gravia ſymptomata, præprimis magna & præceps virium proſtratio, Lipothymia, animi abjectio, ſitis & dolorum inadvertentia, mentis vacillatio &c. eo pejor eſt ſtatus.
20 Petechiæ nimis copioſe & præmature erumpentes ſemper majorem indicant malignitatem.
21 Imo, ſi inſtabiles ſunt aut inconſtantes, ita ut mox appareant, modo diſpareant, ſi non funeſtum, maxime tamen periculoſum portendunt exitum.
22 Color Petechiarum roſeus & floridus ſemper eſt optimus, quamvis morbus nihilominus maneat ſumme periculoſus: color autem earum obſcure rubicundus, lividus & niger peſſimus eſt.
23 Rigor aut ſaltem peripheriæ corporis, præſentibus jam Petechiis, conſtrictio peſſima eſt; macularum enim retroceſſio, Convulſiones & mors facile eam ſequuntur.
24 Singultus in principio & ſtatu morbi utpl. funeſtus eſt.
25 Coma cum frigore extremorum & ſtertore, hiante ore, lethale.
26 Tumores capitis & artuum in his Febribus peſſimi ſunt. *Hiſt. Morb. Urat. l. c.*

VI. *Remedia.*
1 Febris debitum progreſſum conſervantia: uti ſunt abſorbentia, Nitroſa, Salia digeſtiva, ☉ialia fixa, temperantia acidula, Emulſiva &c.
2 Blandam diapnoen excitantia: Antimon. diaphoret. Bezoard. minerale, Reg. ☉ii Medicin. Eſſent. alexiph. Scord. Pimpinell. alb. Tinct. Bezoard. Mixt. ſimpl. Extract. Chacarill.
3 Symptomatibus proſpicientia: Analeptica, Camphorata, Clyſteres &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans & diaphoreticus.
℞. ☉*diaph.* *Divid. in 9. p. æq.*
Conch. citrat. *D. ſing. 4. horis.*
Nitr. depur. ā ʒj. *M.*

2 Potiuncula diaphoretica.
℞. *Aq. Galeg.* *Nitr. ☉iat. ā* ℈j.
Scorzon. *Cinnab. ☉i* ℈ß.
C. C. citr. ā ʒiß. *Extr. Chacarill. gr. vj.*
Bezoard. min. *Sir. contraj.* ʒß. *M.*
Matr. perl. *D. ſing. 3. horis cochl. aliquot.*
Tart. Vitr.

3 Alia.
℞. *Aqu. Card. bened.* *Lap.* ♋.
Flor. Acac. ā ʒij. *Nitr. depur. ā* ℈j.
☉ *diaph.* *Eſſ. alexiph.* ℈ij.
Suec. citr. rec. ʒij. *D. ut antea.*
Sir. acet. citr. ʒß. *M.*

4 Alia.
℞. *Aqu. Scord.* *Matr. perl. ā* ℈ij.
Rub. Id. ā ʒij. *Mixt. ſimpl.* ʒß.
Prophylact. Sylv. *Sir. Ceraſ. acid.* ʒß. *M.*
ʒj. *D. ut antea.*
☉ *diaph.*

5 Julepus analepticus.
℞. *Aqu. Scabioſ.* *Rob. Cydon.*
Fl. acac. *Ceraſ. acid.*
Galeg. *Rib. ā* ʒß.
Roſar. *Sir. acetoſ. citr.* ʒiß. *M.*
Cinnam. cyd. ā ʒij. *D. ſæpius cochleatim.*
Succ. citr. rec.

6 Mixtura diapnoico-confortans.
℞. *Eſſent. Scord.* *Dulc. a* ʒj.
Pimpin. alb. *D. gutt. 25. pro doſi.*

7 Alia diapnoica.
℞. *Tinct. Bezoard. Mich.* *D. ut antea.*
Eſſ. Scord. ā ʒij. *M.*

8 Eſſentia confortans.
℞. *Eſſ. dulc. concentr.* ʒj. *D. gutt. vj. ſæpius.*

VII. *Methodus Medendi.*
1 Cum morbus hic ſit admodum malignus & homines cito jugulet, ab initio ſtatim exhibeantur tempore matutino blanda alexipharmaca, qualia ſunt Eſſentia alexipharmaca Stahlii, Mixtura ſimplex &c. ut hoc modo blanda diapnoe excitetur, ac miaſmata maligna ſucceſſive e corpore expellantur.
2 Hiſce ſubjungantur diaphoretica fixa, abſorbentia & nitroſa, partim ut placida diapnoe promoveatur, partim ut nimius æſtus temperetur, & exceſſus Febris ac nimia ſanguinis reſolutio præcaveantur.
3 Eidem fini inſerviunt lenia acida, & quidem præcipue ſuccus Citri recens, reliquis remediis vel juncta vel interpoſita, utpote quæ & æſtum temperant & admodum refocillant.
4 Circa veſperam tempore exacerbationis eadem remedia, diaphoretica ſcil. fixa & temperantia exhibeantur & per noctem continuentur matutino vero tempore detur iterum Eſſentia alexipharmaca, vel ſola, vel cum Eſſentia Scordii, Pimpinellæ albæ Eſſentia dulci &c. remixta.
5 Hæc methodus continuetur per totum morbi curſum ut ope prædictorum remediorum maligna materia temperetur.
6 Quod ſymptomata urgentia concernit, ea juxta methodum in præcedente Tabula præſcriptam tractantur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*
1 Omnia remedia commoventia in hac Febre, ut in præcedente nullius ſunt uſus & magna poſt ſe trahunt incommoda, quare fugiantur.
2 Venæſectio non inſtituatur niſi in ſumme Plethoricis & in principio morbi ac ſubjungatur ſtatim regimen diaphoreticum continuatum, nimius tamen calor vitetur.
3 Cum adſtrictio alvi magna pariat incommoda & inpr. congeſtiones ad caput, alvus per potum ſufficientem, Nitroſa, Mucilaginoſa, Gelatinoſa & Clyſteres emollientes continuo aperta ſervetur: laxantia autem, multo minus Purgantia acria, non facile in uſum trahantur.
4 Animi tranquillitas & quies in lecto multum ad felicem morbi exitum contribuunt, jactigationes vero placidam excretionem turbant, quare quies corporis & animi ſemper ſuadenda eſt.
5 Medicus nunquam fidat huic Febri, etſi mitiſſima videatur, ſubito enim ſæpius ægrotos jugulat: quare Medicus ſemper caute procedat & Methodo Medendi præſcriptæ ſemper inſiſtat.
6 Reliquas Cautelas Vid. *Tab. præced.*

Caput Vigesimum Primum,

de

Febre Dysenterica,

sive

Dysenteria cum Febre acuta,

I. *Definitio.* Febris Dysenterica est species Febrium acutarum, malignarum contagiosarum & symptomaticarum, sæpius cum inflammatione intestinorum tenuium, & dejectionibus cruentis conjuncta, in qua Natura miasmata maligna, vel per contagium corpori communicata, vel in eodem ex assumptis generata, per intestina expellere nititur.

II. *Differentia.*

1 A *Dysenteria benigna*: in hac enim motus quidem febriles frequentes observantur: in Dysenteria vero de qua hic sermo est Febris acuta semper affligit.

2 A *reliquis alvi excretionibus*: Vid. *Tab. de Dysenteria.*

3 Hæc ipsa Dysenteria cum Febre acuta differt.

a Respectu *gradus*: alia enim est *mitior*, alia *gravior*.

b Respectu *Febris conjunctæ*, quæ in aliis est *lenis*, in aliis vero maxime urget.

c Respectu *grassationis*, alia est *epidemica*, alia vero *sporadica*.

d Respectu *exitus*, alia est simpliciter *lethalis*, quæ scil. graviorem conjunctam habet intestinorum inflammationem: alia *periculosa*, ubi mitior est inflammatio.

III. *Signa.*

1 Invadit ordinarie cum horrore, aut saltem horripilatione.

2 Quem excipit æstus satis gravis & sitis.

3 Æstus tamen hic interiora magis affligit, quam exteriora.

4 Huic junguntur tormina abdominis exquisita.

5 Sequuntur dejectiones crebræ, ab initio mucosæ, postea vero striis sanguineis interstinctæ.

6 Imo nonnunquam excrementa tota sunt cruenta, ita ut sanguis purus excernatur.

7 Concurrit etiam Tenesmus gravissimę affligens & continuo ad assidendum stimulans.

8 Parum tamen est quod magno labore excernitur.

9 Nonnunquam etiam ubi Tenesmus nimium urget, ani sequitur procidentia.

10 Sub hisce ipsis symptomatibus, imo utplurimum ab initio statim vires maxime prosternuntur.

11 Appetitus quoque est insigniter læsus.

12 Agrypnia propter dolores & dejectiones crebriores continuo urget.

13 Interdum & Vomitus in principio urget, ita quidem ut quidam sanguinem etiam rejiciant.

14 Multos vero insignis præcordiorum anxietas affligit.

15 Quæ interdum adeo urgent, ut Singultus & Convulsiones superveniant.

16 In aliis observantur Lipothymiæ frequentes.

17 Lingua ordinarie muco albo viscido est obducta.

18 In aliis vero est sicca, obscure rubicunda & nigra.

19 Nonnunquam lingua fissuras patitur.

20 Non raro quoque Aphthæ linguam & fauces obsident.

21 Interdum etiam Petechiæ in cute erumpunt: observavi hoc ante sedecim annos in virgine quadam, quæ subito Mense Augusto gravissima Febre cum Dysenteria corripiebatur: superveniebant petechiæ & ægrota gravibus symptomatibus spatio aliquot dierum affligebatur: sed nihilominus post usum convenientium remediorum elapso decimo quarto die evadebat.

22 Post sectionem cadaverum intestina deprehenduntur inflammata & sphacelata. B.D. Flach mihi retulit, se ultra ducentos, cum ante triginta & quod excurrit annos, cum Dysenteria in castris Gallicis epidemice grassaretur, aperuisse & in omnibus intestina inflammata deprehendisse.

23 Imo in quibusdam apostemata & ulcera in intestinis post mortem reperta fuere.

IV. *Subjectum.*

1 Hæc Febris ordinarie epidemice grassatur & hinc nullis parcit subjectis.

2 Facilius tamen corpora plethorica & cacochymica eandem incurrunt.

3 Cholerici & Sanguinei præ ceteris facilius per contagium hac Febre corripiuntur.

V. *Prognosis.*

1 Plethorici & Cacochymici semper gravius malo hocce laborant quam reliqui.

2 Eodem modo res se habet in Cholericis & Sanguineis.

3 Viri semper gravius affliguntur hac Febre quam Feminæ.

4 Senes & pueri ægerrime ferunt hunc morbum.

5 Febris hæc nunquam non admodum periculosa est, & plures sæpius neci cito tradit.

6 Quo magis epidemice grassatur, eo malignior & periculosior est.

7 Quo graviora sunt tormina cum æstu febrili, eo major inflammationis præsentis metus est.

8 Si tormina maxime urgentia subito cessant, manentibus nihilominus reliquis symptomatibus gravioribus, actum est de ægroto, indicat enim Inflammationem in Sphacelum degeneraſſe.

9 Idem sentiendum est si æstus circa interiora maxime urget, habitus vero corporis horrore sæpius percellitur aut actu frigidus est.

10 Dejectiones mere sanguineæ, ita ut sanguis sincerus excernatur, utpl. lethales sunt, quod in non paucis An. 1707. observavimus.

11 Eo gravius vero est periculum, si cum talibus dejectionibus frigus extremorum conjungitur.

12 Si Carunculæ cum materia fœtida excernuntur, lethalis est status.

13 Nimiæ simultaneæ & graves virium suppressiones, semper mali sunt ominis.

14 Eo gravius vero est periculum si Lipothymiæ frequentius affligunt.

15 Quo magis urget ardor & ariditas faucium, eo magis metuendæ sunt Aphthæ maxime perniciosæ.

16 Lingua arida, obscure rubicunda, aut nigra ac tumida pessimum præbet indicium.

17 Singultus & Convulsiones huic morbo supervenientes pessimum indicant statum.

18 Si potulenta cum sonitu & strepitu, ita ut ab adstantibus audiri possit, descendunt, signum utplurimum funestum est.

19 Pessimus quoque est status, si Petechiæ huic morbo junguntur, plerumque enim exinde ægroti cito moriuntur.

20 Vomitus cum insignibus anxietatibus cardialgicis in statu hujus morbi malus, cruentus vero pessimus est.

VI. *Remedia.*

1 Materiam malignam corrigentia & evacuantia: Absorbentia & inpr. Crystall. mont. Rhabarbaro mixta, Piulæ Stahlianæ, Magnes. alb.

2 Febri prospicientia: ♁ diaphoret. Bezoard. miner. temperantia, absorbentia, Lapid. Canor. Conch. præp. Nitr. depur. Essent. alexipharm. Pimpin. alb. Scord. Mixt. simpl.

3 Symptomata mitigantia: anodyna legitime correcta, Essent. dulc. ordinaria & concentrata, Pulveres vitales & Solares, Decocta mucilaginosa & gelatinosa, potus sufficiens, quieta in lecto continentia.

4 Ventriculi & intestinorum tonum restituentia: Infusa ex Radic. & Herb. amaris aut Essentiæ ex his paratæ, Essent. amara Hallens. Tinct. ♂t. Ludov. Mixt. Tonica Stahlii.

For-

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.

℞. *Rhab.elect.* ʒß. *Lap.* ♋ *ā* ℈ß. M.
Cryſt.mont. *D. pro una doſi.*

2 Pulvis emeticus.

℞. *Pulv.Ipecac.gr. XXIV.* *D. ut antea,*
Sal.abſinth. ℈ß. *M.*

3 Pulvis temperans.

℞. *Cryſt.mont.* *Divid.in 9 p.æq.*
Nitr.depur. *D.ſing.4.horis.*
Conch.extr.ā ʒj. *M.*

4 Pulvis temperans & diaphoreticus.

℞. ♁ *diaphor.* *Nitr.depur. M.*
Matr.Perl. *Divid. & D. ut antea.*

5 Alius.

℞. *Pulv.viper.*ʒj. *D. mane, a meridie & veſperi.*
*Cryſt.mont.*ʒß. *M.*
Divid. in 3. *p.æq.*

6 Pulvis confortans.

℞. *Pulv.vital.doſ.*vj. *D.ſing.2.vel 3 horis.*

7 Potiuncula diaphoretica.

℞. *Aq.Meliſſ.* *Sir.contraj.*ʒß. *M.*
Flor.Galeg.ā ʒij. *D. cochleatim.*
Eſſent.alexiph. ʒiß.

8 Alia diaphoretico-analeptica.

℞. *Aq.Scorzon.* *Mixt.ſimpl.*ʒj.
Scord.ā ʒij. *Eſſ.dulc.*ʒß.
*Cinnam.cyd.*ʒvj. *D. ut antea.*

9 Pulvis confortans.

℞. *Pulv.Vital.doſ.*vj. *D. ſæpius doſ.* j.

10 Infuſum Stomachicum.

℞. *Rad.Gentian.*ʒß. *Card. bened.ā mj.*
*Galang.*ʒij. *Cort.* ☉*nt.*
Zedoar. *Citr.ā* ʒij.
Ari ā ʒj. *Incif.infund.in ſ.q.Vin.*
Summit.Cent.min. *D.ter per diem* ʒiv.

11 Mixtura Roborans.

℞. *Eſſent.Cort.* ☉*nt.* *D.*30.*gutt.mane & veſperi.*
Amar.ā ʒij. *M.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 In cura Febris hujus malignæ & contagioſæ Medicus ad duo reſpiciat neceſſe eſt, nimirum ad Febrem ipſam & deinde ad alvi fluxum.

2 Quod Febrem concernit ejus potior habeatur ratio, hac enim legitime tractata alvi fluxus & reliqua ſymptomata facile ceſſant.

3 Mane E. Eſſentia alexipharmaca vel ſola, vel cum Eſſentia Pimpinellæ aut Scordii mixta, vel doſis bonæ Tincturæ bezoardicæ aut Mixtura ſimplex detur, ut hoc modo miaſmata maligna, in hac Febre inverſo ordine, loco habitus corporis, inteſtina petentia, ſenſim ſenſimque expellantur, adeoque ab inteſtinis, in quibus ſæpius inflammationem producunt, ad peripheriam corporis deriventur.

4 Hoc ut eo melius ſuccedat, & ut etiam ſimul nimius æſtus febrilis mitigetur, poſtea vel pulveres temperantes cum diaphoreticis fixis mixta, aut Pulveres *Ettmulleri* ex pulvere Viperarum & Cryſtallo montana conſtantes exhibeantur; hæc enim materiam malignam temperant & inflammationem imminentem mature exhibita præcavent.

5 Talia autem remedia dentur in convenienti doſi ſingulis circiter quatuor horis & continuentur ad mediam uſque noctem, verſus diluculum vero exhibeatur denuo Eſſentia alexipharmaca aut alia ſimilis: & talis methodus ſingulis diebus ſemper ſervetur.

6 Cum vero virium maxime in Febre hac proſtratarum, ratio ſit etiam habenda, dictis remediis interponantur, vel jungantur analeptica ſive confortantia, qualia ſunt Aquæ diaphoreticæ cum ſpirituoſis & blandis acidis mixtæ: aut etiam in uſum trahantur Pulveres Vitales & Solares cum Eſſentia dulci: hæc enim remedia ſæpius, irritis omnibus aliis, inſignem edidiſſe effectum plus ſimplici vice obſervavi.

7 Tandem morbo ad finem tendente & poſtea quoque exhibeantur adhuc aliquandiu alexipharmaca, quibus Ventriculi & inteſtinorum tonum reſtaurantia remedia vel interponantur vel junguntur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Venæſectioni in hac Febre nullus concedatur locus, niſi peculiares & urgentes circumſtantiæ in primo ſtatim principio ejus uſum ſuadeant.

2 Idem judicium ferendum eſt de Vomitoriis: inconſiderate enim exhibita materiam malignam magis verſus ventriculum cum inſigni periculo & anxietatum præcordialium augmento derivant: imo ſi inflammatio imminet, eam potius in actum deducunt, quam diſcutiunt.

3 Utrum Ipecacuanha tantas poſſideat virtutes, quantæ vulgo ipſi adſcribuntur, hoc loco definire nolo: illud tamen certiſſimum eſt, quod, præſente diſpoſitione ad inflammationem magis noxia quam proficua ſit: & ſi omnino eam exhibere conſultum ducitur, fiat id in primo ſtatim principio, ſi ſcil. oris amarities aliæque circumſtantiæ ventriculum cruditatibus repletum eſſe docent. Si malum a contagio ortum eſt, aliqualem quoque uſum habere poteſt, ſi mox exhibetur.

4 Laxatio per Rhabarbarum aut Pilulas Becherianas in principio hujus mali, ſi adhuc levius eſt, cum fructu inſtituitur, ſi vero Febris maxime urget, ſatius eſt a laxatione abſtinere: conſultius vero medendi methodus dirigitur contra Febrem.

5 Clyſteres abſtergentes ſuo etiam non carent uſu, abuſus tamen quam maxime vitandus eſt, ne Febris per eos turbetur.

6 Alexipharmaca fortiora, uti in omnibus acutis & malignis, ita & in hac Febre noxia ſunt, quia æſtum nimium augent.

7 Adſtringentia quoque maxime vitentur, quoniam Febrem turbant & anxietates præcordiales graviores reddunt.

8 Opiata in hac Febre prorſus nullum uſum habent, ſed potius motus Febriles ſopiendo miaſmatum malignorum excretionem impediunt: quamvis enim dolores aliquo modo leniant, & ex hoc capite a quibuſdam commendetur, magis tamen reſpiciendum eſt ad Febrem & materiæ malignæ eliminationem, quam ad ſymptomatum mitigationem, quia hæc bene ſuccedente Febre ſponte ceſſant.

9 Specifica quæ paſſim ab Authoribus laudantur, in Dyſenteria benigna raro voto reſpondent, quare multo-minus in Febre dyſenterica ſuadenda ſunt.

10 Refrigeratio omnis inpr. partium inferiorum in hoc morbo ſumme noxia eſt, & non ſolum Febrem turbat, ſed & omnia ſymptomata graviora reddit, quare quam maxime fugienda eſt. Maneant E. patientes in lecto, iiſque ſupponatur vas quoddam, excipiendis excrementis idoneum.

11 Jactigationes in lecto diapnoen febrilem impediunt & accidentia moleſta exacerbant, magis E. convenit quieta in lecto continentia.

12 Vitent quoque ægrotantes potum frigidum, aſſumant potius calidum, placidam diapnoen promoventem.

CAPUT XXII.

DE

Febre Caſtrenſi ſive Hungaricæ.

I. *Definitio.* FEbris caſtrenſis eſt ſpecies Febrium malignarum & contagioſarum epidemice utplurimum graſſans, in qua Natura per auctiores motus materiam quandam malignam corporis communicatam expellere nititur.

II. *Differentia.*

1 Quamvis cum *Febre Petechiali* & *Petechizante* quoad multa imo plurima conveniat, nihilominus tamen a quibuſdam *reſpectu* quorundam *ſymptomatum*, ſub ſignis recenſendorum ab iiſdem, diſtinguitur.

2 Quomodo a *Peſte* differat ſequens *Tabula* docebit.

III. *Signa.*

1 Invadit ordinarie cum horrore aut horripilatione.

2 Quem excipit æstus satis gravis.
3 Dolor capitis quam maxime urget & fere intolerabilis est.
4 Facies & vasa in capite sunt inflata.
5 Oculi sunt fulgidi & rubicundi.
6 Jungitur etiam insignis anxietas præcordiorum cardialgica.
7 Nonnunquam etiam concurrunt Vomitus.
8 Ordinarie etiam percipiunt ægrotantes insignem ardorem in orificio Ventriculi sinistro.
9 Conqueruntur etiam de maximo faucium ardore.
10 Quem non raro actualis inflammatio excipit.
11 Lingua continuo est sicca & sæpius tumida.
12 Pulsus est celer & frequens ac fortior quam in aliis malignis.
13 Sitis eximia adest.
14 Patientes insigniter delirant.
15 Alvus sæpius est nimis aperta.
16 In aliis observatur quoque Dysenteria.
17 Singulis diebus circa vesperam Febris exacerbatur.
18 Junguntur etiam sæpius Petechiæ.
19 Quidam inpr. Plethorici narium Hæmorrhagias patiuntur.
20 In quibusdam observantur Parotides.

IV. *Subjectum.*
1 Quando epidemice grassatur, nulli parcit ætati.
2 Facilius tamen ea corripiuntur Plethorici.
3 In aere inquinato degentes & putridas exhalationes haurientes.
4 Aquas putridas & stagnantes bibentes.
5 Prava dieta utentes.
6 Milites præ ceteris in castris, unde etiam *Febris Castrensis* denominationem obtinuit.

V. *Prognosis.*
1 Febris hæc est admodum gravis & periculosa, partim symptomatum, partim exitus respectu.
2 Plethorici hac Febre correpti in majori versantur periculo, quam reliqui, ob varias sanguinis translationes & Hæmorrhagicas commotiones.
3 Dolores capitis maxime urgentes facile post se trahunt Phrenitidem.
4 Quo magis affligunt anxietates cardialgicæ cum æstu scrobiculi cordis, eo magis metuenda est inflammatio diaphragmatis & ventriculi.
5 Quo magis & diutius delirant ægrotantes, eo pejor est status.
6 Deliria extra exacerbationes tempus pessima sunt.
7 Deliria gravia cum torva facie Phrenitidem adesse indicant.
8 Quo maturius huic Febri supervenit Prunella & faucium inflammatio, eo pejor est status.
9 In hac Febre satius est fieri translationem humorum ad Parotides quam ad fauces. Femina hujus loci laborabat ante duodecim annos tali Febre cum faucium leviori & sensim invalescente inflammatione; tandem retro aurem dextram Parotis ovum gallinaceum magnitudine superans erumpebat cum imminutione inflammationis faucium, & etiam brevi, mature aperta Parotide, præter omnium opinionem evadebat. Alius tum temporis eadem Febre corripiebatur, delirabat continuo usque ad undecimum diem, & hoc ipso ad se rediens de insigni faucium dolore conquerebatur: Chirurgus vocatur, fauces inspiciebat, tonsillam sinistram inflammatam & ex atro rubentem deprehendebat: jubebam ut eam illico aperiret, quo facto materia atra teterrimi odoris effluebat & sic patiens optime restituebatur.
10 Alvus aperta semper melior est adstricta.
11 Hæmorrhagiæ narium die critico contingentes, interdum notabiliter sublevant patientes, utplurimum tamen vel incompletæ sunt, vel auctiores & immoderatæ, ac hinc utroque modo noxam edunt.
12 Si Petechiæ superveniunt huic Febri, res periculi plenissima est.

VI. *Remedia.*
1 Temperantia: Lapid. Cancr. Conch. citr. Nitrum depur. Succus Citri recens, Rob. Ribium, Berberum, Cydoniorum, Ceraforum acidorum, Tinct. Violarum &c.
2 Diaphoretica: ♁ diaphoret. Bezoardicum minerale, Regulus ♁ii Medicin. Tinct. Bezoard. Mixt. simplex, Essent. alexipharmaca, &c.
3 Symptomata mitigantia. Vid. *Methodus Medendi.*

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula temperans.

℞. *Aq. Borrag.* *Nitr. regener.* ℈ ℈ij.
Bugloss. ℥ ℥ij. *Syr. acetos. citr.* ℥ß. *M.*
Conch. citrat. *D. sing. 2. horis cochl.* ij.

2 Alia.

℞. *Aq. Scabios.* *Berber.* ℥ iß.
Card. bened ℥ ℥ij. *Syr. granat.* ℥ß.
Rob. Cydon. *D. ut antea.*
Cerasor. acid.

3 Alia temperans & diaphoretica.

℞. *Aq. Galeg.* *Nitr. depur.* ℥ ß.
Scorzon. ℥ ℥ij. *Cinnab.* ♁ *ii* ℈j.
Cord. frig. ℥j. *Sach. Perl.* ℥ij. *M.*
Bezoard. min. *D. ut antea.*
Conch. citr.

4 Alia.

℞. *Aq. Fl. Aurant.* *Matr. Perl.* ℈ ß.
Card. bened. *Ess. alexiph.* ℈ij.
Scorzon. ℈ ℥ß. *Syr. acetos. citr.* ℥ß. *M.*
♁ *diaph.* *D. ut antea.*

5 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Ess. alexiph.* *D. mane* 30. *gutt.*
Scord. ℈ iß.

6 Alia simul roborans.

℞. *Ess. Scord.* *dulc.* ℥ß. *M.*
Pimp. alb. ℈ ℈j. *D. ut antea.*

7 Pulvis leniter sistens.

℞. *Lap.* ♋ ℈j. *culus. præsente Dysenteria vel Diarrhœa.*
Nitr. depur.
Pulv. Chacar. ℈ ℥ß. *M.*
D. sing. 3. vel 4. hor. 2. cusp.

8 Unguentum anodynum.

℞. *Ungt. Alabastr.* ℈j. *Applicetur temporibus.*
Camph. ℥ß. *M.*

VII. *Methodus Medendi.*
1 Cum Febris hæc ob varia conjuncta symptomata & malignitatem sit admodum periculosa, Medicus ante omnia id agat, ut mature omni periculo metuendo occurrat & quidem in principio, si enim opportunum tempus jam præterlapsum est, ægroti ordinarie ob morbi vehementiam succumbunt.
2 Quare in principio, si Febris statim nimis vehementer urget, ad eam mitigandam exhibeat remedia temperantia, absorbentia & Nitrosa ac potum sufficientem ægrotantibus concedat, partim ut nimius calor cum symptomatibus ab eo dependentibus aliquo modo infringatur, partim ut humores etiam ad placidam diaphoresin disponantur.
3 Hisce subjungantur statim diaphoretica fixa cum temperantibus & blandis acidis mixta, ut eorum ope æstus febrilis mitigetur ac diaphoresis promoveatur: cum enim hæc Febris a contagio maligno ordinarie originem trahat, omni studio eo allaborandum est, ut miasmata maligna mature, successive tamen, e corpore eliminentur.
4 Et talia remedia potissimum ante exacerbationem & in ea locum habent, interdiu scil. circa vesperam & noctu: cum enim Natura in exacerbatione motibus vitalibus auctioribus materiæ morbificæ excretionem suscipiat, Medicus tanquam ejus minister optime aget, si mature per temperantia & diaphoretica fixa æstum nimium ante exacerbationem præcavere, materiæ vero malignæ excretionem in ea promovere tentat.
5 Si hæcce remedia in exacerbatione debito modo & cum prudentia exhibita fuerunt, versus diluculum dentur Alexipharmaca, Mixtura simplex, Tinctura Bezoardica aut Essentia alexipharmaca Stahlii, ut hoc modo diaphoresis, quam Natura ordinarie eo tempore instituere solet, promoveatur.
6 Postea vero denuo porrigantur remedia temperantia & diaphoretica fixa & hæc methodus exhibendo

do

do ſcil. mane Alexipharmaca, reliquo vero tempore dicta temperantia per totum morbi curſum obſervetur.

7 Cum vero ſymptomatum in hoc caſu maxime urgentium etiam habenda ſit ratio, Medicus mature, quid agendum & quomodo ipſis occurrendum ſit, inquirat: quamvis, ſi morbus perite tractatur, hac medicatione non ſemper ſit opus.

8 Si Deliria & capitis dolores nimium urgent, concedatur potus ſufficiens & exhibeantur remedia temperantia. Emulſiones, blande acida, ac diaphoreſis per convenientia remedia & blandum regimen promoveatur: externe vero Unguentum de Alabaſtro camphoratum temporibus, pedibus vero, ſi ſubjectorum conditio id permittit rubefacientia applicentur.

9 Diarrhœa & Dyſenteria huic Febri juncta ſolummodo tractetur abſorbentibus, nitroſis aliiſque temperantibus ubi vero nimium urget, admiſceatur dictis remediis Pulvis Corticis Chacarillæ, vel etiam ſolus detur, aut ubi Pilulæ Stahlianæ ad manus ſunt, eæ exhibeantur.

10 Nimium faucium & ſcrobiculi cordis æſtum atque exinde dependentes anxietates, mitigant emulſiva, mucilaginoſa, gelatinoſa, blanda acida, pulveres temperantes nitroſi &c. reliquis remediis interpoſita.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Venæſectio non facile inſtituatur in hac Febre, niſi habitus corporis ſumme Plethoricus, diſpoſitio aut inclinatio patientis ad Hæmorrhagias, & aſſuetudo evacuationum artificialium ejus uſum ſuadeant, ſemper autem in principio inſtituatur.

2 Sit autem largior potius quam parca, hæc enim non ſolum parum ſublevat patientem, ſed etiam gravioribus ſanguinis commotionibus & congeſtionibus ad caput anſam præbet.

3 Et etiamſi larga fuerit, ſtatim tamen, ad impediendas Hæmorrhagicas commotiones, ſubjungatur regimen conſtans diapnoicum, ut hoc modo humores eo magis ad peripheriam corporis ferantur.

4 Vomitoria interdum in primo morbi principio, in ſubjectis evemetis, & ſi malum a contagio ortum traxit, aliquem habent uſum, extra vero haſce circumſtantias noxia ſunt & anxietates præcordiales cum metu ſubſecuturæ inflammationis augent. Præſentibus vero modo dictis circumſtantiis locum habere poſſent Radix Ipecacuanhæ & Panacæa Conerdingiana.

5 Purgantibus hic nullus eſt locus quia Febris hæc per ſe ad alvum liquidam inclinat: ſi vero alvi obſtructio adeſt, loco Purgantium Clyſteres in uſum trahantur, ut hoc modo graviores congeſtiones ad caput præcaveantur. Iidem Clyſteres, ſed abſtergentes pariter locum habent, ſi Dyſenteria conjuncta eſt cum hacce Febre.

6 Continua diapnoe maxime quidem eſt utilis in Febre Caſtrenſi, abſtinendum tamen eſt ab omnibus commoventibus & volatilibus, quoniam æſtum & omnia ſymptomata augent.

7 Regimen etiam continuo moderatum ſit, abſtinendo ab omni nimio æſtu externo, refrigeratione & jectigatione corporis, ut pote quæ placidam diapnoen turbant.

8 Nimia refrigerantia impediunt blandam diaphoreſin, quare fugiantur.

9 Narcotica in hac Febre revera fiunt necrotica, & hinc ab iis abſtinendum eſt.

10 Nec etiam Theriacalia ſunt tuta, quatenus æſtum & deliria augent.

11 Preſente Diarrhœa vel Dyſenteria nunquam præſcribantur, quoniam illorum uſum graviſſimę anxietates, & inteſtinorum inflammationes excipiunt.

12 Potus ægrotantibus nunquam denegetur, non tamen ſit frigidus, nec etiam magnis hauſtibus ingurgitetur, ſatius eſt ſæpius & parum bibere.

13 Conſultum quidem eſt ſymptomatibus occurrere, nunquam tamen id fiat cum morbi principalis neglectione.

14 Morbo ſuperato ægroti non ſtatim ſe exponant aeri liberiori, quoniam morbus hic recidivæ obnoxius eſt: maneant potius in aere temperato, & ſpatio octo dierum uſum Eſſ. alexiph. continuent.

15 Vitent quoque abuſum ciborum & quoad cætera Diætam bene obſervent, ne morbus recrudeſcat.

CAPUT XXIII.

DE

Peſte.

I. *Definitio.* PEſtis eſt Febris maligna, epidemica & contagioſa in ſummo gradu, in qua Natura materiam malignam ſubtiliſſimam per motus ſecretorios & excretorios auctiores per habitum corporis expellere nititur.

II. *Differentia.*

1 Quomodo a reliquis Febribus malignis & epidemicis differat, præcedentes Tabulæ docent.

2 Ipſa Peſtis differt reſpectu.

a *Gradus.*

b *Anni temporum.*

c *Conſtitutionis aeris.*

d *Locorum*: & horum intuitu modo mitior, modo gravior eſt.

e *Symptomatum*: quæ pro diverſitate graduum differunt, ita ut modo ſudores copioſi, uti in *Sudore Anglico*, modo *Bubones* & *Carbunculi*, modo *Petechiæ* erumpant.

III. *Signa.*

1 Signa ſunt varia pro diverſitate gradus Peſtis & diverſorum annorum.

2 Incipit tamen ordinarie cum horrore leviori vel graviori.

3 Quem excipit æſtus mitis, interdum vero gravior, qualis eſt Febrium continentium.

4 Non raro etiam ab initio graves ſtatim affligunt vomitus materiæ exnigro virideſcentis, piceæ, fœtentis.

5 Alios vero vexat nauſea inſignis & inanis vomendi conatus.

6 Sæpius tamen nihil horum obſervatur, ita ut etiam ne manifeſta quidem febrilis commotio in ægrotis deprehendatur.

7 Sub his vero circumſtantiis eo gravius urgent ſumma virium proſtratio & Lipothymiæ.

8 Alii non niſi de aliquali laſſitudine conqueruntur, præterea autem nullius moleſtiæ mentionem faciunt.

9 Utplurimum tamen multi ab initio corripiuntur dolore capitis gravativo, & Vertigine ita ut vix erecti eſſe queant.

10 Cui ſemper dolor dorſi jungitur.

11 Vires ordinarie ſine cauſa manifeſta ſunt maxime proſtratæ.

12 Adſunt etiam graves anxietates præcordiorum & Cardialgia.

13 Junguntur hiſce deliria, modo mitiora, modo graviora.

14 Pulſus ſæpius eſt ſano ſimilis, ordinarie tamen febrilis, tantus tamen ei non ineſt vigor ac in aliis Febribus.

15 Etſi autem ſit febrilis, nullus tamen ſæpius manifeſtus & conſtans obſervatur typus, interdum vero tempore pomeridiano ſuas habet exacerbationes.

16 Nonnunquam etiam in principio ſtatim copioſi & fœtidi ſudores erumpunt.

17 In aliis vero udor tantum circa præcordia obſervatur.

18 In inguinibus, ſub alis, retro aures aliiſque locis prodeunt Bubones, modo majores modo minores & quidem interdum ſine ulla ſenſibili commotione febrili.

19 Sæpius vero ſentiunt ægrotantes vel debilitatem vel tenſionem in fervore, poſt quam cum dolore inſigni,

Febre & anxietatibus præcordialibus Bubones erumpunt.

20 In aliis cum Bubonibus concurrunt Anthraces ſive Carbunculi, qui tamen etiam ſoli ſæpius prodeunt.

21 In aliis obſervantur Petechiæ & Vibices.

22 Quando Carbunculi erumpunt, apparet primo macula rubra cum puſtula ſenſim creſcente & tandem in ulcuſculum liveſcens, nigreſcens, cœruleſcens, putridum, ſub & circumjacentem carnem colliquans, cum fœtore magno, degenerans.

23 Ordinarie excitant dolorem maxime urentem & non adeo profunde in carnem ſubjectam penetrant.

24 Sæpius etiam Carbunculum circumdant puſtulæ graviter ardentes & ſerum acre fundentes.

25 Interdum in quibuſdam erumpunt Lenticulæ ſeu Puſtulæ grano piperis ſimiles exquiſite ardentes.

26 In aliis obſervantur Diarrhœæ & Dyſenteriæ, in aliis vero diverſæ Hæmorrhagiæ.

27 Non pauci etiam inpr. e Phlegmaticorum cenſu affectibus ſoporoſis corripiuntur.

28 Ut alia ſigna pro Peſtis varietate diverſa ſilentio prætereamus.

IV. *Subjectum*.

1 Peſtis ceu morbus epidemicus & maxime malignus nulli parcit ætati, ſed ſine diſcrimine in omnes ſævit.

2 Obſervatum tamen fuit in Peſte Dantiſcana, Podagricos, Phthiſicos, Hecticos & Calculoſos a diro hoc morbo immunes manſiſſe, etiamſi cum ægrotantibus commercium habuerint.

3 Spiritu Vini abutentes facilius quam reliqui Peſte corripiuntur.

4 Plethorici & otioſi.

5 Meditationibus dediti & timidi.

6 Qui effluvia putrida corporum mortuorum hauſerunt.

7 Qui urgente fame cibos inſolitos aſſumſerunt.

8 Feminæ præ viris.

V. *Prognoſis*.

1 Uti ſigna diagnoſtica ſunt admodum fallacia, dum modo ſub Ephemerarum, Continuarum, Inflammatoriarum &c. Febrium larva incedit, ita quoque Prognoſis eſt dubia: referam tamen quid in nupera peſte obſervatum fuerit a Medicis Gedanenſibus & aliis.

2 In genere omnis Peſtis eſt ſumme periculoſa & malignitate omnes reliquas Febres ſuperat, unde etiam citiſſime magnam edit ſtragem.

3 Idque eo certius ſi manifeſta ſigna nondum ad ſunt & Peſtis aliorum morborum ſchema habet.

4 Imo cum Peſtis morbus ſit admodum præceps & ſæpius admodum variet reſpectu variarum circumſtantiarum & hinc non raro aliam medendi methodum poſtulet, multi ſæpius, antequam Peſtis indoles & methodus indagetur, pereunt.

5 Sudores, Carbunculi & Bubones mature die tertio ſcil. vel quarto erumpentes, boni ſunt, morbum leviorem reddunt, bonum enim exitum promittunt.

6 Si vero nimis tarde prodeunt poſt quartum ſcil. diem res periculi plena eſt & ægroti ordinarie moriuntur.

7 Sudores excedentes in principio etiam morbi malum portendunt exitum.

8 Sudor frigidus, aut etiam extrema frigida, in ſpecie nares, malum.

9 Largos ſudores die quarto ſequitur criſis per Petechias aut Carbunculos.

10 Blandum vero udorem excipit Criſis per Bubones.

11 Id quod eo certius contingit, ſi antea dolores artuum & dorſi, capitis vero mitiores præceſſerunt.

12 Si deliria ſunt gravia & dolor capitis major eſt quam artuum, ſequitur criſis per Anthraces aut per Petechias, cum Bubonibus.

13 Criſis per Bubones melior eſt reliquis.

14 Retroceſſio illorum ordinarie eſt lethalis.

15 Retroceſſionem eorum ſequuntur Petechiæ cum enormi virium proſtratione & morte.

16 Petechiæ lividæ obſcuræ & tarde poſt quartum ſcil. erumpentes ſemper pejores ſunt reliquis.

17 Vibices ſive ſtigmata in cute adhuc pejoris ſunt ominis, quam Petechiæ.

18 Vibices ſive ſalutares appareant, ſive Carbunculis juncti ſint, ſi ſine Febre albeſcant, peſſimi moris obſervantur.

19 Carbunculi quamvis Vibicibus minoris periculi ſint, Bubonibus tamen utplurimum pejores obſervantur.

20 Tumores deliteſcentes & imperfecte erumpentes aut ad interiora recedentes ſummum vitæ periculum portendunt.

21 Eminentibus Bubonibus ſeu exanthematibus ſuperveniens ſingultus, malum & periculoſum.

22 Horrores quidem in morbi principio ceteris paribus non adeo ſunt mali, ſi vero poſtea adhuc recurrunt, ſemper monſtri quid alunt & inſigne periculum portendunt.

23 Vomitus, Diarrhœæ & Hæmorrhagiæ Narium ac Uteri non ſunt adeo metuendæ, niſi alia mala ſigna conſpirent.

24 Majorem vero attentionem merentur affectus ſoporoſi, motus convulſivi, deliria cum abalienatione mentis, ut & deliquia animi, & gravis virium ſuppreſſio, ſi ante dictis affectibus junguntur.

25 Irregulares motus febriles, ſi cum modo dictis malis ſignis concurrunt, periculum augent.

26 Qui in principio ſtatim delirant & intra viginti quatuor horas ad ſe non redeunt, ante quartum moriuntur.

27 Sopore affecti moriuntur quidem certo, ſed ſæpius ad nonum & undecimum uſque diem vivunt.

28 Vomitus & Diarrhœæ ab initio morbi ſtatim urgentes, pejores ſemper ſunt iis qui poſt ſemicriticum diem ſe exerunt, & ægroti etiam citius moriuntur.

29 Hæmorrhagiæ narium non excedentes, abſentibus aliis malis ſignis, & die quarto contingentes fere ſemper ſalutares ſunt.

30 Idem de menſibus, per aliquot dies tolerabili fluxu durantibus ferendum eſt judicium.

31 Feminę præ viris periculoſius decumbunt & citius etiam moriuntur.

32 Ratione ætatis homines ab anno decimo uſque ad trigeſimum periculoſioribus corripiuntur ſymptomatibus, quam juniores & reliqui & fere omnes moriuntur.

33 Homines temperamenti calidioris pariter graviora patiuntur ſymptomata quam frigidiores.

34 Temperamento puro gaudentes citius moriuntur, quam reliqui, exceptis pure melancholicis, qui vel prorſus Peſte non corripiuntur, vel ea afflicti evadunt.

35 Sanguineorum pure ſic dictorum criſis fit vel per Petechias vel Carbunculos, vel Bubones cum Petechiis.

36 In Cholericis per Bubones & Petechias vel plures Carbunculos ſimul.

37 In Phlegmaticis per Bubones lente prorumpentes vel Carbunculos haud adeo malos.

38 In Melancholicis autem per Bubones cito erumpentes.

39 Quoad ſymptomata, Sanguineis familiariora ſunt, Deliria, Dolores vehementiſſimi, maxima Debilitas, ſudores copioſi, Hæmorrhagiæ, ſed cito iterum ceſſantes.

40 Cholericis, Vomitus, Diarrhœæ, Deliria, Hæmorrhagiæ exceſſivæ, Convulſiones & Spaſmi.

41 Phlegmaticis affectus Soporoſi, Dolores magis artuum, quam interni corporis, & interdum etiam Vomitus.

42 Melancholicis vero Dolores totius corporis & Debilitas, Anguſtia præcordiorum, difficultas reſpirandi, ſudores pauci & interdum Diarrhœæ.

43 Reſpectu mixtionis temperamentorum ſymptomata maxime complicantur & exitus morbi quoque eſt diverſus.

44 Quæ in Cholericis lethalia obſervantur, Melancholico nil nocent & vice verſa.

45 Plenilunia ſæpius Peſte affectis maxime ſunt funeſta & eo tempore plurimi moriuntur. Hæc ex Hiſtoria

Peſtis

Peſtis *Danti ſcana* & *Roſenbergiana*, ac iis quæ B. *Ettmullerus* ex variis Authoribus collegit, ſufficiant, propriam authoritatem & experientiam allegare nequeo, & Deus etiam, clementiſſime hanc luem ab urbe noſtra, ut avertat, rogo, ne teſtem ocularem hujus flagelli divini agere cogar.

VI. *Remedia.*

1 Temperantia: Lap. ♋♋ Conch. ppt. Mat. Perl. Salia digeſtiva, Tart. Vitr. Arcan. dupl. Nitr. depur: Regener. ſuccus Citri, Rob. Ribium, Berberum, potus ſufficiens.

2 Diapnoica: ♁ diaphoret. Bezoard. miner. Mixt. ſimpl. Tinct. Bezoard. Eſſ. alexiph. Pimpin. alb.

3 Specifica: Oſſa humana ſemiputrida pulveriſata, Bubones demortuorum exciſſi, exſiccati & in pulverem redacti.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis diaphoretico-temperans.

℞. *Bezoard. miner.* *Div. in 6. p. æq.*
Conch. ætr. *D. ſing. 4. vel 6. horis.*
Nitr. depur. ā ℈ij. *M.*

2 Alius *ex* Epiſt. D. Kanold.

℞. *Oc.* ♋♋. *Cinnab. nativ.* ℈ij.
Conch. ſ. △. *Nitr. depur.* ʒiſs.
Corall. rubr. ā ℈ij. *Croci* ♂*t aperit. Stahl.*
Pulv. alexiph. nov. ℈j. *M.*
♁ *diaph. ā* ʒij. *D. ſerup.* j, *vel* ij. *ſing. octo*
Spec. de Hyac. ʒſs. *horis.*

3 Pulvis alexipharmacus novus ex eodem.

℞. *Pulv. Pannon. rubr.* *Conch. ſ.* △.
♁ *diaph. ā* ʒij. *Lap.* ♋♋.
Spec. de Hyac. ʒſs. *Corall. rubr. ā* ℈ij.
Nitr. depur. ʒiſs. *Croc.* ♂*t Stahlii* ʒſs. *M.*
Cinnab. nat.

4 Tinctura alexipharmaca ex eodem.

℞. *Eſſ. alexiph. Stahl.* ʒſs. *D. mane & a meridie* 30.
Spir. Tart. rec. ʒiij. *ad* 60. *gutt. veſperi vero*
Vit. ℈ij. *M.* *doſ. pulv. præced.*

5 Alia.

℞. *Eſſ. alexiph.* ʒſs. *auctiori, mane & a me-*
Spir. Liq. C. C. ſucc. vel *ridie, veſperi vero doſi*
C. C. rectiſ. ʒj. *M.* *pulveris.*
D. Phlegmaticis, ſed doſi

VII. *Methodus Medendi.*

1 Cum cauſa morbifica in Peſte ſit adeo ſubtilis ut ope colatoriorum minime ſecerni queat, ſed brevi tempore humores intime penetret ac in corruptionem fatalem conjiciat, hinc omni ſtudio eo allaborandum eſt, partim ut intima humorum reſolutio partiumque ſolidarum læſiones præcaveantur, partim ut venenum mature e corpore expellatur.

2 Obtinetur autem hicce ſcopus potiſſimum per blandam & ſucceſſivam diapnoen, ut hoc modo miaſmata maligna ſenſim ſenſimque e corpore expellantur.

3 Blandam hancce diapnoen producunt quieta in lecto continentia citra ullas corporis jactigationes, regimen moderate calidum cum potu, præcipue calido, & radicibus aliquot alexipharmacis alterato, quæ tria ſola ſæpius in ſubjectis calidioribus ſufficiunt.

4 Hiſce commode etiam ad meliorem expulſionem junguntur Alexipharmaca blanda, uti ſunt Eſſentia alexipharmaca Stahlii, Mixtura ſimplex probe acidulata, Eſſent. Pimpin. alb. Tinct. Bezoard. modice camphorata, quæ parvis & repetitis doſibus exhiberi poſſunt. Maxime quoque laudatur Eſſen. antihypochondriaca Hall. quæ in Peſte Regiomontana egregium edidit effectum, quando ſcil. ſingulis bihoriis ad gutt. 40. in multo vehiculo uſque ad alvi largam apertionem exhibita fuit. Hac de re videri poteſt peculiaris tractatus B. Richteri.

5 Eandem efficaciam habent Antimonialia fixa cum abſorbentibus nitroſis & acidulis, quæ nimiam ſanguinis reſolutionem ſimul impediunt, & in ſubjectis calidioribus potiſſimum locum habent.

6 Cum ſymptomata in Peſte etiam quam maxime urgeant, iis quoque mature occurrendum eſt.

7 Si Vomitus urget, detur Eſſentia alexipharmaca Stahlii cui addatur parum Liquoris C. C. ſuccinati, aut Spiritus C. C. rectif. quod tamen remedium in Phlegmaticis magis locum habet: Cholericis vero magis proſunt pulveres abſorbentes & nitroſi.

8 Eadem quoque remedia in Diarrhœa urgente inſignem uſum præſtant.

9 In virium proſtratione, analeptica, & inpr. vinum moderate exhibeatur; egregium quoque uſum in Peſte confortantem habere dicitur Eſſ. dulc. Hall.

10 Si Hæmorrhagiæ ſymptomaticæ ægrotos fatigant, dentur temperantia, nitroſa, acida &c.

11 Si Bubones erumpunt exhibeantur blanda diapnoica, externe vero applicentur emollientia ſive maturantia, & anodyna ac Bubo mature aperiatur: poſtea vero per debita remedia mundificetur & conſolidetur.

12 Eadem quoque remedia in curatione Carbunculorum ſive Anthracum locum habent.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In curatione Peſtis leniſſime procedendum eſt, & omnia commoventia cane & angue pejus fugienda ſunt.

2 Abſit E. Venæſectio, quæ directe hic prorſus nullum habet uſum, niſi forſan ſpecialis ſubjecti conditio ejus uſum ſuadeat: ſi hoc eſt, inſtituatur in primo ſtatim principio & quidem ſatis largiter.

3 Exulent quoque Purgantia acria, ut pote quæ materiæ malignæ excretionem per habitum corporis impediunt: majorem hic efficaciam habet Elixir Polychreſtum Hallenſium, uti id ex Tractatu de Peſte D. Richteri apparet.

4 Abſtinendum quoque eſt ab indiſcreto emeticorum uſu, quoniam anxietates præcordiales augent ac facile Singultum, Lipothymias &c. poſt ſe trahunt.

5 Vomitus tamen in principio certa encheireſi inſtitutus ſæpius non ſolum maxime utilis, ſed etiam neceſſarius eſt; uti id prolixe & fundamentaliter variis rationibus & experientiis demonſtratum fuit a D.D. *Kanold in epiſt. de Peſte Gedanenſi &c.* Rationes ejus præcipuæ ſunt ſequentes,

a Quod miaſmata maligna potiſſimum mediante Saliva corpori communicentur, adeoque citius vim ſuam exerant in Ventriculum & primas vias & quod ad præcavendam hancce noxam Medici unanimiter Maſticatoria, Fumum Tabac &c. ad excitandam continuam ſalivæ excretionem commendent.

b Quod ſtatim poſt infectionem Ventriculi ſymptomata, Nauſea, Cardialgiæ, Amaritudines oris, Vomitus & Ardores urgeant.

c Quod ſæpius in principio morbi ſaburra porracea, nigra, viridis, picea, fœtens per Vomitum ejiciatur.

d Quod ſectis cadaveribus viſcera & partes infimi ventris Petechiis & Carbunculis affecta deprehenſa fuerunt.

e Quod Vomitus artificialis in principio excitatus ſalutaris obſervatus fuerit.

6 His autem ſequentes ſubjungit Cautelas.

a Ut Vomitus ſtatim in Principio poſt infectionem excitetur.

b Patientibus nondum vomentibus.

c Præſentibus repentina (ſub plenaria aut tolerabili alias ſanitate) Inappetentia, Nauſea, Amaritie oris, Cardialgiis initiantibus, imo vero his etiam abſentibus.

d Illis principaliſſime perſonis, qui magis ſolitarie & unice per deglutitionem infectæ fuerunt. Hoc autem exinde cognoſci poſſe exiſtimat, ſi noviter infectus commercium habuit cum aliis Peſte laborantibus, iiſque præſentibus cibos & potum aſſumſit: ſi halitum ægrotantium ore excepit; ſi mox poſt hoc commercium Inappetentia, Nauſea & Cardialgia corripitur; ſi ſtatim poſt aſſumptos cibos ſe infectum eſſe ſentit.

e Vomitorium illud eſſe debere leniſſimum, certiſſimum, ſecuriſſimum, quod magis blandiſſima provocatione & invitatione, quam pe-

netrantiore violenta ſtimulatione & coactione, h. e. magis nauſeabunda averſatione, quam roſiva efficacia, effectum certo & ſtatim edat. Et hunc in finem blandam ſaucium vel digito vel penna inſtitutam titillationem commendat.

7 Cum Natura motus Febriles placidos in Peſte inſtituat, nunquam exhibeantur remedia acria, volatilia & poſitive ſudorifera, quoniam Maſſam ſanguineam nimis commovent & humorum reſolutionem funeſtam accelerant.

8 Medicus nunquam principaliter tentet Peſtis curationem per diaphoretica, quoniam rariſſime per ſudores ſolvitur, frequentius vero & melius per Abſceſſus, Carbunculos & Bubones, præcipue poſteriores: unde recte *Sydenham*: *Si quis materiam veræ Peſtis o. pe ſuderis amoliri ſatagat, is diverſa a Natura via inſiſtit, utpote quæ id per Apoſtemata molitur.*

9 Theriaca etſi maxime a quibuſdam laudetur magis tamen nocet quam prodeſt, quatenus Petechias in Peſte utplurimum funeſtas excitat.

10 Regimen poſitive diaphoreticum omnia ſymptomata exaſperat, Bubonum & Anthracum excretionem ſæpius retardat ac Petechias eorum loco producit, quare fugiatur.

11 Frigus vitetur, ne neceſſaria Abſceſſuum excretio impediatur.

CAPUT XXIV.

DE

Febre quotidiana intermittente.

I. *Definitio.* FEbris quotidiana intermittens eſt ſalutaris Naturæ conatus, cum horrore & inſequente æſtu quotidie affligens, cujus ope materiam quandam peccantem in primis viis hærentem per motus febriles quotidie repetitos expellere nititur.

II. *Differentia.*

1 A *Febre tertiana duplici.*

a Reſpectu *temporis invaſionis*: Tertiana enim legitime procedens ordinarie tempus jentaculi obſervat, & ſi reduplicatur & ſecundus paroxyſmus in aliud tempus incidit, utpl. primus & tertius, ſecundus & quartus paroxyſmorum & ſic porro ſibi invicem reſpondent: Quotidiana vero circa horam ſeptimam aut maturius affligit.

b Reſpectu *temporis anni*: quoniam Tertianæ duplices magis tempore autumnali, Quotidianæ vero ordinarie vernali invadunt, aut ſi tertianæ duplices ſunt vernales ſæpius ad continuitatem inclinant.

c Reſpectu *durationis paroxyſmi*: qui in Tertiana regulariter diuturniores ſunt, quam in Quotidiana.

2 A *Quartana triplici*:

a *Tempore invaſionis*: Quartanæ enim omnes regulariter tempore pomeridiano, Quartanæ vero matutino invadunt.

b *Tempore anni*: quatenus Quartanæ Autumni, Quotidianæ vero Veris ſoboles ſunt.

c *Durationе paroxyſmorum*: qui in Quartana breviores ſunt, quam in Quotidiana.

d Reſpectu *univerſalis ambitus*: Quartanæ enim longe diuturniores ſunt, quam Quotidianæ.

3 A *Continua quotidiana ſive Catarrhali benigna*: quæ ſingulis quidem diebus circa veſperam invadit & matutino tempore aliquo modo remittit: cum e contra hæc de qua jam ſermo eſt tempus matutinum obſervet, plenarie intermittat, ac reſpectu concurrentium ſymptomatum ab illa adhuc differat, uti ex collatione utriuſque affectus facile patebit.

III. *Signa.*

1 Invadit more Febrium intermittentium horrore ſatis gravi pro ſubjectorum conditione citius vel tardius finiente, ordinarie tamen integram fere horam conſumente.

2 Obſervat autem ordinarie tempus vernum & quidem matutinum horam ſcil. ſextam vel ſeptimam.

3 Præcedunt uti in aliis intermittentibus, horrorem pandiculationes, oſcitationes & tenſiones in dorſo, cum gravitate capitis & artuum aut doloribus plus vel minus tendentibus.

4 Concurrunt etiam horrores leniores dorſum percurrentes, quos tandem univerſalis excipit horror.

5 In horrore, uti in aliis, inſignis quoque adeſt præcordiorum anguſtia.

6 Cui junguntur inſignis Nauſea, quem horrore finiente ſequitur in ſubjectis vegetioribus actualis Vomitus, in debilioribus vero Diarrhœa.

7 Poſt aliqualem moram aut quandam quaſi remiſſionem ſequitur æſtus pro ſubjectorum varietate plus vel minus vehemens.

8 Quem comitantur ſymptomata ordinaria febrilia, *ſequenti Tabula*, latius recenſenda.

9 Durat hic æſtus ordinarie ſex vel octo horas, nonnunquam tamen ob ſubjectorum diſpoſitionem ultra hunc terminum ſe extendit.

10 Tandem ſequitur ſudor lenis & non adeo copioſus ac in Tertiana, niſi ſubjecti conditio aliquid ad ejus uberiorem fluxum contribuat.

11 Et modo dicta ſcena ſingulis luditur diebus, donec tandem Febris finiatur.

IV. *Subjectum.*

1 Homines humidiores & torpidioris temperamenti.

2 Plethorici ſpiſſitudine ſanguinis ſimul laborantes.

3 Cibis crudis & viſcidis abutentes.

4 Otio dediti.

5 Cruditatibus primarum viarum laborantes.

6 Triſtitiæ & mœrori indulgentes.

7 Juniores Phlegmatici.

8 Senes præ reliquis.

9 Feminæ magis quam viri.

V. *Prognoſis.*

1 Febris quotidiana rarior eſt & non adeo frequenter affligit ac reliquæ intermittentes.

2 Affligit ordinarie tempore Vernali, quæ vero Autumno ſingulis diebus format Paroxyſmos Tertiana duplex eſt.

3 Febris Quotidiana ordinarie diutius durat, quam Tertiana.

4 Febres hæ facillime degenerant in continuas, inprimis in ſubjectis Plethoricis, aut quando alias æſtus nimium urget.

5 In talibus etiam ſubjectis, præcipue concurrente ſpiſſitudine ſanguinis, omnia ſymptomata diutius durant, & totus etiam morbus reſpectu durationis ſemper magis fit diuturnus.

6 Uti aliæ Febres intermittentes, inpr. Tertianæ, ita & hæ certas habent evacuationes quibus legitime ſuccedentibus totus morbus bene decurrit & ſenſim imminuitur, male vero procedentibus in pejus ruit.

7 Tales Evacuationes potiſſimum ſunt Vomitus, Diarrhœa & Sudor, de quibus vid. *Tab. ſeq.*

VI. *Remedia.*

1 Cauſam morbificam in primis viis hærentem corrigentia & ad excretionem diſponentia: Tart. Vitr. Arcan. duplic. Sal. Polychreſt. Liq. Terreſtr. fol. Tart. Sal. cathart amar. Rad. Ari, Sal. Abſinth. cent. min. Rad. & Herb. amar. Gumm. Ammon. Pil. Becher Stahl.

2 Correctam evacuantia: Rad. ipecac. Tart. emet Sir. emet. Specif. jalap. ☿ dulc. Salia neutra Tart. Vitr. Arcan. dupl. Sal. cathart. amar. in majori doſi ad ʒvj. aut ʒj. data. Pilul. Becher. Tart. &c. Diaphoretico-Diuretica, uti ſunt Eſſent. alexiph. Stahlii, Pimp. alb. ſub finem Paroxyſm. exhibitæ.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis digeſtivus.

℞. *Lap.* ♋. *Rad. Ari* ℥ß. *M.*
Tart. Vitr. ℥j. *M. D. 2. cuſp. cultr.*
Sal. Abſinth. *pro doſi.*

2 Potiuncula præparans.

℞. *Aq. Cherefol.* *Plantag.* ℥iß.
Arcan.

Arcan. dupl. *Sir. ceraſ. acid.* ℥ß.
Matr. perl. a. ℈ij. *M. D. cochleat.*
Succ. citr. rec. ℥ij.

3 Pilulæ laxantes.

℞. *Pil. Tart. Quercet.* ℈j. *D. veſperi.*

4 Aliæ.

℞. *Pil. Stahlii. gr. XXV.* *D. ut antea.*

5 Julepus temperans.

℞. *Aq. Ceraſ. nigr.* *Ceraſ. acid.*
Borrag. *Berb.*
Bugloſſ. *Succ. citr. rec. a.* ℥ß.
Nymph. a. ℥iß. *Sir. Cydon.* ℥j.
Cinnam. Cyd. ℥j. *Spir. Vitriol.* ℈j.
Rob. Rib. *D. ſæpius cochleatim.*

6 Infuſum Theiforme.

℞. *Rad. Pimp. alb.* *Fol. Thee* ℥ß.
Vincetox. a. ℥ß. *Inc. D. ad Ch.*
Herb. Scabioſ. *D. inſtar. Inf. Herb. Thee.*
Veron. a. mj.

7 Eſſentia diaphoretica.

℞. *Eſſent. alexiph.* ℥ij. *D. 30. gutt. pro doſi.*
Spir. Vitriol. gutt. XV. M

8 Infuſum roborans.

℞. *Rag. Gent. r.* ℥ij. *Cort. Ont.*
Galang. ℥ij. *Citr. a.* ℥ij.
Ari ℥iß. *Inciſ. infund. in ſ. q.*
Summit. Cent. min. *Vin. alb. generoſ.*
Card. Bened. a. mj. *D.* ℥iv. *vj. pro doſi.*

9 Pulvis antifebrilis.

℞. *Tart. Vitriolat.* *D. ſing. 4. horis 2. cuſp. cultr.*
Pulv. Chacarill. a. ℥iß.
Chin. Chin. ℥j. *M.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Cum in hac Febre materia morbifica digeſtionem lædens in primis viis lateat, itaque ea, antequam removeatur, prius præparanda eſt, ut poſtea eo commodius ſine noxa e corpore expelli queat.

2 Præſtant id præ ceteris ſalia digeſtiva extra Paroxyſmi tempus mane & veſperi exhibita, utpote quæ & blande incidunt & leniter materiam in primis viis hærentem abſtergunt unde poſtea Febris eo facilius mitigari poteſt.

3 Urgente æſtu exhibeantur temperantia Nitroſa, Acida, Emulſiva, Infuſa temperata: eo frequentius vero talia repetantur, ſi ſitis & Cephalalgia admodum urgent, hæc enim orgaſmum ſanguinis optime temperant & hoc ipſo talia ſymptomata maxime leniunt.

4 Interdum etiam in talibus Febribus frigus nimium urget, atque inpr. præcordia nimium affligit, tali in caſu Spir. Vin. Camph. Aq. Reg. Hung. aut etiam Spir. Vin. rectificatiſſ. cum linteaminibus Scrobiculo cordis & regioni Ventriculi appliciti optime, ſeſe gerunt: eundem habent uſum, ſi ſpinæ dorſi applicantur: huc pertinent etiam linimenta ſtomachica, ut & Balſama, ſed hæc poſteriora, utpote nimis calida, non niſi paulo frigidioribus conveniunt.

5 Ad alvi laxitatem ſemper quoque reſpiciendum eſt, partim, ut hoc modo ſymptomata circa caput & præcordia urgentia, partim ut materia morbifica eo commodius ſucceſſive e primis viis evacuetur.

6 Quoniam vero Febris hæc ſemper circa horam ſeptimam matutinam affligit, ita ut Purgationi nullum commodum tempus concedatur, laxantia potius in uſum trahantur & circa veſperam exhibeantur: hoc enim modo talia remedia tempore nocturno eo facilius operationem ſuam edere queunt, ita ut Febrem prorſus nullo modo turbent.

7 Tandem remota materia Febris in uſum trahantur ſiſtentia, uti ſunt Pulv. Chacarill. Chin. Chin. cum ſalibus digeſtivis & abſorbentibus, quibus nonnulli etiam anodyna addunt, aut hæc etiam ſola legitime correcta exhibent. Magis tamen placet Crocus ☌tis ☉iatus Stahlii, qui præmiſſis præmittendis & legitime præparatis humoribus & evacuatis, ſine ulla metuenda noxa Febrem ſiſtit.

8 Cum vero partim per motus febriles, partim per cauſam morbificam Ventriculus præcipue interdum inſigniter debilitetur, amara quoque in uſum trahantur, quæ, ſi quid adhuc materiæ morbificæ reſtat, illud abſtergunt, ac tonum ſenſim ſenſimque reſtituunt.

9 Tandem Purgantia ſuperato morbo cum amaris aliiſque mixta interdum non ſine fructu exhibentur, quatenus non ſolum primas vias optime a ſordibus liberant, ſed etiam recidivam præſervant.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Quoad vitæ periculum, nullum uti in aliis Intermittentibus metuendum eſt, niſi morbus per malum regimen ægrotantium aut imprudentem medicationem ita corrumpatur, ut in alios graviores degeneret, qui poſtea lento gradu ad mortem ducunt: quare Medicus etiam ſumma cautela non ſolum hanc, ſed & reliquas Intermittentes tractet.

2 Vomitoria licet a quibuſdam commendentur, nunquam tamen, niſi die intermiſſionis ſubjectis, quæ propter cruditates copioſas inteſtinorum aut cibos malæ digeſtionis in Febres inciderunt, in uſum trahantur, plura de hac re Vid. *Tab. ſeq.*

3 Venæſectio per ſe & directe prorſus nullum habet uſum, interdum tamen ſi alia adhuc permittentia adſunt, Plethoricus ſubjecti ſtatus ejus uſum poſtulat.

4 Purgantia draſtica hic exulent, ut pote quæ placidum morbi ſucceſſum turbant, multaque incommoda producunt, quare ab iiſdem abſtineatur & potius lenia dentur, quæ ſolum alvum expediunt & materiam febrilem præparatam abſtergunt.

5 In æſtu vitentur nimis calida, nimis enim uſurpata Febres lentas & Hecticas poſt ſe trahunt.

6 Nunquam præmature ſiſtatur hæc Febris, quoniam gravia vel acuta vel chronica ſequuntur mala. Vid. *Tab. ſeq.*

CAPUT XXV.

DE

Febre Tertiana intermittente legitima.

I. *Definitio.* FEbris Tertiana eſt ſpecies Febris intermittentis, tertio quovis die horrore & hunc inſequente æſtu ac ſudore affligens, cujus ope Natura cauſam morbificam primas vias occupantem corrigere & eliminare intendit.

II. *Differentia.*

1 A *Febre quotidiana*:
- a Reſpectu *Typi*: quatenus hæc ſingulis, tertiana vero alternis diebus.
- b Reſpectu *temporis invadendi*: Quotidiana ordinarie procedens hora ſeptima, Tertiana vero nona, decima vel undecima affligit.
- c Ratione *durationis*: Tertiana utpl. citius finitur quotidiana, niſi error in Diæta vel curatione committatur, aut cauſæ morbificæ conditio ad diuturnitatem aliquid conferat.

2 A *Quartana*:
- a Reſpectu *temporis anni*. Quartana enim ordinarie non niſi tempore autumnali affligit, tertiana vero & vernali & autumnali.
- b Reſpectu *temporis diei*, quatenus Quartana regulariter procedens tempus pomeridianum & quidem horam ſecundam, Tertiana vero antemeridianum obſervat.
- c Ratione *durationis*: Tertiana enim longe breviori termino finitur, quam Quartana.
- d Reſpectu *durationis paroxyſmi*: qui in Tertiana ordinarie ad 8. 10. 12. horas ſe extendit: cum e contra in Quartana quatuor tantum, vel ſex horis abſolvatur.
- e Ratione *ſucceſſionis pathematum*: in *Tertiana* ſatis notabilis occurrit horror ultra dimidiam. imo fere ad horam uſque ſe extendens: quem

exci-

cipit vel vomitus vel Diarrhœa, imo talis vomitus in ipso etiam horrore se exerit. Sequitur postea æstus diu admodum durans cum consuetis symptomatibus ac tandem sudor paroxysmo finem imponens erumpit.

f In *Quartana* vero res longe aliter se habet, ordinarie enim nullus adeo notabilis horror sed rigor cum horrore mixtus & ad duas horas se extendens, occurrit. Calor est mitis & lentus & rarissime ultra sex horas se extendit. Sudor utpl. nullus vel in progressu morbi pauciſſimus est. Nec etiam post trigus Vomitus vel Diarrhœa sequuntur; nisi Ventriculus cibis manifeste sit oneratus.

g A *Tertiana notha*: hæc quidem etiam tertio quovis die recurrit, sed longe aliter se habet.

a Ratione *temporis invadendi*: *notha* enim legitimum invadendi tempus nunquam observat, sed modo hoc, modo alio tempore affligit.

b Respectu *symptomatum*, quæ in *notha* cum aliis aliis in legitima minus abviis complicantur. Frigus enim est lene & transitorium, æstus vero ultra consuetum terminum se extendit, & hinc ad continuitatem admodum pronæ sunt &c.

4 A *Tertiana maligna*: quæ interdum tempore vernali homines sub Tertianæ larva invadere solet, sed mox erumpentibus maculis aliisque malignitatis indiciis insignem stragem edere solet.

5 *Tertiana*: quoque vel est *fixa*, quæ scil. certum tempus & horas observat, vel *erratica sive vaga*, quæ tempus ordinarium vel anticipat, vel pollicipat.

6 Demique differt etiam respectu *gradus*, dum alios gravius, uti Plethoricos, alios mitius affligit, ut juniores.

7 *Tertiana* tandem est vel *simplex*, vel *duplex*, quando scil. Paroxysmus singulis diebus affligit, ita quidem ut primus & tertius, secundus & quartus paroxysmus sibi respondeant, sed sub hoc schemate rarius occurrit.

III. *Signa*.

1 Si legitime procedit invadit ordinarie ab hora circiter octava ad meridiem usque.

2 Incipit cum pandiculationibus atque oscitationibus sine manifesta causa affligentibus.

3 Cui jungitur insignis artuum lassitudo cum inquietudine & jactigatione in lecto.

4 Sequitur hinc aliqualis refrigeratio totum habitum corporis occupans.

5 Quæ tamen magis se exerit in dorso & lumbis cum spastica constrictione: ægroti-rem ita exprimunt, *es lauffen ihnen vvie kalt Wasser den Rucken hinauf*. Vid. *Morton*.

6 Tandem etiam hic spasmus cum frigore præcordia occupat & inpr. circa cordis scrobiculum urget cum insignibus anxietatibus præcordialibus.

7 Jungitur hisce nausea insignis nullus tamen adhuc actualis sequitur vomitus, nisi in subjectis evemetis aut Ventriculo cibis maxime repletis.

8 Interim sub horripilatione illa habitum etiam corporis occupante vasa detumescunt & conspectum fugiunt.

9 Totus habitus corporis constrictus est, ita ut pori promineant ac cutis superficiem superent.

10 Pallor universum corpus occupat, inpr. v. faciem quæ simul est admodum constricta, ita ut ægroti toti quanti alterati videantur. *Sie sehen gantz eingefallen und verandert drein*.

11 Oculi fiunt cavi sive retrahuntur.

12 Nasus redditur acutus.

13 Ungues in multis sunt lividi, aut cœrulei.

14 Os multa saliva continuo perfunditur.

15 Pulsus quidem est aliquo modo frequens, sed simul depressus & debilis ac interdum intermittens præsertim in Plethoricis: imo interdum ita diminuitur, ut vix tactu deprehendi queat.

16 Hæc ordinarie durant tres quadrantes horæ aut horam integram, & interea nausea cum cardialgia insigniter affligunt.

17 Quo magis vero hæc urgent eo certius sequitur vomitus materiæ mucosæ admodum tenacis ac postea biliosæ etiam.

18 In aliis vero præsertim evemetis, ubi materia copia abundat & non adeo mucosa & tenax est, Vomitus statim in ipsius horroris principio observatur.

19 Nonnunquam etiam ubi materia nimis tenax est & ventriculi parietibus adhæret, præsente licet nausea & conatu vomendi, nullus tamen sequitur Vomitus.

20 In subjectis debilioribus loco Vomitus observatur Diarrhœa.

21 Cum per hactenus recensita symptomata corpus maxime debilitetur, sequitur etiam universalis corporis lassitudo, ita ut ægroti quo se vertant, nesciant.

22 Sed sub hoc ipso languore pulsus sensim sensimque augetur & frequentior evadit.

23 Habitus corporis antea constrictus iterum intumescit & vasa in conspectum prodeunt.

24 Idem etiam contingit in facie, quæ naturalem sensim sensimque acquirit intumescentiam ac ruborem.

25 Postea vero auctiori pulsu tumor & rubor naturalem statum superant.

26 Oculi fiunt turgidi, rubicundi & fulgidi.

27 Omnia vasa in capite intumescunt, atque caput insigniter dolet.

28 Calor vel successive auctus, vel uno impetu ingruens, diffunditur per omnia membra ita ut insigniter incalescant.

29 Unde etiam in quibusdam dolores lancinantes instar fulguris artus penetrantes observantur.

30 Concurrit ardor & siccitas faucium & linguæ cum amaritie oris ac sitis insigniter urget.

31 Æstus hic ordinarie ad quinque, sex vel octo horas pro subjectorum diversitate se extendit.

32 Gravius quoque vel mitius affligit secundum diversorum temperamentorum statum.

33 Toto autem hoc tempore æstus est aridus & habitus corporis siccus.

34 Tandem æstus hic aliquo modo remittit & mador quidam in habitu corporis sequitur.

35 Quem excipit sudor universalis in toto corpore.

36 Id quod tamen non semper in primis Paroxysmis contingit, nisi in subjectis humidioribus & ad sudores alias pronis.

37 Erumpente sudore omnia symptomata febrilia, quæ hactenus ægrotum afflixerant, sensim imminuuntur ac finiente sudore prorsus disparent.

38 Sequentibus Paroxysmis si reliqua bene se habent & æger tranquille in lecto se servat, calor longe mitior est, ast sudor eo copiosius fluit.

39 Scena hæc singulis alternis diebus luditur, post quartum tamen Paroxysmum omnia mitigantur & Paroxysmi breviores fiunt.

40 Donec septimo sub quieta ægroti continentia bono regimine ac convenienti & rationali Methodo totus morbus finiatur.

IV. *Subjecta*.

1 Homines adulti adolescentes juvenes, temperamenti activioris.

2 Homines ad nauseam insigniter proni.

3 Cibos cum nausea deglutientes & vomitum cohibentes.

4 Diæta crassa utentes & insignes errores in diæta committentes.

5 Ira post cibos sumptos excandescentes.

6 Otio indulgentes.

7 Corpus calidum aeri frigido exponentes.

8 Diu in aere frigido & humido versantes.

9 In constitutione epidemica viventes, in qua tamen viri magis, uti alias, in hasce Febres quam femine incidunt.

10 Quibus ulcera, Scabies, aliæque cutis impuritates retropulsæ fuerunt.

V. *Prognosis*.

1 Inter omnes Febres genus humanum affligentes, nulla adeo salutaris deprehenditur, si legitima est & subjecti etiam conditio respondet, quam Tertiana, nam

a Per

a Per eam cruditates & materia viſcida primas vias obſidentes removentur.

b Ipſa Maſſa Sanguinea per ſanguinis conquaſſationem & reſolutionem non ſolum in quantitate ſua moleſta imminuitur ſed etiam a multis ſordibus adeoque optime depuratur, ita ut poſtea homines, ſi modo Diætam adhuc aliquandiu ſervent, ſanitatem firmiorem nanciſcantur.

c Abſterguntur etiam partes ſolidæ, ita ut flexilitatem & agilitatem recuperent & ad motum promptiores evadant.

d Tolluntur etiam per eam glandularum & viſcerum obſtructiones & leviores infarctus, ita ut, qui antea ob dicta incommoda ſemper valetudinarii erant, poſtea optimam acquirant ſanitatem.

e Imo ipſas Convulſiones, ſummo cum impetu affligentes, quæ nullis prorſus remediis coerceri poterant, per Febres Tertianas aliquoties ſublatas vidimus.

f Pariter pedum œdemata poſt Febres ſuppreſſas per Febrem revocatam tolli, experientia teſtatur.

g Eadem œdemata a menſium ſuppreſſione orta per Febrem Tertianam ſupervenientem reſoluta vidimus.

h Menſium quoque ſuppreſſionem a ſanguinis ſpiſſitudine ortam per Tertianam ſublatam vidimus.

i Tandem etiam infarctum lienis a Quartana relictum per Tertianam reſolutum & curatum novimus: ut alia ſilentio prætereamus.

2 Si Febris hæc legitime procedit, & recte tractatur, tempore vernali ſæpius quinto vel ſexto Paroxyſmo finitur, rarius vero ultra ſeptimum extenditur.

3 Tempore vero autumnali etiamſi convenienti Methodo tractatur, propter humidam & frigidam aeris conſtitutionem, ſæpius diutius durat.

4 Pari modo ſe res habet, ſi conſtitutio eſt epidemica, hæ enim ſemper longius tempus poſtulant, ob leviſſimas tamen cauſas ægroti recidivam patiuntur, ut id ſuperiori anno obſervavimus, & hoc ipſo anno videmus.

5 In ſubjectis junioribus alias vegetis & antea laudabili ſanitate gaudentibus ſæpius ſolo regimine & Diæta tollitur.

6 Si legitima Methodo tractatur ac ægroti diætam ſimul obſervant, rariſſime mala habet conſectaria, niſi corpus antea male fuerit diſpoſitum, aut labes in viſceribus hæreat.

7 Perverſa autem Methodo tractata, nempe per Venæſectiones ſubjecto minus convenientes, Vomitoria & Purgantia draſtica &c. tota Febris facile turbatur ac non ſolum diuturna fit, ſed etiam non raro Tumores pedum œdematoſos, Cachexiam & Hydropem poſt ſe trahit.

8 Id quod eo certius contingit, ſi Medici poſt talia exhibita ſtatim ad ſacram Anchoram, Pulverem ſcil. Chin. Chin. aliaque Adſtringentia confugiunt; ſic enim etiamſi antea dicta non ſtatim ſequuntur, obſtructionibus & Scirrhis viſcerum, Febribus lentis & Hecticis porta panditur.

9 Malum quoque fatum experiuntur ii, qui vel alias ad ſudores proni, vel minime ad eos proclives, vel æſtu graviore laborantes, per ſudorifera volatilia & fortiora tractantur, vel enim in Febres acutas ruunt, vel in Inflammatorias vel in Hecticas Febres incidunt.

10 Abſentia ſudoris in Tertiana morbum utpl. diuturniorem reddit, æſtum auget & ad Febres continuas diſponit.

11 Sudores vero poſt quemvis Paroxyſmum placide, aut in ſubjectis humidioribus largius fluentes, morbum indies leviorem reddunt, & tandem prorſus tollunt.

12 Sudores nocturni ſpontanei finita Febre in ſubjectis repletis adhuc aliquandiu durantes optimi ſunt, quatenus humores ſuperfluos evacuant.

13 Si vero negliguntur Febribus denuo tam intermittentibus, quam continuis viam ſternunt.

14 Sudores partiales in Tertiana nullius ſunt uſus, melioris vero indolis ſunt univerſales.

15 Nonnunquam tamen ſudores partium inferiorum in ſubjectis hæmorrhoidariis ſuo non carent uſu.

16 Vomitus & Diarrhœa quo maturius in Tertiana apparent, eo breviori tempore morbum ſolutum iri indicant.

17 Si vero præſentibus etiam ad eos indiciis, tales excretiones non contingunt, eo diuturnior fit morbus & morbus etiam eo magis ingraveſcit.

18 Alvum in Tertiana liberam eſſe ſemper optimum eſt: clauſa vero ſymptomata, præcipue cephalalgiam & anxietates præcordiales, auget.

19 Largum Urinæ profluvium morbum quoque in ſubjectis ſudore carentibus leviorem reddit.

20 Niſi Diæta in hac Febre exacte ſervetur & prudens medicatio applicetur, ſubſequentes Paroxyſmi ſemper graviores ſunt.

21 Si tres priores Paroxyſmi ſunt leviores, quartus utpl. fortius affligit.

22 Plethorici ſemper graviora in hoc morbo patiuntur ſymptomata, quam reliqui.

23 Eo graviora autem ſunt omnia, ſi ante Febris invaſionem Plethora per varias cauſas commota fuit.

24 Æſtus in Tertianis Plethoricorum ſemper gravius urget & ad plures horas ſe extendit. Vidimus in talibus ſubjectis Paroxyſmos uſque ad triginta horas durantes.

25 Tales Febres ordinarie ſunt anomalæ & ad continuitatem maxime inclinant.

26 Sudores hic ordinarie abſunt & niſi mitiſſimo modo tractentur tales Tertianæ non raro degenerant in Febres inflammatorias.

27 In omni Tertiana æſtus diu affligens ſine præcedentibus per ſuperiora aut inferiora, aut ſubſequentibus ſudoribus, continuitatis ſuſpectus eſt.

28 Appetitus inſolitus auctus in Tertiana vel poſt eas nunquam bonus eſt; priori enim modo Febrem diuturniorem reddit, poſteriori recidivæ viam ſternit.

29 Oedemata pedum, quæ ordinarie vel malam diætam, vel perverſam medicationem, vel morbi diuturnitatem, vel ſubjecti debilitatem, vel pedum nimiam refrigerationem &c. pro cauſa agnoſcunt, ſi legitime tractantur, ſucceſſive quidem poſſunt tolli per blanda laxantia, diuretica & diapnoica, ſed facile, niſi Diæta probe obſervetur, redeunt.

30 Febris ſi jam ceſſavit, aut ſuppreſſa fuit, ſi denuo redit, multum confert ad reſolutionem œdematum, inpr. ſi medicamenta convenientia junguntur.

31 Motus corporis moderatus in loco temperato multum quoque contribuit ad felicem œdematum horum curationem.

32 Si Oedematibus poſt Tertianam jungitur color faciei cachecticus & durities abdominis cum intumeſcentia Hydrops ante fores eſt.

33 Oedemata per externa repellentia, diſcutientia credita, aut per fortiora interna evacuantia tractata pariter facile in Hydropem degenerant.

34 Sudores ſpontanei moderati partes inferiores affligentes ſucceſſive cum euphoria tollunt Oedemata.

35 Oedemata Tertianariorum facilius ſolvuntur quam Quartanariorum.

36 Quo magis inveterata ſunt Oedemata talia, eo difficilius curantur.

37 Urinam in Oedematibus imminui & obſcuro colore tingi malum, Hydrops enim ante fores eſt.

VI. *Remedia*.

1 Materiam crudam & viſcidam in primis viis hærentem præparantia & ad excretionem diſponentia: Salia neutra Tart. Vitriolatus, Arcan. dupl. Abſorbentia Mat. Perl. Lap. ℞. inpr. acido quodam ſaturata uti Conch. Citrat. &c. Incidentia Vegetabilia inpr. amara, Rad. Gent. Ari, Caryoph. Herb. Abſinth. Cent. min. Card. bened. &c.

2 Præparatam ſi opus eſt evacuantia: Tart. emet. Rad. Ipecac. Specif. Jalap. Pulv. Cornach. Rhabarb. Magneſ. Liq. aperit. miner. Sal cathart. amar. ſalia neutra

tra majori dosi exhibita; aut quæ hisce tutiora sunt Pilul. Tart. Polychrest. Stahlianæ, Becherianæ.

3 Diaphoresin excitantia: ♁ diaphoret. Bezoard. miner. Ess. alexiph. Mixt. simpl. Tinct. Bezoard. &c.

4 Symptomata mitigantia: Succus Citri recens, Clysfus ♁ii, Tinct. Rosar. Flor. Bellid. Rob. aciduli fructuum ut & eorum Sirupi ac ex hisce parati Julepi. Ungt. de Alabastro Camph. &c. Vid. *Meth. Med.*

5 Ventriculum & primas vias roborantia, uti supra laudata amara in Infusis Essentiis & Extractis.

6 Motus febriles sistentia: Pulv. Chacarill. Chin. Chin. Crocus ♂tis ♁iatus &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis præparans.

℞. *Tart. Vitriolat.* *Div. in 4. p. æq.*
Nitr. ♁iat. ℈ 3j. M. *D. sing. 4. 6. horis.*

2 Alius.

℞. *Sal cathart. am.* ℥ß. *D. ut antea.*
Div. in 4. p. æq.

3 Alius.

℞. *Conch. citrat.* *Div. in 6. p. æq.*
Arcan. duplic. *D. ut antea.*
Nitr. ♁iat. ℈ 3j.

4 Potio diaphoretica.

℞. *Aq. Card. Bened.* *Nitr. ♁iat. a.* 3ß.
Flor. Acac. a. 3ij. *Cinnab. ♁ij.* ℈j.
♁ *diaph.* *Sacch. perlat. 3ij.*
Matr. perl. *D. sing. 3. horis cochl. ij.*

5 Pilulæ laxantes.

℞. *Extr. Panchym. Cr.* *M. F. Pil.*
Pil. Stahlii a. gr. XII. *D. pro una dosi.*
Tinct. Tart. q. s.

6 Electuarium Febrifugium.

℞. *Conf. Ros. antiq.* *Extract. Gent. 3j.*
Viscer. ℈ 3vj. *Sir. Cort. ⊙nt. q. s.*
Pulv. Chacarill. 3iij. *M. F. Elect.*
Chin. 3ß. *D. sing. 4. horis 2. cusp. cultr.*
Ari. ℈ij.

VII. *Methodus medendi.*

1 Si ullus morbus curatu facilis est, hic sane est, si legitima Methodo tractatur, nihilominus tamen, propter insciti am eorum qui eam tractant, sæpius ita pervertitur atque in pejus mutatur, ut postmodum peritissimis etiam Medicis crucem figat.

2 Optima & sanæ rationi conveniens Methodus est, si reliquis remediis præmittuntur digestiva & præparantia quæ materiam præparant & abstergunt, ita ut postea eo commodius a Natura per Vomitum aut Diarrhœam, aut per remedia evacuantia, si opus est, expelli queat. Si hoc modo res instituitur, exinde sequentia fluunt commoda,

a Vires scil. optime conservantur, quæ contraria Methodo, ubi per evacuantia drastica curæ initium fit, maxime franguntur.

b Morbus nullo modo in tranquillo suo cursu turbatur, quod juxta communem Praxin frequentissime fit.

c Frigus sub tali Methodo non adeo urget, æstus quoque mitior est, & sudor citius erumpit.

d Vomitus spontanei & Diarrhœa longe facilius a Natura excitantur.

e Alvi libertas semper conservatur.

f Imo omnia symptomata, in aliis maxime urgentia longe sunt mitiora.

3 Et talia remedia digestiva dentur partim ante Paroxysmum, partim die intermissionis mediocribus & repetitis, imo pro circumstantiarum diversitate majoribus etiam dosibus, si scil. vel anum aperire, vel lenem laxationem instituere animus est. Interdum etiam cum fructu immediate ante paroxysmum & in ejusdem principio exhibentur, quando scil. materia morbifica per se ad excretionem prona est, vel per remedia ad eam disposita: hoc enim modo sine ulla difficultate a natura excernitur & residuum denuo aliquo modo præparatur.

4 Si sitis in horrore urget, potus quoque concedatur, sed calidus magis, quam frigidus: minime enim reformidandæ sunt plebejæ illæ anicularum persuasiones, quæ etiam Medicorum, ex formulis Practicorum, cerebra & observationes cerebrinas irrepsere, quasi talis potus summe noxius sit: tantum enim abest, ut noxius sit, ut potius corpori summe conducat: quatenus materiam morbificam diluit, temperat & ad faciliorem excretionem disponit: & Natura corpori suo semper prospiciens consulto non vero per errorem sitim hancce excitat, ut materia febrilis aliquo modo corrigatur.

5 Cum vero interdum in subjectis maxime sensibilibus horror & anxietas præcordiorum maxime urgeant, ita graviora mala metuenda sint, huic quoque prospiciendum est: Prosunt tali in casu Spir. Vini simpl. & rectif. Spir. Vin. Camph. Aq. Reg. Hung. aliaque spirituosa non adeo volatilia: aut si hæc non arrident, ipsis substitui possunt Linimenta aut Balsama stomachica ex Ol. nucist. expr. & destill. ex Herb. fragrant. quæ scrobiculo cordis & dorso, imponi & inungi possunt.

6 Finito horrore & æstu incipiente concedatur potus sufficiens parvis tamen sed sæpius repetitis haustibus. Exhibeantur etiam diaphoretica fixa cum Nitrosis & Absorbentibus, ut hoc modo non solum nimius æstus præcaveatur, sed etiam humores sensim, ad blandam diapnoen disponantur.

7 Si vero æstus nimium ingravescit, potui admisceantur acidula, uti sunt Spiritus acidi minerales, quibus tamen merito præferuntur succi vegetabilium aciduli, inpr. vero succus citri recens sufficienti copia Aqu. simpl. mixtus quæ sanguineis maxime conveniunt. Nitrum quoque optime prodest, inpr. vero Cholericis & Melancholicis. Et per talia remedia obtinetur etiam symptomatum mitigatio, ita ut tot ac tantis Balsamis, Unguentis, Spiritibus aliisque curialibus minime opus sit. Si vero urgente capitis dolore aliquid præscribendum est, sufficit Ungt. Alabastr. cum pauca Camphora,

8 Remittente aliquo modo calore detur moderata dosis Mixt. simpl. aut Essent. alexiph. in vehiculo calido: qua sumpta æger tranquillus sit & successive aliquid potus calidi assumat, ut hoc modo diaphoresis eo melius promoveatur.

9 Finito hoc modo Paroxysmo æger non statim etiam si vires adhuc constent, lectum relinquat, sed adhuc aliquandiu in eo permaneat, ne id quod adhuc per diapnoen excerni debet, in corpore retineatur, hoc enim neglecto, insequens paroxysmus semper gravior est.

10 Die intermissionis continuentur Pulveres supra laudati digestivi sive præparantes, quibus Essentia alexipharmaca, si æstus alias admodum urget, parvis & repetitis dosibus interponatur. Ubi vero suspicio est, multum adhuc causæ morbificæ in primis viis latere soli pulveres præparantes continuentur.

11 Cum vero Præparantia materiam quidem abstergant & ad excretionem disponant, non vero ordinarie evacuent, lenia Laxantia die intermissionis exhiberi possunt eaque vel in forma Infusi, quando scil. ex Radic. & Herb. amaris & Fol. Sennæ parantur, vel in forma Pilularum, cui fini potissimum inserviunt Pilul. Tartareæ, Becherianæ, Stahlianæ aliæque ex Extractis amaris & Gummatibus paratæ.

12 Ubi Febris impetus mitescere incipit, & materia Febrilis sufficienter evacuata fuit, exhibeantur motus febriles sistentia, quæ superius recensita fuerunt: ex quibus omnium tutissima sunt Crocus ♂tis ♁iatus & Pilulæ Wildeganſi veræ, quæ vero admodum raræ sunt.

13 Tandem etiam ad Ventriculi roborationem respiciendum est: id quod potissimum præstant Stomachica amara & Carminativa, ut & Ess. ex hisce paratæ, quales sunt Ess. Galang. Cort. ⊙nt. &c. quibus addi meretur Tinct. ♂t. Ludov.

VIII.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Quod Cautelas Practicas concernit, abſtinendum eſt in hac Febre a multitudine remediorum. Nihil enim Naturam magis turbat, quam ſi Ventriculus multis, diverſis & adverſis remediis obruitur, pauca ſed ſelecta remedia ſufficiunt.

2 Nec etiam Vomitoria & Purgantia fortiora facile in uſum trahantur.

3 Cum h. l. Vomitoriorum mentio fiat, merito quæritur? ſed hoc loco? utrum ſint abſolute neceſſaria? an vero certis tantum ſubjectis conducant? & anne in hiſce peculiare quid præſtent? Qui vulgaribus imbuti ſunt principiis & Praxin ſuam juxta aliorum modulum metiuntur, hic uno ore clamant, evacuantia talia non ſolum ſummæ utilitatis, ſed etiam maxime neceſſaria eſſe: & ſi quis contra talia muſitare audet, novatoris titulo ſtatim eum inſignunt. Quamvis autem hi quoad evacuantia conveniant in ipſa tamen Methodo adhuc differunt. Ponamus Methodum & omnia erunt clariora: laborat e. g. quis Febre Tertiana, Medicus vocatus ſtatim præſcribit Pulverem emeticum, die ſcil. vacuo, illo die quo Febris affligere ſolet ægroto commendatur Potiuncula ex Aquis deſtillatis & abſorbentibus cum ☉io diaphoret. aut antihect. Poterii: Die tertio æger purgatur Cerbero tricipite aut Pulvere trium diabolorum: Sequenti die continuatur Potiuncula diaphoretica cui jungitur Potio confortans cum Ol. magno Scorp. Matth. Ol. aliiſque externis. Nec etiam negligitur Venæſectio etiam repetita. Hæcce excipiunt Potiunculæ laxantes ex Manna aut etiam noduli laxantes & tandem China Chinæ in Vino Burgundiaco infuſa exhibetur. Aliis vero hæc Methodus nimis eſt tædioſa, quare totam Methodum in compendium redigunt, & præmiſſis univerſalibus Vomitoriis, Purgantibus & Venæſectione ſtatim Chinam Chinæ ad uncias uſque devorandam præſcribunt: & talem Methodum ſtricte ſervant, licet œdemata & Hydropes, ſuperveniant: hæc enim non Methodo, ſed malo viſcerum ſtatui, adſcribunt. Diſputant quoque hi Vomitoriorum Patroni utrum talia remedia die intermiſſionis, an vero ipſo die quo Febris affligit exhiberi debeant: plerique militant pro die intermiſſionis, pauciſſimi vero pro alterno. Quod E. jam deciſionem hujus quæſtionis concernit, ſtatuo Vomitoria & Purgantia non eſſe abſolutæ neceſſitatis.

a Quoniam magnam quidem irritationem in primis viis excitant, materiam autem morbificam minime in totum tollunt, unde etiam hiſce ipſis Paroxyſmi in multis prorſus non mitigantur, ſed potius exaſperantur. Agunt talia remedia contra intentionem Naturæ, quæ ſucceſſive & per repetitos Paroxyſmos materiam illam removere conatur.

b Ipſe morbus in tranquillo ſuo curſu turbatur, ita ut ſæpius poſtea Febris nullum amplius certum typum formet, nec etiam paroxyſmi regulariter procedant, ſed Febris exinde prorſus anomala fiat.

c Imo in ſubjectis Plethoricis Febres tales ſæpius propter emetica & Purgantia degenerant in continuas, quæ utpl. mali moris ſunt & facile cum Purpura miliari complicantur.

d Sæpius etiam per talia draſtica remedia Febris ita frangitur, ut prorſus nulli formentur amplius Paroxyſmi, ſed calor lentus vires indies magis frangit & corpus depaſcit, ita ut tandem Hectica ſequatur.

e Ægroti hoc modo tractati ordinarie ſuperato jam morbo diu languere coguntur, cum e contra alii diverſa Methodo tractati vires cito recuperent.

4 Eo majus damnum autem expectandum eſt, ſi Vomitoria eo ipſo die, quo Febris affligere ſolet, exhibentur: hæc enim Paroxyſmum accelerant, unde dum remedium operatur & Natura Vomitum quoque excitat, ſæpiſſime ſequuntur Hyperemeſes, aut Natura ita fatigatur & debilitatur, ut Lipothymiæ graves ſequantur.

5 Omnium vero peſſime agunt, qui dato uno vel altero Vomitorio ſtatim ad ſacram Anchoram Chinam Chinæ confugiunt, quoniam Oedemata & Hydropes, infarctus & indurationes viſcerum, Febres lentæ, Hecticæ exinde ſequuntur. De China Chinæ paulo inferius dicemus. Nemo tamen putet, me Vomitoriorum uſum prorſus improbare, legitimo enim tempore exhibita ſuo non carent uſu v. g. quando quis ob cibos malæ digeſtionis in Tertianam incidit, vomitorium exhibitum cruditates illas removendo ſæpius etiam ſimul ipſam Febrem tollit. Quoad Purgantia improbo abuſum & continuationem eorum, quoniam Febris nimium protrahitur: ſufficiunt lenia laxantia, ſi materia antea per temperantia debito modo præparata fuit.

6 Pariter abſtinendum eſt a Venæſectione, ut pote quæ in hac Febre prorſus nullam directam habet utilitatem, & ſi aliquid præſtat, id potius reſpectu ſubjecti Plethorici fit; qui vero in omnibus ſubjectis eum inſtituere vult, ſtultum potius aut vanum Empiricum, quam Medicum agit.

7 Præcipue vero talia remedia fortiora vitanda ſunt in ſubjectis ſenſibilibus & teneris, hæc enim leniſſima Methodo tractari amant.

8 Evacuantia in Tertiana nunquam niſi probe præparata & ad excretionem diſpoſita materia dentur: nihil enim movendum eſt, niſi ſit mobile.

9 Quoad præparantia, magis ſemper conducunt ſalia neutra cum abſorbentibus, inpr. acido citri ſaturatis, quam Vegetabilia acria.

10 In ſubjectis tamen Phlegmaticis commode reliquis remediis admiſcentur.

11 Siſtentia nunquam exhibeantur, niſi materia antea probe præparata & evacuata fuerit & Febre declinante, ſive quando Paroxyſmi & leviores & breviores fiunt.

12 Si vero nimis mature exhibentur, graviora Febres ſequuntur mala, Oedemata, Hydropes &c.

13 Ventriculum roborantia remedia, inpr. acria & calida, ſi præpoſtere uſurpantur, ad Hecticam diſponunt.

14 Tumores pedum niſi legitimo modo tractentur facile degenerant in Hydropem: optima hic remedia ſunt, abſtinentia a nimiis cibis, motus corporis moderatus, incidentia & reſolventia mitiora cum blandis laxantibus.

15 Si Febris hæcce degenerat in lentam, Extracta amara, Infuſa & Pilulæ Becherianæ optime conveniunt ad revocandam Febrem: vitanda tamen ſunt remedia nimis acria inpr. vero volatilia, quoniam morbum exaſperant.

16 Arſenicum purum quocunque etiam modo occultetur, nunquam eſt remedium boni viri an vero ita corrigi queat, ut revera fiat ſpecificum, iis relinquo, quibus major quam mihi in talia data eſt poteſtas.

17 Superata Tertiana vitetur abuſus ciborum ac aer frigidus & humidus.

CA-

CAPUT XXVI.

DE

Febre Tertiana notha sive anomala & maligna.

I. *Definitio.*

1 FEbris Tertiana notha est species Febris intermittentis in qua Natura materiam quandam noxiam in primis viis & interdum in Massa sanguinea hærentem expellere & simul quoque vitium quoddam sanguinis corrigere nititur.

2 Maligna vero est, quæ quidem typum tertianarium, sed simul materiam malignam conjunctam habet, quam Natura per motus febriles expellere conatur.

II. *Differentia.*

1 A *Tertiana legitima*: per signa superius recensita & hic paulo infra recensenda.

2 Ipsa *Febris anomala*, differt diversis gradibus:

a Nam primo est tantum simpliciter anomala, ita ut cum Tertiana vaga quoad maximam partem habeat convenientiam.

b Nonnunquam vero symptomata gradu ordinaria & legitima longe superant & insignem fatigationem post se relinquunt, quæ etiam die intermissionis continuat.

c Ordinarie autem horror est brevis & mitis, æstus vero ultra consuetum terminum extenditur.

d Nonnunquam mali est moris & ad efflorescentias inclinat.

III. *Signa*

1 *Anomalæ*:

a Invadit ordinarie uti Tertiana legitima cum horrore.

b Quem præcedunt quoque alia signa, contractio dorsi spastica, aliaque superius recensita.

c Hic tamen horror brevi tempore finitur, imo interdum prorsus superficiarius est.

d Adest quoque Nausea, quæ tamen rarius in actuales vomitus erumpit: aut etiam actualis vomendi conatus adsit, nihil tamen excernitur.

e Horrorem statim excipit æstus insignis, in quo symptomata omnia sunt graviora, quam in Tertiana legitima.

f Æstus hic fere similis est calori acutarum & ad decem, duodecim, imo viginti horas & diutius adhuc se extendit.

g Æstus utpl. est aridus cum siccitate linguæ, gravi capitis dolore &c.

h Sudores vel sunt nulli vel inordinati, ita ut ægroti nullum exinde sentiant levamen.

i In subjectis humidioribus sudores sæpius sunt admodum largi, sed ægrotos insigniter debilitant.

k Post Paroxysmum nullam prorsus sentiunt refocillationem ægrotantes, sed summa lassitudo cum siti, capitis dolore, agrypnia &c. urgent.

l Ipsi Paroxysmi ordinarie nullum statum tempus observant, sed modo summo mane, modo interdiu, modo noctu affligunt.

m Et si leviſſimus in Diæta error accedit, Paroxysmi facile duplicantur, ita quidem ut finito uno alter statim incipiat.

n Paroxysmi quoque progrediente morbo non sunt æquales, interdum enim hic est admodum mitis, alter vero graviſſimus.

o Numerus quoque Paroxysmorum nullam hic habet legem, uti in Tertiana legitima, ubi Febris legitime procedens vel ante septimum Paroxysmum, vel paulo post eum profligari potest, hic autem numerus est plane indefinitus & ordinarie Febris ad aliquot septimanas & amplius se extendit.

p Morbo finito languor adhuc diu ægrotos affligit, & non nisi elapso multo tempore vires recuperant.

2 *Maligna*. Vid. *Histor. Morb. Urat. Tom. II. p.* 134.

a Invadunt quoque circa meridiem cum horrore sed non adeo gravi.

b Quem excipit æstus satis lenis.

c Qui tamen statim cum insigni lassitudine & virium prostratione junctus est.

d Etsi autem mitis sit diutius tamen protrahitur & ad quintam vel sextam horam sequentis diei se extendit.

e Pulsus in Paroxysmo semper summe est languidus.

f Circa dictum tempus hora scil. sexta secundi diei Febris cessat & plenarie intermittit.

g Quamvis autem hæcce contingat, nihilominus maxima virium prostratio supereſt, & artus omnes quasi confractos esse ægroti conqueruntur,

h Tertio die versus vesperam levis quidam horror dorsum percurrit.

i Quem magnus statim sequitur æstus, qui per totam noctem usque ad octavam vel decimam quoque horam durat.

k Et sic denuo sequitur vera Febris intermissio.

l Sequentibus tribus aut quatuor diebus æstus, debilitas, virium prostratio cum reliquis symptomatibus augentur.

m Lingua toto morbi cursu muco viscido (albo plerumque) est obducta.

n Nausea graviſſime urget.

o Quam etiam in quibusdam vomitus sequuntur.

p Alios vero inanes vomendi conatus, quam maxime torquent cum insigni Cardialgia.

q Alii animi deliquiis corripiuntur.

r Adest quoque continua inappetentia & nausea ciborum.

s Sitis quamvis sit ingens non tamen est clamosa.

t Primis tribus aut quatuor diebus dolor capitis admodum urget, qui tamen postea aliquo modo imminuitur.

u Agrypnia adest continua nullis cedens remediis.

x Urina in principio morbi est fere naturalis, in incremento tamen fit saturate rubra & in statu plerumque turbida est.

y Alvus ordinarie est adstricta.

z Interdum Purpura sub maximis anxietatibus & jactigationibus erumpit.

aa Hæc tamen symptomata pro diversa annorum & temporum constitutione quam maxime variant.

IV. *Subjectum.*

1 *Tertianæ anomalæ.*

a Omnes illi qui alias Tertiana corripi solent.

b Præ ceteris tamen Plethorici.

c Ut & ii, quorum sanguis multis impuritatibus scatet.

d Labe visceris cujusdam incipiente laborantes.

2 *Malignæ.*

a Hæc nulli parcit ætati, sed ubi epidemice grassatur, omnis generis homines corripit.

b Magis tamen adolescentes, juvenes & viros, quam senes & pueros.

c Frequentius quoque viros quam feminas affligit.

d Præ ceteris ea corripiuntur homines sensibiles, ad iram proni & meticulosi.

e Maxime quoque proni sunt ad eam Plethorici & Cacochimici.

V. *Prognosis.*

1 *Febris Anomalæ*:

a Tertiana anomala per se quidem nullum vitæ periculum infert, longe tamen gravius semper affligit, quam legitima.

b Nisi Diæta exacte servetur & perite tractetur

hæc

hæc Febris facile degenerat in Febrem continuam.

c Ordinarie Febris hæc diutius durat, quam Tertiana legitima.

d Nonnunquam, si debita Methodo tractatur, transit in Tertianam legitimam, quod optimum est.

e Quo magis calidis tractatur, eo certius vel in Febres inflammatorias, vel Hecticam transit.

f Id quod etiam contingit, si sacrum illud remedium China Chinæ ægrotis exhibetur.

g Sudores mature in hoc morbo erumpentes morbum leviorem reddunt.

h Nimii autem & coacti ægros admodum debiles reddunt, & ægri diu post morbum etiam superatum languere coguntur.

i Neglecti vero aut suppressi æstum cum omnibus symptomatibus augent ac viam ad continuitatem sternunt.

2 *Febris Malignæ*:

a Tertiana hæc maligna admodum rara est, ita ut etiam plures eam negaverint: interim tamen Peste ingruente, imo etiam sine ipsa a non paucis observata fuit.

b Uti omnes malignæ insigni periculo non vacant, ita quoque hæc facile ægrotos jugulat.

c Periculum tamen hic tantum non est ac in aliis malignis stricte sic dictis, de quibus superius actum fuit.

d Semper tamen respiciendum est ad constitutionem epidemicam, uno enim anno plus periculi involvit, quam in altero.

e Quo magis est contagiosa, eo majori etiam periculo exponit ægrotantes.

f Quo magis vires sunt prostratæ & actiones rationales sunt turbatæ, eo periculosior est status.

g Continuæ jectigationes in lecto graves Cardialgiæ, & Lipothymiæ cum deliriis, pessimum quoque indicant statum.

h Petechiæ aut Purpura præmature in hoc morbo erumpentes semper pejoris sunt indolis, quam si tardius prodeunt.

i Alvus adstricta morbum semper graviorem, aperta vero leviorem reddit.

k Febres legitime tractatæ hæ post septimum diem interdum acquirunt iterum sensibiles intermissiones & mutantur vel in Tertianas, vel in Quartanas degenerant.

VI. *Remedia.*

1 Temperantia: Lap ♋. Matr. Perl. Conch. Citrat. aliaque Absorbentia acido quodam saturata. Nitr. depur. regenerat. ♁iat. Perlat. Tart. Vitriolat. Arcan. dupl. Succ. Citr. Rob. Cydon. Ceras. acid. Rib. Berb. Sirupi aciduli Tinct. Rosar. Bellid. Clyss. ♁ii. Spir. Nitri, Vitrioli Emulsiones.

2 Diapnoica: ♁ diaphoret. Bezoard. mineral. Reg. ♁ii medicinal. Ess. alexiph. Scord. Pimpin. alb. Mixt. simpl. Tinct. Bezoard. parum camphorata. Infusa calida ex Plantis & Radicibus moderate bezoardicis.

3 Symptomatibus prospicientia: Clysteres, lenia laxantia, Emulsiones aliaque temperantia, confortantia sive Analeptica, blanda sopientia externa, quieta continentia in lecto, bonum regimen, rationalis Methodus.

4 *Primas vias roborantia*: Amara, blanda Adstringentia. &c. Vid. *Tab. præced.*

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans.

℞. *Conch. citr.* *Cinnab.* ♁ii. ℈i. M.
Matr. perl. *Div. in 6. p. æq.*
Nitr. depur. a. ℈ij. *D. sing. 4. horis.*

2 Potiuncula temperans.

℞. *Aq. Borrag.* *Tinct. Rosar.* ℥ij.
Buglos. *Succ. citr. rec.* ℥ß.
C. C. citr. a. ℥ij. *Sir. ceras. acid.* ℥j. M.
Lap. ♋. ℥j. *D. cochl. ii. iij.*

3 Alia simul analeptica.

℞. *Aq. Scorzon.* *Rob. Cydon.*
Ceras. nigr. *Berb.*
Naph. a. ℥ß. *Ceras. acid. a.* ℥iij.
Cinnam. cydon. ℥j. *Sir. Granat.* ℥vj. M.
Succ. citr. rec. ℥ß. *D. ut antea.*

4 Pulvis diapnoicus.

℞. ♁ *diaph.* *Cinnab.* ♁ii *a. gr. xv.* M.
Matr. perl. *D. sing. 4. vel 5. horis 2.*
Nitr. ♁*iat. a.* ℈ij. *cusp. cultr.*
Reg. ♁*ii Medicin.*

5 Alius Bezoardicus.

℞. *Matr. Perl.* *Pulv. Bezoard. Senn.*
C. C. philos. ℈ij. M.
♁ *diaph. a.* ℥ß. *D. ut antea.*

6 Potiuncula diapnoica.

℞. *Aq. Galeg.* *Conch. citrat.*
Scord. *Nitr.* ♁*iat. a.* ℥ß.
Scorzon. *Extr. Chacavill. gr. vj.*
Ceras. nigr. a. ℥j. *Sir. contraj.* ℥ß. M.
Bezoard. min. *D. sing. 3. vel 4. hor. cochl. ij.*

7 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Essent. Alexiph.* ℥ij. *D. 30 gutt. mane & versus meridiem.*
Scord.
Pimp. alb. ā. ℥j. M.

8 Infusum diapnoicum.

℞. *Herb. Scabios.* *Diptamn.*
Galeg. *Vincetox. a.* ℥ß.
Bellid. ā. mj. *Inc. infund. ni Aq. fernt*
Thee a. ℥ij. *sumatur calide.*
Rad. Pimp. alb.

VII. *Methodus medendi.*

1 *Febris anomalæ*:

a Febris anomala respectu remediorum fere eadem exposcit remedia ac Febris Tertiana legitima, majori tamen cum circumspectione hic usurpanda sunt.

b Quare primo exhibeantur Præparantia & Temperantia, ut æstus ad continuitatem vergens ita temperetur, ne Febris continua sequatur.

c Ipsa autem temperantia non nimis diu usurpentur, sed mature ipsis admisceantur Diapnoica, ut diaphoresis in hoc morbo summe necessaria excitetur: hac enim præsente morbus non solum levior redditur cum symptomatibus, sed etiam breviori tempore finitur.

d Semper tamen attendendum est ad Paroxysmos & remedia, partim ante eum, partim in ipso convenienti Methodo exhibenda sunt: hoc enim neglecto frustranea sunt omnia.

e Si vero Paroxysmi sunt ita vagi, ut prorsus nullum ordinarium observent tempus ad Paroxysmos solum attendendum est, & iis finitis, partim præparantia sola, partim alexipharmaca lenia exhibenda sunt: ita tamen ut Alexipharmaca reliquis remediis semper interponantur.

f Talia Alex. dicta Methodo convenienti usurpata insignem habent usum, quatenus sanguinem penetrando, id quod in Massa Sanguinea hæret, & continuitati ansam præbet, sensim removent.

g Si sudores erumpere incipiunt, quieta in lecto continentia & potus calidus frequenter haustus ad ejus continuationem optima sunt remedia.

h Alvus uti sæpius est clausa sive adstricta admittit usum Clysterum aut blandorum laxantium, inpr. die intermissionis exhibitorum.

i Hæc omnia si probe observentur, Febris anomala vel perfectum exhibebit typum tertianarium, facile per remedia convenientia superandum, vel successive, fluentibus rite sudoribus, cessabit.

2 *Febris malignæ*.

a In Cura hujus Febris respiciendum est potissimum ad genium ejus, an scil. sit constitutio epidemica & cujusnam indolis sit malignitas Febris.

b Si constitutio est epidemica ante omnia viden-

dum est, quænam remedia ægroti commode ferant, & quænam Medendi Methodus ipsis conveniat.

c In genere tamen in principio & progressu morbi exhibeantur blanda Diapnoica cum Alexipharmacis.

d Quibus, si necessitas id exigit, blanstum laxans præmitti potest, quod admodum proficuum, vid. *Neveranzius de Purpuræ curatione* p. 413. deprehenderunt Medici Uratislavienses.

e Quoad Bezoardiea & Alexipharmaca illa constent ex diapnoicis fixis bezoardicis & Nitro, dentur si intermissio aliqua observatur, in Paroxysmo interpositis humectantibus & analepticis & in declinatione Essentia alexipharmaca Stahlii cum Ess. Scordii mixta.

f Eadem etiam Bezoardica cum Nitrosis una vel altera hora ante Paroxysmum cum fructu exhiberi possunt, quoniam humores disponunt, ut sudor postea eo facilius sequatur.

g Quando vero vel nulla vel obscura observatur intermissio, Essentia modo laudata detur bis tempore antemeridiano, hora scil. quinta & undecima: Pulveres vero bezoardici hora quarta pomeridiana & nona vespertina.

h Et hæc remedia tam diu continuanda sunt, donec iterum sensibiles observentur intermissiones ac morbus sensim sensimque ad finem tendat.

i Tranquillitas etiam in lecto ægrotis post sumpta remedia semper commendetur, ut sudor eo melius erumpere queat, ab hoc enim ægroti salus dependet.

k Finito morbo non statim desistatur a remediis, sed Essentia alexipharmaca aliquandiu adhne continuetur mane scil. & vesperi, cui, si ægroti adhuc sunt admodum debiles, Analeptica jungantur cum gelatinosis aliisque nutrientibus.

l Tandem detur blandum laxans, cujus ope si forsan sordes in primis viis hærent, eæ removeantur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 *Febris anomalæ*:

a In tota cura hujus Febris cautissime procedendum alias enim facillime in continuam degenerat.

b Morbum autem huncce quam maxime turbant, sacra illa Universalia, quæ secundum Methodum multorum in Febribus aliisque morbis specificis Lapid. scil. ♌ C. C. Philos. Terr. sigill. ♁ diaph. aliisque hujus generis præmitti solent.

c Quemnam usum Vomitoria hic habeant, ipsa sana ratio dictitat: scil.

1 Materiam in hisce Febribus jam satis agilem in actum deducunt, ut eo facilius corpori nocere queat; si materia esset aliquo modo correcta, posset aliqualis excusatio locum habere, crudam autem cum impetu evacuare velle, contra rationem & experientiam est.

2 Vires statim ab initio frangunt, ita ut Natura morbo ferendo impar sit.

3 Magnas turbas excitant in Massa Sanguinea, & Naturam a scopo suo, quem h. l. intendit, revocant, ita ut postea vel nulli vel insufficientes sequantur sudores, qui tamen in hoc morbo maxime necessarii sunt.

4 Omnia symptomata inpr. Cephalalgiam, graviora reddunt.

d Idem judicium ferendum est de Purgantibus, præsertim si acriora fuerint, si scil. e. g. Cerberus triceps sive Pulvis trium diabolorum ad ʒß. cum Tart. emet. gr. ij. iij. mixtus præscribitur; quæ quidem remedia apud ignarum vulgus, quod de præstantia remedii ex numero sedum judicium fert, magnæ sunt fidei, Medici autem talia Agyrtis & Circumlatoribus relinquunt.

e De Venæsectione non opus est ut multa dicamus, quoniam alibi jam locuti sumus de ejus abusu & vero usu, sufficit saltem innuisse, in tali Febre nullam esse indicationem quę eam urgeat.

f Remedia calida alexipharmaca hic quoque summe sunt noxia, quatenus æstum quam maxime augent, Inflammationes excitant, aut Purpuram miliarem producunt. Interim tamen modernis temporibus, ubi quivis morbi, quorum legitima diagnosis aliquo modo difficilis est, aut ubi vel anomala vel gravia symptomata occurrunt, pro malignis habentur, ad hæc remedia statim confugiunt Medici, eaque largioribus dosibus cum volatilibus mixta exhibent, quo autem de fructu mortui testantur.

g Abstinendum quoque est in hisce Febribus a nimiis refrigerantibus & incrassantibus, hęc enim sudorum excretionem impediunt, unde postea in lentas mutantur, quę non nisi elapso diuturno tempore cum magno labore curari possunt.

h Reliquas Cautelas tam quoad regimen, quam quoad Dietam, prudens Medicus secundum circumstantias occurrentes ipse annotare & noxia prevenire poterit.

2 *Febris maligna*:

a In hac Febre propter complicatam malignitatem majori adhuc circumspectione opus est, quare Medicus ad omnia probe attendat, nec se facile seduci patiatur.

b Vomitoria non præscribat, nisi forsan constitutio epidemica & factæ jam experientiæ eorum usum suadeant, quando scil. malum est a contagio per salivam communicato & in Ventriculo magnas molestias excitat: positis enim talibus circumstantiis Vomitoria sæpius admodum proficua fuisse, Observationum Scriptores testantur: sed sint semper leniissima & in primo statim principio exhibeantur: sed cum Medici rarius in principio vocentur, tempus talibus remediis utendi utplurimum præterlabitur.

c Quoad Purgantia ea studiose, inpr. fortiora, vitet, sufficiunt, si necessitas aliquid utendum suadet, leniissima laxantia.

d Venæsectio uti in nulla Febre maligna aliqualem usum habet, sed potius insignia damna infert, ita & hoc loco studiose fugienda est.

e Quo lenior est Methodus in hac Febre, eo magis ab omnibus alexipharmacis, volatilibus aliisque commoventibus abstinendum est. Reliquas Cautelas vide supra sub morbis malignis.

Caput XXII.

De

Febre Quartana,

I. *Definitio*. Quartana est species Febrium intermittentium qua Natura quarto quovis die materiam quandam noxiam circa viscus quoddam hypochondriorum hærentem, per motus auctiores corrigere & expellere & læsionem dicti viscris prævenire nititur.

II. *Differentia*.

1 Quomodo a reliquis intermittentibus differat, ipsa nomina docent.

2 Alia est *simplex*, alia continua de qua inferius peculiari Tabula.

3 Alia porro est *simplex*, quæ quarto quovis die affligit, alia *duplex*, alia *triplex*, de quibus seq. Tabulæ.

III. *Signa*.

1 Invadit ordinarie tempore autumnali, si vero alio tempore observatur, sunt adhuc reliquiæ Quartanę prægressæ.

2 Antequam ægrotos corripiat, sentiunt insignem corporis languorem.

3 Postea affligit cum insigni frigore more aliarum Intermittentium, non tamen adeo horrent ægrotantes, sed potius rigent: quamvis in non paucis observaverim tantum horrorem cum tantis artuum succus-

cuſſationibus, ut totus lectus exinde commotus fuerit.

4 Frigus hocce invadit ordinarie ab hora ſecunda pomeridiana & ad duas horas ſe extendit.

5 In hac Febre nec Vomitus, niſi Ventriculus cibis malæ digeſtionis oneratus ſit, obſervatur.

6 Calor hic tantus non eſt ac in reliquis intermittentibus, unde etiam ſymptomata non adeo urgent.

7 Dolor enim capitis ſaltem eſt obtuſus cum perturbatione capitis vertiginoſa.

8 Æſtus hic non eſt diuturnus & ultra ſex horas vix ſe extendit: imo morbo progrediente una vel altera hora abſolvitur.

9 Æſtus quoque ordinarie eſt ſiccus & aridus, unde etiam rariſſime ſudor poſt eum erumpit. Obſervavimus tamen in multis, præcipue junioribus & temperamenti humidioris, copioſos ſudores poſt ſeptimum vel octavum Paroxyſmum, qui etiam in quibuſdam per integrum menſem ſingulis noctibus erumpebat, ita ut induſia ter, quater mutare cogerentur.

10 Alvus utpl. eſt clauſa & adſtricta.

11 Finitur hoc modo Paroxyſmus & quarto quovis die redit, remanet tamen ſæpius inſignis laſſitudo totius corporis, ipſa oſſa quaſi penetrans: quamvis non pauci dentur, qui ſuperato Paroxyſmo de nulla prorſus moleſtia conquerantur, ſed ad priſtinos labores ſtatim redeant.

12 Appetitus in hac Febre ſæpius eſt admodum laudabilis ita ut ſanorum nullo modo cedat: nonnunquam etiam nimis, quam par eſt auctus eſt: imo interdum etiam in ipſo Paroxyſmo ægri inſignem habent appetitum, qui ad voracitatem uſque ſe extendit. Novi hic loci fabrum lignarium, qui cum uxore ſua Quartana correptus erat: hi tempore Paroxyſmi panem recentem & calidum anxie deſiderabant, & cum aliquoties ab adſtantibus ipſis concederetur, integrum ſex librarum panem cum ſummo appetitu devorabant: tandem tamen partim morali diſcurſu, partim convenientibus remediis a chronico hocce malo liberabantur.

IV. *Subjecta.*

1 Morbus hicce frequentius affligit viros & ſenes, quam juniores, in quibus aliquo modo rarior eſt.

2 Prorſus tamen ab eo non immunes vivunt, ſi multos in Diæta errores commiſerint, & poſtea tempore autumnali injurias aeris externi experti fuerint.

3 Infantes omnium rariſſime vel prorſus non corripiuntur, niſi forſan epidemica conſtitutio aliquid contulerit.

4 Feminæ hyſtericæ multa incommoda in viſceribus Hypochondriorum paſſæ.

5 Menſium ataxia laborantes.

6 Ut & Hypochondriaci ac Hæmorrhoidarii propter debilitata hypochondria.

7 Homines ſanguinis ſpiſſitudine laborantes.

8 Quibus conſuetæ excretiones humorum male procedunt.

9 Viſcerum debilitate in abdomine laborantes.

10 Multum pituitæ ſive materiæ viſcidæ in ſanguine habentes.

11 Vitam ſedentariam amantes & ſpeculationibus nimium dediti.

12 Mœrore & triſtitia ſæpius affecti.

13 Diæta cruda abutentes.

14 Quibus aliæ Febres intermittentes male curatæ fuerunt.

15 Inpr. vero ad eam inclinant Melancholici, & qui de eorum temperamento multum participant.

16 Corpus calidum inpr. vero abdomen in aere frigido & humido, qualis eſt Autumnalis, refrigerantes.

17 Interdum etiam hac Febre corripiuntur homines ſi ulcera antiqua ipſis conſolidantur, aut ſcabies retropellitur.

V. *Prognoſis.*

1 Febris hæc legitime decurrens & conveniente Methodo tractata per ſe quidem non eſt periculoſa, ait ubi error committitur, alii ſequuntur morbi, qui lentum quidem, ſed funeſtum habent exitum.

2 Quartana merito pro Medicorum ſcandalo habita fuit, quoniam, etiamſi optima Methodo utaris nihilo minus admodum diuturna eſt: ægroti enim diuturnitatis pertæſi raro exactum ſervant vitæ regimen: ubi vero bona Methodus & bonum regimen concurrunt, poteſt etiam breviori tempore curari, niſi jam labes viſceris ſubſit.

3 An vero juxta computum Sydenhamii ſemper ſex menſes requirantur ad perfectam curationem, merito dubitatur, ſi enim experientiam conſulimus ea contrarium ſuadet, dum multi elapſo ſaltem unico menſe perfecte curati fuerunt: quæ autem poſtea ſequuntur recidivæ, eæ potius malo regimini & ægrotantium meticuloſitati adſcribendæ ſunt: præparetur ſolummodo materia debito modo, & commode e corpore evacuetur, & ſic omnia bene ſe habebunt. Ubi tamen denuo merito excipitur labes viſceris.

4 Si ver eſt humidum & pluvioſum aut ſi Autumno eſt ſimilis ac tertianæ plures affligunt homines, Quartana quoque non adeo eſt rara, ſed ſubjecta diſpoſita invadit.

5 Autumnales tamen Quartanæ ſemper curatu ſunt difficiliores, quam Vernales, quatenus Autumnales ſæpius ad vernum uſque tempus durant, quo tempore demum curantur: frigus enim hybernum humores condenſat, adeoque neceſſariam cauſæ morbificæ reſolutionem & excretionem impedit: tempore autem vernali, ubi ad ſerenitatem & calorem aeris humorum naturalis fit depuratio, curatio longe facilior eſt.

6 Quamvis reliquæ Febres, etiam graviſſimæ, non raro ſponte ſine concurſu Medici curentur, Quartana tamen rariſſime a Natura ſola curata legitur: imo quo altius agit radices, eo minus tam per Naturam, quam per artem tolli poteſt.

7 Quoniam in Quartana rariſſime ſpontaneæ occurrunt excretiones, hinc etiam curatio tam difficilis & morbus adeo diuturnus eſt: omnes enim Febres, ſi ſalutariter procedere debent, amant excretiones & ſine hiſce non ſolvuntur.

8 Quartanæ præ ceteris recidivæ maxime obnoxia eſt, quod inpr. contingit, ſi præmature per Chinam Chinæ ſiſtitur, aut ægroti appetitui nimium indulgent.

9 Quoniam Natura in hac Febre lento gradu procedit, ideo etiam fortiora evacuantia, vomitoria, Purgantia, Volatilia &c. reſpuit, quatenus talia remedia vel morbum diuturniorem reddunt, vel labem viſceris metuendam inducunt, vel Febrem in continuam aut Lentam vel Hecticam convertunt.

10 Quartana illegitime tractata facillime Scirrhos vel Hepatis, vel lienis, quod utpl. fit, poſt ſe trahit.

11 Imo non raro Oedemata pedum, in Hydropem degenerantia, Tuſſes ſiccæ chronicæ, Aſthmata, utpl. incurabilia, ſequuntur.

12 Nonnumquam, ſi legitime procedit ac prudens methodus adhibetur, ſalutaris quoque alias ſequitur effectus, dum prægreſſi Hypochondriaci affectus tolluntur.

13 Tumores œdematoſi Quartanam ſequentes admodum ſunt pertinaces & hoc ipſo indolem Febris ſequuntur, quare remedia incidentia & reſolventia cum lenibus laxantibus diu continuanda ſunt.

14 Quæ autem præſente adhuc Febre occurrunt, facilius ſolvuntur, quatenus motus febriles aliquid ad eorum diſſolutionem contribuunt.

15 Si Quartanæ per præmaturum uſum Chinæ Chinæ ſuppreſſæ fuerunt, & ſequuntur pedum œdemata, eo difficilius curantur & eo facilius in Hydropem degenerant.

16 Scirrhi poſt Quartanam ſemper mali ſunt ominis, quamvis enim diu ſubſiſtant, & nullas adeo magnas moleſtias creent, certiſſime tamen poſt ſe trahunt gravia ſymptomata Hecticam, Hydropem &c.

17 Si Febris denuo recrudeſcit, quod tamen raro contingit, tales Scirrhi recentiores, concurrente convenienti Methodo, interdum ſolvuntur.

18 Si autem ſunt inveterati, res utpl. deſperata eſt, quoniam remediis Scirrhos reſolventibus deſtituimur.

19 Scirrhum recentem a Quartana relictum, sed adhuc recentem per Febrem acutam cui Petechiæ superveniebant, solutum fuisse observavimus.

20 Quo magis appetitus urget in Quartana & ægroti eidem indulgent, eo diuturnior fit Febris.

21 Scabies humida sæpius boni est ominis in Quartana quando nimirum causa morbifica ad peripheriam corporis deponitur: sicca autem cum Cachectico corporis habitu mala est.

22 Ictherus Quartanæ superveniens rarius est boni ominis, hepatis enim labes subest.

VI. *Remedia.*

1 Incidentia & Resolventia, tam mineralia quam vegetabilia: Salia neutra Tart. Vitriolat. Arcan. duplic. Nitr. ☽iat. Salia fixa vegetabilium, Sal Cent. min. Absinth. Geniſt. Onon. Card. benedict. Liq. Terr. fol. Tart. Tart. solub. in Infus. aut Decoct. pro ordinario, Omnes Radices & Herbæ incidentes, præcipue vero amaræ: Rad. Gentian. Caryophyll. Pimpinell. alb. Vincetox. Ari. Galang. Zedoar. Herb. Cent. min. Card. bened. Absinth. Fumar. Trifol. Fibr. Gummata quoque resolventia, Essentiæ ex Radic. & Herb. incidentibus & amaris, Pilulæ ex Extractis amaris & Gummatibus paratæ, Becherianæ, Stahlianæ &c. Potus & motus sufficiens.

2 Alvum apertam servantia & materiam præparatam successive evacuantia: uti sunt Infusa ex Radicibus & Herb. modo dictis ac laxantibus præparata cum Melanagogis præcipue Rad. Helleb. Pilulæ incidentes & laxantes, quales sunt Tartareæ, de Ammoniaco, aut modo allegatæ Becherianæ, aliaque juxta hunc modulum paratæ.

3 Viscera infimi ventris roborantia: uti sunt præter supra laudatas Rad. & Herb. Stomachica & Carminativa moderate Essentiæ & potissimum Extracta ex iisdem parata, Tinct. ♂t. Ludov.

4 Motus febriles sistentia: Crocus ♂t. ☽iatus D. Stahlii. Pilulæ Wildeganſii, ut & Pulvis Chinæ Chinæ in Electuariis vel Infusis cum aliis exhibitus: Amuletica & alia interna &c.

Formulæ Remediorum,

1 Pulvis incidens & resolvens.

℞. *Tart. Vitriolat.* *Lap. ♋. ℔.* ʒß.
Sal absinth. *Div. in 4. p. æq.*
Rad. ari. ppt. M. *D. ſing. 6. horis.*

2 Tinctura incidens.

℞. *Tinct. ☽ii acr.* ʒij. *D. 30. gutt. pro doſi.*
Eſſ. Pimpin. alb. ʒj. *M.*

3 Infusum incidens.

℞. *Rad. Gentian. r.* ʒß. *Cort. ☉nt.*
Galang. *Citr. ℔.* ʒij.
Ari. ℔. ʒij. *Winteran.* ʒiß.
Herb. Cent. min. *Tart. ſolub.* ʒiij.
Card. bened. *Inciſ. infund. in Vin. alb.*
Capill. ♀. ℔. *iv. D.* ʒvi. *pro doſi.*
*Fumar. ℔. m*ß.

4 Pilulæ resolventes & aperientes.

℞. *Gumm. Ammon.* *Card. bened.*
Heder. *Aloes Gummoſ. a.*
Junip. ℔. ʒj. ʒß.
Extr. Helleb. nigr. *Tinct. Tart. q. ſ. M.*
Cent. min. *F. Maſſa.*
Fumar. *D. 15. 20. 25. pro doſi.*

5 Aliæ.

℞. *Pil. Tartar.* ʒj. *D. 20. pro doſi.*

6 Infusum laxans.

℞. *Rad. Pimpin. alb.* *Fol. Srrm. ſ. ſ.* ʒvj.
Vincetox. *Fibr. Hell. nigr.* ʒiij.
Onon. a. ʒiij. *Cort. ☉nt.*
Ari. ʒij. *Tart. ſolub. a.* ʒij.
Herb. Epithym. *Inciſ. infund. in ℔. iv.*
Cuſcut. *Vini. D. mane* ʒvj.
*Cent. min. a. m*ß.

7 Pilulæ Purgantes.

℞. *Extr. Hell. nigr.* *C. Elix. P. P. F.*
♀ dulc. a. gr. XII. *Pil. D. pro 1. doſi.*

8 Tinctura tonica.

℞. *Tinct. ♂t. Lud.* ʒß. *D. mane et veſperi 40. gut.*

9 Alia.

℞. *Eſſ. Abſinth. comp.* ʒß. *D. 30. gutt. bis per diem.*

10 Alia.

℞. *Eſſent. Gent.* *Cent. min. a.* ʒij. *M.*
Pimpin. alb. *D. ut antea.*

11 Pulvis leniter ſiſtens.

℞. *Tart. Vitriolat.* *Rad. Ar.* ʒj. *M.*
Cort. Chacarill. *D. ſing. 4. horis 2. cuſp.*
Chin. Chin. ℔. ʒij. *cultis.*

12 Electuarium febrifugum.

℞. *Conſerv. Spagir. Aug.* ʒj *Sir. de Abſinth. q. ſ.*
Chin. Chin. *M. F. Elect.*
Chacarill. a. ʒiij. *D. ſing. 4. horis 2. cuſp.*
Rad. Ari. ʒij. *cultr.*
Extr. Gentian. ʒj.

13 Infusum Febrifugum.

℞. *Rad. Gentian.* ʒvj. *Tart. ſolub.* ʒß.
Ari. ʒiij. *Inciſ. infund. in vin. ſerven.*
Herb. Cent. min. ℔. *iv. linquantur prope*
Card. bened. ℔. mj. *ignem in vaſe bene clau-*
Chacarill. *ſo, ita tamen ut bullire*
Chin. Chin. ℔. ʒvj. *nequeant. Poſtea remo-*
Cort. ☉nt. *tis ab igne*
Winteran. ℔. ʒij. *D. ſing. 4. hor.* ʒiij. ʒiv.

VII. *Methodus medendi.*

1 Si ulla Febris est pertinax hæc sane est, sæpius enim Medici & ægroti patientiam exhaurit, impr. si jam inveterata est: quare ægroti mature Medici auxilium implorent, in principio enim mali, si modo convenientia exhibentur remedia, Medicus plus præstare potest, quam postea longo tempore.

2 Uti autem in Tertiana, ita quoque in Quartana digestiva versus Paroxysmum exhibita optimum edunt effectum: quare una vel altera hora ante Paroxysmum exhibeatur sal quoddam neutrum, qualia sunt Arcanum duplicatum & Tartarus Vitriolatus legitime præparatus, vel per se a ☽j. ad ʒß vel cum Sale fixo, quod tamen non adeo necessarium est, exhibeantur.

3 In æstu vero, quoniam mitior est, neque temperantibus neque diaphoreticis opus est, sudor enim hic minime expectandus est; sufficit potus sufficiens aliquo modo plus quam tepidus, hic enim & causam morbificam & sanguinem diluit, fluxilitatemque ejus conservat.

4 Quoniam vero hæc remedia versus Paroxysmum exhibita minus sufficiunt, hinc duobus diebus intercalaribus strenuo eo annitendum est, ut materia primo semper die per resolventia incidatur, altero vero per blanda laxantia cum incidentibus mixta evacuetur.

5 Exhibeatur itaque primo die vacuo Infusum incidens mane & circa meridiem ad uncias quatuor vel quinque, a meridie vero dentur iterum aliquot doses Pulveris digestivi in vehiculo calido, & ægroti aliquoties postea jusculo vel Infusum Herb. Thee dilutum ad resolutionem facilitandam sumant.

6 Si vero cuidam Essentiæ ex hisce vegetabilibus magis placent, detur Essent. alexipharmaca cum Scordio, cui addatur Essent. Gent. rubr. quæ itidem mane & circa meridiem exhibeatur.

7 Altero die vacuo dentur mane Infusi incidentis & laxantis unciæ sex, atque superbibantur interdum jusculo ad promovendam operationem. Eidem fini inserviunt Pilulæ Becherianæ & Stahlianæ, aut hisce deficientibus aliæ ex Gummatibus & Extractis amaris cum Extract. Helleb. nigr. paratæ.

8 Pulveres vero digestivi a meridie semper continuentur.

9 Hæc Methodus semel incepta continuo observetur, donec Febris aliquo modo remittat, ac horror cum æstu imminuantur: quod utpl. intra aliquot septimanas contingit.

10 Quo facto inquirendum est utrum Patiens diebus vacuis adhuc sentiat torporem & fatigationem corporis? quod si est, Methodus antea præscripta continuanda est:

est: quod si vero ægrotus diebus intercalaribus bene se habet & in actionibus ac laboribus suis alacris est, dentur sistentia remedia ad motus, qui in habitum degenerarunt, compescendos.

11 Huic fini inserviunt potissimum fortiora sistentia uti Cortex Chinæ Chinæ: mitius sed tutius operatur Cortex Chacarillæ verus non adeo vetustus: commode E. in hisce Febribus Chinæ Chinæ admisceri potest, vel in Electuariis, vel in Pulveribus vel in Infusis cum vino: Crocus Martis ♁iatus, Stahlii, sua laude quoque non caret, si aliquandiu continuatur, magis enim tutus est quam reliqua sistentia.

12 Oedemata quoque non raro in hac Febre occurrunt, quæ multum sollicitudinis propter summam pertinaciam Medico pariunt: cura tamen hujus affectus ita dirigenda est, ne morbo primario præjudicium inde gignatur.

13 Insignem hic usum habent, Infusa superius laudata sed mitius purgantia: meliora adhuc sunt Extracta Radicum & Herbarum talium, utpote quæ longe penetrantiora sunt simplicibus: omnium vero optimæ sunt Pilulæ Stahlianæ, quæ Extracta amara cum Gummatibus, sed legitime depuratis & modo soli Authori cognito correctis in se continent. Hæ enim Pilulæ solæ teste experientia non solum Oedemata, sed etiam tumores per universum corpus sustulerunt. Optandum sane esset, ut hæ Pilulæ majori copia in Germaniæ Provincias distribuerentur, quo Medici in casu necessitatis iisdem in multis affectibus uti possent.

14 Si Febris adhuc in vigore est & exacte Paroxysmos suos format, remedia consueta Infusa scil. vel Essentiæ supra laudatæ, tempore ante meridiano, Pulveres vero digestivi pomeridiano juxta consuetam Methodum usurpentur.

15 Si vero post Febrem sequuntur Oedemata, aliaque signa imminentis Hydropis adsunt, eo majori diligentia Pilulæ Stahlianæ, sed majori dosi, aut Infusa tam incidentia quam laxantia exhibeantur.

16 In hac Febre ægrotantes nonnunquam sentiunt sensibilem tensionem dolorificam, quam facile Infarctus lienis, ex quo postea Scirrhus gignitur, excipit: prosunt hic itidem incidentia & resolventia cum lenibus laxantibus & postea tonicis: externe vero Emplast. de Ammon. Foresti, de Cicuta, de Hyoscyamo, Emplastr. Sapon. probe Camphor.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Cum Febris hæc lento gradu procedat, vitentur omnia drastica remedia Vomitoria scil. & Purgantia: materia enim hujus Febris pauca quidem, sed admodum tenax & viscida est, adeoque per talia remedia, nisi prius præparetur & ad exitum disponatur, minime evacuari potest, sed ea potius naturam maxime debilitant, ita ut etiamsi a remediis laudabilibus adjuta vix ac ne vix quidem ad superandum morbum concurrere queat.

2 Nec etiam Venæsectio hic aliqualem habet usum, prorsus enim nihil neque ad præparandum neque ad evacuandam materiam febrilem confert.

3 Alexipharmaca aliaque positive Urinam pellentia studiose vitanda sunt, cum enim Quartana ad sudores non præcise inclinet, talia remedia insignes turbas eduntin Massa sanguinea inprimis in subjectis calidioribus & Plethoricis: alvum enim magis adstrictam reddunt, caput turbant, ac Febrem hancce vel ad continuitatem vel ad Febrem Lentam aut Hecticam disponunt.

4 Retrigerantia ut & absorbentia materiam morbificam incrassando & Hecticam, Oedemata, Scirrhos producendo nocent, quare fugiantur.

5 Quoad Diætam ea probe observetur, servetur scil. tempore æstus tranquilla continentia, vitetur aer frigidus & cibi male digestionis. Cont. etiam *Cautelæ* supra sub Tertiana traditæ.

CAPUT XXVIII.

DE

Febribus duplicatis & triplicatis.

I. *Definitio.* FEbres tales sunt Febres intermittentes potissimum Tertianæ & Quartanę partim a materiæ copia partim a malo regimine, partim a perversa medicatione originem trahentes, in quibus Natura per Paroxysmos ultra consuetum ordinem repetitos, materiam corpori molestam & noxam vel propinquiorem, vel remotiorem minitantem, expelliere nititur.

II. *Differentia.*

1 A Febribus intermittentibus respectu reduplicationis Paroxysmorum.

2 Quoad *Tertianam* ea fit *duplex*, quando scil. Paroxysmus primus tertio respectu temporis, secundus vero quarto respondet & sic porro. Observavimus tamen aliquando Febrem, quam Tertianam quadruplicem fuisse eventus docuit. Corripiebatur hic loci femina nautæ gravida Febre satis peculiari, cujus primus Paroxysmus mane hora sexta ægrotam cum horrore & insignibus vomitibus invadebat & ad horam usque undecimam durabat: a meridie hora prima alter sequebatur Paroxysmus cum iisdem vomitibus qui circa horam sextam finiebatur. Duraverat hæc Febris sub ductu obstetricis fere integrum octiduum. Vocatus deprehendebam feminam nil nisi materiam corruptam vomitu rejicere: venter gravidæ antea globosus & acuminatus planus jam erat. Cum cernerem ægrotam tot & tantos vomitus sine ulla noxa sustinuisse, suadebam lene emeticum, sed obstetrix quantum poterat, resistebat. Ea E. abire jussa & annuente ægrota præscribebam gr. XV. Rad. Ipecac. cum ℈ß. Sal Absinth. Quo summo mane circa horam quartam duodecies sine multis incommodis copiosam materiam evomebat. Paroxysmus hora sexta affligens admodum erat mitis, pomeridianus vero emanebat. Præscriptis convenientibus remediis, altero die Paroxysmus saltem unicus sine vomitibus, tandem Febris acquirebat typum tertianarium & sponte sine sistentibus cessabat.

3 Quoad *Quartanam* vero ea fit vel duplex vel triplex: priori modo si Paroxysmi primo & secundo die affligunt, tertius vero est vacuus, quartus vero & quintus sunt denuo febriles & sic porro.

4 Hoc loco tamen attendenda est differentia inter Tertianam duplicem, Quotidianam & Quartanam triplicem: sed hæcce differentia facile patebit ex supra dictis, quatenus Quotidiana tempus antemeridianum Quartana vero pomeridianum observat.

III. *Signa.*

1 Hæc per se patent, si enim quis signa Tertianæ simplicis novit, scit etiam signa Tertianæ duplicis, nam sunt eadem.

2 Quoad gradum tamen in Febrium reduplicatione symptomata augentur & sæpius graviora sunt quam in Febribus simplicibus.

IV. *Subjectum.*

1 Homines in Febribus simplicibus diætam negligentes & omnis generis cibos, malæ etiam digestionis assumentes.

2 Ad iram fortiorem & frequentiorem proni.

3 Excretionem sudoris necessariam in Tertiana per jactigationes corporis aut se frigori exponendo negligentes.

4 In Quartana nimis voraces & in aere frigido humido diutius versantes.

5 In utraque Febre nimiam causæ morbificæ copiam in corpore habentes.

6 Pariter quoque ii qui imprudenter per evacuantia & præmatura sistentia in hisce Febribus tractantur.

V. *Prognosis.*

1 Uti simplices Febres ita & hæ periculo vacant, nec facile quendam jugulant.

2 Si tamen negliguntur aut perverſe tractantur, propter mala conſectaria ſæpius non ſolum in affectus maxime diuturnos & dubii eventus, ſed etiam in funeſtos incidunt. Uti ſunt Scirrhi, Hecticæ Hydropes &c.
3 Quoad durationem ſimplices longe ſuperant, & non niſi elapſo multo tempore curantur.
4 Quamdiu in ſua reduplicatione perſiſtunt, tam diu nulla curationis ſpes eſt.
5 Si vero Tertiana duplex in ſimplicem, Quartana triplex primo in duplicem, ac deinde in ſimplicem mutatur, Febres tales ſimplices facile poſtmodum convenienti Methodo ſuperari poſſunt. Tractabam aliquando juvenem Febre Quartana ſimplici laborantem: cum vero Diætæ leges prorſus non ſervaret, primo in duplicem ac pauco elapſo tempore in triplicem incidebat. Præſagiebam Hydropem, Hecticam &c. niſi bonum vitæ regimen obſervaret: æger mortem timens tandem exacte Diætæ regulas ſequebatur; & cum convenientia remedia ſimul exhiberentur, tandem Quartana iterum in duplicem ac poſtea in ſimplicem mutabatur a qua elapſis aliquot hebdomadibus liberabatur.
6 Sudores in Tertiana, etiam duplici, debito modo prodeuntes ſemper bonæ ſpei ſunt & proximam promittunt curationem: ſudoribus enim bene procedentibus facile mutatur in ſimplicem.

VI. *Remedia.*
1 Sunt remedia ſuperius ſub hiſce affectibus ſimplicibus jam allegata digeſtiva, incidentia, reſolventia tam mineralia, quam vegetabilia.
2 Evacuantia per varia loca pro diverſitate Febrium, Purgantia lenia, Diaphoretica, Diuretica &c.
3 Tonica ſive viſcera roborantia, Radices & Herbæ amaræ, Stomachica, Carminativa &c.
4 Siſtentia: Vid. ſupra.

Formulæ Remediorum.

Hæ jam ſuperius ſufficienter traditæ fuerunt.

VII. *Methodus Medendi.*
1 Hæc eadem eſt ac in Febribus ſimplicibus, quia vero per Paroxyſmorum reduplicationem multum temporis præſcinditur, ita ut remedia non ita commode dari queant, hinc modus & tempus remedia exhibendi aliquo modo variari debent.
2 In Tertiana E. duplici verſus Paroxyſmum exhibeantur digeſtiva & reliqua uti ſupra dictum eſt & eadem remedia ſequenti die continuentur. Si evacuatione per inferiora opus eſt, & Paroxyſmus alter in pomeridianum tempus incidit, detur laxans quoddam: ſi vero uterque Paroxyſmus tempore matutino affligit, abſtinendum eſt a laxatione, quoniam operatio remedii in tempus Paroxyſmi incidit: exhibeantur E. tali in caſu Pilulæ Becherianæ veſperi.
3 Et hoc modo remedia continuentur donec duplex Febris iterum in ſimplicem tranſeat, ac poſtea ſufficienter præparata ac evacuata materia & Febre miteſcente exhibeantur ſiſtentia ſupra præſcripta.
4 In Quartana triplici & duplici exhibeantur die quo Febris affligit digeſtiva, diebus vero vacuis remedia incidentia & lenia laxantia, digeſtivi vero Pulveres, alter verſus veſperam poſt Paroxyſmum, alter vero hora nona vel decima detur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*
1 Uti in Febribus ſimplicibus circumſpectione opus eſt, ita in earum reduplicatione major adhuc attentio requiritur, ne morbi in deterius ruant.
2 Summo E. ſtudio vitentur Vomitoria, inpr. in Quartana uti ſuperius jam monitum fuit. Sunt tamen qui admodum commendant Radicem Aſari in Quartana in Infuſo aut etiam Pulvere, qua deſperatos quartanarios ſe curaſſe teſtantur. Utrum autem experientiæ multiplici hoc aſſertum reſpondeat definire nequeo, propriam enim experientiam in hac re non habeo.
3 Siſtentia in Febribus hiſce niſi prius bene præparato corpore, nunquam in uſum trahantur.
4 Ceterum Diæta exactiſſime ſervetur, hæc enim ad curationem harum Febrium multum contribuit.

CAPUT XXIX.

DE

Febre lenta.

I. *Definitio.* FEbris lenta eſt Febris corrupta modo ab intermittente, ſed rarius, utpl. autem a continua dependens, in qua Natura per motus febriles, lentos tamen, infarctum vel aliam labem viſceri cuidam a prægreſſo morbo inductam aut imminentem corrigere & labem viſceris præcavere nititur.

II. *Differentia.*
Febris lenta & Hectica a non paucis Practicis, inter ſe confunduntur, ita ut eas pro una eademque habeant, ſed revera inter ſe differunt & quidem
1 Ratione *temporis invaſionis*: quatenus lentæ adhuc aliquo modo typum prioris morbi ſervant: in Hectica autem calor continuo durat, poſt prandium tamen aliqualis obſervatur exacerbatio.
2 Reſpectu *morborum præcedentium*: Febres enim lentæ tam intermittentes, quam continuæ, vel male tractatas vel malo regimine corruptas ſequuntur, Hectica vero vomicis, viſcerum Exulcerationibus & inflammationibus jungitur.
3 Reſpectu *finis*: in Lenta enim ubi nulla adhuc eſt actualis viſceris labes, Natura per motus febriles eam ſolum præcavere nititur: in Hectica autem Natura per motus ſuos præſentem jam læſionem corrigere, quamvis utpl. fruſtra intendit.
4 Ratione *Prognoſis*: Lenta legitime tractata ſucceſſive, Hectica vero admodum difficulter vel prorſus nullo modo curari poteſt.
5 Ratione *ſyptomatum:*
a In Hecticæ primo gradu multa quidem incommoda non ſentiunt ægrotantes, in ſecundo vero & inpr. in tertio admodum urgent: in Lenta autem omnia ſunt mitia.
b In Hectica non obſtantibus optimis remediis, omnia graviora, in Lenta autem ſucceſſive mitiora fiunt.
c Hectica ad Diarrhœas inpr. colliquativas & morbum peſſimum reddentes inclinat, quod in Lenta non occurrit.
d Lenta quidem ad ſudores maxime prona eſt, ſed ad colliquativas non inclinat, uti Hectica, niſi perverſe tractetur.
6 Ratione *eventus*:
a Lenta legitimo modo tractata, ſæpius vel in Febrem præcedentem mutatur aut ſucceſſive ceſſat vel male curata in Hecticam infauſto omine degenerat.
b Hectica autem in nullum alium morbum convertitur, ſed utpl. lento gradu ad mortem ducit.

III. *Signa.*
1 Præcedunt ordinarie Febres continuæ male tractatæ, quas ſequuntur hæ Lentæ, quæ ſunt ſpuriæ continuæ indolis.
2 Æſtus ſive calor mitis vel continuo urgens, vel certis temporibus ſuas exacerbationes habens.
3 Unde ſitis lenis continuo urget.
4 Adeſt etiam, aliqualis ſiccitas linguæ, oris & faucium, quæ ſæpius, etiam materia mucida obducuntur.
5 Appetitus eſt valde languidus & ſi quid appetunt ſunt certa tantum alimenta eaque magis frigida quam calida.
6 Concurrit corporis extenuatio manifeſte in ſenſus incurrens.
7 Vires etiam in dies magis magiſque proſternuntur.
8 Pallet univerſum corpus exceptis genis, quæ rubent.
9 Pulſus eſt quidem celer, ſed languidus.
10 Somnus turbulentus eſt.
11 Caput quidem non dolet inſigniter, adeſt tamen perturbatio vertiginoſa.

12 Ma-

12 Magna quoque adeſt in ſomnum propenſio, ita ut quam primum dormire incipiant ægrotantes, inſigni ſtatim ſudore corripiantur.
13 Alvus eſt inordinata, modo liquida, modo ſicca.
14 Urina rubicundo colore eſt tincta, poſt aliquam vero moram fit turbida & deponit ſedimentum roſeum, reliqua Urina clara exiſtente.

IV. *Subjectum.*
1 Homines calidioris temperamenti & Plethorici in Quotidiana intermittente & Synocha aliiſque male & per calidiora alexipharmaca tractati.
2 Aut etiam qui æſtu urgente per remedia refrigerantia & abſorbentia, quæ ſudores maxime neceſſarios quam maxime retardant, continuo tractantur, ſanguinem inſpiſſando.
3 Patientes in Febribus acutis & intermittentibus, ubi calor maxime urget, ſudores negligentes aut jam fluentes frigori ſe exponendo, plane ſupprimentes.
4 Sæpius etiam in tales Febres incidunt, vel qui in Febribus acutis nimiam ſanguinis copiam per nares effundunt, uti id in quibuſdam obſervavimus: vel qui etiam ſani nimias ſanguinis effuſiones frequenter patiuntur.

V. *Prognoſis.*
1 Febris lenta recens, ſi legitime tractatur, facile curari poteſt, ubi vero jam inveterata eſt, inſignes Medico parit difficultates.
2 Periculo etiam per ſe vacant, ſi tamen in alios morbos tranſit, ſæpius periculoſa habet conſectaria.
3 Quo diutius tamen, exhibitis etiam convenientibus remediis, in lento ſuo gradu permanet, eo periculoſior eſt.
4 Sudores legitime fluentes nil mali portendunt, ſuppreſſi autem totum morbum pervertunt.
5 Quo magis corpus contabeſcit & vires ſupprimuntur, eo magis metuendus eſt tranſitus in Hecticam.
6 Febris lenta in Febrem prægreſſam intermittentem denuo tranſiens, nullum inſigne periculum minatur.
7 Periculoſior vero eſt, ſi denuo in Febrem mutatur acutam.
8 Si Tuſſis ſicca cum reſpirandi difficultate accedit, malum, & metuendum eſt, ne brevi Hectica ſuccedat.
9 Quo magis calor aridus cum ſiccitate & contabeſcentia & virium proſtratione invaleſcit, eo propior ad Hecticam eſt gradus.
10 Satius eſt Lentam mutari in Intermittentem aut acutam, quam Hecticam.
11 Hectica Lentæ diuturnæ ſuccedens utpl. eſt incurabilis.

VI. *Remedia.*
1 Incidentia & Reſolventia: Rad. Vincetox. Pimpin. alb. Caryoph. Ari. Helen. Herb. Scord. Bellid. minor. Veron. Heder. Terreſtr. Succ. Naſturt. Arcan. dupl. Tart. Vitr. Herb. Card. bened. Cent. min. Fumar &c. vel in Infuſis vel in Extractis ſub Pilularum forma exhibitæ. Gumm. Ammon. Heder. Junip. &c.
2 Tonum roborantia, Rad. Gent. Herb. amar. cum blandis carminativis mixtæ, Eſſent. ☉nt. Tinct. ♂tis Ludov.
3 Analeptica: Condita fructuum acidulorum, Julapia blande acidulata, vinum moderate ſumptum, cibi laudabilis digeſtionis &c.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans & diaphoreticus.
℞. *Tart. Vitr.* *Conch. citr.* ā ʒſs. *M.*
Nitr. ☉*iat.* *Dr. vin 6. p. æq.*
☉ *diaph.* *D. a meridie 2. doſ.*

2 Infuſum incidens & roborans.
℞. *Rad. Pimpin. alb.* *Summit. cent. min.*
ʒſs. *Card. bened.*
Galang. *Capil.* ♀ ā mſs.
Ari ʒij. *Cort. citr.*
☉*nt.* ā ʒij. ℔iij. *vel* iv.
Inciſ. Infund. in Vin. alb.

3 Pilulæ reſolventes & laxantes.
℞. *Gumm. Ammon. depur.* *Cent. min.*
ʒj. *Aloes Gummoſ.* ā
Extr. Helleb. nigr. ʒſs.
Fumar. *Tinct. Tart. q. ſ.*
Card. bened. *M. F. Pil. D. a 5. 20. pro doſ.*

4 Potio analeptica.
℞. *Aq. Cord. frig.* *Ceraſ. acid.* ā ʒſs.
Ceraſ. nigr. *Conſ. Alkerm.*
Borrag. *de Hyac.* ā ʒiſs.
Bugloſſ. *Sir. acetoſ. citr.* ʒj. *M.*
C. C. citrat. *D. interdum aliquot cochle-*
Cinnam. cydon. ā ʒj *aria.*
Rob. Cydon.

5 Mixtura alexipharmaca.
℞. *Eſſent. alexiph.* ʒij. *D. a 5. 30. gutt.*
Pimpin. alb. ʒj. *M.*

6 Tinctura tonica.
℞. *Tinct. ♂t. Ludov.* ʒſs. *gutt.*
D. Mane & veſperi 30. 40

VII. *Methodus Medendi.*
1 Cum Febris hæc modo ab intermittente, modo ab acuta originem trahat, hinc etiam cura diverſa eſt, & quæ alteri prodeſt, alteri nocet.
2 Si E. Febris Lenta ab intermittente male curata dependet, eo reſpiciatur ut Febris intermittens quantum fieri poteſt & quidem mature revocetur, quod in recentiori malo, ſi modo cura bene inſtituatur, facile obtineri poteſt & quidem.
a Per Radices incidentes & reſolventes ac Herb. amaras vel in infuſo cum vino ſolo, vel addendo ipſis adhuc Folia Sennæ, Helleb. nigr. Rhabarb. partim ut id, quod reſolutum eſt, evacuetur, partim ut Natura, per talia remedia excitata motus contra cauſam morbificam augeat.
b Felicius hoc adhuc præſtant Extracta amara cum Gummatibus legitime correctis, quibus addi poteſt ſtimulus purgans Extract. ſcil. Hellebr. nigr. Si vero cuipiam ad manus ſunt Pilulæ veræ Becherianæ aut Stahlianæ, illæ cito id efficient, quod alia remedia præſtare nequeunt.
c Febre hoc modo revocata exhibentur poſtea remedia alias Febribus intermittentibus communia.
d Præparandum ſcil. eſt & leniter evacuandum, viſcera ſunt roboranda per ſtomachica & carminativa ac tandem, ſi opus, motus febriles ſiſtendi ſunt.
e Sudores in hoc morbo maxime urgentes aliquo modo mitigandi ſunt, quod commode præſtant Matr. Perl. Lap. ♋ Nitr. Corall. Spech. de Hyacinth. Julepi aciduli, e Succi acid. Emulſiones.
3 Si vero ab acuta ortum traxit, ſemper reſpiciendum eſt ad indolem acutam, ut hoc modo remotis reliquiis Febris ſenſim ceſſet, quod tamen ſemper majori difficultate procedit, quam in præcedente caſu, quare.
a Tempore ante meridiano, uti in aliis acutis, detur Eſſentia alexipharmaca bis doſi ordinaria, aut etiam minori.
b Tempore vero pomeridiano exhibeantur Pulveres ordinarii temperantes ex Nitro, abſorbente ſale digeſtivo & antimon. diaphoretico hora ſcil. ſecunda vel tertia & circa veſperam.
c Alvus interea ſemper aperta ſervetur, partim per Pil. Stahlianas, partim per Infuſa leniter laxantia.
4 Si vero ab enormibus ſanguinis profuſionibus Lenta Febris producta fuerit, præ ceteris conveniunt.
a Analeptica, Mucilaginoſa, Gelatinoſa &c. vires reſtaurantia Gelatina C. C. cum Amygd. dulc. Decoct. C. C. ſaturatum cum Radicibus aperientibus, Serum lactis vel per ſe vel cum Radic. aperient. aut Herb. bellid. & parum Naſturtii coctum.

b Qui-

b Quidam etiam balnea aquæ dulcis, aliquo modo plus quam tepida commendant, ad emolliendum & aperiendum.

5 In omnibus hisce casibus tonum roborantia & analeptica, uti Tinct. ♂t. Lud. reliquis interponenda vel subjungenda sunt.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Uti in hac Febre omnia lento gradu procedunt, ita etiam, quantum possibile ab omnibus drasticis remediis abstinendum est.

2 Vitentur E. Vomitoria, utpote quæ & vires notabiliter frangunt & placidum morbi cursum turbant: si vero subjecta sunt admodum robusta & ob saburram biliosam antea in Febrem intermittentem inciderunt, quæ per convenientia remedia neque correcta neque evacuata fuit & jam multas cardialgicas anxietates patiuntur, in iis locum habent, nunquam tamen fortiora sint uti ☿ialia & Mercurialia: sufficit Rad. Ipecac. cum sale quodam fixo ac peracta operatione dentur Analeptica.

3 Idem sentiendum est de Purgantibus: etsi enim lenia laxantia certis temporibus exhibita ad alvum liberam servandam sint admodum proficua, acria tamen Purgantia corpus nimis debilitant & ad Febres continuas, disponunt.

4 Venæsectio etiam in hac Febre directe prorsus nullum habet usum, nisi Venæsectio in præcedente Febre acuta, præsente urgente Plethora, neglecta fuerit: cum fructu quoque administratur, si a consuetis sanguinis suppressionibus Febris prægressa originem traxit.

5 Abstinendum quoque est non solum a coactis sudationibus per nimis calidum regimen, sed etiam per remedia sudorifera: cum enim hæc Febris per se jam maxime inclinet ad sudores, per talia remedia nimium augentur, humores nimis commoventur, adeoque vel Febres acutæ periculosæ sequuntur, vel sudores in hecticos colliquativos degenerant.

6 Eo facilius vero talia remedia insignia excitant damna, si Volatilia ipsis admiscentur, aut alia Alexipharmaca calida.

7 E contrario quoque vitandus est abusus refrigerantium & absorbentium, quamvis enim utraque moderate usurpata, suo non carent usu, sed Febrem haudquaquam insigniter leniunt: ita abusus talium producit pedum œdemata.

8 Adstringentia remedia pariter summe noxia sunt, materiam enim morbificam magis incrassant & fibras constringendo ejus excretionem impediunt, adeoque eo promptius ad continuas Febres aut Hecticam disponunt: eo magis vero id præstant, dum sudores simul supprimunt.

9 Febrifuga & sistentia in hac Febre non facile in usum trahantur, in Lenta enim ex aucta orta maxime sunt noxia, in altera vero quæ ab intermittente originem traxit, non nisi Febre revocata post alia præmissa locum habent: Imo si Febris per se sensim imminuitur & tandem vix amplius sentitur præstat ab eorum usu abstinere.

10 Quoad Analeptica vitanda sunt spirituosa, si autem dosi minori aliis admiscentur, locum aliquo modo habere possunt.

CAPUT XXX.

DE

Febre Hectica.

I. *Definitio.* EST species Febris continuæ, sed lentæ, a Natura institutæ, ut per auctiores motus febriles, vel exulceratio in viscere quodam hærens abstergatur, vel gravior Scirrhus corrigatur.

II. *Differentia.*

1 Quomodo Lenta & Hectica differant, superius jam dictum fuit.

2 Ipsa Hectica differt ratione *graduum*.

a Primus gradus mitissimus est, ita ut ægroti, excepta aliquali corporis debilitate, de nulla adeo molesta re conquerantur. Et in tali statu patientes sæpius plures annos transigere valent: morbus tamen hecticus nunquam se revera aliis signis manifestat: & hinc etiam Medicus in hoc gradu ob defectum signorum morbum non cognoscit aut dignoscit, sufficientia quoque remedia ad præcavendum morbum exhibere nequit.

b In secundo signa Hecticæ se jam magis manifestant, ita ut morbus sine omni difficultate cognosci queat, & quamvis multi tum temporis lecto se nondum affigant, adeo tamen debiles sunt, ut vix se erectos tenere queant. Hic Febris suas sensibiles habet exacerbationes, appetitus languet, reliqua symptomata inferius recensenda concurrunt.

c Tertius gradus est, quando omnia symptomata maxime urgent, ut æger continuo lecto affixus hærere cogatur: quo in statu non solum vires quam maxime prosternuntur, sed corpus antea jam aridum indies magis contabescit, ita ut tandem vivum repræsentent sceleton ægrotantes.

d Non tamen semper hi gradus, qui interdum longum tempus requirunt, ita ut malum maxime chronicum exinde fiat, occurrunt: sed interdum præsente læsione, brevi tempore finiuntur: quod in quibusdam observavimus, qui pauco elapso tempore absolutis hisce gradibus vitam cum morte commutare cogebantur.

3 Respectu *partis affectæ* Hectica.

a Est vel *abdominalis* & hæc vel occupat.

α *Hepar*, quæ præ ceteris frequentius affligit, quando propter infarctus vel Schirros contumaces hepatis labes producta fuit.

β *Lienem*. si ob easdem causas ulcerosa in eo deprehenditur constitutio.

γ *Glandula mesenterii*: si præcedente eorum infarctu & inde dependente Atrophia vel Scirrhi insignes, vel exulcerationes in paucis vel multis glandulis productæ sunt.

δ *Renes*, quando vel ob Nephritidem veram, vel ob calculosam ulcera tam in uno, quam in utroque rene genita sunt.

ε *Pancreas*, in quo etiam interdum vel a sanguinis corruptione vel ab humoribus acribus exulceratio producitur.

ζ *Partes genitales internas*: si, propter morbi gravitatem, partes interiores exulceratæ sunt.

b Alia est *pectoralis sive pulmonalis*, quæ vel ob abscessum, vel exulcerationem vel scirrhosam constitutionem utplur. gignitur: nonnunquam tamen etiam a Tussi chronica acri originem trahit inpr. si talis tussis male tractatur.

III. *Signa*, & quidem.

1 *Communia*:

a Æstus aridus si non continuo, diu tamen affligens.

b Non tamen adeo gravis est hic calor, sed mitior.

c Post prandium aliqualem habet exacerbationem, & tunc temporis caloris augmentum potissimum in volis manuum tactu deprehenditur.

d Genæ etiam rubentes calorem auctum esse indicant.

e Comitatur calorem huncce continua siticulositas.

f Adest quoque continua oris siccitas cum saliva spumosa vel glutinosa.

g In nonnullis occurrit etiam Tussis sicca ægrotos maxime torquens.

h Dolor quidem capitis nullus vel exiguus calorem comitatur, adest tamen, dum se erigunt patientes, & perturbatio ejusdem vertiginosa.

i Cor-

i Corpus interim indies ſucceſſive contabeſcit & vires magis magiſque proſternuntur.
k Pulſus eſt celer & frequens, ſed debilis & parvus.
l Appetitus eſt languidus aut nullus, & ægroti frigida potius quam calida deſiderant.
m Somnus eſt admodum turbulentus & ægrotantes nullam exinde percipiunt refocillationem.
n Alvus ordinarie eſt irregularis, ſin vero eſt nimis liquida, magis debilitat patientes.
o Urina eſt pinguis & graveolens in quibuſdam & quidem in ultimo gradu: utpl. vero Ontii coloris cum cuticula pingui & ſedimento roſeo.
p Faſtidiunt quoque omnia & perpetuus adeſt animi languor.
q Si cauſa mali hæret in hypochondriis, ſentiunt interdum aliquod pondus modo in ſiniſtro, modo in dextro hypochondrio.
r Tandem accedunt ſudores in dies incrementa capientes, Medicis colliquativi dicti.
s Qui brevi vires maxime frangunt & contabeſcentiam promovent.
t Tandem etiam accedit Diarrhœa colliquativa.
u Cui in quibuſdam defluvium capillorum jungitur.
x Et hæcce ultima ſymptomata brevi ægrotum jugulant, præſertim quando facies accedit Hippocratica.

2 *Propria* & quidem
a Abdominalis.
α *Hecticæ hepaticæ*: quæ ſunt præter ſigna communia, Tuſſis ſicca cum reſpirandi difficultate, preſſio in hypochondrio dextro, color faciei ictericus.
β *Lienis*: in hac præter ſigna communia inſignes anxietates præcordiales ſentiunt ægrotantes cum tenſione vel preſſione in hypocondrio ſiniſtro.
γ *Renum*: frequentes dolores nephritici prægreſſi, aut renum inflammatio, præſentia adhuc pathemata nephritica, excretio vel materiæ purulentæ vel muci admodum tenacis.
δ *Partium genitalium*: prægreſſa varia pathemata Venerea, exulcerationes variæ, Gonorrhœa virulenta, poſt adhibita debita remedia nulla plenaria ſymptomatum ceſſatio, ſed continua debilitas cum conſumptione corporis.
b Pulmonalis: præter ſigna communia multa adhuc ſpecialia, quæ vid. *Cap. de Phthiſi*.

IV. *Subjectum*.
1 Homines teneræ & ſiccioris conſtitutionis facilius incurrunt febrem lentam quam ſubjecta poroſi & ſpongioſi habitus corporis.
2 Diæta calida, cibis aromatiſatis, vino & inpr. Spiritu Vini tempore matutino abutentes.
3 Animi pathematibus præcipue iræ nimium indulgentes.
4 Venere abutentes.
5 Speculationibus, Lucubrationibus & curis nimium dediti.
6 Corpori ſufficiens nutrimentum denegantes & inediam diuturnam paſſi.
7 Quibus per Purgantia draſtica, ſanguinis miſſiones fortiores ſæpius repetitas vires nimis fractæ & exhauſtæ fuerunt.
8 Menſium, Hæmorrhoidum & Hęmorrhagię narium ſuppreſſionem paſſi.
9 Qui Venæſectiones & Scarificationes aſſuetas neglexerunt.
10 Aut e contrario qui largiores profuſiones ſanguinis, conſtrictiones viſcerum paſſi ſunt.
11 Aut qui in hiſce per remedia adſtringentia male tractati fuerunt.
12 Tandem etiam Febres tam intermittentes, quam chronicas paſſi & per remedia incongrua male tractati.

V. *Prognoſis*.
1 Hectica vera ſemper periculi plena eſt, & etiamſi per convenientem Methodum ſæpius diu protrahatur, utpl. tamen ad funeſtum tendit exitum.
2 Juniores ab anno decimo octavo uſque ad trigeſimum quintum ſemper gravius affliguntur ab hacce Febre & citius etiam moriuntur, quoniam omnia ſymptomata ſtatim nimium ingraveſcunt.
3 Qui autem hancce ætatem ſuperarunt, diutius malum hocce perſerunt, ita ut in hiſce revera fiat chronicum.
4 Quoniam Natura motibus ſuis auctioribus nil ſolidi efficere poteſt, ita ars etſi concurrat, nunquam ad optatum finem pervenit.
5 Si morbi hujus cura cito inſtituatur & quidem in primo adhuc gradu, ægroti diu morbo reſiſtere poſſunt, inpr. ſi laudabilis diæta accedit. Novi virum quendam qui in Adoleſcentia ob diætam inordinatam incidebat in hanc Febrem, conſulebantur plures Medici, ſed omnia adhibita remedia fruſtranea erant. Conſulebatur tandem alius Medicus, qui nil niſi Diætam exactam & cælibatum ſuadebat, cujus conſilium cum ægrotus ſequeretur quinquageſimum attingebat annum: cibi autem ejus, uti ipſe mihi dicto anno referebat erant panis ſimilagineus, carnes vitulinæ, pullorum, columbarum juniorum & vinum Hochheimenſe ad minimum duodecim annorum, quæ omnia definito pondere & Menſura aſſumebat.
6 Si jam maxime inveterata eſt remedia prorſus nulla admittit, quicquid etiam Thraſones interdum quidam de ſuis arcanis jactitent, ſe ſcil. Hecticam & Phthiſin conſummatam curare poſſe.
7 Hectica Febres acutas inpr. inflammatorias excipiens ſemper inſigne minatur periculum.
8 Ejuſdem indolis eſt, quæ enormes Sanguinis profuſiones ſequitur.
9 Æquinoctia aliæque ſubitaneæ aeris mutationes Hecticos ſemper pejores reddunt; imo Æquinoctia & Solſtitia ipſis ſæpius funeſta ſunt.
10 Si dolor in hypochondriis maxime urget, malum eſt ſignum & mors brevi ſequitur.
11 Obſervavimus in quibuſdam Febrem hancce ultimis temporibus maxime auctam in continuam verſam & certas periodos ſeptenarias obſervaſſe, ita quidem ut die ſeptimo admodum tranquilli fuerint, melius ſe habuerint, ac de nulla alia re, quam de dolore hypochondrii dextri, conqueſti fuerint, ſed abſoluto ſeptenario tertio nihilominus moriebantur.
12 Quo magis invaleſcit corporis contabeſcentia & virium jactura, eo citius morbus funeſtum nanciſcitur exitum.
13 Quo maturius ſuperveniunt ſudores colliquativi, eo citius moriuntur ægrotantes.
14 Defluvium capillorum cum Diarrhœa colliquativa mortem præ foribus eſſe indicant.

VI. *Remedia*.
1 Primas vias abſtergentia: Arcan. duplic. Tart. Vitr. abſorbentia acido quodam ſaturata uti Conch. Citrat. Rhabarb. Manna, Magneſia, Merc. dulc. Pilul. Tart. Pilulæ ex Gummatibus, Becherianæ, Clyſteres &c.
2 Materiam purulentam in viſcere hærentem temperantia: Abſorbentia Lapid. ♋ Percar. Mat. Perl. Conch. ppt. ſæpius jam laudata incidentia ex regno vegetabili Rad. Pimpin. alb. Vincetox. Cichor. Taraxac. Helen. Gelatinoſa & Mucilaginoſa, Cremor Hordei, Avenæ, Gelatina C. C. Decoct. C. C. cum Rad. Cichor. & Flor. Bellid. &c. Gummata quoque Ammoniacum, Galbanum, Arabicum.
3 Materiam correctam ad alia loca derivantia & evacuantia: Diuretica, Decoct. Rad. 5. aperient. Serum lactis cum Rad. Cichor. & Flor. bellid. coctun. Blanda diapnoica cum temperantibus mixta, ♁ diaph. Bezoard. min. Lap. ♋ Mat. Perl. quibus interponatur temperandi fine Emulſio. Amygd. dulc.
4 Nimium humorum affluxum ad locum affectum intercipientia; Venæſectiones verſus tempora æquinoctialia inſtitutæ, Scarificationes inaſſuetis.

5 To-

5 Tonica: Mixtura Tonica Stahlii, Corallia, Gemmata, Herb. Veron. Virg. ☉r. Hed. terreſtr. Scabioſ. Pyrol. Sanic. Flor. Hyper.

Formulæ Remediorum,

1 Pulvis abſtergens.

℞. *Tart. Vitr.* *Div. in 6. p. æq.*
Conch. citrat. *D. ſing. 3 horis.*
Magneſ. alb. ā ℈ij. *M.*

2 Alius laxans.

℞. *Rhab. elect.* ʒſs. *D. pro 1 doſi.*

3 Pilulæ laxantes.

℞. *Pil. Stahlii.* *D. 15. pro doſi.*

4 Decoctum abſtergens.

℞. *Seri lactis fervent.* ℔ij. *Rad. Cichor. rec.* mj.
Infund. per noct. *Mane bulliant leniter*
Herb. bellid. recent. mij. *D. calide.*

5 Infuſum incidens & abſtergens.

℞. *Rad. Pimp. alb.* *Virg.* ☉r.
Vincetox. *Capill.* ♁ *ā* mj.
Caryoph. ā ʒij. *Inciſ. infund. in Aq. ſimpl.*
Herb. Scabioſ. *& uſurpentur inſtar.*
Bellid. *Herb. Thee.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Cum Febris hæc ordinarie ſit chronica & Natura ad labem viſceris tollendam blandis ſemper motibus febrilibus utatur, hinc etiam Medicus blande admodum & lento gradu in ea tractanda procedere debet, quoniam alia Methodus utpl. morbum exaſperat & omnia turbando eo citius funeſtum poſt ſe trahit exitum.

2 Vocatus E. Medicus primo exhibeat blanda alexipharmaca, ut ea tam Febri quam abſterſioni & materiæ correctioni aliquo modo ſatisfaciant, id quod præſtat vel Infuſum ex radicibus alexipharmacis & abſtergentibus, vel Eſſ. alexiph. cum largiori quantitate Eſſ. Scord. & Pimpin. alb. mixta. ante meridiem parvis doſibus exhibita.

3 Huic ſubjungantur a meridie aliquot doſes pulveris digeſtivi & abſorbentis acido quodam ſaturati, qui & calorem febrilem temperat ac ſimul materiæ acrimoniam corrigit & abſtergit.

4 Interea temperantia reliqua ſuperius laudata nunquam negligantur, ſed reliquis continuo interponantur. Hic præ ceteris laudem meretur Gelatina C. C. cum amygd. parata, utpote quæ materiam corrigit, partes acres involvit & corpus inſigniter nutrit. Eundem uſum habet Cremor hordei & Avenæ ſ. eorum Decocta cum Bellide & Cichorio aut potius cum ſerolactur. Nec etiam ſine fructu exhibentur Emulſiones variæ, non tamen ex ſemin. frigidis paratæ.

5 Correcta & mitigata aliquo modo materia poſtea per convenientia loca ſucceſſive evacuetur: id autem commode fieri poteſt 1. per alvum, ſi ea per blanda remedia continuo aperta ſervatur. 2. Per diureſin, quo in caſu potiſſimum convenit Decoctum ſeri lactis cum Rad. 5. aperient. aut ejus Infuſum cum Rad. Cichor & Flor. Bellidis. 3. Per Diaphoreſin, exhibendo Aquas quaſdam deſtillatas cum Antimonio diaphoret. & abſorbente quodam, aut etiam Emulſionem ex Amygd. dulc. cum dictis pulveribus.

6 Hiſce per aliquod tempus uſurpatis exhibeantur tonica v.g. Pulveres abſorbentes cum Coralliis, Antim. diaphoret. & Speciebus de Hyacintho, vel etiam Tinctura tonica Stahlii, quæ ſimul adhuc incidit, abſtergit ac diſcutiendo nimium ad partem affectam affluxum impedit.

7 Huc pertinent etiam Travmatica vulgo ſic dicta ex Regno vegetabili, Herbæ ſcil. ſuperius recenſitæ, quæ & abſtergunt & ſimul etiam, quantum morbi conditio permittit, conſolidant, & talia in affectibus hiſce chronicis ſæpius plus efficiunt, quam multa alia, ſi modo debito ordine & diu uſurpantur.

8 Symptomatum quoque præcipuorum in hoc morbo habenda eſt ratio: talia autem ſunt.

a *Contabeſcentia corporis*: in qua præ ceteris conveniunt Gelatinæ ex carnibus junioribus, Raſ. C. C. Eboris, Amygdalis dulcibus &c. paratæ: Lac. caprillum, aſininum & humanum, Emulſiones nutrientes, Gummi Arabicum, Tragacantha &c.

b *Tuſſis*: hanc nimis urgentem mitigant Pilulæ ex ſucco Liquiritiæ, & M. P. de Cynogloſſa.

c *Sudores & Diarrhœa*: ubi præ ceteris conveniunt Corallia rubra, Lap. ♋ aliaque abſorbentia, Spec. de Hyacinth & alia ex Gemmis parata.

d *Æſtus Febrilis*; quem blanda acida & ex his parati Julepi, Emulſiones, Decoctum avenaceum &c. mitigant.

9 Si malum per hæcce remedia aliquo modo mitigatum fuit & ægroti etiam vires quadantenus recuperarunt, Venæſectio circa æquinoctia inſtituatur, ut hoc modo ſanguis a parte affecta revellatur, ſed circa idem tempus repetatur neceſſe eſt.

10 Si vero ſubjecta Venæſectionem ferre nequeunt, aut juniora ſunt, ita ut Venæſectionem nondum admittant, exhibeantur pulveres temperantes cum pauco Nitro.

11 Ceterum exhibeantur tonica ſuperius dicta, Mixtura ſcil. Tonica Stahlii, Corallata & Gemmata cum Cort. Chacarill. aut ejus extracto.

12 Quoniam vero poſt abſterſionem ad conſolidationem quoque reſpiciendum eſt, dentur poſtea Infuſa illa travmatica & diu continuentur; aut etiam iiſdem ſubſtituatur Mixtura balſamica ex Eſſ. Succin. & Scord. a Stahlio commendata.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Cum morbus hic, uti antea jam monitum eſt, lento gradu procedat, ita abſint hic omnia illa, quæ aliquo modo humores commovere poſſunt.

2 Exulent E. hic poſitive purgantia, ſufficiunt leniſſima laxantia, alvum, ubi opus eſt, aperientia.

3 Abſit quoque indiſcreta & intempeſtiva Venæſectio, quamvis enim ea legitimo modo inſtituta ſuo non careat uſu, intempeſtiva tamen maxime nocet.

4 Exulent quoque reliquarum excretionum inpr. ſudoris impertinentes excitationes. Sudorifera enim & Diuretica humorum reſolutionem promovent & ſudores colliquativos eo maturius producunt; ſufficit hic blanda diapnoe aut ſaltem æqualis humorum diſtributio.

5 Quare remedia calida & acria, præcipue vero volatilia ſummo ſtudio vitentur.

6 Sed probe cavendum eſt, ne lapſus in alterum extremum, exhibendo ſcil. multa refrigerantia, fiat, ſi enim æſtus uno impetu obtunditur, Naturæ concurſus ad abſterſionem ulceris quam maxime impeditur.

7 Vitandus quoque eſt abuſus abſorbentium, utpote quæ ſanguinem nimium incraſſando placidum Febris curſum turbant.

8 Si vero cum acido Citri ſaturata ſunt, optimum edunt effectum abſtergendo & præcipitando materiam & tali in caſu reliquis abſtergentibus & digeſtivis merito præferenda ſunt.

9 Opiata quoque ſumma cum cautela adhibenda ſunt, vires enim maxime jam fractas magis frangunt, & ſæpius funeſtum poſt ſe trahunt eventum.

10 Antihecticum Poterii, quod tanquam ſpecificum hinc inde laudatur & commendatur, nullum plane habet uſum & magis adſtringit, quam abſtergit & conſolidat; nihilominus tamen videas illud continuo præſcribi: ratio eſt, quia in Officinis jure civitatis donatum & in Specificorum claſſe jam diu relatum fuit.

11 Minoris adhuc pretii eſt Tinctura antiphthiſ. Grammanni, quæ adhuc magis adſtringit.

12 Quod infuſa travmatica concernit ſemper præparentur ex mitioribus vitando omnia fortiora Adſtringentia, deinde quoque non ſint ſaturata, ſed diluta.

13 Expectorantia in Tuſſi mitiganda ſuo quidem non ca-

carent usu, quoniam vero pectus emolliendo nimium ad pectus humorum affluxum producunt & hinc, si aliquid mali in pectore hæret, illud augent, satius est ab eorum usu abstinere.

14 Remediorum multitudo vires patientis maxime destruit & morbum pejorem reddit, quare ab ea abstinendum est.

15 Idem etiam censendum est de continuo remediorum usu, sufficiunt pauca & bona remedia legitimo tempore usurpata, nempe quando malum aliquo modo urget.

16 Quoad reliqua vero, si malum est remissius, exhibeantur solum præservationis gratia & quidem mature pauca remedia convenientia ac instituatur Venæsectio.

17 Bona Diæta in hac Febre ordinarie superat omnia reliqua remedia, quare etiam exacte servetur.

18 Motus corporis moderatus in aere liberiori optime prodest Hecticis, & hinc sæpius in tali aere sæpius diu ab exacerbationibus immunes vivunt; quies vero & vita sedentaria ipsis minime prodest.

19 Aer tamen hic non sit siccus, ut pote qui corpora jam sicca magis exsucca reddit, sed leniter humidus, minus tamen frigidus.

20 Equitatio a Sydenhamio commendata propter blandam succussationem minime contemnenda est, sed vitandus est abusus.

Caput XXXI.

De

Febre Tertiana continua.

I. *Definitio.* Febris Tertiana continua est species Febris compositæ in qua Principium Vitale beneficio motuum auctiorum materiam quandam noxiam in massa sanguinea & primis viis simul hærentem expellere nititur.

II. *Differentia.*

1 A *Tertiana simplici*: respectu plenariæ intermissionis, quæ in illa occurrit, cum in hac non nisi remissio locum habeat.

2 A *Tertiana anomala*: quæ quidem quam maxime tendit ad continuitatem & nisi perite tractetur, actu in eam transit, nihilominus tamen etsi Paroxysmi satis sint diuturni, sensibiles tamen suas habent intermissiones, cum e contra hæ in continua deficiant.

3 A *Tertiana maligna*; in qua mature malignitatis signa supra recensita se manifestant; cum e contra in hac, si convenienti Methodo tractatur, non facile malignitatis signa conspiciantur: per imprudentem tamen medicationem facile quoque accedere solet malignitas, ut id in quotidiana continua sive catarrhali benigna cernere licet.

III. *Signa.*

1 Invadit quidem etiam instar Tertianæ horrore quovis tertio die, nihilominus tamen horror in hac tam diu non durat ac in Tertiana legitima.

2 Hunc præcedunt etiam signa alia ordinaria, lassitudines, pandiculationes &c. sed magis in principio, quam in reliquo suo cursu.

3 Sequitur vero æstus satis vehemens graviter ægrotos excrucians, qui tamen sensim sensimque mitescit.

4 Nunquam tamen plenarie cessat, sed sequente die adhuc durat cum insigni debilitate, adeo ut ægrotantes lectum deserere nequeant.

5 Tertio die horror circa consuetum tempus redit, quem æstus, eodem modo excipit, uti in primo Paroxysmo.

6 Comitantur hancce Febrem alia pathemata febrilia, quæ tamen respectu Tertianæ sunt graviora.

7 Appetitus hic ordinarie magis est languidus, imo sæpius nullus, quam in Tertiana.

8 Pulsus est celer & frequens, qui tamen, etsi in celeritate & frequentia sua non prorsus desinat in Febris declinatione, tamen aliquo modo remittit, donec recurrente Paroxysmo denuo augeatur.

9 Æstum continua comitatur Cephalalgia, quæ æstu crescente & decrescente augetur & imminuitur.

10 Sitis nunquam deest, sed pro ratione æstus modo gravius modo mitius affligit.

11 Propter calorem continuum & sitim continua quoque oris adest siccitas, modo major, modo minor pro diverso æstus gradu.

12 Somnus nunquam est tranquillus, sed continuo interruptus, unde etiam parum refocillationis exinde sentiunt ægrotantes.

13 Vires hic maxime ob diuturnitatem caloris prostratæ sunt & quidem longe magis quam in Tertiana simplici.

14 Febris hæc cum suis symptomatibus ordinarie ultra secundum septenarium se extendit, postea legitime tractata sensim sensimque mitior redditur, donec prorsus cesset.

IV. *Subjectum.*

1 Qui alias ad Tertianam simplicem proni sunt, facile quoque in hanc incidunt. Vid. *Tab. de Tertiana.*

2 Potissimum autem eam incurrunt, qui in Tertiana simplici imprudenter tractantur & quidem.

a Si alexipharmaca vel statim ante paroxysmum, in vel horrore ad eum mitigandum iis exhibentur.

b Quando eadem remedia subjectis ad sudorem non adeo dispositis in ipso æstu dantur.

c Si in æstu & fluente sudore refrigerantia exhibentur, quibus salutaris & necessarius sudor supprimitur.

d Si Venæsectiones in Tertiana simplici sine urgente ratione instituuntur.

3 Plures etiam corripit quando constitutio aeris est epidemica & tunc nulli ferre parcit ætati & temperamento.

4 Sensibiliores tamen, ad iram proni, temperamenti calidioris &c. tunc temporis facilius ea corripiuntur, quam reliqui.

5 Quibus ulcera antiqua manantia, Scabies aliaque exanthemata in cute retropelluntur non raro quoque in hanc Febrem incidunt.

V. *Prognosis.*

1 Febris hæc legitime tractata ordinarie periculo caret, ob imprudentem vero medicationem varia mala sequuntur & morbus in pejus ruit.

2 Plethorici utpl. gravius hoc malo corripiuntur, & nisi Medicus circumspectione utatur, facillime in inflammatoriam Febrem degenerat.

3 Idem etiam contingit, si subjecta alias calidioris temperamenti per alexipharmaca calidiora tractantur.

4 Quando vero leniori Methodo tractatur, mutatur in Febrem Tertianam simplicem, quæ postea Methodo ordinaria facile tollitur.

5 Quando epidemice grassatur, sæpius aliquid maligni junctum est, & nisi tum temporis leniissima Methodo & cautissime tractetur, facile Purpura succedit, uti id hoc anno quo talis Febris admodum frequens est, pluries observatum fuit.

6 Eo facilius autem tale quid contingit, si statim ab initio Purgantia exhibentur & Venæsectiones instituuntur: & etiamsi nulla Purpura erumpat, in maximo tamen versantur periculo & utpl. etiam moriuntur, uti tristis hactenus docuit experientia: quando autem exanthemata miliaria prodeunt, ea tamen instabilia sunt & modo apparent modo disparent, donec ægroti satis cedant. O utinam tandem saperent ii, qui tali perversa utuntur Methodo! sed surdis narratur fabula: odium reportant, qui salutaria dant consilia & loco gratiarum actionis audire coguntur: *Was solte uns dieser Klugling rathen, unsere liebe Vorfahren wären auch keine Narren die haben auch auf diese Art curirt. Ich habe nach dieser* Methode *so und so lang* practicirt, *also verbleibe ich auch dabey*. Medicorum errores tegit terra

&

& Medici interdum ſunt carnifices privilegiati, qui nocendi & necandi facultatem impune exercent.

7 Plethorici & feminæ menſium ataxia laborantes niſi ſumma circumſpectione tractentur facile quoque in Purpuram miliarem incidunt.

8 Quo minor eſt horror, æſtus vero gravior, eo magis metuenda eſt Purpura.

9 Exanthemata tamen miliaria alba plus ſemper periculi involvunt, quam rubra.

10 Febres hæ in ſubjectis cacochymicis maxime ſunt periculoſæ.

11 Quo magis vires proſternuntur in hac Febre cum augmento reliquorum ſymptomatum, eo periculoſior eſt ſtatus.

12 Nonnunquam Tertianam continuam ſequuntur Febres Lentæ & Hecticæ.

VI. *Remedia*.

1 *Temperantia*: Tart. Vitr. Arcan. duplic. Tart. ſatus, Conch. citrat. Mat. Perl. Lap. ♌ Succi acidi inpr. vero Succus Citri, Emulſiones &c.

2 Blanda diapnoica & alexipharmaca; Antimon. Diaphoret. Bezoard. miner. Eſſ. alexiph. Tinct. Bezoard. Mixt. ſimpl. Aq. Card. bened. Galeg. Fl. Acac. Ulmar. Fl. Sambuc. &c.

3 *Analeptica*: blanda acida & ex iis parati Julepi, Emulſiones, Aquæ fragrantes &c.

4 Tonica: Corallata, Gemmata, Tinct. ♂t. Ludov. Infuſa ex amaris & carminativis &c.

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula diapnoica temperans,

℞. *Aq. Borrag.* *Tart. Vitr.*
Bugloſſ. *Nitr. depur. ā* ℈ij.
Cichor. *Sacch. perlat.* ʒiij. *M.*
C.C. citr. ā ʒiß. *D. ſing. 2. 3. 4. horis cochl. a-*
♁ *diaph.* *liquot.*
Conch. citrat.

2 Alia,

℞. *Aq. Galeg.* *Bezoard. miner.*
Scorzon. *Nitr.* ♁*iat. ā* ʒß.
Scord. *Reg.* ♁*ii Medicin.*
Scabioſ. *Cinnab.* ♁*ii ā gr. XV.*
Card. bened. ā ʒj. *Sacch. Canar.* ʒij. *M.*
Matr. perl. *D. ut antea.*

3 Mixtura alexipharmaca.

℞. *Eſſ. alexiph. Stahlii.* *Scord. ā* ʒj. *M.*
Pimpin. alb. *D. 25. 30. gutt.*

4 Alia.

℞. *Eſſ. alexiph.* *Vitr. gutt. XV. M.*
Scord. ā ʒij. *D. ut antea.*
Spir. Tart. ℈ij.

5 Potiuncula alexipharmaca.

℞. *Aq. Ulmar.* *Scord. ā* ʒj.
Flor. Acac. *Succ. citr. rec.* ʒß.
Scorzon. *Sir. ceraſ. acid.* ʒvj. *M.*
C.C. citr. ā ʒiß. *D. cochleatim.*
Eſſ. alexiph.

6 Julapium temperans in æſtu Febris.

℞. *Aq. Galeg.* *Berb.*
Cichor. *Ceraſ. acid.*
Fragar. *Succ. citr. rec. ā* ʒß.
Scabioſ. *Sir. granat. acid.* ʒiß.
Bugloſſ. *Clyſſ.* ♁*ii Sulph. q. ſ. ad*
C.C. citrat. ā ʒiß. *Gratam aciditatem.*
Rob. Cydon. *D. ſæpius.*
Rib.

VII. *Methodus Medendi.*

1 Cum Febris hæc ſit compoſita, reſpiciendum quoque eſt partim ad materiam viſcidam in primis viis hærentem, partim ad materiam orgaſticam in Maſſam ſanguinis diffuſam, hoc enim ſi negligitur, facile errores committuntur.

2 Quare primo loco, uti in Tertiana intermittente, Tartarus Vitriolatus aut aliud quoddam digeſtivum verſus Paroxyſmum exhibeatur, ut materia viſcida in primis viis hærens ſucceſſive incidatur & evacuetur.

3 Poſtea vero reſpectus habeatur in æſtu ad materiam illam fermenteſcentem, ut illa partim temperetur, partim vero evacuetur, ut hoc modo æſtus Febris infringatur & ſymptomata mitigentur.

4 Ad hunc finem autem potiſſimum tendunt temperantia & diluentia: quare præter remedia lenia temperantia & diaphoretica moderate data, ægro ſæpius exhibeantur in æſtu ſufficientia diluentia, inpr. calida & blande calida: partim ut hoc modo humores diluantur, partim etiam, ut moderato æſtu ad placidam diapnoen diſponantur.

5 Potus per blanda alexipharmaca vegetabilia alteratus uti & Emulſiones dilutæ ex Amygd. dulc. & Sem. Card. Mar. paratæ, hic multum præſtant, quoniam hæ viam ad blandam diapnoen in hac Febre maxime neceſſariam, ſternunt.

6 Cum vero hæc remedia ſæpius non ſufficiant, hinc poſtea alexipharmaca in uſum trahenda ſunt, inter quæ principem ſane locum obtinet Eſſentia alexipharmaca Stahlii, quoniam admodum temperata eſt nec ullum detrimentum, uti ab aliis alexipharmacis calidis metuendum eſt.

7 Hæc E. Eſſentia miteſcente æſtu parvis ſed repetitis vicibus exhibeatur, ut hoc modo Naturæ quæ in hiſce Febribus facile errare ſolet, regia via ad ſalutarem viam, nempe diaphoreſin perveniendi, monſtretur: ſudore enim neglecto nulla hic ſalus ſperanda eſt.

8 Si poſt hujus uſum ſingulis quatuor vel ſex horis repetitum ſequitur diapnoe, optimum eſt ſignum & dicta Eſſ. continuanda eſt.

9 Si vero tempus novi Paroxyſmi aut exacerbationis appropinquat, deſiſtendum eſt ab ejus uſu & quidem mature ne humores per frequentiorem uſum nimium incaleſcant.

10 Miſſo itaque verſus meridiem dictæ Eſſentiæ uſu, aut ante quam Febris hæc affligere ſolet, detur denuo pulvis digeſtivus & quidem aliquoties, ut hoc modo iterum pars materiæ morbificæ in primis viis hærentis reſolvatur & poſtea ſenſim ſenſimque evacuetur.

11 Si in hac Febre in ſubjectis Plethoricis æſtus nimium urget, optime conveniunt ſpiritus acidi minerales, Clyſſus Antimon. Spir. Nitr. Vitr. Sulph. per campanam potiſſimum vero Succus citri, quod inpr. Sanguineis optime prodeſt.

12 Profunt etiam in tali caſu & in aliis quoque ubi æſtus eſt nimis Julapia ex Succis acidulis, Succo Citri & Spiritibus mineralibus parati, quibus etiam Pulveres temperantes jungi poſſunt, ut æſtus eo melius temperetur.

13 Ad alvi libertatem quoque reſpiciendum eſt, quoniam clauſa & æſtum & ſymptomata juncta auget, aperta vero mitigat: huic ſcopo miſſis acrioribus inſerviunt leniſſima laxantia, & talia potiſſimum locum habent, quando morbi impetus aliquo modo remittit.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Si ullibi, in hac ſane Febre, cautiſſime procedendum eſt, minimus enim error inſignia poſt ſe trahit damna.

2 Ab initio ſæpius lento admodum gradu procedunt, ita quidem, ut admodum mites videantur ac Medicum & patientes hinc ſecuros reddunt, ut nihil mali metuant, ſed mox indolem ſuam monſtrant ac ægrotum jugulant, inpr. ſi malignitatem junctam habent.

3 Quare Medicus probe ad omnia attendat, ac omnem operam impendat, ut leniſſima Methodo & convenientibus remediis mature omnia metuenda mala præcaveat.

4 Abſtineat autem ab omnibus draſticis & commoventibus remediis, hæc enim non raro in cauſa ſunt, ut morbus benignus viſus revera in malignum degeneret,

5 Et hinc etiam Medicus non ſemper reſpiciat ad materiam illam in primis viis hærentem eamque evacuare tentet, hæc enim tantum periculum ac illa orgaſtica in ſanguine latens non minatur.

6 Vitet E. quam maxime omnia Vomitoria & Purgantia, hæc enim etſi humorum ſaburram e primis viis evacuent, nihilominus tamen maximas turbas in Maſſa Sanguinea producunt, materiam orgaſticam ad interiora derivant, ejuſque placidam per peripheriam corporis excretionem impediunt.

7 Abſtineat quoque a fortioribus & nimis calidis alexipharmacis ac volatilibus in æſtu, hæc enim non ſolum Febres acutas & inflammatorias producunt, ſed etiam, ſanguinem nimis commovendo & intimius reſolvendo, morbum revera malignum reddunt & efflorescentiæ miliari viam ſternunt.

8 Nullus quoque hic locus eſt Venæſectioni, niſi ſtatus inſigniter Plethoricus aliæque circumſtantiæ ejus uſum urgeant.

9 Exulet quoque China Chinæ, quæ hic prorſus nullum habet uſum, inpr. quando maturius exhibetur, poſt præmiſſa ſcil. Purgantia & Emetica: hoc modo enim excretio per peripheriam corporis ſimul ſupprimitur, unde morbus malignam induit indolem ac ægrotos præſentiſſimo vitæ exponit periculo. Et etiamſi tale quid non ſemper contingat, ægroti vel incidunt in Lentas & Hecticas, ita ut diu miſerrime languere cogantur, vel recidivam, ad quam Febris hæc quam maxime prona eſt, patiuntur.

10 Ad hanc evitandam ægri vitent aerem liberiorem, inpr. vero humido frigidum, aſſumant vero quotidie aliquoties Eſſ. alexipharm. donec ſucceſſive aerem ferre queant.

Caput XXXII.

De

Febre Quartana Continua.

I. *Definitio.* Quartana continua eſt ſpecies Febris compoſitæ, typum quidem Quartanæ ſervans, ſed calore ſuo ab uno Paroxyſmo ad alterum ſe extendens, in qua Natura motibus auctioribus labem viſceri cuidam abdominis inductam reparare nititur.

II. *Differentia.*

1 A *Quartana ſimplici*: in qua calor plenarie intermittit, hac vero is continuo durat.

2 A *Lenta* & *Hectica*: quamvis enim motus febriles & calor admodum Lenti in Quartana continua uti in Hectica ſint, typus tamen quartanarius facile differentiam monſtrat.

III. *Signa.*

1 Invadit cum frequentibus horripilationibus.

2 Quas præcedunt pandiculationes & oſcitationes.

3 Tempus quidem, uti Quartana ſimplex, obſervat pomeridianum, ſed ſæpius ordinarias horas anticipat.

4 Sequitur poſtea æſtus ſed ſiccus, qui primo die ægroto admodum moleſtus eſt.

5 Die vero ſecundo & tertio mitior evadit uſque ad novum Paroxyſmum: interim tamen patientes propter debilitatem extra lectum manere nequeunt.

6 Stupor caput continuo affligit, nulla tamen vera adeſt Cephalalgia.

7 Adeſt continua ſiticuloſitas,

8 Cui jungitur faucium & oris ſiccitas.

9 Id quod potiſſimum fit propter inſufficientem ſalivæ copiam, pauca enim & ſpumida eſt.

10 Appetitus eſt inſigniter proſtratus aut languidus.

11 Frigida, ſalſa & acida magis quam calida ægroti appetunt.

12 Pulſus eſt quidem frequens in Paroxyſmo, ſed debilis.

13 Quidam ſentiunt tenſiones in Hypochondriis.

14 Alvus ad ſiccitatem continuo inclinat.

15 Urina eſt craſſa roſeum deponens ſedimentum.

16 Magna quidem ad ſomnum adeſt propenſio, ſed eſt maxime turbulentus: & quamvis ægroti interdum dormiant, nullam tamen a ſomno percipiunt refocillationem.

IV. *Subjectum.*

1 Omnes ii, qui alias ob diverſas cauſas Quartana corripi ſolent.

2 Melancholico temperamento ſive ſpiſſiori terreſtri ſanguine præditi.

3 Homines ætatis conſiſtentis aut provectioris jam ætatis.

4 Triſtitiæ & mœrori frequenti obnoxii.

5 Cibis craſſioribus, viſcidis, malæ digeſtionis, aqua paluſtri aut potu alias vitioſo utentes.

6 Corpus aeri frigidiori & humido diu exponentes.

7 Spiritu Vini & inpr. frumenti abutentes.

8 Ad iracundiam tacitam proni, eam tamen ſupprimentes.

9 Per Adſtringentia in Quartana ſimplici præpoſtere tractati.

10 Præcipue vero quibus in talibus Febribus Quartanis remedia calida alexipharmaca vel in Paroxyſmo, vel extra eum exhibita fuerunt.

V. *Prognoſis.*

1 Uti Quartana ſimplex per ſe eſt morbus admodum pertinax, ita continua admodum quoque refractaria eſt, & multum temporis, ſi curari debeat, poſtulat.

2 Quo magis inveterata eſt, eo minor reſtitutionis eſt ſpes.

3 Recens tamen, ſi modo corpus alias bene fuit diſpoſitum, ſucceſſive per convenientia remedia curari poteſt.

4 Quartana hæc quam maxime inclinat ad Hecticam & in eam etiam facile degenerat.

5 Pariter tranſit etiam in Hydropem, præſertim ſi Adſtringentia præ poſtere exhibentur.

6 Id quod eo facilius fit, ſi Urina in dies & craſſior fit & imminuitur.

7 Icterica corporis defœdatio cum pedum Oedematibus & vitium majori lapſu peſſimum præbent indicium in Quartana continua.

8 Quo magis viſcera ſunt læſa, eo minus curatio ſperanda eſt & eo facilius etiam vel Hectica vel Hydrops ſequuntur.

9 Hydrops quidem, ſi ſcirrhoſa adeſt concretio, Hectica vero, ſi exulceratio viſceris adeſt.

10 Tranſit quoque interdum in Febrem acutam, ſi remedia calida ſudorifera uſurpantur.

VI. *Remedia.*

1 Blanda temperantia; Arcanum duplicatum, Tartarus Vitriolatus, Abſorbentia acido quodam ſaturata.

2 Lenia diapnoica: Antimon. diaphoret. Bezoard. min. Eſſent. alexiph. Stahlii &c.

3 Temperata laxantia: ex Fol. Senn. Rhabarb. cum Radic. & Herbis aperitivis. Pil. Becher. Stahlianæ, Polychreſtę &c.

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula temperans.

℞. *Aq. Cichor. Tarax. Capill.* ♁ *ā* ʒiſs. *Tart. Vitr.* ʒj. *Conch. citrat.* ℈j. *Sacc. canar.* ʒij. *M. D. verſus Paroxyſmum cochl.*

2 Pulvis temperans.

℞. *Arcan. dupl. Nitr.* ♁*iat. ā* ʒſs. *Conch. citrat.* ℈j. *M. Div. in* 4. *p. æq. D. verſus Paroxyſmum.*

3 Mixtura diapnoica.

℞. *Eſſent. alexiph.* ʒij. *Gent.* ʒj. *M. D.* 25, 30. *gutt.*

4 Potio laxans.

℞. *Rad. Cichor. Tarax. Polypod. ā* ʒij. *Herb. Cent. min. Capill.* ☿ *ā* mſs. *Fol. Senn. ſ. ſ.* ʒſs. *Rhabarb. elect.* ʒiſs. *Infund. in ſeri lactis ſerventis* ℔iſs. *D. mane* ʒvj.

5 Decoctum laxans.

℞. *Tamarind.* ʒiij. *Rad. Cichor.*

Tarax. ℥ iij. *seri lact.*
Herb. Bellid. maj. *D. colatur.* ℥ viij. *calide.*
Coq. in ℔ iß. ∇ *æ simpl. l.*

6 Pilulæ aperientes & laxantes.

℞. *Gumm. Ammon.* ℥ j. *Aloes Gummoſ.*
Extr. Cent. min. ∋ j.
Card. bened. *Tinct. Tart. q. ſ. F. Pil. ad*
Fumar. *pond. gr. j.*
Hell. nigr. ℥ ß. *D. veſperi* 15.20.

VII. *Methodus Medendi.*

1 In hac Febre potiſſimum reſpiciendum eſt ad materiæ febrilis viſcidæ inciſionem & præparationem, ut ea poſt modum eo commodius evacuari poſſit. Quare ab initio dentur Salia digeſtiva, aliaque incidentia & reſolventia.

2 Exhibeantur autem Salia digeſtiva verſus Paroxyſmum, ut cooperante Natura operatio remedii eo melius procedat.

3 In æſtu, quoniam admodum mitis eſt, nulla fere requiruntur remedia, excepto potu ſufficiente ad diluendos humores.

4 Sequentibus autem duobus diebus reſpiciendum eſt partim ad ipſam Febrem, partim ad inciſionem & evacuationem materiæ febrilis.

5 Priori ſcopo inſervit Eſſentia alexipharmaca, vel ſola, vel cum alia amara v. g. Cent. min. &c. remixta, quæ ante meridiem bis exhiberi poteſt.

6 Poſteriori vero ſatis faciunt Infuſa & Decocta ex Herb. aperitivis, & Spleneticis, leniter laxantia, quæ tempore pomeridiano dentur.

7 Si talis Infuſa laxantia non ſufficienter operantur, aut ſi ſolum ex Herb. & Rad. aperitivis ſine Laxantibus ſunt parata, veſperi detur doſis Pilul. Stahlii vel ſupra præſcript.

8 Si hæc remedia per aliquod tempus fuerunt continuata, Crocus ♂tis ♃iatus Stahlii Pulveribus digeſtivis poteſt admiſceri.

9 *Blazerus*: commendat etiam Flores Salis Ammon. verſus Paroxyſmum digeſtivis Pulveribus additos.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Quoniam Febris hæc lente admodum procedit, hinc etiam nullas fortiores commotiones ferre poteſt, ſed propter eas ſtatim in pejorem ſtatum mutatur.

2 Exulent E. Vomitoria & Purgantia, quæ quidem evacuant, ſed Febrem turbant & ad Hecticam diſponunt.

3 Multo minus Vena hic ſecanda, utpote quæ in hac Febre prorſus nullo modo indicatur.

4 Fortiora alexipharmaca Febres acutas excitant, quare fugienda ſunt.

5 Abſorbentia, quæcunque demum etiam ea ſint, improvide & nimium uſurpata materiam febrilem adhuc magis incraſſant & majorem lentorem inducunt, quare non niſi refracta doſi & cum acidis ſaturata dentur, ſic enim majorem incidendi & abſtergendi habent vim.

6 Si Febris imminuitur aut prorſus ceſſat, appetitus vero redit, caveant ſibi ægrotantes, ne appetitui nimium indulgeant, quoniam recidiva facile ſequitur.

7 Ad hanc præcavendam ægroti aliquandiu vitent aerem frigidum, & quotidie tam Pulveres digeſtivos quam Stomachico -- Carminativa uſurpent.

CAPUT XXXIII.

DE

Febre Rhevmatica.

I. *Definitio.* FEbris Rhevmatica eſt Febris ſymptomatica, nullum certum typum ſervans modo intermittens, modo remittens, eum in finem a Natura inſtituta, ut materia vel quantitate, vel quod utpl. fit, qualitate peccans e corpore per motus ſecretorios & excretorios auctiores e corpore expellatur, modo minoribus, modo gravioribus ſymptomatibus ſtipata.

II. *Differentia.*

1 Differt *gradu*: in aliis enim *mitior*, in aliis vero *gravior* eſt.

2 A *Febre eryſipelacea*: quæ Inflammationem quandam notabilem in cute comitem habet, quæ vero in Febre rhevmatica ordinaria deeſt.

III. *Signa.*

1 Invadit ordinarie cum horrore modo mitiore, modo graviore, qui ad incertum tempus ſeſe extendit, ad horæ ſcil. quadrantem, dimidiam horam, imo ad integram horam.

2 Quam ſequitur æſtus ſatis gravis & mordax.

3 Sæpius vero & quidem utpl. continuæ adſunt horroris & caloris alternationes, inpr. quando corpus ſolum aliqualiter in lecto commovetur.

4 Continuat hic æſtus non raro aliquot horas.

5 Non tamen ſtatim ſequitur ſenſibilis ſudoris excretio, ſed æſtus, inpr. in principio ordinarie, eſt ſiccus.

6 Tempore æſtus dolor capitis dorſi & artuum inſigniter urget, magis vero ſe exſerit reſpectu ætatis iis in locis, ubi excretiones humorum & dolores congeſtorii tam completi, quam incompleti fieri ſolent.

7 In aliis quoque inſignis præcordiorum anxietas concurrit.

8 Sitis pro Febris diverſitate diverſa eſt, in aliis enim magis, in aliis minus urget.

9 Pulſus eſt celer & frequens & ante ſudoris eruptionem plenus, ſed ſimul aliquo modo mollis.

10 Urina excreta utpl. eſt pauca atque rubicunda.

11 Alvus ordinarie eſt adſtricta, & ſi cauſa latet circa inferiora, flatulentia admodum urget.

12 Concurrit etiam tam in Febre, quam poſt finitum ſudorem inſignis artuum laſſitudo, quæ tamen non adeo diu durat.

13 Et quamvis Paroxyſmus ſudore finiatur & reliqua ſymptomata mitigentur, remanet tamen inſignis debilitas corporis cum dolore partis cujuſdam & interdum cum aliquo tumore & levi rubore.

14 Paroxyſmos hujus Febris nullum certum intercedit tempus, ſed vagi admodum ſunt & modo hac, modo illa hora invadunt.

15 Paroxyſmi hi interdum adeo diu durant, ut continuitatis merito ſuſpecti ſint: ita obſervavimus in quibuſdam horrorem, quem æſtus duos integros dies & adhuc amplius durans excipiebat.

16 Nonnunquam vero Paroxyſmum finitum mox alius excipit: inpr. ſi in priori ſudor non erupit. Paſſus ſum ante 6 circiter annos hujuſmodi Febrem, primus Paroxyſmus cum magno horrore hora quinta veſpertina invadebat, quem calor ſed ſine ſudore excipiebat: circa mediam noctem alter ſequebatur cum leni horrore, ſed graviore æſtu, ſiti, dolore capitis, dolore dorſi & ſcapularum &c. aſt iterum ſine ſudore: hoc intra trihorium finito hora quarta matutina tertius ſuperveniebat ſine horrore, aſt graviſſimo æſtu, doloribus majoribus capitis & deliriis, qui poſt ſextam in largiſſimos ſudores finiebatur. Quo omnia ſymptomata ceſſabant, excepto dolore ſcapularum & colli, qui aliquot dies durabat,

ita

ita ut collum movere nequirem. Obſervavi id quoque in aliis, qui ſpatio viginti quatuor horarum duobus aut tribus Paroxyſmis correpti fuerunt.

17 Ordinarie autem non niſi unicus obſervatur Paroxyſmus febrilis, quem excipit dolor vel cervicis & ſcapularum vel dorſi, oſſis ſacri aut aliarum partium qui non niſi elapſo aliquo tempore ſenſim ſenſimque ſub blanda diapnoe ceſſat.

18 Obſervavimus quoque talem Febrem ſtatas periodos ſervantem in femina juniore, quæ ſingulis diebus præciſe hora duodecima meridiana cum inſigni dolore hemicranico ad veſpertinam octavam continuante corripiebatur, & hæc Febris cum dolore per integrum octiduum durabat, quo finito Febris quoque ceſſabat, remanente ſolum adhuc dolore aliquo capitis.

IV. *Subjectum.*

1 Homines temperamenti humidioris, Sanguinei, Sanguineo Phlegmatici, Plethorici.
2 Plethoram nimium commoventes.
3 Vino & liquoribus ſpirituoſis abutentes.
4 Vitam otioſam ſubito cum laborioſa commutantes.
5 Excretiones ſudoris aſſuetas negligentes.
6 Venæſectiones & ſcarificationes debito modo non obſervantes.
7 Quibus ſanguinis fluxus, v.g. Hæmorrhagiæ narium, Menſes aut Hæmorrhoides ſuppreſſi ſunt.
8 Affectibus Rhevmaticis ſæpius afflicti & in iiſdem male tractati.

V. *Prognoſis.*

1 Febris hæc ſæpius per ſolam tranquillam continentiam & per diaphoreſin a Natura curatur.
2 Facile etiam cedit remediis temperantibus & diaphoreticis fixis debito tempore exhibitis.
3 Male vero tractata inpr. remediis diaphoreticis calidis & volatilibus facile degenerat in acutam.
4 Rhevmata talia cum Febre conjuncta, ſi partes internas occupant, & male tractantur, Febres inflammatorias producunt.
5 Quo magis urget æſtus, eo magis metuendum eſt, ne affectus in morbum acutum tranſeat.
6 Si Febris hæc aliquoties homines afflixit, poſtea ob leviores etiam cauſas eos iterum corripit.
7 Si æſtus & horripilationes alternis vicibus affligunt, melius eſt, quam ſi æſtus continuus diu ægrotos torquet.
8 Alvus adſtricta malum exaſperat, aperta vero levius reddit.

VI. *Remedia.*

1 Temperantia: Arcan. duplic. Tart., Tartariſat. Vitr. Lap. ℈ Conch. Citrat. Mat. Perl. Lap. Percar. lenia acida, Succus Citri &c.
2 Blanda diapnoica: Aqu. Card. bened. Mariæ, Scabioſ. Scord. Scorzon. Galeg. &c. ☉. diaphor. Bezoard. miner Mixt. ſimpl. Eſſentia, Scord. Pimpin. alb. Alexipharmaca.
3 Lenia laxantia: Magneſ. alb. Manna, Fol. Senn. Rhabarb. Pil. Stahlianæ, Becherianæ, Tart. &c.

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula temperans.

℞. *Aqu. Scabioſ.* *Nitr. ☉iat. ā* ʒſs.
Scorzon. *Cinnab. nat.* ℈j.
Tarax. *Sir. aceroſ. citr.* ʒſs. *M.*
Cichor. *D. ſing. 2. 3. horis cochl. aliquot.*
C.C. citr. ā ʒj.
Arcan. dupl.
Conch. citrat.

2 Alia diapnoica.

℞. *Aqu. Galeg.* *Nitr. regener.*
Fl. acac. *C.C. Philoſ. ā* ℈j.
Ulmar. *Cinnab. ☉ti gr. XV.*
Card. bened. a ʒj. *Tab. M. xſti. ſ.* ʒij. *M.*
Bezoard. miner. *D. ut antea.*
Mat. perl.

3 Alia.

℞. *Aq. Fl. Samb.* *Rub. id.*
Ceraſ. nigr. *Nitr. ☉iat. ā* ℈j.
Scord. ā ʒj. *Eſſ. alexiph.* ℈ij.
☉ diaphor. *Sir. ceraſ. acid.* ʒſs. *M.*
Lap. ℈ ppt. *D. cochl. tempore ſudoris.*

4 Decoctum laxans.

℞. *Tamarind.* ʒiſs. *in quibus diſſolv.*
Coq. in ſ. q. Aq. ſ. *Mann. elect.* ʒij. *M.*
℞. *Colat.* ʒvj. *Colat. D. calide vel tepide.*

5 Infuſum laxans.

℞. *Fol. Senn.* ʒij. iij. *Aq. Cichor.* ʒvij.
Rhab. elect. ʒiſs. *In Colat. diſſolv.*
Sal. Abſinth. ʒj. *Mann. elect.* ʒj. M.
Infund. per noct. in *D. ut antea.*

6 Aliud.

℞. *Rad. Cichor.* *Fol. Senn. ſ. ſ.* ʒvj.
Tarax. *Rhabarb. elect.* ʒiij.
Polypod. *Cort. ☉nt.*
Vincetox. ā ʒiij. *Tart. ſolub. ā* ʒij.
Herb. Bellid. c. Fl. *Inciſ. infund. in*
Capill. ♀ *Vin. alb. & Aq. ſ.*
Cent. min. ā mſs. ℔iij. *D. mane* ʒvj. viij.

7 Pilulæ laxantes.

℞. *Pil. Tart.* ℈j. *D. mane.*

8

℞. *Pil. Becher.* ℈j. *D. veſperi.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 In commotionibus hiſce Febrilibus, quæ ordinarie a Natura ad expellendam materiam acrem Salſo biliоſam in ſanguine hærentem inſtituuntur, nunquam tamen verum febrilem typum obſervant, ante omnia eo reſpiciendum eſt, ut materia hæcce mature partim temperetur, partim e Maſſa Sanguinea ad habitum corporis pellatur.
2 Huic fini potiſſimum inſerviunt remedia temperantia, materiæ illius acrimoniam aliquo modo infringentia & æſtum febrilem ita moderantia, ut per habitum corporis poſſit excerni.
3 Hæc ipſa temperantia, inpr. Salina cum Abſorbentibus mixta, ſimul etiam optime Urinam pellunt, ac multas partes ſalinas biliоſas per Urinam evacuant.
4 Iis tamen ſtatim vel jungenda vel ſubjungenda ſunt lenia diapnoica, hæc enim temperantibus mixta & Urinam & diapnoen pellunt, adeoque affectus curationem facilitant.
5 Eo magis autem inſiſtendum eſt hiſce remediis, ſi æſtus nimium urget cum aliis ſymptomatibus febrilibus, ut hoc modo blanda diapnoe promoveatur.
6 Si alvus eſt adſtricta, ita ut ideo motus febriles magis urgeant, aperiatur Clyſtere emolliente, aut veſperi dentur Pilulæ ex Gummatibus & Extractis, aut Stahlianæ, quæ omnes excretiones promovent.
7 Non ſolum autem curative, ſed etiam præſervative profunt, inpr. ſi Venæſectiones æquinoctiales aut Scarificationes in ſubjectis diſpoſitis præmittuntur.
8 Non ſine fructu etiam Infuſa laxantia & incidentia evacuationibus ſanguinis ſubjunguntur, quæ humores incidendo ſucceſſive evacuant.
9 Hiſce autem laxantibus palmam facile præcipiunt Pilulæ ex Sal. Tart. fixo certa encheireſi volatili redditо & cum Extracto quodam Purgante mixto, quæ non ſolum affectum brevi tempore mitiorem reddunt, ſi noctu ad gr. vj. viij. ℈ſs ſumuntur, ſed etiam dolores poſt Rhevmata relictos, imo eos quoque qui in articulis jam fixi ſunt, mitigant & tollunt, quod ſæpius expertus ſum.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In febrilibus hiſce commotionibus abſtinendum eſt ab omnibus commoventibus & draſticis remediis: exulent E. omnia emetica, Purgantia acria &c.
2 Abſint quoque ſudorifera calida, quæ maximos motus in Maſſa Sanguinea excitant, Rhevmata exaſperant, ita ut non raro in Febres acutas degenerent.
3 Ægroti in lecto quantum quidem poſſunt, tranquilli ſint, ac finem ſudoris expectent.

4 Vitent quoque omnes fortiores commotiones, quoniam hæ malum facile revocant; e contra vero corpus placido motu exerceant, ut hoc modo ſanguis æqualiter diſtribuatur ac ſecretiones & excretiones promoveantur.

CAPUT XXXIV.

DE

Febre Scorbutica.

I. *Definitio.* FEbris Scorbutica eſt Febris ſymptomatica & erratica horripilationibus & æſtu alternantibus ac maculis in peripheria corporis poſtea ſtipata, a Natura eum in finem excitata, ut per motus auctiores materiam quandam noxiam ad habitum corporis expellat.

II. *Differentia.*

1 Reſpectu *commotionum febrilium*, quæ in aliis *graviores*, in aliis vero *mitiores* ſunt.

2 Deinde Febris hæc non confundi debet cum illis in quibus interdum ob culpam ægrotantium & Medicorum, aut etiam ob concurrentem Cacochymiam maculæ rubicundæ occurrunt. Hæc enim Febris ſcorbutica requirit ſubjecta, quæ antea frequentibus maculis rubris, lividis &c. afflicta fuerunt. Vocabar ante duodecim, & quod excurrit annos ad ægrotum quendam qui maximum æſtum patiebatur; corpus hinc inde maculis rubicundis conſperſum erat, & quidam exiſtimabant eum laborare Petechiis, alii vero Scorbuto. Sed cum accuratius inquirerem in regimen & aſſumpta remedia, utrumque negabam; æger enim in æſtu die eodem e lecto ſurrexerat: unde ſequebatur aliqualis horror cum inſigni æſtu; adſtantes ad expellendum venenum, uti putabant, dederant Theriacam Andromachi, Tinct. Bezoardicam, vinum rubrum generoſum &c. ac ægrotum colore hypocauſti ac ſtragulis cogere voluerant ad ſudorem, unde in tali æſtu maculæ eruperant. Præſcribebam E. Potiunculam diaphoreticam temperantem ac Emulſionem, unde ſequenti die melius ſe habebat, maculæ vero diſparuerant, & ſic elapſis paucis diebus priſtinam ſanitatem recuperabat.

III. *Signa.*

1 Præcedunt multa Scorbuti ſigna, de quibus ſupra Tab. de Scorbuto actum fuit, quæ manifeſte Scorbutum adeſſe monſtrant.

2 Inpr. vero ſæpius affliguntur maculis varii coloris, rubicundis, ex atro rubris, lividis &c. ſine concurſu ſenſibili febrili.

3 Imo ordinarie præcedunt hæ maculæ ipſas commotiones febriles, illaſque comitantur.

4 Et ſi antea non ſufficienter prodierunt, per motus febriles magis expelluntur, ut hoc modo Natura fine ſuo potiatur.

5 Sed tales maculæ ordinarie ſunt minores ac numero pauciores, coloris minus conſu eti, & etiam in locis inconvenientibus prodeunt, donec Natura motibus ſuis febrilibus per conſueta loca & ſufficiente numero ac magnitudine eas expellat.

6 Interea in partibus in quibus tales maculæ hærent, aut per quas expelli debent, inſolito languore ac torpore affliguntur.

7 Quos non raro dolores tendentes, prementes, modo minores, modo graviores ſequuntur, ita ut ægri ob fatigationem & dolorem inſignem admodum inquieti ſint.

8 Quoad ipſas febriles commotiones, ſunt eæ admodum variabiles & inconſtantes.

9 Non raro enim mitiores quoque tales motus uno impetu in vehementes commotiones degenerant.

10 Quæ tamen diu non durant, ſed brevi iterum finiuntur.

11 Interim tamen gravia & moleſta admodum in temporariis hiſce commotionibus conjuncta habent ſymptomata.

12 Præter ſcil. fatigationem & dolores tenſivos, modo memoratos, anguſtias & anxietates præcordiorum.

13 Quibus junguntur vertiginoſæ capitis perturbationes.

14 Alvus eſt perturbata, ſive modo adſtricta modo ſicca.

15 Nulla tamen deliria concurrunt in hiſce perturbationibus.

16 Sed ſæpius urgentibus hiſce ſymptomatibus inſperata ſequitur animi alacritas & euphoria.

17 Et tales viciſſitudines interdum cito alternant, ita ut ſtatim ſymptomata illa iterum urgeant.

18 Nullus tamen unquam in hiſce Febrilibus commotionibus obſervatur typus multo minus periodus, ſed vago modo ægrotos corripiunt, adeoque revera nil niſi Febres ſymptomaticæ ſunt.

19 Sed tam diu recurrunt, donec materia, quam Natura expellere nitebatur, e corpore excreta ſit.

IV. *Subjectum.*

1 Homines Scorbuto vero laborantes & eum antea ſæpius experti.

2 Per malum vitæ regimen Scorbutum incurrentes.

3 Cacochimici etiam ſimul multa hypochondriaca pathemata paſſi.

V. *Prognoſis.*

1 Febres tales nullum periculum minantur, etiamſi frequentius recurrant.

2 Et hinc magis in iis reſpiciendum eſt ad affectum primarium, nempe Scorbutum, quam ad commotiones febriles.

3 Quo neglecto facile per remedia inconvenientia turbari poſſunt.

4 Inpr. quando pathemata hypochondriaco-arthritica concurrunt, ſic enim commotiones tales febriles facile in pejorem ſtatum degenerant.

5 Quamvis autem Medici ſæpius Scorbutum in multis Febribus tanquam cauſam accuſent, revera tamen Febres tales ſcorbuticæ in noſtris regionibus maxime ſunt raræ: an vero frequentiores ſint iis in regionibus, ubi epidemice homines affligit, ii norunt qui in talibus locis praxin exercent. Fateor me in tota mea Praxi ultra quinque vel ſex hoc morbo laborantes non obſervaſſe. Vocabar aliquando ad puerum novem vel decem annorum, qui, eo tempore quo Febres petechizantes hic graſſabantur, poſt horripilationes & æſtus totum corpus maculis varii coloris ſatis magnis conſperſum reportabat. Chirurgus jam conſultus fuerat, qui dum Petechiarum mentionem fecerat, magnum terrorem parentibus incuſſerat: cum vero nil niſi leviores commotiones febriles in puero deprehenderem adſtantes læto animo eſſe jubebam: exhibebam E. nil niſi potiunculam leniter diapnoicam & ſimul temperantem unde brevi ſalvus erat.

6 Commotiones hæ febriles non facile ad acutam indolem inclinant, niſi admodum perverſe tractentur.

7 Magis vero tendunt ad diuturnitatem ſive frequentiorem recidivam, ſi affectus primarius non tollitur.

VI. *Remedia.*

1 Lenia temperantia & diaphoretica Arcan. dupl. Tart. Vitr. ♁ diaph. Bezoard. miner. &c.

2 Blanda laxantia Tamarind. Fol. Senn. ſ. Rhabarb. Manna, Pil. Stahlianæ.

3 Anti Scorbutica: Vid. *Tab. de Scorbuto.*

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula diapnoico temperans.

℞. *Aq. Cherefol.*	♁ *diaph.*
Becabung.	*Nitr. regener.*
Nummular.	*Tart. Vitr. ā* ℈j.
Bellid ā ʒj.	*Sacch. Canar.* ʒij. *M.*
Conch. citrat.	*D. cochleatim.*

2 In-

2 Infusum laxans.

℞. *Rad. Vincetox.* *Fol. Senn. ſ. ſt.* ʒvj.
Onon. *Rhabarb. el.*
Polyp. *Fibr. Helleb. nigr. ā* ʒij.
Herb. Fumar. *Inciſ. infund. in Vin.* ℔iij.
Triſol. fibr. *Colat. D.* ʒvj. *mane.*
Cherefol. ā mſs.

Reliquas Formulas contra Scorbutum vid. *ſupra*.

VII. *Methodus Medendi*.

1 Febris Scorbutica rarius poſtulat peculiarem Methodum, ſed curato morbo primario, nempe Scorbuto per ſe ceſſat.
2 Nec etiam opus eſt remediis, quoniam per ſolam tranquillam in lecto continentiam ordinarie ſponte cum omnibus ſymptomatibus curatur.
3 Si tamen aliquid agendum eſt, ſufficiunt temperantia cum diapnoicis interpoſito ſolum potu ſufficiente, inpr. mediocriter calido.
4 Præſervationis gratia conveniunt lenia laxantia cum antiſcorbuticis mixta, præſertim ſi aliquandiu uſurpantur, aut certis temporibus repetuntur.
5 Hiſce vero ſemper interponantur antiſcorbutica ut hoc modo affectus primarius tollatur.
6 Si in commotionibus hiſce febrilibus pathemata hypochondriaco arthritica occurrunt, ad hæcce quoque reſpiciendum eſt, de quibus ſuo loco.

VIII. *Cautelæ Practicæ*.

1 Quamvis hæ commotiones febriles in Scorbuto ſæpius ſint leviores, nunquam tamen prorſus negligendæ ſunt.
2 Multo minus perverſa Methodo utendum eſt, quoniam gravia mala non raro exinde originem trahunt.
3 Exulent hic omnia commoventia, Vomitoria, Purgantia fortiora, Volatilia, fortiora ſudorifera &c.
4 Reliquas Cautelas Vid. *Tab. de Scorbuto*.

CAPUT XXXV.

DE

Febribus corruptis & nondum typicis.

I. *Definitio*.

1 FEbres corruptæ ſunt Febres partim intermittentes, partim acutæ, quæ vel propter malum regimen, vel propter perverſam medicationem ita corruptæ ſunt, ut ab indole & typo ordinario prorſus alienæ ſint, ac hinc tam diagnoſin, quam curationem admodum difficilem reddant.
2 Febres nondum typicæ ſunt commotiones febriles modo graviores modo mitiores, quæ tamen, licet communia febrilia ſymptomata conjuncta habeant, nondum tamen ſe ita manifeſtant, ut exinde plenarie cognoſci queat, an ad acutas, an vero ad intermittentes referri debeant vel queant.

II. *Differentia*.

1 Febris corrupta eſt vel *intermittens* vel *aucta aut continua*.
2 Eadem differentia quadrat quoque in Febres nondum typicas.

III. *Signa*.

1 Quando omnia ſymptomata ita ſunt confuſa, ut morbus ad nullam certam Febrem referri queat, quoniam typus ſimul perverſus eſt: aut quando Febris in ſuo gradu cum omnibus ſymptomatibus nimium aucta eſt, aut quando in vigore ſuo defecit præſente nihilominus virium proſtratione.
2 Febrium vero nondum typicarum ſymptomata ſunt, invaſio quædam febrilis vel fortior, vel mitior: primis tamen diebus vix cognoſci poteſt, ad quam Febrium claſſem referri debeant vel queant.

IV. *Subjectum*.

1 Homines quicunque in Febribus tam intermittentibus quam acutis per inconvenientia remedia imprudenter tractati.
2 Ægroti regimen Febribus conveniens minime obſervantes.
3 Senſibiles & ad animi commotiones proni.

V. *Prognoſis*.

1 Febres corruptæ ordinarie majori exponunt periculo ægrotantes, quam non corruptæ, quoniam omnia ſymptomata magis urgent.
2 Majus adhuc periculum ab iis imminet, ſi ſimul excretiones in Febribus neceſſariæ ſuppreſſæ ſunt.
3 Febres corruptæ ſemper diutius durant & difficilius curantur, quam non corruptæ.
4 Febres intermittentes corruptæ facilius curantur quam acutæ.
5 Acutæ corruptæ ſemper admodum periculoſæ ſunt, & quamvis conveniente etiam Methodo tractentur, nihilominus tamen ſæpius ad mortem properant.
6 Febres nondum typicæ ſi imprudenter tractantur, facile in graviores morbos degenerant.

VI. *Remedia*.

1 Sunt ſæpius laudata temperantia, abſorbentia, diaphoretica fixa, Julepi, Emulſiones &c.
2 Alexipharmaca varia hiſce interpoſita.
3 Lenia laxantia pro diverſitate Febrium.
4 Tonica varia ſuperius recenſita.

Formulæ Remediorum.

Vid. *Tab. præcedentes*.

VII. *Methodus Medendi*.

1 *In morbis corruptis*.
a Cum tales Febres per imprudentem medicationem & malum regimen corruptæ fuerint, Methodo cuivis Febri convenienti tractandæ ſunt.
b Conveniunt E. ab initio ſæpius laudata digeſtiva, abſorbentia acido Citri ſaturata & diaphoretica fixa cum Eſſentia alexipharmaca reliquis vel mane vel a meridie interpoſita.
c Ad alvi laxitatem ſemper etiam reſpiciendum eſt, inpr. in Febribus intermittentibus corruptis, quoniam ab alvi libertate ſymptomatum mitigatio dependet.
d Pilulæ Stahlianæ & Becherianæ ac amara cum lenibus laxantibus mixta hic optima ſunt, quoniam ad Febris revocationem multum contribuunt.
e Si Febris iterum in ordinem redacta eſt, tractetur poſtea Methodo ordinaria.

2 *In Febribus nondum typicis*;
a Exhibeantur ab initio digeſtiva cum abſorbentibus & diaphoreticis fixis, quibus pro circumſtantiarum ratione interponatur Eſſ. alexiph.
b Et hæcce remedia tam diu continuanda ſunt donec Febris certum typum acquiſiverit.
c Si autem talis typus ſe manifeſtat, probe deinde ad eum medicus attendat, ne iterum per imprudentem remediorum applicationem turbetur.
d Sin vero prorſus nullus adeſt typus, Medicus inquirat in tempus invaſionis, an matutinum, antemeridianum, pomeridianum an vero veſpertinum fuerit, ut & an cum, an vero ſine horrore invaſerit; & ſic verſus tempus exacerbationis conſueta digeſtiva cum abſorbentibus fixis, declinante vero Paroxyſmo alexipharmaca exhibeat.

VIII. *Cautelæ Practica*.

1 In Febribus corruptis pariter ac nondum typicis abſtinendum eſt ab omnibus remediis commoventibus & Venæſectione, quoniam morbos & typum magis pervertunt, laudanda potius eſt mitiſſima Methodus.
2 In Febribus corruptis ægrotus non obruatur remediis, ad expugnandum morbum, quoniam enim reſtitutio tarde procedit, patientia opus eſt.
3 Eſſent. alexipharmacam, inpr. Eſſ. Scordii probe mitigatam, præſtat minoribus & repetitis doſibus, quam auctioribus exhibere.
4 Abſorbentia quæ cum digeſtivis exhibentur, ſemper ſint acido Citri ſaturata, ſic enim eo melius & diureſin & diaphoreſin promovent.

LIBER VI.

DE

AFFECTIBUS SENSUUM INTERNORUM

ET

EXTERNORUM IN GENERE.

I. *Definitio.*

MOrbi ſenſuum ſunt affectus præternaturales, ſenſus affligentes, eorum functionem magis vel minus lædentes, a variis cauſis originem trahentes.

II. *Differentia.*

1 Alii *ſenſus externos* corripiunt, uti ſunt varii affectus oculorum, aurium &c.

2 Alii vero *ſenſus internos* affligunt, uti ſunt varia deliria.

3 Alii ſunt *recentes* & ſenſuum functionem ſolum aliquo modo lædentes.

4 Alii vero *inveterati* & ſenſuum tam internorum quam externorum uſum quam maxime perturbantes.

II. *Signa:* quæ per ſe facile patent

1 *Senſuum externorum*:

a Viſus imminutio per *Hypopium*, *Unguem oculi &c.* ejuſdem abolitio per *Cataractam*, *Guttam ſerenam*, graviores læſiones oculorum.

b Auditus læſio aut abolitio per *Obauditionem*, *Tinnitum*, & *Suſurrum aurium*, *Surditatem*,

c Depravationes & læſiones Guſtus & Olfactus, ita ut omnia ſalſa, amara &c. appareant.

d Læſiones tactus variæ ex relatione ægri ſe manifeſtantes.

2 *Senſuum internorum*:

a Læſiones memoriæ, debilitas ejuſdem & amiſſio.

b Rationis perverſus ſtatus in variis deliriis tam acutis in Febribus, quam Chronicis. *Melancholia*, *Mania*, *Moria* &c.

c Læſiones appetitus, dum vel imminuitur, vel depravatur, vel augetur, ſitis vel aucta vel nulla. Signa Specialia in ſequentibus tabulis explicabuntur.

IV. *Subjectum.*

1 Affectibus hiſce in genere obnoxii ſunt omnes homines, quilibet enim in tales morbos ob varias cauſas incide re poteſt.

2 Magis tamen ad eos inclinant homines, frequentes congeſtiones ad ſenſoria paſſi.

3 Varios morbos tam acutos quam chronicos experti, a quibus ſæpius talia mala producuntur.

4 Quibus Philtra vel venena exhibita fuerunt.

5 Meditationibus nimium indulgentes.

6 Melancholici, ſanguinem ſpiſſiorem habentes, mœrori & triſtitiæ dediti.

7 Maxime ſenſibiles, iracundi. Reliqua vide *in Tab. Specialibus*.

V. *Prognoſis.*

1 In læſiones ſenſuum Ars Medica tantam non habet potentiam ac in alios morbos, & hinc non paucæ illarum vel ſunt admodum chronicæ, vel incurabiles.

2 Chirurgia interdum facilius adhuc tollere poteſt nævos oculorum internos, quod videmus in Hypopio, Ungue oculi & depoſitione Cataractæ.

3 Læſiones ſenſuum internorum, a fortioribus animi pathematibus productæ, utpl. eludunt omnem operam Medici.

4 Si vero res naturales in cauſa ſunt, uti ſanguis ſpiſſior in liene incarceratus cauſa eſt Melancholiæ hypochondriacæ, aliquando curationem admittunt, quamvis & hic magnus requiratur labor: idem cenſendum eſt de Mania,

5 Deliria, a Philtris, Venenis &c. producta, adhuc difficilius curam admittunt.

VI. *Remedia.*

1 Evacuantia varia per ſuperiora & inferiora.

2 Omnis generis alterantia, incidentia, reſolventia, abſorbentia.

3 Auxilia Chirurgica varia, ope inſtrumentorum & remediorum.

4 Specifica, quæ tamen rariſſima ſunt.

Formulæ Remediorum.

De hiſce vide *Tab. ſequentes.*

VII. *Methodus Medendi*, &

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Hæc pro diverſitate ſubjectorum, affectuum, admodum variat, quare Medicus ad omnia probe attendat neceſſe eſt.

2 Nonnunquam Veneſectione opus eſt, ſed Medicus probe examinet, quo tempore & qua in parte ea inſtitui debeat.

3 Imprudenter enim inſtituta ſæpius affectus graviores reddit.

4 Si purgandum eſt, id pariter fiat debito tempore & remedia in ſufficienti copia exhibeantur, quidam enim horum morborum non niſi lenes poſtulant laxationes, quidam vero etiam draſtica Vomitoria & Purgantia dum euphoria ferunt, uti id videmus in maniacis, quibus interdum doſes remediorum in duplo exhibere neceſſe eſt.

5 Si morbus talis dependet ab alio, ſemper ad primarium reſpiciendum eſt, quo neglecto nunquam ſalutaris obtinetur finis.

6 Cura moralis in affectibus imaginationis plus ſæpius prodeſt, quam omnia alia remedia.

7 In deliriis a Philtris, Venenis &c. Medicus utpl. ob defectum ſpecificorum oleum & operam perdit.

8 Nunquam tamen exhibeantur ſpecifica, niſi præmiſſa fuerint, ubi opus eſt, univerſalia, Veneſectio ſcil. Vomitoria, Purgantia, Diaphoretica, Incidentia, Abſorbentia &c.

9 In Deliriis mulierum coitus ſæpius omnia reliqua remedia ſuperat. Vid. infra ſub *Morbis Mulierum*.

10 Si læſiones ſenſuum internorum dependent a peculiari partium conformatione, Medicus fruſtra utitur omnibus remediis.

11 Cura præſervativa hic in Medico probe quoque eſt attendenda, quoniam tales affectus facile recrudeſcunt: novi feminas, qui in puerperio ſemper erant maniacæ, aliæ melancholicæ, aliæ vero adeo ſimplices, ut vix aliquid comprehendere poſſent, In aliis obſervavi tempore graviditatis vel perpetuam Melancholiam vel furorem contra maritos, quos tamen maxime amabant, directum, quæ tamen incommoda miſſo ſanguine mox ceſſabant. In aliis malum tempore vernali, in aliis vero autumnali recrudeſcit: adeoque Medicus conſideratis omnibus circumſtantiis modo Laxationes, modo Veneſectiones &c. inſtituere debet.

SE-

SECTIO I.

DE

MORBIS SENSUUM EXTERNORUM.

CAPUT PRIMUM.

DE

Hypopio & Pterygio.

I. *Definitio.*

1 *Hypopii.*
HYpopium eſt parvum apoſtema ſ. puſtula ſub tunica cornea, a perpeſſa inflammatione, male diſcuſſa, producta.

2 *Pterygii ſ. Unguis:*
Pterygium ſ. Unguis eſt concrementum quoddam membranoſum, volucrum alam l. unguem humanum repræſentans, ex cantho oculi majori plerumque originem ſumens & ad pupillam ſæpius ſe extendens viſumque intercipiens.

II. *Differentia.*

1 Quomodo Hypopium & Pterygium inter ſe differant ex Definitionibus patet.

2 Pterygii plures ab Auctoribus recenſentur ſpecies. Aliud enim e *tenui* tantum *membrana* formatum videtur: aliud e *pinguedine*: aliud denique ex *fibris carnoſis*, intertextis aliquot vaſculis ſanguineis, quod ſpecialiter *Pannus* audit.

3 Aliud porro eſt *parvum*, aliud *magnum*: aliud fortiter corneæ adhærens: aliud facile ab eadem ſeparabile: aliud *album*, aliud *rubrum*.

III. *Signa.*

1 *Hypopii.*
Puſtula parva ad inſtar variolæ in hac l. illa oculi parte poſt prægreſſam inflammationem exſurgens.

2 *Pterygii:*
Excreſcentia e cantho oculi majori exorta, & quotidie magis magisque in latum ſe ſe extendens, figuram alæ l. unguis efformans, tandemque ipſam vilionem obſcurans.

IV. *Subjecta.*

1 Hypopio expoſiti ſunt, qui Ophthalmia ſanguinea laborant.

2 Qui contuſionem oculorum paſſi ſunt.

3 Quibus oculi variolis obſidentur.

4 Pterygio, quibus Hypopium minus bene curatum fuit.

5 Quibus acriora remedia, affluxum humorum invitantia, applicantur.

V. *Prognoſis.*

1 Inflammatio oculorum, niſi rite diſcutiatur, poſt ſe ducit ſuppurationem Hypopiumque efformat.

2 Hypopium vero minus bene mundificatum Pterygio ſæpius occaſionem præbet.

3 Hypopium ſelectis remediis facile cedit, nullamque deformitatem poſt ſe relinquit.

4 Quo propius vero ipſi pupillæ eſt, eo accuratius tractandum.

5 Pterygium in principio ſuo adhuc conſtitutum non ita difficulter remediis externis tollitur.

6 Quando vero jam latioris ambitus eſt, tunc minus obedit his medicaminibus, ſæpiuſque præſidio Chirurgico opus eſt.

7 Ubi tamen exquiſitior concurrit ſenſus, nec Operatio Chirurgica tuta eſt, cum Carcinoma exinde quandoque originem ſumat.

VI. *Remedia.*

1 Generaliora, affluxum humorum verſus ſuperiora derivantia & evacuantia: Venæſectio & Scarificatio in ſtatu Plethorico; laxantia ex Rhabarbaro, ♀ dulci, Extract. Helleb. nigr. Panchym. Croll. Maſſ. Pil. e Succ. Crat. Reſin. Jalapp. Scammon. Sal. Epſon. ſ. Cathart. amar. Pediluvia.

2 Diſcutientia in Ophthalmia celebrata, & in ſpecie Unguentum ophthalmicum D. Weisbach.

3 Hypopium ruptum mundificantia, ſeptica leniora: Ungt. modo laudatum, mel in vaſe cupreo liquatum, donec virideſcat, ſaccharum in vaſe cupreo ad cœruleum fere colorem tritum, os ſep. ppt. Conch. ppt. mat. perl. ppt. Teſt. ovor. ſubtiliſſ. pulveriſat. Tut. Pompholyx, Nihil. alb. pulveretenus inflata, vel cum ▽ ophthalmicis, Euphraſ. Fl. Cyan. Roſ. Calcatr. chelid. maj. mixta & applicata, Vitriolum album & ſaccharum ℈ni in ▽ ophthalm. ſolut. & guttatim applicita, ſaccharum Canarienſe ſubtiliſſime pulveriſatum, oleum laterinum.

4 Pterygia emollientia: Pinguedines recentes: Anſeris. Aſciæ piſcis, Serpent.

5 Eadem abſumentia: ſeptica ſupra commendata mitiora, poſt & fortiora: ſel Anſer. Gallinar. piſcium cum melle ſubactum, Succ. Nicot. Chelidon. major. Aloe hepatica; denique penetrantiſſima: Vitriolum Cyprium, ♀ præcipitat. Æs uſtum, Lithargyrium, Crocus Metallorum, aquis, oleis l. mucilaginibus diluenda & contemperanda. Ultimo loco Operatio Chirurgica.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ laxantes.

℞. *Extract. panchym. Crol.* *Reſin. Jalapp. gr. iv.*
gr. XII. *F. l. a. Pil. No. XV.*
♀ii dulc. rit. par. gr. vi. *D. pro una vice.*

2 Pulvis laxans.

℞. *Speciſ. Jalappin.* ℥ß. *M. D. pro una vice.*
♀ii dulcis rit. parat. ℈ß

3 Sal laxans.

℞. *Salis Cathart. amar.* ℥j. *calente,*
Aſſumatur in juſculo

4 Unguentum Ophthalmicum diſcutiens & reſolvens.

℞. *Ungt. ophthalm. D. Weisbach.* ℥ij. *ad magnitudinem piſi oculi cantho majori.*
Applicetur bis per diem

5 Aqua ophthalmica mundificans & exiccans.

℞. *Tut. ppt.* ʒj. *Chelidon.*
Matr. perl. ppt. *Fœnic. a.* ʒij.
Oſſ. ſep. ppt. a. ℥ß. *M. &c. penna loco affecto*
Camph. ℈ß. *applicetur.*
▽ *Euphraſ.*

6 Unguentum emolliens pro Unguibus.

℞. *Pingued. Aſciæ piſc. l.* *Applicetur guttatim calide.*
viperar. rec. ʒij.

7 Aqua ſeptica pro iiſdem.

℞. ▽ *Fl. cyan.* *rat. gr. vj.*
Roſar. *Aloes hepat. gr. iij.*
Chelid. maj. *Vitriol. alb. gr. ij.*
Croc. metall. ſubtiliſſ. *M. applicetur, ut antea.*
pulveriſat. & edulco-

8 Alia.

℞. ▽ *Chelid.* ○°○ *ex pann. Cannabin. combuſt. parat.*
Euphraſ. *parum.*
Roſar. ā. ℥ß. *M. Uſus, ut prioris.*
Tut. ppt. ʒj.

9 Alia.

℞. ▽ *Roſar.* *Vitriol. Cypr.* ℈ß.
Euphraſ. *Sacchar.* ℈ni gr. v.
Chelid. maj. *M. Uſus, ut præcedent.*
Fl. Cyan. a. ℥ß.

VII. *Methodus Medendi.*

1 *Hypopii.*

a In incipiente Hypopio eadem uſurpantur remedia, quæ in Ophthalmia ſanguinea commendata ſunt, interna nimirum & externa diſcutientia, laxantia aliquoties repetenda, Pediluvia.

b Quo facto eo intentio dirigatur, ut vulnuſculum mundificetur, quod per Unguentum ophthalmicum Weisbachii, egregium diſcutiens & mundificans, aliaque ſeptica leniora impetratur.

2 *Pterygii ſ. Unguis*:

a In Pterygii geneſi conveniunt etiam aliquæ laxationes per vices inſtituendæ, præmiſſa in ſtatu plethorico Scarificatione aut Venæſectione.

b Deinde excreſcentia hæc emollienda eſt per pinguedines ſupra laudatas, per aliquot dies parti affectæ guttatim calide inſtillandas.

c Subſtituantur poſtea lenia ſeptica & his nihil proficientibus magis magiſque fortiora in uſum trahantur, impoſitis ſub horum uſu externe Sacculis diſcutientibus camphoratis, pro dolore a ſepticis inducto mitigando, aut etiam ſolutione Sacchari Saturni in uſum vocata, quæ acrimoniam ſepticorum egregie temperat.

d Qui vero Unguento Weisbachii potitur, raro hiſce opus habet.

e Quando Pterygium latioris eſt ambitus & medicamentis non obedit, Operatio Chirurgica in auxilium vocetur.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Hypopio jam rite formato fruſtra ad diſcuſſionem intentio dirigitur; præſtat hoc in caſu ad ruptionem & mundificationem ſtatim reſpicere.

2 Ruptio melius committitur naturæ quam arti: niſi enim perita manus apertionem inſtituat, facile aliam oculus læſionem incurrere poteſt.

3 Septica & mundificantia, quæ adhibentur, non ſint acriora: ſæpius enim major humorum affluxus exinde invitatur, majorque etiam inflammatio inducitur.

4 Unde, ſi in uſum trahuntur, ſemper temperanda ſunt per diluentia, oleoſa, mitigantia, ſaturnina & diſcutientia.

5 Quod inprimis in illo caſu obſervandum, ubi pro Pterygiis extirpandis in uſum trahuntur.

6 Emollientia olea, quæ in Pterygiis adhibentur, non ſint antiqua, utpote quæ colliquandi vim habent, ſed recentia, quæ emolliendi vi prædita ſunt.

7 Neque etiam hæc diu in uſum trahantur, alias major humorum affluxus contingit.

8 Idem etiam efficiunt formulæ nimium aquoſæ.

9 Omnes pulveres, qui in uſum trahuntur, decet eſſe alcoholiſatos; alias irritatio oculi eundem humorum affluxum inducens exoritur.

Caput Secundum.

De

Cataracta & Gutta Serena.

I. *Definitio*

1 *Cataractæ*:

Cataracta ſ. Suffuſio eſt obſcuratio viſus, ab humore viſcido ſub tunica cornea pupillæ adhærente & radiis luminaribus ingreſſum per humorem cryſtallinum præcludente originem habens.

2 *Guttæ Serenæ*:

Gutta Serena eſt omnimoda viſus privatio, a paralytica nervorum opticorum læſione probabiliter dependens.

II. *Differentia*.

1 *Cataracta a Gutta Serena differt*

a Ratione *cauſæ*: hæc quippe nervorum vitiis originem debet, illa vero ab humorum lentore & viſciditate natales ſuos ducit.

b Ratione *læſionis*: Cataracta pupillam offendit, eandemque humore concreto contegit: Gutta vero ſerena oculum quoad externa prorſus integrum & ſanum repræſentat.

2 *Cataracta ratione ſui ipſius differt*

a Reſpectu *coloris*: qui eſt vel albus l. glaucus, l. viridis l. flavus, l. cœruleus.

b Reſpectu *magnitudinis*: l. totam pupillam contegit l. partem tantum illius.

c Ratione *conſiſtentiæ*: materia Cataractam formans l. eſt adhuc tenuior & fluxilis l. craſſior, in concrementum jam mutata.

d Ratione *durationis*: vel eſt incipiens, l. conſummata.

III. *Signa*

1 *Cataractæ*.

a Conſpicitur externe pupilla ipſius oculi tecta materia quadam, modo viridem, modo cinereum, modo flavum, modo album colorem referente.

b Quando formari demum incipit & materia adhuc tenuis eſt, variæ res oculis obverſari creduntur, v. g. nubeculæ, muſcæ, culices, telæ aranearum, filamenta &c. viſus vero aliquo modo adhuc ſubſiſtit.

c Quod ſi vero humores illi viſcidi magis coeunt & concreſcunt, viſu omnino privantur Patientes & color ipſius Cataractæ accuratius poteſt diſtingui quam in primo principio.

2 *Guttæ Serenæ*:

Subito plerumque exurgit cum viſus omnimoda ablatione, oculo prorſus nullum vitium referente, ſed ad inſtar ſani ſeſe habente.

IV. *Subjectum*.

1 Qui hæmorrhagiarum ſpontanearum, hæmorrhagiæ nimirum narium conſuetæ, Hæmorrhoidum & menſium ſuppreſſiones incurrunt.

2 Vel qui artificiales Sanguinis evacuationes aſſuetas omittunt.

3 Fonticulos, Veſicatoria, ulcera diu manantia temere ſupprimentes.

4 Externas violentas injurias, ictum, caſum, contuſionem paſſi.

5 Lucubrationibus nimis, concurrente diſpoſitione, indulgentes.

6 Venere abuſi.

7 In fumis, exhalationibus acrioribus, diu verſantes.

V. *Prognoſis*.

1 Gutta Serena rariſſime curatur & ab omnibus fere Auctoribus pro re deſperata habetur.

2 Cataracta, quando in primis ſuis adhuc conſtituta eſt initiis, remediis internis & externis reſolventibus ſpecificis curationem adhuc admittit.

3 Quando vero rite jam formata eſt, tunc nonniſi auxilio chirurgico tollitur.

4 Cataracta alba præ reliquis ſpeciebus curatu facilior judicatur.

VI. *Remedia*.

1 Primas vias expurgantia & humores præparantia, hydragoga & melanagoga: Rad. Jalapp. Specif. Jalappin. Pulv. Cornachin. Maſſ. Pil. e Succin. Crat. Extract. Helleb. nigr. Panchym. Croll. ℞ius dulcis.

2 Sanguinem abundantem evacuantia & humores avertentia: Venæſectio in pede, Scarificationes, hirudinum applicatio, Fonticuli brachiis inuſti, Veſicatoria, & Setacea nuchæ applicita, pediluvia.

3 Materiam ſtagnantem reſolventia & attenuantia fibrillaſque oculi roborantia: Rad. Valerian. Chelidon. maj. Herb. Verben. Meliſſ. Beton. Euphraſ. Anagall. Fl. Calcatripp. Roſ. Cyan. Calend. Sem. Aniſ. Fœnic. ▽ Muſtelæ fluviatilis, a Michaele commendata, externe applicita, Eſſentia dulcis Halenſis externe & interne uſurpata, Unguentum ophthalmicum D. Weisbach, Vitriolum album, vitrum ♁ii, Crocus metallorum, ſuccus formicarum, ſel lucii piſcis cum ▽ mellis ſubactum.

4 Materiam non amplius reſolubilem removet a pupilla acus peculiaris huic Operationi deſtinata.

For-

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.

℞. *Pulv. Cornach. gr.* 25 *M. D. pro una vice.*
℥ii *dulcis rit. par.* ℈ß.

2 Alius.

℞. *Specif. Jalapp.* 3ß. *pro una vice.*

3 Pilulæ laxantes.

℞. *Maſſ. Pil. e Succin. Crat. gr. XV.* *ms. et cum Tinct.* ℥ii *Tart. ſ. Pil. No. XV.*
Extr. helleb. nigr. ℈ß. *Conſperg. pulv. liquir.*
℥ii *dulc. rit. par. gr. vi.* *D. pro una vice.*
Reſin. Jalapp. gr. ij.

4 Infuſum diſcutiens & roborans.

℞. *Rad. Valerian.* *Calend.*
Chelido. maj. ā. 3ß. *Cyan. ā. p. j.*
Herb. Meliſſ. *Inciſ. ad inſtar Herb. Thee*
Verben. ā. Mß. *ſingulis mane uſurpentur.*
Flor. Anagall. punic.

5 Aliud.

℞. *Herb. Euphraſ.* *Roſar. a. p. j.*
Beton. *Sem. fœnic.* 3ß.
Anagall. ā. Mß. *Sem. fœnic.* 3ß.
Fl. Calcatripp. *Inciſ. contuſ. uſurp. ut præc.*

6 Tinctura reſolvens & roborans.

℞. *Tinct.* ℥ij *tartariſat.* *ms. Doſ. gutt.* 30. *ſingulis*
Eſſent. pimpinell. alb. *mane in Infuſo præſcripto.*
ā. 3iß.
Succin. 3ß.

7 Eſſentia roborans.

℞. *Eſſent. dulc. Hal. Ord.* *Doſ. gutt.* 20. *bis per diem.*
3ij.

8 Unguentum D. Weisbach.

℞. *Butyr. majal. illot.* 3iv. *Virid. æris gr. xii.*
Tut. ppt. 3ß. *Miſce, quotidie verſus ſomni tempus ad piſi magnitudinem cantho oculorum majori inungendo.*
Corall. r.
Camph.
Sacchar. ℥ni a. 3ß.
Nihil. alb. 3ij.

VII. *Methodus Medendi.*

1 Quando materia Cataractam formans adhuc tenuis eſt, eo ſcopus dirigatur, ut humores verſus caput congeſti evacuentur & revellantur.
2 Fit hoc per laxantia nunc & tunc repetita, Venæſectiones, Scarificationes, Fonticulos, Setacea, Veſicatoria, Pediluvia.
3 Parti vero affectæ ſuccurratur per interna & externa reſolventia & diſcutientia, intermixtis roborantibus.
4 Quod ſi nullam amplius diſcuſſionem admittit affectus, tunc operatio Chirurgica in auxilium vocari poteſt.
5 In Gutta Serena itidem univerſalibus modo nominatis prius locus concedatur, poſtea nervina & tonica in uſum vocentur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Purgantia, quæ adhibentur, ſint ſelecta, non irritante vi prædita & frequentius, ſingulis nempe menſibus, in uſum trahantur.
2 Venæſectiones & Scarificationes in robuſtioribus & aſſuetis nunquam intermittantur, alias malum eximie augetur: vanus enim eſt metus, per eaſdem viſus debilitatem induci.
3 In ſubjectis ſpongioſioribus præſtat Scarificationes quam Venæſectiones in uſum trahere & quidem magis in inferioribus quam ſuperioribus locis.
4 In malo pertinaciori Fonticuli, Veſicatoria & Setacea non raro eximium levamen afferunt, ſed opus eſt, ut iiſdem inhæreamus, alias affectus majori vi & pertinacia repullulare ſolet.
5 Euphragiæ, ad inſtar herbæ Thee uſurpatæ, virtutem plures deprædicant, in formata tamen Cataracta nihil ab eadem ſibi promittendum eſt.
6 Eſſentia quoque dulcis interne & ſpecialis ad oculos externe uſurpata pluribus encomiis digna cenſenda eſt.
7 Qui hac deſtituuntur, non abſque effectu Unguentum ophthalmicum D. Weisbachii in uſum trahere poſſunt.
8 In omni tamen caſu, niſi humores Cataractam formantes ampliùs ſint fluxiles, tam ab internis quam externis remediis parum ſibi promittendum eſt.
9 Veneris abuſum nec non lucubrationes & exhalationes externas acriores noxias eſſe ex ſupra dictis jam patet.
10 A perſpicillis dioptricis tam diu abſtinere debemus, quantum poſſibile eſt: plerumque enim major debilitas viſus per eadem inducitur.
11 Allium & Cepæ, ut traditio fert, oculis ſunt inimica: experientia tamen hoc omnino rejicit in ruſticis, Judæis, Hungaris, Polonis.
12 Poſt febres acutas, hæmorrhagias nimias, alioſque morbos graviores plerumque debilitas viſus remanet, quo tempore oculi non ſunt defatigandi per multam lectionem & adſpectionem rerum ſubtilium & lucidarum, utpote quæ energiam oculorum non parum imminuunt.

Caput Tertium.

D E

Tinnitu & Suſurro Aurium.

I. *Definitio.* Tinnitus & Suſurrus aurium ſunt depravationes auditus in perceptione ſoni, vel tinnitum l. ſuſurrum formantis, conſiſtentes.

II. *Differentia.*

1 Diſtinguitur uterque affectus a *pulſatione*, ubi in aurium cavitate pulſus, qualem arteriæ referunt, percipitur.
2 A *Fluctuatione*, quæ alicujus rei fluentis ſenſum in auribus innuit.
3 A *Sibilo* & *Strepitu*, ubi ſimiles ſoni in auribus ſentiuntur.

III. *Signa.*

His opus non eſt, cum ex diverſitate ſenſus quilibet facile cognoſcatur.

IV. *Subjecta.*

1 Qui congeſtiones ſanguinis l. ſeri verſus caput frequenter experiuntur.
2 Febricitantes interdum in paroxyſmorum initiis.
3 Vertiginoſi.
4 Ebrii.
5 Cruditate Ventriculi laborantes.
6 Aures a cerumine minus bene expurgantes.
7 Quibus inſecta aurium cavitatem occupavere.

V. *Prognoſis.*

1 Suſurrus & Tinnitus Aurium ab internis cauſis dependens, niſi ſæpius recurrat, nihil periculi involvit.
2 Quod ſi vero frequentius revertatur, Cephalalgias, Vertigines & in ſenioribus Apoplexiam quandoque minatur.
3 Interdum etiam auditus læſionem poſt ſe ducit.
4 Qui ab externis cauſis originem habet, externis præſidiis facile tollitur.

VI. *Remedia.*

1 Humectantia, ſiccitati aurium, ſi quæ adeſt, conſulentia: Infuſa ex herbis temperatis pectoralibus, Emulſiva, Julapia. Externe oleoſa, ℥ ℥ ovor. amygd. amarar. Cer. Decocta ex herbis nervinis cum lacte parata & vaporetenus admiſſa, lac muliebre guttatim inſtillatum.
2 Laxantia, humores deorſum derivantia: Maſſ. pil. e Succin. Crat. Tartar. Querc. Extract. panchym. Croll. helleb. nigr. ℈ dulc. cum ſtimulo Ref. Jalap. l. Trochiſc. alhandal. Clyſteres, Pediluvia.
3 Sanguinis abundantiam concurrentem removentia: V. S. in pede, Scarificatio in locis inferioribus.
4 Diſcutientia interna: Tinctura ℥ii tartariſat. Eſſent. alexipharm. Stahlii, Succin. Liq. C. C. Succin. Externe fac-

facculi discutientes ex Herb. Chamom. Verben. hyssop. Fl. lavend. Sambuc. Lil. convall.

5 Aurium meatum roborantia: Suffimigia ex Succino, Mastich. Oliban. Storac. calam. Fl. Rosar. Lavend. ♁ destillata, Lign. Rhod. Anis. Fœnic. Succin. Meliss. Rut. Majoran. Liq. C. C. succinat. guttatim applicita, Salia volatilia urinosa, Ambra & Moschus cum gossypio immissa.

Formulæ Remediorum.

1 Species pro Infuso.

℞. *Herb. Veron. Tussilag. Heder. Terrestris ā M ß. Fl. Pap. rh. Violar. Bellid. a. p. j. Incis. bis per dim loco Infusi Thee usurpentur.*

2 Pilulæ laxantes.

℞. *Pil. Tartar. Quere. gr. xii. Extract. Helleb. nig. ℈ ß. Resin. Jalapp. gr. ii. F. l. a. Pil. No. XVII. pro 1. vice.*

3 Aliæ.

℞. *Mass. Pil. e Succin. Crat. Extract. panch. Croll. helleb. nigr. a. gr. vii. Trochisc. alhand. gr. iii. F. l. a Pil. No. XIX. pro 1. vice.*

4 Essentia discutiens.

℞. *Essent. alexiph. Stahlii ℥ ii. Succin. ℥ j. Ms. Exhibeantur bis per diem 30. gutt. in infuso supra descripto.*

5 Tinctura discutiens.

℞. *Tinct. Antimon. tartarisat. ℥ ij. Liq. C. C. succinat. ℈ ij. Ms. dentur bis per diem 25. gutt.*

6 Sacculus discutiens.

℞. *Herb. Verben. Chamom. Meliss. ā M ß. Fl. Lavend. Stœch. arab. Lil. convall. a. p. j. Sem. fœnic. ℥ ß. Incis. contus. includ. Sacc. & applic. externe.*

7 Pulvis pro fumo.

℞. *Storac. Calam. Mastich. Oliban. ā ℥ j. Fl. Lil. convall. Lavend. Ros. ā p. j. F. pulv. grossus.*

8 Spiritus oleosus externus.

℞. ▽ *reg. Hung. ℥ ij. Spir. Sal. ammon. rectif. ℥ ß. ♁ destillat lign. rhod. gutt. vi. Cinam. gut. iij. Ms. applicetur cum gossypio.*

VII. *Methodus medendi.*

1 *Tinnitus.*

a In hoc affectu plerumque animadvertitur notabilis aurium siccitas cum satis eximio quandoque capitis dolore & calore conjuncta; unde omissis medicamentis calidioribus Curæ initium fiat per humectantia interna, adhibitis simul, si circumstantiæ id efflagitent, nitroso-absorbentibus.

b Subjungantur leniſſima laxantia ex Extract. Panchym. Croll. helleb. nigr. Mann. Cass. fol. Senn. in necessitatis casu repetenda.

c Quod si plethora concurrat aut affectus sæpius recurrat, in usum trahatur V. S. in pede l. Scarificatio in locis inferioribus, adhibitis simul nunc & tunc pediluviis.

d Externe auribus succurratur humectantibus, oleosis & Decoctis, guttatim l. vaporetenus in usum vocatis.

2 *Susurri.*

a In Susurro cum major seri concursus observetur, adhibeantur statim in principio laxantia, pro circumstantiarum ratione repetenda.

b Subjungantur interne Essentiæ & Tincturæ discutientes bis forte per diem in usum vocandæ. Externe vero Sacculi, suffitus & similia, non neglectis pediluviis.

c Colophonis tandem loco, nisi malum his obediat, adhibeantur roborantia nervino-balsamica.

d In utroque casu, si a cauſſis externis cerumine nimirum, insectis &c. originem affectus habeat, conveniente modo aurium cavitas expurgetur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In Tinnitu Aurium, quo magis calidiora medicamenta & interne & externe usurpantur, eo magis incrementa capit affectus.

2 Idem etiam ab exiccantibus impetratur.

3 Oleum amygdal. amar. & lac muliebre egregie quandoque se gerunt.

4 Aliqui quoque cum effectu adhibent Panem anisatum recenter e furno extractum calide impositum.

5 In Susurro primo adhibeantur discutientia & nervina mitiora, his vero nihil proficientibus sensim sensimque penetrantiora.

CAPUT QUARTUM.

DE

Gravitate auditus & Surditate.

I. *Definitio.*

1 *Gravitatis Auditus:*

Est imminuta auditio, qua nonnisi forte & vehementes soni percipiuntur.

2 *Surditatis:*

Est Auditio prorsus abolita, qua nullus sonus, sive levis sive vehemens sit, auditur.

II. *Differentia.*

1 Gravitas Auditus & Surditas tantum ratione Gradus inter se differunt.

2 Uterque affectus est vel nativus l. adventitius.

III. *Signa.*

Hæc l. ex ipsa ægroti narratione patefiunt, l. ab adstantibus & conversantibus facile animadvertuntur.

IV. *Subjecta.*

1 Congestiones fortiores & frequentiores inprimis seri versus caput passi.

2 Quibus auris externa absciſſa est.

3 Qui tympanum nimium flaccidum aut plane exesum l. exulceratum habent.

4 Qui frequenter a fortioribus sonitibus perturbantur.

5 Quibus meatus auditorius a Cerumine, insectis, globulis, tumore l. tuberculo est obstructus.

V. *Prognosis.*

1 Quando malum a congestione humorum dependet & ægri adhuc sunt juniores, Curationis spes superest.

2 Quo magis vero subjecta sunt annosa malumque jam inveteratum, eo difficilior curatio.

3 Surditas in acutis cum Urina cruda delirium portendit: sed cum coctionis signis bonum & hæmorrhagiam Criticam promittit. *Ettmuller.*

4 Qui surdi in lucem sunt editi rariſſime curantur.

5 Si Organa sunt læsa, restitutio itidem difficulter procedit, rariusque expectanda est.

VI. *Remedia.*

1 Humores ad caput congestos derivant & expurgant laxantia leniora: Mass. Pil. e Succin. Crat. Extract. panch. Croll. Helleb. nigr. Prius dulcis, Trochisc. alhand.

2 Discutiunt eosdem anticatarrhalia: Essentia alexipharmaca Stahlii, Pimpinellæ albæ, Succini, Tinctura Antimonii, Tartari. Externe Sacculi ex Herb. Chamom. Salv. Majoran. Rosmar. Bacc. Laur. Junip. Sem. Fœnic. Carv. Anis.

3 Partes relaxatas roborant Salia Volatilia Urinosa sub ſicca l. liquida forma adhibita: Sal Succini Volatile, Urinæ, Salis ammoniaci, Tartari, ℞ C. C. Salis ammoniaci, Urinæ, Sanguinis, nec non Essentia Succini, Castoreum, Ambra, Moschus, ♁ destillata. Chamom. Salv. Rut. Succin.

4 Nimiæ aurium siccitati specifice succurrunt olea cocta & expressa Chamom. Matricar. amygd. amar. succus heder. terrestr. urtic. rut. rad. bryon. Cepar. guttatim instillata, Decocta ex herbis nervinis & discutientibus vaporetenus admissa, panes his ipsis repleti, in medio dissecti & adhuc calentes applicati.

5 Ce-

5 Cerumen & infecta l. alia heterogenea meatum auditorium obstruentia educunt peculiaria instrumenta.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ Purgantes.

℞. *Pil.e Succin.Crat.gr.15* *Trochisc. alhand. gr.iij.*
Extract.helleb.nig. ℈ß. *M.f.l.a. Pil. No. 17. pro 1.*
Ǫii dulc.rit.parat.gr.vj. *vice.*

2 Aliæ.

℞. *Extract. panchm.Croll.* *Resin.Jalapp.ā.gr.iii.*
Pil.e Succin.Crat.ā. ℈ß *F.l.a.Pil. No. XIX.*
Trochisc. alhand. *D. pro 1. vice.*

3 Essentia discutiens.

℞. *Essent. alexiph. Stahlii* 3ij. *Tinct. ♁ii Tartar. 3ij.*
Succin. ℈ij. *M. Dos. gutt. 30. bis l. ter per diem.*

4 Alia.

℞. *Tinct. ♁ii Tartar. 3ii.* *D. Dos. gutt. 25. bis l. ter*
Liq.C.C. Succin. 3i. *per diem.*

5 Sacculus discutiens.

Herb. Chamom. *Sem. anis.*
Salv. *fœnic. ā. 3j.*
*Rosmarin. ā. M*ß. *Incis. contus. includ. Sac-*
Bacc. Laur. 3ij. *cul.*

6 Pulvis roborans.

℞. *Sal. Succin. volat.* ℈ß. *M. applicetur pauxillum*
Ambr. gryf. gr. ii. *cum gossypio.*

7 Alius.

℞. *Sal. volat. Corn. Cerv.* *M. applicetur ut præce-*
gr. XII. *dens:*
Medull. Cast. elect. gr. iij.

8 Essentia roborans.

℞. *Essent. Succin.* 3ß. *gtt. iv.*
Ambr. ℈j. *M. instilletur guttatim.*
o℅ destillat. Chamom.

VII. *Methodus medendi.*

1 Si malum originem suam habet a congestione humorum, caput gravantium, evacuatio eorumdem instituenda est, in phlegmaticis quidem per alvum, mediantibus laxantibus, aliquoties pro circumstantiarum ratione repetendis, in Sanguineis vero cum per hæc, tunc Venæsectiones Sanguinis, revulsionis scopo in pede celebrandas, subjunctis pediluviis.

2 Discussionis deinde scopo adhibeantur Tincturæ & Essentiæ resolventes & discutientes, nec non similia Infusa. Externe etiam parti affectæ per Sacculos nervino-discutientes succurratur.

3 Tandem partes internæ roborentur per nervino-balsamica sub liquida l. sicca forma aurium cavitati insinuanda.

4 Ubi vero siccitas potius observatur, post præmissam V. S. & adhibita interna diluentia, externe applicentur olea blandiora, vapores ex nervinis & discutientibus, succi vegetabilium aperientium, panes calidi paulisper aromatisati.

5 Si a vi externa casu nimirum aut percussione malum dependet, supra nominata roborantia locum habent, nec non ▽ Cyclaminis destillata, ab *Ettmullero* celebrata.

6 Aurium vero sordibus, auditus gravitatem suffulcientibus, variis & facilibus occurri potest modis.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Nisi ad temperamentorum & causarum diversitatem respiciatur, facile malum ab adhibitis medicamentis augeri potest.

2 Siccioribus igitur præscribantur blandiora, temperantia & demulcentia interne & externe; succulentis vero magis fortiora, balsamico-nervina, volatilia.

3 Omnia frigida auribus sunt inimica, calide igitur remedia applicentur.

4 In pauca quoque quantitate eadem in aures immittere decet, nisi malum adauctum cupiamus.

5 Antequam applicentur, aures a sordibus liberari debent.

6 Post instillationem liquidorum in aurem sanam ægrotus decumbat, ne medicamentum effluat.

7 In febribus, si gravitas auditus occurrit, a calidioribus abstinendum & res peragenda est internis diluentibus & temperantibus, externe vero topicis blandioribus.

8 In Surditate nativa omnia fere in cassum adhibentur.

9 Senes, plerumque auditus gravitate laborantes, auxilium impetrant ab evacuationibus debito tempore institutis & repetitis, & temperatis discutientibus.

Caput Quintum.

DE

Læsionibus Gustus & Olfactus.

I. *Definitio.* Læsiones Gustus & Olfactus indigitant vel abolitiones vel imminutiones vel alterationes Gustus & Olfactus naturalis, a variis causis originem habentes.

II. *Differentia.*

1 Differt Gustus & Olfactus ratione *gradus*: alius est *perfectissimus*, alius *imminutus*, alius plane *abolitus*.

2 Ratione *qualitatis*: alius est *naturalis*, alius *depravatus*, a statu ordinario prorsus recedens.

III. *Signa.*

Hæc ab ipsis Patientibus recensentur & facile ab iisdem animadvertuntur.

IV. *Subjectum.*

1 *Læsionis Gustus.*

a Qui Linguam ulcere vel vulnere affectam habent.
b Ictherici.
c Pica laborantes.
d Cruditatem biliosam, acidam, & nidorosam in Ventriculo possidentes.
e Catarrhis fortioribus obnoxii.
f Quibus fauces ulcere sunt obsessæ.

2 *Læsionis Olfactus:*

a Qui in naribus, ozænam, polypum, carcinoma gerunt.
b Aut quibus ab aliis causis nares sunt obstructæ.
c Coryza l. gravedine laborantes.
d Scorbutici & Lue Ǫrea affecti.
e Quibus Cerebrum in parte anteriore est corruptum.

V. *Prognosis.*

1 Si Læsiones Gustus & Olfactus ab aliis dependet morbis, his curatis & illæ corriguntur.

2 Quo magis tamen malum est inveteratum, eo curatu difficilius est.

3 Idem etiam dicendum est, si læsiones partium solidarum concurrunt.

VI. *Remedia.*

1 *Læsionis Gustus:*

a Materiam Gustum alterantem evacuant Purgantia: Helleborus niger. Senna, Rhabarbarum, Massa Pil. e Succin. Crat. Extract. panch. Croll. Ǫrius dulcis; quandoque etiam Vomitoria: Tartarus emeticus, Syrupus emeticus.
b Sensum ipsius Linguæ exsuscitant subacida & lenia aromatica: serum lactis tamarindinatum, Succus acetos. Condit. Rad. Cichor. Carn. Citr. Rad. Helen. Pimpin. Z. Z.

2 *Læsionis Olfactus.*

a Laxantia supra commendata.
b Errhina & Apophlegmatizantia: Rad. Pyrethr. Irid. Flor. Helleb. nigr. Fol. Ptarm. Majoran. Rosmarin. Puleg. Nicot. Fl. Lavend. Lil. convall. Euphorb. Z. Z. Cubeb. Balsamus Majoran. Succin.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ Purgantes.

℞. *Mass. Pil.e Succin.Crat.* *Extract.helleb.nigr.* ℈ß.
gr. XV. *Trochisc.alhand. gr. iij.*
Mer.

Mercurii dulc.vit. parat. gr. vj. *F. l. a. Pil. No. XIX. pro 1. vice.*

2 Alię.

℞. *Extract. panchymag. Croll. gr. XII.* *Resin. Jalapp. gr. iv.*
Mercurii dulc.vit. parat. gr. vj. *F. l. a. Pil. No. XVII. pro 1. vice.*

3 Pulvis emeticus.

℞. *Rhabarb. elect. gr. XII.* *Sal absinth. gr. iij.*
Tartar emet. gr. iiß. *Ms. f. Pulv. pro 1. vice.*

4 Potio emetica.

℞. *Syr. emet.* ℥ß. ▽ *Cichor.* ℥ß.
Diacydon. lucid. Jal. ʒij *Ms. pro 1. vice.*
Sal polychr. gr. iij.

5 Electuarium exsuscitans & reficiens.

℞. *Conserv. rad. cichor.* ℥iß *Succ. Granor. cherm.* ℥ß.
Condit. Carn. Citr. ▽ *Cinam. q. s.*
Rad. Helen. ā. ʒij. *F. Elect. ad magnitudinem avellanæ bis ter per diem commasticandum.*
Spec. aromat. rosat. ʒiß.
Sem. Eruc.
Sinap. ā. ℈ij.

6 Spiritus.

℞. *Aq. Regin. Hung.* ℥ß. ℥j.
℞ *Salis ammon. rectif.* *Ms. affricetur linguæ.*

7 Pulvis Sternutatorius.

℞. *Rad. Ir. Flor. ʒij.* *Sem. Nigel. a. ʒj.*
Herb. Majoran. *Ms. f. Pulv. irroretur* ♍ *destillato Lign. rhod. gut. viii.*
Rosmarin.
Fl. Lil. Convall.
Lavend.

VII. *Methodus Medendi.*

1 *Læsionis Gustus:*

a In omni Gustus Læsione ad causam respiciendum, secundum quam Cura instituenda est.

b Quod si igitur Caput abundantia humorum laboret, sicuti in Coryza & Gravedine contingit, usurpentur lenia laxantia, internis discutientibus haud omissis.

c In Pica, & cruditatibus primarum viarum adhibeantur Vomitoria.

d Ulcera linguæ abstergantur, vulnera vero ejusdem consolidentur.

e Fauces si ulcere sunt obsessæ, in usum trahantur frequentia Gargarismata, non neglectis quæ ipsius mali origini debentur.

f Subjungantur tandem, quæ ipsum gustum excitant, acidula, acria, aromatica.

2 *Læsionis Olfactus:*

a Idem etiam in Olfactus Læsione observandum est.

b In Coryza & Gravedine laxantia in usum sunt trahenda, nec non sternutatoria, in illa fortiora, in hac mitissima, aliis internis, suis in locis commendatis, haud omissis.

c Si polypi, ozœna, sordes induratæ in causa sunt, hæc debito modo removeantur.

d Ubique pulveres sternutatorii medice & modice in usum trahantur, utpote quæ sensum ipsius Olfactus exstimulant. Convenit etiam ▽ Majoranæ immuncta, Balsamus majoranæ, Succini cavitati narium insinuatus.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Neque Gustus neque Olfactus Læsiones rite tollantur, nisi morbus, a quo originem habent, removeatur.

2 In Temperamento & Causa sicciori & Gustus & Olfactus Lęsionibus temperatiora semper adhibenda sunt medicamenta; alias malum adaugetur.

SECTIO II.

DE

MORBIS SENSUUM INTERNORUM.

CAPUT PRIMUM.

De Memoriæ Debilitate.

I. *Definitio:* MEmoriæ Debilitas consistit in facili rerum ab animo l. perceptarum vel inventarum oblivione.

II. *Differentia.*

1 Ratione *gradus:*
Est vel *major*, ubi vix adhuc actarum & præteritarum rerum memores sunt patientes, vel *minor*, ubi memoria saltem ratione prioris vigoris aliqualiter remittit.

2 Vel *hæreditaria* a Parentibus contracta, vel *acquisita* a variis causis originem sumens.

III. *Signa.*
Cognoscitur hoc vitium partim ab ipsis patientibus, partim a conversantibus ex deficiente in loquendo & scribendo verborum & rerum apparatu.

IV. *Subjecta.*

1 Expositi huic vitio sunt senes, otiosi torpidi, phlegmatici.

2 Baccho & Veneri nimirum dediti.

3 Paralysi vel hemiplexia tacti.

4 Qui Memoriam in Juventute per artes mnemonicas nimium defatigavere.

5 A morbis gravioribus acutis & malignis resurgentes.

6 Læsiones Capitis a vi externa passi.

V. *Prognosis.*

1 Debilitas memoriæ plerumque curatu admodum difficilis est.

2 Difficillime autem curatur, quando Paralysin, Hemiplexiam, aut Epilepsiam sequitur.

3 Idem quoque de hæreditaria memoriæ debilitate dicendum, quæ vix Curationem aliquam admittit.

4 Quæ post acutos aliosque graviores morbos evenit, post vires patientis restitutas, utplurimum priorem vigorem recipit.

5 Quæ cum stupore animi, somnolentia fere perpetua conjuncta est, sæpius Apoplexiæ subsecuturæ signa præbet.

6 Debilitatem memoriæ non raro neglectus secretionum & excretionum vitalium sequitur.

VI. *Remedia.*

1 Generaliter Sanguinis & Humorum abundantiæ succurrunt: V. S. Scarificatio, Laxationes epicraticæ per ♀ dulc. Extr. helleb. nigr. Pil. e Succin. Crat. Nodulos laxativos ex purgantibus & vegetabilibus nervinis compositos.

2 Vim sensuum internorum exsuscitant nervino analeptica: Pulv. Abbatis Trithemii, Spec. Diamb. Diamosch. Confect. Anacard. ℥ß. mane Cubebæ jejuno stomacho comestæ, ▽ Magnanim. Essent. Succin. Castor. Ambr. interne propinata. Externe vero Cucuphæ ex herbis aromaticis. Puleg. Serpill. Ror. mar. Lil. convall. Lavend. Major. Stoech. Arab. Spic. ♍ Cinam. Caryoph. Cubeb. Cardamom. Lign. rhod. irroratis. ℞ sa naribus excipienda, Balsama cephalica, & vitalia sub solida l. liquida forma præscripta, temporibus & vertici inungenda.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ laxantes.

℞. *Pil. e Succin. Crat. gr. 15* *e. Essent. Succin. f. Pil. No. XIX. pro 1. vice.*
Extr. Helleb. nigr.
♀ ij dulc. vit. par. ā. gr. vij

2 No-

2 Nodulus laxativus.

℞. *Rad. Valerian.* *Cubeb. ā. ʒj.*
Vincetox. *Fol. Senn. ſ. ſt. ʒvj.*
Polypod. quern. ā. *Rhabarb. el. ʒiij.*
℈ß. *Agar. mund.*
Herb. Meliſſ. *Fibr. helleb. nigr. a. ʒij.*
Puleg. *Cryſtall. Tartari ʒiß.*
Origan. ā. Mß. *Inciſ. cont. d. ad ch.*
Fl. Lavend. *Cum ℔j. ▽ ſerv. & ℔ij.*
Anth. ā. p. j. *Vin. generoſ. infund.*
Cardamom. *Doſ. ʒvj. alternis diebus.*

3 Tragæa confortans.

℞. *Sem. Coriandr. ʒiij.* *Conf. alkerm. ʒiß.*
Cubeb. *Sacchar. perlat. ℥j.*
Mac. ā. ʒj. *m. ſ. Pulv.*
Rad. Valerian. *Doſ. ʒß. ad ℈ij. mane &*
Calam. aromat. a. ʒij. *veſperi.*

4 Eſſentia nervina.

℞. *Tinct ♁ii Tartariſ. ʒij.* *M. Doſ. gut. 25. ad 30. bis*
Eſſent. Succin. ʒj. *vel ter per diem.*
Ambr. ʒß.

5 Rotulæ roborantes.

℞. *Spec. Diambr.* *C. ſ. q. Sacchar. in ▽ Meliſſ.*
Diamoſch. a. ℈j. *Solut. f. l. a. rot.*
Speciſ. cephal. Mich. ʒj. *Succeſſive aſſumantur.*
Cubebar. ʒß.

6 Balſamus nervinus.

℞. *Balſam. Succin. ℈j.* *m. ſ. D. ad pyx. temporibus*
Nuciſt. *& vertici inungatur.*
Lavend. ā. ℈ß.

7 Species pro Cucuphis.

℞. *Rad. Valerian.* *M. ſ. Pulv. groſſ.*
Calam. aromat. ā. ʒij. *Irror. ♁ deſtillat. Succin.*
Herb. Verben. *Majoran.*
Meliſſ. ā. Mß. *Cardamom. ā.*
Fl. Anth. *gutt. vj.*
Stoech Arab. ā p. j. *cinnam gutt. iij.*
Cardamom. *D. ad ch. pro conficiendis*
Cubeb. ā. ʒß. *Cucuphis.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Ubi Sanguinei quid ſubeſt, ita ut malum a regurgitationibus Sanguinis ortum habeat, V. S vel Scarificatio pro temperamenti vel conſuetudinis ratione celebranda eſt.

2 In cruditatibus vero primarum viarum & ſuperfluis ſerositatibus cerebrum gravantibus in uſum vocanda ſunt evacuantia phlegmagoga & melanagoga, per epicraſin agentia.

3 Subjungenda demum ſunt analeptico-nervina, interne uſurpata, ordinando quidem ſanguineis temperatiora, phlegmaticis vero calidiora.

4 In Diæta ♁ris & Bacchi nec non Somni abuſus interdicendus eſt; nocent m. vigiliæ nimiæ & defatigatio. Agile autem vitæ genus, aeriſque ſalubris & temperatioris uſus pro ſenſibus internis conſervandis plurimum valet.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Niſi temperamenta Sanguinea a Phlegmaticis probe diſtinguantur facile ab indiſtincto nervinorum medicamentorum uſu noxæ potius quam emolumenta exurgere poſſunt.

2 In debilitate memoriæ ſymptomatica præ omnibus ad primarium morbum intentio dirigenda eſt.

3 Cucuphæ aromaticæ ſubjectis ſanguineis & ſanguineo melancholicis haud ſunt ordinandæ, quia majores ordinarie turbas pariunt.

4 Ars mnemonevtica certa Methodo inſtituta memoriæ debilitati egregie ſubvenit.

5 Quidam commendant lotionem & quotidianam frictionem capitis cum linteaminibus calidis, ſed plerumque parum auxilii exinde obtinetur.

6 Sicuti nimia memoriæ defatigatio tandem debilitatem poſt ſe ducit, ſic memorandi legendi & ediſcendi neglectus idem efficit.

CAPUT SECUNDUM.

DE

Mania.

I. *Definitio:* ESt delirium fortiſſimum ſine Febre cum maxima mentis abalienatione & ratiocinationis perturbatione conjunctum.

II. *Differentia.*

1 A *Phrenitide*, & deliriis ſymptomaticis, variis in morbis acutis obvenientibus, cum quibus nunquam non febris concurrere ſolet.

2 A *Melancholia*, in qua triſtitia & meticuloſitas potius obſervandæ ſunt; in mania vero furor & audacia.

3 Ratione *gradus*: Alia eſt fortior cum ſummo ægroti furore conjuncta, alia *mitior*, in informibus ſaltem ſermocinationibus cum intermixto frequenti riſu conſiſtens.

4 Ratione *cauſæ*: alia principium habet immateriale, v. g. iracundiam, incantationes, ſpeculationes, ubi illa, quæ amorem certæ alicujus Perſonæ pro Objecto habet, *Erotomania* vocatur; alia materiale, v. g. vermes, philtra, menſium, lochiorum, & ſpermatis retentionem, ex quibus illa, quæ lochiorum vel menſium ſuppreſſionem pro fundamento habet, *Furorem uterinum* conſtituit.

III. *Signa.*

1 Loquuntur abſurda, frequenter riſus intermiſcent, alii vero calumnias & convitia evomunt.

2 Arrogantes, protervi & temerarii ſunt, inſigni corporis robore inſtructi.

3 Sibi relicti varia ſecum agunt, blaterant, rident, vociferantur, cantant.

4 Summa laborant agrypnia, appetitus vero ſibi conſtat.

5 Faciem utplurimum rubicundam & ſanorum ſimilem habent, cum Pulſu magno & celeri.

6 In gradu inſigniori omnia dilacerant, tumultuantur, accedentibus inſidias vel verberibus, vel quicquid præſto eſt, ſtruunt.

7 Impudici ſunt, nullam veſtimentorum curam habentes, publice etiam excrementa emittentes.

8 Quandoque maxima vi catenas & vincula corpori adhibita diſrumpunt.

9 Verbera & vulnera vix ſentiunt, virgis tamen præ omnibus parent.

10 Alii immoderata ♁ris cupidine tenentur.

11 Omnes fere a frigore, etiamſi nudi cubent, vix læduntur.

12 In declinatione morbi fiunt ſtupidi, quieti, meticuloſi.

IV. *Subjectum.*

1 Juvenes cholerico melancholici temperamenti, præ ſenibus.

2 Fœminæ eodem temperamento inſtructæ & vel menſium i. lochiorum delectu & ſuppreſſione laborantes, præ viris.

3 Uterque ſexus inſano amore correptus, inprimis fœmininus.

4 Juvenes ſpermatis orgaſmo gaudentes, nec occaſione illud emittendi fruiti.

5 Animi commotionibus fortioribus agitati, nec non curis & ſollicitudinibus nimiis, vel ſpeculationibus admodum profundis inhærentes.

6 Philtro vel veneficiorum vim infeliciter experti.

7 Vermibus quandoque nimium divexati.

V. *Prognoſis.*

1 Dementia, quæ cum riſu conjuncta eſt, curatu facilior, quam quæ cum multa temeritate & furore contingit.

2 Quo magis inveterata, eo curatu difficilior.

3 Si in ſanis Varices & hæmorrhoides ſuperveniunt, fit ſolutio morbi. Hippocr. S. VI. Aph. 21.

4 In fœminino ſexu menſtrua & lochia bene procedentia malum etiam quandoque tollunt.
5 Mania laſciva præ aliis medicationem admittit, ſi non admodum altas radices egit.
6 Quæ a philtris originem habet medicationi magis obedit, quam quæ profundas ſpeculationes pro fundamento agnoſcit; quamvis & illa ſit ſatis pertinax.
7 Curatu difficillima eſt, quæ veneficiis ortum debet.
8 Melancholia ſæpius tranſit in Maniam & vice verſa.
9 Melius eſt maniacos fieri melancholicos, quam hos maniacos.

VI. *Remedia.*

1 Sanguinem abundantem vel retentum evacuantia, conveniente tempore & loco in uſum vocata: V.S. & ſcarificationes in locis inferioribus, hirudinum applicatio, ſi circumſtantiæ ſuaſerint, ad anum.
2 Ventriculum ab inquinamentis liberantia & ſenſum ordinarium excitantia, Vomitoria: Tart. emet. Syr. emet. Vitr. ☋ii, Purgantia: Helleb. niger. ejuſque Extract. Gilla Paracelſi &c. Vitriolum album.
3 Sanguinem orgaſticum temperantia, interne Tartaroſa, abſorbentia, diapnoica Cinnabarina, potus & cibi tenuiores; Externe Camphorata.
4 Specifica efficacia in genus nervoſum agentia: medicamenta ex ☉ro parata, Panaceæ ☉res, Eſſent.dulc. Hal. & concentr. Fl. anagall. punic. Herb. adianth. alb. & ☉reum, Baccæ Paridis, ſanguis aſini retro aures extractus & linteis exceptus exiccandus, cujus fruſtulum potui tempore uſus infundendum. In philtris ſpecifica Nucem Vomicam & Electuarium de ovo, præmiſſo tamen prius Vomitorio commendant.
5 Remedia moralia, politica & theologica per comminationes, perſuaſiones & exhortationes.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis Vomitorius.

℞. *Tartar. emet. gr. iij. Sal abſinth. gr. iv.* *M. D. pro 1. vice.*

2 Potio Vomitoria.

℞ *Syr. emet. ʒvj. Sal cent. min. ʒß.* ▽ *anagall. ʒj. pro 1. vice.*

3 Potio Purgans.

℞. *Syr. e pom. lax. ʒß. Extract. helleb. nigr. gr. XV.* *Cryſtall. Tartari gr. vi.* ▽ *Anagall. ʒi. ms. pro 1. vice.*

4 Nodulus laxativus.

℞. *Herb. Capill. Veneris. Adianth. alb. Aur. Ä. Mß. Fl. Anagall. punic. Hyperic. a. p. j. Fel. Sen. ſ. ſt. ʒj.* *Fibr. Helleb. nigr. ʒvj. Cryſtall. Tartari. ʒiii. Inciſ. contuſ. infunſ. in* ▽ *et Vin. anat. portione. Doſ. ʒvi. viii.*

5 Potio nervino-temperans.

℞. ▽ *Anagall. Hyper. a. ʒii. Pulv. Bezoard. Hal. ʒii* *Eſſent. dulc. Hal. ʒß. Syr. Fl. tunic. ʒß. M. porrigatur cochleatim.*

6 Infuſum nervino cephalic.

℞. *Herb. Salv. Verben. a. Mß. Anagall. Fl. punic.* *Mj. Inciſ. uſurpentur loco Infuſ. Thee.*

6 Aliud ſpecificum.

℞. *Panni linei, ſanguini arietino imbuti. q. v. Inſ. in* ▽ *Anagal. vel Hyperic. donec Tinct. elicita ſit Det. cum regimine ſudorifero.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Maniaci ordinarie fere vel quantitate ſanguinis a priori, vel ſuppreſſione evacuationum ſpontanearum laborant; ideoque in larga quantitate v. g. ad ʒviij. x. educendus eſt ſanguis & quidem revulſionis ſcopo in locis inferioribus.
2 Subjungantur laxantia helleborata, aliquoties repetenda.
3 In quibuſdam ſubjectis autem, & inprimis, ubi philtra concurrunt, majorem efficaciam exerunt Vomitoria, quippe quæ non tantum primas vias expurgant, ſed & ſenſum Naturę fortius excitant.
4 His peractis uſurpentur ſpecifica appropriata.
5 Si res a lochiorum, hæmorrhoidum l. menſium ſuppreſſionibus originem habeat, primarius ſcopus ad has excretiones dirigatur, haud omiſſis modo laudatis ſpecificis.
6 Laſcivia Juvenibus optime, poſt præmiſſa univerſalia, exhibentur temperantia & Nitroſa in larga quantitate & ſi occaſio fert, matrimonii uſus concedatur.
7 In cauſis moralibus præter ſupra commendatam methodum, remedia moralia in uſum trahantur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Omnia aromatica ſpirituoſa, acria interne propinata Maniam exacerbant.
2 Ægroti ad iracundiam non ſunt excitandi: quia idem damnum exinde emergit.
3 Opiatorum uſus, ſicut in omnibus deliriis, ſic & in Mania nocet.
4 Pro ſpecifico quidam Venæ raninæ l. frontis ſectionem ſuadent.
5 Loco hujus V. S. in pede, aliquoties celebratam, ſubjunctis helleboratis & Decocto Anagallidis puniceæ proficuam fuiſſe, in fœmina 30. annorum obſervavi.
6 Cum vinculis, verberibus & virgis caute eſt procedendum inprimis ab initio morbi: niſi enim remedia interna præmittantur, talibus malum facile exacerbatur.
7 Commendant aliqui hepar Arietis calidum, pulmonem ovis, hederam arboream & Verbenam contuſam, raſo capiti impoſita, quæ quidem abſque noxa in uſum vocari poſſunt.

Caput Tertium.

De

Melancholia.

I. *Definitio.* Melancholia eſt læſio Imaginationis, ſive delirium ſine Febre, a rebus vel materialibus vel immaterialibus Phantaſiæ intimius & fortius impreſſis, eandemque afficientibus originem habens.

II. *Differentia.*

1 Reſpectu *cauſæ*: eſt vel *materialis*, a morbis corporis diuturnis, vel ſanguine ſpiſſiori Venæ portæ producta, quæ ultima *Melancholiam Hypochondriacam* conſtituit; vel *immaterialis*, variis cauſis moralibus originem ſuam debens; vel *mixta*, ubi & cauſæ phyſicæ & morales concurrunt.
2 Diſtinguenda eſt: a *Moroſi* ſeu *Moria*, quæ eſt itidem delirium, ſed circa jucunda verſans, ubi Patientes alta quæque ſpirant & ſe Principibus, Regibus imo ipſi Deo pares eſſe autumant; Melancholia vero eſt delirium *triſte*, qua in ſuſpiria, lachrymas erumpunt, taciturnitatem, ſolitudines &c. amant.

III. *Signa.*

1 *Melancholiæ Hypochondriacæ*:
a Modo uni, modo pluribus objectis anxie inhærent, continuo eodem in Phantaſiæ exercitio occupati.
b Mox in ſuſpiria, mox vero in lachrymas, plerumque tamen abſque cauſæ indicatione erumpunt.
c Solitudinem amant, conſortiumque hominum & amicorum fugiunt.
d Taciturni ſunt, triſtes, nullis jocis commovendi & exhilarandi.
e Metuunt præterea de inſidiis, carceribus & ipſa morte, quæ ab aliis ſibi parata & ſtructa eſſe falſo autumant.
f Somnum interruptum & paucum habent, pluribuſque gravibus inſomniis de incendiis, vulnerationibus ſubmerſionibus ſtipatum.

g Re-

g Respiratio est anxia, laboriosa, cum intermixtis suspiriis profundis.
h Alvum possident plerumque inertem & clausam, appetitum vero vagum.
i Interdum Palpitationes cordis & phlogoses cum rubore faciei sentiunt.
k Ordinarie vero facies est pallida austera, morosa, cum oculis torvis.
l In insigniori gradu desperant, fiunt interdum autocheires, dum in aquam se præcipitant, laqueo suspendunt, jugulum sibi perscindunt, aliudve lethale vulnus infligunt.

2 *Moriæ immaterialis jucundæ*:
a Alta quæque spirant, arrogantes sunt, se Reges, principesque esse autumantes.
b Quæ intus volvunt, loquuntur, quando soli sunt.
c Somnus deficit.
d Consortium hominum haud acceptum est.
e Quandoque etiam obscœna, ludrica & absurda perpetrant.

3 *Melancholiæ immaterialis tristis*:
a Prægressa ingens bonorum l. bonorum jactura vel male tranſactæ Vitæ conscientia.
b Summa tristitia, agrypnia, solitudinis amor, profunda speculatio & meditatio, appetitus imminutus.
c His quandoque succedit desperatio, periculosas machinationes post se ducens.

IV. *Subjectum*.
1 *Melancholiæ hypochondriacæ*: expositæ sunt Personæ temperamenti sanguineo melancholici, malo hypochondriaco vel passione hysterica laborantes, spissiorem sanguinem in Vena Porta gerentes.
2 Fluxus hæmorrhoidalis suppressionem diuturniorem passi.
3 Fœminæ menstruorum l. lochiorum ataxiis obnoxiæ.
4 Uterque sexus parciori potui & vitæ sedentariæ assuetus, nec non labem insignem in partibus nobilioribus possidens.
5 *Melancholiæ immateriali jucundæ*: expositi sunt superbi, arrogantes, cholerico vel sanguineo melancholici.
6 *Melancholiam tristem moralem* experiuntur meticulosi, avari, a rebus sinistris facile afficiendi vel etiam pœnitentes male actam vitam deplorantes.

V. *Prognosis*.
1 Melancholia materialis facilius curatur, quam immaterialis.
2 Melancholiæ Hypochondriacæ si sanguinis nigri excretiones superveniant, bonum.
3 Melancholicis hæmorrhoides accidere salutare est.
4 Menstrua & Lochia in fœmininо sexu legitime fluere, plurimum ad tollendum malum valet.
5 Hæreditaria Melancholica rarius recte curatur.
6 Moralis quo diuturnior, eo curatu difficilior.
7 Jucunda facile in Maniam degenerat.
8 Hæc si superveniat, malum.

VI. *Remedia*.
1 *Melancholiam hypochondriacam*: solvunt excretiones sanguinis sinceri spontaneæ, in viris per hæmorrhoides, in fœminis vero per menses & lochia, aut quandoque vicariæ artificiales Ventilationes, Venæsectiones in pede aut Hirudines locis inferioribus applicandæ.
2 Humores spissos resolvunt & incidunt vulgo sic dicta aperientia: Rad. Ari, Vincetox. Helen. Pimp. alb. Apii, Gramin. Polypod. Herb. Agerat. Cuscut. Capill. Qris cochl. Hepat. nob. Fl. Bellid. Cort. Cappar. Tamariſc. Gumm. Heder. Junip. Ammon. Extract. amar. Fumar. Absinth. Cent. min. Card. bened. Cochlear. Pil. Polychr. D. Stahlii, Polychr. Hal. & Balsam. viscer. Argent. Tart. Vitr. Arcan. duplic. Crystall. Tart. cum interposito & subjuncto motu corporis voluntario per vecturam aut equitationem.
3 Eosdem diluunt sufficiens & tenuis potus ex rad. gramin. Scorzon. acetos. polypod. cichor. raſ. C. C. ebor. Fl. ros. viol.
4 Resolutos evacuant Noduli laxativi ex Fol. Senn. Rhabarb. & præcipue Helleb. nigr. cum modo dictis resolventibus combinatis. Uterque etiam scopus adimpletur per modo celebratas Stahlii, Polychrest. Hal. & balsamico-viscerales Pilulas. Pertinet m. huc Sal. Catharticum amarum, nec non Liq. Terræ. Fol. Tart.
5 Tonum viscerum inæqualem corrigunt ♂lia. Tinctura ♂tis Hellebor. Wedd. aperitiv. Ludov. nec non Sal. Volatilia: ♌ C.C. rectif. Tart. cum Tinctura ♁ii acri combinati, Mistura simplex ex commendatione Tenzelii. Huc etiam referatur Essentia Millefol.
6 Intercurrentes phlogoses & orgasmos sanguinis temperant & discutiunt pulveres Nitrosos-Diapnoici ex Nitr. depurato, ♁io diaphoretico Tart. Vitr. Arcan. dupl. Oc. ♋ ppt. Conch. ppt. Cinnabari ♁ii vel Nativa.
7 Specifice aliquid præstare creduntur Herb. capillares, & in specie Adianthi species, Epithym. Polypod. nec non Anagallis Fl. puniceo; Chymicorum præparata ex ☉ hic potissimum palmam habent, ad quæ etiam Essent. dulc. Hal. Ordinar. & Concentrat. referenda est. Ex compositis Stahlius pulverem Palmarii celebrat.
8 Ideis admodum profundis & perversis medentur, suavis concentus instrumentorum Musicorum, aeris mutatio, Medicus Vini generosioris usus, motitatio corporis per equitationem aut vecturam in consortio amicorum peracta, varia suscepta negotia, ut per hæc objecta tristia removeantur.
9 Moralem Melancholiam ob jacturam honorum, bonorum, aut male actam vitam excitatam corrigunt argumenta l. politica l. theologica frequenter & cum emphasi ægrotis insinuanda.

Formulæ Remediorum,

1 Nodulus laxativus.

℞. *Rad. Ari. Cichor. Polypod. quern. ā* ℥ß. *Herb. Adianth. alb. Epithym. Agrimon. ā* Mß. *Fl. Bellid. Cent. min. ā* p.j. *Cort. Cappar. Tamariſc. ā* ʒiij. *Fol. Senn. ſ. ſt.* ℥j. *Rhabarb. el.* ʒiij. *Fibr. Helleb. nigr.* ʒij. *Crystall. Tart.* ʒiß. *Inciſ. contuſ. infund. in* ℔j. ▽ *fervent. &* ℔ij. *Vin. generoſ.* ℥ß. vj. vij. *alternis diebus mane uſurpandæ.*

2 Pilulæ laxant.

℞. *Pil. Tart. Ovverc. gr. XV. Extract. Helleb. nigr. gr.* viij. *c. Tinctura ♂tis aperit. Lud. F. Pil. No. XXIII. D. pro* 1. *vice.*

3 Alia.

℞. *Extr. Panchym. Croll. Gumm. ✻ci ā* ƷIß. *Extract. Helleb. nigr. gr.* xij. *c. Eſſent. ♂tis Helleb. Wed. F. Pil. 2. gran. ponderе. D. pro* 2. *vicibus.*

4 Infusum.

℞. *Herb. Capill. Qris. Adianth. alb. Epithym. ā* Mß. *Fl. Anagall. punic. p.j. Inciſ. uſurpentur loco potus Thee ſingulis mane.*

5 Essentia tonica.

℞. *Eſſent. Adianth. alb. Tincturæ Vitr. ♂tis Lud. ā* ʒiß. M. D. *Doſ. gutt.* 30. *bis vel ter per diem.*

6 Alia.

℞. *Eſſent. ♂tis helleborat. wed.* ʒij. *Milleſol.* ℥j. *ms Doſis ut prioris.*

7 Essentia diuretico-nervina.

℞. *Tinctur. ♁ii acris. ♌ C. C. rectiſ. ā* ʒiß. *Doſis ut prioris.*

8 Alia.

℞. *Tinctura Tart. Mixtur. ſimpl. Mich. ā* ʒij. *Doſis eadem.*

9 Species pro potu Ordinario.

℞. *Rad. Gramin.* *Anagall. punic. a. p. j.*
Acetoſ. *Sem. Fœnic.* ʒiß.
Liquir. a. ʒß. *Inciſ. contuſ. D. ad ch.*
Raſ. C. C. ʒiß. *Doſ. aliquot. pugilli pro*
Fl. Roſar. *menſ. j.* ▽

VII. *Methodus Medendi.*

1 Ad diverſas Melancholiæ ſpecies reſpiciendum eſt, & ſecundum hanc differentiam Cura l. materialiter vel moraliter eſt inſtituenda.

2 In Melancholia hypochondriaca ſanguis ſpiſſior, utplurimum in Vena portæ & connexis viſceribus ſtagnans, locis convenientibus ad exitum eſt invitandus & evacuandus, quod & remediis appropriatis & artificialibus ſanguinis evacuationibus, mediantibus hirudinibus vel V. S. obtinetur.

2 Reſolutioni & dilutioni humorum opera impendenda, adhibendo ea, quæ ſanguinem ad reſtagnationem pronum reſolvunt, diluunt, & in æquali circulatione conſervant, cui rei partim aperientia temperatiora, partim ſufficiens potus tenuis, partim denique etiam motitatio corporis in amicorum conſortio ſuſcepta, conſulit.

3 Alvus adſtricta, ad ſpiſſitudinem ſanguinis ejuſque ſtagnationem in Vena portæ plurimum contribuens, continuo aperta ſervanda eſt. Præſtat etiam nunc & tunc primas vias per Nodulos laxativos a ſordibus liberare.

4 His præmiſſis demum conducunt cum ♂lia & tonica, tum etiam ſpecifica, interponendo ſemper ſi e re videbitur, Nitroſo-diapnoica, ne orgaſmus ſanguinis per modo dicta excitatur, & Maniæ occaſio præbeatur.

5 Quod Diætam concernit, ægrotis aeris mutatio, cibi & potus tenujores, excretorum ſucceſſus ſuadenda ſunt, interponendo ea, quæ animum ab Ideis conceptis abſtrahunt, eundem exhilarant, & priori vigori reſtituunt.

6 In *Morali Melancholiæ*, Pharmaciæ utplurimum parum loci conceditur, unde ad argumenta perſuaſoria ex theologia vel Politica deſumenda, eſt confugiendum.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 In materiali Melancholia niſi reſpiciatur ad humores, eorumque correctionem vanus eſt omnis Medendi conatus, e contra in morali niſi primarius reſpectus ad animum læſum dirigatur, remedia in caſſum propinantur.

2 Remedia Volatilia, niſi præmittantur univerſalia & interponantur Tartaroſa, quandoque patientes in Maniam præcipitant, quod etiam Vomitoria quandoque faciunt.

3 Melancholicos diuturnos nunquam ſolos eſſe decet: alias facile autocheires fieri poſſunt.

4 Quo magis ad negotia & hominum conſortia excitantur & propelluntur, eo minus Melancholia radices ſumere poteſt.

5 Thermæ & acidulæ, niſi prius humorum optima fuerit habita ratio, non tutæ ſunt.

6 Serum lactis cum roſis laxativum, poſt Venæſectionem celebratam, in Melancholia hypochondriaca utile fuiſſe novi.

CAPUT QUARTUM.

DE

Rabie Canina.

I. *Definitio.*

RAbies Canina eſt delirium fortiſſimum cum ſummo furore & febre acutiſſima conjunctum, a morſu canis rabidi vel alius animalis inducta.

II. *Differentia.*

1 Alia eſt *mitior*, *vehementior* alia, ratione ſc. majoris vel minoris morſus, miaſmatis etiam magis vel minus communicati.

2 Alia mox poſt morſum impactum ſeſe manifeſtat, alia poſt plures menſes, imo annos quandoque a morſu accepto homines corripit.

3 Rabies Canina a *Lycanthropia* nonniſi ratione nominis differt, utraque enim præter reliqua ſymptomata, *Hydrophobiam* comitem habet.

III. *Signa.*

1 Qui a Cane vere rabido vulnerantur, poſt aliquot dies vel menſes vel annos, prout plus vel minus veneni communicatum fuit, in phantaſia inſigniter corrumpuntur.

2 Fiunt namque triſtes, Melancholici, hominum conſortia averſantur, ſolitudines quærunt.

3 Cogitant varia, perverſe judicant & inſomnia terroris plena patiuntur.

4 Memoria maximopere læditur, dum amicos & familiares vix amplius agnoſcunt.

5 Quando ulterius procedit malum ad inſtar canum ringentium ſibi vicinos hoſtiliter adoriuntur eoſque lacerant, imo quandoque illorum more ejulant latrantque.

6 Faciem præ ſe ferunt ferocem & rubicundam, oculos lucidos & ardentes.

7 Reſpiratio valde eſt difficilis: anhelant namque & ſpumam ex ore eructant.

8 Canes maximopere extimeſcunt nec non ſpecula, dum in illis ſe canes videre autumant.

3 Tandem fiunt hydrophobi, omnia liquida anxie evitantes, etiamſi vehementiſſime ſitiant, quod ſymptoma plerumque poſt nonum accedere ſolet diem.

10 Os propterea fit aridum & vox rauca aſperaque.

11 Febris eo ipſo magis magiſque accenditur.

12 Accendunt non raro artuum contractiones & convulſiones.

13 Intercurrunt ſudores frigidi.

14 Tandem ferocia & viribus conſumti moriuntur.

15 Poſt mortem viſcera & præcipue pulmones inflammati deprehenduntur.

IV. *Subjecta.*

Homines, qui a cane rabioſo, lupo vel homine ſimili ſunt vulnerati.

V. *Prognoſis.*

1 Niſi in primo ſtatim principio exquiſita medela afferatur, rabies, vix ac ne vix quidem curabilis, ſuccedit.

2 Si Venenum non omnino eſt extirpatum, poſt aliquod tempus malum recrudeſcit & patientes de novo in vitæ diſcrimen conjicit.

3 Qui hydrophobi ſunt facti rariſſime evadunt: quia medicamenta difficillime iisdem ingeri poſſunt.

4 Uſtione quendam, a cane rabioſo demorſum, tractatum novi, qui per plures menſes optime ſe habuit; tandem fortiori motu corpus exagitans ſubito in furorem incidit, poſt hydrophobus factus poſt aliquot dierum intervallum vitam miſerrime finivit.

5 Hydrophobia plerumque poſt duos vel tres dies mortem poſt ſe ducit.

VI. *Remedia.*

1 Vulnus expurgantia: Scarificatio profunda, eluitio per appropriata, exſuctio per Cucurbitulas, uſtio lata & profunda.

2 Specifica: aliquid ab animali rabioſo, quod momordit vel ſimili ſpecie aut lupo canibus anxie exagitato deſumtum v. g. hepar, cor, cerebrum, & interne Patienti exhibitum, nec non Limatura Orichalci ad ʒj propinata, ſuccus præterea ſcarabæorum majalium in melle ſuffocatorum, & tempore neceſſitatis No. iij. contuſorum expreſſus, pulvis Julii Palmarii adverſus morſum canis rabidi in Tab. Smaragd. deſcriptus & ſi alia ad manus non ſunt Electuarium de Ovo cum nuce Vomica, amygdalæ amaræ ob cognationem idearum venenatarum cum animalibus quæ ab illis enecantur, Radix Pimpinell. alb. Cynosbat. Valerian. Gentian. rubr. acetoſ. ſpiritus Sal marini. Externe ſubmerſio in mare profunda vel loco hujus ſecundum Stahlii com-

commendationem in aquam salsam, aut juxta Helmontium in dulcem saltem qualemcumque modo profunde id fiat, applicatio pilorum illius canis qui momordit, in vulnus Patientis, cancri combusti & Vulneri insperſi.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis Julii Palmarii contra morsum canis rabidi.

℞. *Rut.* *Salv.* *Verben.* *Beton.* *Meliſſo-phyll.* *Plantag. acut.* *Hyper.* *Centaur. min.* *Artemiſ.* *Polypod. ā.* *m. ſ. Pulv. Doſ. 3j. ſingulis diebus ſemel aut bis ſumenda, Decocto etiam ejuſdem vulnus eluendum eſt.*

2 Species pro Decocto.

℞. *Rad. Acetoſ.* *Pimpinell.* *Valerian.* *Gentian. rubr. ā. 3ſs* *Inciſ. coq. in ▽ ſ. & utere mane & poſt meridiem loco potus Thee.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Pars læſa & vulnerata ſtatim in principio eſt eluenda & detergenda Decocto herbis & radicibus alexipharmacis alterato.

2 Poſtea ſcarificetur vel uratur late & profunde.

3 Subjungantur interne Bezoardica & alexipharmaca generaliora.

4 Interponantur vero ſtatim in principio ſpecifica, utpote quæ hic omnem abſolvunt paginam.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Venæſectiones & Purgationes, quas quidam Auctores commendant, noxias potius quam proficuas eſſe cenſemus, cum fermentum noxium magis ad interiora his ipſis invitetur.

2 Scarificatio vero proficua eſt, & quidem lata & profunde, ut multum ſanguinis effluere poſſit.

3 Poſtea abſterſio & frequens eluitio haud eſt negligenda.

4 Vulnus vero non ſtatim eſt conſolidandum, ſed per aliquot menſes apertum ſervandum eſt, alias facillime fermentum primo cicuratum viſum poſt aliquod tempus novas vires aſſumit & patientem in priſtinum conjicit morbis metum.

5 Si vulnus a cane inflictum anguſtum nimis eſt, præſtat illud dilatare & amplificare.

Caput Quintum,

DE

Tarantiſmo.

I. *Definitio.* Tarantiſmus eſt morbus admodum periculoſus, maximam phantaſiæ depravationem conjunctam habens, ab ictu Tarantulæ, e genere Aranearum ſ. Phalangiorum octonoculorum in Apulia arva incolentium & viatoribus meſſoribuſque inſidias ſtruentium, productus.

II. *Differentia.*

1 Ratione diverſarum Tarantularum, quæ ictum inflixere, morbus eſt vel mitior vel vehementior. Teſtatur quippe Baglivus Borealem Apuliæ regionem incolentes præ aliis ſæviores eſſe: a ſtellatis etiam & uveis majus periculum eſſe metuendum, quam a ſubalbidis.

2 Ratione durationis, alius brevi interficit, alius ad plures menſes vel annos durat.

III. *Signa.*

1 Quando mordentur a Tarantulis meſſores vel viatores, ſentiunt in parte affecta puncturam, veluti ab apibus inflictam.

2 Excipit hanc maxima virium jactura, dolor primo vel ſtupor, cum circulo ambiente livido, nigro l. ſubflavo.

3 Succedit poſtea partis læſæ inſignis intumeſcentia & tandem ſenſus in eadem abolitio, ita ut ægroti de dolore quæſiti nihil ſe ſentire reſpondeant.

4 Intercurrunt profunda ſuſpiria, de anxietate cardialgica ſatis teſtantia.

5 Summa inſuper afficiuntur triſtitia, commercia hominum fugiunt & ſolitaria loca quærunt.

6 Quandoque deſperabundi autocheires fiunt.

7 Alii ululant, indecora peragunt & abiectis veſtimentis inſtar ſuum in cœno ſeſe volutant.

8 Alii immobiles & veluti emortui jacent.

9 Quidam his, alii aliis coloribus delectantur, omnes vero nigrum colorem abhorrent, ad ejuſdem adſpectum alta ſuſpiria trahentes.

10 Omnes mira dulcedine ab inſtrumentis muſicis, modo his modo aliis afficiuntur & ad ſaltandum commoventur.

11 Quando vero diſſonantia vitio Muſici immiſcetur, ſummis doloribus & anxietatibus cardialgicis torquentur, donec conſonantia iterum obſervetur.

IV. *Subjectum.*

Huic morbo ii tantum ſunt expoſiti, qui infortunio a Tarantulis mordentur, præcipue viatores meſſoreſque tempore æſtivo Apuliæ arva permeantes.

V. *Prognoſis.*

1 Tarantiſmus eo periculoſior eſt, quo ſpecies, quæ ictum inflixit, eſt venenoſior.

2 Sunt, qui a Tarantala morſi, paucis diebus moriuntur, nihil proficientibus Muſica & Antidotis. Bagl.

3 Tarantulæ venenum ſemel corpori illatum indelebile impoſterum eſt. *Idem.*

4 Singulis quippe annis & potiſſimum circa illud tempus, quo Patienti illatum fuit, infallibiliter recrudeſcit. *Idem.*

VI. *Remedia.*

1 Generalia eadem, quæ Tab. præced. fuere commendata.

2 Specialia, Muſica cum variis inſtrumentorum generibus inſtituta: fiſtulis paſtoralibus, tympanis parvis, cytharis, lyris, cymbalis, fidibus &c. ☞ Vini roſmarinatus vel potius ipſa Eſſentia Roſmarini per ſe deſtillata & ſumpta cum ▽ theriacali, Cort. Citr. vel hyſſopi meliſſ. ſerpilli &c.

Formulæ Remediorum.

1 Spiritus Alexipharmacus a Bagliv. commendatus.

℞. ▽ *regin. Hung. ℥j. vel jj. Exhibeatur cum ▽ ſerpilli aut brodio, bis alexipharmacis alterato.*

2 Electuarium antiphalangium Epiphanii Ferdinandi.

℞. *Bacc. Myrt.* *Tamariſc. ā. ʒj.* *Sem. Paſtinac.* *Nigell.* *Agn. Caſt.* *Dauc.* *Anis.* *Organ. ā. ʒj.* *Terr. ſigill.* *Boll. Armen. Or. ā. ʒij.* *C. Syr. e toto Citr. ſ. ſ. a Elect. de quo ægrotus mane quotidie ʒij. ſumat, ſuperbibendo brodium herbis & radicibus alexiteriis alteratum.*

VII. *Methodus medendi.*

1 Locus affectus detergatur alexipharmacis, poſt ſcarificetur, imponendo deſuper Cucurbitulam, vel loco ſcarificationis in uſum vocetur uſtio paulo profundior

2 Interne adhibeantur Alexipharmaca & Bezoardica generaliora.

3 Interponantur ſimul & ſubjungantur ſpecifica, inprimis Muſicæ talia genera, quæ affectui conveniunt. His quippe rite inſtitutis ægroti ſaltationes inchoant, eaſdemque tam diu & tam vehementer continuant, donec in largos ſudores corruant. Poſtea quieti tantiſper dant locum & pauco elapſo tempore eaſdem ſaltationes denuo reiterant, donec delaſſati quietem adhuc dum petant. Quod quidem exercitium ad quartum rarius ad ſextum uſque diem protrahunt, quo finito tempore ſanitatem priſtinam recuperare ſolent,

VIII. *Cautelæ Practicæ:*
1 Etiamsi selectissima adhibeantur alexipharmaca aliaque antidota, non eadem tamen felicitate agere observantur quam Musica.
2 Non omnia instrumenta Musica neque iidem concentus Tarantatis conveniunt, alii quippe his instrumentis & sonis, alii aliis delectantur: Unde tamdiu cum instrumentis & sonis variandum, donec ad choreas & saltationes excitentur.
3 Quando Musica affectui haud correspondens instituitur, ægroti ad saltationes haud commoventur.
4 Omnes Tarantati velocissima sonorum modulamina expetunt, & tales instituunt etiam saltationes.
5 Circa anni tempus, quo a Tarantula fuit demorsus Patiens, gravia recrudescere solent symptomata, unde, nisi in prius delabi velit periculum, eandem Musicam in usum vocare necesse habet.

Caput Sextum.

De

Noctambulatione.

I. *Definitio.* Noctambulatio est læsio Phantasiæ, qua homines inter dormiendum lectum deserere, varioque actus, se insciis, exercere invitantur, quibus peractis priorem quietis locum repetere solent.

II. *Differentia.*
1 Alia est *Naturalis*, qua varia negotia domestica, talesque actus, qui alias sibi consueti sunt, exercent; alia *præternaturalis*, qua loca minus consueta adeunt & insolita prorsus perpetrant, ita ut muros adscendant & in tecta sese recipiant altissima, aliaque similia peragant.
2 Vocantur Noctambulantes etiam *Lunatici*: quia plerumque circa phases Lunæ insigniores hoc morbo corripiuntur.

III. *Signa*
Cognoscimus Lunaticos, si noctu sæpius surgunt, oculos clausos habent, nudique obambulant, postero vero die nihil de actis sciunt.

IV. *Subjectum.*
1 Plethora, spissitudine sanguinis & obstructionibus laborantes.
2 Phantasia fortiori præditi.

V. *Prognosis.*
1 Rarius aliquid damni neque aliis neque sibi causantur, quod si tamen in insolitis locis versantur, ibidemque ex improviso excitantur, facile in vitæ periculum incidunt, quod sibi relicti plerumque cautissime evitare sciunt.
2 Alias corpori nihil ex hoc morbo mali accidere observatum est.

VI. *Remedia.*
1 Primas vias expurgantia: Diacydon. lucid. Jalappin. specif. Jalappin. Pulv. Cornachin. Noduli laxativi, & ubi circumstantiæ hoc suadent, Vomitorium e tartaro emetico, syrupo emetico.
2 Orgasmum sanguinis ejusque plethoram imminuentia, Venæsectio, Scarificatio legitimo tempore instituta, subjunctis Nitrosis & Cinnabarinis.
3 Specifica: Castigationes mediantibus virgis eo tempore factæ, quo patiens e lecto egreditur, appositio etiam vasis alicujus majoris aqua repleti juxta Patientis lectum, ut surrecturus in illud delabatur & hac ratione evigilet.

Formulæ Remediorum.

1 Potio Purgans.

℞. *Syr. e cich. c. Rhab.* ℥ß. ▽ *Meliss.* ℥ß.
Diacydon. lucid. Jal. ʒiii. *ms. D. pro una vice.*
Sal Polychr. gr. iii.

2 Pulvis Purgans.

℞. *Specif. Jalappin.* ℥ß. *D. pro* 1. *vice.*

3 Nodulus laxativus.

℞. *Rad. Valerian.* *Rhabarb. elect.* ℥ß.
Scorzon. *Fibr. Helleb. nigr.*
Helen. *Agar. albiss. a.* ʒiii.
Herb. Meliss. *Crystall. Tartari* ℥ß.
Card. bened. *Sem. Coriand. correct.*
Adianth. ☉ *a. M* ß ʒiß
Fl. Til. *Incis. cont. d. ad ch.*
Tunic. a. p. j. *Infund. in* ▽ *serv.* ℔j. *&*
Cort. ☉*rum* ʒii. *Vini generos.* ℔ij. *Dos.*
Fol. senn. s. st. ℥iß. ʒvi. *vel viij.*

4 Potio Vomitorio-Cathartica.

℞. *Syr. emet.* ℥ß. ▽ *Cichor.* ℥ß.
Diacydon. luc. Jal. ʒii. *ms. D. pro* 1. *vice.*
Sal absinth. gr. iv.

5 Pulvis temperans.

℞. *Conch. ppt.* *Cinnab.* ♂ii. ℥ß.
C. C phil. ppt. a. ℥ß. *ms. f. Pulv in x. p. æ. dividend. d. ad citr.*
Nitr. depurat. *Exhibeatur bis, ter per*
Tartar. Vitriol. *diem.*
a ʒi.

VII. *Methodus Medendi.*
1 Primæ viæ ante omnia conveniente purgante evacuentur.
2 Subjungatur postea Venæsectio vel scarificatio.
3 Versus phases luna vero adhibeantur interne Nitrosa cum Cinnabarinis, externis auxiliis simul in usum voratis.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*
1 Si Noctambuli sunt in loco quodam periculoso, nunquam excitentur, expergefacti enim facile cadunt & damnum exinde reportant.
2 Venæsectiones & Scarificationes, circa tempora æquinoctialia versus insigniores Lunæ phases instituatæ, semper reliquis meliores sunt.
3 Motus corporis laboriosus optime quoque ad somnum profundiorem ipsis conciliandum prodest: otium vero spissitudinem sanguinis auget.

Caput Septimum.

De

Nostalgia.

I. *Definitio.*
Nostalgia est vitium Imaginationis in exquisito Patriam repetendi desiderio consistens, modo vehementioribus, modo mitioribus stipatum symptomatibus.

II. *Differentia.*
Est vel *idiopathica* per se absque aliis morbis exsurgens, vel *symptomatica* cum aliis morbis complicata.

III. *Signa.*
1 Qui Nostalgia laborare incipiunt vel actu laborant, tristes sunt hominumque commercia fugiunt.
2 Patriæ delitias data occasione extollunt.
3 Somnum patiuntur inquietum.
4 Cibos & potum fere aversantur.
5 Ingestos vero haud bene digerunt, ita ut nausea, sæpius etiam vomitus succedat.
6 Quando soli sunt, profunda suspiria trahunt, palpitationes etiam cordis sentiunt.
7 Intensum quoque patriam repetendi desiderium quovis fere momento produnt,

IV. *Subjecta.*
1 Juvenes prima vice in exteras regiones missi domique delicatius vel lautius habiti.
2 Ex aere subtiliori in crassiorem athmosphæram delati.
3 Inprimis Helvetii rusticis suis cantilenis & lactis delitiis assuetis.
4 Qui temperamento gaudent sensibiliori.
5 Qui mox post abitum e Patria in morbum aliquem delabuntur vehementiorem. Erat hic adolescens Helvetius

vetius qui Febre tertiana correptus, nullo modo curari poterat. In sermonibus continuo Patriæ & aquæ, quam anxie desiderabat, certi cujusdam fontis mentionem faciebat. Remissus E. a Magistro suo in Patriam brevi restituebatur.

V. *Prognosis.*

1 Si morbus est simplex tantum periculi haud involvit, quam si complicatus est.

2 Quod si tamen redeundi desiderium sit intensius, morbus, nisi voluntati satisfiat, maxime periculosus & tandem lethalis fieri potest.

3 In Patriam missi vel in itinere, vel postquam advenere, plerumque statim convalescunt.

4 Quo vehementior est morbus complicatus, eo minor reconvalescendi spes supereſt.

VI. *Remedia.*

1 Primas vias expurgantia, simulque revulsiones humorum peragentia: Mass. Pil. e Succin. Crat. Extract. panchym. Croll. Helleb. nigr. ♃ius dulc. Pilulæ cephal. variæ vel Vina medicata cum Helleboro aliisque laxantibus in usum vocata.

2 Sanguinem abundantem ventilantia: Venæsectio, Scarificatio, Hirundinum applicatio.

3 Conversatio frequens cum amicis, aeris mutatio, Vini generosi usus medicus, refocillatio per Cardiaca.

4 His vero nihil juvantibus reditus in Patriam.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ purgantes.

℞. *Mass. Pil. e Succin. Crat.*	*Trochisc. alband. gr. ij.*
g. XV.	*c. Essent. Ambr. s. Pil. No.*
Extract. helleb. nigr. ♄ß.	*XXI.*
♃ii dulc. rit. par. gr. vj.	*D. pro una vice.*

2 Nodulus laxans.

℞. *Rad. Vincetox.*	*Fibr. helleb. nigr.* ʒvj.
Valerian.	*Agar. albiss.*
Scorzon. ā ʒß.	*Rhab. electi. ā* ʒiij.
Herb. Meliss.	*Salis polychr.*
Capill. ♀ris.	*Tart. solub. ā* ʒij.
Adianth. ☉ *ā* Mß.	*Sem. fœnic.* ʒiß.
Fl. Cent. min. p. j.	*Inc. cont. infund. in* ▽ *s.* ☉
Cort. Citr. ʒij.	*Vin. generos. ā* ℔ij.
Fol. Senn. s. ſt. ʒj.	*Dos.* ʒvj. viij.

VII. *Methodus Medendi.*

1 In affectu simplici, præmissis universalibus, remedia tam moralia, quam physica supra nominata, adhibeantur.

2 His vero nihil proficientibus ægrotus in Patriam remittendus est.

3 In affectu complicato primarius scopus ad morbum principalem dirigatur.

4 Interponantur talia remedia, quæ animum mentemque erigunt, postea superato morbi primarii periculo, eadem, quæ supra allegata sunt, adhibeantur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In Nostalgia graviori omnia medicamina incassum adhibentur, nisi ægrotantis animo per reditum in Patriam satisfiat.

2 Cantilenam Helveticam, vulgo *des Kuhe Reyhen* vocatam pluribus e patria egressis in exteris oris auditam Nostalgiam induxisse experientia docuit.

3 Unde apud sensibiliores ab omnium rerum memoria, qua fortiter affici & in Patriam allici possunt, desistendum est.

CAPUT OCTAVUM.

DE

Appetitu depravato & aucto.

I. *Definitio.*

a APpetitus depravatus est rerum insolitarum & a nobis alienarum concupiscentia.

b Appetitus auctus est ciborum consuetorum vehemens & anxium desiderium.

II. *Differentia.*

1 Appetitus depravatus, qui ab Auctoribus *Pica* vocatur, distinguitur ab aucto appetitu ratione rerum, quæ appetuntur; in illo quippe prorsus alienæ res v. g. carbones, calx, arena desiderantur, hic in cibis solitis subsistit, sed majori tantum copia & vehementiori, quam moris est desiderio, easdem concupiscit.

2 Appetitus hic auctus differt ratione nominis & concurrentium circumstantiarum: modo enim vocatur *Addephagia*, quando pueri cibos continuo appetunt & in magna quantitate, antequam priores sint digesti, devorant: modo *Bulimi* s. famis bovinæ nomen assumit, si cibos ea quantitate ac boves appetunt & deglutiunt, quæ fames cum animi deliquio sæpius est conjuncta; modo *Orexis* s. fames canina audit, si anxio desiderio & in magna quantitate cibi appetuntur & ingeruntur, devorati vero l. per Vomitum vel alvum rejiciuntur: denique etiam *Malaciæ* titulum assumit, si unus tantum vel alter cibus cum maximo desiderio expetitur.

III. *Signa.*

1 Appetitus depravati signa ex ipsa absurda concupiscentia patefiunt.

2 Appetitum auctum & nimium cognoscimus ex signis concomitantibus.

a Alii, Cardialgias, pressiones & anxietates circa Ventriculum post assumta sentiunt.

b Accedunt quibusdam Cephalalgiæ vertiginosæ, temulentæ.

c Sequitur in aliis Nausea, Vomitus vel Diarrhœa.

d Corpus languet magis, quam viget, marcescit potius, quam nutritur.

e Habitus corporis fit decolor, pallidior.

f In abdomine concurrunt Flatus & dolores quandoque prementes.

g Non raro sequuntur Febres, obstructiones Mesenterii, Lienteria, Atrophia, Hectica &c.

IV. *Subjectum.*

1 Pica laborat quandoque sexus fœmininus, mensium vitiis obnoxius & in statu graviditatis constitutus; nec non vermibus divexati: Seminis suppressione laborantes: Epilepsiæ obnoxii: ulcera in stomacho gerentes: Febre quartana decumbentes.

2 Addephagiam experiuntur infantes atrophici, verminosi.

3 Bulimo & Orexi caninæ expositi sunt sanguinei & sanguineo phlegmatici, largis evacuationibus & inedia longa exhausti, & ad plenam Diætam translati; quibus febres intermittentes per Chinæ Chinæ usum suppressæ sunt: qui morbos graviores superavere & valetudinem recuperarunt: vermibus obnoxii: Hypochondriaci & Hystericæ.

4 Malacia contingit utplurimum gravidis sensibilioribus.

V. *Prognosis.*

1 Gravidæ Pica laborantes post tertium a Graviditate mensem utplurimum ab eadem liberantur.

2 Quod si eisdem res appetita denegatur, nævus plerumque infanti imprimitur.

3 Rarissime aliquod damnum a comestis, alias satis noxiis, infertur, dummodo in minori quantitate comedantur.

4 Ali-

4 Aliqui, teſte Hildano, a Febre Quartana per eſum ejuſmodi abſurdorum, appetitorum & devoratorum fuere liberati.
5 Quæ virgines hoc malo corripiuntur, menſium legitimo fluxu reſtituto curantur.
6 Infantes addephagia laborantes incidunt in Atrophiam, Cachexiam, Lienteriam, quæ non curantur, niſi Patientes ad juſtas Diætæ regulas remittantur.
7 Bulimos morbis chronicis ſuperveniens funeſti eſt eventus. Ettmuller.
8 Fames canina poſt Febres a Chinæ Chinæ abuſu excitata plerumque poſt ſe ducit recidivam.
9 Cibi poſt diuturnam inediam in copia comeſti poſt ſe trahere poſſunt repentinam mortem.
10 Qui comeſta Vomitu & Diarrhœa frequenter ejiciunt, tandem in Cachexiam incidunt.
11 Gravidis Malacia laborantibus res appetita haud eſt deneganda, alias nævus in infante metuendus eſt.

VI. *Remedia.*

1 Stomachum vel per Vomitum vel per alvum expurgant: Tartarus emeticus, ſyrupus emeticus, Ipecacohanna, Sal. Catharticum amarum, Rhabarbarum, Extractum Panchymag. Croll. Pil. Beccheri vel Stahlii.
2 Evacuationibus Sanguinis impeditis vel ſuppreſſis ſatisfacit, præter remedia aperientia, V.S. in pede l. Scarificationes partium inferiorum.
3 Liquorem gaſtricum corrigunt amara, Herb. Card. Bened. Fumar. Abſinth. Cent. min. eorumque Extracta, Cort. Orum, Elix. Propr. Paracelſi, dulce, Eſſent. amara Halenſis, Myrrh. Abſinth. cort. Orum; nec non Salia fixa: Cent. min. Abſinth. Card. bened. Tartarus vitriolatus, Sal. polychr. Glaſeri.
4 Ventriculi tonum roborant Martialia & ſubadſtringentia: Tinct. Vitrioli ♂tis Ludov. Crocus ♂ tenerior. Extractum Cort. Chacar. Syr. Cydon. e roſ. ſiccis.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis emeticus.

℞. *Tartari emet. g.* ij ß. *ms pro 1. vice.*
Salis abſinth. gr. vj.

2 Potio emetica.

℞. *Syr. emet.* ℥vj. ∇ *Cicer.* ℥ß.
Sal. polychr. gr. vj. *ms pro 1. vice.*

3 Sal laxans.

℞. *Salis Cathart. amar.* ℥j. *lente & propinetur*
Diſſolvatur in juſculo ca- *pro 1. vice.*

4 Pilulæ laxantes.

℞. *Extract. Rhabarb. gr. XII.* ☉ii *dul. gr.* iii.
Scammon. Sulph. gr. ℥j. *F. l. a. Pil. No. XV. pro j vice.*

5 Aliæ.

℞. *Pil. Beccher.* ℥ij. *ſperi gr. XV.*
Exhibeantur mane & ve-

6 Pulvis alterans.

℞. *Oc.* ♋ *ppt.* *Crem. Tart. ā* ℈ij.
Corall. r. ppt. ā ℥j. *ms f. Pulv.*
Herb. Card. bened. *Doſ.* ℈j. *bis l. ter per diem.*
Cort. ☉*rum.*

7 Eſſentia Stomachica.

℞. *Eſſenl. Abſinth.* ℥ij. *ms. Doſ. gutt.* 30. *bis vel ter*
Cort. ☉*rum.* ℥j. *per diem.*
Myrrh. ℈ij.

8 Electuarium Stomachicum.

℞. *Conſerv. Meuth.* *Croc.* ♂*tis* ☉ii ℥ß.
Cent. min. ā ℥j. *Syr. Cydon. q. ſ.*
Viſceral. ℥ß. *F. Elect. Doſ.*
Pulv. Cort. Chacar. ℥iij. *Caſtan. magnitudo bis per*
☉*rum* ℥j. *diem.*

9 Tinctura Tonica.

℞. *Tinct. Vitriol.* ♂*tis Lud.* ℥ij. *ms Doſ. gutt.* 30. *bis per diem.*
Elix. dulc. ℥j.

VII. *Methodus Medendi.*

1 *Pica* a menſtruorum ſuppreſſione ortum habens tractanda eſt per V. S. in gravidis in brachio, in reliquis vero in pede inſtituendam,
2 Subjungantur laxantia leniora, in primis in gravidis.
3 Reliqui picantes expoſcunt Vomitoria, ſubjunctis ubique remediis quæ cauſis ſpecialibus ſatisfaciunt.
4 *Addephagia* Infantum curatur per laxantia aliquoties exhibita, incidentia & lenia ♂lia, inprimis Tinct. Vitrioli ♂tis Ludov. & Diætam legitimo tempore & modo inſtitutam.
5 *Bulimos* & *Orexis Canina* poſt adhibita Vomitoria vel laxantia deſiderant amara, Salia fixa & lenia martialia, quæ tempore, ubi Ventriculus a cibis vacuus eſt, exhiberi debent.
6 Commendetur inſuper Patientibus, ut cupepta aſſumant, & ſæpius parciuſque comedant, donec Natura in juſtum reducatur ordinem.
7 *Malacia* Curatione vix opus habet, cum malum ſit tranſitorium, & poſt rei deſideratæ comeſtionem ſponte ceſſet, rariuſque plerumque revertatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In Pica, niſi evacuationibus conſuetis via aperiatur, fruſtra Curatio expectanda eſt.
2 In Bulimo, Addephagia & Orexi canina temperantia omnibus remediis palmam eripiunt: niſi enim illa cum his combinentur, parum aut nihil ſolidi obtinetur.
3 Pro appetitu extinguendo male exhibentur Opiata, quæ Naturam tantum ſtupefaciunt & majora plerumque mala poſt ſe ducunt.
4 Majori adhuc ſpe & ſecuritate poteſt commendari fumus Tabaci, qui teſte Experientia famem nimiam temperare ſolet.

CAPUT NONUM,

DE

Anorexia,

I. *Definitio.* ANorexia eſt appetitus ciborum abolitus, a variis cauſis originem ducens.

II. *Differentia.*

1 Differt a Dyſorexia gradu; utpote quæ appetitum ciborum imminutum innuit.
2 Contingit Anorexia vel idiopathice a vitio Ventriculi, vel ſymptomatice ab aliis morbis, quibus dum Natura debellandis eſt intenta, reliqua negotia vitalia pauliſper ſeponit, & negligit, donec morbus ſit ſuperatus, ubi appetitus abſque medicamentorum concurſu ſponte redit.

III. *Signa.*

1 Faſtidium ciborum quorumvis, etiamſi optime ſint præparati.
2 Subſequens Nauſea vel gravitas Ventriculi, ſi citra appetitum fuere comeſti.
3 Interdum etiam Vomitu iterum rejiciuntur, ubi melius ſe habent Patientes.

IV. *Subjectum.*

1 Ventriculum varlis & nimiis cibis onerantes, otioſi, aſſumta minus bene digerentes.
2 Cholerici, graviori iracundia affecti, inprimis poſt paſtum.
3 Morbis acutis, inflammatoriis, arthriticis gravioribus, febribus intermittentibus laborantes.
4 Hypochondriaci, phthiſici, hectici, aliiſque chronicis morbis divexati per intervalla Anorexia afficiuntur.
5 Nimiis laboribus & evacuationibus viribus ſuis exhauſti.

V. *Prognoſis.*

1 Anorexia idiopathica vel Ventriculum nimium flac-

ci-

cidum ſ. tono ſuo debito privatum, vel cruditates ejuſdem innuit.

2 Quæ a cruditatibus ortum habet, facilius curatur, quam quæ debilitato tono natales ſuos debet.

3 Utrique tamen malo debita Methodo occurri poteſt.

4 Symptomatica Anorexia non curatur, niſi vel ipſe morbus, vel paroxyſmi morbifici ceſſaverint.

5 Melius eſt Anorexiam morbos & paroxyſmos morbificos præcedere & iiſdem concurrere, quam poſt eoſdem ſuperatos adhuc dum durare: recidivam enim plerumque poſt ſe ducit.

6 Qui Anorexia in morbis laborant, ſæpius citius ab iiſdem liberantur, quam qui appetitu vegetiori gaudent.

7 Quo magis tamen appetitus in morbis acutis eſt proſtratus, eo major morbi vehementia innuitur.

8 Si in acutis & aliquando in chronicis poſt magnam inappetentiam derepente ingens excitetur appetitus, nulla præcedente bona criſi, aut alio bono ſigno, poſtridie mortem prædicito. Bagliv.

VI. *Remedia.*

1 Saburram Ventriculi abundantem immediate evacuant per Vomitum: Tartarus emeticus, ſyrupus emeticus, Ipecacohanna, aut per alvum: Noduli laxativi, ex Fol. Senn. Rhabarb. Agar. albiſſ. Fibr. Helleb. nigr. cum radic. Herb. Fl. cort. incidentibus & amaricantibus combinatis, vel Sal Cathartic. amarum aliquoties exhibitum.

2 Materiam lentam, tenacem, Ventriculi parietibus adhærentem, incidunt Salia dicta media: Tartarus Vitriolatus, Arcanum duplicatum Sal. polychreſtum Glaſeri, Nitrum ☉tum, Cryſtall. Tart. Tartarus tartariſatus, liq. Terr. Fol. Tartari, nec non vegetabilia incidentia & amara: Rad. Ari, Zedoar. Galang. Gentian. Pimpinell. alb. Caryophillat. Helen. Calam. aromat. Herb. Cent. min. Card. bened. Fumar. Abſinth. Z. Z. Piper, Cort. ☉rum, Pulvis ſtomach. Bickmanni, Quercetan.

3 Tonum Ventriculi relaxatum roborant cum modo dicta amara, tum Martialia ſelecta: Tinctura Vitrioli ♂tis Ludov. Z Welf. e pom. Borsdorf. nec non Cortex Chacar. ejuſque Extractum.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis emeticus.

℞. *Rhabarb. elect. gr. XV.* *Salis Abſinth. gr. iij.*
Tartar. emet. gr. iiſ. *ms pro 1 vice.*

2 Alius.

℞. *Rad. Ipecac. gr. XXIV.* *D. pro 1. vice.*

3 Nodulus laxativus.

℞. *Rad. Ari.* *Tibr. Helleb. nigr.*
Caryophyllat. *Agar. mund. ā* 3ij.
Gentian. ā ʒſ. *Sal. Cathart. amar.* ʒſ.
Herb. Card. bened. *Inciſ. contuſ. d. infund. in* ▽
Fumar. ā Mſ. *ſervent. & Vin. generoſ. ā* ℔ij. *Doſ.* ʒvj. vij.
Summit. Abſinth. p. j. *alternis diebus uſurpandæ.*
Cort. ☉*rum* 3ij.
Fol. Senn. ſ. ſt. ʒiſ.
Rhabarb. elect. ʒſ.

4 Pulvis ſtomachico-digeſtivus.

℞. *Rhabarb. elect.* *Salis Abſinth.* ʒiſ.
Rad. Ari ppt. *ms f. Pulv. Doſ.* ℈j. *bis l. ter per diem.*
Flaved. Cort. ☉*rum.*
Fl. Cent. min. ā 3j.

5 Alia.

℞. *Herb. Card. bened.* *Sal. Cent. min. ā* 3j.
Rad. Arippt. ā 3iſ. *ms f. Pulv. ut præcedens uſurpandus.*
Cort. Winteran.
Tart. Vitriol.

6 Pilulæ Tonico-Stomachicæ.

℞. *Extract. Cort. Chacar.* ʒſ. *Doſ. gr. vj. l. vij. ante prandium & cœnam.*

7 Tinctura ſimilis.

℞. *Tinct. Vitriol. ♂tis Lud.* 3ij. *ms. Doſ. gutt. XXXV. ante prandium.*
Eſſent. cort. ☉*rum* 3j.

8 Alia.

℞. *Tinct. Vitrioli ♂ Zvvelf.* 3ij. *m Doſis & uſus, ut præcedentis.*
Eſſent. cort. Chacar. 3j.

VII. *Methodus Medendi.*

1 Anorexia idiopathica, quæ copioſam Ventriculi ſaburram pro fomite habet, optime tractatur per Vomitorium in principio exhibitum.

2 Quod ſi autem debilitas ſubjecti aliæque circumſtantiæ hocce diſſuadeant, præſcribi poteſt Nodulus laxativus, qui & ſecure & efficaciter plerumque Operationem ſuam exſerit.

3 Idem locum habet in viſciditate & lentore humorum, Ventriculum occupante: Interponuntur hoc in caſu optime digeſtivo-ſtomachica, diebus a purgatione liberis.

4 Quod ſi vero res magis a flacciditate, quam cruditate Ventriculi, dependeat, præter amara & ſtomachica præſcribantur ſubadſtringentia, & tonica.

5 In morbis acutis & acceſſibus febrilibus ad ipſum morbum potius, quam ſymptoma hoc, reſpiciendum eſt, promovendo ſecretiones & excretiones debito more.

6 In morbis tamen chronicis, ubi ſæpiſſime Ventriculi tonus labefactatur, ſuccurri poteſt partim per temperata digeſtivo-ſtomachica, partim per lenia tonica, reliquis remediis perite interponenda.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Vomitoria conveniunt in caſu recente, ubi multa materia præſto eſt, & ſubjecta ſunt robuſtiora.

2 In malo vero inveterato & ſubjectis ſenſibilioribus magis conveniunt Noduli laxativi, qui lentorem & viſciditatem incidunt & ſimul evacuant. Curavimus nuper tali Nodulo per 12. dies uſurpato, Anorexiam habitualem, per 8 jam menſes durantem quæ profligata eximium appetitum, adhuc dum vigentem, poſt ſe ducebat.

3 In Anorexia, cum malo hypochondriaco hyſterico ſæpius concurrente, abſtinendum eſt ab omnibus remediis calidioribus & turgefacientibus; inſiſtendum potius temperantibus, nitratis, digeſtivis & diluentibus.

4 Sanguinei a ſubacidis majus auxilium recuperant, quam ab amaris, acribus & aromaticis, niſi eximia Ventriculi flaciditas vel viſciditas concurrat, ubi hæc in moderata doſi conveniunt.

5 Phlegmaticis vero & pituitoſis poſteriora potius, præ prioribus, ſolamen afferunt.

6 Ab Extracto corticis Chacarillæ egregias obſervavimus virtutes, nec non a Tinctura Vitrioli ♂tis Ludov.

7 Baglivius celebrat in omnibus Ventriculi morbis Hieram picram.

8 Remedia e Cydoniis parata temperatiſſimum præbent ſtomachicum.

9 Elix. propr. Paracelſi, Eſſentia abſinth. cent. min. Phlegmaticis potius, quam ſanguineis præſcribenda ſunt.

10 Terrea & abſorbentia in majori doſi exhibita Anorexiam adaugent.

CAPUT DECIMUM.

DE

Sitis Exceſſu & Defectu.

I. *Definitio.*

a SItis exceſſus eſt ſolito majus liquidorum deſiderium & concupiſcentia.

b Sitis Defectus eſt minor, quam par eſt, eorundem liquidorum appetentia.

II. *Differentia.*

1 Sitis aucta differt ratione gradus: vel enim in limitibus ſuis adhuc ſubſiſtit, vel ad eximium gradum evehitur, quam *ſitim clamoſam* Auctores appellant.

2 Uterque affectus diſtinguitur a *ſiti depravata*, ubi Patientes inſolitos prorſus liquores expetunt, qui affectus cum Pica convenit.

III. *Signa.*

1 Cognoſcimus ſitim auctam ex largiori quam conſuetudo alias ferebat, liquidorum appetentia & aſſumtione, nec non concurrente utplurimum majori calore corporis.

2 Sitis vero imminuta contrario modo ſeſe manifeſtat, dum liquida in parciſſima, reſpectu aliorum hominum, quantitate aſſumuntur, nulluſque calor & activitas, ſed potius pigritia & languor in corpore obſervatur.

IV. *Subjectum.*

a *Sitis Exceſſus:*

1 Bilioſi, Febricitantes, acutis morbis decumbentes.

2 Hydropici & Scorbutici.

3 Hectici, Phthiſici & Atrophici.

4 Fortioribus Purgantibus & Vomitoriis tractati.

5 Diarrhœis & Dyſenteriis laborantes.

6 Qui V. S. vel Vinis fortioribus in copia uſi fuere;

7 Qui laboribus fortioribus, curſibus, exercitiiſque aliis corporis ſerum imminuere.

8 Cantores & Tubicines.

9 Qui Sale & aromatibus abutuntur.

b *Sitis Defectus:*

1 Phlegmatici & Melancholici.

2 Spiſſitudine Sanguinis laborantes.

3 Hypochondriaci & Hyſtericæ.

4 Feminæ præ viris.

5 Qui vitam ſedentariam agunt.

V. *Prognoſis.*

1 Sitis aucta in febribus & morbis acutis non eſt reformidanda.

2 Clamoſa ſitis inflammationem internam & quidem plerumque Ventriculi & inteſtini Duodeni innuit.

3 Sitis aucta abſque cauſa occaſionali externa febrem portendit.

4 In febribus poſt morbi ſolutionem ſponte ceſſat.

5 In morbis etiam chronicis non remittit, niſi cauſa mali e medio ſit ſublata.

6 Sitis magna in Hydropicis mala.

7 In febribus malignis ſitis pauca ſuſpecta eſt.

8 Pulſum celerem & frequentem eſſe & linguam exſiccatam, ſitim vero parvam, innuit Naturam ab officio ſuo remittentem.

9 Extra febres ſitis imminuta ſpiſſitudinem ſanguinis innuit.

VI. *Remedia.*

a *Sitis auctæ:*

1 Aquea humores bilioſos & lixivioſos diluentia: Decocta Rad. Gramin. Cichor, acetoſ. hord. C. C. Potus Thee, ſerum lactis, Emulſiones dilutæ.

2 Gelatinoſa & mucilaginoſa fluxiliores humores involventia: Gelatina C. C. Ebor. Mucilag. Sem. Pſyll. Cydon.

3 Acida, humores & vias refrigerantia: Succus aceroſitat. Citr. Rib. Berber. Spir. Vitriol. Nitr. Clyſſ. min. Tinct. Roſar. Violar. Julepi aciduli, Decoctum Tamarind. e tot. Citr. Syrupi & tabulæ acidulæ.

4 Abſorbentia & Nitrata motum humorum remorantia & vias relaxantia: Oc. ♋ ppt. Conch. ppt. Matr. Perl. ppt. C.C. Phil. ppt. Nitr. depurat. Sal. prunel. Nitr. ♁tum.

b *Sitis imminutæ:*

1 Liquores ſuaves appetitum exſtimulantes: Vinum Generoſum, Ceraſorum, Cydoniorum, Juniperinum, Potus Caffe, vel alius magis temperatus, ſecundum temperamenti conſtitutionem ordinandus, & in majori copia hauriendus.

2 Motus & labores corporis congrui.

Formulæ Remediorum.

1 Species pro Decocto Ordinario.

℞. *Rad. Gramin.* *Paſſul. min.* ℥j.
Acetoſ. *Fl. Pap. rh.*
Scorzon. *Roſar. ā* p. j.
Liquir. ā ℥ß. *Sem. Fœnic.* ʒij.
Raſ. C. C. *Inciſ. q. o. d. ad c. ſumantur* ʒ
Ebor. ā ʒvj. *cochl. ad Menſ. j.* ▽ *font.*

2 Infuſum refrigerans pro potu Ord.

℞. *Mal. Citr. No. j.* *Inciſ. contuſ. q. o. Infund. in*
Sacchar. alb. ℥ij. ▽ *font.* ℔j.

3 Emulſio refrigerans.

℞. *Amygd. d. exc.* ℥j. *F. l. a. Emulſ.*
Sem. 4. frig. maj. ā ʒj. *Educ. Tab. M. xſt. ſ.* ℥j.
℈. Decoct. hord. ℥x. *Add. Oc.* ♋ *ppt.* ʒj.

4 Mixtura mucilaginoſa.

℞. *Mucilag. Sem. Cydon. & Pſyll. c. malv. extract. ā* ℥ß. *Syr. violar.* ℥ß. *ms Doſ. cochl. j. aliquoties per diem.*
▽ *ſœnic.* ʒvj.

5 Julepus ſubacidus.

℞. *Decoct. Hord.* ℔j. *Tinct. roſar.* ʒij.
Sir. Rib. *ms per intervalla uſurpetur.*
Acetoſ. Citr. ā ℥ß.

6 Alius.

℞. *Decoct. rad. & fol. acetoſ.* ℔j. ℞ *Vitr. q. ſ. pro grato acore.*
Syr. Rub. id. ℥ß.

7 Pulvis temperans.

℞. *Oc.* ♋ *ppt.* ♁*ii diaph. ā* ʒj.
Nitr. depurat. *ms Doſ.* ℈j. *bis ter per diem*
Salis polychr.

8 Alius.

℞. *Conch. ppt.* *Cinnabar.* ♁ij ℈ij.
Nitr. depurat. *ms Doſ. ut præcedentis.*
Arcan. dupl. ā ʒj.

VII. *Methodus Medendi.*

a *Sitis Auctæ:*

1 In omnibus febribus tam intermittentibus, quam acutis ſitis auctior eſſe ſolet, pro eadem exſtinguenda conveniunt potus diluti in larga quantitate hauriendi, interponendo quandoque potum calefactum pro promovenda corporis Diapnoe; qua re æſtus eximie imminuitur.

2 Quando inſignis æſtus concurrit præſcribenda ſunt acidula, potui ad gratam aciditatem commiſcenda.

3 Infringunt etiam eximie præter naturalem calorem, ſitinque imminuunt Gelatinoſa & mucilaginoſa, ſæpius per diem cochleatim uſurpanda.

4 Pro eodem ſcopo præſcribi etiam poſſunt Emulſiones dilutæ, nec non Nitrata abſorbentia & diaphoretica fixa, quæ quidem res perite ſibi invicem interponi debent.

5 In inflammationibus abdominis ſufficiens potus haud eſt denegandus, ſed hat hoc ſucceſſive: alias damnum infertur.

6 Hydropicos magis ſolantur Nitrata, quam potus ſimplex, hic quippe ſitim magis adauget.

7 Phthiſicis & Hecticis convenit potus paululum nutriens ex hordeo raſ. C. C. Ebor. Paſſul. &c.

8 Aliis in caſibus Methodus ſupra allegata in auxilium vocetur.

b *Sitis imminutæ.*

1 In-

1 Injungatur Patientibus potus, etiamſi ſufficiens nullus appetitus præſto ſit.
2 Convenit autem talibus Patientibus potus gratior, generoſior, ut ſenſus Naturæ excitetur.
3 Commendetur etiam iis motus corporis, ad laſſitudinem uſque inſtituendus, ut circulatio & excretio humorum, ſitim poſt ſe trahens, promoveatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*
1 Sitis nunquam eſt reprimenda, ſed etiam ſatisfaciendum per ſufficientem & convenientem potum.
2 Quando ægroti a multa ingurgitatione aquæ moleſtias capiunt, ſubacida interponantur, vel potui aliquid Nitri infundatur, ſic eo citius ſitis extinguitur.
3 Juſcula fortiora e carne parata & bene ſalita ſitim ægrotantium adaugent, imminuunt vero eandem, ſi ſint diluta inſulſa.
4 Pro ſiti etiam imminuenda ſuccus ſemper vivi a vulgo cum fructu in uſum trahitur.
5 Cibi e Spinachia, Lactuca, hordeo ſimiliter ſitim aliquantiſper deſtruunt.

LIBER VII.

DE

MORBIS MULIERUM.

De Morbis Mulierum in genere.

I. *Definitio.*

MOrbi Mulierum ſunt affectiones præter naturales feminis propriæ, vel activum, vel paſſivum aut erroneum quid conjunctum habentes, in quibus Natura per varios motus extraordinarios aliquid quod ipſis magnas moleſtias creat removere conatur, variis gravibus pathematibus ſtipatæ.

II. *Differentia.*
1 Alij ſunt *communes*, qui ſcil. in & extra conjugium viventibus communes ſunt: uti ſunt *uteri inflatio*, *Inflammatio*, *Hydrops*, *Ulcera*, *Anguſtia*, *Menſium varia vitia*, *Fluor albus* &c. de quorum præcipuis in præcedentibus Tabulis jam actum fuit.
2 Alii ſunt *propriè* maritatis & hinc alii ſunt.
a Morbi *imprægnandarum*: uti *Sterilitas*, *Mola*, *Melancholia & Furor uterinus*, quamvis hic etiam frequentibus virgines & viduas corripiat.
b *Imprægnatarum*: *Nauſea*, *Vomitus*, *Pica*, *Abortus*, *Fœtus debilis*, *mortuus*.
c *Parturientium*: *Dolores ſpurii*, *Partus difficilis*, *Secundinarum retentio*, *Procidentia uteri*.
d *Puerperarum & Lactantium*: *Dolores poſt partum*, *Tumor abdominis*, *Lactis vitia*, *Tumores Mammarum*.

III. *Signa.*
Hæc ex-ſequentibus Tabulis patebunt.

IV. *Subjectum.*
1 Feminæ menſium fluxum expertæ, aut eum proxime expectantes.
2 In conjugio viventes.
3 Gravidæ.
4 Parturientes.
5 Puerperæ.
6 Lactantes.

V. *Prognoſis.*
1 Morbi Mulierum ob ſtatum complicatum fere omnes difficilioris ſunt curationis, quam reliqui.
2 Multi morborum Mulierum tendunt ad ſtatum chronicum, pauciores ad acutum.
3 Non adeo abſurdum eſt illud dicterium: *Mulierem omnem morbum bis pati*: reſtrictione tamen aliqua opus habet.
4 Morbi Mulierum chronici facile in habitum degenerant, ita ut poſtea curationem vix admittant.
5 Morbi tales ab initio utpl. circa uterum & ramificationes Venæ Portæ ſe manifeſtant, poſtea tamen facile alias & remotiores partes in conſenſum trahunt.
6 Quo major in hiſce morbis menſium eſt ataxia, eo difficilius curationem admittunt.
7 In ordinem autem redactis menſibus, aliqua curationis ſpes ſupereſt.
8 Sanguinis ſpiſſitudo cum menſium ataxia conjuncta, Melancholiam facile poſt ſe trahit.
9 Menſium ſuppreſſio & imminutio longe graviores poſt ſe trahit morbos, quam eorundem nimius fluxus.
10 Morbi Gravidarum, etſi interdum graviores videantur, ſæpius tamen creſcente fœtu notabiliter imminuuntur & prorſus tolluntur.
11 Morbi vero eorum aucti ſemper pejoris ſunt indolis, quam reliqui.
12 Omnium vero peſſimi ſunt acuti Puerperarum, quoniam facillime malignitas jungitur.
13 Morbi a Lochiorum ſuppreſſione pendentes, ſemper pejores ſunt illis, qui a menſium ſuppreſſione originem trahunt.
14 Secundinæ aut ſaltem portio earundem, poſt partum in utero remanentes, ſæpius graviſſimos morbos poſt ſe trahunt.
15 Nihil abortum magis producit, quam concrementa illa carnoſa, ſive parvæ molæ in utero per errorem Naturæ genitæ.
16 Multum tamen etiam confert Plethora, tam per interna, quam per externa commota.
17 Dolores poſt partum, quia ſunt Naturæ motus ad expellendum ſanguinem lochialem, cautiſſime tractandi ſunt: quo neglecto gravia poſt ſe trahunt mala.

VI. *Remedia.*
1 *Aperientia* & Incidentia: Rad. Ari, Galang. Zedoar. Pimp. alb. Angel. Imperat. Ariſtol. Vincetox. Onon. Herb. Capill. Fumar. Cent. min. Abſinth. Card. bened. Tinct. Tart. ♁ii acris Eſſent. Carminat. alexipharm. Pimp. alb. Succ. Myrrh.
2 *Evacuantia*: Magneſia alba, Sal cathart amar. Manna, Fol. Senn. Rhabarb. Tamarind. Helleb. nigr. Pil. Tart. e G. Ammon. Stahlianæ, Becherianæ aliæque ex Gummatibus rite præparatis, Extractis amaris & Purgantibus paratæ.
3 Emmenagoga & pellentia: Præter antea recenſita Reſolventia, Myrrha, Crocus, Caſtoreum, Hepar Anguillæ, Borrax, Eſſentia Caſtor. Succin. Myrrh. &c.
4 Tonica: Tinct. ♂t. Ludov. Mixt. Tonica Stahlii, Crocus ♂ ♁iatus Stahlii, Antimon. ♂tial. Ludov. Pil. Stahlianæ & Becherianæ ſucceſſive exhibitæ.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis incidens.

℞. *Pulv. ſtomach. Birckm.* ʒß. *D. ſing. 4. hor. 2. cuſp. cultr.*

2 Infuſum reſolvens.

℞. *Rad. Vincetox.*
Pimpin. alb. ā miſs.
Galang.
Ari ā ʒij.
Herb. Fumar.
Cent. min. ā miſs.
Cort. ⊙nt.
Citr.
Winteran. ā ʒij.
Croci Orient. ʒj.
Inc. infund. in Vin. alb. ℔iij.
Doſ. bis vel ter per diem ʒvj.

3 Infuſum incidens & laxans.

℞. *Rad. Gentian.*
Imperat.
Ariſtol. ā ʒiij.
Zedoar.
Ari ā ʒij.
Herb. Capill. Q.
Card. bened. ā mj.
Fol. Senn. ſ. ſ. ʒj.
Fibr. Helleb. nig.
Rhab. elect. ā ʒij.
Cort. ⊙nt.
Citr. ā ʒiſs.
Sem. Aniſ.
Fœnic. ʒiſs.
Tart. ſolub. ʒiſs.
Inciſ. contuſ. ℥ß. m.
Inf. in Vin. alb. &
Aq. ſimpl. ā ℔iv.
D. mane ʒvj. *vel* viij. *pro doſi.*

4 Mixtu-

4 Mixtura resolvens.

℞. *Ess. Pimpin. alb.* ʒij. *Tinct. ☉ii acris a* ʒj.
Scord. *M. D. mane & vesperi* 30.
Succin. *gutt.*

5 Potiuncula pellens.

℞. *Aq. Meliss.* *Sir. Cort. ☉nt.* ʒß.
Cinnam. a ʒij. *M. D. sæpius cochleatim.*
Hep. Anguill. ʒiß.

6 Pulvis pellens.

℞. *Cinnam. acut.* *Borrac. a* ʒß. *M.*
Lap. ♋ a ʒj. *D. aliquot cusp. cultri pro dosi.*
Croci.

7 Mixtura incidens & pellens.

℞. *Tinct. Tart.* *Myrrh. a* ʒj. *M.*
☉ii acr. a ʒiß. *D. 25. 30. gutt. pro dosi.*
Ess. Succin.

8 Pulvis incidens & tonicus.

℞. *Pulv. stomach. Bive Km.* *D. 2. cusp. cultr. sing. 4. horis.*
ʒß.
☉ le Ludov. ʒij. *M.*

9 Mixtura tonica.

℞. *Tinct. ☉ii acr.* *D. 30. gutt. mane & vesperi.*
Spir. C. C. a ʒij.

10 Alia.

℞. *Tinct. ♂t Lad.* ʒß. *meridie.*
D. 40. 50. gutt. mane & a

VII. *Methodus Medendi.*

1 Hæc pro diversitate affectuum admodum variat, quare etiam semper varianda est, & remedia ad causas speciales in quovis morbo occurrentes dirigenda sunt.

2 Si Plethora Mulierum Morbos fovet, uti id frequenter contingit, ea mature imminuenda est per Venæsectiones æquinoctiales, aut alias urgente necessitate institutas.

3 Spissitudo quoque sanguinis, qua sæplus mulieres laborant, per incidentia & resolventia corrigenda est, sanguinis enim fluxilitate restituta felicius & citius morbi a spissitudine pendentes curantur.

4 Pari modo se res habet, si status humorum adest cacochymicus, ubi præter antea laudata incidentia & resolventia lenia antiscorbutica conveniunt.

5 In omnibus morbis mulierum quam maxime respiciendum est ad menses, iique per convenientia remedia in ordinem redigendi sunt, de quibus suo jam loco actum fuit.

6 In morbis Gravidarum graviditatis semper habeatur ratio; quare hic præ ceteris placida Methodus semper præferenda est: id quod potissimum locum habet in morbis acutis Puerperarum. Reliqua vide in Tabulis antecedentibus & sequentibus.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 In omnibus morbis mulierum caute admodum mercandum est cum remediis evacuantibus fortioribus & commoventibus, hæc enim in mulieribus alias adhuc satis sanis graves affectus producere possunt & solent, ita ut non paucæ hinc per totam vitam valetudinariæ reddantur.

2 Venæsectiones in his morbis legitimo tempore institutæ insignem quidem habent usum, ast intempestive magis nocent, quam prosunt.

3 In mensibus in ordinem redigendis semper satius est incidentia & resolventia, quam pellentia in usum trahere: hæc enim illegitimo tempore exhibita non solum magnas in Massa sanguinea excitant turbas, sed etiam sæpius menses per insolitas vias expellunt.

4 Morbi a Lochiorum suppressione orti mitissime semper tractentur: hoc enim neglecto morbi, impr. acuti, semper deteriores redduntur.

5 Qui, præsente jam Febre acuta, Lochiorum fluxum per Myrrhata & Castorina revocare tentant, pessime agunt, quoniam horum usum vel exanthemata miliaria vel Petechiæ sequuntur.

SECTIO I.

DE

MORBIS IMPRÆGNANDARUM.

CAPUT PRIMUM.

De Sterilitate.

I. *Definitio.* STerilitas est inhabilitas ab concipiendum & ad legitimum fœtum ferendum in fœminis justa ætate gaudentibus occurrens & a variis causis originem trahens.

II. *Differentia.*

1 Alia est, quando nunquam conceptionis signa apparent.

2 Alia vero, quando quidem concipiunt, nunquam tamen fœtum ad maturitatem & perfectionem usque gestare possunt, sed ante legitimum tempus frequentius abortiunt.

III. *Signa.*

1 Hæc sunt admodum fallacia & iis vix certo fidendum est, varia tamen hinc inde allegantur.

2 Nulla unquam conceptionis signa apparentia, etiamsi semina quoad omnes circumstantias sana sit & bene habeat ac in marito etiam nihil occurrat, quod coitum fœcundum impedire queat.

3 Frequens abortus: huc etiam pertinent concrementa illa carnosa, quæ feminæ sæpius in utero gestant, ac postea cum magna sanguinis profusione ejiciunt. Reliqua vid. sub *subjecto*.

IV. *Subjectum.*

1 Feminæ insigniter Plethoricæ: quamvis enim sæpius concipiant, præ ceteris tamen ad frequentiores abortus dispositæ sunt.

2 Pari modo se res habet cum nimium obesis, quæ & rarius concipiunt & frequenter abortiunt.

3 Tabidæ, levcophlegmaticæ & œdematosa ac scorbutico-arthritica corporis constitutione laborantes.

4 Quibus menses nimis diu emanent aut prorsus non apparent: quamvis interdum, sed rarissime, dentur, quæ non obstante tali constitutione nihilominus concipiant & pariant, uti semina in vicinia nostra, quæ nunquam menses experta est, & tamen ter peperit; in puerperio lochia etiam nunquam nisi in ipso partu, sed in exigua admodum quantitate, fluxerunt.

5 Coitum abhorrentes sive appetitu veneris læso laborantes.

6 Nimia partium genitalium angustia vel laxitate præditæ, ita ut in priori casu semen admitti, in posteriori vero admitti nequeat.

7 Scirrho aut alio vitio uteri quoad conformationem afflicti.

8 Tubarum obstructione correpti.

9 Hæmorrhagiis uteri enormibus vel uno impetu vel successive prorumpentibus laborantes.

10 Fluorem album chronicum sive diuturnum & pertinacem patientes.

11 Quæ emmenagoga fortiora frequentius assumpserunt.

12 Concrementa carnosa in utero gerentes, hæc enim sæpius abortum producunt.

13 Imaginationi fortiori nimium indulgentes.

V. *Prognosis.*

1 Feminæ steriles interdum per totam vitam valetudinariæ sunt.

2 Nisi aliæ causæ internæ obstent, sæpius non adeo facile pereunt, sed ad longævitatem perveniunt.

3 Quoniam causæ sterilitatis utpl. latent, hinc curatu est admodum difficilis.

4 Si ab aliis morbis fovetur, interdum hisce remotis tollitur.

5 Ste-

5 Sterilitas ſæpius ad morbos Chronicos diſponit, qui tamen ſubſequente fœcundatione facilius curantur.

6 Sterilitas ab uteri mala conformatione originem trahens incurabilis eſt.

7 Si ſterilitas dependet a mala ſeminis virilis conſtitutione, ſæpius in ſubſequente matrimonio tollitur. Erat hic loci fœmina quæ 20 annos in ſterili vivebat conjugio; mortuo vero marito & alii nupta primo ſtatim anno pariebat.

8 Quo magis emmenagoga fortiora ad promovendum Abortum aſſumſerunt juvenculæ, eo magis poſtea in coniugio viventes ad abortum & ſterilitatem inclinant.

VI. *Remedia.*

1 Plethoram imminuentia, Venæſectio, Scarificatio, Hirudinum applicatio.

2 Spiſſitudinem & Cacochymiam corrigentia: uti ſunt omnia reſolventia, incidentia & acriuſcula remedia.

3 Laxantia: Fol. Senn. Rhabarb. Helleb. niger, Pilulæ Stahlianæ.

4 Emmenagoga: Vid. *Tab. præced.*

5 Emollientia: Herb. 5. emoll. & ex iis parata Balnea.

6 Laxitatem partium reſtituentia: uti ſunt blanda adſtrigentia & tonica. Reliqua vide ſub *Tabulis ſpecialibus*.

7 Specifica: Teſticuli varii inpr. leporis, Rad. Eryng. Satyr. Ambra &c. quæ hinc inde ab Authoribus commendantur.

Formulæ Remediorum.

1 Infuſum reſolvens & laxans.

℞. *Rad. Pim. alb.* / *Vincetox.* / *Angel. ā* ʒiij, / *Arī* ʒij. / *Summit. Cent. min.* / *Marrub. alb. ā* mj, / *Fol. Senn. ſ. ſ.* ʒj. — *Fibr. Hell. nigr.* ʒß. / *Rhabarb. el.* / *Cort. ⊙nt.* / *Tart. ſolub. ā* ʒij. / *Inciſ. infund. in Vin. alb.* ℔iv / *D. mane* ʒvj. *vel* viij.

2 Electuarium confortans ex Muſitano.

℞. *Conſ. Fl. Salv.* / *Anth. ā* ʒj. / *Rad. Eryng. cond.* / *Nuc. Ind. cond.* / *Succol. ad. ā* ʒiij, — *Antophyll.* / *Sem. Seſel ā* ʒij. / *Sir. de Cinnam. q. ſ.* / *M. F. Elect. D. ter per diem aliquot cuſp. cultri.*

3 Aliud.

℞. *Elect. Diaſatyr.* ʒiſß. / *Rad. Eryng. cond.* / *Nuc. Moſch. cond.* / *Zingib. condit. ā* ʒiij, / *Conſ. Alk. compl.* / *de Hyac. compl. ā* ʒij. — *Eſſ. Ambr.* ʒiß. / *Sir. Cinnam.* / *Cort. ⊙nt. a. q. ſ.* / *M. F. Elect.* / *D. ut antea.*

4 Morſuli ſtimulantes.

℞. *Cinnam.* / *Zingib.* / *Piper.* / *Sem. Naſturt.* / *Sinap. ā* ʒß. — *Lingu. avis.* / *Sem. Cep.* / *Scinc. ā* ʒj. / *Sacch. in Aq. Roſ. ſol. q. ſ.* / *M. F. l. a Morſuli.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Si quid hic tentare animus eſt, ſemper reſpiciendum eſt ad cauſas a quibus malum fovetur.

2 Si Plethora cauſa eſt frequentis Abortus & inde dependentis ſterilitatis, ea mature per ſanguinis miſſiones convenienti tempore inſtitutas imminuatur. Subjungantur etiam lenia laxantia inpr. vero Pilulæ Becherianæ & Stahlianæ aliaque remedia æqualem ſanguinis diſtributionem producentia. Motus etiam moderatus & diæta tenuis hoc in caſu optime conveniunt.

3 In nimium obeſis pariter evacuantia varia ac motus corporis continuatus conducunt.

4 Si tabidum quid ſubeſt, aut Levcophlegmatia, Oedemata, Scorbutus &c. feminas affligunt, morbi hi juxta Methodum ſuo loco præſcriptam tractentur, ac poſtea tonica ad roborandum uterum exhibeantur.

5 Si Menſes in culpa ſunt, ii quantum quidem poſſibile eſt convenienti Methodo revocentur: ubi autem nunquam fluxerunt, cura difficultatis plena eſt, Pilulæ tamen Stahlianæ cum aliis incidentibus & Venæſectione in uſum trahi poſſunt.

6 Quando nimia partium adeſt ſtrictura, videndum eſt an per blanda emollientia & manum Chirurgi aliquid effici poſſit.

7 In nimia vero earum laxitate & humiditate humores ad alia loca derivandi & evacuandi ac poſtea tonica & nervina interna & externa uſurpanda ſunt: proſunt hic potiſſimum Balnea ex Herb. aromaticis & leniter adſtringentibus parata.

8 In Scirrho & exulceratione uteri res utpl. deſperata eſt, ſi quid tamen agendum videtur, in uſum trahantur remedia ſub *Scirrhis* & *Exulcerationibus* laudata.

9 Si tubarum adeſt obſtructio & quidem a muco viſcido præter Pilulas Becherianas laudari merentur Tincturæ alcalinæ acres, utpote quæ in talibus obſtructionibus optimum ordinarie edunt effectum.

10 Quando ab Hæmorrhagiis fovetur, in uſum trahantur remedia ſub Hæmorrhagiis commendata, poſtea vero ſubjungantur tonica cum nutrientibus.

11 In Sterilitate vero a Fluore albo remedia incidentia, reſolventia, Tincturæ alcalinæ, Laxantia, Pilulæ Stahlianæ &c. diu uſurpentur, ac poſtea tonica in uſum trahantur.

12 Si per Emmenagoga fortiora uterus nimium debilitatus fuit, tonica cum Tincturis alcalinis mixta optima ſunt.

13 Tandem in concrementis carnoſis Pilulæ Stahlianæ repetitis vicibus aſſumptæ ceteris palmam præripiunt.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Antequam Medicus remedia contra Sterilitatem adhibeat, probe inquirat an maritus, an vero femina in cauſa ſit: ſi enim cauſa latet in viro, fruſtra femina fatigatur remediis.

2 Interdum in feminis appetitus Veneris eſt læſus, ita ut prorſus nullam delectationem in congreſſu cum marito percipiant. Hic præ ceteris convenit diæta nutriens, gelatinoſa, mucilaginoſa, cibi aromatiſati, vinum generoſum &c. abſtinendum tamen eſt a fortioribus ſtimulantibus & Aphrodiſiacis, quoniam lenia ſufficiant.

3 Si ſemen mariti male diſpoſitum & ad conceptionem ineptum eſt, illud per nutrientia & depurantia corrigendum eſt: Sin vero Impotentia plenaria laborat, ea in uſum trahantur, quæ ſupra ſub *Impotentia virili* laudata fuerunt, abſtinendo ubique a fortioribus & acrioribus ſtimulantibus.

4 Ceterum in omnibus morbis Sterilitati junctis obſerventur Cautelæ ſuis locis traditæ.

5 Specifica, quæ hinc inde ab Authoribus Practicis laudantur, uti ſunt teſticuli variorum animalium, raro laudabilem edunt effectum.

CAPUT SECUNDUM,

DE

Mola.

I. *Definitio.* MOla eſt maſſa informis in utero mulierum genita, a falſa & depravata conceptione originem trahens.

II. *Differentia.*

1 Aliæ ſunt *majores*, aliæ vero *minores*.

2 Aliæ ſunt cum *fœtu* & nutrimentum eidem ſubtrahunt, unde *ſanguiſugæ* vocantur: aliæ ſunt ſolæ ſine eodem. Imo interdum fœtus ipſi Molæ incluſus deprehenſus fuit, teſte *KerKringio ſpicileg. Anatom. Obſ.* 95.

3 Aliæ aliqualem figuram habent e. g. cordis, muris, capitis ovilli &c. aliæ ſunt prorſus informes.

4 Aliæ aquam in ſe continent, aliæ eadem carent. Vidimus ante aliquot annos talem molam, quam femina, gravidam ſe eſſe putans, quinto circiter menſe poſt ingentem uti Hæmorrhagiam excreverat: hæc plus quam dimidium pedem longa & inſigniter carnoſa erat: cum cultro aperiretur ſero limpido repleta deprehendebatur: & interna conformatio erat inſtar ventriculi cordis ſiniſtri.

5 Aliæ magis membranaceæ & aqua repletæ ſunt: vidimus talem in femina 40. annorum, quæ ſexto menſe abortum patiebatur: fœtu enixo nihilominus dolores cum Hæmorrhagia uterina adhuc inſigniter urgebant, ita ut femina Lipothymiis frequentibus corriperetur. Tandem Mola magnitudine ovum anſerinum ſuperans aqua repleta ſequebatur, & femina ſpatio paucorum dierum priſtinam recuperabat ſanitatem.

6 Aliæ ſunt flatibus repletæ, quales *Bohnius* bis obſervavit.

7 Utpl. nulla molis ineſt vita, nonnunquam tamen in quibuſdam manifeſtus motus obſervatus fuit.

III. *Signa.*

1 Hæc ſunt admodum fallacia, ita ut difficile ſit Molæ geſtationem a vera graviditate diſtinguere, inpr. ſi mola fœtui juncta eſt.

2 Adeſt enim, uti in reliquis gravidis, menſium ſuppreſſio.

3 Cui jungitur coloris faciei vividi & floridi in pallidum mutatio.

4 Appetitus eſt maxime proſtratus & carnem inpr. abhorrent feminæ.

5 Urget etiam nauſea & vomitus matutinus uti in vera graviditate.

6 Intumeſcit quoque abdomen ac poſtea mammæ unde etiam ante quartum menſem vix probabiliter, feminam eſſe gravidam, concludi poteſt.

7 Si vero poſt quartum menſem mutatio faciei cum labiorum pallore & palpebrarum tumore perſeverant.

8 Cachectici aut Hydropici quid accedit,

9 Venter inſigniter intumeſcit ac durus redditur, cum inſigni gravitate & extenſione abdominis.

10 Nullus niſi tremulus in utero motus poſtea vero iterum ceſſans obſervatur.

11 Feminę pondus quoddam modo in ſiniſtro, modo in dextro latere, pro diverſitate ſitus corporis ſentiunt, ita ut pondus illud ex latere uno in alterum volvatur.

12 Dolor uteri punctorius jungitur.

13 Flacciditas & marcor artus occupat.

14 Languor inſignis continuo affligit.

15 Menſes interdum ſed inordinate & decolores fluunt.

16 Probabiliter concludere poſſumus adeſſe Molam, inpr. ſi elapſo legitimo tempore nullus ſequitur partus verus.

IV. *Subjectum.*

1 Feminę humidioris conſtituticnis, Plethoricę.

2 Quę Fluore albo laborarunt.

3 Abortum frequentius paſſę.

4 Quę fortiori imaginatione præditę ſunt.

5 Menſium ataxia antea afflictæ.

6 Lochiorum malum ſucceſſum incurrentes.

7 Quibus uterus poſt partum non bene purgatus fuit.

8 Quibus aliquid ſecundinarum remanſit.

V. *Prognoſis.*

1 Affectus hic in principio facile curari aſt difficulter dignoſci poteſt.

2 Aquoſa Mola & ventoſa facilius expelluntur, quam carnoſa, quæ non niſi magna cum difficultate tollitur.

3 Maxime tamen ambiguam curam reddit diſtinctio Molarum, an ſcil. ſint flatulentę, an aquoſę an carnoſę &c.

4 Nonnunquam etiam ſponte exitum molitur, cui tamen inſignis jungitur profuſio, nunquam ceſſans aut ſaltem ſępius recurrens donec Mola excreta ſit. Obſervavi hocce inpluribus feminis, quę tantam ſanguinis jacturam patiebantur, ut morti proximę eſſent, quæ tamen Hæmorrhagiæ excreta Mola ceſſabant.

5 Quando vero excluſa Mola Hæmorrhagia adhuc urget, indicium eſt aliam adhuc ſupereſſe Molam.

6 Quo magis urgent Hęmorrhagiæ eo pejor eſt ſtatus & contra.

7 Quo major eſt Mola, eo majori periculo feminas exponit propter Hæmorrhagiam graviorem.

8 Quæ ſemel Molam in utero geſtarunt, eadem facile denuo corripiuntur.

9 Non raro etiam Molę grandiori Aſcites incurabilis jungitur.

10 Aliæ hectica ſimul patiuntur pathemata.

11 Grandiores Molæ nonnunquam teſtibus Obſervationum ſcriptoribus ex improviſo feminas jugulant.

12 Nonnunquam etiam Dyſenteriam Molæ excretionem lethalem præceſſiſſe obſervatum fuit.

VI. *Remedia.*

1 Præparantia: uti ſunt Balnea emollientia Inſeſſus, Unguinoſa, Fotus, Clyſteres tam alvini, quam uterini, Pediluvia.

2 Plethoram imminuentia: Veneſectiones tam in brachio, quam in pedibus inſtitutæ, & Scarificationes in aſſuetis.

3 Pellentia: ad quæ ab Authoribus referuntur Vomitoria, Purgantia fortiora, uti ſunt Pilulæ fœtidæ, de Hiera cum Colocynth. Species Diaturbith. cum Rhabarb. Decoct. Senn. c. ſabin Extr. Helleb. nigr. Colocynth. Herb. Artemiſ. Puleg. Sabin. Rad. Bryon. Aſari &c. Myrrha, Crocus, Caſtoreum & eorum Eſſentiæ, Hepar Anguillæ cum Aq. Cinnam. Pulvis Secundinæ.

4 Hæmorrhagiæ proſpicientia: temperantia cum blandis vel fortioribus adſtringentibus mixta.

5 Uteri tonum reſtituentia: Tinctura ♂tis Ludovici

Formulæ Remediorum.

1 Balneum emolliens.

℞. *Herb. ſ. emoll. ā* miij. *Matricar. Meliſſ. ā* miij. — *Coq. in ſ. q. Aq. ſ. F.* Balneum.

2 Aliud.

℞. *Rad. Alth. Lil. alb. ā* ʒiij. *Herb. Chamom. Parietar. Branc. Urſin.* — *Mercurial. a* mij. *Sem. Fœn. gr. Lini ā* ʒj. *Coq. ut antea.*

3 Unguentum emolliens.

℞. *Ungu. de Alth.* ʒij. *Anod.* ʒj. *Ol. Lil alb.* — *Chamom. ā* ʒß. *M. F. Unguent. quo illinatur abdomen.*

4 Clyſter emolliens.

℞. *Decoct. pro Clyſt.* ʒx. *adde Ol. Chamom. Lil. alb.* — *Ungt. Clyſmat. ā* ʒß. *Sal. Gemm.* ʒij. *Vit. Ov. No. j. M. F. Clyſter.*

5 Clyſter uterinus ex Ettmull.

℞. *Herb. Artemiſ. Sabin. ā* mj. *Sal. Tart.* ʒß. *Coq. in ſ. q. Aq. ſ. Colat.* ʒv. *l. v. j. adde Eſſent. Myrrh. Aſ. fœtid. Caſtor. ā* ʒß. — *Ol. Laurin. Irid. Lil. alb. ā* ʒvi. *Vitell. Ovor. No. j. Sir. de Artemiſ.* ʒj. *M. F. Clyſter, applicetur inſtrumento conveniente.*

6 Suffitus.

℞. *Herb. Sabin.* ʒß. *Cinnam. Galang. Macis, Galbani ā* ʒij. *Myrrhæ* ʒj. — *Colocynth.* ʒij. *M. F. Pulvis carbonibus inſpergendus, cujus fumus infundibulo ſive tritorio excipiatur.*

7

℞. *Ungu. Nervin.* ʒj. *Ol. Cheir.* ʒß. *deſt. ſucc.* ʒiß. *M.* — *Illinatur regio pectinis calide.*

8 Pul-

8 Pulvis pellens.

℞. *Borrac. Venet.* ʒß. *Div. in 3. p. æq.*
Myrrh. elect. ℈j. *D. sing. 4. vel 6. horis,*
Sal. volat. succ. ℈ß. *M.*

9 Potiuncula pellens.

℞. *Aq. Artemiſ.* *Hepat. Anguill.* ℈ij.
Puleg. ā ʒiß. *Sir. Artemiſ.* ʒß. *M.*
Cinnam. ʒvj. *D. ſæpius cochleatim.*
Liq. C. C. ſuccin. ʒiß.

10 Alia.

℞. *Aq. Puleg.* *Croci* ā ʒß.
Meliſſ. c. Vin. *Sir Cinnam.* ʒij. *M.*
Cinnam. ā ʒj. *D. ut antea.*
Eſſ. Myrrh.

11 Pilulæ.

℞. *M. P. fœtid.* ℈j. *D. pro 1. Doſi.*
c. Eſſ. Caſtor. F. Pil.

12 Pulvis ad Hæmorrhagiam.

℞. *Nitr. depur.* *Croc. & t. gr. XII. M.*
Conch. ppt. *Div. in 3. p. æq. D. ſing. 2. horis.*
Corall. r. ppt. ā ℈j.

VII. *Methodus Medendi.*

1 Curatio Molæ mature inſtituenda eſt, ne major facta omnem curationem reſpuat, aut graviora mala poſt ſe trahat.

2 Si Mola fœtui junĉta eſt, ſemper convenientia remedia ad præcavendum Abortum dentur, quoniam hunc graviſſima & periculoſa ſemper ſequitur Hæmorrhagia.

3 In Molæ autem curatione ordine procedendum eſt, & remedia convenientia convenientibus ſubſtituenda ſunt.

4 Præmittenda E. eſt præparatio corporis, ut poſtea reliqua remedia ſine graviori metuendo periculo exhiberi queant.

5 Præparationis hujus initium fieri poteſt per Venæſectionem in brachio vel pede inſtituendam, ſi reliquæ circumſtantiæ ejus uſum permittunt.

6 Ad hanc præparationem pertinent etiam Inſeſſus & Balnea, ut & omnia reliqua ſuperius laudata emollientia, Potus, Unguenta &c. quæ vias lubricando & relaxando Molæ faciliorem exitum concedunt.

7 Hiſce præmiſſis ab Authoribus commendantur Vomitoria & Purgantia cum ſtimulantibus & pellentibus mixta, ut per tales fortiores commotiones Mola per uterum exturbetur.

8 Si vero nullus ſalutaris effectus horum uſum ſequitur, reliqua pellentia & quæ alias ad fœtum mortuum expellendum & partum ſtimulandum ab Authoribus laudantur, in uſum trahunt, & talium uſum tamdiu ſuadent, donec Molæ ſequatur excretio.

9 Cum vero Molæ excretionem gravis ſemper ſequatur Hæmorrhagia uterina, temperantia cum adſtringentibus mature exhibeantur: ſi vero Pulvis Hallenſium niger haberi poteſt, hujus aliquot doſes exhibeantur, quoniam nullum potentius ad ſiſtendas Hæmorrhagias uterinas datur remedium, uti Praxis me docuit.

10 Sublata Hæmorrhagia reſpiciendum eſt ad reſtitutionem toni uterini, quo in caſu potiſſimum laudem merentur Tinctura Martis Ludovici & Mixtura tonica Stahlii, ut & Pilulæ tonicæ D. Richteri.

11 Præſervationis gratia dentur etiam repetitis vicibus Pilulæ Becherianæ, aut Stahlianæ, utpote quæ uterum non ſolum purgant, ſed etiam eundem roborant ac fluxum ſanguinis in naturalem ordinem redigunt.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Cura hujus mali admodum difficilis eſt & optimis etiam Practicis crucem figit: niſi enim Natura ipſa Molæ curationem ſuſcipiat & eandem expellat, truſtra utplurimum laborant Medici.

2 Imo ipſa remedia, quæ hinc inde ab Authoribus commendantur, utpl. ſunt ſubleſtæ fidei & gravioribus malis exponunt mulieres.

3 Præſertim ſi mulier & fœtum & Molam in utero gerit: talia enim remedia non raro fœtum enecant cum inſigni matris periculo.

4 Venæſectio in ſubjectis Plethoricis, Mola adhuc minore exiſtente, inſtituatur, in majore enim parum emolumenti expectandum eſt & in tali caſu largior ſanguinis miſſio in pede magis prodeſt, quam in brachiis.

5 In Mola per ſe Balnea reliquaque emollientia ſuo quidem non carent uſu, ſi vero fœtus junctus eſt, hujus excretionem ſimul promovent, inpr. ſi ſtimulantia emollientibus addita ſunt.

6 In Vomitoriorum & Purgantium uſu caute ſemper procedendum eſt: ſi enim graviditas junĉta eſt, Abortum facile producunt, in dyſemetis vero graves in infimo ventre excitant turbas. Inpr. in ſubjectis Plethoricis.

7 Eodem modo res comparata eſt cum Volatilibus & pellentibus, niſi enim hæc provida manu dentur, facile graves excitant Hæmorrhagias: quare hiſce uſum Pilularum Stahlianarum aut Becherianarum præmittere, iiſque vel addere vel interponere pellentia conſultius eſt.

8 Pellentia nunquam diu uſurpentur, ſed tantum reliquis reſolventibus interponantur: dentur autem præcipue eo tempore, quo alias Menſes fluere ſolebant.

CAPUT TERTIUM,

DE

Melancholia ac Mania uterina Virginum & Viduarum.

I. *Definitio.*

1 *Melancholiæ*:

ESt delirium triſte ſine Febre Virgines & Viduas Menſium ataxia ac obſtructione viſcerum, ſanguinis ſpiſſitudine laborantes & perverſæ imaginationi de rebus venereis indulgentes potiſſimum affligens.

2 *Maniæ*:

Eſt delirium cum furore ſine Febre eadem ſubjecta ob eaſdem cauſas corripiens.

II. *Differentia.*

1 Quomodo hi duo affectus inter ſe differant, definitiones docent.

2 Ab aliis vero deliriis differunt, quoniam illa alia objecta, hæc vero res venereas habent.

III. *Signa.*

1 *Melancholiæ*:

a Ingens deſiderium rerum venerearum, quod tamen prudenter occultant.

b Interim continuo triſtes ſunt & taciturnæ.

c Conſortia nominum fugiunt & ſolitudinem amant.

d Mœſtitiam tamen mutant, ſi mares eoſdem appropinquant.

e Unde iis præſentibus geſtibus, oculis ac ſuſpiriis deſiderium aliquo modo explicant.

f Mentem tamen ob verecundiam verbis nunquam explicant.

g Si hoc modo fine ſuo non potiuntur, in majorem mœſtitiam conjiciuntur.

h Donec malo auctiorii iis, quos amant, mentem ſuam aperiant.

i Expleta libidine multum mœſtitiæ perit & magis fiunt hilares.

k Si autem verecundia eaſdem a coitu retinet, vel in majorem Melancholiam incidunt, vel in ipſam Maniam.

l Vires interim ſunt maxime languentes & appetitus eſt proſtratus.

2 *Maniæ*:

a Hæc nonnunquam originem trahit a Melancholia & omnia modo tradita ſigna præcedunt.

b Adeſt appetitus Veneris maxime auctus, continuo urgens.

c Cui jungitur ab initio levis Maniæ ſpecies.

d Feminæ hoc in affectu ſunt admodum loquaces ac

garrulę & diſcurſibus ſuis ſemper quędam de rebus Venereis intermiſcent.

e Hominum & inpr. virorum conſortia anxie quærunt & laſcivis verbis & geſtibus mentem ſuam iis explicant.

f Auctiori Malo domi retineri nequeunt, ſed publice viros alloquuntur & ad venerem ſollicitant. Habuimus hic luculentiſſimum exemplum in Noſodochio noſtro. Laborabat filia quędam furore uterino ac tandem perfecte maniaca evadebat: catenis alligatę a Medico ordinario varia preſcribebantur remedia, ſed ſine ſucceſſu. Tandem cum ad expurgandas caveas omnes ęgroti uni hypocauſto includerentur, hęc clam ſe cum catenis ſubducebat ac noctu per plateas currens militem offendens, eum, ut libidinem expleret, rogabat: & cum hic annueret ac per integrum octiduum idem officium ſingulis noctibus preſtaret, ea tandem ſummo mane Medicum adiens, ei quid ſecum actum eſſet referebat & ſe ab omni malo perfecte reſtitutam aſſerebat, id quod etiam ipſa experientia confirmabat.

g Genitalia viris ad excitandam libidinem monſtrant & renuentes verberibus excipiunt.

h Tandem, ſi libido non expletur, in perfectam incidunt Maniam, ac ſępius ſibi ipſis vim inferunt.

IV. *Subjectum.*

1 Feminę, virgines & viduæ laſcivę & ad Venerem alias pronę.

2 Diu a concubitu, cui aſſuetę erant, ob mariti malam valetudinem aut abſentiam abſtinere coactę.

3 Inprimis quę Veneris delicias jam guſtarunt, aut quibus a maritis non ſatisfit.

4 Quibus Philtra exhibita fuerunt.

5 Nimia feminis inturgeſcentia laborantes.

6 Stimulantibus rebus abuſę.

V. *Prognoſis.*

1 Melancholia uterina facilius curatur, quam Furor uterinus.

2 Uterque affectus, ſi malum adhuc eſt recens, facilius curationem admittit, quam ſi diu jam duravit.

3 Quo magis corpus emaciatur, eo minor reſtitutionis ſpes & contra.

4 Si uterque affectus in Maniam, ad quam admodum pronus eſt, degenerat, curationis vel nulla, vel non niſi poſt longum tempus aliqua ſpes eſt.

5 Conjugium mature inſtitutum malum hocce ſępius prompte tollit.

6 Si vero maritus non eſt validus, ita ut feminę ſufficienter ſatisfacere nequeat, malum non raro augetur.

7 Quo impenſius tales feminę amant maritos, eo facilius etiam turpe hocce malum tollitur, id quod inpr. locum habent eo in caſu, ſi malum a nimio amore ortum traxit.

VI. *Remedia.*

1 Temperantia: Nitr.depur.regener. ♁ilat. Sal. digeſtiva, acida, Emulſiones refrigerantes ex Sem. Cannab. 4. frigid. major. cum Aqua Nymph. Plantag. Lactuc. Plantag. Solan. Semperviv. &c. paratę.

2 Evacuantia: Helleborata, Extractum hellebori nigri, Noduli laxativi.

3 Sanguinem nimium educentia; Scarificatio, Venęſectio repetita.

4 Spiſſitudinem ejuſdem incidentia, reſolventia & vias obſtructas referantia, quę menſium defectui debentur.

5 Exercitium corporis, laborque paulo fortior, Dięta vero parcior.

6 Libidines conceſſa explendi venia per matrimonium, legitimo modo contrahendum.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulę laxantes.

℞. *Extract. panchymag. Croll.* gr. XII. *Hellebor. nigr.* ℈ß. *Reſin. Jalapp.* gr. ij. *c. Tinct.* ♁ij. *tartar. ſ. Pil.* N. XVIII. *d. pro* 1. *vice.*

2 Potio laxans.

℞. *Syr. ſpom. laxat.* ℥ß. *Diacydon. Jucid. Jalappin.* ʒiij. *Salis polychr.* gr. iv. ▽ *Anagall.* ʒj. *ms d. pro* 1. *vice.*

3 Nodulus laxativus.

℞. *Rad. Valerian. Vincetox. Polypod. qu. ā.* ℥ß. *Herb. adianth. alb. aur. Anagall. ā* Mß. *Cort. Citr.* ʒiij. *Fol. Senn. ſ. ſt.* ʒj. *Fibr. helleb. nigr. Agar. albiſſ. ā* ʒß. *Tartar. ſolub.* ʒiij. *Ineis. contuſ. Infund. in* ▽ *font. & Vini albi ā* lbiß. *Doſ.* ʒvj. viij.

4 Pulvis temperans.

℞. *Nitri depurat. Arcan. dupl. ā* ʒij. *Cinnabar.* ♁ij. ʒj. *ms ſ. Pulv. Doſ.* ℈j. *ter vel quater per diem.*

5 Julepus acidulus.

℞. *Decoct. Scorzon.* ℥viij. *Rob. rib. Berb. Syr. acetos Citr. ā* ℥ß. *Spir. Vitriol. par. pro grato acore.*

6 Emulſio refrigerans.

℞. *Sem. 4. frig. maj. ā* ʒiß. *Cannab.* ʒj. *c.* ▽ *Nymph. Lactuc. Portulac. ā* ʒij. *ſ. l. a. Emulſ. edulc. Sacchar. albiſſ.* ʒij. *D. pro* 2. *vicibus.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 *Melancholiæ.*

a Laxantia helleborata aliquoties in uſum trahantur, ſubjuncta Venæſectione & Scarificatione in locis inferioribus, pro rei neceſſitate repetenda.

b Interponantur & ſubjungantur temperantia, Sanguinis & Seminis Orgaſmum imminuentia.

c In menſium defectu vel eorundem ataxia talia ſimul adhibeantur remedia, talisque methodus in uſum trahantur, quæ origini mali debetur, ſuo loco jam deſcripta.

d In ſpeculationibus venereis commendetur Patientibus, ut corpus labore exerceant & Diæta frugaliori utantur.

e Optimum vero remedium hoc in caſu eſt, ut ſecundum Apoſtoli Pauli monitum ejuſmodi laſcivis virginibus & viduis concedatur & ſuadeatur matrimonium.

2 *Maniæ:*

a Laxantia frequentius & in majori doſi ſunt propinanda.

b Venæſectiones etiam largiores vel frequentiores inſtituere in hoc caſu decet.

c Reliqua commendata remedia, & hic uſum habent.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Otium, potus generoſus & aromatum abuſus hoc malum maximopere adaugent.

2 Quando obſtructio menſium vel ataxia eorundem adeſt, tunc ſemper ſimul ad hoc malum reſpicere decet, interpoſitis quæ ſanguinem & ſemen ſimul contemperant, ſic eo facilius fine noſtro potimur.

3 A comminationibus, verberibus, vinculis tamdiu abſtinendum, quantum poſſibile eſt: ſæpiſſime enim & quidem plerumque malum per talia altiores agit radices, & patiens in reconvaleſcentiæ ſtatum rediens anxietate & verecundia perpetua afficitur.

4 Specifica remedia cauſis occaſionalibus haud ſublatis parum auxilii præſtant.

SE-

SECTIO II.

DE

AFFECTIBUS IMPRÆGNATARUM.

CAPUT PRIMUM.

De Pica & Malacia.

I. *Definitio.*

1 PIca eſt rerum inuſitatarum nutritioni minus inſervientium, & concoctu quandoque impoſſibilium maxima appetentia a cruditatibus vel humoribus in primis viis ſtagnantibus & perverſa phantaſia originem habens.

2 Malacia eſt certorum tantum & uſualium magis ciborum intenſum deſiderium.

II. *Differentia.*

1 Uterque affectus differt ab Addephagia, in qua cibi in nimia quantitate, proribus nondum concoctis, appetuntur & devorantur.

2 A Bulimo, ubi patientes inſigni fame torquentur, cum qua ſæpius Lipothymiæ ſunt conjunctæ.

3 Ab Orexi canina, in qua cibos anxie appetunt, devoratos vero vel per alvum vel per Vomitum rejiciunt.

4 Pica ratione gradus eſt vel remiſſior, ubi cretam, oryzam recentem, amylum, carnes & piſces crudos, piperis grana in copia, carbones &c. appetunt: vel intenſior, ubi appetitus in calcem vivam fertur, goſſypium, pellem ovillam cum lana, amuream, *Wagenſchmier*, fila oculata, vulgo *Spitzen*, &c. Quibus adde raram illam picæ ſpeciem, qua mulier quædam in Anglia laboraſſe dicitur, ventum ore aperto e follibus inverſis, propria manu motis excipiens vid. Act. Philoſoph. Anglic. A. 1667. Mens. Novembr.

III. *Signa.*

1 Concurrit ſæpius aſſidua oris expuitio.

2 Alias Ventriculi morſus divexat.

3 Quandoque totius corporis extenuatio affectum comitatur.

4 Plerumque Nauſea & Vomitus intercurrit.

IV. *Subjectum.*

1 Sanguineæ & Sanguineo-Cholericæ, Plethoricæ.

2 Fœminæ ſenſibiliores & phantaſia fortiori præditæ.

3 Quibus alias fluxus menſium inordinate proceſſit.

4 Quæ ab inedia ad lautam dietam pervenere.

5 Vermibus obnoxiæ.

6 Epilepſia vel febribus quartanis laborantes.

7 Hæreditariam diſpoſitionem a parentibus poſſidentes.

V. *Prognoſis.*

1 Gravidæ utplurimum a Malacia & Pica liberari ſolent verſus quartum geſtationis menſem.

2 Si vero malum ulterius progreditur, periculoſum eſſe obſervatum fuit.

3 Melius eſt hoc affectu laborantes acida quam alias res incongruas appetere.

4 Nihil mali inde præſagiendum venit, niſi fœminæ perverſo appetitui nimis diu indulſerint, tunc enim facile digeſtio læsi, ſanitaſque labefactari poteſt.

5 Hoc in caſu ſæpius cachecticus corporis ſtatus inſequitur.

6 Denegatio rerum appetitarum non raro nævos in infantibus producit.

VI. *Remedia.*

1 Leniter Evacuantia. Rhabarbarum, folia Senn. ſ. ſt. Pulp. Tamarind. Sal. Catharct. amar. Pilul. Becher. vel Stahlianæ.

2 Abſorbentia & præcipitantia: conch. præp. creta, mat. perl. præp. Unic. foſſ. C.C. phil. ppt. Oc. ℈ præp.

3 Stomachica & Confortantia: Nux moſchat. in Ind. condit. vinum Malvatic. aq. menth. Cinamom. cydoniat. Balſ. Embryon. Spec. & Conf. de Hyacinth. Tinctur. Corallior. Tinctur. Cinamom. cum Spirit. Vini rectificato ſola infuſione parata, Eſſent. Cort. Aurant. Spirit. C.C.

4 Martialia cum abſorbentibus mixta, ut pulv. Cachectic. Ludov. cum Pulv. Stomachic. Birckm. maritat. Electuar. Chalybeat. a Roderic. a Caſtro commendatum, Tinct. Vitriol. Mart. Tartariſat. Ludov. &c.

5 Specifica, ut aq. Virg. Paſtor. Anethum vino maceratum, fabæ ſaccharo conditæ, polypodium exſiccatum, uvæ criſpæ, Ol. Tart. per deliq. Nux Moſchata cum pauco melle, panis maceratus in ſucco pomorum granatorum, vel ſucco cydoniorum. Succus mali punici cum pulv. menth. ficc.

Formulæ Remediorum.

1 Pulv. Laxans.

℞. *Rhabarb. el.* 3ß. *Crem. Tart.* ℥ß. *M. p. 1. doſ.*

2 Pulvis Abſorbens.

℞. *Matr. perl. præp. Conch. præp. C.C. Phil. præp.* *Tart. Vitriol. ā* ℥ij. *M. Doſ.* ℈j. *bis, ter per diem.*

3 Alius.

℞. *Pulv. Cachect. Ludov.* 3ij. *Stomach. Birck m.* 3ß. *M. detur ut præcedens.*

4 Mixtura Tunico-Stomach.

℞. *Aq. menth. roſmar. ā* ℥iß. *Eſſent. cort. aurant.* 3j. *Spirit. Sal. ✻ e. gutt.* xij. *Syr. de menth.* 3iij. *M. propinetur cochleatim.*

5 Tinct. Tonico-Stomachica.

℞. *Tinct. Vitriol. mart. Ludov.* 3ij. *Eſſent. cort. Aurant.* 3j. *M. Doſ. gutt. XXV. bis de die.*

6 Elect. confortans.

℞. *Conſerv. roſar. Vitr.* ℥j. *Rad. calam. arom. cond.* ℥ß. *Nuc. Ind. condit. Cort. Aurant. cond. ā* 3ij. *Spec. diarrh. Abb.* 3j. *Sal. abſynth. gr. XV. Syr. Card. bened. q. ſ. M. bis vel ter per diem caſtaneę magnitudine ſumendum.*

7 Sacculus Stomachicus.

℞. *Herb. abſinth. menth. ā* M ß. *Fl. Chamomill. R. roſar. ā* gr. ij. *Rad. acor. zedoar. galang. ā* 3ij. *Sem. anis. fœnic. ā* 3j. *Inciſ. contuſ. includ. ſaccul. Imponatur calide.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Optandum eſſet, ut talia medicamenta poſſideremus, quę deliras impreſſiones immediate repellere valerent, ſed dolendum quod talibus deſtituamur.

2 Unde cauſis tantum occaſionalibus obviam eundum eſt.

3 Ventriculus itaque ab humoribus & cruditatibus liberetur per lenia laxantia, pro renata aliquoties repetenda.

4 Deinde Sanguinis abundantia, ſi quę pręſto eſt, imminuatur per Veneſect. in brachio.

5 Subjungantur poſtea abſorbentia cum Stomachicis conjungenda, vel iiſdem interponenda.

6 Denique in uſum trahantur Martialia & ſpecifica.

7 Inter externa eſſe poſſunt cruſta panis vino malvatico intincta, exterius applicata, item Olea cydonior. nardin. menth. roſar. maſtichin. Sacculi, Balſama & Emplaſtra Stomachica, Empl. de cruſt. pan. de Tacamah.

8 Inprimis animus blandis perſuaſionibus a perverſis ideis avocandus, vel increpationibus, aut ſtratagematibus adhibitis corrigendus eſt.

VIII. *Cautelæ Practicę.*

1 Res eſui non omnino ineptæ, quando a pręgnantibus magno cum deſiderio appetuntur, tanquam morbi remedium concedendę ſunt.

2 Tales enim cibos, quorum deſiderio maximopere flagrant, facillime ferunt ac digerunt, quos alias non prægnantes minime ferre poſſent.

3 Purgantia fortiora, vel etiam Vomitoria exulent, quia malum primis saltem mensibus accidere solet; ubi hæc absque abortus metu haud propinare licet.
4 Cavendum, ne intrinsecus assumantur, quæ ex fœniculo & absynthio conficiuntur ex observ. Roder. a Castro.
5 Oleum Tartar. per deliq. solum ad plures guttulas exhibitum apud gravidam pica laborantem felicissime fuit exhibitum.
6 Decoctum Chamomillæ omnibus præfert remediis Hoffmannus.
7 Absorbentium seu præcipitantium usui non nimium est indulgendum, alias in Anorexias, Dyspnœas, Cachexias, febres lentas & alia mala incidere possunt.
8 Licet Tinctura Cinamomi cum Spir. Vini rectificato sola infusione parata præ omnibus aliis Amoratibus prærogativam habere judicetur, attamen non omnes gravidæ eandem ferunt; unde hujus loco alia aromata in usum trahi possunt.
9 Perversi Gravidarum appetitus sæpius in infantes derivantur, ut postea & hi iisdem, qui matres recreavere, delectentur cibis.
10 Juvat aliquando fallaciis aut technis uti; sicuti cuidam loco calcis vivæ pulverem Mechoacannæ quotidie cum fructu exhibitum fuisse in A.N.C. Dec. 2. A. 3. legimus.

CAPUT SECUNDUM,

DE

Nausea & Vomitu,

I. *Definitio.* NAusea & Vomitus sunt Symptomata aliquibus gravidis primis gestationis mensibus solennia, a congestione Sanguinis versus Ventriculum vel Diætæ vitiis originem habentia.

II. *Differentia.*
1 Nausea & Vomitus differunt gradu: illa quippe Vomendi actum præcedit, & hunc mox secuturum plerumque indicat.
2 Vomitus ipse differt ratione materiæ excretæ: aliæ assumtum cibum & potum rejiciunt, aliæ materiam viscidam, biliosam aliæ.
3 Ratione temporis; aliæ vexantur eodem matutino tempore, aliæ post pastum, vesperi aliæ: aliæ primo statim conceptionis initio hoc symptomate afficiuntur, aliæ post aliquot a conceptione septimanas.
4 Ratione durationis: Quædam sentiunt hoc incommodum primis tantum graviditatis diebus, pleræque per aliquot septimanas & menses eodem divexantur, pauciores per totum graviditatis decursum eodem laborant.

III. *Signa.*
1 His opus vix est, cum ipso actu statim sese indicent.
2 Antecedit vero nauseam & Vomitum gravidarum plerumque conspectus vel esus carnium aliorumque e carne paratorum ciborum.
3 Concurrit Salivæ in os effluxus.
4 Et tandem subsequitur Vomitus actualis, nisi statim post conceptam nauseam ciborum præsentiam fugiant.

IV. *Subjectum.*
1 Fœminę delicatiores, sensibiliores & inprimis Plethoricę.
2 Quæ animi pathematibus sunt obnoxię.
3 Quę thoracem vestimentis nimium constringunt.
4 Nimia voracitate & cibis dyspeptis Ventriculum onerantes.

V. *Prognosis.*
1 Vomitus Gravidarum, quando in limitibus suis subsistit, nihil periculi involvit, sed symptoma est plurimis impregnatis familiare; unde Hippocrates jam suo tempore pro signo fere ordinario graviditatis illud habuit juxta Aphor. 61. Sect. V. Si mulieri purgationes non prodeant, neque horrore neque febre superveniente, cibi autem fastidia ipsi accedant, hanc in utero gerere putato.
2 Si nimis violentus vel justo frequentior est, languorem totius corporis, dolores hypochondriorum & non raro Abortum post se ducit.
3 Qui tempore partus contingit, partum promovere observatus est.
4 Qui primis mensibus impregnatas exercet, minus periculi minatur, quam qui circa medium aut ultimum graviditatis terminum urget.
5 Quo minus adstringentibus locus datur, eo citius sępe malum abigitur.
6 Quæ alias pronę sunt ad Vomitus, illę magis & fortius hoc incommodo vexantur, quam alię, huic rei minus assuetę.

VI. *Remedia.*
1 Materiam in primis viis hęrentem temperantia, incidentia & resolventia: Nitrum depuratum, antimoniat. Sal. Absint. Cent. min. Card. bened. Tartar. Vitriol. Arcan. dupl. Oc. ♋ ppt. Conch. ppt. Unic. foss. Pulv. Stomach. Birck. rad. Helenii, Zedoar. Galang. Essent. Cort. ☉rum, amara Halens.
2 Materiam prępparatam evacuantia, laxantia leniora: Fol. Senn. s. ſt. Rhabarb. el. Pulp. Cass. Tamarind. Mann.
3 Plethoram, si quę adest, imminuentia: V. S. in brachio instituta.
4 Subadstringentia & Tonica: Corall. r. ppt. Smaragd. ppt. spec. de Hyac. Tinct. Coralliorum, Syrup. Corall. Pulv. Cort. Schacar. Essent. & Extr. ejusdem.
5 Externe regionem stomachi roborantia; Sacculi ex Herb. Menth. crisp. Absinth. Chamom. Matricar. Sem. Aneth. Fl. Ros. Cataplasmata ex fermento cum Pulv. Stomach. mixto, Empl. e crust. Pan. Stomach. Zw. Balss. ex ♎ N. M. expr. dest. Tacam. Absinth. cort. ☉rum,

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis temperans.
℞. *Corall. r. præp.* *Nitr. depur. ā* ℈j.
Oc. ♋ præp. *Cinnab.* ☿ij ℈ß.
Tart. Vitriol. *M. Dos.* ℈j. *bis vel ter per diem.*

2 Pulv. Stomachicus.
℞. *Pulv. Stomach. Birck m.* *Arcan. duplic. ā* ʒj.
℈ß. *M. Dos.* ℈i. *ad* ℈ß. *bis vel ter*
Cort. Aurant. *per diem.*

3 Pulv. Purgans.
℞. *Rhabarb. el. pulveris.* ℈ß. *Nitr. depur. a gr. v.*
Oc. ♋ ppt. *M. pro 1. dosi.*

4 Infusum Laxans.
℞. *Fol. Senn. s. ſt.* ʒiij. *vent. mane parum bull.*
Rhabarb. e. ʒi. *In Colatur. dissolv.*
Crem. tart. *Mann. el.* ʒj.
Sem. Fœnic. a ℈i. *D. p. 1. Dos.*
Infund. per noct. in aq. fer-

5 Aqua Confortans.
℞. *Aq. Cinamom. cydon.* ʒij. *Extr. cort. Schac.* ℈ß.
mastichin. ʒi. *Sir. Corallor.* ʒiii.
Conf. de hyacinth. ʒi. *M. D. coch. unum vel alterum*

6 Essentia roborans.
℞. *Tint. Vitr. Mart. Ludov.* *Essent. Absinth. a* ʒi.
ʒii. *M. Dos. gutt.* 30. *bis de die.*
Corallor.

7 Alia.
℞. *Essent. Millefol.* *M. Dos. bis per diem gutt.* 30.
cort. Aurant. a ʒi. *in vino.*
Elix. Vitriol. Myns. ℈ß.

8 Balsamus Stomachicus.
℞. *Ol. Nuc. Mosch. expr.* ʒi. *caryophyll. gult.* ii.
Dest. Menth. *M. Scrobicul. cordis inun-*
Fœnicul. a gutt. viii. *gendus.*

9 Emplastrum Stomachicum.
℞. *Empl. de crust. Pan.* *tionem.*
℈ß. *M. imponatur calide regioni*
Tacamahac. ʒii. *ventriculi.*
Ol. Mentb. q. s. ad malaxa-

10 Linimentum Stomachicum.

℞. ℥ß *Stomach. Crat.* ʒß — *Mac. a gutt. v.*
Ol. nuc. Moſch. expr. ʒj. — *Balſ. Peruv.* ℈j.
Deſt. Menth. — *Scrobiculo cordis bis inungendum vel ter de die.*
Abſynth. ä. ℈j.
Caryophyll.

VII. *Methodus Medendi.*

1 Quodſi vomitus & nauſea a Ventriculo, ſaburra humorum vitioſorum obſeſſo, originem traxerit, tunc blanda conducunt laxantia.

2 Quando vero in plethorica corporis conſtitutione a ſanguine verſus Ventriculum congeſto ortum ſuum habet, ubi fœtus tanta ſanguinis quantitate nondum indiget, ibi Venæſectio præſentaneum ſæpius eſt remedium.

3 Subjungantur Stomachica ſelectiora, e. g. Eſſent. ex Rad. Enul. Gentian. rubr. Pimpinell. alb. eſſent. Millefol. Adianthi albi, Elix. Viſceral. Aq. Vit. mulier. Balſ. embryon. Aq. Cinam. cydon. & ſimilia.

4 Interponantur in ſtatu ſanguineo Temperantia, ut Oc. ☉, ppt. Unic. foſſ. Margarit. ppt. Nitrata, Julepi aciduli.

5 Poſtea Ventriculus roboretur per lenia Martialia, Corallata & Gemmata. Externis ſtomachicis haud omiſſis.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Vomitoria, etiamſi cruditates primarum viarum adſint, & ipſa natura viam nobis præmonſtret, non tuto exhibentur: majorem enim Sanguinis commotionem & Abortus periculum inducunt.

2 Dantur tamen gravidæ, quæ geſtationis tempore Emeticum audacter, non obſtantibus dehortationibus Medicorum, cum euphoria & haud infelici ſucceſſu, aſſumunt.

3 Hiera Picra a Baglivo in omnibus Ventriculi affectibus admodum commendatur.

4 Centaurium minus in Idiopatica appetitus dejectione præ aliis ad tonum reſtituendum a quibuſdam laudatur.

5 Evitent Gravidæ carnium eſum, aliaque alimenta, quæ multum ſanguinis generant, eorumque loco eligant magis temperata, lubricantia, diluentia, leniter aromatiſata.

6 Sanguineæ a remediis adſtringentibus & Stomachicis calidioribus præprimis abſtineant, malum enim plerumque exinde obſtinatius redditur.

CAPUT TERTIUM.

DE

Varicibus.

I. *Definitio.* VArices ſunt venarum, inprimis cruralium, nodoſæ, lividæ & molles intumeſcentiæ, a ſanguinis impedita circulatione originem habentes.

II. *Differentia.*

1 Differunt ab Aneuriſmate ratione vaſorum, quod enim Varix eſt in Venis, id Aneuriſma eſt in Arteriis.

2 Ratione locorum: Alii ſeſe exerunt in cruribus, in tibiis alii, quandoque in inguinibus ſeſe oſtendunt, aliquando in infimo ventre, ſub umbilico. Qui in virili ſexu in ſcroto protuberant, Cirſoceles ſ. Herniæ varicoſæ nomen aſſumunt.

III. *Signa.*

1 Venarum juſto major amplitudo, tumor & conjunctus quandoque dolor.

2 Faciem præ ſe ferunt lividam, nodoſam, mori vel uvæ aut globulorum figuram repræſentantem.

3 Quandoque digiti craſſitiem adæquant.

4 Tumores ſunt molliuſculi, digitis prementibus cedentes, his autem remotis in priſtinum reſtituuntur ſtatum.

5 Varices hi gravidis a medio geſtationis tempore ad partum uſque obtingunt, ob uteri molem, vaſa iliaca prementem.

6 Præprimis in cruribus & quandoque etiam prope malleolum obſervantur.

7 Poſt partum ſponte evaneſcunt, in quibuſdam tamen poſt aliquot tempus recurrunt, quod pro ſigno pathognomonico denuo factæ imprægnationis haberi ſolet.

IV. *Subjecta.*

1 Fœminæ de temperamento ſanguineo multum participantes.

2 Evacuationes ſanguinis menſtruas extra geſtationis tempus largius expertæ.

3 Venas nimis obvias habentes.

4 Lauta & larga Diæta utentes, ſanguinis vero evacuationes artificiales omittentes.

5 Otio & Vitæ ſedentariæ aſſuetæ.

6 Fœtum majorem, vel etiam in utero gemellos gerentes.

7 Quæ ob negotiorum rationem continuo ſtare coguntur.

V. *Prognoſis.*

1 Communiſſime nihil incommodi aut moleſtiæ præter dolorem aliquem tenſivum hi tumores gravidis inducunt.

2 Nimium vero tumefacti nonnunquam dehiſcunt & rumpuntur, multumque ſanguinis profundunt, non abſque Vitæ diſcrimine.

3 Licet Gravidis Varices in femore & cruribus valde ſint moleſti, & quidem ultimis menſibus, excluſo tamen fœtu præprimis rite fluentibus, ſponte ſua diſparent.

VI. *Remedia.*

1 Abundantiam ſanguinis imminuit ventilatio ejuſdem per Venæſectionem in brachio inſtitutam.

2 Eundem ſtagnantem aliorſum derivant, partemque ejuſdem evacuant lenia laxantia: Manna, Fol. Senn. Magneſ. alb. Pulp. Caſſ. Tamarind.

3 Diſtributionem æqualem promovent blanda diaphoretica cum Abſorbentibus, Nitroſis & Cinnabarinis mixta nec non potus ſufficiens, & quidem calidus, v. g. Infuſa Thee, Coffee, Veronic. Salv.

4 Loco immediate affecto ſuccurrunt topica & diſcutientia: Oleum lauri, Unguentum de baccis lauri, oleum de Ranis, Lumbricor. terreſtr. Unguentum e butyro majali vel oleo roſaceo cum ſucco Cancrorum ab Hartmanno maximopere laudatum. Spiritus Vini Camphoratus, Lumbric. terreſtr. Formicarum.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans.

℞. *Magnet. alb.* ʒij. — *ſione Amygd. dulc. vel potu Thee.*
Exhibeantur in Emul-

2 Potio laxans.

℞. *Fol. Senn. ſ. ſt.* ʒiij. — *Stent. in digeſtione per noctem: Add. Mann. Cal.*
Rhabarb. cl. ʒj. — *Colat. add.* ʒj.
Sem. Fœnicul. — *M. p. 1. Doſ.*
Tart. ſolubil. ä. ʒß.
Infund. in aq. com. ℥vj.

3 Pulvis temperans & Diapnoicus.

℞. *Nitr. depur.* — *Cinnabar.* ♁ij. ℈j.
Tart. Vitriol. ä. ʒj. — *M. F. Pulv. Doſ.* ℈j. *bis, ter per diem.*
Oc. ☉. *ppt.*
♁ij *diaph. a.* ℈ij.

4 Eſſentia diſcutiens.

℞. *Eſſent. Alexiph. Stahl.* — *M. doſ. gutt.* 30. *ſingulis mane in potu Thee.*
Scord. a. ʒj.

5 Linimentum paregoricum & diſcutiens.

℞. *Ol. Lumbric. terreſt.* ʒß. — *Camphor.* ℈ß.
Laurin. ʒij. — *M. Inungatur calide.*
Deſt. fœnic. ℈j.

6 Spiritus diſcutiens.

℞. *Spir. Vini Camphorat.* — *formic. a.* ʒß.
ʒj. — *ms. Applicetur calide.*
Lumbric. terreſtr.

VII.

VII. *Methodus medendi.*

1 Venæſectio tam curatorie, quam præſervatorie maximo cum fructu in uſum trahitur, inprimis circa medium & ultimum geſtationis tempus &, ſi neceſſitas poſtulat, etiam primis imprægnationis menſibus.

2 Evacuationibus ſanguinis vel præmittatur, vel ſubjungatur lenis laxatio, imo repetatur etiam, præſertim quando prægnantes ſunt voraces, & ad vitam ſedentariam pronæ.

3 Hiſce interponantur temperantia, diluentia & lenia diſcutientia.

4 Commendetur quoque motus corporis moderatus, quotidie inſtitutus, ut humores ſtagnantes ad æqualem invitentur circulationem.

5 Quod ſi enormiter tumentes doleant & ruptionem minitentur, in uſum vocentur paregorica & diſcutientia externe applicanda.

6 Quibus omnibus irritis, adhibeantur faſciæ latiores Varicibus deprimendis & conſtringendis aptæ ut ulterior venarum diſtenſio & dilatatio inhibeatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Vomitoria in hoc affectu nullum uſum habent, nec etiam laxantia fortiora.

2 Hinc talia tantum in uſum trahantur, quæ humores leniter evacuant, & ſanguinem haud exagitant.

3 Varices gravidarum aliquando, licet rariſſime, rumpuntur, quo in caſu Spir. Vini rectificatiſſimus ad Hæmorrhagiam inhibendam, ſecure adhibetur.

4 Sectio Varicum eſt periculoſa, quin & ruptio quandoque lethalis, Hæmorrhagiam enim lethalem non raro cauſantur.

5 Curatio eorundem ſæpius difficillima eſt, præprimis ſi ſint exulcerati, qui Medicis æque atque Chirurgis plurimum negotii faceſſere ſolent.

6 Extra geſtationis tempus ſeſe repræſentantes optime tractantur per Venæſectionem in pede, aut Hirudinum appoſitionem ad anum.

CAPUT QUARTUM.

DE

Abortu.

I. *Definitio.*

ABortus eſt intempeſtiva fœtus nondum perfecti, aut mortui, aut vivi, ante terminum partus legitimum, cum gravioribus utplurimum ſymptomatibus facta, ex utero excluſio.

II. *Differentia.*

1 Ratione temporis: Alius contingit primis, alius vero ultimis graviditatis menſibus.

2 Differt a Mola: hæc eſt maſſa carnea, fibroſa, membranacea, informis vel utriculoſa. Abortus vero denotat fœtum quoad omnia ſua membra rite formatum.

3 A partu præmaturo, qui intra ſeptimum & nonum menſem accidere, fœtuique rarius lethalis eſſe ſolet. Abortus vero contingit a primo conceptionis menſe uſque ad ſeptimi menſis initium & nunquam non morte ipſius ipſius fœtus ſtipatus eſt.

III. *Signa.*

a *Imminentis:*

1 Fluxus ſanguinis ex improviſo e genitalibus erumpens vel ichoris cujuſdam uterini excretio.

2 Accedens interdum ſubitaneus corporis rigor vel horror cum intermixtis phlogoſibus.

3 Quibus jungitur inappetentia, nauſea & corporis laſſitudo.

4 Adſunt præterea non raro dolores lumborum, & palpitatio cordis:

5 Nec non Lipothymiæ aut Syncopæ intercurrentes.

6 Quibus continuus mœror & animi triſtitia accedit.

7 Circa pubem vero dolor gravativus & in inguinibus ſenſatio alicujus ponderis interdum occurrit.

8 Frigus porro in partibus genitalibus teneſmode alvi & uteri conatu ſtipatum, quandoque obſervatur.

9 His accenſenda Mammarum ſpontanea extenuatio juxta Hipp. Aph. 37. & 53. Sect. V.

10 Aut lactis, præſertim aquoſi, e mammis efflux ſpontaneus, ſecundum Hipp. Aphor. 1. 52. Sect. V.

b *Præſentis:*

1 Dolores ſpaſtici abdominis verſus muliebria ſeſe extendentes.

2 Frequens dejiciendi ſtimulus.

3 Hæmorrhagia uterina fortiter continuans, cum inter currentibus Lipothymiis & extremorum frigiditate.

4 Phlogoſes & horripilationes alternantes, Dolorem Capitis quandoque ſatis acutum conjunctum habentes.

5 Abdominis ſenſibilis & conſpicua ſubſidentia deorſum inclinans.

6 Tandem ipſa fœtus, vel involucris ſuis adhuc involuti, vel ab iiſdem liberati excluſio.

IV. *Subjecta.*

1 Quæ Venæſectiones largiores initio & medio geſtationis tempore adminiſtrant; præprimis quæ Venas pedis repetitis vicibus ſibi aperiri jubent.

2 Primiparæ delicatiores & ſimul plethoricæ.

3 Quæ menſium fluxum extra geſtationis tempus largius expertæ ſunt & Venæſectionem durante graviditate omiſere.

4 Diæta, vinoſa, aromatica, ſpirituoſa abutentes.

5 Fœtum debilem, ægrotantem, vel plane mortuum, aut mola ſtipatum in utero gerentes.

6 Animi pathematibus iracundia, triſtitia, terrore, gaudio nimio percuſſæ.

7 Quæ uteri capacitatem minorem, quam fœtus ſuccreſcens requirit, poſſident.

8 Quibus uterus Scirrho, aut ulcere eſt obſeſſus.

9 Quæ dyſenterias, vomitiones, diarrhœas, alioſque graviores morbos incurrunt.

10 Corpus nimium commoventes, onerantes aut extendentes Vectura, ſaltationibus, ſternutationibus, elevatione ponderum, extenſione brachiorum.

11 Quibus Purgantia fortiora & Clyſteres acriores fuere exhibita.

12 Quæ Thoracem & abdomen nimium conſtringunt.

13 Coitu frequentiori corpus nimium defatigantes.

14 Quæ emmenagoga fortiora pro pellendo fœtu aſſumſere.

V. *Prognoſis.*

1 Debiles, delicatulæ abortum paſſæ graviſſime quandoque eodem exercentur, & non raro mortis periculum incurrunt. Facilius eundem ferunt robuſtiores & quæ jam ſunt provectioris aliquantum ætatis.

2 Abortus plus negotii faceſſit quam legitimus partus; unde non raro fœminæ teſtantur, ſe malle decies parere, quam ſemel abortire.

3 Si hyems auſtralis & pluvioſa & tranquilla ſit, ver autem ſiccum & aquilonium, mulieres quidem, quibus partus in ver incidit, ex omni occaſione abortiunt. Hippocr. Aphor. 12. Sect. III.

4 Mulieri in utero gerenti, teneſmus ſuperveniens, abortire facit, juxta Hipp. Sect. VII. Aphor. 27.

5 In gravida, ſi alvus multum fluxerit, periculum eſt, ne abortiat. Sect. V. Aphor. 34.

6 Gravidæ, febricitantes, & quæ abſque manifeſta cauſa extenuantur, abortientes periclitantur. Hipp. 55. Sect. V.

7 Peripneumoniæ, pleuritidi, febri malignæ, dyſenteriæ & ſimilibus morbis gravioribus ſuperveniens, utplurimum eſt lethalis.

8 Abortus una alteraque vice obortus, plerumque plures poſt ſe ducit, non abſque ſterilitatis ſecuturæ metu.

VI. *Remedia.*

1 Plethoram imminuentia: Venæſectio primis & mediis geſtationis menſibus celebrata & pro circumſtan-

ſtantiarum ratione aliquoties repetita.

2 Temperantia Conch. præp. Ebor. ſine igne præp. C. C. phil. præp. Corall. r. præp. Oc. ♋. præp. Unic. Foſſil. cum Nitroſis & Cinnabarinis mixta, Pulv. Antiſpaſmod. Halens.

3 Leniter adſtringentia & Roborantia: Corallata & Gemmata, Corall. r. ppt. Matr. Perl. ppt. Spec. de Hyac. Julepus Gemmatus; Remedia e Cydoniis, Nux Moſchat. Gran. Kerm. in ovo ſorbili propinata, a Bartholino & Medicis Pariſinis celebrata, decoctum Millefolii, vel etiam Salviæ, a *Simone Pauli* commendatum. Tinct. Vitriol. Mart. Ludov. Tinct. Mart. cum Pom. Borſd. Tinct. terræ. Catech. Anodyna Correcta: M. P. de Cynogloſſ. Theriac. cœleſt. in refractiori doſi adhibita.

4 Analeptica: Acidula, Gelatinoſa, Emulſiva, Julepi aciduli. Gelatin. C. C. amygdalata, Emulſ. ex Amygd. dulc. Pineis & Semin. IV. frig. maj. paratæ. ▽ Cinam. Cydon. Balſam. Embryon. Vinum rubellum, Hiſpanicum, Succ. Gran. Kerm. Syrup. Corall. Externe Sacculi, Epithemata & Unguenta confortantia, abdomini applicata.

5 Specifica: Teſta ovorum a perdicibus excluſorum, acini paſſularum majorum, qui tamen evidenter adſtringunt, lapis in corde, vulva, aut inteſtinis cervarum repertus, pro Amuleto a Foreſto commendatus, Lapis aquilæ inſtante abortu ſub axillis geſtatus, Pulvis ex Umbilico infantis deſumtus.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ laxantes.

℞. *Pilul. Stahlian. ʒj.* *Doſ. gr. XV.*

2 Pulvis Laxans.

℞. *Rhabarb. toſt. ʒſs.* *M. f. Pulv. p. 1. doſ.*
Crem. Tart. ℈ſs.

3 Pulvis temperans.

℞. *Oc. ♋. præp.* *Tart. Vitriol. ā. ʒſs.*
Unic. foſſil. *Cinnab. ♁ ℈j.*
Corall. r. præp. *M. div. in 8. p. æq. propinetur ſingul. 4. hor. 1. Doſ.*
Nitr. depur.

4 Pulvis Subadſtring. & Anodyn.

℞. *Corall. r. præp.* *Cinnab. ♁ gr. xii.*
Nitr. depur. a. ʒſs. *M. P. de Cynogloſſ. gr. iij*
Spec. de Hyacinth. gr. XV. *M. div. in iii. p. æq. d. ſingul. 5. hor. doſ. 1.*

5 Alius.

℞. *Pulv. ad abort. Auguſtan. ʒii.* *Doſ. ℈j. uſurpetur ut præcedens,*
Cinnab. ♁ gr. XV.

6 Alius.

℞. *Granor. Kerm. ℈j.* *vid. Hermann. Cynoſur. Mat. Med. p. 144.*
Corall. r. præp.
Conſ. Alkerm. a. ʒſs.
M. capiatur ex ovo ſorbili.

7 Mixtura Subadſtringens.

℞. *Aq. Plantag.* *Tinct. Corallor. ℈ij.*
Burſ. paſtor. *Theriac. coel. gr. ij.*
Cinnam. Cydon. ā. ʒj. *Syr. granor. Kerm. ʒiij.*
M. d. ſing. 4. hor. 2. cochlear.
Corall. r. præp.
Unic. foſſil. a. ʒſs.

8 Eſſentia Subadſtringens.

℞. *Tinct. Vitriol. Mart. Lud. ʒij.* *M. Doſ. gutt. XXXV. ad XL. bis vel ter per diem.*
Eſſent. Cort. Chacarill. ʒj.

9 Epithema confortans.

℞. *Balſam. Embryon. ʒiij* *ms. applicetur abdomini*
Theriac. Andr. ʒij. *cum linteaminibus calide.*
Cinnamom. pulv. ʒj.

10 Emplaſtrum confortans.

℞. *Gumm. Tacamah.* *Moſchat. irrorand. & calide applicandum.*
Maſtich. ā. q. ſ.
F. Emplaſtr. ♁ Nuc.

VII. *Methodus medendi.*

1 Curatio tota conſiſtit in Præſervatione, nam facto abortu, eadem methodus requiritur, quæ rite parientibus deſtinata eſt.

2 Ante omnia ergo Ventilatio ſanguinis eſt inſtituenda, &, ſi neceſſitas urget, reiteranda, præprimis in plethoricis.

3 Præſente qualicunque ſanguinis commotione temperantia in uſum veniant, præcipue vero Nitroſa, cum Abſorbentibus & Cinnabarinis mixta, nec non Pulv. Antiſpaſmodic. Halens.

4 Alvum ſemper apertam eſſe convenit, quod optime per Clyſteres & Infuſa Laxantia Rhabarbarina, per Pilulas Stahlianas, ut & Suppoſitoria obtinetur.

5 Hiſce lenia adſtringentia cum Anodinis correctis ſubjungantur, uti ſunt Tonica, Gemmata, Corallata, Opiata, ubique certam doſin & ordinem obſervando.

6 Externe ſimul adhibeantur confortantia & obſervetur tranquilla corporis continentia.

7 Quod ſi vero ob graviorem uteri Hæmorrhagiam videamus vires Patientis admodum eſſe exhauſtas, ibi opera danda eſt, ut quantocyus excuſſio per remedia promoveatur, quo in caſu iterum optime ſeſe gerunt Pilul. Stahlian. & alia mitiora pellentia, abſtinendo, niſi ſumma neceſſitas urgeat, a fortioribus.

8 Hiſce tamen ſemper Analeptica interponantur, ut vires patientis integræ, quantum fieri poteſt, conſerventur.

9 Facto abortu uteri ratio habeatur, ut impoſterum ab omnibus recrementis liberetur, ne varia ſubſequantur ſymptomata & denuo imprægnata idem incurrat infortunium.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 Nihil magis abortum provocare ſolet, quam animi pathematum furor, unde quam maxime vitandus.

2 Vectura paulo fortior, ſicuti minus aſſuetis nocet, ita aliis in proximo & legitimo parturiendi ſtadio verſantibus admodum profuisse experientia docuit, uterus enim anguſtior relaxatur, ut partus eo felicius ſubſequi poſſit.

3 Mulieribus abortum paſſis ſæpe graviſſima accidere ſolent ſymptomata, & per plures eaſdem defatigare menſes, niſi uterus bene expurgetur.

4 Obſervationes proſtant, quod quædam fœminæ ſingulis menſibus ingravidationis Venæſectione opus habuerint ad abortum præcavendum.

5 In Plethoricis itaque Venæſectio aliquoties repetita, tanquam optimum præſervans, ab Auctoribus ſummo jure celebrata eſt.

6 Adſtringentia fortiora, ubi hæmorrhagia enormior adeſt, cautiſſime ſunt adhibenda; alias facile in Vitæ periculum parturientem conjicere poſſumus.

7 Pilulæ Stahlianæ mitiſſimum habent pellendi effectum & hoc in caſu ſecure & efficaciter in uſum trahuntur.

8 Utrum Magnes & lapis Ætites, a quibuſdam pro ſpecifico alias habiti, talem effectum exerant, experientiæ relinquendum eſt.

CAPUT QUINTUM.

DE

Fœtu mortuo.

I. *Definitio.* FOetus mortuus denotat fœtum in utero Matris adhuc deliteſcentem & motu vitaque, quibus antea præditus erat, privatum.

II. *Signa*

1 Admota abdomini ipſius Gravidæ manu non moveri percipitur amplius fœtus, ſed decumbente fœmina in latus unum vel alterum & infans hunc motum, veluti ponderoſum quoddam corpus, motu proprio deſtitutum, ſequitur.

2 Ocu-

2 Oculi concidunt, cum circulo palpebrarum pallescente.
3 Visus paulisper vigorem suum amittit, utplurimum etiam Cephalalgia Vertiginosa concurrit.
4 Aurium, labiorum & extremitatum narium pallor atque frigus adest.
5 Turbulentis præterea insomniis vexantur & languorem debilitatemque corporis sentiunt.
6 Crebræ lipothymiæ intercurrunt cum horripilationibus & phlogosibus alternantibus.
7 Genitalia tactu frigida sunt, ex utero vero emanant non raro ichores fœtidi & sanioſi.
8 Mammæ sensibiliter extenuantur cum lactis tenuioris effluxu.
9 Urinæ etiam sæpius aliquibus adest incontinentia.
10 Quandoque secundinarum exclusio sese manifestat absque fœtu, quod certissimum fœtus in utero mortui indicium nobis subministrat.
11 Fœtidum non raro spirant odorem, quod fœtum in putrilaginem abiisse indicat.
12 Baglivio signum fœtus mortui certissimum & infallibile est Tenesmus, vid. ejus Opera p. 140, 198. cum quo consentit Cœlius Aurelianus.

III. *Subjectum.*
1 Insigni plethora fruentes, nec sanguinem debito tempore ventilantes.
2 Morbis gravioribus laborantes & succo nutritio vel alimento necessario destitutæ.
3 Commotionibus animi vehementioribus agitatæ.
4 Quæ casus violentos passæ sunt, ictus, vulnera, vel contusiones.
5 Quæ Venæsectionibus frequentioribus fœtui sanguinem necessarium detraxere.
6 Quæ purgantibus fortioribus fœtum insigniter debilitavere.
7 Quibus dolores in ipso partu male succesſere, cum justo diuturniori fœtus in utero strictura.

IV. *Prognosis.*
1 Ubi fœtus mortuus Dystociam causatur, ibi res fere est conclamata.
2 Quibus superveniunt Convulsiones, Lethargus, de iis male agitur.
3 Fœtus mortuus, in utero in putrilaginem abiens, uterum ipsum corruptione sua afficit; unde febres acutæ, convulsiones, deliria, imo ipsa quandoque gangræna suam habent originem, in quo posteriori casu omnis spes evadendi vana est.
4 Fœtus mortuus, nisi cito excludatur, variis anomaliis ansam præbet, ut postea ataxiæ mensium, tumores abdominis aliaque succedant mala.

V. *Remedia.*
1 Pellentia & quidem
* Interna: Hepar Anguillæ, Borrax veneta, Sabina, Dictamnus Creticus, Pulegium, Polium, Myrrha, trochisc. de Myrrha, Croc. Castor. Succin. alb. ol. Succin. ol. Lini juxta Simon. Pauli, & pro pauperculis semen Aquilegiæ.
* Externa: Suffimigia, ex Sem. Carvi vel Cumini, genitalibus excipienda, nec non Sacculi, ex uterinis herbis sub sicca forma abdomini imponendi, Balnea uterina & simul emollentia, Clysteres similes, Cataplasma Zacut. Lusitan. perinæo impositum, axungia Serpentum &c.
2 Analeptica & quidem gratiora, ut vinum generosum in parca quantitate, Emulsiones Amygdal. dulc. gelatinæ amygdalatæ, confect. Alkerm. conf. de Hyacinth. aq. vitæ mulier. balſ. Embryon.
3 Manualis tractatio per peritam obstetricem aut Operationem Chirurgicam mediantibus instrumentis.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ.

℞. *Pil polychr. Stahl. vel. Becher. genuin. ʒj.* — *Dos. gr. XV. Repetantur aliquoties.*

6 Pulvis Pellens.

℞. *Borrac. Venet. Succin. alb. præp. ā. ʒß. Croc. or. ℈ß.* — *Ol. Cinamom. gutt. ij. M. p. iij. Dos.*

3 Alius.

℞. *Aloes succotr. Croc. or. a. gr. vij. Borrac. ʒj.* — *Ol. Succin. alb. gutt. ʒj. M. p. IV. Dos.*

4 Alius.

℞. *Hepat. Anguil. cum felle pulv. Borrac. venet. a. ʒj.* — *Sal volat. Viperar. ℈ß. M. div. in iij. p. æq.*

5 Mixtura pellens.

℞. *Aq. Lil. alb. Puleg. Leviſtic. Cinnam. a. ʒj. Hep. Anguill.* — *Borrac. venet. a. ʒß. Cinnab. ♁ gr. XV. Ol. Succin. gutt. iii. Syr. Artemiſ. ʒß. M. exhibeatur cochleatim.*

6 Unguentum.

℞. *Axung. Serpent. ʒj. Ol. deſt. Spic. gutt. vj.* — *M. Inungatur eodem Umbilicus.*

7 Species pro Balneo.

℞. *Rad. Lil. alb. Ariſtol. O. a. ʒij. Herb. Malv. Roriſmar. Puleg. a. Mij.* — *Fl. Chamom. Cheir. a. p. iij. Sem. Lini. Bacc. Laur. ℥j. Inc. cont. M. pro balneo.*

8 Cataplasma Zacuti Lusitani.

℞. *Medull. Colocynthid. Succ. Colocynthid. virid. a. ʒj. Succin. ʒiij. Myrrh. ʒij. Ol. caſtor.* — *rut. a. ʒj. Coq. ad ſucci conſumtionē. Quo Cataplaſmate ſe feliciter uſum fuiſſe affirmat Zacut. Luſitanus perinæo impoſito.*

VI. *Methodus Medendi.*
1 Quam primum observamus Fœtum in utero mortuum existere, statim lenia pellentia & quidem specifica sunt adhibenda, ne Embryo in putrilaginem abeat, pessimaque post se ducat symptomata.
2 Interpolanda tamen semper, & quidem crebrius, sunt Analeptica gratiora, vires Gravidæ conservantia, ut eo melius excussio contingere queat.
3 Omnibus autem his irritis, & doloribus ad fœtum expellendum necessariis cessantibus, ad manualem operationem progrediendum est. Antequam vero Operatio Chirurgica instituatur, adhuc examinandum, an perita obstetricis manu adhuc aliquid auxilii præstare possimus, qua nil proficiente ad Chirurgicam tandem deveniendum est operationem, quæ instrumentis perficitur, & exercitatissimum artificem requirit.
4 Extracto fœtu, Puerpera tractatur ut reliquæ puerperæ, ea tantum differentia, ut maxima uteri habeatur ratio, ne aliquid damni post se ducat.
5 Quod si febris jam concurrat, ea remedia in usum sunt trahenda, quæ febri inflammatoriæ debentur.

VII. *Cautelæ Practicæ.*
1 Quandoque Gemelli in utero geruntur uno vivo, altero existente mortuo, quo in casu caute est procedendum, ne vitalis cum mortuo exturbetur vel incaute protrahatur.
2 Experientia docet, mortuum Fœtum sæpissime quoque matris mortem post se ducere.
3 Foresius specialissime succum foliorum Leviſtici recent. express. cum aqua Artemisiæ vel vino laudat.
4 Semen Lini in expellendo fœtu mortuo, sive sit ejus decoctum pro potu ordinario, sive in Vino infundatur, sive ex eo fiat balneum, aliquid specifici habet. vid. Simon. Paul. Q. B. p. 77.
5 Angelus Sala in triumpho Emeticorum testatur se felicissime cum successu pluries hoc in casu exhibuisse Mercurii vitæ gr. iiij vel v. Sed cavendum, ne fiat ☿ Mortis.
6 An suffimigium Uvarum, quod Zacut. Lusitan. commendat, aut pessus ex radice juglandis a Fontanio laudatus, vel gummi Sagapenum pudendis intrusum, tantæ sint efficaciæ, valde dubitandum est.
7 Instrumenta, quibus Operator utitur, probe polita esse oportet, non inæqualia aut aspera.
8 Cavendum omni opera, ne in extrahendo fœtu vulnerentur partes vicinæ aut circumjectæ.
9 Post Operationem omnia calidiora evitentur medicamina & Puerpera ut vulnerata tractetur.

SECTIO IV.

DE AFFECTIBUS PARTURIENTIUM.

CAPUT PRIMUM.

DE *Partu*.

I. *Definitio*: PArtus naturalis est fœtus consummati & perfecti cum annexis secundinis justo tempore per spasticos Naturæ motus felix facta exclusio.

II. *Differentia*.
1 Alius pauco absolvitur tempore & moderatis stipatus est doloribus. Alius vero plures requirit horas & gravissimos dolores conjunctos habet.
2 Alius prorsus naturalis est, nullumque periculum involvit; alius est difficilis, cum matris & fœtus vitæ discrimine conjunctus, de quo Tab. seq.

III. *Signa*.
1 Dolores a lumbis & inguinibus versus genitalia sese extendentes & fortiter continuantes.
2 Notabilis descensus uteri & subsidentia abdominis versus genitalia.
3 Frequens mingendi & desidendi desiderium.
4 Cephalalgia cum insigni rubore faciei conjuncta.
5 Tremores artuum inferiorum, dolores ad partum concomitantes.
6 Effusio humorum in involucris membranaceis, fœtum ambientibus, contentorum, qui sæpius aliquot jam ante partum diebus effluere solent.
7 Apertura Orificii Uterini & Capitis infantilis in illud insinuatio, tandemque subsequens fœtus & concomitantium secundinarum exclusio.

V. *Prognosis*.
1 Quo magis dolores sunt nothi minusque versus genitalia sese extendunt, eo minor pariendi spes adest.
2 Omnes dolores, versus superiora pariendi tempore directi, excretionem fœtus retardant.
3 Quamdiu orificium uteri nondum sese aperuit, tamdiu legitimum pariendi tempus nondum præsto est.
4 Quæ aliquot jam ante partum diebus humoribus uterinis spoliantur, difficilius pariunt, quam quæ eosdem ad partus usque tempus conservant.
5 Agiliores, Cholericæ & Sanguineo-Cholericæ facilius pariunt, quam Melancholicæ & Phlegmaticæ.
6 Primiparis utplurimum partus plus negotii facessit, quam quæ aliquoties jam pepererunt.
7 Quæ immodestius clamitant & dolores non rite sustinent, difficilem sæpius sibi provocant partum.

VI. *Remedia*.
1 Emollientia, partes inferiores lubricas reddentia: Balnea ex Herb. Malv. Artemis. Branc. ursin. Fl. Chamom. Samb. Lil. alb. rad. Alth. Lil. alb. Clysteres ex spec. emollient. Decoctis Carnis teneræ, Avenæ, Hordei. Linimenta ex Adip. Gallin. Anseris, Cunic. & oleis emollientibus.
2 Nothos dolores demulcentia & reserationem uteri adjuvantia: Suffitus vaporosi ex Cardamom. Nuc. Moich. Cinam. Caryoph. Croc. & Vino: Epithemata ex Pane mellito aut panno scarlatino Balsamo Embryonum madefacto: Linimenta ex oleis dest. Lauri, Anethi, Carvi, Fœnic. Juniper. Sacculi sub ficca forma applicandi ex Herb. Menth. Matricar. Meliss. Puleg. Kor. mar. Sem. Lin. Fœn. Græc.
3 Orgasmum Sanguinis concurrentem contemperantia: Nitrum depuratum, ℈um, perlat. cum salibus digestivis Tartaro Vitriolat. Arcan. dupl. Sal Polychr. & Cinnabari commistum, Pulv. antispasmod. Halens.
4 Naturam deficientem resocillantia, viribusque succurrentia: Emulsiones ex Amygd. Pineis. Sem. 4. frig. & ▽ Cardiac. Cinam. buglossat. Potiones Cardiac. ex aq. temperatioribus destillat. Confect. Alkerm. inc. Julep. Gemmat. Tab. Man. Xst. perlat. Frustulum Cinamom. panis melliti, Caryoph. ad mordendum exhibitum exhaustis desuper aliquot Vini generosioris guttulis. Jusculum nutritivum.

Formulæ Remediorum.

1 Balneum Emolliens.

℞. *Rad. Alth.* *Lil. alb. ā.* ℥ij. *Herb. Malv. Branc. Ursin. Artemis. ā.* M.ij. *Flor. Chamom.* *Samb. Lil. alb. a.* M.j. *Sem. Lin. Fœn. græc. ā.* ℥ß. *Incis. contus. d. pro Balneo.*

2 Clyster emolliens.

℞. *Decoct. Spec. emoll. pro Clyst.* ℥ix. *Dissolv. Elect. lenit.* ℥j. *Mel. Rosat.* ℥vj. ℥℥ *Lil. alb.* ℥j. *Vitell. Ov. No.j.* *F. Clyster.*

3 Linimentum emolliens.

℞. ℥℥ *Amygd. d.* *Lil. alb. a.* ℥ß. *Axung. Anser.* *Gallin. a.* ℥ij. *ms. pro inungendo Ventre.*

4 Suffitus discutiens & Carminatistus.

℞. *Pulv Cardamom. Nuc. Mosch. Cinamom. Caryoph. a.* ℈j. *Croc. Or.* ℈ß. *Dilue cum Vino & fervido lateri affunde, vaporem dirigendo versus genitalia Puerperæ.*

5 Epithema.

℞. *Pan. mellit. vel alium in medic dissect. Madefac ex una parte Balsam. Embryon. vel. vino Generos. & adsperg.* *Pulv. Cinamom. Nuc. Mosch. Caryoph. Mac. a. par. Ventri tepide applicandum.*

6 Linimentum Carminativum.

℞. ℥℥ *Menth. Chamom. Anceb. ā.* ℥ß. *dest. Laur.* *Carv. Fœnic. a.* ℥ß. *ms. pro inungendo Ventre.*

7 Sacculus.

℞. *Herb. Matricar. Meliss. Puleg. a.* M.j. *Flor. Anth. Lavend. a. p.j.* *Sem. Lin. Fœn. græc. a.* ℥ij. *Incis. cont includ. Saec. qui calide Ventri imponantur.*

8 Pulvis temperans.

℞. *Nitri depurat. Salis polychr. a.* ℥ij. *Cinnab.* ♁ij. ℈ij. *ms. F. Pulv. Dos.* ℈j. *exhibeatur una alterave, vice partus tempore repetendus.*

9 Emulsio Cardiaca.

℞. *Amygd. dulc. exc. Pinear. mund. ā.* ℥ß. *Sem. Citr.* ℥ij. *C. ▽ Borrag. Bagloss. Rub. id. a.* ℥iij. *F. l. a. Emuls.* *Caule. Tab. Man. xst. perlat* ℥iij. *Add. Matr. perl. ppt.* ▽ *Cinam. bugl.* ℥j. *D. ad Vitr. pro 2. vel 3. vicibus.*

10 Potio Analeptica.

℞. ▽ *Ceras. nigr. Borrag. Bugloss. a.* ℥j. *Cinam. bugl.* ℥ß. *Matr perl. ppt.* ℥ß. *Confect. Alkerm. inc,* ℥ß. *Julep. gemmat* ℥ß. *ms. d. ad Vitr. Cochleatim propinanda.*

VII. *Methodus medendi*.
1 Partum ipsum facilitare creduntur Balnea paulo ante pariendi tempus in usum vocata, nec non Linimenta emollientia Ventri inuncta.

2 In-

2 Instante Partu, quando uterus insufficienter reseratur & simul nothi dolores concurrunt, injiciatur Clyster emolliens, aut suffitus vaporosi versus genitalia dirigantur, aut adhibeantur Carminativa leniora, externe Ventri applicanda.

3 Si vagina siccescit, ℞ amygd. dulc. vel oliv. in auxilium vocandum est.

4 In concurrente ebullitione sanguinis summo cum fructu Nitrosa & Cinnabarina commendantur, quæ etiam in passionibus hystericis, sub partu contingentibus, locum habent.

5 In constitutionibus debilioribus & deficiente dolorum spasticorum conaminibus optimum præbent effectum Cardiaca & Analeptica temperatiora, Naturam succumbentem refocillantia.

6 Uterus interim externe semper calore foveatur, ne refrigescat, quod plura solet inducere incommoda.

7 Quando dolores ad partum urgent, parturiens commonefacienda, ut spiritum retineat & premendo versus orificium uteri conatus Naturæ adjuvet.

8 In sella perforata si parturiens est locata, artus ipsius a mulierculis ministrantibus suffulciantur, ut eo melius spasticis Naturæ conatibus succurrere possit.

9 Expectetur sic tranquille, donec primo fœtus deinde & secundinarum exclusio ab ipsa Natura perficiatur.

VIII. *Cautelæ Practicæ*,

1 A Linimentis & Unguentis emollientibus aliquot ante partum septimanis in usum vocatis solito faciliorem partum quasdam sibi provocasse, experientia mihi constat.

2 A balneis & insessibus in statu plethorico temperare sibi convenit.

3 Quando justi & sufficientes dolores ad partum jam imminent, a Clysteribus cessandum, alias Naturam perturbamus.

4 Antequam reseratio uteri sufficienter facta sit, parturiens non temere ad laborem, sicuti sæpius fit, excitanda est: spoliatur enim ante tempus viribus suis, ut partus vel difficilius procedat, vel corpus insigniter exæstuetur.

5 Quod si a spasmo reseratio uteri impeditur, digitorum auxilium aliquo modo implorandum est.

6 In nothis doloribus vel insufficiente uteri reseratione si interna propinamus, ab omnibus calidioribus remediis abstinere debemus.

7 Præstat omnia remedia interna seponere, quamdiu Natura in justis doloribus provocandis est occupata.

8 Præprimis cavendum, ne dolores hi interpellentur per præmaturam spiritus elisionem aut inconcinnos clamores: hac enim ratione partus diutius, quam par est, protrahitur.

9 Ad partum facilitandum multum facit commodus Parturientis situs. Potest hunc in finem Puerpera sub regione ossis sacri fulcro aliquo sustentari.

10 Cardiaca fortiora & emmenagoga non temere in usum trahenda, nisi Naturæ impetus remittat.

11 Obstetricibus stupidioribus interdicendum est, ne sub specie juvandi incongruis suis manipulationibus vel fœtui vel matri periculum inferant.

12 Post editum Partum Puerpera quantocyus in lectum calefactum transferenda, ne a refrigerio damna accipiat.

13 Abdomen etiam fascia lata est ligandum: alias facile flatulentæ ejusdem turgefactiones exinde originem sumunt.

CAPUT SECUNDUM.

DE

Partu Difficili seu Dystocia.

I. *Definitio.* PArtus Difficilis s. Dystocia est præternaturalis pariendi conatus, non tantum solito gravioribus symptomatibus, sed etiam sæpius fœtus & Matris vitæ periculo stipatus, a variis causis originem habens.

II. *Differentia.*

Distinguendus est partus difficilis, causas sonticas conjunctas habens, a partu laboriosiori diutius protracto, juvenculis & primiparis sæpius familiari.

III. *Signa.*

1 Dolores insufficientes, rariores, languescentes, vel spurii sursum magis directi, thoracem & Capitis regiones cum exquisitis doloribus & oppressionibus occupantes.

2 Fotamen pubis solito angustius, quod non raro feminis brevioris staturæ solenne est, vel ossa pubis nimis indurata in primiparis annosis, vel pelvis male conformata, vel uterus propendulus, obliquus, aut inflammatus.

3 Scirrhosæ excrescentiæ vaginam occupantes, aperturamque orificii uterini impedientes.

4 Hæmorrhagiæ nimiæ uterinæ partum antecedentes.

5 Convulsiones vel graviores Lipothymiæ eundem concomitantes.

6 Membranarum fœtum cingentium nimia crassities.

7 Situs ipsius infantis perversus, ut pedibus, manibus, facie, humeris, cubito, tergo, natibus, funiculo umbilicali promineat.

8 Nimia Capitis magnitudo vel alia fœtus mala conformatio.

9 Fœtus mortuus, vel, loco fœtus, molæ in utero gestatio.

10 Funiculus umbilicalis collo ipsius infantis circumvolutus.

11 Secundinarum ante fœtum excretio vel nimis firma adhæsio ipsis uteri parietibus.

12 Gemelli æquali nisu ad exitum propensi.

IV. *Subjectum.*

1 Laboriosius pariunt Plethoricæ, obesæ, delicatulæ, passionibus hystericis obnoxiæ.

2 Difficilius vero Naturæ conaminibus, inconcinnis clamoribus, vociferationibus, spiritus elisione resistentes.

3 Malam uteri & partium vicinarum conformationem possidentes, vel fœtum male formatum, debiliorem, mortuum in utero gerentes.

4 Nec non Hæmorrhagiis nimiis ante partum debilitatæ.

5 Præprimis vero incongruo fœtus situ pariendi spe privatæ.

V. *Prognosis.*

1 Partus, qui circa plenilunium contingit, plerumque difficilior esse solet.

2 Quæcunque in utero gerentes a febribus corripiuntur & vehementer attenuantur, absque manifesta occasione, difficulter & periculose pariunt. Hippocr. Sect. V. Aphor. 55.

3 Mulieri difficulter parienti sternutatio supervenies bonum. Idem Sect. V. Aphor. 35.

4 Quando secundina fœtum præcedit, periculosum est.

5 Quo diutius fœtus exclusio protrahitur, eo majus periculum imminet.

6 Si incongruus fœtus situs pariendi actum impedit, nulla spes concipienda, nisi manuali obstetricis vel alius periti Chirurgi opera fœtui auxilium feratur.

7 Febrem malignam, deliria aut alium morbum graviorem concurrere, malum.

8 Aquas aliquot jam ante partum diebus effluere, non semper tutum.
9 Hæmorrhagia uterina partum præcedens sæpius fœtum vel insigniter debilitatum vel plane mortuum indicat.
10 Convulsiones parturienti accedere, malum, minus tamen metuendum, si spasticis uteri affectibus antea obnoxia fuerit.
11 Lipothymiæ concurrentes non adeo reformidandæ sunt, si eædem fuerint hystericæ.
12 Alias si ab insigni vitium defectu originem habuerint, sudorque frigidus concurrerit, res periculi plena est.

VI. *Remedia.*

1 Nothos dolores discutiunt Carminativa leniora, Capite præced. laudata, interne & externe in usum vocata.
2 Strictúram partium nimiam emolliunt Clysteres humectantes, emollientes, oleosi, Balnea, Insessus, Fomenta, Unguenta & Linimenta, ante & sub partu usurpata.
3 Orgasmum Sanguinis concurrentem temperant Nitrosa, absorbentia, diaphoretica fixa & Cinnabarina.
4 Virium defectum resarciunt Jusculæ nutritiva, Potiones Cardiacæ, Emulsiones.
5 Naturæ energiam motuumque vim excitant lenia Pellentia, primo leniora: ▽ Artemis. Puleg. Cheir. Ror. mar. Meliss. Succin. ppt. Cinam. acut. Cass. Lign. post & fortiora: Myrrha, Crocus, Borax Venet. Sal. Vol. Suc. Hepar. Anguillæ, ♁ Sabin. Succin. Externe Axung. Serpent. Viperar. Epithemata ex pane mellito, crusta panis Balsamo Embryon. vel vino rubello madefacta, inspersо Pulv. Cinam. Caryoph. Nuc. Mosch. Croc.
6 Viarum siccitati occurrunt oleosa: ♁ Amygd. dulc. Oliv. Chamom. Verbasc. vaginæ uterinæ inuncta.
7 Convulsionibus medentur præter supra laudata Nitrosa, Absorbentia & Cinnab. lenia nervina, ut Lumbr. terrestr. ppt. Rad. & Sem. Pœon. Essent. dulc. Hal. Pulv. confort.
8 Incongruum situm corrigunt obstetrices vel periti Chirurgi manuum ministerio.

Formulæ Remediorum.

1 Species pro Balneo.

℞. *Rad. Lil. alb.* *Alth. a.* ℥ij. *Herb. Malv. Chamom. Bräc. Ursin. a.* Mij. *Fl. Melilot. Sambuc.* *Lil. alb. a.* Mj. *Sem. Lin. Fœn. græc. a.* ℥ß. *Incis. cont. d. ad eb. Usurpentur sub Balnei forma aliquot ante partum septimanis.*

2 Unguentum emolliens.

℞. *Unguent. Dialth.* ℥j. *Axung. Anser.* ℥ß. ♁ *Lil. alb.* *Verbasc. a.* ℥ij. *ms. pro inungendo abdomine.*

3 Clyster emolliens.

℞. *Rad. Lil. alb. Alth. a.* ℥ß. *Herb. Chamom. Branc. Urs. Fl. Melilot. Verbasc. a.* Mß. *Incis. coq. in s. q.* ▽ *s.* *Colat.* ℥ix. *Add. Mel. mercur.* ℥j. ♁ *verbasc.* ℥vj. *Vitell. ov. N. j. Salis commun.* ℥j. *Injiciatur calide.*

4 Pulvis temperans.

℞. *Oc.* ♋♋. *ppt.* ♉ii diaph. *Nitri depurat. Salis polychr. ā.* ℥i. *Cinnab.* ♉ii ℥ß. *ms. F. Pulv. Dos.* ℈j. *bis, ter vel quater per diem.*

5 Alius Nervino-temperans.

℞. *Conch. ppt.* ♉ii diaph. *Nitri depurat. a.* ℥j. *Cinnabar. nativ. ppt.* *Lumbric. terrestr. ppt. a.* ℥ß. *ms. F. Pulv. Dos. ut præced.*

6 Potio Cardiaca.

℞. ▽ *Meliss.* *Namph. a.* ℥ß. *Cinam. bugloss.* ℥vj. *Matr. perl ppt.* ℥ß. *Confect. Alkerm. inc.* ℥j. *Julep. Gemmat.* ℥ß. *ms. d. ad Vitr. detur sæpius cochl. ii.*

7 Emulsio analeptica.

℞. *Pinear. mund.* *Amygd. dul. excort. a.* ℥ß *Sem. 4. frig. maj. a.* ℥ß. *C. s. q. Decoct. C. C. s. l. a.* *Emulsio.* *Edulcoretur saccha. per-* *Lat.* ℥ß. *Add. Matr. perl. ppt.* ℥ß ▽ *Cinnam. bugloss.* ℥j. *D. ad Vitr. pro aliquot vicibus.*

8 Potio pellens.

℞. ▽ *Artemis.* *Puleg.* *Meliss. a.* ℥j. *Succin. ppt.* *Borac. Venet. a.* ℈j. *Syr. Cort.* ☉*rum* ℥ß. *ms. d. ad Vitr. dentur sing. 2. horis cochl. ij.*

9 Pulvis pellens.

℞. *Trochisc. de Myrrh.* ℥i. *Borac. Venet.* ℈ij. *Croc. Or.* ℈ß. *ms. F. Pulv. in V. p. æ. divi-* *dendus, cujus singulis 2. vel iij. horis dos. s. porrigatur, donec fœtus excernatur.*

10 Alius.

℞. *Hepat. Anguill.* ℈ij. *detur pro 2. vicibus.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Fœminæ difficiliori partui jam assuetæ per 14. circiter ante partum dies balneis utantur emollientibus, Ventremque Unguentis & Linimentis similibus inungant.
2 Instante partus tempore, si dolores nothi concurrant iidemque ad superiora magis vergant, Clyster injiciatur emolliens, oleosus, lubricans, commendato ante & post ejusdem usum parturienti leni corporis motu, in cubiculo peragendo.
3 In insufficiente dolorum concursu, uterique apertura primo exhibeantur Cardiaca & Analeptica, subjunctis postea lenissimis Emmenagogis, sensim sensimque, si circumstantiæ id exigant, ad fortiora procedendo.
4 In insigni orgasmi Sanguinis præsentia egregium usum habent pulveres antispasmodici, nitrati, repetitis vicibus exhibiti.
5 Convulsiones aut Lipothymiæ si concurrant, adhibeantur, præter Cinnabarina & Analeptica, specifica nervina: Essent. dulc. Hal. ♁ animal. Dippelii, Lumbr. terrestr.
6 Quando membranæ fœtum cingentes sponte haud disrumpuntur, partusque actum impediunt, obstetrix scalpello conveniente apertionem instituat, cavendo ab incongrua dilaceratione per ungues, aliquibus solenni.
7 In Hæmorrhagia uteri abstinendum est a pellentibus, eorumque loco temperantia & Analeptica in usum trahenda sunt.
8 Si perversus infantis situs excretionem impediat, embryo in debitum est reponendus locum vel ab obstetrice vel Chirurgo perito.
9 Horum quoque opera invocanda est, si alia uteri, vaginæ, partium continentium vel ipsius infantis vitia concurrant.

VIII. *Cautelæ Practicæ.*

1 Laborioſi partus non statim pro difficilibus sunt habendi.
2 In illis caute adhibeantur pellentia: Orgasmus enim sanguinis exinde excitatur & fluxui lochiorum nimio sæpius occasio subministratur.
3 Si Plethora ingens concurrat, poterit in ipso partus termino Venæsectio celebrari & quidem convenientius in pede quam brachio.
4 Partum facilitare creduntur Jaspis, Smaragd. Aetites femori alligati, Cingula ex spoliis serpentum vel cute humana parata; tad. Cyclaminis orificio pudendi vel femori applicata, Magnes in manu detentus, Herba Anagallidis dextro cruri appensa; quæ quidem res experientiæ testimonium adhuc expostulant.
5 Vomitoria & sternutatoria fortiora pro partu facilitando commendata, cautissime sunt exhibenda. Priora exquisitissimum exposcunt judicium practicum, an & quo tempore conveniant? Posteriora vero eo in casu

tantum locum habent, ubi orificium uteri rite apertum, fœtusque legitime constitutus est, nisus vero sufficientes desunt.

6 In Hæmorrhagia uterina Henricus ab Heer commendat testiculos equinos in taleolos concisos, vino immersos, exiccatos postea & pulverisatos pro usu interno.

7 Fœtu in lucem edito secundinarum habenda est ratio, ubi serio cavendum, ne majori vi, quam par est, extrahantur: Sæpius enim exinde uterus graviter vulneratur, febresque acutæ inflammatoriæ originem habent.

8 Quando a partu laboriosiori & difficiliori pudenda intumescunt, Unguentum album Camphoratum, Dialth. ℥o. Lil. alb. Verbasc. Chamom. locum habent, impositis postea sacculis ex Herb. Chamom. Matricar. Fl. Sambuc. Melilot. Sem Lin. &c.

Caput Tertium.

De

Secundinarum Retentione.

I. *Definitio.* Secundinarum Retentio est membranarum, fœtum ambientium vel placentæ uterinæ, post partum excludendarum, in utero remansio, a variis causis originem sumiens.

II. *Differentia.*

Est vel plenaria, quando membranæ una cum placenta remanent, quod rarius fit, vel partialis, si pars saltem una vel altera, modo major, modo minor, retinetur, quod sæpius occurrere solet.

III. *Signa.*

1 Ventris tumor & durities aliqua, externe quandoque sentienda.

2 Dolor infra umbilicum præcipue occurrens.

3 Motus subsequentes febriles & non raro gravissima febris inflammatoria.

4 Cui sæpius enormes Lipothymiæ & Hæmorrhagiæ uterinæ junguntur.

IV. *Subjectum.*

1 Parturientes, quibus Placenta uterina justo firmius adhæret.

2 In quibus uteri orificium post partum subito sese clausit, antequam secundinæ fuerint extractæ.

3 Per obstetrices perperam & violentiori modo tractatæ.

4 Quibus funiculus umbilicalis per fortiorem attractionem abruptus vel neglectus est, ut retrocedere & orificii uterini claustræ locum relinquere potuerit.

V. *Prognosis.*

1 Secundinæ, quo diutius in utero remanent, eo graviora post se ducunt symptomata.

2 Quo major earundem pars retinetur, eo majus periculum metuendum.

3 Interdum integræ excernuntur, interdum putrefactæ per frusta ejiciuntur, non raro vero plane in utero remanent, pessimaque symptomata vel ipsam mortem post se ducunt.

4 Febris concurrens quo gravior, eo res periculosior est.

VI. *Remedia.*

1 Secundinas retentas expellunt & leniissime per uterum evacuant Pilulæ Beccheri, Balsamico-viscerales nostrates, Stahlianæ & Polychrestæ Halenses.

2 Fortiori modo eadem exturbant Borax Veneta, Myrrha, Crocus, Hepar anguillæ, in sicca vel liquida forma exhibita.

3 Febrem concurrentem discutiunt aquæ diapnoicæ & diaphoretica fixa, nec non alexipharmaca leniora: Essent. Alexiph. Stahlii, Mixtura simplex, Tinct. Bez. Mich.

4 Corruptionem præcavent lenia Balsamica: Essentia Myrrh. Succin. supraque laudatæ Pilulæ Balsamicæ.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ lenientes & balsamicæ.

℞. *Pil. Balsam. viscer. 3j.* *bis per diem.*
Dos. gr. XV. pro 4. vicibus,

2 Aliæ.

℞. *Pil. polychr. D. D. Stahlii 3j.* *Dos. & usus, ut præcedentium.*

3 Potio Pellens.

℞. ▽ *Puleg.* *Borac. Venet. ä. 3ß.*
Artemis. *Syr. Artemis. 3ß.*
Meliss. ä. 3j. *ms. d. ad Vitr. exhibeatur*
Croc. comp. 3ß. *cochl.*
Succin. ppt.

6 Pulvis Pellens.

℞. *Hepat. Anguill. ℈j.* *pro 1. vice.*
Exhibeatur in ▽ Sabin.

5 Alius.

℞. *Trochisc. de Myrrh. 3j.* *ms. F. Pulv. in V. part.*
Succin. alb. ppt. *æq. dividendus & bis*
Borrac. Venet. ä. ℈ij. *vel ter per diem exhi-*
Croc. Or. ℈ß. *bendus.*

6 Potio diapnoica.

℞. ▽ *Scorzon.* *Cinnab. ℈ij ℈ß.*
El. Samb. *Syr. Fl. bellid. 3ß.*
Card. Mar. a. 3j. *ms. d. ad Vitr. exhibean-*
Typh. Cerv. 3ß. *tur singulis 4. horis co-*
Oc. ℔℔. ppt. *chlearia 2.*
℈ii diaph. a. 3ß.

7 Essentia discutiens.

℞. *Essent. Alexiph. St. 3ij ß.* *ms. d. ad Vitr. Dos. gutt. 30.*
Scord. 3j. *mane & vesperi.*

8 Essentia balsamica.

℞. *Essent. Myrrh. 3ij.* *ms. Dos. gut. 25. loco prioris*
Succin. 3j. *bis per diem usurpetur.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Quando fœtus in lucem editus est, eo allaborandum, ut secundinæ quantocyus, antequam uterus sese occludat, excernantur.

2 Fit hoc leniori funiculi umbilicalis attractione, per obstetricem peragenda, vel etiam tussicula aut sternutatione voluntaria ipsius parturientis.

3 Quod si vero fortius adhærent secundinæ, digitis oleo olivarum vel butyro munctis eorundem separatio tentanda, ut deinde leniori attractioni auscultent.

4 Interne, quando uterus sese jam occlusit, conveniunt præ omnibus Pil. Beccheri, Stalianæ & nostrates balsamico-viscerales, quæ leniissimam pellendi vim habent.

5 In primo tamen principio si universæ secundinæ vel magna earundem pars ex negligentia obstetricis in utero remansere, præstat quandoque Hepar anguillæ vel pellentia alia paululum fortiora exhibere, ut hac ratione earundem excretio adhuc tentetur.

6 Quando febris inflammatoria affectum comitatur, adhibeantur Diaphoretica fixa, Gelatinosa, Emulsiones cum Sem. Card. Mariæ & similia.

7 Pro corruptione inhibenda reliquis remediis interponantur balsamica leniora, parvis & repetitis vicibus.

VIII. *Cautelæ Practicæ & Observationes.*

1 A Fortioribus pellentibus, si uterus per aliquot jam dies est occlusus, sibi cavendum est, commotiones enim sanguinis exinde excitantur & febricula magis accenditur.

2 Pilulæ Balsamicæ Stahlianæ & similes tutissimæ sunt, Essentiarumque balsamicarum locum optime resarciunt.

3 Quando fortior febris concurrit, omnia balsamica & resinosa cautissime sunt usurpanda.

4 Usu Pulveris, ex Trochisc. de Myrrh. Sem. Violar. Rad. Dictamn. & ras. Dactylorum, a Foresto commendati, Horstius aliquot se restituisse testatur.

5 Gesnerus laudat testiculos equi castrati, frustulatim incisos, in furno siccatos & sub pulveris forma usurpatos.

6 Rulandus ℥o Juniperini gutt. 30. feliciter exhibuit.

7 Succus Foliorum Levistici Arcanum est Foresto.

CA-

Caput Quartum.

De

Procidentia Uteri.

I. *Definitio.* Procidentia Uteri est vel ipsius uteri vel vaginæ, modo major, modo minor descensus aut prolapsus, a relaxatione partium nimia ortum habens.

II. *Differentia.*
1 Est vel stricte sic dicta, ubi uterus justo longius extensus vel intra vaginam delitescit vel extra pudenda prominet; vel late considerata, ubi vagina uterina prolabitur, saccumque & tumorem mollem ad instar intestini constituit.
2 Prior contingit vel cum inversione ipsius uteri, ingentem tunc molem globosam caput infantis fere referentis & intra femora propendentis, vel absque eadem, ubi orificium uteri internum sese conspiciendum præbet.

III. *Signa.*
1 Ex Ægræ relatione hæc manifesta fiunt.
2 Sentiunt tumorem modo majorem, modo minorem in vagina uterina, vel extra eandem cum aliquali dolore & pondere conjunctum.
3 Inprimis autem doloris sensus in illis partibus percipitur, quibus uterus est annexus in lumbis, hypogastrio, pudendo & circa os sacrum.
4 Quo diutius subsistit, eo magis dolor evanescit & nonnisi ponderis molestia remanet.
5 Quando Procidentia uteri insignis est, ambulationem impedit.

IV. *Subjectum.*
1 Fœminæ, quæ partu difficili vel abortu sæpius laboravere.
2 Quæ in partu ab imperitis obstetricibus aut Chirurgis perverse tractatæ fuerunt.
3 A Violentis aliis causis ligamentorum, uterum suspendentium, relaxationem perpessæ.
4 Nervorum, hisce partibus propriorum, paralytica impotentia laborantes.
5 Venere nimium abutentes.
6 Fluore albo immodestiori vexatæ.
7 Gravidæ in ultimo gestationis termino constitutæ, descensu potius uteri quam procidentia quandoque laborant.

V. *Prognosis.*
1 Prolapsus uteri, nisi insignis fuerit, raro periculosus est, maximam tamen fœminis molestiam parit, Veneriisque & conceptionis negotium aliquo modo impedit.
2 Quando vero nimium descendit, aerisque injurias incurrit uterus, non raro inflammationem, gangrænam & sphacelum concipit, cum superveniente morte, vel ulceribus fœtidis manantibus inficitur.
3 Si affectus recens est, & extra vulvam haud propendet, facilius curatur, quam si inveteratus fuerit & amplioris extensionis.
4 Facilius in junioribus curatur, quam vetulis.
5 Quando post repositionem uterus statim iterum procidit, insignis partium relaxatio, difficilisque indicatur curatio.
6 Uterus cum inversione prolapsus difficillime curatur.
7 Prolapsus uteri a causis violentis originem habens difficilius Curationem admittit, quam qui ab internis producitur causis.
8 Mensium suppressionem, hystericas passiones vel Convulsiones affectui supervenire, malum.

VI. *Remedia.*
1 Uterum vel vaginam prolapsam reponunt Obstetrices vel Chirurgi modesta manuum opera.
2 Partes tumidas repositioni haud auscultantes emolliunt & fovent: Rad. Alth. Lil. alb. Herb. Malv. Branc. Ursin. Chamom. Absinth. Fl. Melilot. Samb. Sem. Fœn. græc. in lacte vel Vino rubello decocta.
3 Corruptionem ab aere inductam extirpant culter Chirurgicus, Ligaturæ vel Cauteria actualia.
4 Repositas partes in suis locis confirmant quies corporis, & Adstringentia: Fol. Myrt. Querc. Herb. Equiset. Virg. ☉, Artemis. Matricar. Pilosell. Fl. Balaust. Cort. Granat. Gall. Nuc. Cupress. Baccar. myrt. cupul. gland. sem. Sumach. Sang. Drac. Mastich. Sarcocol. Alum. rocc. Lap. medicament. cum Aqua Reg. Hung. agitatus, sub Decoctorum, Injectionum & Suffimigiorum forma externe usurpata, Emplastra Catagmatica Inguinibus & Hypogastrio imposita; &, his nihil proficientibus, Pessaria ex Ebore, Subere, aut alio ligno leviori parata.

Formulæ Remediorum.

1 Decoctum emolliens.

℞. *Rad. Lil. alb.* / *Alth. a. ℥j.* / *Herb. Branc. ursin.* / *Absinth.* / *Malv. a. Mj.* / *Fl. Melilot.* / *Verbasc. a. Mß.* / *Sem. Fœn græc. ℥ß.* / *Incis. coq. in lacte & applicentur calide.*

2 Decoctum Vulnerarium Caroli Musitani, maximopere commendatum in vaginæ uterinæ procidentia.

℞. *Herb. Herniar.* / *Pilosell.* / *Stellar.* / *Bursæ Pastoris.* / *Polygon. a. Mj.* / *Rad. Consol. maj.* / *Dictamn. alb.* / *Torment.* / *Bistort. a. p. j.* / *Fl. Ros. rubr. p. ij.* / *Nuc. Cupr. No. IV.* / *Fiat decoct. in Vino rubr. vase optime clauso. Exhibeatur interne.*

3 Decoctum adstringens.

℞. *Rad. Symphyt.* / *Bistort. a. ℥j.* / *Herb. Polygon.* / *Burs. past.* / *Fol. Querc. a. Mj.* / *Fl. Balaust.* / *Ros. r. a. p. j.* / *Baccar. Myrt. ℥ij.* / *Nuc. Cupress. No. iij.* / *Incis. cont. coq. in Vino rubro & applica calide.*

4 Suffimigium nervinum & adstringens.

℞. *Gumm. Tacamah.* / *Juniper.* / *Sarcocoll. a. ℥ij.* / *Sang. Dracon.* / *Mastich. a. ℥j.* / *Fl. ros. r.* / *Lavend. a. p. j.* / *Incis. contus. gross. modo usurpentur pro suffimigio.*

VII. *Methodus Medendi.*
1 Prolapsum uterum vel vaginam in suum situm naturalem illico reponere decet; fit hoc conveniente ægræ situ & manuum Chirurgi vel Obstetricis adjuvantium ministerio.
2 Collocanda hunc in finem ægrota est super dorsum, demisso capite, coxis altioribus dilatatis & poplitibus reflexis.
3 Postmodum tumor, aliquandiu jam fomentatus, manibus tamdiu leniter comprimatur, donec suum situm naturalem obtinuerit.
4 Quod si tumor & aliqualis inflammatio repositionem impediat, fotus instituatur frequens Decoctus emollientibus & discutientibus, donec imminuatur.
5 In Gangrænæ vel sphaceli concursu, Chirurgicum auxilium implorandum est, quod tamen rarius feliciter cedere solet.
6 Repositio utero vel vagina, quies corporis per aliquot temporis spatium observetur, in usum simul vocatis adstringentibus externis: Suffimigiis, Injectionibus, Pessis e bombace vel linteis contortis, Decoctis adstringentibus madidis, & Emplastris nervinis.
7 His nihil proficientibus in subsidium vocentur Pessaria, ad uteri usque Cervicem immittenda, pro sustentando utero apprime convenientia.

VIII. *Cautelæ* Practicæ *& Observationes.*
1 Vomitoria a quibusdam laudata, omnino rejiciuntur, cum prorsus contrarium effectum exerant.
2 Purgantia quoque fortiora haud tuta sunt, quorum locum resarcire potius possunt lenientia & Clysteres, in alvi constipatæ casu repositionem non parum adjuvantia.

3 Oleosa & pinguia adhibita, nec absterſa ante repoſitionem, ſæpius novo prolapſui viam ſternunt.
4 In adſtringentium cum externorum tum internorum uſu, ad menſium & lochiorum negotium reſpiciendum, ne verſus hoc tempus in uſum vocentur & fluxui obex iiſdem ponatur.
5 Peſſaria optima ſunt, quæ habent figuram triangularem & oblongam.
6 In medio decet eſſe perforatas, ne menſium fluxum impediant.
7 Antequam intrudantur, intinguntur ceræ, eademque obducta ligula ſerica proſpiciuntur, ut commode extrahi poſſint.
8 Intruſa nunquam extrahuntur, niſi tempore concubitus.
9 Sterilitatem iiſdem haud induci, plurima exempla confirmant.
10 In Gravidis, quando deſcenſus aliqualis uteri obſervatur, quod non raro contingit, ſubligacula, abdominis & pudendis injicienda, officium præſtant, nimiumque deſcenſum impediunt.

SECTIO V.

DE AFFECTIBUS PUERPERARUM.

CAPUT PRIMUM.

DE

Doloribus poſt Partum.

I. *Definitio.* DOlores poſt partum ſunt ſymptoma, omnibus fere Puerperis familiare, a ſenſibilitate uteri & impeditiori ſanguinis profluxu præcipue originem ſumens.

II. *Differentia.*
Sunt vel veri, a ſanguine & utero ortum habentes, vel nothi, a refrigeratione inteſtinorum & concurrentibus flatibus excitati.

III. *Signa.*
1 Dolores plus minus exquiſiti, in Ventre inferiori & præcipue regione hypogaſtica alternatim occurrentes.
2 Sanguinis lochialis impeditior ſucceſſus.
3 Excretio tandem grumorum ſanguinis, quandoque ſatis inſignium, vel ſecundinarum portionis, dolorum imminutionem poſt ſe ducens.

IV. *Subjectum.*
1 Quæ partus tempore frigidum potum copioſe ingurgitavere.
2 Partu difficiliori defunctæ.
3 Secundinarum retentionem vel impeditum aut ſuppreſſum lochiorum fluxum expertæ.
4 Quæ frigori abdomen expoſuere.
5 Quibus uterus graviori modo vulneratus eſt.
6 Quæ uteri ligaturam neglexere.
7 Quas infantes fortiori ſuctione nimium fatigant, ut exinde ſanguis lochialis aliquantum regurgitet, ejuſque fluxus imminuatur.

V. *Prognoſis.*
1 Quando alternatim occurrunt, & non ſunt exquiſitiſſimi, nihil periculi involvunt, ſed tranquilla corporis continentia & calido regimine intra aliquot dies prorſus diſcutiuntur.
2 Quod ſi vero magis ſunt ſtatarii, diutiuſque continuant, graviora interna mala indicant.
3 Quoties ſanguis congrumatus excernitur, toties dolorum mitigationem ſentiunt puerperæ.

VI. *Remedia.*
1 Sanguinem vel ſecundinas retentas ejiciunt, leniterque promovent: Pilulæ polychr. Stahlianæ, Becheri, noſtrates balſamico viſcerales, & Emmenagoga leniora: ▽ Puleg. Artemiſ. Meliſſ. Croc. in juſculis, Eſſentia Myrrh. Succin. & Croc. ad paucas guttas.
2 Dolores diſcutiunt Carminativa temperatiora: Tinct. Cort. ☉rum & Syrup. ejuſdem, ▽ Chamom. Fœnic. Angel. Eſſent. Alexiph. Stahlii, Pimpinellæ albæ. Externe Clyſteres Carminativi, Epithemata ſicca ex Herb. Matricar. Menth. criſp. Chamom. Majoran. Ror. Mar. Fl. Sambuc. Sem. Aneth. Baccar. Laur. Junip. Linimenta & Unguenta ex ○℥ Chamom. Menth. Matric. Aneth. deſt. Carv. Cumin, Cort. ☉rum.

Formulæ Remediorum.

1 Pilulæ Balſamicæ.

℞. *Pil. polychr. D. Stahlii, vel Becchet.* ʒj. — *Exhibeantur ſingulis mane gr. XV.*

2 Aqua Emmenagoga.

℞. ▽ *puleg. Meliſſ. Artemiſ. ā.* ʒj. *Croc. comp.* ℥ß. *Succin. ppt.* ♁ij *diaph. ā.* ℈j. — *Sal. Succin. vol. gr. vj. Syr. Cort.* ☉*rum* ℥ß. *ms. d. ad Vitr. Propinentur ſingulis 4. horis cochl. ij.*

4 Pulvis Varandæi maxime celebris.

℞. *Rad. Conſol. maj.* ʒiß. *Nucl. perſic. Nuc. Moſch. a.* ℈ij. *Succin. alb.* ʒß. *Ambr. gryſ.* ℈ß. — *ms. F. Pulv. ſing. 3. hor. quantum cuſpis cultri capere poteſt, exhibeatur.*

5 Eſſentia Carminativa.

℞. *Eſſent. alexiph. St.* ʒij. *Cort.* ☉*rum.* ʒj. — *ms. uſurpetur, ut præcedens.*

6 Aqua Carminativa.

℞. ▽ *Fœnic. Ment. a* ʒiß. *ad Flat. ſ. Vin.* ℥ß. *Liq. C.C. Succin.* ʒß. — ♁ij *diaph.* ℈ij. *Syr. Cort.* ☉*rum* ℥ß. *ms. dentur ſingulis 4. horis cochl. ii.*

7 Epithema Carminativum.

℞. *Herb. Menth. criſp. Chamom. Matricar. a.* Mj. *Fl. Sambuc.* Mß. *Baccb. Laur. Junip.* — *Sem. Aneth. ā.* ʒii. *Inciſa cont. gr. mod. includ. Sacculis, calide Ventri imponendis.*

8 Oleum Carminativum.

℞. ○℥ *Menth. criſp. Abſinth. Chamom. ā.* ℥ß. *Moſch. expr.* ʒß. *Deſt. Aneth.* — *Cort.* ☉*rum. Carv. a.* ℈j. *ms. Inungatur calide abdomini.*

VII. *Methodus medendi.*
1 Ut dolores poſt partum, quantum poſſibile eſt, præcaveantur, præſtat, ut ſtatim poſt abſolutum partus actum faſcia lata leniter conſtringatur abdomen puerperæ.
2 Si hoc non obſtante aliqualis lochiorum imminutio compareat aut Secundinarum retentio ſubſit, exhibeantur Pilulæ Balſamicæ, ſuperius laudatæ, aliaque pellentia temperatiora.
3 In Concurſu inſignis Plethoræ, Venæſectio in pede inſtituatur, ubi etiam pulveres Nitroſi, abſorbentes & Cinnabarini haut ſunt rejiciendi, inprimis quando febricula aliqua complicata eſt.
4 Pro doloribus diſcutiendis & demulcendis, adhibeantur Carminativa leniora, interne & externe in uſum vocanda.

VIII. *Cautelæ Practicæ & Obſervationes.*
1 Frigidam poſt partum ingurgitare pro præcavendis doloribus, aliquibus ſolenne, conamen eſt omni rationi contrarium.
2 Sem. Nigellæ in juſculo pingui & Urina mariti ad cochlear j. aſſumta, pro ſpecificis laudantur.
3 Spermat. Cet. cum potu calido Thee vel juſculo aſſumtum, efficaciam aliquam exerere experientia docuit.
3 Foreſtus Decoct. Chamom. in Cereviſia vel Decoct. Artemiſ. & Chamom. in jure pulli, felici ſucceſſu ſe exhibuiſſe teſtatur.

5 Tin-

5 Tinctura Succini cum ▽ Cinam. extracta & exigua syrupi Cinamom. quantitate temperata, specifice laudatur a Baglivo.
6 Nostrates Obstetrices exhibent Puerperis ○○ amygd. dulc. ad ℥j. & Syrup. Violar. ℥ß.
A Pellentibus & Carminativis fortioribus abstinendum est.
8 Ambrata in iis, quæ passionibus hystericis obnoxiæ sunt, minus conveniunt.

Caput Secundum.

De

Diarrhœa Choleriode.

I. *Definitio.* Diarrhœa Choleriodes est fluxus alvinus, cum magnis doloribus & non raro febricula inflammatoria stipatus, puerperis non raro lethalis.

II. *Differentia.*
A Diarrhœa simplici, refrigeratione ortum debente, nullaque tormina, multo minus febrem conjunctam habente.

III. *Signa.*
1 Cognoscitur ex frequenti dejiciendi stimulo.
2 Concurrentibus torminibus & exquisitis doloribus.
3 Febricula plus minus intensiori.
4 Adest plerumque sitis satis insignis, cum appetitu prostrato.
5 Nec non sanguinis lochialis imminutio vel plenaria cessatio.

IV. *Subjecta.*
1 Animi pathematibus obnoxiæ, iisdemque vehementer agitatæ.
2 Refrigeratione nimia corpus alterantes.
3 A variis causis Sanguinis lochialis suppressionem incurrentes.
4 Diæta cruda, potuque minus defæcato, frigido utentes.

V. *Prognosis.*
1 Quamdiu febris nondum concurrit, res adhuc in vado est.
2 Quod si vero dolores sint exquisiti febrisque ardeat, magnum periculum imminet.
3 Nunquam hæc Diarrhœa, etiamsi levior sit, vilipendenda, facile enim insignia damna post se ducere potest, puerperamque brevi temporis spatio interficere.

VI. *Remedia.*
1 Materiam biliosam acrem eliminant per alvum Pilulæ polychr. D. D. Stahlii & Becchéri, nec non Rhabarbarina: Rhabarbarum elect. in subst. tostum, Syr. Rhab.
2 Eandem temperant absorbentia: Crystall. mont. ppt. Oc. ♋. ppt. Unic. foss. Conch. ppt. Mater perlar. ppt. Mucilaginosa: Cremor Hordei, Gelatin. C.C. Ebor. cum pauco Croco.
3 Corrigunt eandem fibrisque prospiciunt amariuscula & tonica: Rad. Gentian. r. Cort. ☉rum, Schacarill.
4 Dolores mitigant Anodina correcta: Mass. Pil. e Cynogl. Theriac. cœlest.

Formulæ Remediorum.

1 Pil. laxantes & balsamicæ.

℞. *Pil. polych.* D. D. *Stahl.* ℥j — *vel alternis diebus*
Matr. perl. ppt. ℥ß — *gran. XV.*
Dentur singulis mane
Ol. Succ. per deliquium ♍j

2 Pulvis laxans.

℞. *Rhabarb. tost.* ℥ß. — *D. pro* 1. *vice.*

3 Alius temperans.

℞. *Crystall. mont. ppt.* ℥j. — *Cinnab.* ♍ij ā. ℥ß.
Oc. ♋. *ppt.* — *ms. F. Pulv. Dos.* ℈j. *ter*
Matr. perl. ppt. ā. ℥j. — *vel* 4. *per diem.*
♍ii *diaph.*

4 Alius temperans & Anodynus.

℞. *Crystall. mont. ppt.* ℥j. — *ms. F. Pulv. div. in vj. part.*
Matr. perl. ppt. — *æq. divis. d. ad quinas*
♍ij *diaph.* ā. ℥ß. — *vel senas horas.*
Theriac. cœlest. gr. iij.

5 Potio discutiens & tonica.

℞. ▽ *Card. bened.* — *Crystall. mont. ppt.*
Mar. — ♍ij *diaph.* ā. ℈j.
Fl. Samb. ā. ℥j. — *Syrup. Corall.* ℥ß.
Cinam. cydon. ℥ß. — *ms. d. cochleatim.*
Extr. cort. Schacar.

6 Species pro Infuso.

℞. *Rad. Gentian.* — *Card. bened.* ā. M ß
Helen. — *Incis. inf. in* ▽. *s. & usurpentur loco potus Thee,*
Cort. Schacar. ā. ℥ß. — *bis per diem.*
Herb. Scord.

VII. *Methodus Medendi.*
1 Eo allaborandum, ut materia acris biliosa quam primum e corpore eliminetur, quod optime per Rhabarbarina & Clysteres obtinetur.
2 Interponenda & subjungenda sunt absorbentia & temperantia, parvis & repetitis potius quam majoribus dosibus exhibenda.
3 Dolores mitigentur per correcta Anodyna, caute reliquis remediis conjungenda.
4 Partes relaxatæ roborentur interne per tonica & amara; externe per Fomenta, & Epithemata sicca.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.
1 Ab omnibus stimulantibus & fortioribus evacuantibus abstinendum est.
2 Nitrosa etiam non adeo large exhibere convenit, diluta tamen in potu commendari possunt.
3 Sufficiens potus haud denegandus est, repetitis potius vicibus quam largioribus haustibus & quidem tepidum eundem assumere decet.
4 Adstringentia & Opiata fugienda sunt.
5 Extractum Corticis Schacar. sicuti in omnibus fluxibus alvinis ita & in hoc egregie sese gerit.
6 Clysteres, qui injiciuntur sint primo abstergentes, mucilaginosi, postea subadstringentes & tonici.

Caput Tertium,

De

Tumore Abdominis.

I. *Definitio.* Tumor abdominis est deformis Ventris Intumescentia a puerperio remanens & & ligaturæ abdominis post partum neglectæ præcipue originem debens.

II. *Differentia.*
Distinguitur facile ab aliis Ventris tumoribus. Hic enim immediate puerperium excipit, statarius fere est, & nulla alia nisi flatulenta quandoque incommoda post se ducit. Reliqui vero tumores, ut Ascitici, Tympanitici, Gravidarum ex aliis concurrentibus circumstantiis levi negotio dijudicantur.

III. *Signa.*
1 Turgities abdominis nulla notabili duritie sed mollitie potius conspicua.
2 Concursus facilis flatulentorum & torminosorum Pathematum.

IV. *Subjectum.*
1 Debitam abdominis post partum ligaturam negligentes.
2 Lochiali excretione minus bene depuratæ.
3 Quæ in Puerperio regimen Diæteticum haud curavere.

V. *Prognosis.*
1 Nihil mali involvit hic tumor, nisi quod aliqualem molestiam fœminis pariat.
2 Facile tamen affectibus flatulentis & ataxiæ mensium occasionem subministrat.
3 Quod si diutius jam subsitit, Medicique auxilium neglectum est, Curationis spes fere frustranea est.

VI. *Remedia.*

1 Lenia Laxantia : Noduli laxativi ex Rhabarb. Senn. Fibr. Helleb. nigr. Tamarind. Sal. Angl. Cathart. amar. Cryſtall. Tartari . Sal. polychr. Pilulæ Balſamicæ D. D. Stahlii, Beccheri, Orphanotroph. Halens.

2 Reſolventia & Carminativa : Rad. Caryoph. Helen. Bryon. Taraxac. Pimpinell. alb. Herb. Abſinth. Chæref. Beton. Fumar. Capill. ♀ris , Origan. Cuſcut. Tart. Vitriol. Arcan. dupl. Tart. Tartariſ. Liq. terræ. fol. Tartari, Eſſentia Carmin. Wedel. Cort. ☉rum. Liq. C. C. Succin. Spir. ſalis ammon. aniſat. Externe Linimenta ex ♂♀ Chamom. Matricar. Aneth Menth. criſp. lumbr. terreſtr. N. M. expreſſ. Balnea ex Rad. Ariſtol. rot. Bryon. Herb. Meliſſ. Artemiſ. Ror. mar. Abrotan. Bacc. Laur. Sem. Lini.

3 Tonica, Martialia : Tinct. Vitriol. ♂tis Ludov. Zwelferi, e Pom. Cydon. Helleborat. Wedelii.

Formulæ Remediorum.

1 Nodulus laxans.

℞. *Rad. Bryon.* *Cryſtall. Tartari* ℥ß.
Pimpinell. alb. *Sem. Fœnic.*
Polypod. Qu. ℥ß *Cort. Winteran.* ℥iß.
Herb. Abſinth. *Inciſ. contuſ. infund.* ℔j.
Beton. ▽ *fervent. et* ℔ij. *Vin.*
Origan. ℳß. *Generoſ.*
Fol. Senn. ſ. ſt. ℥j. *Doſ.* ℥vj. *viij. alternis diebus.*
Rhabarb. elect. ʒiij.
Fibr. Helleb. nigr. ʒij.

2 Pilulæ laxantes.

℞. *Pil. Beccher.* ℥ß. *quotidie gr. XV.*
Uſurpentur per 14. dies

3 Eſſentia Carminativo-diſcutiens.

℞. *Eſſent. cort. Aurant.* ʒij. *ms. uſurpentur bis per diem gutt.* 30.
Alexiph. Stahlii ʒi.

4 Alia.

℞. *Eſſent. Carminat. Wedel* ʒij. *Mac.* ʒß. *ms. uſurpetur, ut præcedens.*
Cort. ☉rum. ʒj.

5 Alia Tonica.

℞. *Tinct. ♂tis Helleborat. Wed.* ʒiij. *Uſurpentur ſingulis mane gutt.* 30.

6 Linimentum Carminativum.

℞. ♂♀ *Chamom.* *Cer. par. ſ. Linim. Ventri calide inungendum.*
Matricar.
Caſtor. ā. ℥ß.
N. M. expr. ʒj.

VII. *Methodus Medendi.*

1 Ut uterus a reliquiis puerperii repurgetur, convenit nodulum laxativum, Pilulas Beccheri genuinas vel alia appropriata laxantia in uſum vocare.

2 Interponi & ſubjungi poſſunt, quæ materiam adhuc ſtagnantem incidunt & diſcutiunt.

3 Colophonis loco Tonica & præcipue Martialia correcta in uſum vocentur.

VIII. *Cautelæ* Practicæ.

1 A Fortioribus laxantibus ſibi cavendum eſt. Præ aliis in noſtro affectu laudem merentur Pilulæ Stahlianæ vel Beccherianæ veræ. Earundem tamen locum reſarcire poſſunt Noduli laxativi.

2 Carminativa calidiora aliaque interna, ſanguinem exagitantia minus conveniunt.

3 Evitentur eſculenta & potulenta, quæ multum flatuum generant, nec non cibi crudioris conſiſtentiæ.

4 Durante puerperio a laxantibus fortioribus omnino abſtinendum eſt. Noduli laxativi etiam finito demum puerperio in uſum vocentur.

5 Pilulæ vero Beccherianæ & Stahlianæ quovis tempore ſecure in uſum trahi poſſunt.

SECTIO V.

DE LACTANTIUM AFFECTIBUS.

CAPUT PRIMUM.

DE

Lactis Abundantia.

I. *Definitio.* LActis abundantia eſt Lactis juſto copioſior, quam recens natus requirit, in mammis productio, plerumque cum dolore & tumore, non raro etiam inflammatione mammarum conjuncta.

II. *Differentia.*

Eſt vel vera, a Matris ſaniori conſtitutione originem habens, vel accidentalis & notha, a ſuctione rariori vel intermiſſa infantis debilioris, mortui vel ablactati producta.

III. *Signa.*

1 Turgeſcunt mammæ & tumores nodoſi plures conſpiciuntur.

2 Lac tenue effluit & veſtimenta, mammis incumbentia, madefacit.

3 Conjungitur dolor plus minus exquiſitus.

4 Et niſi auxilium feratur, Inflammatio & abſceſſus mammarum ſuccedunt.

IV. *Subjectum.*

1 Vegetæ, plethoricæ, ſaniores & ſucculentæ.

2 Alimentis evchymis in largiori quantitate utentes.

3 Infantes diutius a mammis arcentes.

4 Debiliores infantes vel nimis parvos poſſidentes.

5 Vitæ otioſæ & ſedentariæ aſſuetæ.

6 Puerperæ ſaniores poſt aliquot demum dies fœtum mammis apponentes.

7 Fœtu vel infantibus ſuis privatæ.

V. *Prognoſis.*

1 Abundantia Lactis facillime tumores & nodoſas collectiones poſt ſe ducit.

2 Non raro etiam Inflammationes & Abſceſſus mammarum ſuccedunt, quæ inſignes dolores Lactantibus pariunt.

VI. *Remedia.*

1 Suctio ab alio infante vel catulo, mammis applicato, vel fœminis pauperculis ad hanc rem ſeſe offerentibus, vel ipſa Lactante pervitra facienda; nec non Emulſio Mammarum.

2 Venæſectio vel Scarificatio in plethoricis, Diæta parcior, lenia laxantia per Mannam, Panaceam ſolutivam, Sennam, Tamarindos, ſufficiens corporis labor.

3 Diſcutientia & lac plenarie conſumentia, interne: Eſſentia Alexipharmaca Stahlii, Tinct. Tartar. ♁ij, Arcan. dupl. Tartar. Vitriol. Sal. polychr. Glaſ. Tartar. Tartariſat. Vini & Aromatum uſus paululum largior. Externe: Herb. heder. terreſtr. Petroſel. Menth. Calaminth. Apii, Chæref. Sem. Coriandr. Agni caſt. Petroſel. Empl. Diaphoret. Mynſ. de Spermat. Cet. reſolv. D. Heinrici, Spiritus Vini Camphoratus, crocatus, inſtillatio lactis Lapidi ignito vel cadaveri mortuo.

Formulæ Remediorum.

1 Potio laxans.

℞. *Mann. Calabr.* ʒij. *Diſſol. in* ▽ *fragor.* ʒiv.
Sal. polych. ʒj. *Colat. d. pro j. vice.*

2 Pulvis Laxans.

℞. *Magnes. alb.* ʒij. *Emulſione amygd. d.*
Uſurpetur in potu vel in *D. pro 1. vice.*

3 Eſ-

3 Essentia discutiens.
℞. *Esseut.alexiph.Stahlii* ms *d.30.gutt. bis per diem.*
Pimpinell.alb.ā ʒiß.

4 Alia.
℞. *Tinct.♂ij.Tartar.*ʒij. ms *usurpetur, ut præcedent.*
Essent.alexiph.Stahlii ʒj.

5 Epithema Discutiens.
℞. *Herb.Chæref.rec.* *Menth.ā* Mß.
Petrosel. *Incis.applicentur.*

6 Sparadrapum emolliens & discutiens.
℞. *Sev.hircin.*ʒß. *Liquefactis inting. linteum*
*Cer.Virg.*ʒij. *& applica.*
℥ ♂ *chæref.*ʒiij.

7 Emplastrum resolvens.
℞. *Emplastr.e Spermat.Cet.* ʒij. *Malax.* ♂ ℥ *chæref. & applic.mammis.*

8 Aliud.
℞. *Empl.resolv.Heinr.* ʒß. *Malax.* ♀℥ *Menth.& appl.*

VII. *Methodus Medendi.*
1 In vera abundantia sanguinis ab alimento superfluo proveniente frequens infantis proprii vel etiam alius applicatio optimum remedium est. Resarcire quoque hoc officium potest catulus recens, vel fœmina quæpiam. His vero deficientibus instituatur Emulsio.
2 Eodem in casu convenit Venæsectio & Scarificatio, nec non leniora laxantia, motus corporis & Diæta parcior.
3 In negligentiori Infantis appositione Lactans officii sui commonefacienda est.
4 Si infans nimis debilis est, alius applicetur infans, vel mammæ emulgeantur.
5 Si Puerpera haud nutrire velit infantem vel nutritum ablactare, adhibeantur præter interna, externa præcipue, quæ lac discutiunt & plenarie dissipant.

VIII. *Cautelæ Practicæ & Observationes.*
1 Si Puerperæ post partum nimis sero fœtum suum mammis applicant, in tumores & non raro inflammationes mammarum incidunt.
2 Rad. Armor. Acet. infusa aut alio modo assumta lac imminuere creditur.
3 Waldschmidius loco Empl. sperm. cet. Cinnab. nat. cum ▽ Fl. Samb. vel cera efficaciter applicari asserit.
4 Frigida, & humidiora externe minime conveniunt.
5 Venæsectio in pede & mensium fluxus lactis proventui largiori aliquantisper resistunt.

Caput Secundum,

DE

Defectu Lactis,

I. *Definitio.*
Defectus Lactis est minor, quam ad fœtum nutriendum requiritur, Lactis copia, a variis causis originem habens.

II. *Differentia.*
Est vel totalis, quando ob senium, nutrimenti defectum, morbos concurrentes acutos aut alios chronicos plane nihil lactis in mammis generatur; vel partialis, ubi nutrix lacte non omnino destituitur, sufficiente tamen pro fœtu alendo irrorandoque haud instructa est.

III. *Signa.*
1 Infantes sufficiens lac in mammis haud invenientes clamitant continuo & inquieti sunt.
2 Pannos, quibus involvuntur, rarius & parum madefaciunt.
3 Nullum corporis incrementum capiunt.
4 Mammæ vero Lactantium sunt vel flaccidæ vel carnosæ nimis, turgitie conveniente, Lactis abundantiam præ se ferente, destitutæ.

IV. *Subjectum.*
1 Mulieres debiles, temperamenti calidioris ac siccioris.
2 Morbis acutis vel chronicis laborantes.
3 Infantem rarius mammis apponentes.
4 Animi pathematibus, præprimis mœrore, nec non Qre fortius agitatę.
5 Victu conveniente destitutæ.
6 Parum bibentes & lac crassius generantes.
7 Vigiliis quoque nimiis & laboribus necessarium corporis alimentum consumentes.
8 Immodicas mensium vel lochiorum excretiones passæ.
9 Diutius jam Lactationis munere functę.

V. *Prognosis.*
1 Quod si in organis lactis generationi destinatis lateat vitium, defectus lactis difficillime corrigitur.
2 Qui a causis occasionalibus, morbis acutis vel chronicis, animi pathematibus, Dięta incongrua originem sumit, his mox remotis, medelam admittit.
3 Insignem defectum Lactis sufficienti ejusdem copiæ subito succedere, sępius vel morbos graviores vel philtra innuit.

VI. *Remedia.*
1 Lacti materiam convenientem submini strant alimenta evchyma & evpepta; Pineę, Amygdalę d. Pistacię, Avellanę, Pulticulę ex Hordeo, Oryza, Avena, ova Sorbilia, Lac Vaccinum, ovinum, caprinum, asininum, juscula Carnium tenuium, Vitulin. Agnin. Caponum, Gallinarum, Sem. Coriandr. Fœnic. Cumin. Nigell. flor. Sambuc. Lardum, cum lacte decocta, Gelatinę C.C. & Eboris amygdalatę.
2 Salsedinem seri corrigunt Lumbr. terrestr. Crystall. mont. ppt. Lac. Lun.
3 Sanguinem sicciorem temperant Nitrata, Emulsiones, Gelatinę, Potus sufficiens.

Formulæ Remediorum.

1 Decoctum nutriens.
℞. *Flor.Sambuc.Mj.* *Coq.in Lact.Vaccin.*℔ij.*d.*
*Sem. Fœnic.*ʒii. *4. vicibus.*

2 Emulsio nutriens.
℞. *Amyg.d.exc.*ʒi. *Edulc.Sacchar.albiss.*ʒß.
*Pinear.mund.*ʒß *Add.Lact.Lun.*ℨii.
*c.Decoct.C.C.*ʒviii. *D.pro 2. vicibus.*
F.l.a Emuls.

3 Pulvis Lac augens.
℞. *Sem.Anis.* *Sacchar.albiss.*ʒiß.
*Fœnic.*ʒ ʒß. ms *F.Pulv.bis, ter per diem*
*Nigell.*ʒiß. *ad* ℨi. *sumendus.*

4 Alius in Salsedine Lactis.
℞. *Crystall.mont.ppt.*ʒii. *Macis* ℨß.
*Lumbric.terrestr.ppt.*ℨii. *Sacchar.albiss.*ʒii.
*Sem.Fœnic.*ʒß. ms. *Dos.*ʒß: *in jusculo.*

5 Alius.
℞. *Lact.Lun.* *Card.Mar.ā* ʒi.
Crystall.ppt.ā ʒiß. ms *F. Pulv. d. bis, ter per*
Sem. Nigell. *diem* ℨi.

6 Pulvis temperans.
℞. *Crystall.mont.ppt.* *Cinnab.*♂ii.ʒi.
Lact. Lun. ms *F. Pulv. Dos. & usus ut*
Nitri depurat. ā ʒi. *præcedentis.*

VII. *Methodus Medendi.*
1 Ubi nutrimenti defectus adest, commendentur alimenta potius bene nutrientia, quam medicamenta.
2 Quod si vero Lactis defectus a morbis concurrentibus originem suam sumat, horum ante omnia ratio habeatur; his quippe profligatis, eo melius per alimenta modo commendata restitui poterit Lactis copia.
3 In prędente Salsedine seri adhibeantur absorbentia, prędmissa leni laxatione per Mannam aut Pilulas Stahlianas vel Beccherianas.
4 Quando temperamentum siccius, Cholericum vel Melancholicum proventum lactis impedit, commendentur

dentur ſufficiens potus Thee, Hordei toſti, Emulſiones, Gelatinæ & in orgaſmo Sanguinis Nitrata.

VIII. *Cautelæ & Obſervationes.*

1 Sæpiſſime Lactis defectus non in utraque ſed una tantum mamma obſervatur, quod plerumque a diverſa diſpoſitione glandularum & tubulorum dependet.

2 Cucurbitulas dorſo applicatas lactis abundantiam imminuere experientia teſtatur.

3 Frictiones ſanguinem ad mammas invitant; ſed cavendum, ne fortius inſtituantur & inflammationi mammarum anſa præbeatur.

4 Lapis Galactites, tanquam Amuletum collo appenſus, vim ſuam ſpecificam in producendo lacte nondum confirmavit.

CAPUT TERTIUM,

DE

Lactis Vitiis.

I. *Definitio.* LActis Vitia ſunt Lactis qualitatis læſiones, a diverſis cauſis originem ſuam ſumentes.

II. *Differentia.*

Lac in qualitate ſua læſum differt:

1 Ratione conſiſtentiæ: aliud eſt aquoſum nimis & tenue, craſſum aliud, coagulatum, mucidum.

2 Ratione ſaporis: aliud eſt falſum, acidum aliud, aliud bilioſo-acre.

3 Ratione coloris: aliud eſt flavum vel ſubviride, ſubcæruleum aliud.

4 Ratione odoris: acidum aliud, aliud ingrati odoris.

5 Differt a Lacte ſano, quod eſt albiſſimum, dulciſſimum, grati odoris, & debitæ conſiſtentiæ, guttatim unguibus inſtillatum haud defluens.

III. *Signa.*

a Lactis tenuis & aquoſi:

1 Unguibus guttatim inſtillatum inſtar aquæ ſtatim diffluit.

2 In vaſcula vel cochlearia collectum parum cremoris præbet, plurimum vero ſeri.

b Craſſioris & mucidioris.

1 Signa fere contraria, unguibus inſtillatum iiſdem firmiter inhæret.

2 Parum ſeri vaſculis exceptum exhibet.

3 Difficulter e papillis prodit.

4 Glandulas mammarum aliquando turgidas reddit & obſtruit.

c Bilioſo-acris:

1 Cognoſcitur ex ſapore & non raro etiam odore.

2 Ejulatibus & torminibus ipſius infantis.

3 Excrementis bilioſis, viridibus, linteamina fere corrodentibus.

4 Siti præternaturali; aphthis & Convulſionibus non raro accedentibus.

IV. *Subjectum.*

a Lac tenue & aquoſum generant.

1 Phlegmaticæ & victu aquoſo utentes.

2 Omnes fere Puerperæ in lactationis initio, nec non provectioris ætatis fœminæ, alimento ſuperfluo deſtitutæ.

b Lac craſſius exhibent:

1 Vitæ ſedentariæ aſſuetæ & parcius bibentes.

2 Cibis craſſioribus, mucidioribus utentes.

3 Sudoribus nimiis, & diarrhœis fero ſuo privatæ.

4 Animi Pathematibus, mœrori & triſtitiæ obnoxiæ.

c Lac bilioſo-acre producunt:

1 Cholericæ, iracundiæ deditæ.

2 Salſis, aromatibus, acidis abutentes, & Vinum largius ingurgitantes.

V. *Prognoſis.*

1 A lacte tenuiori infantes nulla capiunt augmenta & ſæpius Diarrhœas incurrunt.

2 Lac acre bilioſum Vomitus, Diarrhœas, tormina inſignia, ſpaſmos inteſtinorum & non raro Convulſiones in infantibus producit.

3 Sæpius quoque aphthæ infantum & prunellodes faucium affectus exinde originem habent.

4 Lac ſola ſalſedine peccans, frequentiſſime intertriginis, aliorumque cutis affectuum cauſa eſt.

5 A lacte craſſiori infantes non ſatis irrigantur: hinc vigiliæ & ejulatus continui.

6 Idem lac, mucidos pectoris & glandularum Meſenterii obſtructiones producit.

VI. *Remedia.*

a Lactis tenuioris.

1 Laxantia Phlegmagoga: Noduli laxativi, Sal. Cathart. amar. Pilul. Stahl. & Beccherianæ Extract. Helleb. nigr. panchym. Croll. Specif. Jalappin. Pulvis Cornachin.

2 Stomachica & exiccantia: Pulv. Stomach. Birckm. Quercet. Trag. ſuav. Spec. Diagalang. Diacinam. Imperat. Eſſent. Cort. ⊙rum, Macis, Abſinth.

3 Diæta ſiccior: Aromatum & Vini generoſi uſus, Carnes aſſatæ.

b Lactis craſſioris & mucidioris:

1 Laxantia Melanagoga: Polypod. Epithym. Senna ſub Infuſorum forma, Mercurius dulcis, Pil. Beccheri.

2 Incidentia & Reſolventia: Eſſentia Alexiph. Stahlii, Pimpinell. alb. Tinct. Qii tartar. Sal. Polychr. Glaſ. Tart. Vitr. Arcan. dupl. Rad. Ari ppt. Galang. Zedoar. Helen. Cort. ⊙rum.

3 Diluentia: Potus Thee, Caffe, Hord. toſt. Gelatin. C C. Ebor.

c Bilioſo-acris & Salſi:

1 Laxantia Cholagoga: Rhabarbarum, Manna, Caſſia, Tamarind. Pilulæ Beccheri, Stahlii.

2 Acrimoniam obtundentia & diluentia: Oc. ♋ ppt. Conch. ppt. C. C. phil. ppt. Cryſtall. mont. ppt. Gelatin. C.C. Ebor. Crem. Hord.

Formulæ Remediorum.

Nodulus laxativus.

℞. *Rad. Vincetox.* *Fibr. Helleb. nigr.*
Helen. *Agar. albiſſ. ā* ʒij.
Bryon. ā ʒſs. *Salis Cathart. amar.* ʒiij.
Herb. Card. Bened. *Sem. Fœnic.* ʒiſs.
Capill. Qris. *Inciſ. d. ad ch. infund. in* ℔ij.
Fumar. ā Mſs. ▽ *fervent. & totidem*
Fl. Geniſt. p. j. *Vini Generoſi* ℔ß.
Cort. ⊙rum. ʒij. *Uſupentur alternis diebus*
Fol. Senn. ſ. ſt. ʒj. ʒvj. viij.
Rhabarb. electi. ʒſs.

2 Infuſum laxans.

℞. *Fol. Senn. ſ. ſt.* ʒſs. *brod. prun. dulc.*
Rhab. el. ʒiſs. *Mane bulliant parum; Co-*
Crem. Tart. ℈ij. *latura clara calide aſ-*
Infund. per noct. in ▽ *ſ. vel* *ſumatur.*

3 Potio Mannata.

℞. *Tamarind.* ʒſs. *Coq. in ſ. q.* ▽ *ſ. in Colat.*
Rhabarb. el. ʒij. ʒiiiſs.
Salis polychr. ʒſs. *Diſſolv. Mann. Calabr.* ʒiſs.

4 Pulvis Stomachicus.

℞. *Pulv. Stomach. Birckm.* *Fl. Cent. min.*
ʒij. *Crem. Tart. ā* ʒj.
Herb. Card. Bened. *F. Pulv. bis vel ter per diem*
Cort. ⊙rum. *ad* ℈j. *aſſumendus.*

5 Eſſentia Stomachica.

℞. *Eſſent. Abſinth.* *ms Doſ. gutt.* 30. *bis per*
Cort. ⊙rum ā ʒiſs. *diem.*
Mac. ℈ij.

6 Eſſentia incidens.

℞. *Eſſent. alexiph. Stahlii.* *ms Uſurpetur, ut præcedens.*
Pimp. alb. ā ʒij.

7 Alia.

℞. *Eſſent. alexiph. Stahlii.* *ms. Uſus ut præcedentis.*
Tinct. Tartar. ā ʒiſs.

8 Pulvis contra acredinem.

℞. *Oc.* ♋ *ppt.* *Cryſtall. mont. pp.*

C.C.

℞. *C.C.phil.ppt.ʒ* ij. *Nitri depurat. Salis polychr.ā* ℥ß. *ms F.Pulv.Doſ.* ℈j. *bis vel ter per diem.*

9 Gelatina.

℞. *Gelatin.C.C. Ebor.ā* ʒiv. *m.d.ad.Vaſe.* *Quotidie ad 4. 5. cochlearia ſumenda.*

VII. *Methodus Medendi.*

Secundum varietatem vitiorum Lactis Cura variat.

a In Lacte tenuiori:
1 Laxantia leniora in uſum trahenda ſunt.
2 Subjungantur Stomachica & Balſamica, vigorem balſamumque ſanguinis reſtituentia.
3 Inprimis Diæta conveniens inſtituatur, ſerum ſuperfluum diſcutiens & per urinarias vias educens.

b In Lacte ſimpliciter craſſo:
1 Adhibeantur diluentia, Gelatinoſa, potus ſufficiens.
2 Evitetur Aromatum & Vini abuſus.

c In Lacte craſſo & ſimul mucido.
1 In uſum trahantur Laxantia, mucorem incidentia & evacuantia.
2 Interponantur & ſubjungantur reſolventia & incidentia ſalina, diuretica efficacia inſtructa.

d In ſalſedine & acrimonia bilioſa:
1 Poſt evacuationem per Rhabarbarum, Caſſiam, Tamarindos, præſcribantur abſorbentia, acrimoniam humorum deſtruentia,
2 Commendentur Gelatinoſa, Mucilaginoſa.
3 Diſſuadeantur Aromatica, ſpirituoſa, animique pathematum furor.

VIII. *Cautelæ Practicæ & Obſervationes.*

1 In Nutricibus lactantibus non tantum Lac, ſed & aliæ circumſtantiæ examinandæ, ne lue, qua ſæpius laborant, delicatulos inficiant.
2 Mores perverſos per lac infantibus haud communicari certiſſimum eſt.
3 Quandoque, licet rariſſime, lac tales refert colores, quibus alimenta vel medicamenta a Nutricibus aſſumta prædita erant, quale quid de Rhabarbaro & Vino ſupra ceraſa recentia infuſo M. N. C. Dec. II. A. VI. teſtantur.
4 Acidorum, Salſorum, Aromaticorum, & Spirituoſorum abuſus Lacti ſummopere nocuus eſt.
5 Diæta quoque valde cruda, niſi Natura robuſtior & labor ſtrenuus concurrat, parum emolumenti lacti præſtare poteſt.
6 Frigus mammis lacte turgidis inimicum eſt; unde ab eodem ſibi cavendum.
7 Lac tenue in puerperis primis diebus occurrens nullam medelam expoſcit, inſervit potius meliori meconii evacuationi.
8 Nihil magis detrimenti lacti affert, quam animi pathematum furor; unde vitandus.
9 Ubi autem ex improviſo dominium jam ſuum exercuit, ibi laxantia, abſorbentia & mammarum Emulctus in auxilium vocanda ſunt, arcendo infantem per aliquot tempus a mammis.
10 Nutricibus & Lactantibus Vinum haud in largiori quantitate exhibendum eſt; exiccat enim lac & ſpirituoſum nimis reddit, infanti parum deinde proficuum.
11 Menſium fluxus, durante lactatione, ſeſe ſiſtens, varias ſæpe alterationes excitat.
12 Infantes delicatiores a frigida & fructibus horæis, a Nutricibus clam ſæpius ingeſta, graviter afficiuntur; unde talia interdicenda ſunt.
13 Optimum Lac a Matre ipſa petitur: Nutricum enim plerumque plura conjuncta habet incommoda,

CAPUT QUARTUM.

DE

Tumore Apoſtematode Mammarum.

I. *Definitio.* TUmor Mammarum apoſtematodes eſt inflammatio earundem cum dolore, & rubore ad abſceſſum vergente conjuncta, a ſanguinis lactiſque ſtagnatione originem ducens.

II. *Differentia.*
1 Differt a Scirrho Mammarum, ubi nulla inflammatio, ſed tantum durities in hac vel illa Mammarum parte & quidem abſque dolore & rubore occurrit.
2 A Cancro quomodo diſtinguatur, vid. Tab. de Cancro.
3 A Collectionibus Mammarum nodoſis, affluxui uberiori lactis, ejuſque ſtagnationi originem debentibus, & nulla adhuc inflammatione ſtipatis.

III. *Signa.*
1 Cognoſcitur ex tumore duro ab initio, inflammatione, dolore & rubore ſtipato.
2 Doloris ſenſus eſt pulſatorius, cui ſemper febricula aliqua jungitur.
3 Appetitus fere eſt proſtratus, ſitis vero ſolito auctior.
4 Quando abſceſſus formatus eſt, in medio Inflammationis punctum albicans ſeſe conſpiciendum præbet, quod inciſum, vel ſponte ruptum, pus & ichorem in larga ſæpius quantitate fundit.
5 Rupto abſceſſu & evacuato pure, omnis fere dolor diſparet & reliqua etiam ſymptomata imminuuntur.

IV. *Subjectum.*
1 Plethoricæ, ſanguineæ, ſucculentum Corporis habitum præ ſe ferentes.
2 Lactis copiam largiorem generantes, nec eadem debito modo liberatæ.
3 Primiparæ, in quibus tubuli mammarum nondum ſatis pervii ſunt.
4 Quæ infantes ſubito ablactant.
5 Eryſipelaceis mammarum affectibus obnoxiæ.
6 Quæ mammas lacte turgidas frigido aeri expoſuere.

V. *Prognoſis.*
1 Inflammatio mammarum quo diffuſior eſt, eo exquiſitiores dolores conjunctos habet.
2 Tumorem durum ſenſim ad mollitiem vergere, abſceſſum ſuccedere innuit.
3 Periculoſa haud eſt hæc inflammatio; quando tamen perverſe tractatur, in fiſtulas, ſcirrhos & cancros abire poteſt.
4 Quando abſceſſus formatus eſt & ſponte haud rumpitur, inciſio vero negligitur, tunc materia purulenta partes vicinas inficit, ſinuſque difficulter poſtea curabiles ſibi format.

VI. *Remedia.*
1 Laxantia leniora: Pilulæ Balſamicæ D. Stahlii, Becheri, & noſtrates, Manna, Rhabarbarum, Senna, Panacea Solutiva.
2 Abſorbentia & Diaphoretica fixa cum Nitratis & Cinnabarinis; Oc, ♋ ppt. Conch. ppt. C. C. phil. ppt. ♁ diaph. Bezoard. min. Sal. ♁tum, depuratum, perlat. Cinnab. ♁ii, nativ. ppt.
3 Diſcutientia externa: Empl. reſolv. D. Heinrici, e ſpermat. Cet. diaphoret. Mynſ. Melilot. Spiritus Vini Camphorat. crocat.
4 Maturantia; Empl. filii Zachariæ, e Mucilaginibus, Diachyl. ſimpl. & cum gumm. anatice commixta.
5 Mundificantia & Balſamica; Liquam. Myrrh. Eſſentia Myrrh. Succini, Spiritus Terebinth. Balſam Sulph. Terebinth. Empl. diaſulph. Rulandi, Opodeldoch Paracelſi.

For.

Formulæ Remediorum.

1 Infusum laxans.

℞. *Fol. Senn. ſ. ſt.* ℥ij. *Mane bulliant parum ;*
Rhabarb. elect. ʒiiſs. *in Colat.* ℥iiiſs.
Cryſtall. Tart. ℈ij. *Diſſolv. Mann. Calabr.* ℥j.
Infund. per noct. in ſ. q. ▽ *ſ.* *ſumatur calide.*

2 Pilulæ Balſamicæ.

℞. *Pil. polychr. D. Stahlii* ʒiſs. *D. pro 2. vicibus.*

3 Pulvis Diapnoicus.

℞. *Conch. ppt.* ♁ *ii diaph.* *Nitr. perlat.* *Salis polychr. ā* ʒj. *Cinnab.* ♁ij. ℈ij. *ms ſ. Pulv. bis vel ter per diem ad* ℈j. *ſumendus.*

4 Emplaſtrum diſcutiens.

℞. *Empl. reſolv. D. Heinr.* ʒiſs. *Add. Camph. gr. vj. vel* ℈ſs *Applicetur loco dolenti.*
Malax. ○℅ *charef.*

5 Emplaſtrum maturans.

℞. *Emplaſtr. e Spermat. Cet.* *Diachyl. cum gum.* *ā* ʒiij. *Malax.* ○℅ *ovor. applicetur calide,*

6 Eſſentia mundificans.

℞. *Eſſent. Myrrh.* *Succin ā* ʒj. ℞ *Terbinth.* ℈j. *ms. applicetur guttatim cum plumaceolis.*

7 Emplaſtrum Conſolidans.

℞. *Emplaſtr. Diajulph Rulandi* ʒj. *Malaxat.* ○℅ *Nuc. jugland. applicetur.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 In Tumore & inflammatione Mammarum adhibeantur diſcutientia externa, internis temperantibus & diapnoicis ſimul in uſum vocatis.

2 Quando his nil obtinetur, & inflammatio ad abſceſſum vergit, maturantia ſubſtituenda ſunt.

3 Maturatione facta, aperiatur abſceſſus per lanceolam, niſi ſponte rumpatur.

4 Tandem pure evacuato & emollitione ſufficiente facta, mundificantia in uſum trahantur.

5 Caro vero luxurians, ſi quę concurrat, per lenia ſeptica tollatur.

VIII. *Cautelæ & Obſervationes.*

1 Ab initio a maturantibus & emollientibus deſiſtendum eſt, præſtat rem diſcutientibus aggredi.

2 Hoc tempore ſparadrapum Cera, Sevo Cervino & ○℅ roſarum liquefactis paratum officium præſtitiſſe ſæpius obſervavi.

3 Formulæ nimium aquoſæ, refrigerandi ſcopo commendatæ, plerumque magis incommodi quam emolumenti præſtant.

4 In nodoſis Collectionibus & Eryſipelaceis affectibus Emplaſtra reſolventia & ſparadrapa ſimilia egregium uſum habent.

5 Interna remedia nunquam negligenda ſunt, inprimis eo allaborandum, ut alvus quotidie officio reſpondeat, ne major ſanguinis affluxus ad mammas fiat.

6 Quando abſceſſus apertus eſt & difficulter ſanationem admittit, uſurpetur Balſamus Vulnerarius Kortholti, qui egregie mundificat & conſolidationem promovet.

CAPUT QUINTUM,

DE

Papillarum Fiſſuris.

I. *Definitio.* PApillarum Fiſſuræ ſunt ulcuſcula rimoſa in papillis lactantium occurrentia, valde molesta & inter ſugendum præcipue exquiſitiſſimum dolorem inferentia, ſanguinemque & ſchorem plerumque plorantia.

II. *Differentia.*

Aliæ ſunt majores, foveas fere majores in papillis formantes, aliæ minores, proprie ſic dictas ſciſſuras ſ. rhagades conſtituentes.

III. *Signa.*

1 Fiſſuræ modo majores, modo minores, in papillis occurrentes & ulcuſcula rimoſa formantes.

2 Effluxus ſanguinis vel ichoris præcipue inter ſugendum conſpicuus, ubi os infantis non raro ſanguinolentum redditur.

3 Acerbiſſimorum dolorum, eodem tempore maxime ſævientium, concurſus.

IV. *Subjectum.*

1 Primiparæ & juniores papillis tenerioribus gaudentes.

2 Ab infantibus robuſtioribus vulneratæ, per dentes vel fortiorem ſuctionem.

3 Aphtharum Infantum vitiis inquinatæ.

V. *Prognoſis.*

1 Præter ſummam moleſtiam & acerbiſſimos dolores nihil periculi inferunt.

2 Ob infantum tamen frequentiorem ſuctionem difficillime ſæpius ſanatur, niſi in principio medela adhibeatur.

3 Quando negligentius vel perverſe tractantur, corruptionem concipiunt & abſumuntur papillæ, ut poſtea ad Lactationis negotium prorſus ineptæ reddantur mulieres.

VI. *Remedia.*

1 Humores temperantia, abſorbentia & diaphoretica fixa: Oc. ♋♋ ppt. Conch. ppt. Unic. foſſ. C. C. phil. ppt. ♁ diaph. Bez. miner. cum Nitratis & Cinnabarinis conjungenda.

2 Diluentia & lubricantia: Potus Thee, Caffee, Hordei toſti, Gelat. C.C. Ebor. Emulſiones.

3 Demulcentia & Conſolidantia externa: ○℅ ovorum Lumbric. Cer. Lin. cum ovis conquaſſatum, Unguent. ○. de Glycirrhiza, Liq. Fl. Verbaſc. maris & Calend. in Clibano paratus, Butyrum cum floribus recentibus Calendulæ in formam linimenti redactus, oleum ſ. liquamen Myrrh.

4 Præſervantia: Suctio matura, mediante vitro ad hoc negotium parato, cupula cerea ante & poſt partum impoſita.

Formulæ Remediorum.

1 Unguentum abſtergens & conſolidans.

℞. *Unguent. æ min. Camph.* ℥ſs. ℥ſs. ○℅ *Tartar. per deliq.* *ms uſurpetur aliquoties per diem.*

2 Aliud.

℞. *Unguent. ○reum.* *de Liquir.* *ā* ʒij. *ms. uſurpetur ut prius.*

3 Aliud.

℞. *Flor. Calend. M*ſs. *Infund. in ſ. q. Butyr. rec.* *Ebullitione facta exprimatur & ſervetur ad uſum.*

4 Linimentum abſtergens & conſolidans.

℞. *Liquam. Myrrh. cum Vitell. ov. conquaſſand.* ℥ij. ○℅ *Cer.* *Lumbr. terreſtr. ā* ʒj. *ms Inungantur aliquoties per diem.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Quando acrimonia humorum ſubeſt, uſurpentur interna præcipitantia, diluentia & lubricantia.

2 Præcipue vero omni in caſu ad locum affectum intentio curatoria dirigatur, imponendo talia remedia papillis, quæ dolores demulcent, fiſſuras abſtergunt, eaſdemque tandem conſolidant.

3 Pro præſervatione adhibeantur remedia modo commendata.

VIII. *Cautelæ & Obſervationes.*

1 Suctio matura antequam lac craſſius evadat & ſtagnatione ſpiſſeſcat, plurimum pro præſervatione hujus mali valet.

2 Si Papillæ in mammarum ſubſtantia profundius deliteſcunt, vitra, ſugendi negotio deſtinata, in auxilium vocari poſſunt.

3 Nimiæ thoracis ſtricturæ, juvenculis propriæ, plurimum damni & mammis & papillis inferunt, unde ſerio diſſuadendæ ſunt.

4 Ut Topica eo melius effectum ſuum exerere poſſint, infans rarius papillis applicandus eſt.
5 Antequam infans ſugat, papillæ abſtergantur & poſt ſuctionem finitam topica denuo imponantur.
6 Laudant eximie Millepedes in Vino maceratos, expreſſos poſtea & impoſitos, quod experientiæ commendandum.
7 Poſt inunctionem topicorum foliolum lil. alb. vel paſſula major inverſa & ab acinis liberata egregie ſe gerit.
8 Ex fiſſura papillarum Nutricem quandam inſignem paſſionem hyſtericam contraxiſſe A. N. C. recenſent.

LIBER VIII.

DE

MORBIS INFANTUM.

CAPUT PRIMUM.

De Retentione Meconii.

I. *Definitio.* MEconii retentio eſt excrementorum fœtus nigricantium, Ventriculum, & inteſtina occupantium, neglecta evacuatio, pluribus gravibus ſymptomatibus poſthac viam ſternens.

II. *Signa.*
1 Meconium retentum vel inſufficienter evacuatum eſſe colligimus, ſi infans recens natus ἀπὸ & κάτω parum vel nihil materiæ mucido-viſcidæ nigricantis eliminavit.
2 Si continui clamores, inquietudines & pavores, tormina flatulenta, Convulſiones, dyſpnœa, Cardiogmus ſuccedunt.
3 Si tandem dejectiones decolores, bilioſæ æruginoſæ, vitellos ovorum referentes, ſequuntur, vel intercurrunt.

III. *Prognoſis.*
1 Quo minus Meconii evacuatum eſt, eo plura ſubſequi ſolent ſymptomata.
2 Retentum Meconium non tantum graviſſima excitat ſymptomata, ſed & non raro ipſam mortem poſt ſe ducit.
3 Torminibus Infantum gravioribus facillime accedunt Convulſiones.

IV. *Subjectum.*
1 Infantes, quibus poſt partum nihil evacuandi ſcopo exhibitum fuit.
2 Qui alvo ſunt ſtrictiori.
3 Quibus juſto citius alimenta ingeruntur.
4 Quibus Coloſtrum Matris denegatur.

V. *Remedia.*
1 Lubricantia & leniſſima evacuantia: ℥ amyd. d. cum ſaccharo ſubactum, ſyrup. e Cichor. c. Rhab. Roſ. ſolut. e Spina Cervin. Oxymel. Squillit. Butyrum recens cum Pulvere epil. March. & Trag. alb. commixtum, noſtratibus ſolenne, Pulticulæ e Manna, Aurum fulminans.
2 Laxantia leniora, puerperis & Nutricibus primis diebus exhibenda: Pilul. Beccheri, Stahlii, noſtrates balſamico-viſcerales.
3 Coloſtrum mox poſt partum fœtui ad ſugendum propinatum.
4 Abſorbentia, materiam acrem præcipitantia: Cryſtall. mont. ppt. Conch. ppt. Oc. ♋ ppt. ♁ diaph.
5 Temperantia, Mucilaginoſa: Crem. Hord. Gumm. Tragac. Arab. Mucilag. Sem. Cydon. Pſyll.
6 Anodyna: Cinnabaris ♁ii, Theriac. tantillum.

Formulæ Remediorum.

1 Pulticula evacuans.
℞. *Trag. alb.* ʒſs. *Butyr. rec. q. ſ. f. Pulticula, detur ſucceſſive.*
Pulv. epilept. March. ʒſs.

2 Alia.
℞. ○ ☾ *Amygd. dulc. rec.* ʒſs. *Sacchar. cand. alb. q. ſ. f. Pultic.*

3 Mixtura purgans.
℞. *Syr Rhabarb. ſimpl.* *detur ſucceſſive.*
Mann. liquid. ā ʒij.

4 Alia.
℞. *Syrup. e cichor. C. Rhab.* *ms uſurpetur, ut præcedens.*
Oxymel. ſquillit. ā ʒij.

5 Pulviſculus purgans.
℞. *Cryſtall. mont. ppt. gr.* iv. *ms detur in lacte cum pauco ſaccharo.*
Auri fulminant gr. ſs.

6 Pulvis temperans.
℞. *Conch. ppt.* ʒij. *Cinnab.* ♁ij & ʒſs.
Antimon. crud. Hung. ʒj. *ms f. Pulv. ad gr.* vj. vij. *cum Saccharo propinandus.*
Lumbr. terreſtr. ppt.

7 Pulvis reſolvens & evacuans.
℞. *Trag. alb.* ʒſs. *lacte bis, ter per diem exhibendus.*
Spermat. Cet. ʒj.
ms f. Pulv. cum pulte vel

8 Alius temperans & diſcutiens.
℞. *Sem. anis.* ʒj. *Sacchar. cand. viol.* ʒſs.
Lapp. ♋ *ppt.*
Cryſtall. mont. ppt. ā ʒj. *ms f. Pulv. uſurpetur, ut præcedens.*
Croc. Or gr. vj.

9 Anodynum.
℞. *Theriac. Andromach.* *vel* *Mithridat. Damocr.* *gr.* ſs. *vel gr.* j. *detur cum pulte vel lacte.*

VI. *Methodus Medendi.*
1 Pro præſervandis ſymptomatibus, retentum Meconium ſequentibus, optimum remedium eſt matura ejuſdem evacuatio.
2 Quando vero jam præſto ſunt, tunc in torminibus flatulentis & Cardiogmo, poſt lenem evacuationem, per Oxymel ſcylliticum & Syr. Roſ. Sol. vel Rad. irid. Flor. pulveriſat. ad gran. aliquot, ☉rium dulcem ad gr. j. ij. aut Clyſterem factam, adhibeantur temperantia & diſcutientia: Oc. ♋ ppt. Conch. ppt. ♁ium diaphoret. Bezoard. min. Confect. Anis. Sperma Cet. cum Trag. alb. commixtum, Sacculi ex Herb. Menth. Chamom. Matricar. Sem. Aneth. Ventri imponendi, vel Linimenta diſcutientia ex ○ Chamom. Abſinth. Matric. Aneth. Carv. N. M. expr. ventri calide inungenda.
3 Si Materia admodum acris, cauſtica, Convulſiones minitans, adfuerit, præſcribatur Aurum fulminans, quod omnia inquinamenta exturbat, ſed maximas, antequam effectum exerit, anxietates & Lipothymicos quaſi affectus excitat. Subjungantur deinde abſorbentia & mucilaginoſa.
4 In Diarrhœis bilioſis, æruginoſis & decoloribus exhibeantur etiam, poſt evacuantia & Clyſteres, abſorbentia & temperantia, nec non ſupra deſcriptus pulvis temperans, ſubjunctis ſubadſtringentibus leniſſimis.
5 In Nimiis vigiliis & inquietudinibus poſt uſurpata evacuantia & alterantia Anodyna correcta in refractiori doſi commendentur.

VII. *Cautelæ & Obſervationes.*
1 Mercurius dulcis Infantibus aliquot menſes habentibus ad gr. ij. iij. tuto exhiberi poteſt.
2 Uſum Auri fulminantis commendavit jam Etmullerus; ſed non admodum tenerrimis exhibendum, verum jam aliquot menſes natis; Convulſiones potentiſſime præcavet.
3 Celebrat Blaxer in torminibus Infantum flatulentis, Cardiogmo & aſthmaticis oppletionibus loco Mercurii dulcis Sulph. ♁ii tenerius, ſecundum Glauberi

præ-

præparationem præcipitatum cum acido Tart. a gr. $\frac{1}{4}$ ad gran. j.

4 Opiata non niſi in refracta doſi & poſt evacuantia & alterantia jam in uſum vocata ſunt exhibenda.

5 Adſtrigentia quoque eandem cautelam requirunt; alias eximium damnum exinde emergere poteſt.

CAPUT SECUNDUM,

DE

Aphthis.

I. *Definitio*. APhthæ ſunt puſtulæ oris & faucium, cum inflammatione, dolore & deglutionis difficultate conjunctæ, a ſanguinis & feri ſtagnatione originem habentes.

II. *Differentiæ*.

1 Ratione coloris: aliæ ſunt albicantes, aliæ rubræ, nigricantes aliæ, prout nimirum fortius vel mitius affligunt, diutius vel brevius ſubſiſtunt.

2 Ratione indolis: aliæ ſunt benignæ, quæ facile medicamentis cedunt, aliæ malignæ, exitum plerumque lethalem ſortitæ.

3 Ratione cauſæ morbificæ: aliæ ſunt idiopathicæ, abſque alio morbo occurrentes, aliæ ſymptomaticæ, morbis aliis eorumque perverſo regimini originem debentes.

III. *Signa*.

1 Puſtulæ parvæ elevatæ inſtar fere milii ſolis, Linguam & interiora faucium occupantes.

2 Dolorem & plerumque inflammationem aliquam coniunctam habentes.

3 Lingua inflata & cruſta alba obducta, cum deglutitione impedita.

4 Accedens, niſi cito proſpiciatur, vicinarum partium corruptio, cum ſubſequente morte.

IV. *Subjectum*.

1 Infantes cholerici, biliоſi, lac acrius ſugentes.

2 Corpore æſtuante frigido aeri expoſiti.

3 Medicamentis calidioribus tractati.

4 Quibus fauces & lingua nunquam abſterguntur.

5 In febres malignas aliaſque acutas incidentes, & perverſe tractati.

V. *Prognoſis*.

1 Idiopathicæ melioris ſunt præſagii quam ſymptomaticæ.

2 Quo magis fœtidum odorem ſpirant & ad nigredinem inclinant, eo periculoſiores ſunt.

3 Quo recentiores vero & magis albeſcentes, eo magis medicamentis obediunt.

4 Febribus acutis & malignis conjunctæ, quæcunque eæ fuerint, plerumque lethalem eventum portendunt.

VI. *Remedia*.

1 Abſtergentia: Decoctum Veronicæ, Salviæ, Saturejæ, addito pauco melle, vel Syrup. acriuſculis Dianuc. diamor. Mixtura ex ▽ Salv. Flor. Samb. Veron. Mel. roſat. & tantillo aluminis, pro abſterſione linguæ & faucium cum linteis vel pannis paululum aſperioribus.

2 Laxantia leniora: Syr. e Cich. c. Rhab. Pultic. Mann. Syr. Roſ. Sol. e Spin. Cerv. Pomor. laxativ.

3 Demulcentia interna: Mucilag. Sem. Pſyll. & Cydon. cum Mel. roſat. vel Rob. diamor. Emulſiones ex Sem. 4. frig. Card. Mar. Alth. Amygd. dulcibus & aquis appropriatis: Gelatin. C. C. Ebor. Cremor. Hord.

4 Diapnoica, febrem concurrentem diſcutientia: Oc: ♋ ppt. Conch. ppt. ♁ium diaph. Bez. miner. Nitr. depurat. perlat. Cinnab. ♁ii, ▽ diapnoicæ, Infuſa, ex herbis diſcutientibus & pectoralibus calide ſæpius propinata.

Formulæ Remediorum.

1 Decoctum abſtergens.

℞. *Herb. Veron. Agrimon. Ā* M ſ. *Coq. c. ▽ & Vin. Ā Colat.* ℥iij. — *Add. mel. roſat.* ℥j. *Pro abſterſione linguæ & faucium cum linteo Decocto imbuto*

2 Mixtura abſtergens fortior.

℞. ▽ *Sal. Prunell. Liguſtr. Ā* ℥iſs. *Rob. diamor.* — *Mel. roſat. Ā* ℥ſs. *Alum. uſt.* ℈j. *uſurpetur, ut præcedens.*

3 Laxans pro Infante bimeſtri.

℞. *Pulticul. Mann.* ℥j. — *D. ad lambendum.*

4 Aliud.

℞. *Syrup. e Spin. Cerv. e Cich. c.* — *Rhab. Ā* ℥iij. *ms d. ſucceſſive.*

5 Mixtura demulcens interna.

℞. *Mucilag. Sem. Pſyll. Cydon. C. ▽ Malv. extr. Ā* ℥ij. *▽ Jænic.* ℥j. — *Mel. roſat.* ℥vj. *ms d. ſæpius aliquid ad lambendum.*

6 Emulſio diſcutiens & refrigerans.

℞. *Amyd. dulc. exc.* ℥ij. *Sem. 4. fr. maj. Card. mar. Ā* ℥i. *C. ▽ Card. Mar. Veron. Lactuc. Ā* ℥ij. — *F. l. a. Emulſ. Edulc. Syrup. dialth. Fern.* ℥vj. *Add. Oc. ♋ ppt.* ℥ſs. *D. repetitis vicibus.*

7 Aqua diapnoica.

℞. ▽ *Fl. Samb. Card. Mar. Veron. Ā* ℥j. *Conch. ppt. ♁ii diaph. Ā* ℈i. *Nitr. perl.* ℈ſs. — *Cinnab. ♁ii. gr. vi. Tab. Man. xſt. ſimpl.* ℥iſs. *D. ſingulis 4. horis cochlear. 2.*

VII. *Methodus Medendi*.

1 Nutricis vel puerperæ habenda eſt ratio, ut lac acrius bilioſum corrigatur. Obtinetur hoc congrua Diæta, humectante, diluente, lubrica: vitando ſpirituoſa, aromatica, ſalſa, animi pathemata.

2 Ad ipſam partem affectam reſpiciatur, ut impuritates abſtergantur per mitiora primum, poſtea, his non ſufficientibus, per fortiora.

3 Ut affluxus humorum inhibeatur & impuritates ſimul evacuentur; inſtituatur lenis laxatio per Rhabarbarina vel Mannata.

4 Ubi affectus ſymptomaticæ affligit, ibi ad morbum primarium præcipue reſpicere convenit, haud neglectis tamen remediis parti affectæ debitis.

VIII. *Cautelæ & Obſervationes*.

1 Sæpius lingua cruſta fortiori albicante eſt obducta, ubi acriuſcula in uſum ſunt vocanda & lingua fauceſque bene abſtergendæ ſunt.

2 Laxantia in idiopathico ſtatu conveniunt, non item in ſymptomatico, cum febribus acutis conjuncto.

3 In hoc præprimis excretiones diapnoicæ æqualiter promoveantur; plerumque enim malum a calidiori regimine ortum habet.

4 Demulcentia, humectantia, Lubricantia & Infuſa Herbarum ſæpius propinata hoc in caſu eximium uſum habent.

5 Album Græcum ſpecificum plane effectum exerit. Cum vero in Gargariſmatibus hic locum haud habeat, decoquatur cum Speciebus pro potu ordinario.

6 Ab omnibus calidioribus medicamentis ſibi cavendum eſt quodcunque demum originem habeat malum.

7 In acutis ſæpius ab externa colli refrigeratione ortum ſuum ducit; unde eidem proſpiciendum eſt.

CAPUT TERTIUM.

DE

Intertrigine.

I. *Definitio.* INtertrigo eſt cuticulæ in variis corporis juncturis, ſub axillis, mento, in inguinibus, femoribus, nec non natibus, excoriatio, ſtagnationi ſudoris originem debens.

II. *Differentia.*
Diſtinguitur facile ab aliis corporis efflorescentiis ulcerosis, quæ ubique fere partium & ſub alia diverſaque facie ſeſe conſpiciendas præbent; Intertrigo vero non niſi in illis partibus, quæ aeri minus expoſitæ ſunt, ſudoremque excretum diutius conſervant, occurrit & plerumque in extima ſaltem cuticula ſedem ſuam figit.

III. *Signa.*
Cognoſcitur ipſo aſpectu: Rubet primo pars ardetque: poſtea in excoriationes cuticulæ exterioris abit, niſi remediis promte occurratur.

IV. *Subjectum.*
1 Infantes obeſi, ſudoribus largioribus expoſiti.
2 Qui urina acriori linteamina ſæpius madefaciunt.
3 Qui rarius abſterguntur, noviſque ſubinde linteaminibus haud proſpiciuntur.

V. *Prognoſis.*
1 Rarius aliquid mali exinde metuendum eſt.
2 Quod ſi tamen negligentius tractatur, ulceroſum aſſumit genium, ſatiſque refractarium aliquando ſeſe gerit.

VI. *Remedia.*
1 Exſiccantia: Lapis calaminaris, Tutia, Liquiritia, Creta, Ceruſſa, Amylum cum pauco Camphoræ.
2 Abſtergentia & Conſolidantia: Unguent. alb. Camphorat. e Min. Camph. Emplaſtr. Diapalm. Fol. Ariſtoloch. rot. Plantag. Gratiæ Dei impoſita.

Formulæ Remediorum.

4 Pulvis exſiccans & conſolidans egregius.
℞. *Cret. ignit. ſn* ▽ *extinct. & iterum exſiccat.* ℥ij. *Ceruſ. alb. Lap. Calamin. ā* ℥j. *Tut. ppt.* ℥j. *ms F. Pulv. ſubtiliſſ. in linteolis adſpergendus.*

2 Alius.
℞. *Lap. Calamin.* ʒij. *Tut. ppt.* ʒj. *Liquirit. Amyl. ā* ʒiſs. *Camph.* ʒſs. *ms ſ. Pulv. ſubtiliſſ.*

3 Linimentum abſtergens & exſiccans.
℞. *Litharg. c. ſ. q.* o℥ *ovo q. ſ. Liniment, Ceruſſ. ā* ʒiſs.

4 Aliud.
℞. *Unguent. e Min. Camphorat.* ℥ſs. *Balſam. Peruv.* ℈ſs. *ms*

VII. *Methodus Medendi.*
1 Præſervatio hujus mali conſiſtit in munda Infantum tractatione, ut debito tempore abluantur & novis linteaminibus involvantur.
2 Curatio vero expoſcit exſiccantia, aliquoties per diem inſpergenda.
3 Quando ulceraſcentia ſubeſt, adhibeantur abſtergentia fortiora, ſubjunctis conſolidantibus.
4 Si ab acrimonia ſanguinis malum foveatur, commendentur interne temperantia, lubricantia & demulcentia, in uſum ſimul vocatis lenibus laxantibus.

VIII. *Cautelæ & Obſervationes.*
1 Simpliciter oleoſa & nimis aquoſæ formulæ in intertrigine præprimis retractaria minus conducunt.
2 Officium ſæpius in poſteriori caſu haud explent exſiccantia, ſupra commendata, ſed opus eſt fortioribus abſtergentibus.
3 Non raro a calidiori Nutricis Dieta malum fovetur: unde congrua alimenta potuſque eidem commendanda ſunt.

CAPUT QUARTUM.

DE

Achoribus, Cruſta Lactea & Tinea.

I. *Definitio.*
a Achorum & Cruſtæ Lacteæ:
SUnt ulcera cruſtoſa, albicantia, in infantum Capitibus & Facie Lactationis tempore efflorescentia, humorem ichoroſo glutinoſum fundentia, & a vitiata ſeri qualitate ortum ſuum habentia.
b Tineæ:
Eſt Scabies ulceroſo-cruſtoſa, partem capitis capillatam occupans, eandemque ac præcedens affectus cauſam agnoſcens.

II. *Differentia.*
Differt uterque morbus ab aliis affectibus ſcabioſis ratione partis affectæ: in his univerſus corporis habitus, excepto fere capite, efflorescentiæ ſcabioſæ expoſitus eſt: in noſtris vero affectibus Caput præcipue laborat, reliquæque partes magis tutæ ſunt.

III. *Signa.*
a Achorum & Cruſtæ Lacteæ.
1 Antequam erumpunt, plerumque male ſeſe habent infantes, appetitus imminutione laborant & non raro phlogoſibus & horripilationibus alternantibus afficiuntur.
2 Antecedunt & concurrunt collectiones nodoſæ glandularum in collo præcipue conſpicuæ:
3 Tandem efflorescunt puſtulæ & ſenſim ſenſimque univerſum fere caput occupant.
4 Fundunt materiam viſcidam, ichoroſam, flavescentem, omnia fere cum pilis conglutinatam.
5 Ardore ſuo ſunt moleſtæ & inquietudinem, abinitio præprimis, infantibus cauſantur.
b Tineæ:
1 Efflorescit in Capitis parte capillata & ichoroſum humorem glutinoſumque, quandoque ſatis fœtidum, fundit.
2 Abit in ſquamas & ſurfures, dum in aliis locis denuo efflorescit.
3 Interdum cutis exeditur vel ſcalpendo vulneratur, ut ſanguis cum ſanie effluat.
4 Pruritu & ardoris ſenſu præprimis moleſta eſt, ut continuo fere ad ſcalpendum invitentur affligi.

IV. *Subjectum.*
1 Achoribus & cruſtæ lacteæ expoſiti ſunt infantes repleti, ſerum acrius viſcidiuſque poſſidentes.
2 Lac acre, falſum e nutricibus ſugentes.
3 Alimenta dyſpepta in larga quantitate aſſumentes.
4 Poſt ſudorem liberiori aeri expoſiti.
5 Tineam experiuntur pueri cacochymici, nullam Dietam obſervantes.
6 Serum acrius, falſum poſſidentes.
7 Cachectici & corpus a ſordibus non bene liberantes,
8 Pilos in majori quantitate generantes.
9 Hæreditariam a Parentibus habentes diſpoſitionem.

V. *Prognoſis.*
1 Uterque affectus nihil mali involvit, ſed pro purgatione Naturæ habendus eſt.
2 Quando vero materia incongruis tentaminibus repellitur, facillime aſthmata, Catarrhi ſuffocativi, Convulſiones, aut, quod adhuc melius, febres mali moris ſuccedunt.
3 Collectiones nodoſæ in collo occurrentes efflorescentia ſcabioſa & manante ſenſim ſenſimque diſcutiuntur,
4 Achores & cruſta lactea facilius curantur, quam Tinea, inprimis, ſi hæc jam ſit inveterata.
5 Tinea confirmata & rebellis plerumque Capillorum defluvium poſt ſe ducit.

6 Neglecta & perverſe tractata in Lepram abire poteſt.
7 Mitior provectiori puerorum ætate ſæpius ſponte remittit & optimam valetudinem comitem habet.
8 Quod etiam achores & cruſta lactea faciunt, quæ vegetos floridoſque plerumque infantes poſt ſe relinquunt.

VI. *Remedia.*

1 Laxantia: Rhabarbarum, Manna, Mechoacanna, Diacydon. lucid. Jal. Specif. Jalap. Pulv. Cornach. Panac. ſolut. ♃ius dulc.
2 Anticatarrhalia: Rad. Sarſapar. Ariſtol. rot. Bryon. Vincetox. Helen. Chin. Caryophyllat. Lapath. acut. Angel. Lign. Sanct. Saſſafr. Herb. Fumar. Saponar. Card. Bened. Fl. Samb. Sem. Aniſ. Aquileg. Tinct. ♃ii tartariſ. Tart. Eſſent. Succin. Antimon. crud. Hung. Lumbric. terreſtr. ppt.
3 Temperantia: Oc. ♋ ppt. Unic. foſſ. Conch. ppt. ♃ium diaph. Bez. mineral. Cinnab. ♃ii, nativ. ppt. Nitr. depurat. perlat.
4 Abſtergentia, exſiccantia & conſolidantia externa; Rad. Ariſtol. Lapath. acut. Helen. Fol. Nicot. Salv. in urina vel vino vel Lixivio communi decoquenda, Cret. Tut. ppt. Lap. Calaminar. Lithargyr. Ceruſſ. Liquir. Bryon. pulveretenus inſpergenda, oleum ovorum vel cheirinum cum ☉☾ philoſoph. Unguent. Enul. & Nicot. commiſcendum.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis purgans pro Infant. ſemeſtri.
℞. *Pulv. Cornachin. gr. vj. Q̃ii dulc. rit. parat. gr. j.* *ms d. pro 1. vice.*
2 Alius pro Bimulo.
℞. *Specif. Jalappin. ℈ß.* *Q̃ii dulc. rit. par. gr.* ij. *ms d. pro 1. vice.*
3 Potiuncula pro puero 8 annorum.
℞. *Syr. e cich. c. Rhab.* ▽ *Fl. acac. ℥ß. Diacydon. lucid. Jal. a.* ʒii. *Salis abſinth. gr.* iii. *ms pro 1. vice.*
4 Species pro potu Ordinario.
℞. *Rad. Sarſapar. Chin. Gramin. Liquir. a ℥ß. Raſ. Lign. Sanct. Saſſafr. Ebor. a* ʒiii. *Fl. til. pap. rh. a p. j. Sem. Anis. Aquileg. ā* ʒj. *Inciſ. contuſ. d. ad ch.*
5 Eſſentia anticatarrhalis.
℞. *Eſſ. Lign. Tinct. ♃ii tartariſ. a* ʒiß. *ms d. Nutrici quotidie* 30 *gutt.*
6 Alia.
℞. *Tinct. Tartar. acr.* ʒii. *Eſſent. Succin.* ʒj. *ms uſurpetur, ut præcedens.*
7 Pulvis expellens & temperans.
℞. *Conch. ppt. Oc. ♋ ppt. Antimon. crud. Hung. ā* ʒii. *Lumbr. terreſtr. ppt. Cinnab. ♃ii ā* ʒi. *ms f. Pulv. Doſ. varia, ratione ætatis.*
8 Decoctum abſtergens.
℞. *Rad. Lapath. acut.* ʒj. *Helen. Ariſtoloch. roſ. ā* ℥ß. *Herb. Sapon. M ß. Nicot. p. j. Coq. in Lixivio communi vel Urina puerorum, ablue Achores & poſt exſiccationem ☉☾ ovorum vel ceræ inunge.*
9 Unguentum Foreſti.
℞. *Vitel. Ovor. ad duritiem coct. N. XVI. Myrrh.* ʒj. *Rad. Ari* ℥ß. *Helleb. nigr. gr.* iv. *ms & coque in ferrea ſartagine abſque flamma, donec ſpumam emittat, tum exprimatur oleum, totieſque coque & exprime, donec ſpumam non amplius emittat, abjectis hinc fæcibus, oleum in vaſe clauſo ſervetur ad uſum.*
10 Oleum abſtergens & conſolidans.
℞. *Olei ovor.* ℥ß. *philoſoph.* ʒii. *ms inungatur bis per diem.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 In cruſta lactea & Achoribus non tantum infantes ſed & Nutrices ſunt expurgandi, ut ſanguinis ſeriique labes corrigatur.
2 Convenit hunc in finem laxantia ♃lia aliaque leniora in uſum trahere & aliquoties repetere.
3 Subjungantur & interponantur anticatarrhalia remedia, temperantia, leniterque expellentia.
4 Repurgato corpore externa abſtergentia & conſolidantia locum habent.
5 Tinea eandem expoſcit Methodum Medendi, eademque remedia ac cruſta lactea.
6 Si pili admodum conglutinati ſunt remediorumque applicationem impediunt, forcipe abſcindantur.
7 In ficoſa Tinea rebelli & refractaria applicans Dropacem, omnemque cutem corruptum cum eodem auferunt, vulneratumque poſtea caput debitis remediis priori ſuo nitori reſtituunt.

VIII. *Cautelæ Practicæ & Obſervationes.*

1 Cruſta Lactea & Tinea perite ſunt tractandæ, ne retropulſæ inſignia damna inducant.
2 Ab omnibus igitur repellentibus quam maxime ſibi cavendum eſt.
3 Ad hanc claſſem referuntur Adſtringentia, Sulphurata & formulæ nimium aquoſæ externe uſurpatæ.
4 Ut remedia eo melius effectum ſuum exerere poſſint, opus eſt Diæta congrua: alias optatus ſcopus haud obtinetur.
5 In cruſta lactea quidam Naſturtium frixum vel cum axungia porcina ſubactum cum fructu imponunt.
6 Alii ſpiritum tantum Vini ſimplicem vel myrrhatum applicant.
7 Satius eſt hos affectus cutaneos aliquandiu ſibi relinquere, quam juſto citius reprimere.

Plures Cautelas vid. in Tab. de Scabie.

CAPUT QUINTUM.

p ß

Dentitione Difficili.

I. *Definitio.* DEntitio difficilis eſt dentium cum ſummo dolore aliiſque gravioribus ſymptomatibus contingens eruptio, firmioribus plerumque gingivis originem ſuam debens.

II. *Differentia.*

Dentitio difficilis alia ſolito difficilius tantum procedit, nec ulla periculoſa conjuncta habet ſymptomata, alia eſt difficillima & vitæ diſcrimine ſtipata.

III. *Signa.*

1 Circa ſeptimum plerumque menſem dentes e gingivis prorumpunt & primo quidem canini, poſtea inciſores & tandem maxillares, nullo certo circa ſingulorum eruptionem ſervato ordine.
2 Qui tamen tardioris ſunt temperamenti poſt anni demum ſpatium aut ſerius dentes ſuos primos acquirunt.
3 Sentiunt tenelli pruritum in gingivis, dolori ſatis exquiſito conjunctum.
4 Digitis continuo gingivas contrectant & cibos calidos reſpuunt.
5 Copioſam Salivam ex ore emittunt.
6 Inquieti ſunt & continuo clamitant.
7 Gingivæ hinc inde tubercula & nodos, dentium erupturorum teſtes, formant.
8 In aliis Diarrhœa concurrit, ubi plerumque res facilius procedit.
9 In aliis vero alvus adſtricta eſt, cui febricula, quandoque ſatis intenſa, comes eſt, Convulſionibus non raro & intercurrentibus frequentibus pavoribus ſtipata.
10 Somnus hoc in caſu fere nullus, & appetitus proſtratus eſt.
11 Continuant hæc ſymptomata, remittuntque, donec Natura finem ſibi præfixum obtinuerit.

IV.

IV. *Subjectum*.
1 Difficiliori dentium eruptioni expositi sunt Infantes firmioribus & crassioribus gingivis præditi.
2 Cholerici simul & temperamenti activioris.
3 Adstrictione alvi laborantes.
4 Lacte acriori, salso & spissiori nutriti.

V. *Prognosis*.
1 Melius est infantes dentitione laborantes Vomitus & Diarrhœas pati, quam alvi constipationem.
2 Pavores frequentius occurrentes cum febricula intensiori Convulsiones minantur.
3 Gingivas superne albicantia referre puncta, dentes mox erupturos indicat.
4 Qui tam firmas habent gingivas, ut dentes haud erumpere possint, Convulsionibus non raro moriuntur.

VI. *Remedia*.
1 Laxantia leniora: Manna, Syr.ros.solut.e pom.laxat. Fl. pers. *Viol.* Clyster.
2 Diapnoica; Pulv. Bezoard. Hal. ▽ Fl. Samb. Scorzon. Fl. Til. Oc. ♋ ppt. C.C. Phil. ppt. Ung. Alc. ppt. Lumbr. terrestr. ppt. ♁ diaph. Bezoard. min. Cinnab. ♁ii, nativ. Nitr. pers. Sal. Prunell.
3 Demulcentia & Paregorica externa: Mucilago Sem. Psyll. & Cydon. cum. ▽ Alth. & Lactuc. extract. mel cum butyr. rec. permistum, ℥ Amygd. dulc. Pinguedines Lepor. Gallinarum, Anserum, Gingivis inunctæ, Baculi Liquiritiæ contusi & ad lambendum exhibiti.
4 Amuleta collo appensa & ad mordendum propinata: dens Lupi, Crystallus, Jaspis, argento inclusi, Radix Ireos flor.
5 Specifica: Sanguis recens e crista Galli nigricantis inunctus, chalybs septies & ultra candefactus & in lacte caprino vel muliebri extinctus, ad mordendum exhibitus, dentes Hominis, Equi primum nati, Viperæ masculæ, pellis Lupi, Lana agnina, Gingivis applicata, Cerebella Leporis, Gallinarum, Pullorum, cum Melle subacta & gingivis inuncta.

Formulæ Remediorum.

1 Potio Laxans.

℞. *Mann. Calabr.* ℥vj. ℈ß.
Salis polychr. gr. iij. *d. pro* 1. *vice.*
Dissolv. in ▽ *Fl. Til.*

2 Pulvis Laxans.

℞. *Specif. Jalappin. gr.* viij. *gr.* j.
Mercurii dulc. rit. par. *ms F. Pulv. d. pro* 1. *vice.*

3 Aqua diapnoica.

℞ ▽ *Fl. Til.* *Cinnab.* ♁ij.
Samb. *Nitr. perl. ā* ℈ß.
Card. Mar. ā ℥j. *Tab. e Succ. Citr.* ℥ß.
C.C. phil. ppt. *ms d. singulis* 4. *horis cochl.* ij.
♁ii *diaph. ā* ℈j.

4 Mucilago demulcens.

℞. *Mucilag. Sem. Psyll.* ▽ *Fl. Samb.* ℥vj.
Cydon. *Mel. rosat.* ℥ß.
c. ▽ *Malv. extract. a.* *ms pro inungendis Gingivis.*
℥ß.

5 Unguentum demulcens.

℞. *Butyr. recent.* *ms usurpetur, ut præcedens.*
Mel. rec. ā ℥ß.

6 Aliud.

℞. *Pingued. Gallinar.* ℥ *Amygd. d.* ℥j.
Lepor. ā ℥ii. *ms ut prius usurpandum.*

VII. *Methodus Medendi*.
1 Quando alvus est adstricta, aperire eandem convenit vel per Clysteres vel lene laxans.
2 In concursu febriculæ exhibeantur pulveres vel ▽ diapnoicæ.
3 Externe vero Gingivæ demulceantur per inunctionem emollientium & mucilaginosorum, exhibito simul dente lupi vel rad. Irid. flor. ad mordendum.
4 Nutrix vero utatur hoc tempore Diæta lubrica, diluente, ne sanguis & lac orgasmum concipiant & symptomata exacerbent,

VIII. *Cautelæ & Observationes*.
1 Sanguis e crista Galli & Cerebrum leporis humores vehementer alliciunt, & sæpissime malum adaugent.
2 Dentes variorum animalium nullam præ dente Lupi peculiarem habent efficaciam.
3 Quando Gingivæ admodum sunt firmæ, quidam incisionem per Lancettam suadent, sed cavendum, ne ulcera succedant.
4 In convulsionibus Infantum dentitionem difficilem secutis quidam Venæsectione cum fructu usi sunt.
5 Celebrat eandem tanquam Specificum Sydenhamius.
6 Salia volatilia neque in Convulsionibus neque febricula concurrentibus locum habent.

CAPUT SEXTUM.

DE

Nævis Maternis.

I. *Definitio*. NÆvi Materni sunt vitia s. maculæ diversæ figuræ, magnitudinis & coloris, exterue Infantis cuti impressæ, a fortiori Matris phantasia originem habentes.

II. *Differentia*.
1 Ratione figuræ: alii fructus: Cerasa, Fraga, Mora; alii animalcula varia: mures, araneas, vespertiliones, bufones; alii maculas tantum latas repræsentant.
2 Ratione coloris: diversi sunt, & rerum relatarum colorem plerumque imitantur.
3 Ratione partis affectæ: alii occurrunt in facie, alii in pectore, in femoribus alii, alii in aliis corporis partibus. Ubi notandum, quod illa præcipue fœtus pars lædi soleat, quam gravida in ipso phantasiæ fortioris conceptæ momento vel in suo corpore tetigit, vel in alio intensius intuita est.
4 Ad nævos quoque hosce referenda sunt varia in lucem allata conformationis vitia, ut labia leporina, defectus manuum, digitorum, brachiorum & similia, ex perversa imaginatione plerumque originem sumentia.

III. *Signa*.
1 Horum enarratione opus non est, cum ipso adspectu statim sese prodant.
2 Illud autem notandum, quod statim a partu non semper figuram suam legitimam, sed puncta tantum minora sæpius referant, quæ demum post aliquot menses elevantur & sensim sensimque augmenta capiunt, donec ad justam pervenerint magnitudinem & figuram.

IV. *Subjectum*.
1 Infantes, quorum matres rem aliquam insigni appetitu efflagitavere, nec ejusdem compotes factæ sunt.
2 Quæ mutilata membra vel alias res deformes ex improviso cum horrore adspexere.
3 Quæ ex subitaneo incendii, murium, bufonum similiumque rerum aspectu terrore graviori perculsæ sunt.

V. *Prognosis*.
1 Recentes magis medicationi obediunt, quam inveterati.
2 Quo latioris sunt ambitus & profundiores, eo difficilius curantur.

VI. *Remedia*.
1 Sympathetica: Secundinarum & Sanguinis lochialis recentis & adhuc calentis vel e Matre vel aliis puerperis desumti applicatio, manus mortua adhuc calens affricta, Lignum fulmine tactum, sanguis piscis Barbi, varia magnetica applicata; fructuum, quorum figuras referunt, primo anno collectorum, impositio.
2 Chirurgica: Exstirpatio vel per Sectionem vel per Cauterium potentiale, vel Ligaturas.

Formulæ Remediorum.

His opus non eſt, cum ipſæ res modo nominatæ illas abſolvant.

VII. *Methodus Medendi.*

1 Quando infantes adhuc ſunt teneriores & juniores, ſympathetica remedia tentare decet, ubi optimum ſæpius habent effectum.

2 His vero in caſſum adhibitis Chirurgicum auxilium implorandum

3 Si baſes nævorum anguſtæ magis quam latæ ſunt, inſtituantur ligaturæ, quæ hoc in caſu cum fructu in auxilium vocantur.

VIII. *Cautelæ & Obſervationes.*

1 Gravidæ præprimis a medio geſtationis tempore ad partum ſibi caveant ab animi pathematibus, & perverſis appetitibus: hoc enim tempore præcipue nævos corporibus Infantum imprimi obſervamus.

2 Sympathetica in ſubjectis ſenſibilioribus & junioribus locum habent, non item in aliis.

3 Commendant quidam pro exſtirpatione Spiritum Nitri, ſed caute cum eodem procedendum, ne frequentiori applicatione Inflammationes aliaque mala excitet.

4 In Sectione examinandum, annon vaſa ſanguifera majora ingrediantur nævum: quo in caſu debite ſibi proſpiciendum, ne hæmorrhagia gravior provocetur.

Caput Septimum.

De

Vermibus.

I. *Definitio.* Vermes ſunt Inſecta in Juniorum præcipue inteſtinis generata, calori partim deficienti, partim cruditati primarum viarum originem debentia.

II. *Differentia.*

1 Alii ſunt longi, teretes, Lumbricos terreſtres æmulantes, in inteſtinis præcipue, quandoque vero ipſo etiam Ventriculo, hoſpitantes.

2 Alii lati ſunt, dupliciſque obſervantur generis; vel enim ex pluribus minoribus, ſemen Cucurbitæ æmulantibus, ſibique invicem cohærentibus ſunt compoſiti, vel ſimpliciter abſque internodiis lati ſunt, plurium ulnarum longitudinem referentes, & ad inſtar glomeris quandoque convoluti, ubi *Taeniarium* nomen aſſumunt.

3 Alii ſunt teretes parvi, Vermiculis in caſeis reperiundis ſimiles, vel acus ſutorias majores figura referentes, in inteſtino recto præcipue ſtabulantes, *Aſcarides* vocati.

4 Interdum etiam alia generantur animalia in inteſtinorum cavo, cum inſolitis concurrentibus ſymptomatibus, ſicuti exempla ranarum, ſerpentum, vermium aculeatorum productorum proſtant.

III. *Signa.*

a Lumbricorum ſtricte ſic dictorum:

1 Frequens narium pruritus, & frictio.

2 Morſus atque Vellicatio ſtomachi tempore matutino præcipue contingens, cum multa ſputatione.

3 Ventris inflatio atque durities.

4 Pavores ſub ſomno, dentium ſtridores & non raro ſpaſmodici contractiones cum ſubſequentibus Convulſionibus.

5 Genarum inconſtans color, modo rubicundus, modo pallidus, oculorumque ſubſidentia.

6 Appetitus vagus, cum alvo modo liquida, modo obſtructa.

7 Inprimis vero appetentia ſingularis panis.

8 Siticuloſitas, præcipue matutino tempore.

9 Nauſea quandoque & Vomitus, ſi in Ventriculo hoſpitentur Lumbrici.

10 Urinæ turbidæ, crudæ, cum ſedimento albicante, furfureo.

11 Dolores Capitis, quandoque ſatis inſignes, interdum vero magis obtuſi.

12 Atrophia corporis & univerſalis fere flacciditas.

b Vermium latorum:

1 Præter nominata ſigna continua fere appetentia.

2 Morſus abdominis frequentes.

3 Summa corporis macilentia.

c Aſcaridum.

1 Plura modo nominatorum ſignorum.

2 Pruritus peculiaris in inteſtino recto, ægrotos mirum in modum diſcrucians, cum conjuncto teneſmo.

IV. *Subjectum.*

1 Lumbricis obnoxii ſunt pueri voraces, nullam Diætam obſervantes, corpuſque debito motu haud exercentes.

2 Cibos dyſpeptos, mucidos in larga quantitate aſſumentes & aquam deſuper ingurgitantes.

3 Præprimis, qui jejuno ſtomacho multum panis edunt & nocturno tempore ingurgitatione aquæ Ventriculi calorem deſtruunt.

4 Vermibus latis obnoxii magis ſunt adulti, eadem Diætæ vitia committentes.

5 Aſcarides quoque adulti potius quam juniores experiuntur.

V. *Prognoſis.*

1 Lumbrici quo majores & copioſiores, eo plura & vehementiora excitant ſymptomata.

2 Exinde enim Cardialgiæ, Palpitationes Cordis, Vomitus, dolores colici, Diarrhœæ, Febres inordinati typi, motus ſpaſtici & convulſivi aliaque mala non raro originem habent.

3 Cum aliis morbis complicati omnia exacerbant & inprimis in malo hypochondriaco-hyſterico ſpaſtica molimina maximopere adaugent.

4 Menſium quoque obſtructio & flatulentia Abdominis non raro ab iiſdem originem habet.

5 Lumbrici enecati & in inteſtinis putrefacti febres malignas & lethalia inducere poſſunt ſymptomata.

6 In acutis quoque occurrentes orgaſmum ſanguinis & deliria adaugent.

7 Incipientibus febribus ſi vivi, aut iiſdem declinantibus ſi mortui, excernuntur, malum eſt. *Hippocrat. Aphor.*

8 In omni graviori morbo vermes ſponte exire, malum; inprimis ſi ægrotus inſigni virium debilitate laboret.

9 Quando ex inteſtinis in Ventriculum migrant, Nauſea, Vomitus, Cardialgia, Singultus exinde excitantur.

10 Vermes rubicundi, ſanguine repleti, inteſtinorum læſionem innuunt, facileque Febres malignas inducunt.

11 Sanguinis ſtillæ e naribus in febribus continuis nonnunquam Vermium latentium ſigna ſunt, ut graves teſtantur Auctores. *Bagliv.*

12 Vermes lati univerſum fere Inteſtinorum tractum occupantes graviſſima quoque excitant ſymptomata & difficillime exſtirpantur.

13 Aſcarides quoque, etiamſi præter pruritum in ano & teneſmum nihil incommodi afferant, pertinaciſſime tamen ſeſe gerunt & difficulter remediis obediunt.

VI. *Remedia.*

1 Vermes enecantia; rad. Gentian. Cichor. Ariſtoloch. rot. Zedoar. Gramin. Allii, Herb. Abſinth. Card. bened. Fumar. Abrotan. Matricar. Salv. Hyperic. Tanacet. Marrub. albi, flor. Cent. min. Perſic. Sem. Santon. Tanaceti, Myrrha, Corallina, Mercurius vivus, Antimon. crud. Cinnab. ☿ii & nativ. Æthiops miner. Vitriol. ♂tis, ejuſdemque Tinct. Elix. propr. Parac. Lumbrici terreſtr. Externe Fel. Tauri inſpiſſat. aliaque amaricantia, Vitrum quoque Venetum ſubtiliſſime pulveriſatum, cum melle commixtum & umbilico ſingulis noctibus applicatum.

2 Eoſdem

2 Eosdem enecantia & evacuantia : Mercurius dulcis rite paratus, Trochisci hermetici, Colocynthiaca & Aloetica, Pulvis ad Vermes Augustan. Externe Unguentum de Arthanita.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis anthelminticus.

℞. *Pulv. ad. Verm. Aug.* ʒii. *Corallin.* ʒi. *Qii. dulc. rit. par.* ʒß. *Sacchar. rosat.* ʒiij. *ms f. Pulv. Dos.* ℈i. *quotidie mane in lacte sumendus.*

2 Alius.

℞. *Sem. Santon. Fœn. græc.* ℈ii. *C.C. ust. Diaph. ♂lis. Corallin. ppt. Mercurii dulc. rit. par. ā* ℈i. *Scammon. Sulph. gr. XV. Dos.* ℈ß. *ad* ʒß. *Lun. decrescente per* 3. *vel* 4. *dier.*

3 Alius.

℞. *Sem. Santon.* ʒii. *Pulverisat. div. in* iv. *part. æq. exhibeatur quotidie stomacho jejuno cum melle Dos. una.*

4 Aqua Mercurialis Baglivi.

℞. *Mercurii crud. recte purgati* ʒj. ▽ *Gramin. Portulac. ā* ʒiv. *Macerentur per* 2. *horas, sæpe ac fortiter agitando, postea decanta aquam & cola, relicto in vase Mercurio.*

5 Pulvis Mercurialis.

℞. *Æthiop. Miner. gr.* vi. viii. *ms cum Saccharo in lapideo vel vitreo mortario & exhibeatur.*

6 Nodulus laxativus.

℞. *Rad. Gentian. Gramin. ā* ʒß. *Cyclam.* ʒii. *Herb. Tanacet. Salv. Marrub. alb. ā* M ß. *Fl. Persic. Hyper. a* p. i. *Bacc. Laur.* ʒii. *Sem. Santon.* ʒi. *Fol. Senn. s. st.* ʒvi. *Rhabarb. electi.* ʒß. *Agar. albiss. Fibr. Helleb. nigr. ā* ʒii. *Vitriol. ♂tis Salis Absinth. a* ʒi. *Incis. & contus. affund.* ℔i. ▽ *fervent. & Vin. alb. generos.* ℔.ii. *Dosis varia pro ratione ætatis.*

7 Clyster anthelminticus.

℞. *Rad. Filic.* ʒi. *Herb Tanacet. Marrub. alb. a* M ß. *Coq. in lacte vel* ▽. *Add. Mel. ros.* ʒj. ♁♁ *absinth. amygd. amar. a* ʒß. *Salis gemm.* ℈ii. *ms applicetur calide.*

8 Linimentum Ahthelminticum.

℞. *Unguent. de Arthanit.* ʒß. *Fel. Tauri inspissat.* ℈ii. ♁♁ *Colocynth. q. s. f. Liment.*

9 Suppositorium in Asaridibus.

℞. *Aloes Myrrh. Pel. Taur. inspissat. a* ʒi. *Succ. Absinth. inspissat.* ʒß. *c. s. q. Mellis f. l. a Suppositorium.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Eo allaborandum, ut non tantum Vermes enecentur, sed & simul expellantur.

2 Interponenda propterea sunt enecantibus expellentia, vel statim cum iisdem conjungenda.

3 Exhibentur autem optime tempore matutino & continuantur per aliquot dies, donec probe fuerint expurgati, cui fini supra nominata remedia optime satisfaciunt.

4 Ne vero nova progenies producatur, Diæta conveniens suadenda, & omnia dyspepta, saccharata, mellita, nec non Lacticinia interdicenda sunt.

VIII. *Cautelæ & Observationes.*

1 Commoventia amara, diutius absque evacuantibus in usum vocata, symptomata sæpius exacerbant.

2 Amaricantia talia phlegmaticis magis conveniunt, quam sanguineis.

3 In his majori efficacia sese commendant Acida, utpote quæ etiam Vermes enecare observantur.

4 Potentissime Vermes pellunt Colocynthiaca, mitius jam Aloetica.

5 Cortici Peruviano anthelminticam quoque virtutem adscribunt Observatores Uratislavienses.

6 Hypericum ab Antiquis pro Vermibus enecandis commendatum est, sed dubium, annon illis verminosis affectibus, qui a Fascino inducti esse credebantur, oppositum fuerit.

7 Cretam decoctam vel in substantia assumtam a vulgo aliquoties cum fructu usurpatam fuisse novi.

8 C.C. ustum specificam haud habet efficaciam.

9 Sem. Santon. Corallinam quoad effectum longe post se relinquit.

10 Ad Lumbricos latos præcipue Salvia a quibusdam laudatur.

11 Lumbrici hi sæpius in Scorbuticis inveniuntur, ubi succus Nasturtii aquatici expressus, quotidie matutinis horis exhibitus, commendatur.

12 Ascaridibus non tantum resistendum per interna, per os assumta, sed & Clysteres & Suppositoria anthelmintica, ut eo certius enecentur.

13 Vitrum Venetum & Herbam Sabinam cum melle subacta & in cortice Nucis juglandis excavato applicata destinat vulgus Vermi umbilicali. An talis detur, a plerisque recte dubitatur.

14 Circumforanei lumbricos expulsos pulverisant & denuo ægrotis exhibent, non absque effectu. Eorum locum supplere possunt Lumbrici terrestres.

Caput Octavum,

de

Crinonibus.

I. *Definitio.* Crinones s. Comedones sunt Animalcula pilorum majorum crassitiem adæquantia, coloris cineritii plus minus nigricantis, in poris cutis stabulantia & materiæ seroso lymphaticæ stagnanti & corruptæ ortum debentia.

II. *Differentia.*

Ab aliis Vermibus corpus occupantibus differunt, cum figura & magnitudine, tum etiam loco affecto, quod quidem ex singulorum descriptione facile patet.

III. *Signa.*

1 Contabescunt sensim sensimque Infantes.

2 Inquieti sunt & insomnes, insignemque pruritum præprimis in dorso sentiunt.

3 Appetitus vagus est : delectantur frigidis potius quam calidis cibis.

4 Neque ullum corporis augmentum capiunt.

IV. *Subjectum.*

1 Infantes Lympha viscidiori gaudentes.

2 Nullam Diætam observantes, & corpus a sordibus non bene repurgantes.

V. *Prognosis.*

1 Nihil fere incommodi inferunt, nisi quod pruritu molesti sint, & nutritionem non nihil impediant.

2 Quando tamen malum prorsus negligitur, tunc sensim sensimque in Atrophiam abire potest.

VI. *Remedia.*

1 Lenia laxantia Mercurialia : Specif. Jalappin. & Pulv. Cornach. cum Mercurio dulci Diacydon. lucid. Jal. Panacea solutiva.

2 Diapnoica : ♁ium diaphor. Bezoard. min. ♁ium crud. Cinnab. ♁ii & nativ. Oc. ♋♋ ppt. C. C. phil ppt. lumbr. terrestr. Tinct. ♁ii, Tartar.

3 Externe : Balnea abstergentia ex herbis aliquot cum lacte vel aqua parata : abrasio postea per crustam panis, aut novaculam.

Formulæ Remediorum.

1 Pulvis laxans pro Infante 6 annorum.

℞. *Pulv. Cornach. gr. XV. Mercurii dulc. rit. par.* gr. vj. *ms f. Pulv. pro* 1 *vice.*

2 Pulvis laxans pro Infant. 4. annor.

℞. *Syr. e pom. lax.* ʒ*ij.* *Salis polychr. gr. ij.*
Diacydon. lucid. Jal. ▽ *fragor. par.*
ā ʒ*iß.* *ms pro 1. vice.*

3 Pulviſculus diapnoicus.

℞. *Oc.* ♋ *ppt.* *ms ſ. Pulv. bis per diem ad*
Antimon. crud. Hung. ∋*ß. vel gr. XV. exhi-*
Lumbr. terreſtr. ppt. ā *bendus.*
ʒ*ß.*

4 Tinctura diuretica & diaphoretica.

℞. *Tinct.* ♁ *ii tartar.* *ms Doſ. gutt. XX. ſingulis*
ʒ*ij.* *diebus mane in potu*
Eſſent. alexiph. St. *Thee.*
ʒ*j.*

VII. *Methodus Medendi.*

1 Pro Crinonibus exſtirpandis Balneis infantes immergendi ſunt, ut pori cutis eo melius aperiantur.
2 Poſtea dorſum lacte illinatur & quando vermiculi capitibus prominent, tunc novacula vel cruſta panis abradantur.
3 Interne, ut craſis ſanguinis corrigatur, adhibeantur lenia laxantia, diapnoica & diuretica leniora.
4 Præprimis congrua Diæta inſtituatur & corpus externum, quantum poſſibile, mundum ſervetur.

CAPUT NONUM.

DE

Cardiogmo.

I. *Definitio.* CArdiogmus eſt Cardialgiæ ſpecies, cum anxietate præcordiorum & dolore gravativo conjuncta, a flatulenta abdominis & Ventriculi diſtenſione, diaphragma comprimente, originem habens.

II. *Differentia.*

Differt a Cardialgia adultorum gradu: hæc latior eſt, illa ſtrictior; provenit Cardialgia non tantum a variis contentis, Ventriculum gravantibus, ſed & interdum a ſanguine in vicinia congeſto: Cardiogmus vero cruditates tantum primarum viarum, flatus & Vermes pro cauſa agnoſcit.

III. *Signa.*

1 Anxietates & Anguſtiæ præcordiorum, cum reſpirandi difficultate conjunctæ.
2 Nauſea, Anorexia & Vomitus interdum concurrens.
3 Copioſus Salivæ in os effluxus, ſi Vermes ſubſunt.
4 Febricula quandoque ſatis intenſa, Convulſiones non raro comites habens.

IV. *Subjectum.*

1 Infantes a Meconii inquinamentis non bene liberati.
2 Saburram viſcidam, mucoſam in primis viis foventes.
3 Vermibus laborantes.
4 Sudoris, Achorum aliarumque efflorescentiarum retroceſſionem experti.

V. *Prognoſis.*

1 Cauſa quo levior, eo mitior quoque effectus.
2 Ructus & flatus erumpentes levamen patienti afferunt.
3 Melius eſt alvum apertam, quam obſtructam eſſe.
4 Si Febricula intenſior concurrit cum pavoribus Convulſiones metuendæ ſunt.

VI. *Remedia.*

1 Alvum aperientia: Clyſteres.
2 Saburram primarum viarum expurgantia, lenia emetica: Aurum fulminans, Syr. Fl. perſ. Oxym. Squillit. Rad. Ipecac. Cathartica: Manna, Pultic. Mann. Specif. Jalappin. Pulv. Cornachin. Mechoac. Mercurius dulc. Sal. Cathart. amar.
3 Incidentia, reſolventia: Rad. Zedoar. Galang. Pimpinell. alb. Herb. Card. bened. Abſinth. Cent. min. Tartar. Vitriol. Arcan. dupl. Sal. digeſtiv. Sylv.
4 Carminativa leniora: Confect. Anis. Cort. ☉rum, Cardomom. Cinamom. Trag. ſuav. Externe Unguenta & Linimenta Carminativa.
5 Tonica martialia: Tinct. Vitriol. ♂tis Lud. e pom. Borſd. Croc. ♂tis ♁tus Stahlii cum Salinis incidentibus commiſcendus.

Formulæ Remediorum.

1 Potiuncula emetica pro infant 1 e m. annorum.

℞. *Syr. Flor. perſ.* ʒ*ij.* ▽ *Veron.* ʒ*iij.*
Emet. ʒ*ß.* *ms pro 1 vice.*

2 Pulvis emeticus pro Infant 2 annorum.

℞. *Rad. Ipecac. gr. vj.* *ms pro 1. vice.*
Salix abſinth. gr. ij.

3 Pulticula pro bimulo.

℞. *Pulticul. Mann.* ʒ*j.* *D. ſucceſſive.*

4 Clyſter Carminativus.

℞. *Decoct. Chamom. & Sem.* *Mel. anthos. ā* ʒ*ß.*
Fœnic. vel Anis. ʒ*iv.* *Salis Gemm.* ∋*j.*
Add. ○ *Aneth.* *ms. Iniici atur calide.*

5 Pulvis incidens & Carminativus.

℞. *Oc.* ♋ *ppt.* *Confect. Anis.* ʒ*ii.*
♁*ii diaph.* *ms F. Pulv. bis, ter per diem*
Tartar. Vitriol. ā ʒ*i.* *ad aliquot cultri cuſpides*
Salis Abſinth. ʒ*ß.* *exhibendus.*

6 ▽ Carminativa.

℞. ▽ *Fœnic.* *Oc.* ♋ *ppt. ā* ∋*i.*
Chamom. ā ʒ*iß.* *Spir. Anis.* ʒ*j.*
ad flat. ſ. V. ʒ*ß.* *Syr. Cort.* ☉*rum* ʒ*ß.*
♁*ii diaph.* *ms cochleatim porrigenda.*

7 Unguentum Carminativum.

℞. *Unguent. Cardiac. uſ.* ʒ*ß:* *Cumin. ā* ∋*j.*
○ *Aneth.* ʒ*ij.* *ms pro inungendo Ventre.*
deſt. Carv.

VII. *Methodus Medendi.*

1 Ne ſymptomata ingraveſcant, optimum eſt, ut alvus quantocyus per Clyſterem aperiatur.
2 Evacuentur poſtero die primæ viæ vel per Emeticum, ſi nihil obſtet, vellene Catharticum.
3 Subjungantur reſolventia & Carminativa, interne & externe in uſum vocanda.
4 Colophonis loco uſurpentur ſelecta Martialia, ubi Tinctura Vitrioli ♂tis reliquis palmam præripit.
5 Quando Vermes ſubſunt, ſpecialiter ad hos reſpiciatur, & convenientibus ſupra nominatis remediis iiſdem obviam eatur.

VIII. *Cautelæ & Obſervationes.*

1 A calidioribus remediis in Cardiogmo abſtinendum eſt: commovent tantum materiam & non corrigunt.
2 Carminativa leniora cum reſolventibus & incidentibus conjuncta optimum edunt effectum.
3 Præter interna remedia Unguenta Carminativa externe illita egregie ſe gerunt.
4 Eadem Unguenta laudem ſuam tuentur in flatulenta abdominis diſtenſione, vulgo pro concretione partium habita, quæ eximie exinde mitigatur.

Reliqui Affectus, quos Infantes cum Adultis communes habent, videantur ſupra, ſuis quiſque locis.

FINIS.

SERIES TABULARUM.

Præcognita Medicinæ 1
Tab.I. De Phyſiologia *ibid.*
II. De Pathologia 15
III. De Semiotica 35
IV. De Methodo Medendi 54
V. De Chirurgia 80
VI. De Diæta 94
VII. De Plethora 101
VIII. De Hæmorrhagiis in Genere 102
IX. De Hæmorrhagia Narium 103
X. De Hæmoptyſi 105
XI. De Vomitu cruento 106
XII. De Fluxu Hæmorrhoid. nimio 108
XIII. De Fluxus Hæmorrhoidum defectu 110
XIV. De Fluxu Menſium nimio 111
XV. De Menſium defectu 113
XVI. De Hæmorrhagia uterina 115
XVII. De Lochiorum defectu 116
XVIII. De Mictu cruento 117
XIX. De Hæmorrhagiis Paſſivis 119
XX. De Congeſtionibus in Genere 120
XXI. De Cephalalgia Sanguinea 122
XXII. De Cephalæa & Clavo Hyſterico 123
XXIII. De Otalgia 126
XXIV. De Odontalgia 127
XXV. De Cardialgia 128
XXVI. De Colica 130
XXVII. De Malo Hypochondriaco-Hyſterico 132
XXVIII. De Hæmorrhoidibus cœcis 135
XXIX. De Doloribus Arthriticis in Genere 136
XXX. De Hemicrania 138
XXXI. De Pleuritide ſpuria 140
XXXII. De Nephritide ſpuria 141
XXXIII. De Malo Iſchiadico 142
XXXIV. De Podagra 143
XXXV. De Rheumatiſmo & Arthritide vaga 146
XXXVI. De Inflammationibus in Genere 148
XXXVII. De Phrenitide & Paraphrenitide. 151
XXXVIII. De Ophthalmia 152
XXXIX De Angina. 154
XL. De Pleuritide & Peripneumonia 156
XLI. De Hepatitide & Splenitide 158
XLII. De Inflammatione Ventriculi & Inteſtinorum 160
XLIII. De Paſſione Iliaca ſ. Volvulo 162
XLIV. De Nephritide 163
XLV. De Inflammatione Uteri 165
XLVI. De Infarctibus Scirrhis & Exulcerationibus Viſcerum 166
XLVII. De Infarctu Pulmonum 168
XLVIII. De Infarctu Lienis 169
XLIX. De Infarctu Hepatis 171
L. De Atrophia 172
LI. De Tuberculis ſcirrhoſis Pulmonum 174
LII. De Scirrho Lienis 176
LIII. De Scirrho Hepatis 177
LIV. De Vomica Pulmonum 179
LV. De Empyemate 181
LVI. De Exulceratione Pulmonum ſ. Phthiſi 183
LVII. De Exulceratione Hepatis & Lienis 186
LVIII. De Exulceratione Renum & Veſicæ 187
LIX. De Calculo Renum & Veſicæ 189
LX. De Vitiis ſeri & lymphæ ac variis inde dependentibus affectibus in Genere 192
LXI. De Coryza humida 193
LXII. De Lippitudine ſ. Ophthalmia ſeroſa 195
LXIII. De Salivatione ac Ptyaliſmo 197
LXIV. De Tuſſi humida 198
LXV. De Aſthmate humido 202
LXVI. De Vomitu 205
Tab.LXVII. De Diarrhœa 207
LXVIII. De Cholera humida 209
LXIX. De Fluxu Cœliaco & Linteria 211
LXX. De Fluxu Hepatico 212
LXXI. De Hæmorrhoidibus ſeroſo-mucoſis 213
LXXII. De Dyſenteria benigna 214
LXXIII. De Incontinentia Urinæ 216
LXXIV. De Diabete 217
LXXV. De Pollutione nocturna & Gonorrhœa benigna 218
LXXVI. De Fluore albo ſimplici 220
LXXVII. De Sudore nimio 222
LXXVIII. De Gravedine & dolore capitis catarrhali 223
LXXIX. De Brancho & Raucedine 224
LXXX. De Catarrho Suffocativo 225
LXXXI. De Tuſſi ſicca 228
LXXXII. De Aſtmate ſicco 229
LXXXIII. De Ictero 231
LXXXIV. De Ructibus & Inflatione Ventriculi 234
LXXXV. De Flatulentia 235
LXXXVI. De Obſtructione alvi 237
LXXXVII. De Stranguria 238
LXXXVIII. De Dyſuria 240
LXXXIX. De Mictione imminuta 241
XC. De Iſchuria ſ. Urinæ ſuppreſſione 242
XCI. De Sudoris ſuppreſſione & defectu 244
XCII. De Cachexia & Chloroſi 246
XCIII. De Leucophlegmatia & Anaſarca 247
XCIV. De Aſcite 248
XCV. De Tympanite 251
XCVI. De Hydrocephalo 252
XCVII. De Hydrope pectoris 253
XCVIII. De Hydromphalo & Hydrocele 254
XCIX. De Oedemate 255
C. De Soda ſ. Orexi 257
CI. De Fœtore Oris 258
CII. De Fœtore Sudoris. 259
CIII. De Scabie benigna 260
CIV. De Scabie maligna 261
CV. De Scorbuto 262
CVI. De Gonorrhœa virulenta 265
CVII. De Lue Venerea ſ. Malo Neapolitano 267
CVIII. De Cancro 270
CIX. De Motibus ſpaſtico-convulſivis in Genere 272
CX. De Spaſmis 273
CXI. De Aſthmate ſpaſtico ſ. convulſivo 275
CXII. De Incubo ſ. Ephialte 276
CXIII. De Colica Convulſiva 277
CXIV. De Convulſionibus 278
CXV. De Epilepſia 279
CXVI. De Palpitatione Cordis 281
CXVII. De Singultu 282
CXVIII. De Teneſmo ſ. adſtrictione alvi 283
CXIX. De motibus deficientibus in Genere 285
CXX. De Tremore 287
CXXI. de Vertigine 288
CXXII. De Soporoſis Affectibus 289
CXXIII. De Apoplexia 291
CXXIV. De Paralyſi & Hemiplexia 292
CXXV. De Lipothymia & Syncope 294
CXXVI. De Uvulæ prolapſu 296
CXXVII. De Procidentia ani 296
CXXVIII. De Impotentia virili 298
CXXIX. De Febribus in Genere 299
CXXX. De Febre Ephemera ſ. diaria ſimplici & plurium dierum 302
CXXXI. De Febre Synocha ſ. Continente 303
CXXXII. De Synocho putrida ſ. continente compoſita 305

Tab.CXXXIII. De Febre Continua 306
CXXXIV. De Febre Biliosa ardente 308
CXXXV. De Causo s. Febre Ardente stricte sic dicta 310
CXXXVI. De Febre Inflammatoria 312
CXXXVII. De Febre Catarrhali benigna s. continua Veterum quotidiana 313
CXXXVIII. De Febre Maligna & Epidemica 315
CXXXIX. De Variolis Distinctis 317
CXL. De Variolis Confluentibus 320
CXLI. De Variolis Adultorum 322
CXLII. De Morbillis 324
CXLIII. De Febre Scarlatina 326
CXLIV. De Purpura Urticata 327
CXLV. De Purpura Rubra s. benigna 328
CXLVI. De Purpura Alba s. maligna 329
CXLVII. De Febre Catarrhali maligna s. petechizante 331
CXLVIII. De Febre Petechiali 333
CXLIX. De Febre Dysenterica s. Dysenteria c. Febre acuta 336
CL. De Febre Castrensi s. Hungarica 337
CLI. De Peste 339
CLII. De Febre Quotidiana intermittente 342
CLIII. De Febre intermittente Tertiana legitima 343
CLIV. De Febre Tertiana notha s. anomala & maligna 348
CLV. De Febre Quartana 350
CLVI. De Febribus duplicatis & triplicatis 353
CLVII. De Febre Lenta 354
CLVIII. De Febre Hectica 356
CLIX. De Febre Tertiana continua 359
CLX. De Febre Quartana continua 361
CLXI. De Febre Rheumatica 362
CLXII. De Febre Scorbutica 364
CLXIII. De Febribus Corruptis & nondum typicis 365
CLXIV. De Affectibus Sensuum internorum & externorum in Genere 366
CLXV. De Hypopio & Pterygio 367
CLXVI. De Cataracta & Gutta serena 368
CLXVII. De Tinnitu & Susurro Aurium. 369
CLXVIII. De Gravitate Auditus & Surditate 370
Tab.CLXIX. De Læsionibus Gustus & Olfactus 371
CLXX. De Memoriæ debilitate 372
CLXXI. De Mania 373
CLXXII. De Melancholia 374
CLXXIII. De Rabie Canina 376
CLXXIV. De Tarantismo 377
CLXXV. De Noctambulatione 378
CLXXVI. De Nostalgia. *ib.*
CLXXVII. De Appetitu depravato & aucto 379
CLXXVIII. De Anorexia 380
CLXXIX. De Sitis excessu & defectu 382
CLXXX. De Morbis Mulierum in Genere 383
CLXXXI. De Sterilitate 384
CLXXXII. De Mola 385
CLXXXIII. De Melancholia ac Mania uterina 387
CLXXXIV. De Pica & Malacia 389
CLXXXV. De Nausea ac Vomitu 390
CLXXXVI. De Varicibus 391
CLXXXVII. De Abortu 392
CLXXXVIII. De Fœtu mortuo 393
CLXXXIX. De Partu 395
CXC. De Partu difficili s. Dystocia 396
CXCI. De Secundinarum Retentione 398
CXCII. De Procidentia Uteri 399
CXCIII. De Doloribus post Partum 400
CXCIV. De Diarrhœa Choleriode 401
CXCV. De Tumore abdominis *ibid.*
CXCVI. De Lactis Abundantia 402
CXCVII. De Defectu Lactis 403
CXCVIII. De Lactis Vitiis 404
CXCIX. De Tumore Apostematode Mammarum 405
CC. De Papillarum Fissuris 406
CCI. De Retentione Meconii 407
CCII. De Aphthis 408
CCIII. De Intertrigine 409
CCIV. De Achoribus, crusta Lactea & Tinea *ibid.*
CCV. De Dentitione difficili 410
CCVI. De Nævis maternis 411
CCVII. De Vermibus 412
CCVIII. De Grinonibus 413
CCIX. De Cardiogmo, 414

IN-

INDEX RERUM.

A

Abdominis Tumor. vid. Tumor Abdominis
Abortus quid ſit 392 Differentia ibid. Signa ib. Subjectum ib. Prognoſis ib. Remedia ib. Methodus medendi 393 Cautelæ ibid.
Abortum præcavet in quibuſdam Venæſectio ſingulis menſibus inſtituta ibid.
Abſceſſus Definitio 53. & 79 Differentia ibid. Signa ibid. Prognoſis ibid. Cura 79 Cautelæ & Obſerv. ibid. ad aures & pedes in Vomica pulmonum ſalutares 179 aurium extrorſum ruptus periculoſior quam introrſum 126
Abſinthium & ex eo parata in Pica & Malacia interne non exhibenda 390
Abſorbentia, quomodo adhibenda in Febre quartana continua 359 nimia quid efficiant in Febre bilioſa ardente 309 c. acido Citri ſaturata commendantur in Tuſſi c. Febre catarrhali 202 commendantur in Hectica. 358 cum adſtringentibus laudantur in Diabete 214 per ſe in Tuſſi chronica caute uſurpanda 202
Abſorbentium abuſus vitandus in Soda 258 fixorum nimium uſum in Febre miliari quænam mala ſequantur 331
Abſtergentes injectiones commendantur in incontinentia urinæ ab ulcere 217
Abſtergentia & Balſamica conſolidantia ſuadentur in Gonorrhœa ſimplici poſt virulentam 220
Achores quid ſint 409. quomodo differant ibid. horum ſigna ibid.
Acida, excepta aciditate Citri pectori ſunt inimica 186 melius pura, quam dulcificata, exhibentur in Febre 301 blanda commendantur in Diabete 218
Acidulæ in Congeſtionibus vitandæ 122 nocent in Hydrope 251 ob vim adſtrictoriam promovent Infarctum Lienis 171 nocent in Phthiſi 187 quibuſnam conveniant in Podagra 146 quando locum habeant in Scirrho Hepatis 179 quando conveniant in Scirrho Lienis 177
Adſtrictio quid ſit 73 ejuſdem differentia ib. indicantia ib.
Adſtringentes pulveres vitandi in inflammatione Uvulæ prolapſæ 301
Adſtringentia remedia 73 horum formulæ 74. 75 modus operandi 75 regulæ & cautelæ ibid. fortiora in Abortu cum hæmorrhagia enormiori caute exhibenda 393 in Diabete, præmature exhibita, quid pariant 218 in Fluxu Cœliaco & Lienteria caute uſurpanda 212 in Fluxu Hepatico fugienda ibid. in Hæmorrhagia narium nihil efficiunt 103. 105 vitanda in Incontinentia urinæ. 217 quando exhibenda in infarctu pulmonum 169 quando conveniant in inflammatione 150 nimis mature exhibita in Lippitudine quid efficiant 196 in Nephritide ſpuria quid cauſentur 142 commendantur externe in Procidentia Ani 297
Acupunctura Japonenſium allegatur in doloribus arthriticis 137
Aeris definitio 95. differentia ib. regulæ & obſerv. ibid.
Aer frigidus nocet in Empyemate 182 frigidus & humidus producit Coryzam 195 humido frigidus vitandus in Catarrho ſuffocativo 227 quomodo ad morbos contribuat 29
Ætas junior Plethoræ ſubjecta eſt 101 virilis hæmorrhoidibus obnoxia 136
Ætatis definitio 10 diviſio ibid. juxta eam corporis & actionum diverſitas ib. ſeqq.
Album Græcum optimum in Abgina, gargariſmatibus additum 155 ſpecificum in Aphthis 408
Alcalinæ Tinct. acerrimæ laudantur in Lue Venerea 270 commendantur in Ictero 231 in Paralyſi 294 c. eſſ. Pimpin. Helen. &c. in Tuſſi humida 20
Alexipharmaca calida nocent in Febre tertiana anomala 350 in Variolis 319 in Quartana 353
Aloetica nocent in hæmorrhagia narium 105 it. in Vomitu cruento 108
Aloeticis abutentes Hæmorrhoidibus ſunt obnoxii 135
Aluminis pulvis tibialibus in fœtore ſudoris inſperſus eſt noxius 259
Alvus quomodo laxa conſervanda in Cauſo 311 in Febre bilioſa ardente aperta ſervanda 309 adſtricta exacerbat ſymptomata in Febribus malignis & epidemicis 316 clauſa quomodo reſeranda in Febre Petechiali 335 in Febre Purpura urticata 328 in Febre Rheumatica 361 in Febre tertiana continua 360 per remedia purgantia in variolis non eſt aperienda 317 laxa in Febre petechiali præſtat adſtricta 335
Alvi adſtrictio quid ſit 283 ejuſd. differentia ibid. ſigna ib. ſubjecta ib. prognoſis 284 remedia ibid. methodus med. ib. Cautelæ 285 ſolvitur in Plethoricis V. S. in pede 284 a ſanguinis ebullitione quomodo tractanda ib. promovet excretionem morbillorum 326
Amygdalæ dulces cum eis paratæ gelatinæ commendantur in Diabete 218 harum Ol. ſuadetur in Dyſuria a cantharidibus 241 amaræ allegantur in Rabie canin. 376 harum ol. commendatur in aurium ſiccitate 370
Anagallis Fl. puniceo eſt ſpecifica in mania 374 in melancholia 375
Analeptica laudantur in Cachexia ab Hæmorrhagiis 247 diſſuadentur in Febre lenta 356 in Lipothymia 295
Analepticæ potiones commendantur in Catarrho ſuffocativo 227
Anaſarca vid. Leucophlegmatia
Anethum in vino maceratum eſt ſpecificum in Pica & Malacia 389
Anginæ definitio 154 differentia ib. ſigna ib. ſubjectum. ib. prognoſis ib. remedia 155 methodus medendi ibid. Cautelæ ibid. in eadem Bufo, in V. S. maceratus, commendatur externe, tanquam ſpecificum 156 Nitrum & Album Græcum in gargariſmate ibid.
Anginæ in Variolis adultorum quid indicent 323
Ani procidentia quid ſit 296 ejuſd. differentia ibid. ſigna 297 ſubjectum ibid. prognoſis ib. remedia ib. methodus med. ib. cautelæ ib. a dyſenteria vel diarrhœa quomodo tractanda ibid.
Animæ definitio 2 differentia ibid. finis ibid.
Animi pathemata quid ſint 97 eorum differentia ibid. regulæ & obſerv. ibid. ad morbos diſponunt 31 pariunt Cephalæam 124 cauſantur Hæmorrhagias uteri 115 Lochiorum ſuppreſſionem 117 Menſium defectum. 113
Aniſi feminis oleum in tuſſi humida laudatur 202
Anodynum ſelectum in Dyſenteria benigna 215
Anodyna, quando non ſint uſurpanda 103 quomodo exhibenda in Aſthmate ſpaſtico 276 correcta conveniunt in Cephalæa & Clavo 122 lenia commendantur in Colica ſanguinea 131 in Coryza humida 194

poſt

poſt uſum ſudoriferorum conveniunt in Doloribus Arthriticis 138
cum adſtringentibus quando conveniant in Fluxu Menſium nimio 307
Lenia commendantur in Hæmorrhagia narium 105
correcta commendantur in Inflammat. Uteri 166
quando exhibenda ſint in Podagra 146
male exhibentur in Scorbuto 265
cum adſtringentibus & theriacalibus commendantur in Vomitu 206
Anorexia quid ſit 380
ejuſd. differentia ibid. ſigna ib. ſubjectum ib. prognoſis *ib.* remedia 381
methodus medendi *ib.* cautelæ *ibid.*
poſt morbos ſuperatos occurrens quid quandoque indicet *ibid.*
Anticatarrhalia calidiora & volatilia in Catarrho ſuffocativo quid efficiant in Sanguineis Plethoricis 227
calida quando noceant in Coryza humida 195
corrigentia commendantur in Gonorrhœa virulenta 267
in Gravedine cum ſelectu præſcribenda 224
Antihect. Pot. vulg. uſus rejicitur in Phthiſi 186
Antimonium crudum eſt ſpecificum in ſcabie 260. 261
ejus ſuffitus in Fluore albo non admodum tutus 221
fumus robuſtioribus in Tuberculis ſcirrhoſis pulmonum commendatur 175
Antimonialia fixa laudantur in Variolis adultorum 323
Antirheumaticæ pil. conveniunt in Salivatione ac Ptyalismo 198
Antiſcorbutica commendantur in Aſcite 251
Antivenerea ligna in ſcabie non exhibenda c. regimine diaphoretico 261
Apertio clauſarum partium quid ſit 89
hujus cautelæ *ibid.*
Aphæreſeos definitio 92. differentia *ibid.*
Aphthæ quid ſint. 408
harum differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus med. *ib.* cautelæ *ib.*
in Febre catarrhali maligna utplur. ſunt lethales 332
Apophlegmatizantia 64
horum modus operandi *ib.* Regulæ & cautelæ 65
conveniunt in Odontalgia idiopathica 127
Apoplexia quid ſit 291
ejuſd. differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjecta *ib.*
prognoſis *ib.* remedia 292. methodus med. *ib.*
Cautelæ *ib.*
in eadem ſpecificus eſt Balſamus Succini *ib.*
Appetitus quid ſit 8. ejuſd. differentia *ib.*
ſedes *ib.* cauſa efficiens *ib.* obſervationes *ib.* uſus *ib.*
ingens in acutis ſine prægreſſa criſi quid indicet 380
Appetitus depravatus & auctus quid ſit 379
differentia *ib.* Signa *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ibid.*
methodus medendi 380 cautelæ *ibid.*
Aqua fabrorum & aluminoſa prudenter adhibenda in ædemate 257
Reg. Hungar. commendatur externe in nimio frigore febrium 343
Aquæ arterialis Caroli Muſitani deſcriptio 120
Aquilegiæ decoctum commendatur externe in impotentia virili 298
Arcanum duplicatum male præparatum quid cauſetur in atrophia 174
Ari Rad. commendatur in Aſthmate humido 204
in infuſo laudatur in Vomica pulmonum 180
Armoracia allegatur in tympanite 252
Aromatica ſpirituoſa interne Maniam exacerbant 374
Artemiſiæ carbo eſt ſpecif. in epilepſia 280
Arteriæ diſſectæ majoris periculi ſunt quam venæ 119
Arteriotomiæ definitio 87 locus *ib.* modus operandi *ib.* uſus *ib.* obſervat. & cautelæ *ib.*
Arthritici doloris definitio 136 differentia *ibid.*
ſigna 137 ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 138 cautelæ *ibid.*
Arthritici dolores in ſenibus, partibuſque inferioribus difficulter curantur 114
Arthriticorum urina quomodo diſtinguenda ab urina calculoſorum 137
Arthritidis vagæ definitio 146. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum 147 prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Artuum amputatio quid ſit 93 ejuſdem differentia *ib.*
cauſa *ib.* modus *ib.* cautelæ *ib.*
Aſciæ piſcis pinguedo quas virtutes obtineat in ophthalmia 154
Aſcitis definitio 249 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ia.* prognoſis *ib.*
remedia 250 methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Aſcites, ſi eidem Diarrhœa accedat, quid indicet 249
poſt Febres intermittentes quomodo tollatur 250
in eo rejiciuntur Cantharides 251
Aſthma humidum quid ſit 202
ejuſd. differentia *ib.* ſigna 203 ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 204 cautelæ 204
quandoque degenerat in Peripneumoniam 203
cum excretione materiæ mucoſæ & magna tuſſi citius curatur quam hiſce deficientibus *ib.*
in Febribus acutis periculoſum *ib.*
in eo commendatur extractum liquidum Stahlii 204
media ex Nicotiana caute propinanda 205
Aſthma ſiccum quid ſit 229 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum 230 prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ 231
cum ſcirrhoſa hepatis labe difficillime curatur 230
a Variolis & morbillis quomodo tractetur a Sydenhamio 231
Aſthma ſpaſticum ſ. convulſivum quid ſit 275
ejuſd. differentia ib. ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 276 cautelæ *ib id.*
ab eo tandem oritur hydrops pectoris 275
Atrophia quid ſit 172 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna 173 ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 174 cautelæ *ib.*
ab incantationibus eſt peſſima 173
quandoque tollitur per Febres intermittentes *ib.*
quandoque ſola Tinct. ♂tis Ludov. & arcano duplicato curatur 174
in ea doſes minores medicamentorum commendantur *ibid.*
in principio ejus male præſcribuntur nutrientia *ib.*
Auditus gravitas vid. Gravitas auditus
Aurantiorum Cort. commendantur in Anorexia 381
in Incubo 277
eſſent. commendatur in Cardialgia 129
in Colica 131
Aurium dolor exquiſitior eſt quam oculorum. 126
Aurum fulminans convulſiones potentiſſime præcavet 407

B

B*Alnea* & ſtuphæ ſudatoriæ, quid in illis obſervandum 245
ex herbis aromaticis & leniter emollientibus commendantur in ſterilitate 385
nocent in malo iſchiadico 143
emollientia commendantur in atrophia 174
Balſamus Indicus externe quid efficiat in Podagra 146
mineralis laudatur in Phthiſi 185
mundificans nervinus D. Stahlii ubi profit 127
Scherzerianus laudatur in torminibus a Dyſenteria 215
Succini eſt ſpecificus in Apoplexia 292
Balſama cephalica quid efficiant in coryza Sanguineor. & Cholericor. 195
in gravedine caute adhibenda. 224
Balſamica acria in Cephalæa quando uſurpanda 125
in Phthiſi fugienda & cur 186
in principio Gonorrhœæ virulentæ 267
Barbette emplaſtrum ſaponatum commendatur in incontinentia urinæ 218
quando locum habeat in malo Iſchiadico 143
laudatur in nephritide 165
allegatur in ſcirrho lienis 176
Becceheri pilulæ laudantur in Aſthmate humido a ſuppreſſione

ſione fluxuum ſanguinis 204
tollunt Diarrhœam 209
laudantur in Febre catarrhali ad libertatem alvi promovendam 315
commendantur in Febre Quartana 352
conveniunt in Febre Quotidiana intermittente 347
in Febre Tertiana intermittente 346
in Fluore albo 221
in Fluxu cœliaco & lienteria 211
in Gravedine & dolore capitis catarrhali 224
in Hæmorrhoidibus ſeroſo-mucoſis 213
in Pollutione nocturna & Gonorrhœa 219
commendantur in Salivatione a vitio hypochondriorum 198
in Tuſſi pectorali 200
in ∇ Meliſſæ & Cinamomi ſolutæ laudantur in Vomitu 205
Beccabungæ ſuccus commendatur in ſtomacace 264
Bellidis Flor. ſuccus laudatur in infarctu Lienis 171
Bilis definitio 5 differentia *ibid.*
materia *ibid.* de Bile obſerv. ſemioticæ 48
Bilis canis atri allegatur tanquam antepilepticum 272
crocea in diarrhœa excreta quid indicet 208
Birckmanni pulvis ſtomachicus convenit in Tuſſi humida ſtomachali 201
Biflortæ radix commendatur in Angina in gargariſmatibus 155
Bolaria rejiciuntur in Febribus 300
cur vitanda in Febre epidemica 316
nocent externe in hæmorrhoidibus verrucoſis 136
Branchus & Raucedo quid ſint 224 horum differentia *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis 225 remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
in illis commendatur aqua Veron. ſpirit. Stahlii *ib.*
vitandus abuſus expectorantium *ib.*
Bubones, niſi in peſte promte matureſcant, ſunt funeſti 39
exciſi & pulveriſati ſunt ſpecifici in peſte 341
Venerei melius per interna quam externa curantur 267
Buſo in S. V. maceratus commendatur in Angina 156
exſiccatus laudatur in Apoplexia 292
in Comate vigili & ſomnolento 290
eſt ſpecificus in Hydrope 247. & 250
exſiccatus malis imponitur in odontalgia 127

C

Cachexiæ & Chloroſeos definitio 246 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia 247 methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Cachexia ab hauſtu frigidæ difficulter tollitur *ib.*
in illa vitanda diuretica fortiora *ib.*
quando Salia Volatilia in illa poſſint adhiberi *ib.*
per adſtringentia tractata parit catarrhum ſuffocativum. *ib.*
Cacochymiæ definitio 21 differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum ib. obſervat. *ib.* correctio quid ſit 72
ejuſd. differentia *ib.* indicantia *ib.* remedia *ib.*
remediorum modus operandi 73
regulæ & cautelæ practicæ *ib.*
Calculorum definitio 24
differentia *ib.* materiæ *ib.* ſubjectum *ib.*
de Calculis obſervationes *ib.*
Calculi Renum & Veſicæ definitio 189 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum 190 prognoſis *ib.*
remedia 191 methodus medendi *ib.* cautelæ 192
Calcis vivæ aqua convenit in tumore œdematoſo cum ruboribus 257
Calidiora medicamenta ad lochia promovenda non præſcribenda & cur? 166
Camphora in Hydromphalo & Hydrocele parum efficit 255
in Inflammationibus interne cur non danda 150
non convenit in Mictu cruento 118
vitanda in Nephritide aut cum cautela adhibenda 165
externe in Oedemate nullius eſt uſus 257
Camphorata in cephalæa quando uſurpanda 125
commendantur in comate 290
quando conveniant in coryza humida 194
quamdiu in Pleuritide & Peripneumonia poſſint applicari 157
Cancer Salivatione exacerbatur 272
Cancri ſigna 270 ſubjectum 271 prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ 272
exulcerati curati exemplum 271
Cancri mammarum definitio 92. & 270
differentia *ib.* ſigna 92 cauſæ *ib.* curatio *ib.*
prognoſis *ib.* cautelæ & obſervat. *ib.*
Cancri combuſti externe commendantur in Rabie canina 376
Cantharides in Aſcite caute adhibendæ 251
rejiciuntur in Gonorrhœa 220
Capitis dolor catarrhalis vid. Gravedo
Cardialgiæ definitio 128 differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjecta *ib.* prognoſis 127 remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
ſyncopticæ, quando fiant in febre biliosa ardente 308
Cardialgia quando periculoſa 129
quomodo in ea adhibenda opiata *ib.*
Cardiogmus quid ſit 414. ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
in eo commendatur Tinctur. Vitrioli ♂tis *ib.*
Cardui Mar. ſemen eſt ſpecificum in omnibus inflammat. internis 159
Caries oſſium quid ſit 84. ejuſd. ſigna *ib.* cauſa *ib.*
prognoſis *ib.* cura *ib.* cautelæ & obſerv. *ib.*
Caries dentium quomodo præſervanda 128
Carminativa quando danda ſint in colica 132
calidiora vitanda in Colica biliosa & ſanguinea *ib.*
tonica quando in Cauſo adhibenda 312
in principio flatulentiæ vitanda 237
Caruncuſæ urethræ quomodo in Gonorrhœa exſtirpandæ 167
Caryophyllorum oleum commendatur in Odontalgia 128
Caſcarilla vid. Chacarilla.
Caſſia auget flatulentiam & atoniam 237
Caſtrationis definitio 93
differentia *ib.* indicantia *ib.* prognoſis *ib.*
operatio *ib.* cautelæ & obſervat. *ib.*
Cari ſigna 289
ſubjecta *ib.* remedia 290
Caſeus recens cum pelle leporina applicatus laudatur in Podagra 145
Cataractæ definitio 368 differentia *ib.*
ſigna *ib* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 369 cautelæ *ib.*
Catarrhi ſuffocativi definitio 225 differentia *ib.*
ſigna 226 ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 227 cautelæ *ib.*
in eodem commendatur rad. Aſari *ib.*
quando locum in illo habeant catarrhalia *ib.*
Catheteriſmus quid ſit 90
Catheteris differentia *ib.*
Catheteriſmi indicantia ib.
Catheter quomodo applicandus *ib.*
de eo cautelæ & obſervationes *ib.*
Cauſtica in tumoribus œdematoſis male applicantur 251
Cauſus vid. ſub. Febribus
Cauteriſatio ubi fugienda 120
glandulæ lacrymalis commendatur in lippitudine 196
Centaurium minus laudatur in proſtratione appetitus idiopathica 391
Cepæ aſſatæ commendantur in ſtranguria 239
Cephalææ differentia 124 chronicæ curatu difficiles *ib.*
ſigna generalia *ib.* ſpecialia *ib.*
venereæ & ulceroſæ ſig. *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 125 cautelæ *ib.*
Cephalæa ex hypochondriis orta quando exacerbetur Martialibus *ib.*
in quanam proſint veſicatoria 126
Cephalalgia ſanguinea quid ſit 122
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.*
idiopathica quid ſit *ib.*
ejuſd. ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.*

re-

remedia 123 methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Cerberus triceps quid de eo cenſendum in febre tertiana anomala ex maligna 350
Cerebrum in parte anteriore corruptum parit læſionem olfactus 371
Chacarillæ cortex & extractum laudantur in Diarrhœa 209
in Diarrhœa in variolis nimium urgente 318
ſunt ſpecifica in Dyſenteria 215
commendatur in dolore dorſi & lumborum in Variolis 318
commendatur in Febribus in Vomitu nimio 303
in pleuritide 157
habet vim diaphoreticam 323
Chamomillæ & Galeopſ. Fl. decoctum c. vino commendantur in fluore albo 221
ejuſd. decoctum laudatur in Pica gravidarum 390
Chærefolium quid de eo ſentiendum in inflammationibus 253
Chelidonii maj. herba externe ſuadetur in Aſcite 250
radix, tanquam ſpecificum, laudatur in ictero 233
China Chinæ diſſuadetur in Febre tertiana continua 361
in Febribus exhibita excitat Bulimum 379
Chirurgiæ definitio 80 differentia *ib.* operationes *ib.* inſtrumenta *ib.* remedia 81 finis *ib.* cautelæ & obſerv. *ib.*
Chloroſis vid. Cachexia
Choleræ humidæ definitio 209 differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjectum 16 prognoſis 210 remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Cholericorum morbi. 33
Chylificationis definitio 9. differentia *ib.* organum *ib.* cauſa efficiens *ib.* uſus *ib.* obſervationes *ib.*
Cibus & Potus quomodo hominem ad morbos diſponant 130
Cibi definitio 95. differentia *ib.* regulæ & obſerv. *ib.*
Cibi lubricantes conveniunt in ſcirrho hepatis 388
Cichorium laudatur in affectibus hepatis 172
ejuſd. rad. laudatur in ſcirrho lienis 177
ejuſd. & Taraxaci aliorumque ſucci pro calidioribus laudantur infarctu lienis 171
Cinnabaris ☿ii commendatur in variolis confluentibus in ceſſatione ſalivationis 322
Cinnabarina quando locum habeant in convulſionibus 273
in ptyaliſmo hypochondriaco doſi minori exhibenda 198
cum nitroſis ebullitionem humorum mitigant in Cephalalgia ſanguinea 123
Circuli ſanguinis definitio 2
differentia *ib.* organum *ib.* cauſa efficiens *ib.* finis *ib.* obſervationes *ib.*
Citri ſuccus recens laudatur in Febre catarrhali maligna 333
in Febre petechiali 335
ad æſtum Febris tertianæ continuæ temperandum 360
Clavi hyſterici definitio 123 ſigna 124
Clauſuræ partium differentia 89 ſigna *ib.* prognoſis *ib.* methodus medendi *ib.*
Clyſteres acres commendantur in Catarrho ſuffocativo 227
quales adhibendi in Colica convulſiva 278
quinam conveniant in Febre caſtrenſi cum dyſenteria 339
carminativi in Flatulentia caute adhibendi 237
quales eſſe debeant in Hepatitide & Splenitide 159
quales in Inflammatione uteri ſint adhibendi 166
acres commendantur in Lethargo 289
nimium emollientes in Obſtructione Alvi in ſenibus vitandi 239
quales in Purpura rubra noceant 329
Cochleariæ ſuccus commendatur in Stomacace 264
ſpiritus in Stomacace vitandus & cur 265
Coctionis & cruditatis definitio 36 differentia *ib.* ſigna 37 cauſa efficiens *ib.* de his obſerv. *ib.*
Colicæ definitio 130 differentia *ib.* ſigna generalia *ib.* ſpecialia *ib.* ſubjecta *ib.* prognoſis *ib.* remedia generalia *ib.* ſpecialia 131 methodus medendi *ib.* cautelæ 140 pertinaci ſuperveniens ſudor copioſus quid indicet 130 bilioſæ Cholerici maxime ſunt obnoxii *ib.*
Colica flatulenta minoris eſt periculi quam bilioſa & convulſiva *ib.*
Colicæ convulſivæ definitio 277 differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjecta *ib.* prognoſis *ib.* remedia *ib.* methodus medendi 278 cautelæ *ib.* in Colica convulſiva exhibenda purgantia ſelectiſſima *ib.*
Collyrium Weisbachii commendatur in Ophthalmia 153
Comatis ſomnolenti ſigna 290 vigilis *ib.* utriuſque remedia *ib.* ſubjecta *ib.*
Commoventia nocent in ſcirrho Lienis 271
fortiora & evacuantia in morbis mulierum caute exhibenda 384
Comitiſſæ unguentum allegatur in Diabete 218
camphoratum in Iſchuria 243
Conceptionis definitio 14. requiſita *ib.* locus *ib.* cauſa efficiens *ib.* & graviditatis ſigna *ib.* de conceptione obſervat. *ib.*
Congeſtionum in genere definitio 120 differentia *ib.* ſigna 121 ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.* remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.* completarum & incompletarum ſymptomata 25
Conſuetudinis ægrotandi definitio 34 differentia *ib.* ſubjectum *ib.* de ea obſervat. *ib.*
Convulſiones quid ſint 278
earund differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjecta *ib.* prognoſis *ib.* remedia *ib.* methodus medendi 279 cautelę *ib.* quando periculoſæ in variolis 318 quandoque per Febrem tertianam ſolvuntur 345
Corallia melius dantur in declinatione Febris & cur? 77
ob duritiem vitanda in dentiſriciis 259
Coriandri ſemen commendatur in vertigine 289
Corporis humani definitio 2 materia *ib.* mixtio *ib.* ſtructura *ib.* diviſio *ib.* obſervat. *ib.* & actionum diverſitas ratione ætatum 10 ſeqq. habitus & ex eo ſigna 43
Correctio motuum excedentium vid. Motus,
Corroboratio per Analeptica frigida quid ſit 77
ejuſd. differentia *ib.* indicantia *ib.*
Corroborantia *ib.*
horum formulæ *ib.* modus operandi 78
regulæ & cautelæ *ib.*
Coryzæ humidæ definitio 193 differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjectum 194 prognoſis *ib.* remedia *ib.* methodus medendi 16 cautelæ 195 ſi in ea in ſenibus mucus non bene procedat, quid indicet 194
Cratonis M. P. de Succino commendatur in Gravedine 224
in Hemicrania 139
in Odontalgia 128
Creta decocta cum fructu adhibetur in vermibus 413
Crinones ſ. Comedones quid ſint *ib.*
horum differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.* remedia *ib.* methodus medendi 414
Criſis quid ſit 38 ejuſd. differentia *ib.* tempus *ib.* ſubjectum *ib.* imminentis ſigna *ib.* præſentis 39 cauſa efficiens *ib.*
Critici dies 29
Criticæ evacuationes quando ſuſpectæ 39
Crocus Lochiorum fluxum promoves 117
ejus abuſus parit Lethargum 289
♂tis ☉tus Sthalii laudatur in ſiſtendis Febribus intermittentibus 343
Crollii Extractum Panchymagogum commendatur in Coryza humida 194
in Gravedine 224
Cryſtallus montana in Cauſo cautiſſime uſurpanda & cur? 311
commendatur in Ictero 233
Cruſta Lactea vid. Achores,
Cucuphæ quando noceant 123
ex herba verbenæ commendantur in phrenitide 152
aromaticæ quibus non ſint ordinandæ in memoriæ debilitate 374
Curcumæ radix commendatur in Ictero 232
Cyclaminis ▽ laudatur in ſurditate a vi externa 371
Cynogloſſa
M.P. ex ea commendatur in Cholera humida 210
in Dyſuria 240

in

in Hæmorrhagia uterina 208
laudatur in ſopienda Tuſſi 201
cum Cinnabarinis commendatur in Coriza humida 198

D

Decocta lignorum in Gonorrhœa virulenta diluta ſuadentur 267
Decubitus ex eo ſigna 53
Deglutitio quid ſit 9
ejuſd. organum ib.
cauſa efficiens ib.
Dens hominis mortui eſt ſpecificum in Odontalgia 127
de Dentibus obſervationes ſemioticæ 51
Dentitio difficilis quid ſit 410 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum 411 prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Dentium evulſio quid ſit 284 ejuſd. indicans ib.
inſtrumenta ib. modus ib. cautelæ ib.
Diabetes definitio 217 differentia *ib.*
ſigna *ibid.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib*
remedia 218 methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Diagnoſtica ſigna 35
Diarrhœa definitio 207 differentia ib.
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
remedia 208 methodus medendi *ib.* cautelæ 209
nimiæ quomodo in Variolis compeſcendæ 318
in ſalivatione accidentes quomodo tractandæ 270
in Febre catarrhali 272
in Febre Caſtrenſi 339
in Febre Catarrhali maligna quid requirant 333
quando innoxiæ in Febribus malignis & epidemicis 316
menſtruæ in gravidis innoxiæ 214
in Morbillis ſalutares obſervatæ *ib.*
critices in Hepatitide ſalutares 158
Diarrhœa choleriodes quid ſit 401
ejuſd. differentia ibid. ſigna ib. ſubjectum ib.
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus med. *ib.* cautelæ *ib.*
in ea commendantur Rhabarbarina ib.
Diætæ definitio 94 differentia ib.
ætatum definitio 97 differentia ib.
regulæ & obſervationes ib.
reſpectu ſexus definitio 98 differentia ib.
regulæ & obſervationes ib.
reſpectu temperamentorum definitio ibid.
differentia *ib.*
regulæ & obſervationes 99
ægrorum regulæ & obſervationes generales *ib.*
ſpeciales ib.
Diæta Melancholicorum qualis eſſe debeat 376
aromatica commendatur in Anaſarca 248
qualis eſſe debeat in Salivatione 270
ſalſa & acida nocet Cancroſis 272
qualis eſſe debeat in Palpitatione cordis 282
aromatica convenit in Aſthmate humido 204
Diaphoreſis quid ſit 61 ejuſd. differentia *ib.* indicantia *ib.*
Diaphoretica remedia ibid. horum formulæ ib.
modus operandi 62 tempus exhibendi ibid.
regulæ & cautelæ *ib.*
Diaphoreticum regimen actuale nocet in Malo Iſchiadico 143
Diaphoretica fortiora nocent in Aſthmate ſpaſtico 276
in Exulceratione Renum & Veſicæ & cur 283
præmature data in Febribus quid efficiant 301
acria in Febre biliosa ardente vitanda 309
non ſint nimis commoventia in Febre Inflammatoria 313
poſitive talia in Febre ſcarlatina non ſunt exhibenda 327
neque in Purpura urticata 328
fortiora quænam mala inducant in Splenitide & Hepatitide 159
per Diaphoretica Peſtis cura nunquam principaliter tentanda 342
Diæreſis definitio 86 ejuſd. differentia *ib.*
Differentia morborum eſſentialis *ib.*
accidentalis *ib.* ſymptomatum 25
Diorthoſeos definitio 94 differentia *ib.*
inſtrumenta *ib.* modus *ib.*
uſus *ib.* cautelæ *ib.*
Diſcutientia commendantur in Colica ſanguinea 131
externe quando in Coryza humida applicanda 195
commendantur in Hæmorrhoidibus cœcis 137
in Odontalgia ſympathica 127
cum emollientibus in Procidentia Ani 297
Diureſis & per eam evacuatio quid ſit 59
ejuſd. differentia *ib.* indicantia 60
Diuretica remedia *ib.* horum formulæ *ib.*
modus operandi *ib.* regulæ & cautelæ 61
fortiora vitanda in Cachexia & Chloroſi 247
in Gonorrhœa &c 220
in principio Dyſuriæ nullius uſus ſunt 241
nocent in Hæmorrhoidibus ſeroſo-mucoſis 214
vitanda in Mictione imminuta 242
oleoſa nocent in Nephritide 164
fortiora pariunt urinæ Incontinentiam 216
ſalina in morbis pectoris caute uſurpanda 254
Diuretica Tincturæ commendantur in Anaſarca 248
Dolor acerbus in meditullio partis quid indicet in Gangræna 251
Dolores poſt partum quid ſint 400
horum differentia *ib.*
ſigna *ib.*
ſubjecta *ibid.*
prognoſis *ibidem*
remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
in eis a Foreſto commendatur decoctum Chamomillæ *ib.*
vitanda pellentia & carminativa fortiora *ib.*
Doronici rad. commendatur in Vertigine 289
Dyſenteria benigna quid ſit 214 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.*
ſubjectum *ibid.*
prognoſis *ib.*
remedia 215
methodus medendi *ib.*
cautelæ *ibid*
in ea adulti gravius affliguntur 214
in illa excrementa mucoſa ſunt magis periculoſa quam ſanguinea *ib.*
in ea commendantur Clyſteres ex lacte 115
e. Lipothymiis quid indicent 295
Dyſtocia vid. Partus difficilis
Dyſuria quid ſit 240 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 241 cautelæ *ib.*
cum excretione muci viſcidi difficulter curatur 240
it. ab Exulceratione Veſicæ *ib.*

E

Electuarium de Ovo commendatur in Paraphrenitide 152
in Mania 374
Elixir Polychreſtum Hallenſe laudatur in Peſte 341
Emeticum ſine pari Kortholti 271
Emmenagoga vid. Hæmagoga fortiora ad promovendum abortum ſumta pariunt ſterilitatem 385
Emollitio partium durarum quid ſit 75
hujus differentia *ib.* indicantia ibid.
remedia *ib.* formulæ *ibid.*
Emollientium modus operandi 76
regulæ & cautelæ *ib.*
Emollientia ab initio in Angina non ſunt applicanda 155
vitanda in Ophthalmia 154
quando in Otalgia ſint uſurpanda 127
Emplaſtrum Ceratum matricale laudatur in malo Iſchiadico 134
Diachyl. ſimplex ubi conveniat in Angina 155
Diachyl. c. Gummatibus quando locum habeat in Angina *ib.*
e Galbano camphoratum commendatur in Podagræ initio

de Meliloto in Odontalgia eſt optimum diſcutiens 127
Empyematis definitio 181 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia 182
methodus medendi *ib.* cautelæ *ibid.*
in Empyemate quale pus ſalutare ſit 181
pus omne non ſimul & ſemel evacuandum 182
Emulſiones commendantur in Catarrho ſuffocativo in Febre concurrente 227
quales conveniant in Febre inflammatoria 312
quænam locum habeant in Febre Purpura 329
ex ſem. IV. frigidis majoribus commendantur in ſtranguria 239
in Variolis in ſudore nimio 319
Emulſiva refrigerantia & narcotica vitanda in Raucedine & Brancho 225
Ephialtes vid. Incubus
Epilepſia quid ſit 279 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis 280 remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
tollitur quartana *ib.*
a Lymphæ vitio quomodo tractanda *ib.*
ab orgaſmo ſanguinis & ſeminis quomodo curetur *ib.*
in ea tanquam ſpecificum commendatur bilis canis atri 273
Equinus teſticulus commendatur in hæmorrhagia uteri 398
Equitatio commendatur in Aſcite recentiori 251
in Melancholia 365
in Phthiſi 186
in Tympanite 252
Errhina & Ptarmica quodmodo differant 65
horum indicantia *ib.*
remedia *ib.* formulæ *ib.*
horum remediorum modus operandi *ib.*
regulæ & cautelæ *ib.*
coryzam humidam quandoque graviorem reddunt 195
Errores Medicorum Practicorum quid ſint 5
horum cauſæ *ib.*
effectus in Variis morbis *ib.* ſeqq.
Errores naturæ quid ſint 27
horum differentia *ib.* cauſa efficiens *ib.*
effectus in variis morbis *ib.* ſeqq.
de Erroribus Medicorum & Naturæ obſervationes 28
Eſſentia Alexipharmaca Stahlii convenit in Diarrhœa in principio Variolarum 318
commendatur in Febre bilioſa ardente 308
in Febre catarrhali maligna & epidemica 316
in Febribus corruptis minoribus doſibus exhibenda 365
laudatur in Febre inflammatoria 312
in Febre petechiali 335
in Febre tertiana continua verſus Paroxyſmum non exhibenda 363
c. eſſ. Scord. mixta commendatur in Febre tertiana maligna 350
Eſſent. dulc. Hallenſ. eſt verum Cardiacum 282
per eam curata Catalepſis 275
convenit in convulſionibus 273
commendatur tanquam anodynum in Diarrhœa 209
concentrata commendatur tanquam Analepticum
in Febre Inflammatoria 313
in Hæmorrhoidibus ſuppreſſis 111
eſt ſpecificum in Mania 374
in Melancolia 375
laudatur in morbis oculorum 153
commendatur in Volvulo 163
Ettmulleri pulvis ex pulvere viperarum & cryſtallo montana commendatur in Febre dyſenterica 337
ejuſd. pulvis pro Lectimingis 217
Evacuationes per epicraſin ſunt optimæ in Tympanite 252
Eventus morbi modus 37
differentia ib. ſeq.
Euphragia laudatur in infuſo in oculorum affectibus 369
Exæreſis quid ſit 90
ejuſd. differentia *ib.*
Excreta & retenta quid ſint 96
horum regulæ & obſervationes *ib.*
morbos inducunt 30
Expectorantia dulcia nimium exhibita nocent in Brancho & Raucedine 225
in Phthiſi 186
quomodo in Tuberculis ſcirrhoſis pulmonum exhiberi poſſint 176
vitanda in Vomica pulmonum 180
in quavis Tuſſi caute adhibenda 202
Expectoratio quid ſit 66 ejuſdem differentia *ib.*
indicantia *ib.* remedia *ib.*
modus operandi 67 regulæ & cautelæ *ib.*
Exploratio Chirurgica quid ſit 81 ejuſd. differentia *ib.*
modus *ib.* cautelæ & obſervationes *ib.*
Extractum liquidum Stahlii laudatur in Aſthmate humido pectorali 204
Exulceratio Hepatis & Lienis quid ſint 185
horum differentia *ibid.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia 187 methodus medendi *ib.*
cautelæ *ib.*
Exulceratio Pulmonum vid. Phthiſis
Exulceratio Renum & Veſicæ quid ſint *ib.*
horum differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum 188 prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus med. 189 cautelæ *ib.*
Exulceratio viſcerum quid ſit 166 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum 167
prognoſis *ibid.* remedia *ib.*
methodus medendi 168. cautelæ *ib.*

F

Facies quid ſit 42 ejuſd. differentia *ib.*
ex Facie ſigna *ib.*
Facies Hippocratica *ib.*
Farcimina ex criſtis & teſtibus gallorum commendantur in impotentia virili 298
Faſciationis (Bandages) definitio 180
Faſciæ quomodo differant 81
quomodo applicandæ *ib.*
harum uſus 82 cautelæ & obſervat. *ib.*
Faucium differentia 51
de Faucibus obſervat. ſemejoticæ *ib.*
Faventini (Leonelli) Pilulæ hydragogæ 250
Fæces alvi quid ſint 5
quomodo differant ib. & 49
harum materia 5
ex Fæcibus alvinis ſigna 49
Febris definitio 299 differentia *ib.*
ſigna 300 ſubjectum *ibid.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 301 cautelæ *ib.*
in Febre vitanda ſubadſtringentia 300
quid cenſendum de Sale digeſtivo Sylvii *ib.*
Febris ardentis ſtricte ſic Dictæ ſ. cauſi definitio 310
differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ibid.* methodus med. 311
Cautelæ *ib.*
ejuſd. obſervatio notatu digna 310
Febris bilioſa ardens quid ſit 308 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 309 cautelæ *ibid.*
in ea criſis optime fit per vomitum l. diarrhœam 39
Febris catarrhalis benigna ſ. continua quotidiana veterum 313
quid ſit *ib.* quomodo differat *ib.*
ejus ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia 314 methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
per acria alexipharmaca tractata facile degenerat in malignam *ib.*
in lentam degenerans quomodo tractanda *ib.*
Febris catarrhalis maligna petechizans quid ſit 331
ejuſd. differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjecta 332
prognoſis *ibid.* remedia *ib.*
methodus medendi 405 cautelæ *ib.*
Febris Caſtrenſis ſ. Hungaricæ definitio 337
ejuſd. differentia *ib.*

ſigna 337 ſubjectum 338
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ 339
in Febre Caſtrenſi vitanda Theriacalia *ib.*
Febris continua quid ſit 306 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia 307 methodus medendi *ib.*
cautelæ *ib.*
Febres corruptæ & nondum typicæ quid ſint 365
horum differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum ib. prognoſis *ib.*
remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ibid.*
in his vitanda commoventia *ib.*
commendatur Eſſent. alexipharmaca Stahlii c. eſſent. Scordi *ib.*
Febris dyſenterica quid ſit 336
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 337. cautelæ *ib.*
Febris ephemeræ definitio 302 differentia *ib.*
ſigna *ib* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ 303
Febris epidemicæ definitio 315 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia 316
methodus medendi *ib.*
cautelæ *ib.*
Febris hecticæ definitio 356 differentia *ib.*
ſigna 356 ſubjectum 357
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 358 cautelæ *ib.*
inveterata nulla remedia admittit 357
maxime aucta vertitur in continuam *ib.*
Febris inflammatoriæ definitio 312
differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 313
cautelæ *ib.*
Febris lentæ definitio 354
differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum 355 prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.*
cautelæ 356
ex intermittente quomodo tractanda 355
ex acuta orta quam methodum expoſcat *ib.*
a profuſione ſanguinis enormi 356
Febris malignæ definitio 315 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ibid.*
prognoſis *ib.* remedia 316
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Febris petechialis definitio 333 differentia *ib.*
ſigna 334 ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia 335 methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Febris purpura urticata vid. infr. Purpura
Febris purpura alba *ib.*
rubra *ib.*
Febris quartanæ definitio 350 differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum 351 prognoſis *ib.* remedia 352
methodus medendi *ib.* cautelæ 353
Febris quartanæ continuæ definitio 359
differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
remedia 360 methodus medendi *ib.*
cautelæ *ib.*
Febris quotidianæ intermittentis definitio 342
differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjectum *ibid.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 343 cautelæ *ib.*
quando degeneret in continuam 342
Febris rheumaticæ definitio 362 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum 363 prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Febris ſcarlatinæ definitio 326 differentia *ibid.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ 327
Febris ſcorbuticæ definitio 364 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjecta *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 365 cautelæ *ib.*
Febris ſynochæ ſ. continentis definitio 303
differentia *ib.*
ſigna ibid. ſubjectum ibid.
prognoſis ibi. remedia ibi.
methodus medendi 304 cautelæ *ib.*
obſervat. *ib.*
Febris ſynochæ putridæ ſ. continentis compoſitæ definitio 305
differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Febris tertianæ anomalæ definitio 348 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia 349
methodus medendi *ib* cautelæ 350
Febris tertianæ continuæ definitio 359 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
remedia 360 methodus medendi ib.
cautelæ *ib.*
Febris tertianæ legitimæ intermittentis definitio 343
differentia *ib.* ſigna 344 ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia 345
methodus medendi 346 cautelæ 347
Febris tertianæ malignæ definitio 348 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis 349 remedia *ib.*
methodus medendi 350 cautelæ *ib.*
Fiſtularum definitio 89 differentia *ib.*
ſigna *ib.* cauſa *ib.*
prognoſis *ib.* cura *ib.*
cautelæ & obſervat. *ib.*
Flatulentia quid ſit 235 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna 236 ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 237 cautelæ *ib.*
facile acquirit habitum 236
in ea commendatur motus moderatus 237
a menſ. & hæmorrhoidum malo ſucceſſu quid pariat 236
Flatus quid ſint 23 horum differentia *ib.*
ſedes *ib.* materia *ib.*
ſubjectum *ib.* effectus *ib.* obſervationes *ib.*
Flatuum expulſio quid ſit 78
hujus differentia 79 indicantia *ib.*
remedia *ib.* formulæ *ib.*
remedior. modus oper. *ib.* regulæ & cautelæ *ib.*
Fluor albus ſimplex quid ſit 220
ejuſd. differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia 221 methodus medendi *ib.*
cautelæ *ib.*
per pilulas Stahlianas in gravida ſublatus 220
in puella decem annorum & infante duorum cum dimidio obſervatus *ibid.*
ſublatus per fluxum menſium *ib.*
ſuppreſſus parit Arthritidem *ib.*
Cachexiam & Hecticam 221
in eo fumus ♁ii non ſemper tutus *ib.*
Fluxus Cœliacus vid. Lienteria.
Fluxus Hepaticus quid ſit 212 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
non tollendus per Adſtringentia *ib.*
Fœtor oris quid ſit 258 ejuſd. differentia ib. ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 259 cautelæ *ib.*
Fœtor ſudoris quid ſit *ib.* ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
in acutis quomodo tractandus *ib.*
a corruptione humorum dependens *ib.*
in eo pulvis Aluminis male adhibetur *ib.*
Fœtus mortui definitio 393 ſigna *ib.* & 90
ſubjectum 394 prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus med. *ib.* cautelæ *ib.* extractio quid ſit 90
ejus prognoſis *ib.* modus *ib.* cautelæ & obſerv. 91

Fonticulus quid ſit 88 ejus locus *ib.*
modus excitandi *ib.*
uſus *ib.* cautelæ & obſervat. *ib.*
Fonticuli quando locum habeant in Cephalæa 126
in Ophthalmia conſolidati quando eam reddant pejorem 154
in Ophthalmia ſeroſa medicationi internæ poſtponendi & cur 197
Foreſti unguentum in Hydrocephalo quid de eo cenſendum 253
Formicarum ſpiritus laudatur in doloribus arthriticis confirmatis 235
ſuccus commendatur in Cataracta & Gutta ſerena 368
Formulæ aquoſæ nocent in Aſcite 251
Fotus vaporoſi cum vino commendantur in œdemate 257
Fractura quid ſit 82 ejuſd. differentia *ib.*
cauſa *ib.* ſigna *ib.*
prognoſis *ib.* cura 83
cautelæ & obſervationes *ib.*
ſimpliciter per tranſverſum quam cum comminutione mitiora habet ſymptomata 82
Fragorum aqua nephriticis ſenſibilioribus non exhibenda 164
Frictiones pedum commendantur in Apoplexia 292
Frigida auribus ſunt inimica 371
Fumaria in Lue Venerea non præſcribenda eſt & cur 270
ejus aqua deſtillata nocet in Variolis 320

G

Galegæ aqua convenit in Febre epidemica maligna 316
in Purpura rubra 328
in Variolis 318
Gangrænæ ſigna 149
Gargariſmata adſtringentia commendantur in Salivatione & ptyaliſmo 198
Gelatina C C. commendatur in Catarrho ſuffocativo ad leniendam febrim 227
laudatur in Febre catarrhali maligna 333
c. amygdalis parata laudatur in Febre Hectica 358
Gelatina Viperina 263
Gemmata tenerioribus in Febre miliari non ſunt exhibenda 331
Generationis definitio 14 organa *ib.*
cauſa efficiens *ib.* finis *ib.*
Globulorum plumbeorum & ſagittarum extractio quid ſit 91
horum differentia *ib.* prognoſis *ib.*
modus extractionis *ib.* cautelæ & obſerv. 92
Gonorrhœa ſimplex vid. Pollutio. nocturna
Gonorrhœa virulenta quid ſit 265
ejuſd. differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia 266
methodus medendi *ib.* cautelæ 267
quando locum in ea habeant balſamica acriora *ibid.*
in ea commendantur decocta lignorum dilutiora *ib.*
Graved. & doloris capitis catarrhalis definitio 223
differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ 224
Graviditatis ſigna 14
Gravitas auditus quid ſit 370 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjecta *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 371 cautelæ *ib.*
in Febribus quomodo tractanda *ib.*
quomodo tollenda in ſenibus *ib.*
Gummatoſo-Balſamica augent dolores in Cancro 271
Gummi-reſinæ commendantur in Anaſarca 248
pro ſuffimigio in Aſthmate ſpaſtico 275
commendantur in Tympanite 252
Gutta ſerena quid ſit 368
ejuſdem differentia *ib.*
ſigna *ib.*
ſubjecta *ib.*
prognoſis *ibid.*
remedia *ibidem*
methodus medendi 369. cautelæ *ib.*

H

Habitus corporis quid ſit 43
ejuſd. differentia *ib.* obſervat. *ib.*
conſtrictus quid indicet *ib.*
Hæmagoga quid ſint 68 horum differentia *ib.*
indicantia *ib.* remedia *ib.*
formulæ *ibid.*
Hæmagogorum modus operandi 69
regulæ & cautelæ *ib.*
Hæmatites præparatus commendatur in Hæmoptyſi 106
in Hæ norrhagiis paſſivis 120
Hæmoptyſis juvenibus familiaris eſt 102
Hæmoptyſeos definitio 105 differentia *ibid.*
ſigna imminentis & præſentis *ibid.*
ſubjecta *ib.* prognoſis *ibid.*
remedia curatoria *ibid.*
præſervatoria 106
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Hæmorrhagiæ in genere definitio 102 differentia *ib.*
narium junioribus familiares *ib.* & 104
ſigna 102 ſubjectum *ibid.*
prognoſis *ib.* ſymptomata 25
quando non ſupprimenda 103
Hæmorrhagiarum in genere cura 102
methodus medendi 103 cautelæ *ib.*
criticarum paucitas quid indicet *ib.*
obſervat. ſemioticæ 53
Hæmorrhagiæ narium definitio *ibid.*
differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum 104 prognoſis *ibid.*
nimiæ quid pariant *ibid.*
per adſtringentia ſuppreſſæ ſumme nocent *ib.*
in quibus morbis periculoſæ *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ibid.*
quando non ſupprimendæ *ib.*
cautelæ 105
in auctis ſi ſupprimuntur, vitæ periculum inferunt 104
it. in Febre catarrhali maligna 332
quid de eis cenſendum in Febre epidemica 316
excedentes in Variolis quomodo tractandæ 319
in Variolis adultorum quando periculoſæ 323
in Variolis & morbillis non ſunt vere criticæ 39
Hæmorrhagiæ e nare ſiniſtra quando ſalutares in ſplenitide 159
Hæmorrhagiæ paſſivæ quid ſint 119
harum differentia *ib.* ſigna ib.
ſubjecta *ib.* prognoſis *ibid.*
immodica profuſio varia mala poſt ſe trahit *ib.*
paſſivæ remedia 120
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Hæmorrhagiæ uterinæ definitio 115
differentia ib. ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.* remedia 116
methodus medendi *ibid.* cautelæ *ibid.*
Hæmorrhoides viris familiares ſunt 102
Aſthma humidum mitigant 203
nephriticis ſupervenientes ſunt bonæ 164
poſt ſanguinis vomitum bonæ 107
largiores imminuunt Ophthalmiam 246
Scorbutum 264
Hæmorrhoides cœcæ quid ſint 135
earum differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 136 cautelæ *ib.*
non apertæ varia mala inducunt 135
Hæmorrhoidum definitio 108 differentia *ib.*
imminentium ſigna *ib.* fluentium ſigna *ib.* nimiarum ſigna *ib.* ſubjecta *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ibid.*
methodus medendi *ib.*
cautelæ *ib.*
fluxum quando ſapprimere non liceat *ib.*
inhibitionem facilius ferunt fœminæ *ib.*
Hæmorrhoidum fluxus deficientis definitio 110

dif-

differentia *ib.* Signa imminentis *ibid.*
subjectum *ib.* prognosis *ib.*
remedia *ibid.*
methodus medendi 111 cautelæ *ibid.*
suppressio quos morbos inducere possit 110
Hæmorrhoidum seroso-mucosarum definitio 213
differentia *ib.* signa *ib.* subjecta *ib.*
prognosis *ib.* remedia *ibid.* methodus med. *ib.*
Cautelæ 214
in his sudor circa partes vicinas quid indicet *ib.*
Hederæ terrestris succus laudatur in Atrophia, tanquam specificum 173
in gravitate auditus & surditate 370
in infarctu Lienis 171
in insuso commendatur in Asthmate spastico 276
Helenii essentia laudatur in Asthmate humido a nimia pulmonum flacciditate 204
Helleborus albus & niger commendantur in gravedine 224
Hellebori nigri extractum commendatur in Catarrho suffocativo 227
essentia saturatior commendatur in malo Hypochondriaco 134
Hemicrania quid sit 138
ejusd. differentia *ib.* signa *ib.* subjectum 139
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ibid.* cautelæ *ib.*
per refrigerantia externa tractata in quid degeneret *ib.*
quando locum in ea habeat Mixtura tonico-nervina Stahlii 140
Hepar anguillæ commendatur pro exclusione abortus 116
molæ 386
specificum dysenteriæ benignæ 215
arietis calidum, pulmo ovis &c. imponuntur capiti in Mania 374
Hepatitis est Febrium inflammatoriarum periculosissima 312
Hepatitidis & Splenitidis definitio 158
differentia ib. signa *ib.* subjectum *ib.*
prognosis *ib.* remedia 159
methodus medendi *ibid.* cautelæ *ib.*
Hirci urina est specificum in Ischuria 244
Hiera picra celebratur a Baglivio in omnibus morbis Ventriculi 381
Hirudines quid sint 56 & 87
harum differentia 56
selectus 87
præparatio 56
modus applicandi *ibid.* usus *ib.*
cautelæ 87
applicantur ano in adstrictione alvi 284
in Colica hæmorrhoidali 132
in Malo Ischiadico 143
in Phthisi 185
in Splenitide 159
temporibus applicantur in Hemicrania 140
suadentur in fluxu Hæmorrhoidum deficiente 111
quando insigniter profint 122
quando conveniant in Tympanite 252
Hominis definitio 2 divisio *ib.*
Humorum alteratio quid sit 69
ejusdem differentia *ib.* regulæ & cautelæ *ib.*
evacuatio quid sit 55
ejusd. differentia *ib.*
tenuium resolutio vid. Resolutio.
Incrassatio vid. Incrassatio
Hydrocephali definitio 252 differentia *ib.*
signa 253 subjectum *ib.* prognosis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
quando incisio in eo locum habeat *ib.*
Hydrops quando excipiat Febrem quartanam 361
Hydropis pectoris definitio 253 differentia *ib.*
signa *ibid.* subjectum *ib.* prognosis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 254 cautelæ *ib.*
Hydromphali & Hydroceles definitio *ibid.*
differentia *ib.*
signa *ib.*
subjectum *ibid.*
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 255 cautelæ *ib.*
Hygieine vid. Diætæ
ejusd. materia 34
Hypopii definitio 367 differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum *ib.* prognosis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.*
differentia 368

I

Jalappa commendatur in Cachexia & Chlorosi 247
in Fluore albo simplici 221
in Hæmorrhoidibus seroso-mucosis 213
ejus resina laudatur in Catarrho suffocativo 226
Jalappin. Specif. convenit in Lippitudine 196
in Odontalgia 220
Ictherus in Febribus acutis quando malus 232
hydropi superveniens quid de eo censendum *ib.*
cum anxietate & angustia præcordiorum incipiens quid portendat *ib.*
quando & quibus in eo propinari queat limatura Martis 234
Icteri definitio 231
differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum 232 prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 233 cautelæ *ibid.*
Immissio pedum in aquam calidam hæmorrhagiam narium sæpius sistit 105
Imperforatio vid. supra Clausarum partium apertio
Impotentiæ virilis definitio 298
ejusd. differentia ibid. signa ib. subjectum ib.
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus med. 299 cautelæ *ib.*
in hac farcimina ex cristis & testibus gallorum commendantur 370
Incidentia & resolventia commendantur in Febre Quartana continua 359
in Infarctu Hepatis 172
Incrassatio humorum quid sit 71
ejusd. differentia *ib.*
indicantia *ib.*
remedia *ib.*
Incrassantium modus operandi 72
regulæ & cautelæ *ib.*
nimius usus vitandus in Tertiana anomala 350
Incubus quid sit 276 ejusd. differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum *ib.* prognosis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 277
cautelæ *ib.*
frequentior in senibus quid exinde metuendum 276
Indicationes, Indicantia, Indicata quid sint 54
horum differentia *ib.*
regulæ & cautelæ Practicæ 246
Infarctus Hepatis definitio 171 differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum *ib.*
prognosis *ibid.* remedia *ib.*
methodus medendi 172. cautelæ *ib.*
est periculosior infarctu Lienis 171
cum inflatione visceris facilius curatur quam a nimia constrictione 171
in eo laudatur Cichorium 172
Infarctus Lienis definitio 169 differentia 176
signa *ib.* subjectum *ib.* prognosis *ib.*
remedia *ib.* methodus med. 171 cautelæ *ib.*
in fœminis quandoque solvitur per vomitum cruentum 170
per Petechias illisque supervenientem excretionem sanguinis fœtentis per alvum solutus *ib*
Infarctus Pulmonum definitio 168 differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum *ibid.*
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 169 cautelæ *ib.*
Infarctus Viscerum definitio 166 differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum 167
prognosis *ib.*
remedia *ib.*
methodus medendi 168
cautelæ *ibid.*

morbos reddunt diuturniores 14
& obſtructiones tolluntur per Febrem tertianam intermittentem 345
Inflammatio nervi auditorii quæ mala poſt ſe trahat. 126
Inflammationis definitio 148 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia 149
methodus medendi 150
cautelæ *ib.* ſymptomata 25
Inflammationis ventriculi & inteſtinorum definitio 160
differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 161
cautelæ *ib.*
Inflammationis uteri definitio 165
differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 166
cautelæ *ibid.*
in hac ad lochiorum ſuppreſſionem reſpiciendum *ibid.*
quales Clyſteres conveniant *ib.*
Intertrigo quid ſit 409
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ibid.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
oleoſæ & nimis aquoſæ formulæ in hac non conducunt *ib.*
Ipecacuanhæ rad. laudatur tanquam ſpecificum in Dyſenteria benigna 215
in principio Dyſenteriæ exhibendæ & cur *ib.*
in principio Febris Ardentis bilioſæ in hernioſo feliciter exhibita 309
in Febre Catarrhali maligna vitanda 333
gravidæ Febre peculiari decumbenti cum ſucceſſu data 353
cum Sale Tartari in cholera humida cum fructu propinatur 210
Iſchuriæ definitio 242 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum 243
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ 244
Iſchuria quandoque V. Sne in pede tollitur 243
in ea ſpecificum eſt urina hirci 244
Iſchiadicum malum vid. Malum Iſchiadicum.
Juniperi Ol. commendatur in retentione ſecundinæ 398

K

Kortholti Balſamus Vulnerarius laudatur in Cancro exulcerato 272
in conſolidandis abſceſſibus mammarum 406
ejuſd. corroſivum liquidum 272
Kuferi pulvis epilepticus niger ſuadetur in convulſionibus 279

L

Lac convenit in cholera a Venenis corroſivis 210
cadaveri mortuo inſtillatur in ejus abundantia 402
muliebre commendatur in Impotentia virili 298
in tinnitu aurium 370
Lactantibus vinum parce exhibendum 405
Lactis abundantia quid ſit 402 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis 402
remedia *ib.* methodus medendi 403 cautelæ *ib.*
aquoſi ſigna 404
bilioſo-acris ſigna *ib.*
craſſioris & mucidioris *ib.*
aquoſi ſubjectum *ib.*
bilioſo-acris *ib.*
craſſioris & mucidioris *ib.*
horum prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 405 cautelæ *ib.*
defectus definitio 403 differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
juvatur per frictionem 403
Lactuca ſitim nimiam exſtinguit 382
Lamium Plinii in infuſo Theiformi laudatur in Nephritide 165
Laxantes noduli commendantur præſervative in Purpura rubra 283
Laxantia frequentia vitanda ſunt & cur 238
quando conveniant in Aphthis 408
lenia ſuadentur in Aſthmate humido 203
abſtergentia in Diarrhœa 209
in declinatione Febris ſynochæ 304
in Flatulentia 237
in Fluore albo ſimplici 221
in Fluxu Cœliaco & Lienteria 212
aloetica rejiciuntur in Fluxu Hepatico *ib.*
quænam ſufficiant in Febre catarrhali benigna 315
purgantibus præferuntur in Febre quotidiana intermittente 343
Laxatio quænam locum habeat in Febre dyſenterica 337
Leporis pinguedo commendatur in Dentitione difficili 411
cruor exſiccatus eſt ſpecificum Dyſenteriæ benignæ 215
Lethargi ſigna 289 ſubjectum *ib.* remedia 290
Leviſtici ſuccus cum aqua Artemiſiæ laudatur in Fœtu mortuo 394
eſt arcanum in retentione Secundinarum 398
Lienis infarctus vid. Infarctus.
Lienteriæ & fluxus cœliaci definitio 211 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ 212
Lignum fraxini in ſolſtitiis collectum uſurpatur in Odontalgia 127
fulmine tactum uſurpatur in Nævis maternis 412
in Odontalgia 127
ſympatheticum quid ſit 102
Limatura Martis cruda & quid de ea cenſendum in Ictero 233
quales effectus edere debeat in Malo Hypochondriaco hyſterico 134
Orichalci commendatur in rabie canina 376
nocet tibialibus in Fœtore ſudoris inſperſa 259
Linguæ differentia 51
obſervat. ſemioticæ *ib.*
Lini ſemen eſt ſpecificum in Fœtu mortuo expellendo 398
Lipothymiæ & Syncopæ definitio 294 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjecta *ib.*
prognoſis 295 remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
poſt hyperemeſes quomodo tractandæ *ib.*
quid de eis cenſendum in morbis acutis *ib.*
quando malæ in Variolis confluentibus 321
Lippitudinis definitio 195 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 196 cautelæ *ib.*
Liquamen Myrrhæ commendatur in Cancro 271
in Otalgia 126
Liquores Gallorum ſpirituoſi (Liqueurs) commendantur in Tuſſi ſtomachali humida 109
Liquoris ſtyptici Weberi deſcriptio 120
Liquoribus ſtypticis non ſemper eſt fidendum *ib.*
Lithontriptia remedia caute adhibenda & cur 192
Lithotomiæ definitio 90
differentia *ib.* operatio *ib.*
cautelæ & obſervat. *ib.*
huic præmittenda exploratio *ib.*
Lochia bene procedentia tollunt Maniam 374
Lochialis ſanguis recens commendatur in Nævis maternis 412
Lochiorum defectus definitio 116 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum 117
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ ib.
Lochiorum ſuppreſſio quos morbos inducere queat 117
fluxus nimius periculoſus eſt 115
lentior ſed diuturnior quid indicet *ib.*
fluxum ſubito ſuppreſſum varia incommoda ſequuntur 117

Lochiorum suppressione pendentes morbi pejores sunt quam a mensium suppressione 383
Lubricantia commendantur in Calculo Renum 191
in Causo prudenter exhibenda 311
Ludovici pulvis contra causum commendatur in Ischuria a causa violenta externa 244
Luis Venereæ definitio 267
differentia *ib.* signa 268
subjectum *ib.* prognosis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 269
cautelæ *ib.*
Lumborum dolor rheumaticus quomodo a nephritico distinguatur a Baglivo 189
Lumbrici terrestres conveniunt in Convulsionibus a Variolis 318
in Lactis defectu 403
Luxationis definitio 83
differentia *ib.* causa *ib.*
signa *ib.* prognosis *ib.*
curatio *ib.* cautelæ & observationes *ib.*
Lymphæ definitio 6
differentia *ib.* materia *ib.*
nervorum definitio *ib.*
differentia *ib.* materia *ib.*
Lyssos morborum definitio 39 differentia *ib.*
modus *ib.* observat. 40

M

Maculæ & vesiculæ livido-rubræ in abdomine post inflammationem ventriculi quid indicent 160
Magnesia alba convenit in Febre bilioso ardente 309
in Lue Venerea 269
Majoranæ aqua commendatur in læsione olfactus 372
Malacia vid. Pica.
Malum Hypochondriaco Hystericum quid sit 132
ejusd. differentia *ib.*
signa mali hypochondriaci *ib.*
hysterici 16 subjectum 133
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 134 cautelæ *ib.*
solvitur Hæmorrhoidum vel Mensium fluxu 133
quando in illo Venæsectio in brachio administranda 134
in hoc reiiciuntur purgantia fortiora *ib.*
salivatio per Mercurialia *ib.*
Malum Ischiadicum quid sit 142
ejusd. differentia *ib.* signa *ib.*
subjecta *ib.* prognosis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 143
cautelæ *ib.*
in hoc reiicitur regimen diaphoreticum actuale *ib.*
commendatur Emplastrum Saponatum Barbettę *ib.*
Hirudinum applicatio ad anum *ib.*
Mammæ quid sint 50
harum differentia *ib.* ex eis signa *ib.*
cancrosæ amputatio 92
Mammarum tumor apostematodes quid sit 405
ejusd. differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum *ib.*
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 406 cautelæ *ib.*
in eis laudatur sparadrapum ex Cera, sevo Cervino & Ol. rosarum *ib.*
Mania quid sit 373 ejusd. differentia *ib.*
signa *ib.* subjecta *ib.*
prognosis *ib.* remedia 374
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
quandoque oritur a vermibus 373
cum risu facilius curatur 374
Manna Calabr. in Cholera humida fugienda 211
non convenit in Flatulentia & cur 237
Marrubium album Exulcerationem Renum & Vesicæ exasperat 189
est specificum in Ictero 232
Martialia quando adhibenda in Atrophia 174
nocent in Cephalalgia sanguinea 123
prænature exhibita in Cephalæa eam exasperant 125
commendantur in Hæmorrhagia Uteri 116
cum amaris in Incubo 277
in Ascite 250
quando conveniant in Infarctu Lienis 171
ob vim adstrictoriam nocent in Phthisi 186
intempestive & largius data in Podagra quid efficiant 146
quando locum habeant in Ptyalismo Hypochondriaco 198
quando in Scirrho Hepatis 178
in Scirrho Lienis 177
Mass. Pil. de Cynogl. commendatur in Hæmorrhagia Uteri 116
convenit ad tussim in Febre hectica mitigandam 358
Masticationis definitio 9 organum *ib.*
causa efficiens *ib.* usus *ib.*
Mastiche laudatur in Procidentia Ani 297
Meconii retentio quid sit 405
ejus signa *ib.* prognosis *ib.*
subjecta *ib.* remedia 401
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Medicinæ definitio 1 attributa *ib.*
subjectum *ib.* divisio *ib.*
finis *ib.* sectæ *ib.*
Melancholiæ definitio 374 differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum 375
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 376 cautelæ *ib.*
Melancholiæ & maniæ uterinæ virginum & viduarum definitio 387
differentia *ib.* signa melancholiæ *ib.*
maniæ *ib.* subjectum 388
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Melancholicorum morbi 34
Mellita pro Collopo abstergendi laudantur in Vomica Pulmonum 180
Memoriæ debilitas quid sit 372 ejusd. differentia *ib.*
signa *ib.* subjecta *ib.*
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 373 cautelæ *ib.*
in hoc commendantur Cubebæ mane comestæ 372
Menses & ex eis signa 49
quomodo differant *ib.*
Mensium ordinariorum nimiorum definitio 111
differentia *ib.* signa *ib.*
subjectum 112 prognosis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 113
cautelæ *ib.*
fluxus ordinarius malum hystericum imminuit 133
excessus periculo vacat 112
diu durans quos morbos inducere possit *ib.*
defectus definitio 113
differentia *ib.* signa *ib.*
subjectum *ib.* prognosis 114
remedia *ib.* methodus medendi 115
cautelæ *ib.*
emansione laborantes corripiuntur Febre scarlatina 326
Mercurius dulcis commendatur in Cachexia a scabie retropulsa 247
in Coryza humida 194
in Crusta Lactea 411
in nimia Lactis muciditate 404
in Lue Venerea laxantibus optime additur 269
in Palpitatione cordis 281
in Vermibus 412
tussim leviorem quandoque tollit 201
cum pulv. Cornachin. commendatur in Crinonibus 404
infantibus aliquot mensium tuto exhibetur 407
convenit in Uvulæ prolapsu 296
nocet in Atrophia in majori dosi adhibitus 174
vitandus in Phthisi 185
Mercurius vitæ cum successu exhibitus in Fœtu mortuo 394
Methodus medendi quid sit 54
ejusd. differentia *ib.*
fundamentum 53

re-

regulæ & cautelæ ib.
in cauſis morborum virulentis 79
Mictio imminuta quid ſit 241 ejuſd. differentia ib.
ſigna ib. ſubjectum ib.
prognoſis ib. remedia 242
methodus medendi ib. cautelæ ib.
in hac abſtinendum a Diureticis fortioribus ib.
Mictus cruentus quid ſit 117 ejuſd. differentia ib.
ſigna ib. ſubjectum 118
prognoſis ib. remedia ib.
methodus medendi 119 cautelæ ib.
criticus non eſt ſupprimendus ib.
ſenibus familiaris eſt 102
quandoque in calculoſis a Tinctura antinephritica Rothii producitur 119
Milleſolium melius in fœminis adhibetur quam in viriis 134
ejus eſſentia commendatur in Colica ſanguinea 131
in Hæmorrhagia uteri 136
in infuſo commendatur in Hæmorrhoidibus cœcis 136
ejuſd. eſſent. ſuadetur in fluxu Menſium nimio 112
in Menſium defectu 114
in Vomitu cruento 108
Millepedes nocent in Nephritide 164
in vino macerati laudantur in fiſſuris Papillarum 407
Mixtura ſimplex laudatur in Febre Bilioſa ardente 309
in Febre inflammatoria 312
in Febre Petechiali 335
Tonico-Nervina Stahlii ex Sp. C. C. & Tinctura Tart. commendatur in Calculo 192
in Congeſtionibus 121
in Dolore Capitis Catarrhali 224
in Empyemate 182
in Hæmoptyſi 106
in Hæmorrhagiis 102
in Malo Iſchiadico 143
in Tuſſi ad roborandos pulmones 109
cum Eſſ. Alexipharmaca Stahlii ſuadetur in Fluxu Hepatico 212
Mola quid ſit 385 ejuſd. differentia ib.
ſigna 386 ſubjectum ib.
prognoſis ib. remedia ib.
methodus medendi 387 cautelæ ib.
de Mola obſervationes duæ 386
Morbilli quid ſint 324 horum differentia ib.
ſigna ib. ſubjectum 325
prognoſis ib. remedia ib.
methodus medendi ib. cautelæ ib.
Morbi acuti 18
adſcititii ib.
æſtivi ib.
autumnales ib.
benigni ib.
compoſiti ib.
congrui ib.
contagioſi 18
continentes ib.
continui ib.
corrupti ib.
curabiles ib.
endemii ib.
epidemici ib.
habituales ib.
hæreditarii ib.
hyemales ib.
idiophatici ib.
immateriales ib.
incurabiles ib.
intermittentes ib.
legitimi ib.
lethales ib.
magni ib.
maligni ib.
materiales ib.
non corrupti ib.
nothi ib.
parvi ib.
ſalutares ib.
ſimplices ib.
ſpurii vid. nothi.
ſymptomatici ib.
de Morbis obſervationes ib.
Morbi ætatum quid ſint 31
horum differentia ib.
de eis obſervationes 32
ad Morbos diſpoſitio ratione ſexus ib.
ratione temperamentorum 33
Morbi mulierum quid ſint 383
horum differentia ib. ſigna ib.
ſubjectum ib. prognoſis ib. remedia ib.
methodus medendi 384 cautelæ ib.
gravidarum interdum fœtu creſcente imminuuntur 383
in morbis mulierum ad menſes ſemper reſpiciendum 384
Morbi ſenſuum quid ſint 366 horum differentia ib.
ſigna ib. ſubjectum ib.
prognoſis ib. remedia ib.
methodus medendi ib. cautelæ ib.
Morborum tempora quid ſint 19
horum differentia ib. cauſa efficiens ib.
obſervat. ib. cauſæ quid ſint 20
earum definitio ib. differentia ib.
obſervationes ib.
cauſæ non naturales quid ſint 29
harum differentia ib.
Morbus quid ſit 15 ejuſd. differentia ib.
obſervationes ib.
horum ſubjecta quænam ſint ib.
quomodo differant ib.
obſervationes ib.
differentia quid ſit ib.
eſſentialis ib.
accidentalis 17
Morbi acuti quinam ſint diuturni 39
chronici in corpore debili diu durant 37
hæreditarii ſunt diuturni ib.
magni ſunt breves ib.
horum cauſa quo activior eo citius morbus finitur ib.
Mors ex ſudore matutino ſuppreſſo 244
Motus & de eo regulæ & obſervationes 96
corporis quomodo & quando in malo Iſchiadico inſtituendus 44
placidus convenit in Cachexia 247
laborioſus commendatur noctambulis 378
Motus deficientes quid ſint 285 eorund. differentia ib.
ſigna ib. ſubjectum ib.
prognoſis ib. remedia 286
methodus medendi ib. cautelæ 286
horum exſtimulatio quid ſit 78
differentia ib. indicantia ib.
remedia ib. formulæ ib.
modus operandi ib. regulæ & cautelæ ib.
Motuum excedentium correctio quid ſit 76
ejuſd. differentia ib.
indicantia ib. remedia ib.
formulæ remediorum internorum ib.
externorum 77 horum modus operandi ib.
regulæ & cautelæ ib.
morbificorum definitio 24
differentia ib. cauſa efficiens 25
obſervationes ib.
ſpaſtico-convulſivorum definitio 272
horum differentia ib. ſigna ib.
ſubjectum ib. prognoſis 273
remedia ib. methodus medendi ib.
cautelæ ib.
Motus tonici definitio 3
exiſtentia probatur ib.
differentia ib. organum ib.
cauſa efficiens ib. uſus ib.
obſervationes ib. voluntari definitio 13
differentia ib. organum ib.
cauſa efficiens ib. uſus ib.
obſervationes ſemioticæ 53
Motus & quies excedentes vel deficientes corpori nocent 30
Moxa Sinenſium plerumque inefficax in Podagra 146
Muci definitio 5 differentia ib. materia ib.

de Muco obſervationes 48
Mucilaginoſa conveniunt in arroſione a Cauſo 311
in ſiti aucta 382
infringunt calorem præternaturalem *ib.*
in retentione meconii conducunt 407
Muſitani (Car.) decoctum vulnerar. ad procidentiam vaginæ Uteri 399
ejuſd. pulvis ſtypticus 120
Myrrha nocet in Phthiſi & cur 186
caute exhibenda in Vomica pulmonum 181
ejuſd. eſſent. c. eſſent. Alexipharmaca laudatur in Variolis nimium depreſſis 321 & 323
c. eſſ. ſucin. & croci in doloribus poſt partum 400
Myrrhata nocent in exulceratione Renum & Veſicæ 189
non præſcribenda ad Lochia promovenda 166
verſus periodum menſium exhibita laudantur in eorum defectu 115
in Dyſuria ab exulceratione veſicæ parce ſunt exhibenda 241

N

Nævus maternus quid ſit 411 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.*
cautelæ 412
Narcotica vitanda in Brancho & Raucedine 225
externa in Cephalæa exhibita quid quandoque inferant 125
nocent in Diabete præmature data 218
quænam mala pariant in Epilepſia 280
quænam & quomodo danda in Sudore nimio 223
Naturæ errores quid ſint 27
horum differentia *ib.* cauſa efficiens *ib.*
effectus *ib.* obſervat. 28
Naſturtium ſuadetur externe in Cruſta lactea 410
interne convenit in Hydrope 252
Nauſea & Vomitus gravidarum quid ſint 390
horum differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 39
cautelæ *ib.*
in plethoricis Venæſectione promtiſſime tollitur *ib.*
emetico in gravida feliciter curata *ib.*
Nephritica quando noceant 125
Nephritis quid ſit 163 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia 164
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
eſt leviſſima inflammationum 163
frequentius recurrens quæ mala poſt ſe trahat *ib.*
in ea vitentur Salia Volatilia imprimis oleoſa in ſtatu & augmento morbi 164
Emplaſtica non ſemper ſunt tuta & cur 165
Nephritis ſpuria quid ſit 141
ejuſd. differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 142
cautelæ *ib.*
in hac commendatur ſerum lactis *ib.*
olea acriora externe adhibita quænam mala inferant *ibid.*
Nervina commendantur in Apoplexia 292
in Catarrho ſuffocativo 227
in ſpaſmis 275
interne & externe adhibenda in Incontinentia Urinæ 216
Nitri ſpiritus pro exſtirpatione nævorum maternorum caute adhibendus 412
Nitrata & diluentia commendantur in Aſthmate convulſivo 276
Nitroſa laudantur in Aſthmate ſicco 230
in Colica convulſiva 278
in potu in Diarrhœa Choleriode 401
in Singultu ab inflammatione 283
in Teneſmo a Dyſenteria 284
cum temperantibus conveniunt in Vertigine 289
Nitrum in potu vel pulvere datum differentem edit effectum 301
in Angina gargariſmatibus optimo conſilio additur 156
quomodo exhibendum in Cholera humida 211
convenit in Diarrhœa bilioſa 209
Diarrhœam puerperarum mitigat 117
cum abſorbentibus in principio Dyſenteriæ benignæ cum ſucceſſu propinatur 215
depuratum conducit in Febre dyſenterica 337
mitigat ſudores in Febre lenta 355
in Mania juniorum laſcivorum largiter dandum 374
quam diu in Pleuritide & Peripneumonia locum habeat 157
in Phthiſi minoribus doſibus exhibendum 186
in Vomica pulmonum cautus ſit ejus uſus 181
commendatur in Vomitu gravidarum 390
Noctambulatio quid ſit 378
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Noſtalgiæ definitio *ib.* differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia 379
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
Nutrientia in principio Atrophiæ male præſcribuntur 274
Nutritio quid ſit 8
ejuſd. differentia *ib.*
materia *ib.* organum *ib.*
cauſa efficiens *ib.* uſus *ib.*
obſervat. *ib.* materia 9
fœtus quid ſit 15 materia *ib.*
organum *ib.* cauſa efficiens *ib.*
de ea obſervat. *ib.*
Nux Moſchata admiſcetur abſorbentibus in ſoda 258
Vomica laudatur in Mania a philtro 374

O

Obeſi Infantes in Variolis in majori periculo verſantur 317
Obſtructio alvi quid ſit 237 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis 238 remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
exaſperat affectus capitis & hypochondriacos *ib.*
in ea laudatur infuſum ex decocto prunorum & fol. ſennæ *ib.*
Odontalgia quid ſit 127 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 128 cautelæ *ib.*
hæreditaria rariſſime curatur 127
ſymptomatica cum ſtridore dentium in acutis mortem portendit *ib.*
in Odontalgia idiophatica opium non prodeſt 128
Oedema quid ſit 255 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis 256 remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ 257
ſi minetur rupturam quomodo ei obviam eundum *ibid.*
per fortiora evacuantia tractatum degenerat in Hydropem 345
ad ejus reſolutionem multum confert Febris revocata *ib.*
Oedemata per uſum Chinæ Chinæ inducta difficilius curantur 351
tolluntur quandoque per ſolas pilulas Stahlianas 353
Oleum animale Dippelii allegatur in convulſionibus 279
in Spaſmis 280
ejuſdem effectus *ib.*
Amygdal. amararum convenit in ſiccitate aurium 370
Capparum in Atrophia conducit 267
in Infarctu Lienis 264
in Scirrho Lienis 270
Caryophyllorum ſuadetur in Odontalgia 220
Ceræ allegatur in Atrophia 173
Ovor. prodeſt in ſiccitate Aurium 370

Rutæ in Scirrho Lienis 176
Tartari per deliquium in gravida pica laborante feliciter exhibitum 390
Olea deſtillata in Otalhia vera non applicanda 127
quid efficiant in Podagra 146
Oleum deſtillatum Pini nocet in Nephritide 164
Ophthalmiæ definitio 246 differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 247 cautelæ *ib.*
Ophthalmia ſeroſa vid. Lippitudo.
Opiata largiter & perverſa methodo adhibita quid efficiant 146
iiſdem ſuccedens oculorum mutatio quid indicet 214
ad exſtinguendum nimium Appetitum male exhibentur 380
in Cephalæa quando proſint 125
in Colica quomodo adhibenda 132
in Convulſionibus minime adhibenda ſunt 273
nec in Febre Dyſenterica 337
in Febre inflammatoria caute uſurpanda 313
quando & quomodo in Hemicrania 140
Infarctum Lienis augent 171
in Inflammationibus Ventriculi & Inteſtinorum caute exhibenda 161
quando conveniant in Mictione imminuta 242
niſi enormis tuſſis id efflagitet in Phthiſi non danda 186
in Phrenitide & Paraphrenitide diſſuadentur 152
in Pleuritide & Peripneumonia non admodum tuta ſunt 157
in Ulceribus cancroſis adhibita quid efficiant 272
in Vomitu caute danda 207
Orexis vid. Soda.
Oſſa bufonum rubicundorum uſurpantur in Odontalgia 127
humana ſemiputrida ſunt ſpecifica in Peſte 341
Otalgiæ definitio 126
differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia 161 methodus medendi 126
cautelæ *ib.*
Otalgia juvenum periculoſior eſt quam ſenum *ib.*
Oxyſacharum emeticum Ludovici laudatur in Tuſſi ſtomachali infantum 202

P

Palmarii pulvis celebratur a Stahlio in Melancholia 375
ejuſd. pulveris deſcriptio 377
Palpitatio cordis quid ſit 281
ejuſd. differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjecta *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 282
cautelæ *ib.*
Pancreaticus Succus vid. Succus Pancreat.
Panis aniſatus allegatur in tinnitu aurium 370
quernus cum vino rubro commendatur in Procidentia Ani 297
Papaveris erratici virtus, in quo conſiſtat 157
Papillarum fiſſuræ quid ſint 405
harum differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.*
cautelæ *ib.*
in his commendatur ſuctio Infantis matura præſervative *ib.*
ex his nutrici eveniebat paſſio hyſterica *ib.*
Papillæ profundius delitescentes quomodo tractandæ *ib.*
Paracenteſis quid ſit 88
ejuſd. Inſtrumenta *ib.*
locus *ib.*
modus operandi *ib.*
cautelæ & obſervationes *ib.*
Paracenteſis aliquoties in eodem ſubjecto adminiſtrata 251
Paralyſis & hemiplexia quid ſint 292
horum differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum 293 prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 294
differentia *ib.*
Paralyſi affecta pars tumens & livens quid indicet 293
Paraphrenitis vid. infr. Phrenitis.
Pareſis ex colica quid in ea conveniat 294
Parotidis obſervatio in Febre Caſtrenſi 336
Partus quid ſit 15 & 395
ejuſd. tempus *ib.* ſigna *ib.*
cauſa efficiens *ib.*
obſervationes *ib.*
differentia 395 prognoſis 395
remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* differentia 396
ſitu parturientis facilitatur *ib.*
Partus difficilis quid ſit *ib.*
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia 397
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
facilitari creditur Jaſpide *ib.*
Paſſio Hyſterica vid. ſup. Malum Hypochondriaco Hyſtericum.
Paſſio Iliaca ſ. Volvulus quid ſit 161
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum 162
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ 163
a flatulentia ab hæmorrhoidum & menſium malo ſucceſſu oriri poteſt 236
de hac re obſervatio 238
Pathologiæ definitio 15
differentia *ib.*
Pediluvia ſuadentur in Aſthmate ſpaſtico 276
in Coryza humida 194
cum vegetabilibus fragrantibus conveniunt in Fœtore ſudoris 213
commendantur in Cephalæa & Clavo 124
in Odontalgia 127
in Ophthalmia 153
in Otalgia 126
poſt Venæſectionem conveniunt in Palpitatione cordis 282
quando adhibenda ſint in Podagra 146
in quanam Vertigine maxime conveniant 289
Pellentia in defectu Menſium improvide exhibita quænam mala poſt ſe trahant 115
vitanda in Lochiorum defectu 117
in Mola quomodo uſurpanda 387
in Partu difficili caute adhibenda 397
lenia ſpecifica commendantur in Fœtu mortuo 394
Peſſaria quænam ſint optima ad uteri prolapſum 400
Peſtis quid ſit 339 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum 340
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 341 cautelæ *ib.*
in hac commendatur blanda & ſucceſſiva diapnoe *ibid.*
cur in ea Vomitus, certa encheireſi inſtitutus, ſit neceſſarius *ib.*
ſuadetur in ea Mixtura ſimplex probe acidulata *ibid.*
Tinctura Bezoardica modice camphorata *ib.*
Petechialis Febris vid. ſub Febribus
Petechizans Febris *ib.*
Petechiæ in interſtitiis Variolarum occurrentes quid indicent 318
ſuperveniunt Febri catarrhali per Alexipharmaca acria tractatæ 313
Phlegmaticorum morbi 33
ſymptomata in Peſte 341
Phrenitis & Paraphrenitis quid ſint 151
horum differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 152
cautelæ *ib.*
in his deliria per intervalla & cum riſu ſpem promittunt 149

in

in Lethargum si mutentur, malum 151
in his commendantur animalia viva applicita 152
Opiata & Volatilia noxia *ib.*
in Paraphrenitide quando locum habeat Vomitorium *ib.*
Phthisis quid sit 183 ejusd. differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum *ib.*
prognosis 184 remedia *ib.*
methodus medendi 185 cautelæ *ib.*
ab hæmorrhoidum obstructione facile fit exitialis 184
imminens difficulter cognoscitur *ib.*
mariti facile communicatur uxori *ib.*
ea citius pereunt adolescentes & juvenes *ib.*
ab ea facilius restituuntur fœminæ *ib.*
in hac laudantur Pulveres Solares Richteri 185
in ea occurrens tussis urgens quomodo tractanda *ib.*
reiicitur Mercurius dulcis 185
Tinct. antiphthisica Grammanni *ib.*
quænam acida in ea locum habeant 186
Physiologiæ definitio 1
differentia *ib.* subjectum *ib.*
finis *ib.*
Pica & Malacia quid sint 389
horum differentia *ib.*
signa *ib.* subjecta *ib.*
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
in his vitentur interne ex fœniculo & absinthio parata 390
hoc morbo laboranti Mechoacanna loco calcis vivæ feliciter exhibita *ib.*
Pilulæ Antirheumaticæ commendantur in Salivatione & Ptyalismo 198
horum usu menses & hæmorhoides revocantur 204
Balsamicæ viscerales conveniunt in Coryza humida 194
in Fluxu mensium nimio 113
in Hæmorrhagia uterina 116
Cephalicæ cur non adhibendæ in Coryza humida 195
Polychrestæ quando adhibendæ in Mictu cruento 119
Stahlii commendantur in Febre Castrensi cum Diarrhœa vel Dysenteria 339
ex extractis amaris & gummatibus commendantur in flatulentia 237
Pimpinellæ albæ essent. commendatur in Colica convulsiva 277
in Febre Dysenterica 337
in Peste 341
in Stranguria 239
cum Tinctura ☉ii sufficit ad Luem Qeam incipientem 269
Pinguedines animalium conveniunt in aridura post Paralysin 294
recentes suadentur in Pterygio 367
Pinguia unguinosa contracturas pariunt in Podagra 146
Plethora quid sit 101
ejusd. differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum *ib.*
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
abundantiæ quid sit *ib.*
compositæ quid *ib.*
exundantiæ quid *ib.*
simplex quid *ib.*
commota multum confert ad Abortum 383
de Plethora observationes 20
Plethorici propter V. S. parciorem facile in alios morbos incidunt 101
& cacochymici purpura gravius laborant 328
Plethoricis quænam noceant *ib.*
Pleuritis spuria quid sit 232
ejusd. differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum 233
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
male tractata in quosnam morbos degeneret *ib.*
Pleuritis & Peripneumonia quid sint 249
earum differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum *ib.*
prognosis 250 remedia *ib.*
methodus medendi 251 cautelæ *ib.*
in his laudatur Cortex Chacarillæ *ib.*
Podagra quid sit 143
ejusd. differentia *ib.*
signa Podagræ regularis *ib.*
irregularis 144
subjectum *ib.* prognosis *ib.*
remedia 145
methodus medendi in paroxysmo *ib.*
extra paroxysmum 146
cautelæ *ib.*
retropulsa quomodo tractanda *ib.*
ad interiora si repulsa sit quænam mala eam sequantur 145
quando potissimum locum in ea habeat Spiritus Formicarum 146
in ea commendatur Sapo Venetus in S. V. solutus 145
qui juniores ea corripiuntur non sunt longævi 144
in quibusnam contingat squamarum ac furfurum secessio 145
Pollutio nocturna & Gonorrhœa benigna quid sint 218
harum differentia 219
signa *ib.* subjectum *ib.*
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ 220
in his commendatur Rhabarb. *ib.*
Tincturæ alcalinæ *ib.*
Jalappæ & Mercurii dulcis usus sit cautus *ib.*
Polypi definitio 91
ejusd. differentia *ib.* prognosis *ib.*
modus extrahendi *ib.*
cautelæ & observat. *ib.*
Polypodium exsiccatum est specificum in Pica & Malacia 389
Potus acidulatus suadetur in Febris quotidianæ intermittentis æstu nimio 346
calidus in horrore febris quotidianæ audacter porrigendus *ib.*
fæculentus & fermentescens vitetur in Stranguria 240
frigidus nocentissimus in Cholera humida 211
in Febre Purpura urticata 328
magnis haustibus in Febre Castrensi non ingurgitand. 339
qualis esse debeat in Febribus epidemicis & malignis 316
sufficiens in Purpura benigna est exhibendus 329
& tenuis commendatur in Melancholia 375
Præcipitantia suadentur in Colica biliosa 132
vitanda in Febre catarrhali benigna 315
in Pica nimium exhibita quid efficiant 390
Priapus Cervi est specificum Dysenteriæ benignæ 215
Procidentia Ani: vid. Ani procidentia.
Prognostica signa quid sint 36
horum differentia *ib.*
eventus *ib.* duratione 37
Prolapsus s. Procidentiarum definitio 85
differentia *ib.* causa *ib.*
signa 86 prognosis *ib.*
cura *ib.* cautelæ & observ. *ib.*
Prosthesis quid sit 94
ejusd. differentia *ib.*
materia *ib.* modus *ib.*
usus *ib.* cautelæ *ib.*
Pterygii s. unguis definit. 367
differentia *ib.* signa *ib.*
subjectum *ib.* prognosis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 368
cautelæ *ib.*
in eo oleosa antiqua non sunt adhibenda *ib.*
Puerperarum affectus 400
Pulsus & ex eo signa 40
horum definitio *ib.* signa *ib.*
observationes *ib.*
caprizans indicat futuras convulsiones 41
Pulveres sint alcoholisati in Hypopio & Pterygio 368
absorbentes & Nitrosi conveniunt in Cholericorum

Vomitu peſtilentiali 341
digeſtivi ex Nitro & Cinnabarini laudantur in Flatulentia 237
diaphoretici modeſte nitroſi in Aſcite cum Hectica 250
nitroſo abſorbentes & Cinnabarini in Palpitatione cordis ab Orgaſmo ſanguinis 282
Pulvis adſtringens Heurnii deſcribitur 112
Haly contra Phthiſin recens quid & quomodo agat in Phthiſi 186
niger Hallenſ. commendatur ad ſiſtendas Hæmorrhagias uterinas 387
Pannonicus ruber in Febribus acutis fugiendus 245
an uſum habeat in febre catarrhali maligna 333
rejicitur in Variolis 320
Solaris Richteri commendatur in Hæmorrhagia Critica nimia 103
in Hæmorrhoid. defectu 111
laudatur in Infarctibus lienis 171
In inflammatione Uteri 165
Purgantia 57
Purgantium formulæ *ib.*
modus operandi 58
regulæ & cautelæ *ib.*
Purgantia acria nocent in Hæmorrhoidibus ſeroſo-mucoſis 214
exulent in omni teneſmo 284
& reſinoſa in Tuberculis ſcirrhoſis pulmon. noxia 176
acria nocent in Ictero 233
in obſtructione Alvi non adhibenda 258
vitanda in Stranguria 239
draſtica rejiciuntur in Febre quotidiana intermitt. 343
fortiora in Calculo non exhibenda & cur 147
nocent in Cephalæa 125
in Colica quando exhib. 132
in gravidis facile abortum producunt 58
in Hepatitide & Splenitide impediunt diſcuſſionem 159
fortiora in Infarctu pulmonum cauta propinentur 169
in Otalgia ſuppurationem impediunt 127
in Rabie canina nocent & cur 377
conveniunt in principio tuſſis humidæ 201
in Vomica pulmonum fugienda 180
reſinoſa & alexitica vitentur in fluxu hepatico 120
in Hæmorrhoidibus 109
qualia ſint adhibenda in Cataracta & Gutta ſerena 369
in Colica convulſiva ſint ſelectiſſima 200
ſtimulantia nimium & acria in Gonorrhœa benigna & pollutione nocturna nocent 217
Purpura alba ſ. maligna quid ſit 329
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum 330
prognoſis *ib.*
remedia *ib.*
methodus medendi 331
cautelæ *ib.*
lochiorum ſuppreſſionem excipiens pejor eſt reliqua 330
Purpura rubra ſ. benigna quid ſit 328
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjecta *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 329 remedia *ib.*
interdum eſt maligna 328
eam juniores facilius ferunt *ib.*
maligna redditur per alexipharmaca calida 329
quales clyſteres in ea vitandi *ib.*
ab excretionibus ſanguinis ſuppreſſis orta quomodo tractanda *ib.*
Purpura urticata quid ſit 327
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.*
methodus medendi *ib.*
cautelæ 328
in ea vitentur poſitive purgantia acria *ib.*
poſitive diaphoretica *ib.*

Q

Quercetani Pil. de Ammoniaco commendantur in Fluore albo ſimplici 221
in infarctu Hepatis 172
in Malo Hypochondriaco 133
Quies quid ſit 13
ejuſd. differentia *ib.*
organum *ib.*
cauſa efficiens *ib.* uſus *ib.*
regulæ & obſervat. 96
poſt fortiorem motum non ſtatim convenit *ib.*
nimia quæ mala inducat *ib.*

R

Rabies canina quid ſit 376
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 377
cautelæ *ib.*
uſtione curata 376
Radices Alexipharmacæ laudantur in Purpura rubra 329
Aperientes & Alexipharmaco Diureticæ in Tympanite 252
Incidentes conveniunt in Quartana 352
Reſolventes commendantur in Catarrho ſuffocativo 212
in Fluxu Hepatico 212
in Tuſſi contumaci laudantur poſt morbillos relicta 325
Radix Pſeudoacori ſ. Iridis paluſtris uſurpatur in Hæmorrhagia narium 104
Raparum decoctum convenit in ſtranguria ab acredine urinæ 146
Raphanacea nocent in Lippitudine 105
Raphani ſuccus commendatur in Calculo 191
in Tympanite 159
Raphanus ruſticanus in Nephritide periculoſus eſt 164
Raſio quid ſit 86
Raucedo vid. Branchus.
Raucedo a Salacitate 225
diuturna cum Tuſſi ſicca Chronica quid indicet *ib.*
inveterata difficillime curatur *ib.*
Refrigerantia nimia nocent in Febre tertiana anomala 350
externa quid efficiant in Nephritide 164
nocent in Pleuritide ſpuria 140
actu frigida in ſtranguria non facile adhibenda 240
Regimen ſudoriferum coactum quid efficiat in Ictero 233
ſudorificum æſtuoſum nocet in Pleuritide ſpuria 140
Remedia externa diſcutientia in doloribus Arthriticis 137
in Colica 130
emollientia in Hæmorrhoidibus cœcis 136
externa in Odontalgia 127
in Podagra 145
nimia nocent in Febre tertiana 347
in Variolis 319
de hac materia obſervat. *ib.*
Res toto genere præter naturam quid ſint 23
harum differentia *ib.*
Reſolutio humorum quid ſit 70
ejuſd. differentia *ib.*
indicantia *ib.* remedia *ib.*
horum formulæ *ib.*
Reſolventia commendantur in Aſthmate humido 223
in Atrophia 173
in Cephalæa & Clavo Hyſterico 124
in Coryza humida 194
in Infarctu Lienis 170
cum emollientibus in Scirrho Hepatis 178
interna & externa laudantur in Gravedine & Dolore Capitis catarrhali 223
in Pleuritide ſpuria 140
& incidentia melius quam pellentia exhibentur in

in menſibus promovendis 384
Reſolventium modus operandi 70
regulæ & cautelæ 71
Reſpiratio quid ſit 3
ejus organum *ib.*
cauſa efficiens *ib.* uſus *ib.*
obſervat. *ib.* differentia 41
obſervat. & ſigna de reſpiratione *ib.*
Reſpirandi difficultas poſt ſudores ſuppreſſos quomodo tractanda 245
quid indicet in Variolis 321
poſt ruptum abſceſſum quid indicet in Vomica pulmonum 180
Rheumatiſmi definitio 146
differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum 147 prognoſis *ib.*
remedia *ib.*
methodus medendi *ib.*
cautelæ *ib.*
Rhodium lignum
ejus Ol. commendatur in aurium affectibus 370
Richteri pulv. ſolares commendantur in Catarrho ſuffocativo 226
in Convulſionibus 272
ſiſtunt Diarrhœam 209
laudantur in Empyemate 182
in Phthiſi 185
in Salivatione & Ptyaliſmo 198
in Scirrho Hepatis 178
in Tuberculis ſcirrhoſis pulmonum 176
in Variolis 318
Roriſmarini Eſſ. commendatur in Tarantiſmo 377
Rothii Tinctura antinephritica quid de ea cenſendum in Mictu cruento 119
Ructus quid ſint 234
horum differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 235
cautelæ *ib.*
fœtidi & putridi in acutis peſſimi 234
quando locum in illis non inveniant Carminativa 235
quando in eis vitanda Purgantia *ib.*
quando noceant Vomitoria *ib.*

S

Sacculi herbis emollientibus repleti commendantur in Calculo Renum 191
nervino diſcutientes in gravitate auditus 371
Salis Ammoniaci flores laudantur cum digeſtivis in Febre quartana continua 359
Sal digeſtivum Sylvii in Febribus rejicitur 300
Salia digeſtiva laudantur in Febre catarrhali 314
in Febribus corruptis 365
in Febre quartana verſus Paroxyſmum exhibenda 352
in Febre quotidiana intermittente 343
in ea reliquis remediis præmittenda 346
& abſorbentia conveniunt in ſtranguria a vitio primarum viarum 239
cum diaphoreticis fixis in Ictero cum commotionibus febrilibus 233
Salia neutra in majori doſi exhibita conducunt in Obſtructione Alvi 238
Salia volatilia quando non ſint uſurpanda 195 & 211
in adultis caute ordinanda 291
oleoſo-volatilia nocent in Cachexia a ſuppreſſione hæmorrhagiarum 247
volatilia in Congeſtionibus quando uſurpanda 122
conveniunt in Hydrope pectoris in periculo ſuffocationis 254
interne in Pleuritide minus bene in larga doſi adhibentur 157
externe in Podagra moderate adhibenda & cur 148
quando locum habeant in Nephritide 164
volatilia urinoſa in quonam genere Coryzæ conveniant 195
volatilia cum Tincturis diureticis commendantur in ſpaſmis 275
quomodo & quando in Aſthmate ſpaſtico 276
Salina & Nitroſa in Empyemate parce exhibenda & cur 182
Salivatio & Ptyaliſmus quid ſint 197
horum differentia *ibid.*
Signa *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 198
cautelæ *ib.*
Salivatio particularis quid ſit 64
ejuſd. differentia *ib.*
indicantia *ib.* remedia *ib.*
formulæ *ib.*
remediorum modus operandi *ib.*
regulæ & cautelæ practicæ *ib.*
Salivatio cancrum labiorum adauget 272
Salivatio univerſalis quid ſit 63
ejuſd. differentia *ib.*
indicantia 62
remedia *ib.*
formulæ *ib.*
modus operandi 63
regula & cautelæ *ib.*
non inſtituenda in emaciatis *ib.*
per inunctionem minora incommoda excitat quam per interna remedia ſacta 256
quid cenſendum de ſalivatione per ſuffimigationem excitata *ib.*
per inunctionem præfertur illi quæ fit per cingulum Mercuriale *ib.*
per inunctionem non inſtituatur in Nucha & dorſo *ibid.*
Saliva definitio 7
differentia *ib.*
materia *ib.*
Salſa nocent aſthmaticis 205
Salvia laudatur in Lumbricis latis 413
Salviæ decoctum commendatur in Abortu 393
Sambuci flor. ∇ c. Cinnabari nativa convenit in Lactis abundantia 403
Sambucus in Inflammationibus internis exiguam virtutem poſſidet 159
Sanguincorum morbi 34
Sanguinis ſpiſſitudo quid ſit 20
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjecta 21
cauſa *ib.*
obſervationes *ib.*
quomodo attenuanda in Menſium defectu 144
quomodo reſolvenda in Motibus ſpaſtico-convulſivis 272
quomodo ſanguis diluendus in Nephritide ſpuria 142
Sanguis ad circulationem æqualem quomodo diſponendus in Nephritide ſpuria *ib.*
quomodo coagulandus in Hæmorrhagiis paſſivis 120
ejus congeſtio quomodo derivanda in Cephalalgia ſanguinea 123
congrumeſcentia eius quomodo corrigenda in Scorbuto 264
congrumatus quomodo reſolvendus in Hæmoptyſi 106
craſis ejus quomodo temperanda in Hæmorrhagiis 103
ejus & lymphæ corrigentia ſuadentur in Vomitu cruento 108
diluitio ejus in defectu fluxus Hæmorrhoidalis 111
diſcuſſio ejus quomodo obtineatur in Congeſtionibus 121
diſtributio ejus æqualis quomodo procuranda in Hæmoptyſi 106
ejus evacuationes in paroxyſmo dolorum Arthriticorum male inſtituuntur 138
excretiones ejus conſuetæ in malo Hypochondriaco Hyſterico promovendæ 134
grumoſus quomodo e Ventriculo evacuandus in Vomitu cruento 107
inſufficienter per V. S. vel Scarificationem detractus quænam mala pariat 102

ejus motus ad inferiora quomodo invitandus in fluxus Hæmorrhoidalis defectu 111
motus ad uterum quomodo divertendus in fluxu Mensium nimio 113
orgasmus ejus quomodo compescendus in Cephalalgia Sanguinea 123
orgasmus ejus salino sulphureus quomodo corrigendus in Doloribus Arthriticis 137
orgasmus ejus quomodo sedandus in Hæmoptysi 106
quomodo refrænandus in Scorbuto 264
resolutio ejus quomodo fieri debeat in Pleuritide spuria 140
revulsio ejus quomodo instituenda in Hæmoptysi 106
stagnatio ejus quomodo instituenda in infarctibus 167
quomodo discutienda in Inflammationibus 149
stasis ejus in Vena Portæ quomodo resolvenda in Cardialgia 129
ventilationes ejus commendantur in Congestionibus extra paroxysmum 122
in Malo Hypochondriaco-Hysterico maxime sunt necessariæ 134
quando admittendæ in Paroxysmo Podagrico 146
Sanguis quomodo dividatur 2
arteriosus cum subsultu prorumpit, venosus placide procedit 119
asininus est specificus in Mania 374
Sanitas quid sit 9
ejusd. differentia *ib.*
causa efficiens 10
& vitæ signa *ib.*
observationes *ib.*
Santonici semen in Vermibus præfertur Corallinæ 413
Sapo Venetus in Spir. Vini solutus commendatur in Podagra 145
Saponata in Oedemate mature adhibita quandoque vim exerunt 257
Scabies benigna quid sit 260
ejusd. differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum *ib.*
prognosis *ib.*
remedia *ib.*
methodus medendi 261
cautelæ *ib.*
per artificia externa perverse tractata quos morbos pariat 260
per contagium communicata facilius curatur, quam a dyscrasia sanguinis orta *ib.*
sicca cum vitio Hepatis conjuncta quando curetur *ibid.*
in senibus magis rebellis est quam in junioribus *ib.*
retropulsa quam methodum exposcat 261
retropulsa cum commotionibus febrilibus quid de ea notandum *ib.*
quando locum in ea habeant Mercurialia externa *ib.*
in ea laudatur Antimonium crudum cum absorbentibus *ib.*
humida post quartanam boni ominis 352
Scabies maligna quid sit 261
ejusd. differentia *ib.*
signa 262
subjectum *ib.*
prognosis *ib.*
remedia *ib.*
methodus medendi 263
cautelæ *ib.*
fœda & contumax olim sæpe pro Lepra habita fuit *ibid.*
Scammoniata largiora nocent in Dysenteria benigna 215
Scarabæorum pulvis intestino recto in ejusdem Procidentia inspergitur 297
majalium in melle suffocatorum succus laudatur in Rabie Canina 376
Scarificatio quid sit 56
ejusd. differentia *ib.*
indicantia *ib.*
modus *ib.*
instrumenta 87
locus *ib.*
usus *ib.*
regulæ & cautelæ *ib.*
adhibetur in Palpitatione cordis 56
in sanguine nimis crasso inutilis *ib.*
subjectis siccioribus minus convenit *ib.*
præservatoria & repetita commendatur in Calculo 192
in Congestionibus 121
in assuetis convenit in Hæmoptysi 106
in Hemicrania 139
in Locis inferioribus commendatur in Odontalgia 127
in Nephritide spuria 141
in Podagra 144
in Oedemate quandoque sphacelum producunt 257
in oculorum affectibus præfertur V.S. 154
narium convenit in Phrenitide 151
in pede suadetur in Phthisi 184
in Vomitu cruento 107
in Podagra profundius instituenda 145
in Rabie Canina 376
in Doloribus arthriticis circa Novilunium 230
Schœnarillæ corticis extractum commendatur in Diarrhœa Choleriode 401
corticis pulvis in Vomitu gravidarum 390
Plura vid. in Chacarilla.
Scirrhus hepatis quid sit 177
ejusd. differentia *ib.*
signa *ib.*
subjectum *ib.*
prognosis 178
remedia *ib.*
methodus medendi 378
cautelæ *ib.*
inveteratus est incurabilis *ib.*
qui morbi eum sequantur *ib.*
hunc sequuntur Febres acutæ periodicæ *ib.*
Martialibus præmature datis exasperatur *ib.*
Scirrhus Lienis quid sit 176
ejusd. differentia *ib.*
signa *ib.*
subjectum *ib.*
prognosis *ib.*
remedia *ib.*
methodus medendi 177
cautelæ *ib.*
sæpius per plures annos sine periculo durat 176
recentior quomodo interdum solvatur in fœminis *ib.*
a Mensium vel Hæmorrhoidum suppressione quomodo tractandus 177
a Febre intermittente male curata quænam exposcat remedia *ib.*
in hoc dissuadentur sanguinis evacuationes *ib.*
in ea laudantur Gummi Ammoniacum & Rad. Cichorii *ib.*
Scirrhi viscerum quid sint 166
horum differentia *ib.*
signa *ib.*
subjectum 167
prognosis *ib.*
remedia *ib.*
methodus medendi 168
cautelæ *ib.*
nullum ingens periculum inferunt 167
in iis commendatur diæta exacta & motus continuatus 168
Scorbutus quid sit 263
ejusd. differentia *ib.*
signa *ib.*
subjectum *ib.*
prognosis 264
remedia *ib.*
methodus medendi *ib.*
cautelæ *ib.*
in eo maculæ rosei coloris promtius curantur, quam coeruleæ & lividæ *ib.*
respuit omnes artificiales exeretiones *ib.*
an in eo salivatoria locum habeant 265
Scorbuticorum Diarrhœæ suppressæ quænam mala pariant *ibid.*

Dolores male tractantur Anodynis ib.
Hæmorrhagiæ suppressæ quid post se trahant ib.
Vomitus suppressos sequuntur anxietates cardialgicæ ibid.
Scordii Ess. commendatur in Febre inflammatoria 312
Scrotum quid sit 50 ejusd. differentia ib.
observationes ib.
Scylla & ex ea præparata commendantur in Tumore Podagrico extra Paroxysmum 146
Secretiones & excretiones quid sint 3
horum differentia ib.
organum ib. causa efficiens ib.
modus 4 usus ib.
Secretio Bilis
ejus organum ib. causa efficiens ib.
usus ib. observat. ib.
Secretio Fæcum Alvinarum ib.
ejus organum ib. causa efficiens ib.
usus ib. observat. 6
Secretio Lactis
ejus organum ib. causa efficiens 7
usus ib. observationes ib.
Secretio Lymphæ 6
ejusd. organum ib.
usus ib. observationes ib.
Secretio Lymphæ nervorum ib.
ejus organum ib. causa efficiens ib.
usus ib. observationes ib.
Secretio Muci 5
ejus organum ib. causa efficiens ib.
usus ib. observat. ib.
Secretio Salivæ 7
hujus organum ib. causa efficiens ib.
usus ib. observat. 8
Secretio Seminis 7
hujus organum ib. causa efficiens ib.
usus ib. observationes ib.
Secretio Succi Pancreatici 8
ejus organum ib. causa efficiens ib.
usus ib. observationes ib.
Secundinarum retentio quid sit 396
ejusd. differentia ib.
signa ib. subjectum ib.
prognosis ib. remedia ib.
methodus medendi ib.
cautelæ ib.
quando in ea Hepar Anguillæ conveniat ib.
Sedum vermiculare laudatur in Paralysi scorbutica 265
Sempervivi succus laudatur in Siti nimia 382
in Soda 397
Septica & mundificantia acriora in Pterygio non sunt adhibenda 368
quomodo mitiganda ib.
Serpilli spiritus abitractitius laudatur in MaloIschiadico 142
in Nephritide spuria 141
Serum lactis fumaria alteratum convenit in Scabie 261
cum rosis in Melancholia proficuum 376
tamarindinatum convenit in Mictu cruento 118
Semen quid sit 7
ejusd. differentia ib. & 50
materia ib.
de eo observat. & signa 50
Sensibilitas quid sit 34
ejusd. differentia ib.
subjecta ib. de ea observat. ib.
ex Sensibus internis & externis signa 52
Sensus quid sint 12
horum divisio ib.
organum ib. objecta 13
causa efficiens ib. usus ib.
Sepiæ os consultius minoribus quam majoribus dosibus exhibetur in Gonorrhæa 220
Serpigo hæmorrhoidalis male tractata quos affectus inducat 135
Serrationis definitio 87
Serum & lympha ejusque vitia 192
horum definitio ib. differentia ib. signa ib.
subjectum ib. prognosis ib. remedia 193
methodus medendi ib. cautelæ ib.
ejus fluxus meliores sunt quam stagnationes ib.
admodum mucosum parit partium obstructiones ib.
in Seri nimia fluxilitate & acrimonia nocent Alexipharmaca calida ib.
Serosi affectus quando in eis conveniant Discutientia & tonica ib.
Setacea quid sint 87
horum locus ib.
modus operandi ib. usus ib.
cautelæ & observat. 88
in Cephalæa quando locum habeant 126
& fonticuli in Coryza habituali raro edunt effectum 195
Sexus quid sit 11
ejusd. differentia ib.
ad morbos disponit 32
Signum quid sit 35
ejusd. differentia ib.
fontes ib.
Sinapismi allegantur in Catarrho suffocativo 36
in Cephalalgia Sanguinea 123
partium extremarum laudantur in Phrenitide & Paraphrenitide 152
urticationes &c. quas noxas inferre queant sanguineis 294
Singultus quid sit 282 ejusd. differentia ib.
signa ib. subjectum ib.
prognosis ib. remedia ib.
methodus medendi 283
cautelæ ib.
in Dysenteria, Causo & Colica malus 282
Emetica & Purgantia excipiens promtam medelam exposcit ib.
ab inflammatione interna quomodo tractandus 283
a nimiis emeticis & purgantibus Anodyna requirit ib.
circa statum vel decrementum Febris Inflammatoriæ malus ib.
in principio & statu febris Petechialis est funestus 335
in Hepatitide post Vomitus nigros lethalis 158
ut & in Paraphrenitide 151
Sistentia quando in Febre exhibenda 347
Sitis excessus & defectus quid sint 381
horum differentia ib.
signa ib.
subjecta ib.
prognosis 382
remedia ib.
methodus medendi ib.
cautelæ ib.
Sitis cibis ex Spinachia, hordeo vel Lactuea sedatur ib.
Situs qualis esse debeat in repositione uteri prolapsi 399
Smaragdus ppt. est verum cardiacum 282
est specificum Dysenteriæ benignæ 215
Soda ſ Orexis quid sit 257
ejusd. differentia ib.
signa ib.
subjectum ib.
prognosis ib.
methodus medendi 258
cautelæ ib.
in ea vitetur abusus Absorbentium ib.
commendatur pulvis Nucis Moschatæ absorbentibus additus ib.
Somnus quid sit 13
ejusd. differentia ib. & 14
subjectum ib. signa ib.
causa efficiens ib. usus ib.
observat. ib.
semioticæ 53
in Lipothymia per aliquot horas non concedendus 295
Soporosi affectus quid sint 489
horum differentia ib.
methodus medendi 290
cautelæ 302
Spasmus quid sit 273
ejusd. differentia ib.
signa 274 subjectum ib.
prognosis ib.
remedia ib.

methodus medendi 275
cautelæ *ib.*
partialis ad quid vergat 274
particularis quid indicet *ib.*
in morbis acutis & vulneribus cerebri eſt periculoſus *ib.*
univerſalis ad quid pronus ſit *ib.*
idiopathicus quid expoſcat *ib.*
ſympathicus, ad quænam in illo reſpiciendum 275
in Spaſmis juniorum & ſenſibiliorum laudatur Cinnabaris *ibid.*
Species de Hyacintho commendantur in ſudore & Diarrhœa Febris Hecticæ temperandis 358
Sperma Ceti recens commendatur in Tuſſi, ubi materia nimis tenuis 201
diſcutiendi & reſolvendi ſcopo adhibetur in Uteri inflammatione 165
Sphaceli ſigna 93
prognoſis *ib.*
Spirituoſa non niſi ſedato aliquantiſper Vomitus impetu applicanda 207
Spiritus acidus formicarum quando efficax in Podagra 239
Spiritus Salis in Febribus non convenit 105
tuſſim admodum auget 280
Spiritus Vini commendatur in ſoda ab aſſumtis pinguibus 258
quando maxime conducat in Podagra 146
ſimplex vel myrrhatus applicatur in Cruſta lactea 410
rectificatiſſimus laudatur in ruptura Varicum 392
camphoratus ventriculo applicatur in Febre biliosa ardente 309
urinoſi quid efficiant in Arthritide 138
in exiliſſima doſi locum habent in Vomitu cruento 108
Splenia quid ſint 82
horum differentia *ib.*
materia *ib.* uſus *ib.*
cautelæ *ib.*
Splenitis vid. Hepatitis.
quando in ea conducat hæmorrhagia narium 159
Vomitus nigri diebus criticis contingentes ſalutares *ib.*
Sputum quid ſit 50
ejuſd. differentia *ib.* obſervationes *ib.*
quodnam ſalutare *ib.*
in Pleuritide & Peripneumonia quodnam malum 51
graveolens in Phthiſi lethale 184
Squillæ ſuccus cum V. S. laudatur in Tuſſi humida habituali 202
Stahlii Crocus Martis Antimoniatus ſuadetur in Cachexia & Chloroſi 247
in Oedemate 256
in Scorbuto 264
Stahlii Eſſ. Alexipharmaca laudatur in Fluxu Hepatico 212
in Gravedine 224
in Impetigine benigna 262
cum Tonicis convenit in Raucedine 225
locum habet in Scabie benigna 260
Stahlii Pilulæ laudantur in Aſcite 250
in Cachexia & Chloroſi 153
in Cardialgia 129
in Coryza humida 194
in Dyſuria 240
in Fluxu Cœliaco & Lienteria 211
in Hæmorrhoidibus nimiis 109
in Lochiorum defectu 117
ſunt ſpecificæ in Menſibus nimiis 113
commendantur in Mictu cruento 119
exhibentur in ſecundinis aut laciniis ejus reſtitantibus 116
in ſtranguria 239
in ſudore ſuppreſſo 245 in Tuſſi pectorali 200
Stahlii pulvis antepilepticus 269
ejuſd. pulvis rubeus ſalinus allegatur in fluxu Hæmorrhoid. nimio 109
Stahlii Mixtura Tonico Nervina adhibetur in Cholera humida 210
in Aſthmate humido 209
in Diarrhœa 208
in Fluxu Cœliaco & Lienteria 211
in Doloribus capitis, laudatur curative & præſervative 224
in Hæmorrhoidibus ſeroſo-mucoſis ad ſerum diſcutiendum 213
in Scorbuto 264
in Tuſſi ſtomachali 202
Sterilitas quid ſit 384
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjecta *ib.*
prognoſis *ib.* remedia 385
methodus medendi *ib.* remedia *ib.*
diſponit ad morbos Chronicos *ib.*
in illa commendantur balnea ex herbis aromaticis & leniter adſtringentibus *ib.*
Stimulantia quomodo præſcribenda in Impotentia virili 299
Electuaria conveniunt in Obſtructione alvi 238
& Pellentia nocent in Menſium defectu 115
Stranguria quid ſit 238
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna 239 ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
ab urinæ acrimonia facilius curatur quam a vitio veſicæ *ib.*
frequentius ſine errore diætæ recurrens quid portendat *ibid.*
ab acrimonia urinæ quomodo tractanda *ib.*
ſenum habitualis quid expoſcat *ib.*
a refrigeratione, quid in ea conveniat *ib.*
a Lue venerea quomodo curetur *ib.*
Subadſtringentia & tonica commendantur in flaccidiate ventriculi 381
Succi Pancreatici definitio & ejuſd. differentia *ib.*
materia *ib.* organum *ib.*
Succini Eſſentia laudatur in Dyſuria 49
in Gravedine & dolore capitis catarrhali 32
in Lippitudine 4
in Scabie benigna 67
in ſtranguria 47
Sudatio ſub ſalivatione præcavenda & cur 77
Sudor quid ſit 45
ejuſd. differentia *ib.*
obſervationes *ib.* & ex eo ſigna *ib.*
matutinus præſervat a morbis *ib.*
in Comate accidens, lethalis 289
frigidus in febre acuta accidens quid ſignificet 237
nimius in Variolis adultorum eſt periculoſus & cur 323
quomodo temperandus 319
Sudores nocturni autocratici mediocres cum efflorescentia macularum roſearum ſcorbutum imminuunt 264
Sudoris abſentia Tertianam reddit diuturniorem 345
Sudoris excretio quid ſit 4
ejuſd. differentia *ib.*
materia *ib.* organum *ib.*
cauſa efficiens *ib.* tempus *ib.*
uſus *ib.* obſervat. *ib.*
ad hunc promovendum quomodo concurrat calor externus *ib.*
Sudor nimius quid ſit 122
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ 223
febricitantium quam quandoque cauſam habeat 222
adſtringentibus non eſt ſupprimendus 223
nec narcoticis & Opiatis minus correctis *ib.*
in eo efficacia ſunt acida temperata cum lenibus alexipharmacis *ib.*
Sudoris ſuppreſſio & defectus quid ſit 244
ejuſd. differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia 245
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
quænam mala ex ea eveniant adultis 244
quænam hypochondriacis *ib.*
quænam junioribus *ib.*
in acutis illorum ſtatum reddit malum *ib.*
quomodo tollenda in Febribus 245
in ea fugiantur Purgantia acria *ib.*
ut & Pulvis Pannonicus ruber *ib.*
Suffitus in Aſcite non ſunt adhibendi 251

in Malo Iſchiadico quando & quomodo conveniant 143
penetrantiores nocent in Convulſionibus 279
Sulphur laudatur in Oedemate a Scabie retropulſa 257
in Tuſſi catarrhali & a ſcabie retropulſa eſt præſtantiſſimum 202
externe ob vim repellendi rejicitur in Hydrocephalo 253
Ôii tenerius celebratur a Blancardo in torminibus infantum 407
Suppoſitoria nimis acria nocent in Teneſmo ab Aſcaridibus 285
Surditas quid ſit 370 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 371
cautelæ *ib.*
in acutis cum urina cruda quid portendat 370
quomodo hæc tractanda, & quæ in illa vitare conveniat 371
a nativitate raro admodum curatur 370
ſenum quomodo ſublevetur 371
Suppreſſio Hæmorrhoidum vid. Fluxus Hæmorrhoidum deficiens.
Suppreſſio Lochiorum vid. ſupra Lochiorum defectus.
Suppreſſio Menſium vid. Menſium ſuppreſſio.
Sympathetica in Hæmorrhagiis in genere 102
in Hæmorrhagia narium 104
in Odontalgia ſympathica & Idiopathica 127
Symptomata quid ſint 25
horum differentia *ib.* & ſeqq. obſervationes 27. & 79
Syncope vid Lipothymia
Syntheſis quid ſit 82
ejuſd. differentia *ib.*

T

Tabacus, extractum ejus valet ad tuſſim compeſcendam 185
niſi legitime ſit præparatum Vomitus excitat 186
in Aſthmate humido caute exhibendum 205
ejus folia adduntur Clyſteribus in Colica 237
proſunt in Oedemate 257
ejus fumus commendatur in Appetitu nimio 380
Tarantiſmus quid ſit 377
ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ 378.
Tartarus emeticus in Pleuritide ad promovendam expectorationem male exhibetur 313
Vitriolatus commendatur in febribus acutis 301
Temperamenta quid ſint 12
horum differentia *ib.* mixtio ib.
mutatio *ib.* uſus hujus doctrinæ *ib.* obſervat. *ib.*
diſponunt ad morbos 33
ad hæc reſpiciendum in Fluore albo 221
in ſurditate 371
in eligendis decoctis antivenereis 270
Temperantia laudantur in Addephagia, Bulimo, Orexi 380.
cum Cinnabari commendantur in præcavenda ſtranguria 240
Teneſmus quid ſit 283 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib* ſubjectum *ib.* prognoſis 284
remedia *ib.* methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
gravidas affligens eſt periculoſus *ib.*
quomodo tractandus *ib.*
ab aſcaridibus, quid in eo exhibendum *ib.*
cum Dyſenteria, quid in eo conveniat *ib.*
Hæmorrhoidalis, fluxus hujus revocationem expoſcit *ib.*
in hac vitanda Aloetica 285
Terebinthina cocta, ex ea paratæ pilulæ conveniunt in Iſchuria ab exulceratione 244
Terebinthinata & ſuccinata in exulceratione veſicæ & renum caute adhibenda 189
Terræ ſigillatæ & adſtringentia in Febre ſynocha putrida nocent 306
Theæ potus commendatur in Soda 257
nimius parit Diabeten 217
Therapia vid. Methodus Medendi.
Theriaca in Peſte data excitat Petechias 342
Theriacalia in Febre caſtrenſi cum Diarrhœa vel Dyſenteria ſunt vitanda 339
Thermarum uſus internus & externus quid efficiat in Aſcite 251
Thermæ, quæ in illis obſervanda 63
quomodo adhibendæ in Infarctu Lienis 171
in Melancholia 376
quando locum habeant in Oedemate 257
quibuſnam potiſſimum conveniant in Paralyſi & Hemiplexia 294
quomodo & quæ in Phthiſi ſuadendæ ſunt 186
ſulphureæ & aluminoſæ commendantur in incontinentia urinæ 217
Thoracis ſtricturæ nimiæ nocent mammis & papillis 406
Tinea quid ſit 409
ejuſd. differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis 410 remedia *ib.*
methodus medendi *ibid.* cautelæ *ib.*
Tinctura alcalina abſtergens ſuadetur poſt excretionem Calculi Renum 191
alcalina acris commendatur pro Mercurio e corpore expellendo 219
Antarthritica quando conducat in Podagra 146
Antiphthiſica Grammanni nocet in Phthiſi 185
Bezoardica abſque camphora commendatur in Sudore ſuppreſſo 245
cum Camphora, Myrrha & Opio in Febre ſynocha non exhibenda 304
Coralliorum cum ſpiritu panis in Vomitu Cruento non rejicienda 108
Opii Langelotti commendatur in Diarrhœa 209
in Mictu cruento 118
Reſolvens ſola ſufficit ad Luem Veneream incipientem exſtirpandam 279
laudatur in ulceribus vaginæ uteri & urethræ 189
Salina Richteri temperat & diſcutit in colica biliosa 131
Vitrioli Martis Ludovici celebratur in anorexia 381
in ſudore nimio 223
interpoſito uſu arcani duplicati curat atrophiam 174
Tinnitus aurium quid ſit 369 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia *ib.* methodus medendi 370 cautelæ *ib.*
ſæpius recurrens in ſenioribus minatur Apoplexiam 369
ab adhibitis medicamentis calidioribus incrementa ſumit 370
in eo laudatur Ol. amygd. amarar. & lac muliebre *ib.*
Tonica in Aſthmate ſicco 231
temperantia commendantur in Hæmorrhagia narium critica nimia 105
in Flatulentia diu continuanda 237
& diſcutientia ſuadentur in Fluore albo ſimplici 221
& adſtringentia ſelecta commendantur in Gonorrhœa benigna & Pollutione nocturna 219
in Ictero 233
quænam adhibenda in Fluxu Menſium nimio 113
quando locum habeant in Phthiſi 186
Tonus corporis & ex eo ſigna 43 quid ſit *ib.*
ejuſd. differentia *ib.* obſervat. *ib.*
partium quomodo ad eum reſpiciendum in Catarrho ſuffocativo 227
in colica quomodo roborandus 132
relaxatus in Cardialgia, quid in eo conveniat 129
Topica in Arthritide & Rheumatiſmo optime in forma ſicca imponuntur 148
quando noceant in Cephalæa 125
quænam in Mictu cruento conveniant 118
externa in Vomitu cruento non adhibenda grumis adhuc prodeuntibus 108
Traumatica quomodo adhibenda in Febre hectica 359
quænam conducant in Tuſſi ſicca 229
fortiora nocent in Phthiſi 186
Tremor quid ſit 287 ejus differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 287 cautelæ *ib.*

labii inferioris quid indicet 287
a Mercurio quomodo curandus *ib.*
Paralyſi ſuperveniens quid denotet *ib.*
Trepanatio quid ſit 86 ejuſd. indicantia *ibid.*
modus operandi *ibid.* uſus *ib.*
cautelæ & obſervationes *ib.*
in Cephalæa quando inſtituenda 126
an uſum habeat in Hydrocephalo 253
Trifolium fibrinum quibus conveniat in Scorbuto 265
Tubercula ſcirrhoſa pulmonum quid ſint 174
horum differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum 175
prognoſis *ibid.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ 186.
ex his oritur Vomica pulmonum 175
in pulmonum ſubſtantia ex ſanguine nata pejora ſunt quam quæ aſpera arteria & ex pituita generata ſunt *ib.*
quomodo in hoc affectu locum habere queant expectorantia 176
laudatur in eod. uſus continuatus remediorum abſtergentium & reſolventium *ib.*
balſamica & traumatica rejiciuntur acriora *ib.*
Tumor abdominis quid ſit 401
ejuſd. differentia *ib.* ſigna *ib.*
ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia 402 methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
anſam præbet menſium ataxiis 401
Tumor pedum œdematoſus in Phthiſi eſt lethalis 184
Tumores præputii & ſcroti quomodo in Gonorrhœa virulenta tractandi 26
Tumores tunicati quid ſint 92 horum differentia *ib.*
ſigna *ib.* prognoſis *ib.* curatio *ib.*
cautelæ 93
Tuſſis humida quid ſit 198 ejuſd. differentia *ibid.*
ſigna Tuſſis humidæ catarrhalis 199
habitualis *ibid.* pectoralis *ibid.*
ſtomachalis *ib.* utplurimum accidit infantibus *ib.*
ſubjecta *ib.* prognoſis *ibid.*
remedia 200 methodus med. tuſſis catarrhalis *ibid.*
habitualis 202 pectoralis 201
ſtomachalis *ib.* cautelæ 202
Tuſſis humida interdum eſt beneficium naturæ 199
quando pro phthiſica habenda ſit 200
ſtomachalis infantum facile tranſit in pectoralem *ib*
humida in ſiccam degenerans quid pariat *ibid.*
per expectorantia & emollientia perverſe tractata in quid degeneret *ib.*
ſopitur per corticem chacarillæ 201
in hac laudatur Aqua Veronicæ Vinoſa Stahlii *ib.*
Tuſſis ſicca quid ſit 228 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ 229
ex congeſtionibus ad Hæmoptyſin quid exinde metuendum 229
hypochondriaca chronica quid poſt ſe trahat *ib.*
Tympanites quid ſit 251 ejuſd. differentia *ibid.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 252 cautelæ *ibid.*
a Febribus male curatis orta facilius curatur quam a læſione viſcerum 251
in eo laudantur digeſtiva & noduli ex incidentibus & amaris 252
laxatio per epicraſin eſt optima in eodem *ib.*

V

Valeriana commendatur interne & externe in Ophthalmia 153
interne laudatur in Rabie canina 376
Varandæi pulvis ad dolores poſt partum 400
Varices quid ſint 391 horum differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 392 cautelæ *ib.*
quandoque cum vitæ periculo rumpuntur 391
horum ſectio periculoſa 392
rumpentes, quid in illis conveniat *ib.*
Variolæ æqualiter erumpentes melioris ſunt ſpei 317
elevatæ meliores ſunt depreſſis *ib.*
limpidæ & aquoſæ mali utplurimum ſunt ominis *ib.*
ſub harum eruptione prodiens hæmorrhagia narium ægros ſublevat *ibid.*
quænam periculoſæ ſint & retroverſionem minentur *ib.*
Variolæ adultorum quid ſint 322 harum differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ 324
utplurimum ſunt confluentes 323
ſunt periculoſiores quam variolæ juniorum *ib.*
quando in hiſce ſuſpectæ ſint hæmorrhagiæ narium *ibid.*
Variolæ confluentes quid ſint 320
earund differentia *ib.* ſigna *ib.* ſubjecta 321
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ 322
Variolæ diſtinctæ quid ſint 317 harum differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.* prognoſis *ib.*
remedia 318 methodus medendi *ib.* cautelæ 319
in his Febris deficiens quomodo promovenda 318
nocet aqua Fumariæ 320
remediorum multitudo *ib.*
regimen nimis calidum 319
terreorum & incraſſantium abuſus *ib.*
Veneſectio quid ſit 55. & 87
ejuſd. differentia 55 indicans *ib.*
tempus *ibid.* locus *ib.* modus *ib.*
uſus *ibid.* cautelæ & obſervationes *ibid.*
non conducit in Angina ſymptomatica 156
in Apoplexia ſanguinea ſit larga 286
in Arthritide vaga tempore paroxyſmi vitanda 147
præſervatorie & curatorie convenit in Aſthmate ficco 230
larga commendatur in Catarrho ſuffocativo 227
in Cephalæa hypochondriaca quomodo inſtituenda 125
quando commendanda in Colica convulſiva 278
præſervativa circa æquinoctia ſuadetur in Coryza humida 194
in digitis pedis majoribus ſpecifica in Convulſionibus 273
in Febre Caſtrenſi non facile inſtituenda 339
vitanda in Febre catarrhali maligna 333
quando cum fructu adhibeatur in Febre lenta 356
non adminiſtranda in Febre ſynocha præſentibus ſignis concoctionis 304
ab illa in febre Tertiana legitima abſtinendum 347
in Gutta ſerena & Cataracta non prætermittenda 369
in pede convenit in Hæmoptycis 106
in Hæmorrhagia narium 105
in Hydrope incipiente feliciter adminiſtrata 250
quando locum habeat in Ictero 233
quomodo inſtituenda in Infarctu Pulmonum 169
quando locum non habeat in inflammatione Uteri 166
quando admittenda in inflammationibus 150
inſignem uſum habet in inflammatione ventriculi hypochondriaca & hyſterica 235
larga ſit in Iſchuria Plethoricorum 244
quomodo locum habeat in Lipothymia 294
quando adminiſtranda in Malo Iſchiadico 143
quando conveniat in Oedemate 163
in Paralyſi 294
indicatur in Plethora 101
generalis omnibus Plethoricis convenit 102
inſufficiens in Plethoricis quid cauſari poſſit *ibid.*
in Pleuritide & Peripneumonia non celebranda verſus dies criticos 157
quando in Podagra 146
præſervative commendatur in Purpura rubra 328
nocet in Scirrho Lienis a Febre male curata 177
quando maximum uſum habeat in Tuſſi 201
in Vomica pulmonum conſultius intermittitur 180
Venena quid ſint 24

horum differentia 24 signa *ibid.*
Veneres speculationes pariunt fluxum mensium nimium 112
Venus vitanda in exulceratione Renum & vesicæ 189
in Ophthalmia 154
in Phthisi auget febrem 186
in Scirrho Lienis nimis exsiccat 177
Verbasci liquor laudatur in Procidentia Ani 297
Vermes quid sint 23. & 412 horum differentia *ib.* 24
generatio *ib.* sedes *ib.* signa 412
subjectum 24. & 412. prognosis 412
remedia *ib.* methodus medendi 413 cautelæ *ib.*
effectus 24 observationes *ib.*
in Ventriculum migrantes quænam symptomata excitent 412
in graviori morbo exeuntes quid indicent *ib.*
rubicundi sanguine pleni quid indigitent *ib.*
per Colocynthiaca potentissime expelluntur 413
quid in his censendum de C. C. usto *ib.*
Vermis umbilicalis quomodo expellatur a vulgo *ib.*
Veronicæ aqua Vinosa Stahlii roborat pulmones debilitatos 200
commendatur in Asthmate sicco 230
in Brancho & Raucedine 225
in Tussi habituali 202
Vertigo quid sit 288 ejusd. differentia *ib.*
signa *ib.* subjectum *ib.*
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 289 cautelæ *ib.*
senum, quid ex ea metuendum 288
tollitur fluxu Mensium & Hæmorrhoidum *ib.*
Vesicatoria quibus optime conveniant in Apoplexia 292
commendantur in Catarrho suffocativo 227
in Cephalæa quando conveniant 126
in Deliriis symptomaticis viris quam mulieribus magis prosunt 152
quid efficiant in Febre synocha putrida 306
in Gravedine caute suadenda 224
in Lippitudine 196
ubi applicanda in Ophthalmia 154
maxime conveniunt in affectibus soporosis 291
Vigiliæ quid sint 13 horum differentia *ib.*
organum *ib.* causa efficiens *ib.*
usus *ib.* observat. *ib.* semioticæ 53
Vinca per Vinca, aqua ejus commendatur in prolapsu uvulæ 296
Vinum calidum cum simo equino est specificum in Ischuria 244
per cineres lixiviosos magis diureticum redditum convenit in Oedemate 256
generosum prodest in Dysenteria benigna 216
Rhenanum commendatur in stranguria 240
ejus nimius usus parit Diabeten 217
ejus potus modicus conducit in Purpura rubra 283
Vini spiritus rectificatissimus applicatur scrobiculo cordis in nimio frigore febrium 343
camphoratus convenit externe in singultu ab Inflammationibus 283
in Vertigine 289
Vita quid sit 9. ejusd. differentia *ib.*
causa efficiens 10
Vitriolum e Minera Martis Hassiaca commendatur in Micta cruento 118
Vitriolum album c. ▽ Majoranæ laudatur in Gravedine 224
Ulcera quid sint 85 horum differentia *ib.*
causa *ib.* signa *ib.* prognosis *ib.*
curatio *ib.* cautelæ & observat. *ibid.*
vesicæ graviora sunt quam renum 188
Unguentum Comitissæ laudatur in Ischuria 244
in Nephritide 164
Foresti ad Hydrocephalum 253
Unguenta pectoralia affluxum humorum ad pectus augent 202
Unguinosa externa quid efficiant in Asthmate sicco 231
Volatilia quando bene exhibeantur in Asthmate convulsivo 276
in Atrophia data Hecticæ portam pandunt 174
in Calculo caute præscribenda 192
exulent in Febre catarrhali 315
in Febre inflammatoria 313
quid efficiant in Febre quartana 351
in Gravedine frequentius usurpata quas noxas inferant 224
quando exhibenda in Infarctu pulmonum 169
in Lippitudine in principio morbi non exhibenda 196
quid pariant in Melancholia incongrue adhibita 376
nocent in Phrenitide & Paraphrenitide 153
sine præmissis evacuantibus augent salivationem 198
in suppressione sudoris non propinanda 245
neque in Vomitu bilioso 207
Volvulus vid. sup. Passio Iliaca.
Vomica pulmonum quid sit 179
hujus differentia *ib.* signa *ib.* subjectum *ib.*
prognosis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 180 cautelæ *ib.*
Vomitoria periculosa sunt in Angina 156
Vomitoria, quando ab usu eorum abstinendum in Asthmate 205
quando conveniant in Asthmate spastico 276
curant Asthma stomachale 204
asthmaticis in ipso Paroxysmo data sunt valde periculosa *ib.*
neque in Cephalæa 125
in Dystocia caute danda 398
quando conveniant in Febre Castrensi 339
quando in Febre epidemica & maligna 316
quibus & quando danda sint in Febre quotidiana intermittente 343
quare non sint exhibenda in Febre tertiana anomala & maligna 350
an sint necessaria in Febre tertiana legitima 347
in hac die paroxysmi non exhibenda *ib.*
in Flatulentia non conveniunt 237
quando locum habeant in Hepatitide & Splenitide 159
nocent in Hypochondriaco-Hystericis 129
vitanda in Ictero 233
quando non danda in incubo 277
quando danda in inflammatione ventriculi & intestinorum 161
commendantur in Lethargo a nimia pituita 289
a venenis sulphureis ibid.
quando propinari queant in Melancholia 376
quando exhibenda in Paraphrenitide 152
quæ & quando in Peste 341
quando in Ructibus non adhibenda 235
nocent in Volvulo 163
Vomitoriorum modus operandi 59
de eis regulæ & cautelæ *ibid.*
tempus *ibid.*
Vomitus quid sit 205 ejusd. differentia *ib.*
signa ibid. subjectum ibid.
prognosis ibi. remedia ibi.
methodus medendi 206 cautelæ 207
continuans in acutis malus 205
artificialis quid sit 58 hujus differentia ib
indicantia *ib.* remedia 59 formulæ *ib.*
cruentus quid sit 106 ejusd. differentia 107
imminentis signa *ib.* præsentis *ib.*
subjectum *ib.* prognosis *ibid.*
remedia intra paroxysmum *ib.*
extra paroxysmum *ib.*
methodus medendi 108 cautelæ *ib.*
in fœminis solvit infarctum Lienis 170
quandoque etiam scirrhum recentiorem 176
Vomitus nigri in Hepatitide circa dies criticos lethales 158
in Splenitide magis salutares *ib.*
materiæ nigricantis instar Rob sambuci ubi bonus & ubi malus 107
Vox & loquela quid sint & ex eis deprompta signa 41
horum differentia *ib.* observationes *ib.*
Urina quid sit 4. hujus differentia *ib.*
materia *ib.*
quænam sint organa ejus secretionis & excretionis *ib.* hujus causa efficiens *ib.*
usus *ib.* observationes *ib.*

turbi-

turbida in Febribus quid indicet 24
cruenta in quibus morbis periculum prænuntiet 118.
in Variolis & morbillis eſt lethalis 48
in inflammationibus qualis bona ſit 149
nigra in acutis lethalis 146
pallida & craſſa in rubicundam & flammeam mutata quid indicet in Atrophia 173
profluvium ejus largum in Febre petechiali eſt periculoſum 335
tenuis & alba in inflammatione uteri periculoſa 165
turbida & ſedimentum deponens circa diem quartum, quid indicet in Pleuritide & Peripneumonia 156
Lue Venerea laborantium qualis ſit 48
Urinæ incontinentia quid ſit 216 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjecta *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi 217 cautelæ *ib.*
evenit fortioribus diureticis tractatis 216
plagas capitis fortiores excipiens quomodo tractanda *ib.*
ab ulcere quomodo curetur 217
in ſomno quo anno ætatis ceſſare ſoleat juxta Timæum 216
Uroſcopiæ præcepta 46
Urticæ ſuccus commendatur in Mictu cruento 118
Uſtio quid ſit 89 ejuſd. differentia *ib.*
prognoſis *ib.* modus *ib.* uſus *ib.* cautelæ *ib.*
ab Uſtione inducta cruſta non ſolis oleoſis tractanda 90
Uteri procidentia quid ſit 399 ejuſd. differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.*
cautelæ & obſervationes ib.
in quibus difficilius curetur *ibid.*
a cauſis internis orta facilius curatur quam ab externis & violentis *ib.*
qualis ſitus in ejus repoſitione obſervandus ib.
Uteri deſcenſui aliquali in gravidis quomodo ſuccurrendum *ib.*
Vulnus quid ſit 84 ejuſdem differentia *ib.*
cauſæ *ib.* ſigna *ib.* prognoſis *ib.*
curatio *ib.* cautelæ & obſervationes 85
in Rabie Canina non ſtatim conſolidandum 377
Uvula deſtituti quos morbos incurrere ſoleant 94
Uvulæ exſtirpatio quid ſit *ib.* ejus indicantia *ib.*
prognoſis *ib.* operatio *ib.* cautelæ & obſerv. *ib.*
non facile ad hanc procedendum *ib.*
in quibus regionibus utplurimum fiat *ib.*
prolapſus quid ſit 296 hujus differentia *ib.*
ſigna *ib.* ſubjectum *ib.*
prognoſis *ib.* remedia *ib.*
methodus medendi *ib.* cautelæ *ib.*
in hoc affectu a Carolo Muſitano laudatur Aqua Vincæ per Vincæ *ib.*

W

Wildeganſii *pilul.* veræ commendantur in Febre quartana 352
in Tertiana 347

Z

Zingiber cibis aſperſum commendatur in Aſcite 250
in Cardialgia 129

FINIS.

Lo[illegible] 15